
36
16 D
8

AVREA ROSA

R. P. F. SILVESTRI DE PRIERIO PEDEMONTANI,

Sacri Ordinis Prædicatorum de obseruantia.

Videlicet, clarissima expositio super Euangelia totius anni, de Tempore, & de Sanctis, tam secundùm Ordinem Prædicatorum, quàm secundùm Curiam.

Continens flores, & rosas expositionum Sanctorum Doctorum antiquorum.



Venetijs, Apud Gratiosum Perchacinum. 1582.

AVREA ROSA
R. P. F. SILVESTRI
DE PRIERIO
PEDEMONTANI,
Sacri Ordinis Praedicatorum de obseruantia.

Videlicet, clarissima expositio super Euangelia totius anni, de Tempore, & de Sanctis, tam secundum Ordinem Praedicatorum, quam secundum Curiam.

Continens flores, & rosas expositionum Sanctorum Doctorum antiquorum.



Venetijs, Apud Gratiosum Perchacinum. 1582.

TABVLA OMNIVM CONTENTORVM IN HOC OPERE,

SECVNDVM CAPITA EVANGELIORVM vt possint commodè reperiri.



TRACTATVS PRIMVS Aureæ Rosæ.

DE regulis exponendi sacram scripturam Cap.1. pag. 1

Quod sacra scriptura habet plures sensus sub eadem litera. Capit. 2. 2

Quod omnes sensus scripturæ ad quatuor reducuntur. Capit. 3. 2

Quis sensus sit literalis. Capit. 4. 3

De sensu allegorico specialiter. Capit. 5. 4

Quod in eadem litera sunt plures sensus literales. Capit. 6. 5

An quilibet scripturæ textus secundum quatuor sensus exponatur. Cap. 7. 6

De dignitate sensus literalis. Capit. 8. 7

Quis sensus literalis sit potior. Capit. 9. 8

TRACTATVS SECVNDVS Aureæ Rosæ.

DOminica 1. in Aduentu. 9

Dominica 2. Aduentus. 12

Dominica 3. Aduentus. 15

Feria 4. post domi. 3. aduent. 18

Feria 6. post dom. 3. aduent. 22

Sabbato post domi. 3. aduent. 25

Dominica 4. aduentus. 29

In vig. natiuitatis Domini. 31

In nocte natiuitatis Domini. 33

In Aurora missæ natiuit. Dom. 37

In die natiuitatis Domini, ad missam maiorem. ibid.

Dominica infra octauam natiuitatis Domini. 42

In Circuncisione Domini. 49

In vigilia Epiphaniæ. 52

In Epiphania Domini. 54

Dominica infra octa. Epiphan. 58

In octaua Epiphaniæ. 61

Dominica 1. post octa. Epiph. 63

Dominica 2. post octa. Epiph. 66

Dominica 3. post octa. Epiph. 69

Dominica 4. post octa. Epiph. 70

Dominica in Septuagesima. 72

Dominica in Sexagesima. 77
Dominica in quinquagesima. 79
Feria 4. in capite Ieiunij: 81
Feria 5. post domi. quinquag. 83
Feria 6. post domi. quinquag. ibid.
Sabbato post domi. quinquag. 86
Dominica 1. in quadragesima. 89
Feria 2. post dominicam 1. in quadragesima. 93
Feria tertia post dominicam 1. in quadragesima. 96
Feria quarta post dominicā 1. in quadragesima. 97
Feria quinta post dominicam 1. in quadragesima. 100
Feria sexta post dominicam 1. in quadragesima. 103
Sabbato post primam dominicam in quadragesima. 105
Dominica 2. quadragesimę. 108
Feria 2. post dominicam 2. in quadragesima. 110
Feria 3. post dominicam secundam in quadragesima. 112
Feria 4. post dominicam secundam in quadragesima. 114
Feria 5. post dominicam secundam in quadragesima. 117
Feria sexta post dominicā secundam in quadragesima. ibid.
Sabbato post dominicam 2. quadragesimę. 119
Dominica 3. in quadragesima. 123
Feria secunda post 3. dominicam in quadragesima. 125
Feria tertia post dominicam 3. in quadragesima. 128
Feria 4. post dominicam 3. in quadragesima. 130
Feria 5. post dominicam tertiam in quadragesima. 133
Feria 6. post dominicam tertiam in quadragesima. 134
Sabbato post dominicam 3. in quadragesima. 140
Dominica 4 in quadragesima. 142
Feria 2. post dominicam 4. in quadragesima. ibid.
Feria 3. post dominicam 4. in quadragesima. 144
Feria 4. post dominicam 4. in quadragesima. 147
Feria 5. post dominicam 4. in quadragesima. 151
Feria 6. post dominicam quartam in quadragesima. ibid.
Sabbato post dominicam quartam in quadragesima. 155
Dominica de Passione. 157
Feria secūda post dominicam de Passione. 160
Feria tertia post dominicam de Passione. 162
Feria quarta post dominicam de Passione. 163
Feria quinta post dominicam de Passione. 166
Feria sexta post dominicam de Passione. 169
Sabbato post dominicam de Passione. 171
Dominica in ramis palmarum. 174
Feria 2. post domin. palmarum. ibi.
In Cœna Domini. 177
In die parasceues. 179
Sabbato sancto Paschæ. 193
In die Sancto Paschæ. 195
Feria 2. infra octauas Paschæ. 198
Feria 3. infra octauas Paschę. 201
Feria 4. infra octauas Paschæ. 203
Feria 5. infra octauas Paschæ. 204
Feria 6. infra octauas Paschæ. 207

Sabbato

Sabbato infra octauas Paschæ. 207
Dominica in octaua Paschæ. 209
Dominica prima post octauam Paschæ. 210
Dominica secunda post octauam Paschæ. 212
Dominica tertia post octauam Paschæ. 213
Dominica quarta post octauam Paschæ. 214
Feria 4. in Rogationibus. 216
In vigilia Ascensionis. 217
In die Ascensionis ibid.
Dominica post Ascensionem. 219
In vigilia Pentecostes. 220
In die Pentecostes. 221
Feria secunda infra octauas Pentecostes. 224
Feria 3. infra octa. Pentecostes. 225
Feria 4. infra octa. Pentecostes. 227
Feria 5. infra octa. Pentecostes. ibi.
Feria sexta infra octauas Pentecostes. ibid.
Sabbato infra octa. Penteco. ibid.
In festo sanctæ Trinitatis. 229
In die corporis Christi. 236
Dominica 1. post Trinita. 238
Dominica 2. post Trinitatem. 241
Dominica 3. post Trinitatem. 243
Dominica 4. post Trinitatem. 246
Dominica 5. post Trinitatem. 249
Dominica 6. post Trinitatem. 250
Dominica 7. post Trinitatem. 252
Dominica 8. post Trinitatem. 254
Dominica 9. post Trinitatem. 256
Dominica 10. post Trinitatem. 259
Dominica 11. post Trinitatem. 261
Dominica 12. post Trinitatem. 264
Dominica 13. post Trinita. 266
Dominica 14. post Trinitatem. 269
Dominica 15. post Trinitatem. 270
Dominica 16. post Trinitatē. 273
Dominica 17. post Trinitatem. 274
Feria 4. quatuor temporum. 275
Feria 6. quatuor temporum. 276
Dominica 18. post Trinitatem. 277
Dominica 19. post Trinitatem. 278
Dominica 20. post Trinitatem. 279
Dominica 21. post Trinitatem. 282
Dominica 22. post Trinitatem. 284
Dominica 23. post Trinitatem. 285
Dominica 24. post Trinitatem. 288
Dominica 25. post Trinitatē. 289

TRACTATVS TERTIVS Aureæ Rosę.

IGitur Dominica prima in aduentu domini. 292
Dominica 2. in Aduentu. 293
Dominica 3. in Aduentu. 294
Feria quarta post tertiam Dominicā Aduentus. ibid.
Feria sexta post tertiam Dominicam in Aduentu. 295
Sabbato ante quartam Dominicam in Aduentu. 296
Dominica 4. in Aduentu. ibid.
In vigilia natiuitatis Domini nostri Iesu Christi. 297
In nocte natiuitatis Christi. ibid.
In aurora. ibid.
In missa maiori. 298
Dominica infra octauas natiuitatis domini. ibid.
In circuncisione Domini. 299
In vigilia Epiphanię. ibid.
In die Epiphaniæ. ibid.
Dominica infra octa. Epipha. 300
In octaua Epiphaniæ. ibid.
Dominica prima post octauas Epiphaniæ. ibid.

Do-

Dominica secunda post octa. Epiphaniæ. 301
Dominica tertia post octau. Epiphaniæ. ibid.
Dominica quarta post octau. Epiphaniæ. 302
Dominica in Septuagesima. 303
Dominica in Sexagesima. ibid.
Dominica in Quinquagesima. 304
Dominica 1. in Quadragesim. ibid.
Dominica 2. in Quadragesima. 305
Domina 3. in Quadragesi. 306
Dominica 4. in Quadragesi. ibid.
Dominica de passione. 307
Dominica in Ramis. ibid.
In die sancto Paschæ de integritate Resurrectionis. 308
Feria secunda Paschæ. 317
Feria tertia Paschæ. 118
Dominica in octaua Paschę. ibid.
Dominica 1. post octa. Paschæ. ibid.
Dominica 2. post octa. Paschæ. 320
Dominica 3. post octa. Paschæ. ibid.
Dominica quarta post octauam Paschæ. 320
In die Ascensionis. 321
Dominica infra octa. Ascensio. 322
In die sancto Pentecostes. 323
In festo Trinitatis. ibid.
Dominica prima post festum Trinitatis. 325
Dominica secunda post festum Trinitatis. ibid.
Dominica tertia post festum Trinitatis. 326
Dominica quarta post festum Trinitatis. ibid.
Dominica quinta post festum Trinitatis. ibid.
Dominica sexta post festum Trinitatis. 327
Dominica septima post festum Trinitatis. 327
Dominica octaua post festum Trinitatis. 328
Dominica nona post festum Trinitatis. ibid.
Dominica decima post festum Trinitatis. ibid.
Dominica vndecima post festū Trinitatis. 332
Dominica duodecima post festum Trinitatis. 333
Dominica tertiadecima post festum Trinitatis. ibid.
Dominica quartadecima post festum Trinitatis. ibid.
Dominica decimaquinta post festum Trinitatis. 334
Dominica decimasexta post festum Trinitatis. ibid.
Dominica decimaseptima post festū Trinitatis. ibid.
Dominica decimaoctaua post festū Trinitatis. 335
Dominica decimanona post festum Trinitatis. 336
Dominica vigesima post festum Trinitatis. ibid.
Dominica vigesimaprima post festū Trinitatis. ibid.
Dominica vigesimasecunda post festum Trinitatis. 337
Dominica vigesimatertia post festū Trinitatis. ibid.
Dominica vigesimaquarta post festū Trinitatis. 338

QVÆSTIONES impertinentes.

Casus Primus, Secund. Tert. &c. 338

TRA-

 IV

TRACTATVS QVARTVS
Aureæ Rosę

IN consecratione Ecclesię. 374
In vigilia S. Andreæ. ibid.
In die S. Andreæ. 374
S. Thomæ Apostoli. ibid.
S. Stephani prothomartyris. ibid.
S. Ioannis Euangelistæ. ibid.
Sanctorum Innocentium. 374
In conuersione S. Pauli Apostoli. 375
In purificatione sanctæ Mariæ virginis. ibid.
Sancti Valentini martyris. 376
In cathedra S. Petri Apostoli. 376
Sancti Mathiæ Apostoli. ibid.
In annunciatione beatę Marię Virginis. 377
Sanctorũ Tiburtij, & Valeriani. ibi.
Sancti Petri martyris. ibid.
Sanctorum Philippi, & Iacobi Apostolorum. ibid.
Sanctæ Catherinæ de Senis. 378
In inuentione sanctæ Crucis. ibid.
In festo coronæ Domini. ibid.
Sancti Ioannis ante portam latin. ibi.
In translatione beati Dominici confessoris. ibid.
Sanctorum Geruasi & Protasi. 380
In vigilia sancti Ioan. Baptistæ. ibi.
In die S. Ioannis Baptistæ. 381
In vigilia Apostolorum Petri & Pauli. ibid.
In die Apostolorum Petri & Pauli. 382
In cõmemoratione sancti Pauli. ibi.
In octaua Apostolorum Petri & Pauli. ibid.
In festo septem fratrum. ibid.
Sanctę Marię Magdalenæ. ibid.
Sancti Apollinaris episcopi. ibid.
Sancti Iacobi Apostoli. 382
Sanctæ Marthæ virginis. ibid.
Sancti Petri ad vincula. ibid.
In inuentione Sancti Stephani. ibi.
Sancti Dominici confessoris. ibid.
In transfiguratione Domini. ibid.
In vigilia assumptionis beatę Marię virginis. ibid.
In die assumptionis beatę Marię virginis. ibid.
In decollatione Sancti Ioannis Baptistæ. ibid.
In natiuitate beatę virginis. 382
In exaltatione Sanctæ Crucis. 385
In vigilia Sancti Matthæi. ibid.
In die. ibid.
Sancti Michaelis. ibid.
Sancti Lucę Euangelistæ. 386
In die sancto Simonis & Iudæ. ibid.
Sancti Theodori martyris. ibid.
In communi vnius vel plurimorum Apostolorum. 387
Aliud. ibid.
In communi vnius martyris. 388
Aliud. ibid.
In communi plurimorum martyrum. ibid.
Aliud. ibid.
Aliud. 389
Aliud. ibid.
In communi vnius confessoris. ibi.
Aliud. 390
Aliud. ibid.
Alium. 391
Aliud. ibid.
In communi vnius virginis. ibid.
Aliud. 392
De sancta Trinitate. ibid.
De Spiritu sancto. ibid.
De sancta Cruce. 392
In commemoratione beatæ virginis per

per Aduentum. 392
A natiuitate domini vſque ad purificationem. ibid.
Pro quacunque neceſſitate. ibid.
De quotidianis miſſis defunctorum. 393
Pro prę́ſenti defuncto tantum. ibid.
In omni anniuerſario. ibid.
In octaua Epiphaniæ ſecundum curiam. 396
Sabbato ante Dominicam de paſſione ſecundum curiam. 396
Dominica 24. poſt Pentecoſtē ſecundum curiam. ibid.
In feſto vnius martyris ſecũdum Curiam. 398
In communi plurimorũ Martyrum ſecundum Curiam. 399
Item in communi plurimo. martyrum ſecundum Curiam. ibid.
In communi confeſſorum ſecũdum Curiam. 400

FINIS.

AVREA ROSA
SVPER EVANGELIA TOTIVS ANNI,
R. P. F. SILVESTRI DE PRIERIO ORDINIS PRAEDICATORVM.

DE REGVLIS EXPONENDI *sacram Scripturam. Cap. I.*



QVIBVSDAM regulis propter diuini sermonis profunditatem ad intellectum & expositionem euangeliorum opus est, quas adducit Isido. in lib. de summo bono. capit. 20. quæ claues sanctarum scripturarum dicuntur, eo quod per ipsas ad intellectum earum introducimur. Prima ergo regula est, quòd propter connexionem capitis ad reliqua membra, seu ad suum proprium corpus sacra scriptura quasi sub vno contextu, & sub vna persona loquens, modo loquitur de vno, modo de alio. Huius exemplum habetur Esa. 61. cap. Induit, inquit, me dominus vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quod enim ibi dicitur, quasi sponsum, intelligitur de capite, id est Christo: & quod subditur, quasi sponsam, intelligitur de corpore Christi spirituali, seu mystico, id est Ecclesia. Similiter Can. 1. c. 1. vbi dicitur. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino. Cum. n. dicitur osculetur, verbum est sponsæ, id est Ecclesiæ frui desiderãtis amplexu sponsi, i. Christi. Cum vero subiungitur, quia meliora sunt &c. verbum est sponsi, sponsam commendantis. Vnde in talibus sic connexis ratione prædicta debet prudens lector attendere quid capiti, & quid membris conueniat. Secunda regula est, quòd diuina scriptura aliquando simul cum bonis commendat malos, & cum malis vituperat bonos. Et aliquando in eodem contextu exprimit quid ad malos & quid ad bonos pertineat. Ratio istius regulæ est, quia corpus Christi quod est Ecclesia multipliciter sumi potest, videlicet ex his, quæ docet S. Thomas 3. q. 8. arg. 3. Cum enim corpus Christi dicantur creaturæ rationales, q̃ ei sunt vnitæ, siue sint homines, siue Angeli, sicut multipliciter aliquid dicũtur Christo vniri, ita multiplex est Ecclesia & corpus Christi. Vniuntur autẽ vt ibidẽ dicitur aliqui Christo. Primo ꝑ gloriã, vt sancti qui iã sunt in patria. Secũdo ꝑ Charitatẽ, vt iusti qui adhuc sunt in via. Tertio ꝑ fidem, vt fideles peccatores. Quarto aliqui vniunt̃, q̃a sunt in potẽtia ut vniant̃, & de facto aliquãdo vnient̃, vt prædestinati, qui tñ adhuc nõ credunt, sed credẽt in futurum. Quinto aliqui vniuntur, q̃a pñt vniri, & tñ nunquã vnient̃ Christo, vt q̃ nõ credunt, neque credent in posterũ. Quãuis aũt quinque modis aliqui Christo dicantur vniri, tñ actualiter vniri non sunt nisi q̃ vniũtur aliquo triũ primorũ modorũ. Et sic tripliciter põt distingui corpus Christi mysticũ, s. gloriosum, vt sancti q̃ sunt in patria, & nõ gloriosum, sed tñ verũ, vt sunt mẽbra vnita ꝑ charitatẽ, & iterũ nõ gloriosum, neque verũ, sed fictum, vt mẽbra vnita ꝑ solã fidẽ, quæ sunt mẽbra mortua & arida. Verũtñ vniti per solã fidẽ & vniti per fidẽ & charitatẽ oẽs sunt ecclesia, si consideretur modus vnionis, qui est ꝑ fidẽ, q̃ vtrisque cõis est, nõ aũt si consideretur modus vnionis q̃ est per charitatẽ. Sed q̃a iste modus vnionis ꝑ charitatẽ est nobis incognitus, hic est ꝙ duæ tãtũ dicũtur esse Ecclesiæ, s. triumphans, quæ est vnitorũ per gloriam, & militans, quæ est vnitorũ per fidẽ, siue tales sint vniti per charitatẽ, siue nõ. Et ideo ecclesia militans cõti-

net bonos & malos, vnde assimilatus sagenæ missæ in mari, in qua sunt boni pisces cũ malis antequã ad litus trahatur. Mat. 13. Et similiter assimilatur agro, in quo crescũt cũ tritico et zizania, seu lolia. Mat. 13. Hac ergo ratione aliquando cum bonis commendantur mali commixti. vt Oseæ. 11. Puer Israel & dilexi eum. Aliquando econuerso boni vituperantur cum malis, vt Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel aũt me non cognouit, & populus meus non intellexit. Aliquando ẽt in eodem contextu exprimitur quid ad bonos & quid ad malos pertineat. sicut Can. 1. dr. Nigra sum, sed formosa filiæ Hierus. sicut tabernacula cedar sicut pelles Salo. 15. Verba.n. ista sunt sponsæ, i. ecclesiæ, quæ ratione malorum contentorũ in ea dicitur. Nigra sum, sed ratione bonorum subiũgit, sed formosa. Et quod subditur quasi pro exemplo, sicut tabernacula Cedar, ad malos refertur. Cedar enim fuit filius Ismael, vt habetur Genes. 25. a. quo descenderunt Saraceni. Quod vero subdit, sicut pelles Salomonis, refertur ad bonos. Per Salomonẽ enim hic intelligitur ipse Deus secundũ expositores Cathol. & Hebræos. Et ideo pelles eius dicũtur pelles, quibus tabernaculũ dñi operiabatur, in quo boni colebant Deum. Tertia regula est, quòd aliqñ sub eadẽ litera accipitur sensus historicus, seu literalis, & mysticus. Pro cuius notitia sciendũ est, ꝙ sicut infra patebit, Aliqñ vna litera, seu vnus textus hẽt duplicẽ sensum literalẽ. Verbi gratia dr 1. Par. c. 17. & sunt verba Dei. Ego ero illi in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ: Iste.n. textus ad literã intelligitur de Salomone filio Dauid cui Deus fuit pater ꝑ adoptionẽ, & similiter ad literã intelligatur de Christo filio Dei ꝑ naturã. Et q̃dem ꝙ intelligatur ad literam de Salomone filio Dauid, patet legenti capitulũ illud; Nullus.n. nisi stolidus aliter seriẽ illius textus accipiet. Vnde & de Salomone ab omnibus Hebræis literaliter exponit̃, & similiter a Catholicis; Quod aũt ẽt ad literã intelligi: de Christo probo. Nã sicut docet Aug. contra Vincentium donatistam, nullus sufficienter põt ex verbis sacræ scripturæ arguere & probare, nisi sumat illa in sensu literali. Apostolus autem ad Heb. 1. arguit ex ꝑdictis verbis, ꝙ Christus fuit maior Angel. Et q̃a sufficienter supponitur probare consequens est, ꝙ prædicta verba accipiat in sensu literali, cũ ea dicit, de Christo esse dicta. Licet autem literaliter exponatur iste passus de Salomone & de Christo, tamen secunda expositio, quæ. s. præponitur de Christo, est aliquo modo spiritualis, & mystica, i. secundum quid in quantum Salomon fuit figura Christi, & sic intelligenda est regula. Quarta regula est ꝙ diuina scriptura aliqñ in eadẽ verborũ serie de genere transit ad speciẽ, & de toto ad partem, vel econuerso. Nã Esa. 13. primo loquitur contra Babylonẽ specialiter dicẽs Onus Babylonis, & transit statim ad loquendum de toto mundo generaliter, dicens. A summitate cœli dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat oẽm terram. Postea iterum regreditur ad loquendũ contra Babylonem specialiter, dicẽs. Ecce ego suscitabo super vos Medos, qui argentũ non quærant; &c. Nã Darius Medus cũ Cyro nepote suo cepit Babyloniã & Balthasar regẽ eius occidit. vt habetur Dan. 5. Quinta regula est, ꝙ diuina scriptura aliquando ponit vnũ tempus pro alio. Hoc aũt quatuor modis cõtingere solet. Vno modo per synecdochen, qñ pars tẽpis pro toto poni:, sicut dicitur Christus tribus diebus in sepulchro iacuisse, & tñ constat ꝙ prima & vltima dies integræ, nõ fuerunt. Alio modo propter minutias tẽporis, quæ in sacra scriptura aliquando computatur, aliqñ vero nõ; & cõsequẽter scriptura loquens de aliquo numero annorũ in diuersis locis nõ ponit præcise eũdem numerum vbique eo. s. & ꝙ ꝑdictæ minutiæ in vno loco cõputantur, non in alio. Hoc aũt frequẽter patet in libris Regũ, & Paral. Tertio modo continget eo ꝙ cõputatio annorũ incipit in vno loco a priori termino, in alio a posteriori, sicut Gen. 15. dictũ fuit Abrææ ꝙ semẽ eius futurũ erat peregrinũ quadringẽtis annis, & tñ de ista peregrinatione, seu mansione in Aegypto dicit̃ Exo. 12. ꝙ fuit quadringentorũ & triginta annorũ, quia cõputatio huius maioris numeri incipit a tẽpe quo dictũ fuit Abrææ. Ge. 12. Egredere de terra tua &c. Cõputatio aũt minoris incipit a natiuitate Isaac, q̃ fuit trigesimo anno post egressum Abrææ de Aram. Quarto modo contingit, eo ꝙ diuina scriptura aliqñ de futuro loquitur per modũ præteriti propter certitudinem prophetiæ & diuinæ prescietiæ, ex qua fit reuelatio ipsi prophetæ. Huius exẽplũ habetur

betur Lu.1.vbi beata Virgo volēs docere ꝙ dominus disperderet Iudæos superbos de regno Iudeæ,&dispergendo per mundum humiliaret eos, & exaltaret humiles gentiles in Christum credituros, ait loquens in præterito. Dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede &c. Aduertendū tamē est ꝙ duplex est prophetia, scilicet cōminationis & absolute prænuntiationis. In prima non pdicitur id quod Deus videt esse futurū, seu id, qđ est pſcientia Dei, sed id qđ est in ordine causarum secundarū. In secunda vero pdicitur id, qđ Deus videt esse futurū. Huius exemplum habetur 3. Reg. 10. vbi dicitur, ꝙ Esaias prædixit Ezechiæ, ꝙ de illa ægritudine moreretur. Certū est aūt ꝙ mors Ezechiæ erat in causis secūdis, quia illa ægritudo erat mortalis, & causa sufficiens mortis, sed tamen nō erat in præscientia Dei, q̄a Deus non videbat mortem ex illa infirmitate futuram, alioquin Deus fuisset deceptus, cū Ezechias fuerit ab illa ægritudine liberatus. Quæ ergo prædicuntur primo modo nō eueniunt semper. vt patet de prædicta morte, & de submersione Niniue, Ion.3. Ideo in talibus nō habet locū iste modus loquēdi de futuro, ac si esset præteritum, sed solū in his quæ prædicuntur secūdo modo, quia talia infallibiliter eueniunt. Sexta regula est, ꝙ in sacra scriptura non semper eodem ordine gesta scribuntur & fiunt, sed aliquando per anticipationem posterius gesta prius scribuntur. Aliquando vero per recapitulationem fit econuerso, quia scilicet prius facta posterius scribuntur. Exemplū huius habetur in Genesi. Nam Gene.10. dicitur de filijs Noe. Ab his diuisæ sunt insule gentium in rationibus suis vnusquisque secundū linguam suam. Et post in c.11. dicitur. Erat autem terra labij vnius, &sermonū eorundem. Ex quo patet quòd illud quod in c.10. dicitur de diuisione linguarum, est dictum per anticipationem, cum in sequēti, id est in 11. dicatur, ꝙ terra erat vnius labij, id est vnius linguæ. Similiter in Genesi postquam Moyses in c.1 descripserat creationem cœli & terræ, & ornatū &distantiam partium mundi, statim in cap. sequenti, id est secundo, dicitur. Istæ sunt generationes cœli & terræ in die quo creatę sunt. Ex quo patet, quòd hoc dicitur per recapitulationem. Septima regula est de diabolo & eius corpore. Sicut enim dicit beatus Grego. in quadam Home. certe iniquorum omniū diabolus caput est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. Ideo propter connexionem capitis ad membra scriptura loquens de vno in eodem cōtextu transit ad loquendum de alio, sicut Esa.14. loquens de rege Babylonis, qui erat diaboli membrum, transit ad loquendum de principe dæmonum, cum subditur ibidem. Quomodo cecidisti lucifer de cœlo q̄ mane oriebaris? Et similiter Ezech.28. loquēs de principe Tyri transit ad loquēdum de diabolo, cum subditur ibi, Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore in delitijs paradisi Dei fuisti. Omnibus igitur his regulis, vel quibusdam earum necesse est frequenter vti ad intellectum sancti euangelij, vt in præcessu patebit.

Quod sacra scriptura habet plures sensus sub eadem litera. *Cap. 2.*

EST autem rursus aduertēdum, quòd diuina scriptura plures habet sensus. Sensus quidem multis modis sumi consueuit.

Sed tamen quantū ad præsens pertinet ꝑ sensum accipimus, id quod mēs quauis oratione, seu propositione, vel sentētia audita, vel lecta in semetipsa concipit. Est ergo sensus idem quod sententia, seu conceptus mentalis complexus, eo modo quo dicere consueuimus quod oratio perfecta ꝑfectū sensum in animo auditoris generat. Habet ergo diuina scriptura plures sensus, quia ex oratione eadem audita multæ consi iciuntur in animo sententiæ & veritates. Vnde beatus Hiero. loquens de Apocaly. ait. In singulis verbis multiplices latent intelligentiæ.

Huius aūt rationem assignat doctor sanctus tam in 1. parte. q.1. quàm in quodlibetis, quodli.7. q.6. Ex cuius doctrina sciēdum est, quòd sacra scriptura ad hoc est diuinitus ordinata, vt per eam nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem. Dupliciter autē pōt aliqua veritas exprimi & manifestari, verbis, s. & rebus, inquantum verba res ipsas significāt, & vna res etiam potest esse signum alterius rei. Deus aūt cum sit oīum rerum autor, modo solū verba, sed ēt res pōt accōmodare ad significandum vt vnā sit in figuram alterius. Vnde diuina scriptura veritatem nobis, &per verba manifestat, quod,

pertinet ad sensum literalem, & etiam per res, quod pertinet ad spiritualem. Sed forte dicet aliquis quòd hoc nō videtur conuenienter fieri. Nam diuina scriptura ordinatur ad hoc, vt veritatem cognoscamus. Hanc autē scilicet cognitionem veritatis facit nobis difficilem ista sensuum varietas, quia confundit intellectum. Ad hoc respondet S.Tho. ꝙ secūdū Aug.lib.de doctrina Christiana, Deus ad nostram vtilitatē statuit vt veritas nobis per scripturā cum aliquali difficultate innotescat. Primo.n.ex hoc tolliē fastidiū, quia difficultas attētionem excitat, quæ fastidium expellit. Secūdo tollitē occasio superbiendi ex hoc ꝙ homo videt se veritatem, aut nullo modo, aut cum difficultate posse percipere. Et tertio ex hoc fidei veritas ab infidelium irrisione tuta est & secura. Vnde monet dominus Mat.7. Nolite sanctum dare canibus. Item contra prædicta arguitur. Nam si in diuina scriptura esset ista sensuum multiplicitas, esset nobis magna erroris occasio. Quilibet enim posset diuinæ scripturæ assignare sensum pro libito suo, & dicere, ꝙ ille est sensus Spiritussancti. Ad hoc dicit S.Thom. ꝙ secūdū Aug.lib.de doctrina Christiana. Nihil in diuina scriptura traditur per sensum spiritualem in aliquo loco, quod sit necessarium ad salutem, quod non tradatur per literam in alio. Vnde non potest quisquis ad libitum suum assignare sensum spiritualem, quia oportet quòd talis sensus semper habeat fundamentum in aliquo literali, alioquin repudiatur. Item contra. Nam secundum philosophum licet multa possimus simul scire, tñ non possumus simul nisi vnum intelligere. Prophetæ ergo q diuina verba scribebant, dum scribebant nō intelligebant nisi vnum, ergo neque exprimebant nisi vnum, quia voces & literæ seu scripturæ sunt signa cōceptuum mētalium & eisdem subordinantur. Ad hoc respondet qui supra, ꝙ principalis autor diuinæ scripturæ est Spiritussāctus, qui omnia simul intelligit, sed vnus homo potest duo simul intelligere quando vnum est figura alterius, sicut cū simul apprehēdimus imaginem & imaginatum. Prophetæ ergo simul intelligebant præsentia & futura per præsentia significata. Vnde & beatus Hiero. dicit super Osee. ꝙ Prophetæ ita loquebanť de pñtibus qđ intendebant futura significare. Immo si cut innuit idem S.Tho. in q. de po. q. 5. ar. 1. non est inconueniens ꝙ diuina virtute Moysi & aliis Prophetis fuerint reuelatæ omnes veritates, quas nos de aliquo textu concipere possumus, & eas sub vna serie literæ fuisse ab eisdē positas. Sed tamen dato ꝙ aliqd per verba Moysi significetur, quod Moyses non intellexit stat ꝙ Spiritussanctus illud significauerit & expresserit per Moysen, & sic de aliis Prophetis. Item cōtra, qa secūdū Aug. sup Gen ad lite. Maior est scripturæ autoritas quàm humani generis capacitas. Sed sensus spiritualis nullius est autoritatis cum ex eo nihil probari possit. vt dictum est. Ergo talis sensus non est sensus diuinæ scripturæ. Ad hoc dicitur, ꝙ sensus spiritualis quantum est in se, est maximæ autoritatis Sed qa nos illū ex certitudine non cognoscimus, ideo ex illo arguere non possumus. Quod vero illud non cognoscimus, causa est, quia iste sensus secundū ꝙ vna res significat aliam per quandā assimilationē. Potest autē vna res assimilari diuersis. sicut leo assimilatur Christo rōne fortitudinis, & diabolo rōne rapacitatis. Si ergo aliquid dicat scriptura de leone, nō sum certus si de Christo loquitur, an de diabolo, & non possum inferre & concludere ꝙ talia sint dicta de Christo, vel diabolo. Sic ergo patet quomodo sacra eloquia plures continent sensus, quod nulli sciæ humanæ conuenire pōt. Licet.n.hō possit fingere aliquam similitudinē ad aliquid significandū, vt poetæ faciunt, tñ pñt ordinare sic res ꝙ vna res facta sit signū necessariū, id est infallibile fiendæ, sicut pōt Deus. Quādo aūt aliqua per similitudines fictas significanť, quæ solū ad significandum sunt factæ, talis significatio pertinet solū ad sensum lralem, q solus in scientiis humanis inueniť. Vñ dicit bea. Gre. 3. mora. Sacra scriptura omnes scientias atque doctrinas ipso locutionis suæ more transcendit, quia vno eodemque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium. hæc ille.

Quod omnes sensus scripturæ ad quatuor reducuntur. Cap. III.

RVRSVS autem scire oportet, ꝙ oēs sacræ paginæ sensus ad quatuor reducuntur, q sunt Lralis, & Allegoricus, Moralis, & Anagogicus. Dicitur autem literalis sensus

sus eo ꝙ ab ipsa litera, seu ab ipsis vocibus accipiatur immediate eo modo quo infra dicetur. Allegoricus vero dicitur ab allegoria. Est aũt allegoria tropus, seu figura, qua dicitur vnum, & aliud significatur. Hac vsus est Virgilius cum ait. Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt, idest imponite finem carminibus, & canticis vestris. quia satis dixistis & cãtastis. Similiter Saluator Io. 4. Respicite, inquit, regiones, quia albæ sunt ad messem, id est populi sunt dispositi & propinqui vt per fidem qua credituri sunt Deo cõgregentur in horreum, seu gremium ecclesiæ militantis, ac tandem etiam triũphantis, bonis operibus succedentibus fidei. Dicitur autem allegoria secundum aliquos, ab allon, quod est alienum, & logos sermo, vel gore dicere. Vnde allegoria quasi alieni loquium dicitur. Elegantes vero inuersionem interpretantur, quia scilicet, vt dictum est, aliud dicitur & aliud significatur. Quando igitur ista allegoria fit rebus & non verbis, ad sensum spiritualem pertinet, qui allegoricus dicitur. Quando autem fit verbis, ad literalem. Sed de hoc dicetur diffuse in sequentibus. Moralis vero dicitur, eo quod ad instructionem morum trahatur. Exemplum huius habetur Ioan. septimo, vbi dicitur. Ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæam ambulare. Iesus enim interpretatur saluator, & significat moraliter eum, qui se & alios quærit ad æternam salutem perducere. Galilæa vero interpretatur rota vel transmigratio, & significat tribulationes huius vitæ. Sed iudæa quæ interpretatur glorificatio, significat adulationes & applausus. Qui ergo salutem quærit potius debet in galilæam quàm in iudæam proficisci, quia vtilius est ei exprobratores quàm adulatores audire. Anagogicus autem dicitur ab anagoge, seu anagogia, quod idem est. Est autem anagogia sermo de supernis ac summis rebus. Dicitur enim ab ana, quod est sursum, & goge, quod est ductio, inde anagogæ, vel anagogia sursum ductio, vel sursum ducens. Huius exemplum habetur, & omnium aliorum in hac dictiõne Hierusalem, quæ secundum sensum literalem significat quandam ciuitatem, quæ fuit sedes regni in iudæa, & fuit per Melchisedech fundata, & per Salomonem dilatata & fortificata, & per Neemiam reædificata. Sed moraliter significat animam fidelem, secundum quem sensum dicitur Esa. 52. Consurge sede Hierusalem & cæte.

Allegoricè vero significat ecclesiã militãtem, secundum quem sensum dicitur Apocalip. vigesimoprimo. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descẽdẽtem de cœlo, sicut sponsam ornatam viro suo. Anagogicè vero significat ecclesiam triumphantem, secundum quem sensum dicitur Gal. quarto. Illa quæ sursum est Hierusalem est libera, quæ est mater nostra. Et sicut exemplum positũ est in vna dictione, ita poni põt in vna oratione. Vnde cum dicitur in Psalm. Lauda Hierusalem dominũ, lauda Deum tuũ Syõ. Quoniam confortauit seras portarum tuarum & c. quatuor modi exponi potest. Notãdum est tamen, quod cum aliquid traditur nobis de futura vita immediate per voces, iam illud non pertinet ad sensum anagogicũ, sed literalem. Cum vero per res traditur, tunc ad anagogicum pertinet. Cum igitur quatuor sint sensus, Literalis est secundum quod per voces aliquid gestum, seu aliqua veritas exprimitur proprie vel metaphoricè. Anagogicus vero quando per res significatur aliquid in patria sperandum. Allegoricus vero secundum quod per res significatur aliquid in noua lege credendum. Moralis autem secundum quod res significatur per aliquid operandum. Vnde de hoc extant versus tales.

Litera gesta docet quid credas allegoria.
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

Ad hos quatuor sensus pertinent oẽs sensus de q̃b. mẽtio fit in doctrina sanctorũ. Vnde cũ dicit Aug. in li. de vtili. credẽdi, quod scriptura, quæ testa͠mẽ vetus vocatur, quadrifariã traditur, scilicet secundum historiam, secundum etymologiam, secundum analogiam, & secundum allegoriam. Tres primi sensus, scilicet historia, etymologia, & analogia pertinet ad literalẽ. Nam historia est (vt ipsemet Augu. exponit) quando aliquid simpliciter, proponitur, vt Deuterono. vigesimoquarto. Si acceperit homo vxorem, & odio habuerit eã, & nõ inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatẽ, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Etymologia autem est cũ causa dicti assignatur, sicut Matth. decimo octauo assignatur causa, quare Moyses permisit

misit libellum repudij, cum dicitur. Ad duriciam cordis vestri & cætera, idest, ideo permisit Moyses vt possitis repudiare vxores, non quia sic licitum, sed propter duriciam vestri cordis, ne malum grandius, id est vxoricidium perpetraretis. Analogia vero est, cum veritas vnius scripturæ ostenditur alteri non repugnare. Sicut act.9. dicitur, ꝙ comites Pauli erant audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Sed in sequentibus, id est cap.22. dicitur. Et qui mecum erat lumen quidem videbant, sed vocem non audiebant. Ecce repugnantiam apparentem, quæ tamen tollitur, cum subiungit Paulus. Eius qui loquebatur mecum, idest audierunt quidem vocem meam cum dicerem. Domine quid me uis facere? Sed non audierunt vocem Christi dicentis. Saule Saule quid me persequeris. Vel certe huius exemplum habetur conuenientius ad Rom. 10. vbi Apostolus ostendit, ꝙ illud verbum Esa. Inuentus sum &c. non repugnat promissionibus factis Patriarchis, dicens. Nunquid repulit dominus populum suum, absit? Nam & ego Israelita &c. Et deinde adducit aliam scripturam, per quam facit concordiam, quia, scilicet licet sint aliquid Iudæorum repulsi, tamen reliquiæ saluatæ sunt, vt patet ibi. Porro in prædictis verbis Augustinus per allegoriam tres reliquos sensus, qui sunt spirituales accipit. Sensus etiam parabolicus ad literalem pertinet, vt patebit. Tropologicus vero sensus idem est, quòd moralis. Et dicitur a tropos conuersio, quia scilicet ad conuersionem & informationem morum pertineat. Ex omnibus autem in hoc capitulo dictis talem possumus diuisionē colligere. Sensus enim sacræ scripturæ est duplex, scilicet spiritualis, & literalis. Spiritualis est triplex, scilicet Allegoricus, Anagogicus, & Moralis. Sed literalis est duplex, s. Improprius, vt Parabolicus, quo per voces aliquid significatur, figuratur, & metaphorice, & Proprius quo aliquid per voces significatur propriè. Et iste, scilicet proprius, est triplex, scilicet Historicus, Etymologicus, & Analogicus. Et rursus historicus est tam multiplex, quàm multiplices sunt veritates, quæ possunt literæ adaptari, salua circunstantia eius, vt in sequentibus patebit.

Quis sensus sit literalis. Cap. IIII.

IN maiorem autē pdictorum euidentiam, oportet diligenter discutere, quis propriedicatur sensus literalis. Est enim in hoc non mediocris inter peritos concertatio. Quidam ergo dicunt ꝙ sensus literalis est secundū quē aliqua historia narratur ad literam. Confirmant aūt dictum suum, quia hoc videtur innuere beatus Gregorius in 3. moralium, qui de sensu literali loquens, ait: Dum narrat gestum, prodit mysterium. Et similiter idem habetur in prædictis versibus, scilicet Litera gesta docet. Sed ista opinio est valde irrationabilis, quia ex ea sequitur ꝙ sola historialia in diuina scriptura haberent sensum literale, & consequenter doctrinalia, seu sapientialia, cuiusmodi sunt parabolæ, sapientia, ecclesiastes, ecclesiasticus. & omnes epistolæ beati Pauli carerent sensu literali, & cōsequenter omni alio sensu, cū spiritualis super literali fundet. Idem etiam sequitur de omnibus libris prophetarum. Motiuum autem istorū inualidum est. Nam tam Grego quòd metrista, per rem gestam accipiunt rem veram, quæ solum ad significandum non est ficta, sed est a Deo, vel ab aliqua creatura ad alium finem effecta. Quidam vero alij dicunt, ꝙ sensus quidem literalis est secundū quem voces significant res immediate, sed tamen non omnis sensus literalis est talis. Nam sunt quædam in diuina scriptura tradita, quæ si accipiantur secūdum quòd voces immediatè significant res. sunt falsa, vt patet in locutionibus parabolicis, vt puta Daniel.8. vbi dicitur, ꝙ hircus caprarum ab occidenre cum impetu ferebatur, habens cornu insigne inter oculos, & contriuit cornua arietis stantis ante paludem. Hoc enim nunquam verum fuit sicut sonant verba. Sed hircus ille fuit regnum græcorum. Et cornu eius fuit Alexander magnus primus eiusdem regni rex. Ideo dicunt isti, ꝙ oportet superaddere & dicere, ꝙ sensus literalis est ille, quem autor intendit, qui autor, inquiunt, Deus est. Sed ista opinio quamuis sit cuiusdam magni viri, & tam latinæ quàm hebraicæ docti, tamē stare non potest: & arguo sic. Si sensus literalis est quem intendit Deus, aut est ille quē intendit immediatè per voces, aut quem intendit medicantibus rebus. Si dicas pri-

num

mum, sic vera est opinio quam negasti, scilicet quòd omnis sensus literalis est, qui immediate per voces accipitur. Si vero dicas secundum, sic sequitur ꝙ omnis sensus spiritualis sit literalis, cum omnis talis sit mediantibus rebus intentis a Deo. Non ergo est ista opinio vera, neque motiuum eius est efficax, vt patebit. Dico ergo, quòd sensus literalis est ille, quem autor scripturæ intēdit immediate per voces, & quem intellectus prudētis vt sic immediate concipit auditis vocibus dum proferuntur, aut visis dum scriptæ leguntur. Hoc autem & ratione suadeo, & autoritate probatur. Ratione sic. Suppono enim primo quòd omnis sensus sacræ scripturæ sit literalis, vel spiritualis. Secundo, quod literalis est primus ante omnes, cum secundum sanctos sit fundamentm omnium aliorum. Tunc sic. Ista opinio, quam sequimur non habet instantiam, neque falsitatem, nisi in parabolicè traditis. Sed in talibus non habet falsitatem. Nam prudens audiens aliquam parabolam, vel fictam similitudnem, vt est prædicta recitata de hirco, aut concipit primo aliquid significatū per tales voces proprie, aut non? Si primum, sequitur quòd primus conceptus, seu sensus a diuina scriptura sumptus sit falsus, & tamen est sensus literalis, vt patet ex vtroque præsupposito. Nihil enim proprie significatum per tales voces potest concipi, quod sit verum. Et si dicatur ꝙ sensus literalis non est primus simpliciter, sed inter veros, tamen non est probabile quod aliqua sit scriptura, quæ prima fronte habeat apud prudentes sensum falsum aliquem, nullum autem verum, cum hoc videatur repugnare fini propter quem tradita est. Si autem secundum, habeo intentum, scilicet quod aliquid potest immediate per voces concipi, quod per ipsas voces non significatur proprie. Vnde dico, quod audiens prædicta non concipit per intellectum quod fuerit quidam hircus vnum tantummodo habens cornu in fronte, sed hoc imaginatur tantum, & per intellectum concipit aliquid significatum per ista in speciali, vel saltem in generali, intelligendo quod talia non sunt res, sed rerum signa. Et quamuis forte aliquis rudis ita conciperet, tamē communiter homines assueti scripturis non sic cōciperent aliquid significatum per talia immediate. Et hoc sufficit ad hoc, quod talis conceptus dicatur immediate sumptus a vocibus, quia scilicet docti communiter immediate sic concipiunt per intellectum, quamuis per phantasiam imaginentur propria vocum significata, puta hircum vnius cornu tantum. Probatur etiam autoritate. Nā doctor sanctus quodlib.6. quæstio.6. articulo.2. sic dicit expresse. Et similiter prima quæstio. prima, articulo vltimo. Et similiter idem tenet magister Nico. de Ly. in primo suo prologo super diuina scriptura. Ad motiuum autem oppositæ opinionis dico, quòd per voces dupliciter significatur aliquid immediate, vno modo proprie, alio modo transumptiue, seu metaphoricè, sicut risus significat actum ridendi proprie, & metaphoricè pulchritudinem, seu decorē, vel floritionem prati. Et similiter hircus proprie significat animal brutum tale. Sed metaphoricè significat regnū græcorum, quod fuit magnæ lasciuiæ, præcipue in suo primo rege Alexandro. Dico ergo, quod parabolice tradita in diuinis libris si sumantur quo ad significata immediata, & propria vocū continent falsitatem. Modo nullus est, qui ita concipiat nisi stolidus, sicut cū dicitur, pratum ridet, non concipimus quod pratum habeat os, & more hominum rideat, sed quod floribus & viriditate sua decoretur.

Istam solutionē expresse innuit sanctus Thomas in locis præallegatis. Sed contra ista arguo sic. Si sensus parabolicus ideo literalis est, q̄a metaphoricè per voces significat propter aliquam conuenientiam metaphorici significati ad proprium, sequitur quòd omnis sensus spiritualis eadem ratione erit literalis. Sicut enim hoc nomen hierusalē proprie significat materialem ciuitatem in qua Christus est realiter & corporaliter imolatus, & in qua Apostoli Spiritum sanctum in forma ignis susceperunt, ita metaphoricè significat Ecclesiam militantem, in qua imolatur Christus in sacramento, & triumphantem, in qua sancti inebriantur ab vbertate diuini amoris. Ad hæc respondetur secundum mentem doctoris sancti sic. Res enim sunt in duplici differentia. Quædam enim sunt verè res, seu fuerunt, & productæ sunt ad suos fines proprios, vt Ismael & Isaac filij vere fuerunt

Abrae. Quaedam uero sunt seu fuerunt res non uere productę ad proprium finem, sed fictę, vel productę solum ad significandum, & non ad aliquem finem eis proprium. Sicut ea, quæ dicit Daniel de hirco capraium, vbi supra. In primis ergo omnis sensus sumptus iuxta significatū secundarium vocum, est sensus spiritualis, eo quod procedat vnus alius sensus seu intellectualis conceptus, sumptus secundum propria vocum significata, non autem in secundis, propter oppositam rationem. Sed rursus arguo, quòd ista non sint bene dicta. Nam sicut habetur Matt. 21. Christus ex Bethania in Hierusalem quodam mane ad prædicandum proficiscens esurijt, & accessit ad arborem fici, si forte in ea aliquos fructus inueniret. Et tamen sicut dicitur Mar. decimoprimo, non erat tempus in quo talis arbor posset, aut deberet habere sua poma. Cumque eam plenam folijs, & fructibus vacuam inuenisset, maledixit ei, dicens. Nunquam ex te nascatur fructus in sempiternum. Certum est autem, quod omnia ista uerè & nō fictè gesta fuerunt, quia fuit vera esuries, verus accessus, vera arbor, vera maledictio, & vera arefactio secundum doctrinā sanctorum. Et nihilominus sensus literalis non sumitur hic secundum propria vocum significata, sed secundum secundaria. Nam omnes sancti & non sancti hunc passum literaliter exponūt de synagoga Iudęorum. Ad quam Christus esuriens, seu desiderans eius salutem fructus bonorum operum, quęsiturus aduenit. Sed eam folijs verborum refertam, & fructibus bonorum operū vacuam inueniens, maledictioni subiecit, & arefacta est, idest dissipata, & vbique terrarum longe lateque dispersa. Inconuenienter ergo dictum est, quòd in veris rebus nunquam literalis sensus penes secundaria significata accipiendus est. ad hoc dico, quod argumentum procedit ex inconsideratione eorum quæ diximus. Licet enim ista fuerint vere res, non tamen fuerunt ad proprios fines factæ, sed solum ad significandum. Illa enim Christi esuries nō fuit naturalis, secundum Nicolaum de Lyra. Vnde & sanctus Thomas super Matth. dicit, quòd esurit quando voluit. In sero enim fuerat hospitatus in domo nobilissimæ & ditissimæ matronæ Marthæ. Et quando esurijt erat valde mane. Ideo esuries illa non fuit causata ad proprium finem esuriei, puta vt per assumptionem cibi restauraretur deperditum, sed ad significandum desiderium Christi pro salute Iudæorum. Similiter illa quæsitio fructuum non fuit ad proprium finem, puta ad inueniendum, quia tempus non erat illorum fructuum, nisi forte quis dicat, quòd ignorabat Christus, quod non ignorabat rusticus colonus, scilicet ficum ante Pascha priuari fructibus. Similiter etiam illa maledictio & arefactio fuerunt ad significandum maledictionem & dispersionem Iudæorum, & non arboris, quæ non erat in culpa. Non autem diximus nos in omnibus veris rebus literalem sensum esse secundum propria uocum significata, sed in omnibus veris & ad proprium finem productis. Secus in rebus fictis, aut in veris, sed tamen solum ad significandum factis.

De sensu allegorico specialiter.
Cap. V.

RVRSVS expedit nobis circa allegoricum sensum specialiter insistere, vt plenius agnoscatur. Est enim de hoc etiā nōn parua quæstio plerunque. Sciendū est ergo, quòd allegoria de qua supra diximus, quod est figura, qua aliud dicitur & aliud significatur, in multas species diuiditur. Ex quibus septē eminent, quæ sunt Ironia, Antiphrasi, Enigma, Charientismos, Paroemia, Sarcosmos, & Antismos.

Ironia est figura per contrariū ostendens quod conatur, id est quod appetitur & desideratur, vt cum quis sic laudat vt vituperare intelligatur, ex verbis quidē laudem significās, sed ex circunstantijs vituperationem, sicut Mar. decimosecundo dicebāt Christo. Aue rex iudęorum. Et dicitur ab iron quod est contrarium, & ononia, quod est nomen, seu nota mentis. Facit enim pronunciationem menti contrariam. Vel secundum alios, dicitur ab iron, quod est eleuatio, eo quod cum quadam vocis eleuatione fiat. Vnde & a Tullio dicitur exclamatio.

Antiphrasis est sermo econtrario intelligendus, sicut lucus a lucendo dicitur, cum sit tenebrosus, & parcæ a parcendo, quod nulli

nulli parcant,& manes quasi mites,cum sit terribiles. Et differt ab ironia secundum aliquos,quia fit in unica dictione, sicut ironia in oratione, secundum alios vero,quia ironia sola pronunciatione indicat quod cupit intelligi,vt cum male agenti dicitur,bene operaris: Antiphrasi autem non pronunciatione, sed voce pronunciantis significat contrarium. Nam componitur ex anti, quod est contra,& phrasis locutio,quæ verba simul coniuncta faciunt antiphrasis.

Enigma vero est obscura sententia per occultam rerum similitudinem,sicut dixit Sanson Iudic.14. de comedēte, idest leone,exiuit cibus,idest fauus mellis,i leonis ore post eius mortem ab apibus cōgestus.Item enigma est, cum dicitur, mater me genuit, eadem, mox gignitur ex me, cum significetur aquam in glaciem conuerti, & rursum ex eadem effluere. Dicitur autē secundum aliquos ab e. quod est extra, & nigmos, quod est liquidum seu manifestū, eo quod enigma sit quid immanifestum, seu non patens,nisi difficulter. Secundum alios autem dicitur ab eo quod est in, &nigma quod est imago, quasi sententia in imagine, seu obscuritate posita.

Sed Charientismos est tropus, seu figura quo dura & aspera dictu gratius & mitius proferuntur,sicut cum aliquem & spuriū & filium sacerdotis asserere volētes dicimus, hic est de stirpe Aaron.Et similiter Gen. 29. cum Iacob seruisset pro sua dilecta Rachel septem annis, & nocte per dolū dormisset cum Lia,dixit socero.Quare imposuisti mihi?idest quare me decepisti.Vnde leuissimo verbo,grauissimam quam patiebatur expressit iniuriā.Et dicitur a charis,quod est gratia & mos moris,quasi gratiosus mos & vrbanitatis plenus,Paroemia autem est accōmodatū rebus, temporibusque prouerbiū. Rebus quidem,vt Act.9 durum est tibi contra stimulum calcitrare,id est fortiori te resistere. Temporibus vero, vt lupus est in fabula, id est tace. Vnde dicitur Lupus est in fabula, cum quis in media locutione tacet. Sicut enim dicit beatus Ambrosi. in hexameron, lupus si prior hominem uiderit, uocem aufert. Huius rationem assignant quidam naturales, eo quod lupus tanquam animal uenenosum aerem inficit, qui attractus ab homine ad uocales arterias ingreditur & formandæ uocis uirtutem eripit, Quod si homo prior uiderit lupum, naturaliter confortatur adeo ut inficei nequeat. Hic tropus adeo late patet vt liber Salomonis quem nos parabolas appellamus apud græcos ex eo nomen sumat. Et dicitur secundum aliquos paroemia, scribentes a para, quod est iuxta, & cinium quod est modulus seu cantus,quasi accommodatum prouerbium secundum res uel tempora, eo modo quo bene & accommodate loquentes consueuimus dicere bene cecinisse, Sed tamen cum sit dictio græca, & scribatur parimia, quod interpretatur prouerbium, talem reuera non recipit etymologiam,quia simpliciter significat prouerbium.

Sarcosmos autem est irrisio plena odio, atque hostilis, auxiliante modo dicendi significata, potest etiam interpretari iocus cum amaritudine, vt Matthæus uigesimosecundo. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est &c. Dicitur autem secundum quosdam a sarcon, quod est corrosio, & mos moris, quasi mos corrosius.

Porro Antismos est figura qua quid faceta urbanitate expolitur, vt cum dixit Saul.1. Regum uigesimo. Fili mulieris ultro uirum rapientes, id est fili meretricis, & similiter cum vulgo dicitur, & fili mulieris bassiate. Et dicitur ab antos, quod est flos, & mos. Inde antismos tropus floridæ seu urbanæ uirtutis. Cum igitur multæ & uariæ sint allegoricæ species, oportet rursus sciri quod tribus modis allegoricè significatur, secundum uenerabilem Bedam,scilicet rebus tantum, verbis tantum, & rebus ac uerbis simul. Exemplum primi habetur in duobus filijs Abrahæ. per quos iuxta doctrinam Apostoli ad Gal. 4. duo uestimenta scilicet uetus & nouum allegoricè significatur. Exemplum uero secundi Esaias undecimo, ubi dicitur. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et similiter Ioan. quarto. Respicite regiones &c.Exemplum uero tertij habetur in Christi uenditione, quæ significatur factis in uenditione Ioseph.Gen.trigesimoseptimo,& verbis in Zach.11.vbi dicit. Appenderūt mercedē meā, triginta argenteis. Cum ergo dicimus sensum

sum diuinæ scripturæ allegoricum dici ab allegoria, non loquimur de allegoria facta per verba immediate. Talis enim in omni sua specie pertinet ad sensum literalem, siue illo modo significetur aliquid hystorialiter gestum, siue pertinens ad fidem vel mores, aut ad futuram felicitatem. Sed tunc per allegoriam intelligimus eam, quæ fit rebus tantum immediate. Et sic patet quis sensus sit dicendus allegoricus. Quia vero sensus moralis & anagogicus non habent speciales difficultates, de his nihil specialiter dicendum putamus.

Quod in eadem literæ sunt plures sensus literales. Cap. VI.

POSTQVAM vidimus quot, & qui sunt diuinæ scripturę sensus restat, vna difficultas enucleanda. An scilicet diuina scriptura sub eadem litera continere possit multos sensus literales historicos. De hoc enim viri magni nonnunquam dissentiunt. Et omissis alijs, etiam eorũ qui sequuntur doctrinam Sancti Thomæ, quidam tenent partem affirmatiuam, quidam vero negatiuam. Et secundam tenentes partem mouentur ex verbis eiusdem Sancti Tho. Nam ipse prima parte, quæstio. 1. argu. vlti. quærit vtrum sacra doctrina sub vna litera habeat plures sensus, scilicet literalem, allegoricũ &c. Et primo loco arguit ꝙ non, sic. Multiplicitas, inquit, sensuum in vna scriptura parit confusionem & deceptionem, & tollit arguendi firmitatem. Vnde ex multiplicibus propositionibus non procedit argumentatio, sed secundum hoc aliquæ fallaciæ assignantur. Sacra autem scriptura debet esse efficax ad ostendendum veritatem absque omni fallacia. Non ergo debent in ea sub vna litera plures sensus tradi. Ecce argumentum sancti Thomæ. Sequitur responsio eiusdem. Ad primum, inquit, dicendum quòd multiplicitas horum sensuum non facit æquiuocationem, aut aliam speciem multiplicitatis, quia sensus isti non multiplicantur propter hoc, quod vna vox multa significet, sed quia ipse res significatæ per voces aliarum rerum possunt esse signa. Et ita etiam nulla confusio sequitur in sacra scriptura cum omnes sensus fundentur super vnum, id est literalem, ex quo solo potest trahi argumentum. Hæc sanctus Thom. in forma. Ex quibus arguunt quidam sic. Si sensus multiplicaretur in scriptura ex hoc quod vna vox multa significat, in diuina scriptura esset aliqua multiplicitas. Sed si sub eadem litera sunt plures sensus literales historici, hoc est quia vna vox multa significat, ergo si ita est, in diuina scriptura esset multiplicitas, quod est impossibile. Sed ista opinio sustineri non potest, & motiuum etiam est inefficax vt patebit.

Primum scilicet, quod hæc opinio sit inanis, patet ratione supra inducta, quo ad illa verba, Ego ero illi in patrem. Nam ab omnibus expositoribus exponuntur ad literam de Salomone. Et Apostolus ad Hebræos primo, ad literam de Christo illa verba allegat. Patet etiam auctoritate. Nam ipse doctor sanctus prima parte, vbi supra in corpore ar. & sunt vltima eius verba, sic dicit. Quia vero sensus literalis est ille, quem intendit autor. Autor autem sacræ scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu comprehendit, non est inconueniens, vt Augu. dicit 12. confessio. si etiam secundum literalem sensum in vna litera sacræ scripturæ plures sunt sensus: Hæc ille in forma. Item in quæstionibus de pote. Dei quęstio quarta. argumen. primo, loquẽs de sensu literali, ait. Omnis veritas, quæ potest diuinę scripturæ adaptari sola circunstantia litera est sensus eius. Ex quo infert quod cum doctores sancti exponendo primum capitulum Genesis in duos sensus diuidantur, quilibet illorum est sensus diuinæ scripturæ. Et clarum est, quòd loquitur de literali, vt patet intuenti. Idem autem sensit Augusti. 12. confessi. & Nicolaus de Lyra, & Paulus Burgensis, & multi alii solennes doctores. Dico ergo quòd multos sensus potest diuina scriptura sub eadem litera habere literales, nec tamen aliquis eorum potest esse falsus: quia ille sensus est literalis, quem Deus immediate per voces intendi significatur. potest autem Deus simul multas veritates intendere, non autem aliquam falsitatem.

Ad motiuũ autem alterius opinionis responsurus præmitto quædam. Sciendum ergo est, quòd aliud est æquiuocatio, & aliud fallacia, seu deceptio secundum æquiuoca-

uocationem. Et similiter aliud est multiplicitas, & aliud fallacia secundum multiplicitatem. Vbicunque enim est fallacia æquiuocationis, est etiam æquiuocatio, non autem econuerso. Exempli gratia. Ista dictio canis dicitur æquiuoca, quia multa significat secũdum rationes diuersas, s. canem terrestrẽ, marinũ, & cœlestẽ. Si ergo fiat tale argumentũ. Omnis canis potest latrare, cœleste sidus est canis, ergo cœleste sidus põt latrare. Siquis nesciat argũmentũ dissoluere, erit hic fallacia æquiuocationis, & etiã æquiuocatio. Si uero arguatur sic, omnis canis est sub stãtia, ergo cœleste sidus est substantia. erit quidẽ hic æquiuocatio, non autem fallacia æquiuocationis, eo quod omnes propositiones sint uere in omni suo sensu. Licet autem in diuina scriptura nulla possit esse fallacia, potest tamen in ea esse æquiuocatio, cum multæ dictiones æquiuoce vel analogice in ea ponantur, vt patet legenti sacros codices. Ex multiplicitate ergo sensus literalis & spiritualis, neque deceptio, seu fallacia, neque multiplicitas accesit in diuina scriptura, vt testatur sanctus Thom. vbi ab aduersariis allegatur. Sed ex multiplicitate sensuum literalium sequitur quidem multiplicitas, puta æquiuocatio, sed non sequitur aliqua fallacia, puta omnes propositiones sacræ scripturæ in omni sensu quẽ possũt habere veræ sunt. Nihil enim est sensus scripturæ literalis nisi sit uerum & adaptabile literæ, salua eius circunstantia. Ex his autem patet solutio argumenti. Dico enim quòd illud quod ibi infertur, scilicet, quod in diuina scriptura esset multiplicitas nõ est impossibile, vt isti credunt, sed est uerum quamuis in ea nõ sit deceptio ex multiplicitate, vt dictum est. Et si quæratur quo modo sit ista multiplicitas. Dico, quòd tribus modis esse potest, vt occurrit ad præsens. Vno modo per dictionem merè æquiuocam. Alio modo per analogam, & tertio modo ex eo quod proprium significatũ unius uocis est figura & imago (vt ita dicamus) alterius rei, sicut Salomon fuit expressa figura Christi. Tunc enim licet quæ de tali dicuntur vt res est, de nullo alio intelligantur nisi spiritualiter, tamen quæ dicuntur de figura ut figura est immediate intelliguntur dici de figurato etiam literaliter. Sed tamen isto tertio modo non caufatur sensus mere literalis secũdum aliquos. Ad intellectum autem horum sciendum est quòd quãdo aliquis fuit figura alterius, puta Salomon Christi, tripliciter potest considerari. Vno modo solum in quantum est figura. Alio modo in quantum est quædam res in se præcise & solum. Tertio modo in quantum est quædam res & figura alterius. Quæ ergo dicuntur de Salomone primo modo, idest solum in quãtum est figura Christi, verificantur solum de Christo, vt Psal. 71. dicitur. Et dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Ista enim Salomoni, de quo dicuntur, conuenire non possunt. Quæ vero dicuntur de eo solum, vt quædam res fuit, conueniunt ei soli, & non Christo, sicut quod fecit templa idolorum. 3. Reg. 11. Quæ vero dicuntur de eo vtroque modo, verificantur de vtroque, sed uerius & principalius de Christo, sicut est illud. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. 1. Paral. 22. & 1. Regum 7. His autem tribus modis potest aliquid dici de quacunque imagine. Vnde de cruce dicimus, quòd est redemptio mũdi, quo ad primum, & quod est lignum, quoad secũdum, & quod est aliquid quo ad tertium. Arguitur autem contra ista q̃ dicta sunt, sic. Nã licet ex multiplicitate sensuum literaliũ in diuina scriptura non sequatur fallacia vel deceptio, sequitur tamen quòd ipsa sit inefficax ad arguendum quãdo habet plures tales sensus, quia arguere ab ipso textu ad aliquem illorum sensuum, erit arguere a tota disiunctiua, ad vnam partem eius determinatam, quod secundum regulas dialecticæ reputatur illicitum. Ad hoc respondetur, quòd licet a solo sensu literali sumatur efficax argumentum, non tamen ab omni sensu literali, neque ad omnem literalem sensum sumitur argumentum efficax, sed solum ab illo sensu, & ad illum sensum qui euidenter constat, aut constare potest, quod per voces exprimatur immediate, proprie, vel figuratiue. Ad maiorem tamen horum euidentiam sciẽdum est quòd quando sub eodem textu traduntur sensus diuersi, vt tradunt sancti quo ad primum cap. libri Geneseos, si huiusmodi sensus diuersi in aliquo concordant, potest sumi inde argumentum efficax, taltem

tem in hoc, in quo concordant. Exemplum huius habetur Daniel. 9. in computatione 70. hebdomadarum, vbi licet expositores tam latini, quàm hebræi diuersimode se habeant quo ad terminum, in quo hebdomadæ incipiunt, & quo ad progressum computationis: quia tamen, secundum omnes, terminus earum vltimus iamdiu transiuit in præteritum, ideo ex ipsa auctoritate argumentum efficax sumitur ad concludendum, quòd iamdiu Christus aduenit. Ex quibus sequitur, quòd cum sensus literalis sacræ paginæ in quibusdam locis non sit idem apud omnes, ideo potest contingere quod ex aliquo sensu literali posset sumi argumentum validum contra quosdam, puta contra tenentes eiusdem sensum literalem, non autem contra alios non tenentes illum, nisi quando voces ita illum prætendunt quod rationabiliter negari non potest. Ista autem diuersitas sæpe contingit inter nos & infideles. Sunt enim quidam scripturæ textus, quorum sensus qui est verus & literalis apud catholicos non sufficit vt ex eo sumant validum argumentum contra infideles seu hæreticos. Talis est ille textus Psalmistæ. Verbo domini cœli firmati sunt. Sensus enim verus & literalis apud catholicos est, quod verbo domini, id est filio patris, cœli sunt firmati.

Vnde & Ioan. 1. dicitur. Et verbum erat apud Deum. Et infra. Omnia per ipsum, scilicet verbum, facta sunt. Sed ex prædicto textu infideles nullam realem distinctionem in diuinis admittentes, sed omnem multitudinem personarum negantes, conuinci non possunt. Dicunt enim, quod loquitur propheta more humano, sicut cũ de mandato alicuius domini aliqua fiunt, dicitur quod sunt verbo eius facta. Sumitur tamen ex huiusmodi textu argumentum validum apud fideles, qui distinctionem diuinarum personarum in diuinis admittunt. Et similiter forte argumẽtabatur Apostolus ad hebreos fideles ex sensu, quem ipsi admittebãt. Est tamen aliquis sensus diuinæ scripturæ vbique, aut fere vbique, qui ita patenter est literalis quod negari nisi proteruiendo non potest. Et ex tali sumitur argumentũ apud omnes admittentes textum. Et taliter arguere non est arguere a tota disiunctiua ad alteram partem, cum non accipiatur textus vt communis duobus sensibus, sed vt limitatus ad vnum. Quando autem textus accipitur vt communis pluribus sensibus, quorum quilibet supponitur verus, tũc textus non tenet locum disiunctiue, virtualis, sed copulatiue, a qua ad singulas partes est consequentia bona.

An quilibet scripturæ textus secundum quatuor sensus exponatur. Cap. VII.

POSTQVAM præmissa videre restat, an quilibet passus diuinæ scripturæ possit secundum omnes quatuor prædictos sensus exponi, vel non. Ad intellectum autem istius difficultatis sciendum est, ex doctrina sancti doctores, vbi supra, quòd isti quatuor sensus sic accipiendi sunt. Dictum enim est, quòd propterea isti sensus multiplicantur, quia Deus non solum potest significare vocibus vt homines, sed etiam rebus eo modo quo prophetæ multoties actibus siue futura prædixerunt. Sensus ergo literalis, vt dictum est, ille est quem Deus intendit immediate per voces significare. Vel est ille, quẽ prudens vt prudens, seu recte accipit ex ipsis vocibus immediate. Alij vero sic accipiendi sunt. Sensus enim spiritualis vt dictum est, consistit in hoc, quod quædam res per alias exprimuntur. Ideo autem talis sensus spiritualis dicitur, quia figurari consueuit inuisibilibus & spiritualibus ascribi, sicut figurare conuenit visibilibus & corporeis, secundum beatum Dionis. Veritas autem, quàm Deus nobis sic manifestat, scilicet per rerum figuras ad duo ordinatur, scilicet ad recte credendum, & recte operandum. Si ergo ad recte operandum ordinatur, sic est sensus moralis, qui alio nomine tropologicus appellatur. Si vero ordinatur ad recte credendum, oportet distinguere secundum ordinem credibilium. Sicut enim dicit beatus Diony. 4. c. de cœle. Hierarc. status ecclesiæ militantis medius est inter statum synagogæ & statum ecclesiæ triumphãtis. Vnde vetus testamentum fuit figura noui, & nouum simul & vetus sunt figura cœlestium. Sensus ergo ordinatus ad recte credẽdum, fundatus in illa figuratione, qua vetus testamẽtum figura est noui, dicitur allegoricus, qui alio noie tropologicus appellatur.

latur. Sed fundatus in figuratione reliqua dicitur anagogicus. Nec ea quæ hic dicuntur repugnant dictis, quibus asserimus, ꝙ anagogia docet speranda. Nã ea quæ de futura vita credimus, & nos quãdoque visuros speramus. Cum ergo quæritur, an quilibet passus diuinæ scripturæ omnibus prædictis sensibus exponendus sit? Dicendum est, ꝙ non. Dicit enim Aug. 2. super Gen. ꝙ ĩ quibusdã solus sensus literalis est quærendus. Hoc autem manifeste patet. Sunt enim multa in libris canonicis, tam veteris ꝗ noui testamẽti, qui solũ hunc habent sensum, vt sunt duo præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet, & prophetæ, vt dicitur Mat. 22. Licet. n. in illis duobus præceptis. s. Diliges dominũ Deũ tuum ex toto cor. tuo, & proximũ tuũ sicut teipsum, multa cõtineantur expositione digna, tam de obiecto charitatis, ꝗ de actu & ordine eius, omnia tamen illa ad sensum pertinent literalem. Non enim per hãc rem proximus diliges, vel aliæ iterũ figurãtur. Et idem est communiter de alijs præceptis decalogi. In Euãgeliis etiam multa traduntur hoc solo sensu exponibilia, quemadmodum quæ sunt tradita per modũ præcepti, vt Io. 24. Creditis in Deũ, & in me credite. Vel modum consilii, vt Matth. 19. Si uis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Similiter cum Luc. 8. Christus interpretatur parabolã suam dicens, semen est verbum Dei, manifestũ est, ꝙ illa verba interpretatiua non est necesse habere alios sensus spirituales, cum ipsamet interpretatio sit expositiua pręcedẽtis parabolæ. Cum his tamẽ stat, ꝙ illa parabola forte multos habeat sensus literales, secũdũ ꝙ semen põt significare multa. Idem etiã est de epistolis beati Pauli vbique, vel quasi. s. vnicum habẽt sensum. Sic ergo patet respõsio ad quęsitum. Vnde doctor sanctus quodlibeto 8. vbi supra sic concludit hoc dubium & dicit, Sacra scriptura quandoque exponẽda est istis quatuor sensibus, quandoque tribus, quandoq; duobus quandoque uno tãtum. Vnde ea, quæ secũdũ literalem sensum ad facta veteris testamenti spectant, possent quatuor sensibus exponi. Similiter ea quæ ad literã de Christo capite dicunẽ possẽt exponi literaliter de Christi gestis & allegoricè referendo ea ad eius corpus mysticũ, & moraliter referẽdo ea ad mores nostros, ꝗ secundum eum regulari debẽt, & anagogicè inquantum in ipso Christo est nobis gloriæ demonstratũ. Illa autem, qui literaliter de Ecclesia dicũtur, possunt exponi moraliter & anagogicè, nõ autem allegoricè, nisi forte secundum, ꝙ gesta primitiuæ ecclesiæ exponuntur de futuro statu ecclesiæ præsentis. Quæ vero secundũ literam dicuntur moraliter non cõsueuerunt exponi, nisi anagogicè. Et illa quæ secũdũ sensum literalem ꝑtinent ad statũ gloriæ nullo alio sensu consueuerunt exponi. Hæc sanctus Thomas, ex quibus multa patent ad propositum. Et vlterius & patet quomodo omnia quæ immediate per voces traduntur ad sensum literalem pertinent, siue ad mores, siue ad fidem, siue ad spempertineant

De dignitate sensus literalis. Cap. VIII.

QVAERITVR autẽ cum multi sint eiusdem literæ sensus, vtrum literalis sit inter omnes præstantior. Primo sic. Nã sensus qui occidit non est dignior viuificante, sed sensus literalis occidit cum sit fundatus in litera quæ occidit, 2. Corin. 3. spiritualis autẽ viuificat, quia fundatẽ super spirituali significatione. Vnde ibi subditur. Spiritus autẽ viuificat. Secũdo, ille sensus est dignior per quem habemus doctrinam digniorẽ, vt de se patet, sed sensus spiritualis est huiusmodi. Nam per sensum literalem habemus gesta, per allegoricum autẽhabemus ea quæ pertinent ad fidem, per anagogicum speranda quæ ad spem, & per moralem agẽda quæ ad charitatem similiter pertinent. Tertio, finis nobilior est his, quæ sunt ad finem, sed spiritualis sẽsus finis est literalis, qui est fundamẽtum spiritualis. Quarto, ille sensus in quo aliqua falsitas reperitur nõ est dignior eo, ꝗ omnino est sine falsitate, sed in sensu literali aliqua inuenitẽ falsitas, puta, ꝙ Deus localiter moueatur descendendo ad videndũ turrim &c. Genesis 11. nõ autẽ in spirituali. Quinto, illa quæ sunt interiora, sunt digniora tam in spiritualibus ꝗ in tẽporalibus. In corporalibus enim interiora sunt, in quibus principaliter consistit animaliũ vita, vt cor, Et similiter in spiritualibus interiora sunt digniora, vt patet de arca federis Domini. Exo. 40. vbi dĩ, ꝙ ipsa fuit ĩ sancta sanctorũ, alia

alia autem magis vel minus appropinquabant secundum ordinem sanctitatis. Similiter in sacramentis ecclesiae inuisibilis gratia, quae interius datur, dignior est visibili forma quae est quid exterius. Sensus autem literalis dicitur esse scriptus extra librum, & spiritualis intus, vt patet Apoca. 5. vbi dicitur. Vidi librum scriptum intus & foris, secundum expositores. Sexto humana notitia communiter procedit a minus perfectis ad perfectiora: in studio autem scripturae incipitur a sensu literali. Septimo. Ille sensus est dignior qui supplet defectum alterius, sed talis est spiritualis aliquando respectu literalis. Nam dicit Grego. in mora. Cum ordo historiae deficit sese nobis intellectus mysticus quasi apertis ianuis ostendit, ac si patenter clamet. Quia rationem literae defecisse cognoscitis restat vt ad spiritualem sensum sine dubitatione credatis. In contrarium arguitur, quia propter quod vnumquodque & illud magis est, primo posterio. Sed sensus spiritualis non est honorabilis nisi ratione alicuius literalis cui concordat. Nam si nulli literali concordat, reprobatur, vt ex dictis patet. Igitur literalis inter omnes est dignissimus. Respondeo. Istam quaestionem bene disputat dominus Paulus Burgen. in additionibus suis ad Nicolaum de Lyra super Genes. bene etiam determinat. Ex eius ergo doctrina sciendum est, quòd sacra doctrina una existens speculatiua est, & practica. Loquendo ergo de ea ut est speculatiua, dico quòd sensus literalis & spiritualis possunt dupliciter comparari. Vno modo vniuersaliter respectu totius scripturae in communi. Alio modo particulariter, secundum particularia loca scripturae. Si computentur primo modo, sic uno modo pręeminet sensus literalis, & alio modo spiritualis & literalis sunt aequalis dignitatis. Nam sicut dicit Aristo. primo de anima, vna scientia loquẽdo de speculatiua est dignior alia, vel ratione materiae de qua tractat, vel ratione suae certitudinis. Vnde dicit philosophus in 11. de animalibus, ꝙ minimum quod põt haberi de cognitione rerum altissimarũ, desiderabilius est, quàm certissima cognitio quae habetur de minimis rebus, puta quòd duo & tria sunt quinque. Itaque si vniuersaliter isti sensus comparentur, sunt ęquales quantum ad dignitatem materię, de qua agitur. De eodem enim agitur secundum vtrunque sensum, scilicet de Deo & de creaturis, secundum ꝙ in diem referuntur. Quãtum vero certitudinem, sic dignior est literalis, quia ab eius certitudine dependet aliorum sensuum certitudo. Vnde dicit Augus. de doctrina Christiana. Nihil est quod occulte in aliquo loco sacrae scripturae traditur, quod non alibi manifeste exponatur. Vnde & secundum sanctum Tho. vbi supra spiritualis expositio sẽper ab aliqua literali debet habere fulcimentum. Si vero comparentur particulariter, sic clarum & apertum est, ꝙ plerunq; spiritualis literalẽ dignitate vincit materię subiectę, sicut cùm legitur de Abraam. Gen. 21. quòd duos filios habuit, quod vt dictum est supra, exponitur ab Apostolo. Gala. 4. allegoricè de duobus testamentis. Patet enim quòd sensus allegoricus ibi dignior est historiali. Si vero loquamur de sacra scriptura secundũ quod comprehendit sub se practicam scientiam, sic etiam illi sensus possunt comparari vniuersaliter & particulariter, & si quidem vniuersaliter fiat comparatio, eiusdem dignitatis sunt vterque. Illa enim scientia practica, vel etiam ars dignior est, quae ad vlteriorem finem ordinatur, sicut ciuilis dignior est militari, 1. Ethico. eo ꝙ prima habeat pro fine bonum ciuitatis, secunda vero bonum exercitus. Constat autem, ꝙ finis vltimus totius sacrae doctrinae, vt est practica est vnus & idem secundum vtrunque sensum, ęterna scilicet facilitas Si autem comparentur secundo modo, sic dico ꝙ in quibusdam locis sensus spiritualis est dignior tanquam propinquior vltimo fini, vt patet in multis praeceptis cerimonialibus, sicut cum dicitur Deut. 25. Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Quod exponitur ab Apostolo Cor. 9. spiritualiter de praedicatore, qui ostendit, ꝙ sensus literalis modicae sit vtilitatis in hoc passu, dicens, Nunquid de bobus cura est Deo? quasi diceret, Non habet Deus talem curam de bobus, vt propter eos daret legem homini, qui est bone dignior. Sed sicut subgiungit Apostolus propter nos vtique dicit. Sunt tamen multę aliae considerationes, secundum quas sensus literalis praeeminet spiritualibus, quarum vna

vna est ex parte extensionis, quia scilicet, qualibet particula scripturæ habet sensum literalem, nō autem spiritualem, vt patet ex dictis. Alia vero est ex parte vniuersalitatis, seu communitatis. Nam sensus literalis est communior, quia omnis percipiēs spiritualem percipit necessario literalem, sed non econuerso. Vnde nullus est adeo rudis qui non ex literalis sensu fructum possit reportare. Iuxta illud Augu. de senten. per spe. Doctrina inquit apostolica est tam salubris atque vitalis, vt ꝓ capacitate vtentiū neminē sui relinquat extorrē, siue enim sint parui, siue magni, habēt in ea vnde alantur, & vnde sapientur. Hęc ille. Ad argumēta autem facta, Respondetur. Et ad primum quidem dico quòd Apostolus nō intelligit per literā sensum literalem, neque per spiritum sensum spiritualem, sed per literam intelligit legē Moysi, quæ data fuit in literis scriptis in tabulis decalogi, & libris Moysi. Dicitur autē hæc lex occidere occasionaliter inquantum faciebat peccati notitiā, ex qua notitia occasionaliter augebatur peccatū ex malitia humana. Nitimur enim in vetitum semper, non autem dabat gratiam, quia sacramenta veteris legis nō conferebant gratiam. Et iō dicitur, ꝙ litera occidit. Per spiritum autem intelligit legem nouā datam in Spiritusancto in forma ignis, & inuisibiliter in cordibus hominum, iuxta prophetiam Hiere. 31. Dabo, inquit legē meam in visceribus eorū, & in cordibus eorum scribam eam. Hæc lex dicitur viuificare, quia est lex gratiæ sanantis vulnera peccatorum. Sacramenta.n. nouæ legis sunt causa gratiæ. Ad secundum autem dico, ꝙ in argumento assumitur vnū falsum, scilicet ꝙ per sensum literalem non tradantur nobis credenda, & speranda, & agenda, sed solum gesta, immo dico, ꝙ per illum traduntur gesta, vt patet de se. Et similiter gerenda, seu faciēda, vt patet de duobus pręceptis charitatis. Et similiter speranda, vt Apocalip. 2. vbi dicitur. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et similiter credēda vt Deuter. 6. Audi Israel, Deus tuus, Deus vnus est. Et similiter Mat. 28. docemur trinitatem personarum cum dicitur, Baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Ad tertiū dico, quod sensus literalis nō est propter spiritualem, sicut propter suum finem, quamuis sit fundamentū eius. Nam & Christus est fundamentum Apostolorum, & substantia est fundamentum accidentium, & tamen talia fundamenta non sunt propter ea. quæ in eis fundantur sicut ꝓpter suos fines principales quicquid sit de fundamento in materialibus.

Ad quartum dico, quod neq; in literali, neque in spirituali sensu diuinæ scripturæ est aliqua falsitas.

Sciendū tamen est, quòd in diuina scriptura multa traduntur parabolicè, seu metaphoricè, id est sub aliqua similitudine rerū corporaliū. Et hoc propter duo. Primo propter necessitatem. Sicut enim dicit beatus Dionysius, primo capit. cœlestis hierarch. Debilitas nostræ cognitionis tanta est, ꝙ diuina intelligere non potest, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelata sint. Secundo propter vtilitatem, vt scilicet rudes, qui nō possunt diuina etiā velata capere eo, quòd sola corporalia quodammodo capiunt, sub talibus corporalium similitudinibus doceantur. Vnde Saluator Matth. 13. postquam proposuit similitudinem, dicens. Exit qui seminat &c. ait discipulis ad partē. Vobis datū est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Nec tamē in talibus est falsitas, quia literalis sensus nō est is quem voces proprie exprimunt, sed quē metaphoricè. Cū enim dicitur Deus descendere ad videndum, non est sensus literalis quod tanquam magnus quidam dominus vadat spaciatum passim, sed sensus est, quòd Deus ad modum hominis sic facientis se habeat. Et nota, quòd quando diuina scriptura aliquid parabolicè de Deo tradit, vtitur similitudine creaturarum vilium, & magis distantium a Deo, ne scilicet credatur, quod sensus scripturæ sit illa, quem voces propriæ exprimunt. Et idem credo in qualibet parabola, quod scilicet semper diuina scriptura vtitur, aut talibus verbis, aut tali similitudine, quod animus cuiuslibet prudentis intelligit communiter, quod talia non dicuntur proprie, sed metaphoricè. Et hanc doctrinā intendit sanctus Thom. 1. parte. q 1. argū. 9. in responsione ad tertium argumētum, vbi dicit. Sicut docet Dionysius. cap. 2. cœlestis hierar. magis est cōueniens, ꝙ diuina in scripturis tradātur sub figuris vilium corporū, quàm corporum nobilium. Et hoc propter tria, Primo, quia propter hoc magis liberatur

tur humanus animus ab errore. Manifestũ enim apparet, ꝙ hæc secundum proprietatē nō dicuntur de diuinis, quod posset esse dubium si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina, maxime apud illos, qui nihil aliud a corporibus nobilibus excogitare nouerunt. Secundo, quia hic modus conuenientior est cognitioni, quam de Deo habemus in hac vita. Magis enim manifestatur nobis de ipso quid nō est, quàm quid est, & ideo similitudines illarum rerū, quæ magis elongantur a Deo veriorem nobis faciunt existimationem, ꝙ sit supra illud, quod de eo dicimus vel cogitamus. Tertio, quia per huiusmodi diuina magis occultantur indignis. Hæc ille. Ad quītū dico, ꝙ si liber sacræ scripturæ de quo habetur Apoc. 5. & Ezech. 2. dicatur scriptus foris ratione sensus literalis, non tamen dicitur scriptus intus solū ratione spiritualis, immo ratione literalis est scriptus intus & foris, quia per sensum literalem traduntur nobis quædam summè intima & secreta pertinentia ad sensum allegoricum & anagogicum. Vnde ex hoc habetˀ, ꝙ literalis sit potior, vtpote vniuersalior & communior, iuxta illud ad Roma. 1. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Ad sextum dico, ꝙ sicut studium humanarum sciētiarum incipit a prīcipijs naturaliter notis, sic studium sacræ scripturæ rectè ordinatū incipit ab articulis fidei diuinitus in sacra scriptura reuelatis, qui fundātur in eius sensu literali. Ex his vna cum alijs in sacra scriptura literaliter traditis, seu per veram & rectam rationem inuentis, proceditur ad aliqua alia probanda. Per istum autem processum deuenitur ad omnia quæ in sacra theologia veraciter traduntur a magistris, quæ omnia ad literalem sensum ipsius scripturæ reducuntur. Ex his autem patet, ꝙ studium scripturarum a sensu literali incipit, & in his quæ ab eo argumentatiue deducuntur consumatur. Ad argumentum ergo cum dicitur, ꝙ cognitio nostra incipit ab imperfectis, verum est, quo ad simplicium intelligentiam, quæ ab vniuersalioribus incipit. Notitia autē complexa incipit a perfectioribus. Nam incipit ab intellectu, id est habitu principiorum, & terminatur ad scientiā, id est habitum cōclusionum. Ad septimum dico, ꝙ ex illa autoritate Grego. non debemus existimare, ꝙ sensus literalis in aliquo loco scripturæ deficiat, sic, ꝙ vel falsum includat, vel sit penitus inutilis. Nam ex primo infirmaretur tota diuinę scripturæ autoritas, vt Aug. dicit. Secundum etiam est contra Apostolum dicentem ad Roma. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Sed intendit beatus Gregorius ꝙ sensus aliquando qui per voces propriæ exprimitur, falsus est, quem literalē appellare licet, improprie aliquo modo possumus. Et quando incidit talis sensus, vt puta cum dicitur hircum habere vnum cornu, tunc ad sensum mysticum oportet recurrere, id est ad literalem, sed impropriè per voces expressum, q̃ ideo mysticus dicitur, quia parabolicus, quamuis vere sit literalis. Et hoc idē asserit beatus Hieronymus dicens. Cum historia aut impossibilitatem habet, aut turpitudinem, ad altiora transmittimur, id est ad sensum mysticū modo exposito. Et hæc de quæstione.

Quis sensus literalis sit potior. Cap. IX.

VLtimo restat, vt circa sensum literalem adhuc vnam soluamus difficultatē. Cum enim idē textus plures habeat literales sensus, vt cū ab expositoribus plures expositiones traduntur, quænam erit cēsenda potior? Ad hoc sic respondendum est. Dico enim, ꝙ literales expositiones aliquādo tradunt sensus incompossibiles, & tūc necessario alter, seu vnus eorum tantum est literalis, quia vnus eorum necessario est falsus.

Exemplū huius habetur Dan. 10. vbi Angelus missus ad docendum Danielē, dicit ei. Princeps regni Persarū restitit mihi 21. diebus. Vbi per principem Persarum secundū beatum Greg. intelligitur Angelus bonus, q̃ habet curā illius regni, qui nolebat ꝙ filii Israel liberarentur & egrederentur de regno Persarum, in quo multa bona faciebant docendo fidē vnius Dei. Sed secundū aliquos alios fuit Angelus malus, q̃ resistebat bono. Quid autem horum verum sit non spectat ad præsentem considerationē. Cum vero sēsus plures sint compossibiles, ille videtˀ cæteris paribus magis præferendus, qui magis innititur rationi. Vnde quo quisque magis rationi innititˀ, eo maioris autoritatis eius verba esse videntur, vt dicitur in decretis. distinct.

dist.20.c.decretales. Item qui magis conso-nat literæ. Vnde secundum Aug. de doctri-na Christiana, dubia sunt determinanda se-cundum sniam, quæ de scripturarũ planio-ribus locis accipitur. Planiora aũt loca sunt in quibus planior est consonantia ad textũ. Item præferẽdus est, quẽ tradunt sancti his qui à non sanctis traduntur. Vnde in decre tis in prædicto c. dicitur. In sacrarum lite-rarum expositionibus sancti doctores sum mis pontificibus præponuntur. Maxime au tem si non sancti sint infideles, prędicta in-telliguntur habere veritatem, quia semper sensus sanctorum, immo catholicorum om nium præferendus est. Tum quia magis p̃-sumendum est ꝙ illi qui in gremio ecclesię sunt, cui ecclesiæ Christus promisit spiritũ veritatis, verum sensum habeant scriptura-rum, quàm infideles qui veritatĳ fidei com-muniter aduersantur. Tũ ne per hoc detur infidelibus occasio credendi, ꝙ ipsi melius q̃ catholici sacram scripturã nouerint ex-planare. Quia tum vbi pluralitas sensuum literalium occurrit, raro contingit, ꝙ vnus eorum secundum omnia prædicta antecel-lat reliquos, sed potius vnus eorum præcel lit in vno, alius in alio. Idcirco in talibus vi detur habere locum illud ad Rom. 14. Vnus quisque in suo sensu abundet, salua semper sanctorum reuerentia & autoritate. His igi-tur prælibatis, iam ad expositionem sancto rum Euangeliorum accedamus, a Domini-ca 1. Aduentu inchoantes.

Finit Tract. Primus.

TABVLA AD EVANGELIA perquirenda in Aurea Rosa iuxta morem Curię.

Qvicunque Euangelium se-cundum curiam Romanã currens in hoc opusculo suo loco minime in-uenerit annotatum, ad subiectam ta bulam recurrat.

AGitur Dominica 1 in Aduentu Euange liũ curiale, require in Do.2. in Aduen. Dominica autem 2. require in Domini. 3. eiusdem Aduentus.

Dominica autem 3. require in Domini. 4.

Dominica autem 4. require in Sabbato quatuor Temporum.

In 8. autem Epiphaniæ require in fi. libri.

Feria 5. primæ Hebdomadæ in Quadragesi ma require in 2. Quadrag.

Dominica autem 3. in Quadragesima requi re in Sabbato præcedenti.

Sabbato autem post Dominicam in pas-sione require in fine libri.

In vigilia vero Ascensionis requirę in Sab-bato ante Dominicam Palmarum.

Notandum est vero, ꝙ Dominicam in qua est festũ sanctæ trinitatis, curia appellat Domini. 1. post Pentecosten, ita ꝙ 1. do-minica post festum Trinitatis est 2. post Pentecosten. Igitur Dominica 2. post Pentecosten require Euangel. curiale in Domini. 2. post festum Trinitatis.

Dominica autem 3. post Pentecosten, re-quire in Domi. 3. post festum Trinitatis, & Dominica 4. require in 5. & 5. requi-re in 6. & 6. in 7. & 7. in 8. & sic deinceps vsque ad Dom. 23

Dominica autem 24. post Penteco. require in fi. libri.

In festo autem S. Tho. Mart. require Do. 1. post octauas Paschæ. Euangelium autẽ S. Anto. de Padua ordinis B. Francisci re quire in festo beati patris Dominici.

Sanctorum vero Ciriaci, Largi, & Smaragdi require in die Ascensionis.

Sancti autem Petronĳ require Domini. 1. post octauas Paschæ.

Beati vero patris Francisci require in festo S. Matthiæ.

In cõmuni vero Apostolorum Euangeliũ, Hæc mando vobis, require in festo Si-monis & Iudæ. Et Euãgelium, Ecce mit to, in festo Tiburtĳ & Valeriani. Et Euã gelium, Ecce vos, in commemoratione B. Pauli. Et Euangelium, Designauit, in festo B. Lucæ.

In communi autem vnius martyris Euãg. Nolite arbitrari, require in festo S. Va-lentini. Euang. Nihil opertum. In festo S. Theodori. Et Euang. Si quis venit ad me, require in fine libri.

In communi autem plurimorum marty-rum Euang. Confiteor, require in festo beati Matthiæ. Et Euang. Qui vos audit,

require in festo sancti Felicis. Et Euangeli. Sedente, require in fine libri. Et similiter Euangelium, Veh vobis.
In communi autem confessorum Euangelium, Vos estis, require in festo beati patris Dominici. Euangelium autem, Videte, require in fine libri. Et similiter Euangeliū. Nolite timere. Cætera non mutantur.

TRACTATVS II. AVREÆ ROSÆ.

Dominica I. in Aduentu.

Textus Euangel. Matth. 21.



VM appropinquasset Iesus Hierosolymis,& venisset Bethfage ad montē Olíueti, tūc misit duos discipulos, dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinā alligatam & pullum cū ea: soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, qa dominus his opus habet,& cōfestim dimittet eos. Hoc aūt totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetā, dicētem. Dicite filiæ Syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filiū subiugalis. Euntes aūt discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus,& adduxerūt asinam & pullum,& imposuerūt super eos vestimenta sua,& eū desuper sedere fecerunt. Plurima autē turba strauerunt vestimēta sua in via. Alij aūt cedebant ramos de arboribus & sternebant in via. Turbæ aūt quæ p̄cedebant & quæ sequebantur clamabant, dicētes, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dn̄i.

CVM appropinquasset Iesus Hierosolymis,& venisset Bethfage &c Mat. 21. Postquam de quatuor Euāgelicæ lectionis sensibus tractatum præmisimus, quo q̄sq; literalem sensum ab allegorico & anagogico & morali discernere possit, necnon etiā tabella qua quisq; Euangelia secūdū curiā occurrentia in hoc volumine perquirat, qd̄ secundū ordinē p̄dicatorum primo, deinde vero ēt secundū curiam conditur: superest, vt secundum eosdem sensus euangelicas lectiones exponamus. Circa lectionē vero p̄sentem, & circa alias quæstiones mouēdas ad tertium tractatū reseruantes ipsum textum, primo auxiliante Deo tentemus aperire. Istud aūt sacrū Euang. legitur bis in anno, s. in Dn̄ica palmarum secundū sensum literalem,& in hac secundum allegoricum, vel melius secundum quandam adaptationem & repræsentationē ecclesiæ, quæ per aduentum Christi in Hierusalem ad passionem repræsentat eius aduentū ad humanā naturam per incarnationem. Quemadmodum autem patet ex dictis, quatuor recepit expositiones. Et circa ipsum videnda sunt tria puncta, quæ in eo tanguntur; & dicuntur missio, executio,& processio, in quibus tanguntur multa pulchra documenta spectantia ad spiritualem aduentum domini nostri Iesu Christi per gratiam ad animas nostras. Quantum ergo ad primum pro intellectu omnium dicendorum in præsenti euangelio,& in multis sequētium, oportet aliqua permittere de situ & ædificio ciuitatis prædictæ. Sciendum est igitur vt ex varijs authoribus colligitur, q̄ duo sunt in Iudæa montes, & vnus eorum Orientalis dicitur mons Olíueti. Alius aūt occidentalis dr̄ mons Syon. In radice montis Olíueti a parte Oriētali est Bethania, quæ distat ab Hierusalē stadijs 15. vt dicitur Io. 11. siue quasi duobus miliaribus. In decliui autem eiusdē montis ab occidente erat vna villa quæ dicebatur Bethfage, quæ erat sacerdotum. Inter istos autem duos montes est vallis media, quæ dicitur vallis Iosaphat, quæ est latitudinis mille passuum, vel circa, seu vnius miliarij. Per medium istius vallis labitur torrens Cedron qui fluit à Septētrione in meridiem. In reliquo autem monte, i. Syon sunt tres colles à se inuicem distincti vallibus interuenientibus. Vnus eorum super

per omnes excelsior ad meridiem erat, qui vt mihi videtur, ex decursu diuinæ scripturæ, maximè primi, & secundi libri Machabæorum retinuit sibi nomen proprium totius montis Syon. Et in hoc colle erat vna pars ciuitatis Hyerusalem, quæ dicebatur ciuitas superior. Deinde ad Septētrionē erat alius collis humilior, qui dicebatur Acra, secundum Iosephum, supra quem erat alia pars ciuitatis, quæ dicebatur ciuitas inferior. Est & tertius collis qui dicebatur Moria ad Orientem*, & imminens valli & torrenti, super quem erat templū, de cuius fabrica suo loco dicemus. Omnes autem isti tres colles erant infra muros Hierusalem, ad Orientem hñtes torrentem Cedron, ad Occidentem vero erat magnū præcipitiū. Erat autem hæc ciuitas parua adeo, ꝙ circuitus eius etiam ad quintum miliare non attingebat, teste Iosepho, qui ait. Totum ciuitatis in giro spatium triginta tribus stadijs finiebatur, Octo enim stadia vnum miliare faciunt, iuxta doctrinam illorum versuum. Ex quatuor granis componitur digitus vnus. Est quater ī palmo digitus, quater in pede palmus. Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centū. Viginti quinque stadium danr, sed miliare. Octo dabunt stadia, duplatum dat tibi leucam. Non obstante aūt tam paruo murorum ambitu sunt per his tribus muris erant 174. turres pulchræ teste Iosepho absque his quas Hærodes fecerat, quæ erant multæ & mirabiles. Ex his sequitur ꝙ hæc ciuitas castrum, seu fortalicium videbatur. His ergo visis, dicamus [cum appropinquasset &c.] Sciendum est autem ꝙ verus textus habet [cū appropinquassent] in plurali, scilicet Iesus & discipuli eius. Ecclesia tamen recitat in singulari, quia non voluit ꝙ repeterentur tot nomina, maximè qa necessario bis fuisset hoc nomen Iesus repertū; secūdum ꝙ sunt ibi duo verba, vnum pluralis numeri, & aliud singularis, scilicet appropinquassent & misit, [cum ergo Iesus appropinquasset Hierosolymis] id est distaret circa per miliare. Est autem sciendum, ꝙ vt ex varijs auctoribus & locis scripturæ colligitur, licet hæc ciuitas olim multa habuerit nomina tñ: quantum ad præsens pertinet, dicta est primo Salem à Sem filio Noe, qui eandē ædificauit, & primus regnauit in ea. Nec est cōtra hoc ꝙ supra eam diximus ædificasse Melchisedech, quia secundùm Hebræos, & secundùm sanctum Thomam Heb. 7 idē fuit Sem qui & Melchisedech. Deinde dicta est Hiebus, a quodā qui Hiebus dicebatur, & eam dilatauit: vel à Hiebuseis habitatoribus eius. Ex Hiebus autem & Salem per cōpositionem dicta est tertio Hierusalem. Quarto vero à Salomone, qui eam cinxit triplici muro dicta est Hierosolima, quasi Hierosolonia. Et quinto à Poetis per corruptionē dicta est Solyma. Sequitur [& venisset Bethfage] Bethfage erat secundùm Hiero. quædam villa sacerdotum, qui licet non habuerint hæreditatem, seu agros ad colēdum, tamen habuerunt domos ad habitandum, ad quas declinabant peracto officio suo in tēplo, & etiam ad animalia pro sacrificijs nutrienda. Vnde secundum Orig. interpretatur domus maxillarum, quia maxilla propria pars erat sacerdotum, vt idem ait. Sequitur [ad montem Oliueti] Hic mons sic dictus est, quia sit oliuis consitus. Habet ēt palmas, quia vt dicitur Ioan. 12. hæc turba de qua in præsenti Euangelio legitur, ꝙ cedebat ramos de arboribus habuit in manibus ramos palmarum. Dicebatur aūt etiā mons trium luminum, quia habebat ab Occidente lumen ignis lucentis in templo, & ab Oriente lumen solis, qui ex hoc monte oriebatur ciuitati ex aduerso positæ, & ex se producebat oleum vnde nutritur lumen. Ex hac autē parte uenit dominus Iesus ad ciuitatem. Primo, quia ibi habebat multos familiares, scilicet in illo monte. Secundo, quia inde ex eodem post passionem ascensurus erat in Cœlum, vt ostenderet, ꝙ via cōscendendi ad Cœlum Christo fuit passio, nobis aūt humilis patientia. Tertio mysticè secundū Ambro. vt nouellas oliuas in sublimi virtute plantaret, i. se plantaturum ostenderet. Et per nouas oliuas intelligit Gētes nouiter cōuersas. Inde autem misit discipulos duos, primo propter fraternam societatem. Secundo propter verbi autoritatem. Tertio secundum Bedam & Victorinum, vt significet prædicatores debere habere scientiam & mundiriam. Vel in signū ꝙ Apostoli erant soluturi duos populos, vt dicetur. Et ideo sequitur [tunc misit duos de discipulis] Qui fuerint hi duo discipuli, certum non habetur. Dicit tamen Chryso

& Magister historiarum quòd creduntur fuisse Petrus & Philippus,& intellige de Philippo Apostolo,secundum sanctum Thomam. Iste enim fuit qui prædicauit Samariæ.Act. 8.Innuunt etiam Chrysosto. & Magister ꝙ iste Philippus sit Apostolus,& ex hoc ꝙ eū appellant Philippum simpliciter,nihil limitando. Et licet in 4.dist. 2.q.2.ar.4.ad primum,dicatur ꝙ fuit vnus ex septem diaconibus,tamen ibi loquitur sanctus Thomas secundū opinionem,quam ibi recitat,vt patet intuenti.Hoc autem,vt dicunt Chrys. & Magister fuit in signū ꝙ ibi primo adducerentur gentes ad Christum. Petrus quidem Cornelium cum sua domo, Philippus vero Samariam. Sequitur [ite in castellum,]i. in Hierusalem,quæ dicta est Castellum,eo ꝙ esset sicut vnū fortalicium.Castellū enim aliquando importat fortalicium.Vnde dicuntur ecclesiæ incastellatæ,i.fortificatæ ac munitæ contra hostes. Vel secūdum hęc ciuitas dicitur castellū despectiuè propter suas iniquitates.[Quod contra vos est.]Nota contra non solum secundum situm localem,q̄a isti erant super vno mōte a parte Orientis, & ciuitas super alio ex opposita parte occidentis,sed etiam secūdū voluntatis affectū, q̄a isti erant Christi discipuli,illi vero inimici. [Et inuenietis asinā alligatā.]Hæc asina erat pauperū,vt dicit Rabanus,& qui ea vtebatur,eam pascebat.[Et pullū eum ea.]hic pullus erat filius eius & super eū adhuc nullū sederat, vt dicit Lu.19.[Soluite & adducite mihi, & si quis vobis aliquid dixerit,dicite quia dominus his opus habet.]Secūdū Chry.super Mat.non dixit dominus noster, vel dominus tuus,sed dominus,simpliciter, vt intelligatur Christus esse dominus oīum. [Et confestim dimittet eos] secundū Chry. intelligitur quia Christus dimitteret iumēta ad loca sua peracto opere: secūdū glosā vero ītelligitur de domino,iumentorū, qui ea statim dimissurus erat in obsequiū Christi.Sed si asina erat pauperū, quomodo habere poterat dominū?Ad hoc dicitur ꝙ habebat dominum custodientem,sed nō possidentē.Vnde Lu.19 c.dicitur,ꝙ dixerūt domini,id est custodes,quid soluitis pullū:Seruabatur autem, vt Petrus de Scala dicit vt seruiret pauperibus ī deferēda aqua, de qua ibi erat penuria. Est autem notandū quòd secundum Magistrum histo.in hac die scilicet palmarum,& in hoc itinere Christus arbori maledixit:Nam secūdum Mar.ista maledictio narratur ante eiectionem vendentiū de tēplo,quam constat exercitatā fuisse in die oliuarū.Quod vero alia die ista maledicto dicitur facta secūdum Matth & Mar. intelligitur per recapitulationē dictū secūdum eundē Magistrum hist. Sequitur. [Hoc aūt factum est, vt impleretur,quòd dictū est per prophetam]id est per Zachariam 9. c.dicentem.Est autem sciendum quòd propheta videns malitiam Iudæorum q̄ꝗ Christo cōtra dicturi erant,vt inexcusabiles essent, dedit eis duo signa aduentus eius in Hierusalem. Primum,quòd ascenderet super asinam.Secundum,ꝙ cum iubilo populorum intraret & exaltatione. Et vtrumque in pręsenti euāgelio narratur impletum[Dicite filiæ Syon] id est Hierusalem. quæ secundum Rabanū erat sita in monte Syon,& hac ratione dicitur eius filia.Vel secundū aliquos hic Syon non stat pro mōte,sed pro eo in quo erat superior ciuitas,cuius inferior dicebatur filia,eo quod ab illa parte protegeretur cum ille mons esset sicut fortalicium [Ecce rex tuus venit tibi.]Chrysostomus. Si intellexeris vt saluet te. Hæc ille,si non intellexeris venit contra te. [Mansuetus] vt scilicet plus ametur,quàm timeatur,secundū Chrysosto.Et loco eius ꝙ hic dicitur mansuetus, propheta habet iustus, & saluator, & pauper,quæ fiunt insignia regis nostri, scilicet iustitia,pietas,& paupertas dātis nobis exēplū paupertatis & temperātiæ,vt scilicet necessarijs simus contenti.Vnde subditur[Sedens super asinam & pullum filiū subiugalis]non super equum frementem litis ac discordiæ amatorem, sed super asinā pacis & tranquillitatis amicam, secundum Chrysostom. Et secundum magistrum historiarū asina latinè, greeè subiugalis dicitur. Non ergo illa asina dicebatur subiugalis quasi esset sub iugo onerum posita,sed vocabulum græcum est,& asinam significat,vt sit idem filius subiugalis quod filius asinæ. Est tamē notādum quòd beatus Marcus allegans istā prophetiam in nonnullis verbis dissonat a textu, sed tamen est eadem sententia omnino, & per alia verba aliquantulum explanata. Et de hoc nō est curandum, quia secundum Hilarium nō sermoni res,sed rei sermo subiectio est.Est autē hic triplex dubitatio.

bitatio. prima, quia Zacharia, dicit sedens super pullum, nihil dicens de asina, sicut allegat Matthæus. Et magister quidem historiarum dicit, quod ita est, sed Matthæus addidit asinā propter mysterium, de quo infra dicetur, sed nō est rationi consentaneū quod propter aliquod mysterium significādum falsè allegauerit scripturam, ideoque non dicit magister, vt credo, simpliciter ita esse, sed iuxta septuaginta interpretes secundum quos de pullo tantum fit mentio. Vnde Augusti. de consensu euange. dicit quòd Matthæus scripsit hæbraicè, ideo adduxit prophetiā, vt iacet in hebraico, vbi de vtroque animali fit mētio. Septuaginta vero interpretes nō transtulerunt nisi de pullo, inspirati, vt dicit, eo spiritu quo fuerat scriptura dictata, quod ex ipsa mirabili quæ prædicatur consensione firmatum est. Sed aduerte quòd ea quæ Augustinus dicit sunt optime dicta & vera, excepto eo quod dicit de consensione interpretum, quam Hieronymus rationabiliter reprobat in prologo super pentatheu. quamuis nec ipse Augustinus eam affirmet, sed dicit quod prædicatur, id est dicitur. & affirmatur. Quidam enim dicunt quòd existentes in septuaginta cellulis, omnes separatim eodem modo transtulerunt, sed est fictio, quia vt allegat Hieronymus, Iosephus dicit eos in vna basilica fuisse. Et erant, vt quibusdam placet, septuaginta duo, videlicet sex ex qualibet tribu, licet communicātur septuaginta propter denariorum integritatem. Siue ergo Spiritu sancto inspirati, siue nō aliter transtulerunt, quàm habeatur in hebraico. Secunda dubitatio est, quomodo est probabile quòd in vno miliario duo iumēta Christus ascēderit? Respondetur, quòd vt dicit Remigius, potuit super vtrūque animal successiue sedere. Et communiter secundum expositores de facto ita fuit, quia primo sedit super pullum secundum Nico. de Ly. in signū quod populus Gentilis quē significabat, subijceretur Christo per fidem prius quàm Iudaicus. Hoc autem non est sic intelligendū quasi totus vel maior pars populi Gentilis crediderit plusquam Iudaici, sed quia ille populus qui subiectus est Christo primum, pro maiori parte fuit ex Gentilibus, & quia capita Gentilium, id est Roma & Cæsares crediderunt, non autem Hierusalem & principes Iudæorū, nisi forte postquam ex ea Iudæi expulsi sunt per Titum. Sed quia, vt dicit Hier. pullus erat lasciuus & frenorum impatiens, & iuxta Lucam erat indomitus, & consequenter ostēdebat aliquam insolentiam, ideo descendens de pullo dominus ascendit asinā. Sed beatus Hieronymus sic dicit. Sed videtur quod super vtrunque animal in paruo itineris spacio dominus sedere nequiuerit. Ergo cum historia aut impossibilitatem habeat, aut turpitudinem, ad altiora transmittimur, quasi ad mysticum sensum. Hæc ille. Et intendit quòd dominus super vtrūque sedit ad significandum id quod statim dicam. Et si quidem solum ad significandum fecisset, sequens allegoria esset sensus literalis.

Tertia dubitatio est quare Euangelistæ ita dissonant, quia de asina solus Matthæus facit mentionem. Et respondet August. de consensu Euang. quod nulla est repugnantia si super vtrunque sedit, quod dicatur super altero eorum sedisse. Ideo autē secundum eū & Chrysost. Lucas, Marcus, & Ioānes tacent de asina, quia tacetur in trāslatione Septuaginta interpretum, secundū quam loquebātur: Matthæus vero commemorat asinam, quia Hebraicè scripsit. Est etiam alia causa secundum Rab. quia scilicet ista asina significat synagogā, cui Matthæus Euangelium scripsit, eo quod scilicet Hebræis scripsit. Et idem vt credo intendit Magister historiarum. Allegoricè autem sciendum est, quòd in allegorijs & anagogijs non oportet similem quantum ad omnia velle perquirere, vt patet de se in multis. Vide de hoc dominica 10. post festum Trinitatis. Sciendum etiam quòd vita gloriosa quam Christus post resurrectionem habuit est mons olìueti, scilicet misericordiæ, in quo est Bethfage id est domus sacerdotum seu beatorum, qui dicuntur sacerdotes. Apocalyp. 1 Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Sed duo discipuli missi, secundum Remigium, sunt duæ partes discipulorum Christi, qui diuiserunt se, vt quidam in Gentibus, quidā in circūcisione seu in Iudæa euangelizarēt. Castellum istud, secundum Hier. est mūdus contra Apostolos existens, eo qđ iugū doctrinarū nollet suscipere. Et similiter scdm eūdē asina domita

est synagoga hebræorum, quæ iugum diuinæ legis traxerat, sed pullus indomitus est populus Gentilis, qui legem non acceperat a Deo. Assimilantur autem, secūdum Chrysosto. homines ante aduentum Christi istis iumentis, quæ sunt immunda, rudia, stulta, & infirma, & alligata. Fuerunt enim tūc homines immundi consciētia, rudes intelligētia diuinorum, stulti vesania idolorum, infirmi in bono operæ, ligati sub diabolica potestate. Dominus ergo de mōte Olíueti misit ad soluendum asinam a diabolica potestate, & ad ducendam ad se, quando post resurrectionem dixit Marci 16. Euntes in mundum vniuersum prædicate euāgelium omni creaturæ, id est gētibus & Iudæis. Nota tamen, ꝙ secundm Hila. per asinam & pullum etiam duos Gētiles populos possumus intelligere scilicet per asinam Samaritas, qui aliquo modo seruiebant sub lege Moysi, quos Philippus soluit: per pullum vero reliquos Gentiles, quos Petrus soluit in Cornelio, qui fuit primitiæ gentium aliquo modo. Anagogice vero sciēdum est, ꝙ Hiericho, a qua veniebat Christus, interpretatur luna, & significat præsentem vitam instabilem tanquam lunam. Hierusalem vero dicitur visio pacis, & significat futuram beatā vitam, in qua videtur Deus. Ipse quippe est pax nostra, ad Ephesi 2. Iesus vero interpretatur Saluator, & significat eum qui se & alios vellet fieri saluo. Istum volentē a Hiericho ire in Hierusalem oportet transire per montem Oliueti, id est venire ad meditationem de misericordia. Ex quo monte debet mittere duos discipulos, id est vt Hiero. dicit, scientiam & opera: Oportet enim quo ad misericordiam Dei habere scientiam, id est credulitatem, ꝙ per illam solam saluetur, vnde Augu. de sententiis prosperi ad cœlestis Hierusalem consortium non ascendit nisi qui toto corde cōfitetur non proprijs operis, sed diuini muneris esse, qđ ascēdit. Hæc ille. Quo ad misericordiam suam propriam oportet ꝙ habeat opera pietatis exhibita proximo saltem in volūtate, vt Math. 25. Illi qui non fecerunt eleemosynam, in die iudicij adiudicabūtur æterno supplicio. Isti duo discipuli adducunt asinam & pullum, id est spem & timorē. Opera quædam enim adducunt spem, quia vt dicit magister sentē. & S. Tho. 3. dist. 26. Spes ex gratia Dei & meritis prouenit. Et spes q̄ incitat significat velocem pullum. Sciētiā vero adducit timorem retardantem. Et his duobus iumentis anima securè vehitur, non autem sola spe, aut solo timore. Moraliter autem sciendum est, ꝙ Hierusalem est anima, asina vero onerifera, & stolida est caro, pullus vero carnalis affectus. Et vtrunque a diabolo per peccatū ligatur, vt seruiat peccato, vnde dicit Chryso super Matth. Antequam peccemus liberum habemus arbitriū sequi voluntatem diaboli an nō ꝙ si semel peccātes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra virtute euadere nōn possumus, sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempestas voluerit, sic & homo diuinæ gratiæ auxilio perdito per peccatum non quod vult agit, sed quod diabolus vult: & nisi dominus valida manu misericordiæ suæ soluerit eū vsque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit. hæc ille. Hanc asinam Christus per duos discipulos, id est duos motus soluit, & adducit ad se antequam velit intrare animam, nam amor impetrat veniā, & trahit Luc. 2. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Per timorem autem soluitur. Timor enim domini expellit peccatū. Sap. 1. Debet ergo anima assiduè orare Deum, vt soluatur suus malus affectus, & trahatur ad Deum. Augu. in homi. Nondum traheris, ora vt traharis, hæc ille. Debet etiam non calcitrare quādo Deus soluit per motus p̄dictos. Verbi gratia, quando immittit tibi timorem mortis, & gehennæ vult soluere, noli ergo resistere diuinæ motioni calcitrā do. Significantur autem in prædictis multa alia allegoricè & anagogicè, & moraliter, sed hæc pauca expressi, vt quisque per seipsum discat excogitare istos sensus spirituales, quos omnes si vellem exprimere nostra expositio nō esset portatilis, vt intendo. Et hæc de primo. Secundum punctum euangelij est, ꝙ discipuli executi sunt imperium Christi, cum dicitur [euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus, & adduxerunt asinam & pullū, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.] Et quidem literaliter ista pars ex dictis, & ex se patet. Allegoricè vero patet ex dictis, vnde Apostoli impleuerunt imperium Christi quādo dispersi ad prædicādum

dum mundum conuerterunt ad fidem, vnde Mar. vbi supra. Ait illi profecti prædicauerunt vbique &c. vestes apostolicæ quibus ornauerunt iumenta vt Christus desup sederet, sunt ipsa apostolica doctrina, quã apostoli & doctores tradiderunt, secũdũ Hiero. Possumus ẽt dicere ꝙ sunt virtutes sanctæ, maxime charitas: Christus enim dupliciter regnat in aliquo, vno modo per fidẽ solã, qua regnat in toto regno ecclesiæ militantis, in quo sunt etiam mali. Alio modo per gratiam. Ad primũ requiritur fides, seu apostolica doctrina. ad secũdũ vero charitas & virtutes. Anagogicè autẽ sciendũ est, ꝙ homo à Hiericho in cœlestem Hierusalem cõscendens per opera misericordiæ, quibus ꝓximo seruiuit, & per humilitatem qua se totum Deo subijcit, sperando in eius misericordia, sic ornatur vestibus apostolicis, id est gratia, quam consequitur per sacramenta ecclesiæ ab apostolis, vel eorum successoribus dispensata & virtutibus, seu gratijs sacramentalibus, ꝙ in ipso suo transitu Christus adest saltẽ in effectu & multitudo sanctorum, & ita securus & cum gloria transit, Christo totaliter per amorem in eius corde sedente. Moraliter vero sciendum est, ꝙ in iustificatione impij infunduntur omnes virtutes, vide S. Tho. 1. 2. q. 63. & q. 65. Ideo postquam caro & carnalis effectus ad Deũ per conuersionem adducitur, ornatur volũtas & alij appetitus vestibus virtutũ, & tũc Christus intrat in Hierusalem, id est animã, & confert ei maximam iubilationẽ, vt dicet.

Tertium punctum euangelij est, ꝙ Christus ciuitatem Hierusalem cum magna gloria & lætitia intrauit amicorum suorũ. Qđ prophetauerat Zacharias vbi supra, dicens, Exulta, id est exultabis filia Syõ. Literaliter ergo circa hoc sciendum est, ꝙ sicut patet ꝑ sanctum Matth. Christum multa turba sequebatur, sicut etiam dicit beatus Ioann. c. 12 Multi qui erant in Hierusalem audientes, ꝙ Iesus adueniret, exierunt obuiam ei, maxime quia audiuerãt de suscitatione Lazari, & sic Christus remansit in medio turbarũ, ita ꝙ aliquæ præcedebant, aliquæ sequebantur. Et istæ turbæ tres honores fecerunt Christo. Primo enim strauerunt vestes suas in via. Secundo strauerunt virides ramos. Tertio magnis vocibus publice eũ laudabant, tenentes ramos palmarum in manibus, vt dicit beatus Ioannes. Dicitur ergo [plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via, alij autem cedebant ramos de arboribus & sternebant in via. Turbæ autẽ quæ præcedebant & quæ sequebant clamabant dicentes, Osanna filio Dauid.] Osanna secundum magistrum histo. & Hiero. & Remig. est dictio tota Hebraica, non simplex sed composita ex duabus dictionibus: Quarum vna non est integra manens, sed ꝑdit uocalem, id est & ob hoc dicitur componi ex corrupto, & integro. Componitur enim ex osi, quod latinæ dicit salua, & anna qđ est interiectio optantis, inde Osanna, id est salua obsecro. Quia enim illam interiectionem non habemus, loco eius ponimus verbum hoc, scilicet obsecro, vt dicit magister histo. Quod vero subditur [filio Dauid] põt esse ꝙ ly filio, sit vna dictio vel duæ, vt magister histo. dicit. Primo modo sic legitur. Clamabant filio Dauid, id est ad filium Dauid, Osanna. Vel sic Osanna filio Dauid, id est ꝑ filium Dauid, ita ꝙ ly filio sit ablatiuus casus vt vult Hugo card. Et isto modo petitio quã importat ly Osanna, dirigitur ad Deum. Sed secũdo modo sic clamabant, O fili Dauid, Osanna. Est autem notandum ꝙ vt elicitur Matth. 12. quia iudæi expectabãt Messiam Christum ex genere Dauid, apud eos vsus sic inualuerat, vt Christum appellarent filium Dauid. Vnde dicere, Osanna fili Dauid, est dicere salua Christe. Et in hoc secũdum Hiero. significabant ꝙ aduentus Christi salus mundi [Benedictus,] id est gloriosus sit [qui uenit,] id est incarnatus est, [in nomine] id est ad honorem [domini,] id est Dei patris, quem glorificauit. Sicut autẽ elicitur a Sancto Thom. Rom. 12. Benedicere tripliciter sumitur, scilicet enunciatiuè, & est idem quod laudare: & imperatiue. & est idem quod cõferre aliquod bonum: & optatiuè, & est optare bonum. Et primum ac tertium conuenit omnibus & respectu omnium etiã Dei quem laudamus, & cui optamus bonum, puta ꝙ glorificetur in mũdo, & cui congaudemus in bonis qui hẽt. Sed secũdum cõuenit Deo soli per autoritatẽ ; ministris autem eius per ministeriũ. Isti igitur benedicebãt Christo primo & tertio modo. Allegoricè autem sciendum est, ꝙ postquam Christus ascendit per fidem asinam & pullum, illi qui erant in societate

Christi cœperũt sternere vestes in via secũdum Hiero. pedibus asinæ ne alicubi offendant in lapidem, ne calcet spinam, ne labatur in foueam. Hæc ille. Per quod significatꝰ ꝙ Deus aliter habet prouidẽtiam de bonis, & aliter de malis. Vide Sanctum Thom. de ueri. qõ. 5. arti. 8. Tunc etiam cœpit publice laudari Deus in Christo, quia ante Gẽtium conuersionẽ notus in Iudæa Deus, vt dicit Psalmus, Sed post repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operiẽtis. Esa. 11. Et secundum Remi, vestimenta in via, id est sua corpora strauerunt martyres. Et ramos præscindunt de arboribus, qui exempla accipiunt a doctrina & uita sanctorum, secundum eundem. Anagogicè autem sciendum est, ꝙ hic significatur societas, quam faciũt boni angeli animæ trãseunti ab Hierico in Hierusalem, & lætitia Sanctorum in salute electorũ. Tota enim ciuitas cœlestis mouetur in iubilatione magna. Moraliter autem sciendum est, ꝙ postquã anima fuerit a peccato soluta & ornata virtutibus, & in sua voluntate cœperit esse Christus, tunc tota ciuitas Hierusalem lætatur spirituali lætitia, id est tota aĩa iucũdatur. Dulce est enim seruire Deo. Vnde Hiere. 2. Scito & uide ꝙ malum est tibi & amarum reliquisse te dominum. Aug. de senten. prosp. Arcta est via quæ ducit ad uitam, & tamen per ipsam nisi dilatato corde non curritur, quia iter virtutum quo pauperes Christi gradiuntur, amplum est fidelium spei, & si arctum infideliũ uanitati. Hæc ille. Vnde Matth. 11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue.

Dominica II. Aduentus.

Textus Euangel. Lucæ 21.



RVNT signa in Sole, Luna, & Stellis & in terris præssura gẽtiũ præ cõfusione sonitus maris & fluctuũ, arescẽtibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cũ potestate magna & maiestate. His autem fieri incipiẽtibus respicite, & leuate capita vestra, quoniã appropinquat redẽptio vestra. Et dixit illis similitudinẽ. Videte ficulneam, & oẽs arbores cũ ꝓducunt iam ex se fructũ, scitis quoniam prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniã ꝓpe est regnũ Dei. Amen dico vobis quia nõ prçteribit generatio hçc, donec oĩa fiant. Cçlum & terra transibunt, verba aũt mea non trãsibunt.

ERVNT Signa in sole. Lu. 21. Dñs ac redẽptor noster paratos nos inuenire desiderans senescentem mundũ, quæ mala sequantꝰ denũciat, vt nos ab eius amore cõpescat. Appropinquãte eius termino quãtæ ꝑsecutiones pueniãt innotescit, vt si Deũ metuere in tranquillitate nolumus, vicinũ eius iudiciũ vel percussionib. attriti timeamus. Hæc Gre. in Homi. Vnde in præsenti euang. quod totũ est de iudicio generali, tria facit Christus. Primo .n. ꝓdicit q̃dã terribilia. Secũdo reddit cãm taliũ. Tertio cõsolatꝰ eo᷑ɼ da electorũ. Quãtũ ad primũ sciendũ est, ꝙ ꝓsens euãgeliũ non põt exponi allegoricè, q̃a omnia quæ in eo traduntꝰ literaliter ꝑtinẽt ad credẽda in noua lege. Quãuis aũt aliq̃n ea quæ traduntꝰ literaliter pertinẽtia ad sensum allegoricũ, possint exponi anagogicè, tñ nõ est suꝑ hoc necesse, nec aliq̃n possibile, vt vꝫ esse ĩ proposito. Literaliter ergo & moraliter vel literaliter tm̃ exponamus ꝓsens euãgelium. Dicitꝰ ergo [Erunt signa.] Vbi aduertẽdũ est, ꝙ signa pcedẽt futurũ iudiciũ. Primo secũdũ Chrys. vt ostẽdatꝰ tũc dñs ꝓp quẽ facta sũt corporea interire. s. homo vel genus humanũ. Secũdo secũdũ Gre q̃a iuste nos oĩa feriunt, vt quot prius in mundo habuimus gaudia, tot postmodũ sentiamus tormẽta. Hæc ille. Tertio vt oñdatꝰ Deus offensus, sicut offenso dño turbatꝰ familia. Et quarto secũdũ doct. S. Th. 4. dist. 48. aduentũ dñi ad iudiciũ aliqua signa pcedent: quia hoc facit ad authoritatẽ quã tãtus iudex habere dẽt vt ꝑ talia iudicia disponantur homines ad se ei subijciẽdũ. Vñ & ꝓp hoc in forma gloriosa iudicabit. Nec tamen con-

tra hoc est illud Apostoli.1.Thes.5.Cum di xerint pax & securitas,tunc repentinus ve niet interitus.Verbum.n Apostoli secundũ Aug ad Esich.intelligitur de persecutorib. sanctorum, nam tunc boni arescent præ timore,vt dicitur hic. Vel potest dici,ꝙ post mortem Antichristi & ante initium signorum, impij non videntes consumari mundum,vt timebant,& credebant,dicent, pax est & securitas & tunc statim incipient signa terrere. Et quia totum tempus quod sequitur initium signorum, dicitur dies iudicij continere, ideo dicitur interitus repẽte venire,quia illa signa repente veniẽt. Et isto etiam modo intelligitur ꝙ veniet illa dies,vt fur,scilicet quo ad initium signorũ, & ẽt quantum ad ipsam diem quam illa signa non manifestabunt determinatè. Hæc oĩa S.Tho.quib. additur secundũ Io.do.ꝙ in primo aduẽtu Christus uenit occultus, quamuis tempus esset per scripturã determinatũ, sed in secundo veniet manifestus, & tp̃s erit incertũ, ideo primum aduẽtum non præcesserunt signa, sicut præcedent secundum. Quæ autem sint ista signa nõ est certum secundum S. Tho. Beatus quidem Hiero.dicit se in Annalibus Hebræorum,ut ẽt testatur Mag.historia,reperisse 15.signa quæ dieb.15.præcedent iudicium. Vtrũ uero illi dies erunt continui, uel interpollati non est certum.Prima die eriget se mare cubitis 40.super altitudinem montium,stans tñ in loco suo quasi murus. Secunda uero tm̃ descendet,ut uix possit uideri.Tertia autẽ oẽs marinæ beluæ sup aquã maris apparẽtes dabũt mugitus usq; ad cœlũ. Quarta ardebit mare & oẽs aquæ.Quinta herbæ & arbores dabũt rorẽ sanguineũ.Sexta ruent oĩa ædificia.Septima partes adinuicẽ collidẽtur.Octaua fiet gñalis terremotus.Nona æquabitur terra.Decima exibunt hoĩes de cauernis & ibunt uelut amẽtes,& nõ poterunt mutuo loqui.Vndecima surgent mortuorum ossa, & stabunt super sepulchris. Duodecima cadẽt stellæ de cœlo.Tertiadecima morientur hoĩes uiuentes,ut cũ mortuis resurgant. Quartadecima ardebit cœlum,i.aer & terra.Quintadecima oẽs resurgent,& fiet cœlum nouum,& terra noua. Ista tñ signa,ut dicit S.Tho. Hier.non asserit,nec uidentur multum,sed parum probabilia, Similiter etiam signa, quæ ur̃ dũs in Euangelio dare, secundum Aug. ad Esich. forte non pertinent ad diem illam, nisi dicatur ꝙ tunc illa signa erunt maiora quàm ante. Quod secũdũ quã mensurã fiat incertũ est.Sequitur[in Sole]quia scilicet obscurabitur,vt dicetur.Sed quare potius nõ fiet in eo tale signum, ut stet,sicut tp̃e Iosue? Eiusdẽ x.uel retrocedat, sicut tp̃e Ezechie? Esa.38. Ad hoc dicit Do.Petrus de Scala,ꝙ fict ut culpæ, i.peccato qđ est tenebras respondeat pœna, unde obscuratus fuit pro peccato Aegyptiorum Exo.10. & pro peccato Iudæorum,& in passione Dñi. & tũc obscurabitur pro peccato omniũ. Ista autem obscuratio aliquando dr̃ erubescentia Esa.24. Erubescet Sol:aliqñ obtenebratio. Ioel.2.Sol conuertetur in tenebras.Apoc. 6. Aliqñ denigratio. Sol factus est niger, quasi saccus sillicinus.Hæc ex illo[& Luna & Stellis] id est in pulchriori & euidẽtiori parte mũdi, sicut hominis turbatio primo apparet in facie. Licet.n. Deus in se semper sit quietus, tñ tunc ostendet se turbatum qñ uolet exercere uindictam,& facere effectum irati. Est aũt sciendum ꝙ in ipso Christi aduentu, Christo ueniente & resurgentibus Sanctis, secundũ S.Th.ubi supra, fient quædã mirabilia in cœlestibus corporibus,& in alijs Nam totus mundus ponetur in quodam statu incorruptionis, quia corrumpentur omnia mixta, ut animalia, plantæ & mineralia, & nunquam de cætero erit generatio,aut corruptio,quia cessabit causa omnis motus, scilicet motus cœli,quia firmabitur cœlum Sole existente in Oriente, & Luna plena in Occidẽte,in q̃b. locis sunt creata, & cõsequẽter in eisdẽ cõplent circulationes suas, quæ non debent incõpletæ manere. Deinde remanebunt tenebrę solũ apud infernũ,unde pars interior terræ nobilitabitur per rõnales spũs alligatos. Exterior uero erit ꝑ uia ut uitrũ, aqua ut crystallum,aer ut cœlũ. Ignis lucebit,ut luminaria cœli. Et ipsa luminaria cœli multo magis lucebunt quã modo Esa.30. Erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter sicut lux septem dierũ, ita ꝙ lux unius diei tunc erit tãta,sicut est modo lux septẽ dierum si simul poneretur. In die qua alligauerit dominus uulnus populi sui, id est in die resurrectionis quando sanabimur, quo ad corpus, remotis pœnalitatibus,

tibus sicut modo sumus sanati quo ad aīam per sacra. Et sic patet ꝙ totus mūdus innouabit. Oīa pdicta & tō pdictorū ex S.Tho. vbi supra patent. Sed ista forte proprie non possunt dici signa futuri iudicij quia simul cum aduētu fient iudicis. Quæ autem sint ista signa de quibus loquitur Euangelium, dicitur Math.24. nam sol inquit obscurabitur, & Luna nō dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Erit tamen præter hæc vnū signū istis cōmūe toti corpori cœli, i. omnibus spheris & stellis, quia scilicet cū omnia nunc moueantur pręter cęlū empyreū, tūc oīa moueri cessabunt secūdū doctrinā fidei & sanctorū. vt patet 4 tracta. capit. vlt. Fient autē & multa alia in cœlo, quæ nō dicuntur signa, quia non præcedent iudicē saltē diu, vt innouatio & nubes & huiusmodi. Ista vero obscuratio Solis & Lunæ dupliciter accipit. Vno mō secūdū, ꝙ Eus. Chry. & Hieto. dicunt, quia tanta erit claritas Christi, ꝙ luminaria cœli eo pñte non videbunt, quāuis erunt lucida tunc plus ꝗ modo, sicut neque modo videntur stellæ orto Sole. Nō est autē intelligendū, ꝙ isti sancti velint negare quin præcedat aduētū Christi alia obscuratio Solis & Lunæ, q̃a hoc expresse dicit scriptura, Ioelis 2. Sol inquit cōuertetur in tenebras, & Luna in sanguinē antequā veniat dies dñi magnus. Et ideo quāuis sit verū quod dicūt, tñ vt dicit Rabanus & S.Th. vbi supra, hoc poterit esse alio modo, q̃ a. s. in rei veritate Sol & Luna obscurabuntur successiue, vel simul diuina virtute. Sed S. Tho. vult hoc fieri ante iudicium, vt sonant verba Ioel. Rab aūt nō hēt pro inconueniēti, ꝙ ēt fiat pñte Christo ad terrorē. Peracto vero iudicio erit lux Lunæ, & lux Solis sicut dixit Esa. sed tamē nō est repugnantia inter S.Th. & Rab. quia hoc poterit esse ante vt sit signū, & etiā tunc ad terrorē. Vel hoc erit vsque quo Christus appareat, quo apparente lumē restituet Soli & Lunæ, sed nō apparebunt propter Christi claritatem.

Quomodo vero stellæ de cœlo sint casuræ oportet indagare, & certū est ꝙ In rei veritate de cęlo cadere nequeūt. Primo, q̃a cœlestia corpora sunt incorruptibilia, & cōsequenter indiuisibilia. Secundo, quia non esset locus in quo recipi possent. Quod patet. Nam sicut docet Arist. in lib. de generatione, aqua ē decuplo maior terra, & aer decuplo maior aqua, & ignis decuplo maior aere. Ex quo sequitur, ꝙ totum spatiū quod est infra cœlum potest cōtinere totam terram milies centies & vndecies præcise. Est rursus sciendū, quòd secundum sapientes, vt testatur Origenes & S.Thom. & multi alij. Omnes stellæ sunt maiores terra, vel saltem illæ, quæ sunt visu notabiles, vt dicit Alfraganus. Huius autem signū est, ꝙ quælibet Stella respectu cœli est alicuius quātitatis, vt patet ad sensū. Terra vero respectu cœli nullius est sensibilis quātitatis, sed se habet vt punctum, vt patet ex vsu astrolabij. Quia astrologus ita eo vtitur in superficie terræ, ac si esset in centro eius. Cum ergo stellæ ē notabiles sint multo plures quàm mille. c. & 11. non possunt habere locū nisi in cęlo.

Argueret autē forte aliquis contra prædicta. Nam Sol est maior terra, vt tradunt sapientes, & etiam probatur. Nam si esset ei æqualis, vmbra terrę ab eo causata esset cōtinue æqualis & protenderetur in infinitū & sic eclipsaret superiores planetas, & stellas fixas. Quod ad sensum est falsū. Idem sequitur si Sol esset minor terra, q̃a tunc vmbra terræ quanto magis a terra distaret, esset maior, & hoc in infinitū, vt ex perspectiua patet. Luna vero est minor terra secūdū eosdem, & probatur. Nam Sol est maior terra, ergo vmbra terrę quam primum elongatur a terra est minor terra: Et tamē ipsa vmbra est maior quàm Luna, vel saltē ei ęqualis, vt patet ad sensum: quia aliquando in eclipsi Lunæ occupat totā Lunam. Ex his autem sequitur, ꝙ si stellæ sunt maiores terra, ꝙ sint maiores Luna, quod est cōtra diuinā scripturā, quæ dicit ꝙ fecit Deus duo luminaria magna. Gen. 1. Respondeo & concedo ꝙ Luna est minor stellis in veritate, sed quia est vicinior nobis, cum sit in primo cęlo, videtur maior. Et secundum sanctum Tho. 2. di. 15 & 1. parte quæstio. 70. ratione huius apparentiæ, vel ratione suæ virtutis, diuina scriptura Lunam appellat luminare magnum. Cum ergo uerè stellæ de cœlo cadere nequeant, verbum prædictum exponitur multipliciter. Primo secundum Chry. Hiero. Orige. & Raba. exponitur, quia cadēt de cœlo, id est priuabunt sua luce, vel propter præsentiam maioris luminaris, scilicet Christi, vt dicit Chrys. & Hiero. vel propter fumum ascendentem quando purgabitur

bitur

bitur mundus, vt dicit Orig. vel diminutus quocunque modo. Alij vero exponunt de stellis, quæ cadunt continue secūdum apparentiam in nocte. Sunt enim quidam vapores sicci, & calidi qui a sole eleuātur vsque ad superiorem partem aeris, vnde cum fuerint calefacti a sphera ignis vicina, incenditur illa materia a parte superiori incipiens vsque ad inferiorem, & sic videtur cadere ignis, vel stella. Sed ista frequentius & cum maiori admiratione fient instante iudicio. Sequitur [& in terris] maxime maritimis [pressura gentium præ cōfusione sonitus maris & fluctuum.] Et signis enim apparentibus in cęlo, & consequēter in parte inferiori homines aliquod magnum futurum verebuntur, præcipue vero ex insolita maris turbatione. Vnde arescent, idest tabescent squalore & macie, tam boni, quàm mali, secūdū Eusebium. Vnde subditur. [Arescētibus hominibus præ timore & expectatione] eorū scilicet [quæ superuenient vniuerso orbi] q autem sint ista, dicetur infra. Est autem aduertendum quod secundum August. & Ambro. Prædicta habent alium sensum, quē quidam dicūt mysticum, seu allegoricum. Sed reuera forte est literalis significatus per voces metaphoricę. Stella enim cadēs, non est vera res, sed ficta. Vnde ait Augu. ad Esich. Sed ne dominus appropinquante secundo aduentu suo ea pro magno dixisse videatur quæ huic mūdo etiam ante eius primū aduentum fieri consueuerāt, & irrideamur ab eis, qui plura in historia gētium & maiora legerunt. Hæc quæ dicta sunt melius existimo intelligi. Hæc ille. Vnde secundum eundem Aug. Ecclesia est sol, & luna, & stellæ, cui dictū est, pulchra vt luna, electa vt sol, quæ tūc non apparebit persecutoribus vltra modum sæuientibus. Hæc ille. Amb. Vero per solem Christum intelligit, cuius radius est fides. Obscuratur ergo sol secūdum eum, cū deficit fides. Et luna, id est ecclesia, quādo inter ipsam & Christum carnalia, & terrena vitia opponuntur. Per stellas vero intelligūtur viri gloriosi in ecclesia, q persecutionis tempore cadunt, vt idē dicit. Qđ vero subditur, [& in terris pressura gentiū] secundum Augu. vbi supra non intelligitur de gentibus benedicēdis in semine Abraæ, sed quæ in iudicio stabunt ad sinistram. Videtur autem mihi quod si ista pressura sumatur actiue, sic pertinet ad malos, qui tūc premēt, id est persequentur bonos. Si vero sumatur passiue, sic erit omniū, quia erit propter illa quæ superuenient vniuerso orbi, id est omnibus bonis & malis, vt videtur velle Eusebius. Sed tamen pressura bonorū citius incipiet. q a lumine fidei & inspirationis diuinæ citius agnoscet futura mala alijs dicētibus, pax, & securitas, & citius terminabitur per eleuationem Deo cōfortātē. Pressura uero malorum nūquā finietur, & semper ex quo inceperit proficiscetur de malo in peius. Et hac ratione, ista secundum Gre. & Aug. sunt dicta contra reprobos. Quod uero subditur (nam uirtutes cœlorum mouebuntur) secūdum Aug. intelligitur: quia aliqui fortes in persecutione turbabuntur. Moraliter hic significantur multa hominū genera, in quibus erūt, & sunt multa signa. Nam in sole, id est in prælatis, qui sunt lux mūdi [ut dicitur Mat. 5.] est obscuratio per ignorantiam, & uitam infamem. In luna uero, id est principibus secularibus, quorū potestas ad ecclesiā se habet, ut luna ad solē. extra de ma. & obe. insolite. est apparitio sanguinis per credulitatem & impudicitiā. In stellis uero, id est religiosis est casus a cœlo per apostasiam, & inobedientiā. In terra autē, id est in agricolis, seu rusticis est pressura passiue, illata a cœlo, id est superioribus eorum. In hominibus autem, id est mercatoribus sic dicti propter politicā ciuilitatē & astutiā, est arefactio cordis, propter cupiditatē & auaritiā. In uirtutibus autē cœlestibus, id est prædicatoribus est cōmotio propter pusillanimitatē: q a sunt canes muti nō ualētes latrare. Esa. 56. Et, ppter inutiles discursus, cū debetent in contemplatione quiescere, exemplo Christi se cedētis in desertum post sermonē, Ioan. 6. In mari autem, i. in peccatoribus habentibus cōscientiam amaricatam, est sonus malorū uerborū, & fluctus uarius uitiorū. Quātum ad secundum punctū sciēdum est. q cū dicitur, Nā uirtutes cœlorum tangitur duplex causa prędictorum. Vna est effectiua, i. Angeli qui immediate pcurabūt talia. Et alia finalis, i. aduentus iudicis, ad cuius autoritatē p dicta ordinā. Est et sciēdū q p virtutes cœlorū multa possumus ītelligere, sicut docet S. Th. ubi sup. Primo p uirtutes cęlorū intelligunt oēs Angeli, q ut ipse & Magi. sen. dicit]

cit] mouebunt,i.admirabūtur,q̄a habebūt nouā cōsiderationē de rebus ad quā p̄ spe cies naturales pertingere nō poterant, Nec tñ sequitur ꝙ in eis modo sit ignorātia,sed nescientia,inquātum nesciunt quæcunque Deus facere pōt cum illum nō cōprehēdāt. Vel secundū Chryso. & Bed.mouebuntur, q̄a non intrepide stabunt in iudicio vidētes tantā multitudinē cōdēnari. Vnde Iob.26. Columnę cœli cōtremescent ad nutū eius. Sed dictū istorū oportet intelligere impropriè,vt.s.sit timor reuerentiæ & admiratio nis. Vel secundū Gre.mouebuntur,quia in aduētu districti iudicis visibiliter apparebūt ad nos puniēdos. Alio modo,vt dicit idē S. Tho. p̄ virtutes cœlorū pōt intelligi vnus ordo angelicus sic dictus,q̄ tūc mouebunt, q̄a eorū est mirabilia secūdū Greg.qđ tunc maxime accidet. Vel q̄a vt dicit S.Tho.eorum est mouere cœlos. Vnde & cœlorū virtutes dīr.& tunc mouebuntur,q̄a mouere cessabūt quasi s.a suo officio mouēdi amotę.Tertio secūdū Chry.per virtutes cœlorū p̄nt intelligi oēs Angeli q̄ p̄sunt rebus sensibilibus,qui absoluent a suo ministerio. Vide si vis.1.q.119. qūo singulis specieb.rerū corporaliū præponuntur Angeli & prouin cijs & hominib.Seqtur[& tūc videbūt filiū hoīs]Videbunt inquam secundū Aug tam fideles quàm infideles,vtpote quia erit sole splendidior. Et secūdū Theo.videbit tā ipse q̄ crux sua. vt dr Mat.24. & consequēter ab oībus cognoscet. Qūo autē apparebit crux est triplex opinio. Prima quòd apparebit in signo suo,i.in cicatricibus Christi. Secunda ꝙ apparebit in seipsa crux, in qua Christus pepēdit ab Angelis delata ad cōsolatio nē fidelium,& infidelium confusionē.Tertia,quòd apparebit in aliquo signo suo for mato in modū crucis. Et ista mens videtur euangelistæ Matthęi dicentis,quod apparebit signum filij hominis in cœlo.Et vt credo,erit lux quædā ad instar crucis densior reliqua cœli luce,vel lux remissior ad instar vmbrę.Vocat aūt se Xp̄s filiū hoīs secundū aliquos eo ꝙ sit filius solū vnius,q̄ vero ex masculo & fœmina generātur sunt filij hominum . Sed q̄a ēt Ezechiel dictus est filius hoīs,forte melius dicit ꝙ Christus sic se vocat in signū humilitatis,cū posset se vocare filiū Dei. Quidā aūt faciūt sicut mulus, qui ītterrogatus,vt fingitur,đ gñe suo noluit se fateri filiū asinę,sed dixit se filiū equi regis fraciæ.Notāter dr filium hoīs,q̄a iudicabit in forma humana,q̄a ēt legē euangelicā dedit in forma humana. Eiusdē.n.est legē cōdere & secūdum eā iudicare.Itē q̄a in eadē forma iudicatus est & cōsequenter in eadē iudicabit,vt possit ab impijs videri secūdū gl.lo.5.[veniētē in nube]secūdū aliquos p̄ istā nubē ītelligitur societas sanctorū existētiū cū eo, q̄ nubes dicuntur eo ꝙ a terrenis fuerunt eleuati.Erunt aūt in societate Christi venientis saltē Angeli,& forte illi sancti qui ante iudiciū resurrexerunt, si q̄ sunt,& quicūque sint illi.De reliq̄s vero dicit Apostolus 1.Thes.4.Rapiemur cū illis,s.qui ante dormierant , obuiā Xp̄o in aera. Ex q̄ vr ꝙ Xp̄o veniente aliqui sancti erūt in terra & eleuabūtur vt aues obuiā Xp̄o,qđ maxime cōtinget illis q̄ mō fuerūt pauperes & viles p̄p dn̄m,diuitib.tunc sine numero remanētib.ī terra.Reposita est hæc spes mea in sinu meo.Iob.19.Secūdū alios vero per nubē intelligitur nubes materialis q̄ Xp̄o præbebit obsequium ad decorem,nō ad necessitatē.Vnde Aug.ad Esichiū.Sic veniet sicut abijt.Nubes autē suscepit eū ab oculis eorū.Hæc ille.Ad quē autē locum Christus tunc sit vēturus, vide infra feria 2. post primā dn̄icā quadragesimæ [cū p̄tāte magna & maiestate] accepta a Deo patre p̄p suæ passionis meritū.Gre.ī ho.In p̄tāte & maie state visuri sūt quē in humilitate positū audire noluerunt.vt virtutē eius tanto tunc districtius sentiāt quāto nunc ceruicē cordis ad eius patientiam nō inclinant. Hæc ille. Apparebit autē ista potestas Christi primo ex mundi conflagratione . Psal. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius.Secundo ex iudicandorū multitudine, quia cōgregabit omnes gentes in valle Iosaphat , vt patet Ioel. 3. Tertio ex corporū suscitatione, quia oēs resurgemus cum corporibus nostris,vt patet 1 .Corint. 15. Quarto ex vocis magnitudine. Chryso. Vere magna vox,cui omnia obediunt elementa,quæ petras scindit,portas inferi aperit , & vincula mortis dirumpit. Hæc ille . Quinto ex obsequio nubium, vt hic patet. Sexto ex innouatione cœli & terræ, & omnium elementorum Apocaly. 21. Ecce noua facio omnia . Septimo ex iudiciaria autoritate , quia pater omne iudicium dedit


filio

filio. Io.5. Octauo ex electorũ glorificatione. Matth 22. Tũc fulgebunt iusti sicut sol. Nono societatis nobilitate, quia dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Esai. 3. Item omnes angeli eius cum eo. Matth. 25. Maiestas etiam ex prædictis apparebit & rursus ex gloria humanitatis suę quæ erit gloriosa. Primo, quia debet iudex eminere iudicandis, quorum aliqui, scilicet electi habebunt corpora gloriosa, id est dotata dotibus claritatis, agilitatis, impassibilitatis, & subtilitatis. Secundo, quia in primo aduentu Christus qui venerat iudicãdus apparuit in forma infirmitatis, ergo veniẽs iudicare apparebit in forma opposita, sicut iudicare & iudicari opponuntur. Moraliter autem hic admonemur vt toto tempore uitæ nostræ quæramus Christo regi pro sanguine fuso & cruce toleratu, ore & opere gratias agere, ne confundamur in die iudicij, quando in aere videbimus signa crucis & vulnerum eius. Tunc enim secundũ Chrysosto. sic loquetur. Ego ꝓpter vos homo factus sum, propter vos alligatus, delusus, cęsus, & crucifixus. Vbi est tantarum iniuriarum mearũ fructus? Vbi seruitus quam mihi pro sanguinis precio reddidistis. Hec ille. Quantum vero ad tertium punctum sciendũ est, quod Christus electos suos consolatur. Greg. in Homel. Quia præmissa contra reprobos dicta sunt: mox ad electorũ cõsolationem verba uertuntur. Nam subditur [his autem fieri incipientibus leuate capita vestra] id est exhilarate corda, quia dum finitur mundus, cuius amici non estis, prope fit redemptio, quã quæsistis. In sacra enim scriptura sæpe caput pro mente ponitur, q̃a sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mẽte disponuntur. Capita ergo leuare, est mentes nostras ad gaudia patriæ cœlestis erigere. Hæc ille [quoniam appropinquat redẽptio vestra] Theo. i. perfecta corporis & animæ libertas. Sicut enim primus aduentus domini fuit ad reformationẽ animarũ nostrarum, sic secũdus ad reformationem corporũ celebratur. Hæc ille. Greg. in homel. Quod autem calcari mundus ac despici debeat, prouida dominus comparatione manifestat, cũ subdit. [Videte ficulneam & oẽs arbores, cũ ꝓducũt iam ex se fructũ, scitis quoniã prope est estas, ita & vos cũ uideritis hæc fieri scitote quoniã prope est regnũ Dei] quasi dicat. Sicut ex fructu arboris vicina estas cognoscitur, ita ex ruina mũdi prope esse cognoscit̃ regnũ Dei. Ex hoc ostenditur quia fructus mundi ruina est. Ad hoc enim germinat, vt quęcunque germinauerit cladibus consumat. Bene aũt regnum Dei æstati cõparatura, q̃a mœroris nostri nebulæ transeuntes vitæ dies ęterni solis claritate fulgescũt. Hæc ille Euse. Sicut enim in hac vita sol hyeme recedente, ac succedente ueræ radium calidũ mittẽs fouet ac viuificat humi condita semina, exuentia pristinam figurã: pullulant aũt nóua variũ virorẽ habentia, sic & gloriosus vnigeniti Dei aduẽtus viuificatiuus radius illustrãs nouũ seculũ. dudũ cõdita per totum mũdum semina. s. dormiẽtes ĩ puluere terræ potioribus corporibus quàm prius producet in lucẽ, ac cõfutata morte regnabit deinceps vita seculi noui. Hæc ille. Omnia aũt prædicta cõcludit dñs, fcd̃m Gre. sub magna certitudine, immo scd̃m Bed. si dicere licet sub suo mõ iurauit, cũ dicit [Amẽ dico vobis] Amẽ q̃ppe, vt dicit Beda, interpretat̃ verũ, ac si dicat. verũ dico vobis. Vtrũ vero sit iuramentum? Dico ꝙ non. Licet magister histo. dicat ꝙ sic, q̃a x ps̃ si ita frequẽtasset illud [q̃a nõ ꝑteribit generatio hæc, donec oĩa fiãt] .i. nõ ꝑteribit genus iudeorũ, scd̃m aliquos vel humanũ genus, scd̃m eũdẽ Bed. vel ecclesia nouiter generãda, scd̃m Euse. & The. q̃ ex hoc elicit. ꝙ ipsa christianitas nunq̃ deficiet, neque fides Iesu Christi [cęlũ & terra transibunt, verba aũt mea nõ transibũt]. i. vt vĩ innuere Greg. & Hier. dicit. Facilius ẽ ista perire, q̃d tñ ẽ ĩpossibile q̃ mea verba nõ ipleri. Vel possumus dicere ꝙ reuera trãsibit cęlũ quãtũ ad accidẽtia sua, q̃a cessabit moueri, & ampliorẽ lucẽ suscipet & similẽ terra vt ex dictis patet, tñ q̃tũ ad essẽtiã & substãtiã suã vtrũq; stabit ĩ æternũ. Vñ Eccl. 1. Terra ĩ æternũ stat. Beda. Apta rõne cœlũ & terra ꝑ eã q̃ nũc hñt imaginẽ trãseũt, attñ ꝑ entiam sine fine subsistunt. Hæc ille Moraliter aũt hic ĩstrui mur vt mũdũ trãseũtẽ q̃ spiciamus. Si. n. trãseũt incorruptibilia vt cęlũ & terra, quãto magis corruptibilia & vana? Hier. ad Helio. de morte nepo. Xerses ille rex potentissimus q̃ subuertit mõtes, maria cõstrauit cũ de sublimi loco infinitam hominum multitudinem & innumerabilem vidisset exercitum, fleuisse dicitur,

quod post centum annos nullus eorũ, quos tũc videbat, superfuturus esset. Quod si posse mus in talem cõscendere speculam, de qua vniuersam terram sub nostris pedibus cerneremus, iam tibi ostenderem totius mundi ruinas, gentes gentibus, & regnis regna collisa, alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctibus, alios ad seruitutẽ trahi. Hic nuptias, ibi planctum, illos nasci, istos mori, alios affluere diuitijs, alios mendicare, & non Xersis tantũ exercitũ sed totius hominẽs mũdi breui spacio defuturos. Vincitur sermo rerum magnitudine, & minus est omne quod loquimur. Redeamus igitur ad nos, & quasi de cœlo descendentes paulisper nostra videamus. Sẽtis ne obsecro quã infans, qñ puer, quando iuuenis, qñ robustæ ætatis, quando senex factus sis? Quotidie morimur, quotidie commutamur, & tamen æternos nos esse credimus. Hæc ille.

Dominica III. Aduentus.

Textus Euangel. Matth. 11.



CVM audisset Ioãnes ĩ vinculis opa Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui vẽturus es, an alium expectamus? Et rñdens Iesus ait illis. Eũtes renunciate Ioanni quę audistis & vidistis. Cęci vident, claudi ambulant, lęprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui nõ fuerit scandalizatus in me. Illis aũt abeuntibus cępit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid exiltis in desertum videre, arundinem vẽto agitatam? Sed quid existis videre, Hominem mollibus vestitũm? Ecce qui mollibus vestiuntur in domib regum sunt. Sed quid exiltis videre, Prophetam? Etiã dico vobis & plusquam Prophetã. Hic est.n. de quo scriptum est. Ecce mitto Angelum meũ ante faciem tuam, qui pręparabit viã tuã ante te.

CVM audisset Ioannes in vinculis &c. Matth. 11. In præsenti Euang. tanguntur tria puncta. Primum est Ioannis interrogatio. Secundũ Christi rñsio. Tertium Ioannis commendatio. Quantũ ad primũ sciendum est, quod tres fuerunt Herodes, secũdum Chronicas. Primus dictus est Ascalonita, cuius pater Idumeus & non Iudæus fuit. Hic fuit rex in Iudæa, & occidit Innocentes. Secũdus dictus est Antipas, qui fuit huius primi Herodis filius & non fuit rex, sed tetrarcha, vt dr Lu. 3 id est dñs in quarta parte regni patris sui, à tetras quod est quatuor, & archos princeps quasi quartus ĩ regno princeps. Mortuo enim Herode ascalonita, Romani diuiserunt regnum eius in duas medietates, & vnam dederunt Archelao. Reliquam autem diuiserunt in duas dantes vnã Herodi, & reliquam Philippo fratri suo: Hic occidit Ioannem. Tertius dictus est Agrippa, q. fuit filius Aristoboli filij Herodis Ascalonitæ. Hic fuit Iudæus vt testatur Iosephus .i. fuit circuncisus sicut & Aristobolus pater suus, & à Romanis factus fuit rex in parte vna regni Iudæorum, non tamen regnauit in Hierusalem, sed vltra Iordanem. Nã, vt dicitur in historia Ecclesiastica, dũ Hierusalem erat euertenda, fideles ibidem existentes admoniti sunt per Angelũ transire Iordanem ad regnum Agrippæ confederati Romanis. Hic Hærodes occidit Iacobũ fratrem Ioannis, vel sus. Ascalonita necat pueros, Antipa Ioannẽ. Agrippa Iacobũ, claudens in carcere Petrum Ioannes ergo incarceratus est ab Herode Antipa. Huius causam potissimã tangit Marc. 6. & Mat. 14. Herodias .n. filia Aristoboli, vt tradit Iosephus, & magister hist. nupsit Philippo fratri patris sui. Sed Herodes frater patris & mariti, eius amore captus, rapuit illam ea tñ cõsentiente, sed non marito, quod illicitum fuit. Hoc ergo Ioannes arguebat. Metuens ergo Herodias ne Herodes ad prædicationem Ioannis eam dimissam marito restitueret, suggessit Herodi vt Ioannem carceribus traderet, quod & fecit. Alij autem, vt Iosephus vltra hoc aliam assignant causam, quia scilicet

licet Ioannes prędicabat iustitiam & sobrietatem, & baptismum, & ideo multus populus eum sequebatur. Herodes ergo tumultum populi timens reclusit illum. Tertia cā solet assignare, quia Ioannes magnū regē post se venturum prædicabat Ordinauerant autē Romani nequis sine Senatus autoritate rex diceretur. Vnde Herodes offensa Cæsaris timuit, & Ioan. in vinculis detinuit. Dicitur ergo (cum audiuisset Ioan.) per discipulos suos, scilicet vt patet Luc 7. [in vinculis opera Christi.]

Sciendū enim ꝙ Christus, licet ante Ioānis carcerem prædicauerit & fecerit aliqua miracula & baptizauerit, vt patet Ioan. 3. tamen non prædicauit multum publice. vt q̄dam dicunt. Vnde beatus Mat videtur prædicationē Christi a Ioannis carcere inchoare. Mat. 4. Sed Ioanne tradito. Christus propter doctrinam & miracula magna & frequentiā fuit in magna fama, & opera eius vbique diuulgabantur: unde & ad Ioan. incarceratum peruenit hoc, & propterea dicitur audiuisse opera Christi. Sequitur (mittēs duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui venturus es, an alium expectamus?) Sed hic est magna quæstio, quam beatus Greg. mouet, di. Quærēdum nobis est Ioannes Propheta & plusquam propheta q̄ uenietem ad baptismum dominū ostendit, di. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, cur in carcere positus, mittens discipulos, requirit, tu es qui venturus es, an ali. ex. tanquā si ignoraret quem ostēderat, & an ipse sit nesciat, quē prophetando, baptizando, ostēdēdo ipsum esse clamauerat. Hæc ille, sicut autem recitat S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. ad secundū, tres fuerunt solennes modi respondēdi ad istā quæstionē. Primus est beati Ambr. dicentis. Nō fide, sed pietate dubitauit. Dubitauit et Petrus dicens. Propitius tibi esto domine, nō fiat hoc. Hæc ille. Et videt velle Ambro. ꝙ Ioā. sciuit quidem mortē Christi esse ꝓphetatam, sed compatiebatur & admirabatur, ꝙ tantum vellet sustinere opprobrium. Sed Chry. in home. videtur impugnare istā responsionē, veruntamen ipse eam non impugnat, sed intendit asserere, ꝙ Ioannes credidit Christū moriturum, quod opinio ista concedit, cum quo stat ꝙ non ex rei ignorantia, sed ex rei magnitudine admirabat. & compatiebatur. Alius modus est, Chry. in home. & Hiero. & Nico. de Ly. & Hila. ꝙ Ioannes non dubitauit, sed discipuli sui, qui zelātes pro magistro suo, tanquam Christus ei faceret con currētiam habebant aliqualē inuidiā ad Christum & discipulos eius, vt Io. 3. elicitur, & etiam increduli erant, vnde se phariseis associabant, vt patet Mat 9. Moriturus ergo Ioannes, voluit eos ab errore & ab inuidia liberare, ideo misit illos ad Christum vt videntes eius miracula sanarētur in spiritu. Sed contra hunc modū arguit Paulus Burgen. quia non videtur, inquit, consonare literæ sequēti, non enim respōsio Christi dirigit ad discipulos, sed ad Ioannē. Sed ad hoc dicitur ꝙ sicut Ioannes cauens discipulorum confusionē, interrogat in persona sua, ita Christus curialitate vtens eadē ratione respondet verbis quidem Ioanni, sed factis miraculorū discipulis. Tertius modus est Gre. in hom. & beatus Hiero. Ait. n. Gre. Quærit vt sciat si is qui per se in mundū venerat, etiam ad inferni claustra descendat. Hæc ille. Vnde sciendum est, ꝙ Ioannes sciuit virtutem passionis Christi vsque ad limbū debere pertingere, quia hoc prædixerat Zacha. 9. di. Tu quoque in sanguine testamenti emisisti vinctos tuos de lacu, in quo nō erat aqua. Sed tñ nesciuit an Christus ꝑsonaliter illuc descēsurus esset, nec hoc credere tenebatur antequam esset impletum. vt dicit S. Tho. vbi supra. De hoc ergo dubitat & querit secundū Hier & Greg. vt Christi aduentum nunciet apud inferos, non ad conuertendum populos, sed ad consolādū, ut dicit gl. Contra istum modum uidetur arguere Chry. in Home. & reuera nihil dicit contrarium, sed ipse intendit solum ꝙ Ioānes nolebat prædicare fidem apud inferos, ut aliquis nouiter crederet. Et hoc idē Hiero. & Greg. non negarent. Contra beatum Greg. specialiter arguit Nico. de Lyra dicēs, Greg. dicit ꝙ Ioan. dubitauit an Christus esset passurus & moriturus, sed hoc nō est rationabile, quia plus quam propheta ignorasset quod prophetæ sciuerunt, & prædixerunt in multis locis. Item quia ipse dixit. Ecce agnus Dei. & secūdum Chry. agnum uocans crucem diuulgat. Ad ista respondetur, ꝙ iste false allegat Grego. & hoc patet primo ex uerbis eius supra allegatis. Secundo ex S. Th. ubi supra Nō enim Greg. dicit. Ioānem dubitasse de morte Christi, sed de eius descen-

descensu ad Inferos in persona. Verũ est tamen ꝙ in vno loco homel. videtur Greg. dicere, quòd iste ei imponit. Ait enim loquẽs in persona Ioannis ad Christum. Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiã & ꝓ hominibus mori, & ad inferni claustra descẽdere digneris, insinua? Hæc ille. Sed itẽdit Greg. dicere ꝙ Ioannes dubitauit de ista copulatiua. s. xp̃s morieť, & xp̃s descẽdet ad ĩferos personaliter ratione secũdæ partis, facit tamen mentionem de prima, quia mors erat xp̃o via ad personalem descẽsum. Vnde patet ꝙ allegatur cõtra mentem suã & truncate. Dicitur tamen, ꝙ aliqua antiqua homiliaria bene correcta nõ habẽt Ly mori. Allegoricè sciendum est, ꝙ Ioannes significat populũ Hebraicum. Primo q̃a fuit præcursor Christi sicut & ille populus mũdum disposuit ad credendum Christo prænunciando illum. Secundo quia interpretatur gratia Dei, & sigñat illũ cui dedit Deus multa dona vel gratias, sicut fecit huic populo. Psal. Non fecit taliter omni, i. nulli, nationi scilicet ante nouam legem. Hic populus circa mortem suam, idest finem mũdi sic in vltima ætate est in vinculis erroris & diabolicæ potestatis, sed appropinquante mundi termino, totus conuertetur ad Christum. Psal. Conuertentur ad vesperã. Rom. 11. Cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gẽtium subintrauerit, & tũc omnis Israel saluus fiet. Hoc autẽ credo futurum quãdo totus mundus suscipiet fidẽ Christi per secundam prædicationem euangelij, de qua vide infra Dominica 10. post festũ Trinitatis. Et tũc mittet ad Christũ duos Discipulos, intellectũ. s. & affectũ, vt informetur & inflãmetur de Christo, per intellectum scrutando facta eius, & per voluntatẽ approbando & amãdo. Vel aliter Vt enim ait Hilari. in Ioanne forma legis lata est, Christum enim lex annũciauit, & remissionem peccatorum prædicauit, & regnum cælorum spopondit, & Ioãnes totũ hoc opus legis expleuit. Igitur cessante iam lege, quæ peccatis plebis iclusa, ne Christus posset intelligi quasi vinculis & carcere includebatur, ad euangelia consulenda lex mittit, vt infidelitas fidem dictorum cõtempletur in factis. Hæc ille. Amb. Et forsasse isti discipuli quos misit, sunt duo populi, vnus q ex Iudæis credidit, & alter ex Gẽtibus. Hæc ille.

Anagogicè vero Ioannes significat fidelem moriturum quidem, sed tum adhuc existentem in carcere corporis, gratiam gratum facientem, vel gratis datam habentem, & tamen inter spem & desperationem suę salutis vacillantem. Hic ad Christum docẽtem & sanantẽ mittit duos Discipulos: Christus enim existẽs in dextera patris docet beatos de secretis suæ diuinitatis, & eosdem sanat ex omni corporis & animæ lãguore, Apoc. 21. Absterget Deus omnẽ lachrymã ab oculis sanctorũ. Isti duo Discipuli sunt desiderium suæ salutis, & eiusdẽ petitio. Tu es, inquit, q venturus es in persona vel in effectu ad liberandũ me in puncto mortis, an aliũ expectamus, scilicet inimicũ, quasi diceret. Desidero & peto vt tuipse mihi assistas & liberes me. Psal. Saluũ me fac Deus, quoniã intrauerũt aquæ vsque ad animam meam.

Moraliter. Ioãnes, idest habẽs gratiã gratum facientem, vel gratis datam, existẽs in carcere peccatorum, propter reatum p̃teritorum vel periculum futurorum, debet ad Christum mittere intellectum & affectũ vt liberetur. Mittit autem ista quando intellectum & volũtatẽ exercet in diuina scriptura, quæ docet & sanat. Ambr. Sermo Christi medica mẽtũ est. Hæc ille. Si vero sit in vinculis tribulationum, debet istos mittere vt cõsoletur. Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua sup̱ mel ori meo. Et si sit ĩ vinculis religionis debet mittere vt cõseruetur. Hierony. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Hæc ille. Nota ꝙ Hiero. non dicit habeto, sed ama scientiam, quia nõ sufficit ad Christum mittere intellectum, sed oportet mittere affectum. Et ꝑ scientiam scripturarum intelligit rem scitã ex scripturis, quæ docet omnes virtutes, sed præcipue humilitatẽ & charitatem. Qui tamẽ etiam ipsa scripturarum eruditione vehementer, licet inaniter lateretur, eo ipso a carnalibus vitijs remotior esset, ipsa exercitatione mitigatus. Quantum ad secundum punctum sciendum est, ꝙ Christus non statim eis dedit respõsum, sed multos curauit antequam exponerẽt legationem suam, eis tamen præsentibus, vel saltem antequã eis responderet, alioquin non potuissent renũciare quæ vidissent, sed tãtum quæ audiuissent. Vnde Lucæ 7. dicit. In ipsa hora curauit multos a lãguoribus, & plagis, & spiritibus

bus malis & cæcis multis donauit visum. Deinde dixit[Ite renunciate Ioãni quæ audistis & vidistis,] non subiectiuè, sed denominatiuè,i.qui prius cæci erant,[vident, claudi ambulant, leprosi mundantur,surdi audiunt,mortui resurgũt, pauperes euãgelizãtur]passiuè.i.docent,secũdũ dñm Petrũ de Scala. Vel Euangelizantur actiuè,vt hoc verbum deponẽs sit secũdũ antiquã grãmaticam,vt videtur sentire Hiero. di.pauperes euangelizantes ostendit [& beatus,qui nõ fuerit scãdalizatus in me]In his vebis secũdũ Greg.saluator dedit istã rñsionem.Ego multa beneficia exhibeo mũdo,& in meritum eorum turpissima morte condẽnabor. ac si aperte dicat. Mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Ex quo patet, ꝙ rñsio Christi põt adaptari tribus modis supradictis exponẽdi interrogationem Ioannis. Nã Ambro.diceret ꝙ Christus Ioãni compatiẽti & admiranti an mori dominus pro suis inimicis dignaretur,ipse rñdit affirmatiuè, ꝙ omnino moreretur, ẽt post miracula & doctrinã quibus efficeretur famosus, quod grauius est quàm simpliciter mori. Quanto enim erat magis cognitus Christus,tantò habebat de pluribus erubescere.Chry.verò dicit, ꝙ xp̃s videns incredulitatem Discipulorum Ioãnis,non dixit eis,ego sum,quia fortè nõ credidissent, sed factis ostendit se esse Christum,curãdo multos,vt diximus. Illa enim miracula ꝓbabãt eum esse Christũ filium Dei multipliciter. Primò,ratione prophetiæ quia ista miracula & alia sub propria forma esse fienda per Christum,olim Esaias prædixit.35.c.Deus, inquit ipse,veniet & saluabit nos.Tunc aperientur oculi cæcorum & aures surdorũ patebunt.Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.Et ca.61.dicitur.Euangelizare pauperibus misit me, loquens scilicet in persona Christi. Secundò, ratione abundantiæ;quia nullus propheta tot signa fecerat. Vnde Io.7 dicitur. Christus cum venerit,nũquid plura signa faciet, quàm hic facit? Tertio,ratione modi faciẽdi;quia ex potestate & imperio suo multotiens.& nõ rogando faciebat.Quartò ex fine faciendi. Faciebat enim ad probandũ,ꝙ sua doctrina continebat veritatem. Vnde Mat.9.Vt autem sciatis,ꝙ filius hoĩs habet ptãtẽ in terra dimittẽdi peccata,tũc ait paralytico,tibi dico,surge. Licet autem forte aliqua istarũ rõnum nõ arguãt xp̃m fuisse Deum per se præcisè; tñ oẽs simul vel aliqua earum hoc arguunt, ꝓcipuè vltima.Cũ ergo miracula fierẽt à Deo, Deus reddebat testimonium doctrinæ Christi,qua se dicebat Deũ. Aut ergo illa doctrina erat vera, aut Deus affirmabat falsum esse verũ,quod ẽ ĩpossibile.Et no.ꝙ hac rõne Iudæi insolubili cõuincunt. Ipsi.n.cõcedũt in libro suo q̃ intitulatur de Iesu Nazareni ꝑnatione,ꝙ Iesus Nazarenus suscitauit mortuos in uirtute noĩs dñi Tetagrammaton,q̃a ipse sciuit illud optimè ꝓferre, cũ inuenerit illud ĩ quodã lapide tẽpli optimè scriptũ.Et quicũque posset illã prolationẽ,posset idẽ facere vt dicunt.Rñdit ẽt xp̃s istis verbis,secundũ Chry.cũ dicit[beatus q̃ nõ fuerit scãdalizatus in me]Latẽter.n. istos q̃ in eo scãdalizabãtur tetigit.Greg.verò diceret ꝙ xp̃s affirmatiuẽ rñdit Ioãni,ꝙ.s.ꝑsonaliter descẽderet ad inferos, Vnde ait ex persona xp̃i. Quia ego moriendo te subsequor,cauendũ valde est hoĩbus, ne in me mortẽ despiciãt qui signa venerãtur.Hæc ille. Et vĩ velle B. Gre ꝙ xp̃s fecit argñ à maiori sic,Si mori post tãtã gloriam & miracula facta nõ dedignor, multò minus ad infernum victor mortis descendere dedignabor. Allegoricè aũt signat,ꝙ Iudeis consulẽtibus xp̃m in scripturis sanctis, ipse per illas ꝓphetias quas videbunt & facta quæ audiẽt enarrari se affirmabit esse illũ quẽ prophetæ vẽturũ ꝑdixerãt. Anagogicè verò signatur, ꝙ xp̃s aĩam agonizantẽ in morte cõsortat,reducẽdo ei ad memoriã vel inspirãdo ea quæ ipsa vidit in vita exempla de misericordia & bñficijs Dei,& q̃ audiuit ab alijs,maxĩe à libris sanctis,& sic eã cõsolatur.Moralr̃ vero signatur,ꝙ aĩa existẽs ĩ ꝑdictis vinculis,ĩ diuinis scripturis inuenit quod q̃rebat, vt ex dictis potest esse manifestum.Quãrũ ad tertiũ,sciẽdũ est,ꝙ sicut dicit Chry.Discipulis Ioannis satisfactum erat per signa q̃ videbant, sed tñ turbis satisfaciendũ erat, q̃ ex verbis Ioannis q̃ per Discipulos misit,multa inconuenientia subintellexerant, Poterant enim cogitare, vt idem dicit, ꝙ Ioannes cum Iesu vellet altercari ex inuidia,vel ꝙ esset factus timidior ex carcere,vel quod inaniter fuisset locutus quãdo ꝓhibuit testimoniũ xp̃o, vel ẽt secũdũ Hila. ꝙ id quod

præmiserat de scãdalo dictum propter Ioã nem esset, ideo Christus vult Ioãnẽ cõmen dare. Nõ tñ erat ista cõmendatio fienda corã discipulis Ioãnis. Primò secũdũ Chryso. ne videretur adulatoriè loqui. Secũdò secũ dũ alios, q̃a discipulos Ioãnis confirmasset in suo errore, quo crediderant Ioannẽ esse Christum. Ideo dicitur[illis aũt abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioãne.] Sed, quare Christus nõ reprehẽdit hæsitationes turbarũ & discipulorũ Ioãnis, sicut Mat. 9. arguit Iudæos dicẽs, vt quid cogitatis mala in cordib. vestris? Ad hoc dicit Chry. ꝙ Iudæi ex malitia peccabant, isti vero ex infirmitate. Est aũt sciẽdũ, ꝙ Christus tria dicit de Ioãne, ꝑ q̃ oẽm sinistrã opinionẽ turbarũ excludere voluit. Primò enim dicit, ꝙ nõ erat lenis, vt modo vnum, modo aliud diceret. Vnde subditur [Quid existis in desertũ videre?]q̃n. s. secundũ gl. Ioannes in deserto prædicabat[arũdinem vento agitatã.]Gre. in Homel. Quod non asserendo sed negando intulit. Arundinẽ enim mox vt aura cõtingit in partẽ alterã flectit, ꝑ quã carnalis animus designatur, q̃ mox vt fauore vel detractione tãgit, in partẽ quãlibet inclinatur. Arundo ergo uẽto agitata Ioãnes nõ erat, quẽ a statu sua rectitudine nulla rerũ narietas inflectebat. Hæc ille. Secũdò dicit, ꝙ nõ erat adulator, ut falsitatẽ dixisse ad cõplacẽdũ uideretur. Adulatores. n. iõ magnatib. adulant, ut fruant delitijs ciborũ & uestiũ. Nã & ab aula adulator dr̃. Vnde ut narrat Vale. lib. 4. Cũ q̃dã diceret Diogeni olera lauãti, Si Dionysio adulari uelles, ista non ederes. Ille rñdit. Si ista edere uelles, Dionysio adulari nolles. Ioãnes ergo qui oẽs delitias cõtẽpserat nõ erat adulator, iõ seq̃tur [sed q̃d existis uidere hominẽ mollibus uestitũ?]Quasi dicat, non. Hiero. locustis uescitur & melle syluestri, pili camelorum sunt tegmẽ eius. Hæc ille. Vñ subditur, [ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt]quia scilicet eis fauent & adulãtur. Grego. In carcere enim detrusus nõ fuisset si sciuisset fauere principibus. Hæc ille.

Tertiò, dicit, ꝙ fuit plusquã propheta ac per consequens, nõ fuit in Christi cognitione deceptus. Vnde subditur. [sed q̃d existis uidere, prophetam? etiam dico uobis plusquam prophetam.] Ioãnes secundum Greg. plusquã ꝓpheta dr̃, quia Christũ nõ solũ p̃dixit futurũ ut cæteri ꝓphetæ, sed et pñtẽ mõstrauit. Sed secũdũ Hiero. dr̃, & ꝑ hoc, & q̃a suũ dñm meruit baptizare. Secũdũ Chry. uerò q̃a fuit Angelus, i. nũcius ꝓpinquus xp̃o. Nã secũdũ Gre. Angelus græcè, latinè nũcius dr̃. Et intẽdit Chry. ꝙ fuit nuncius de re pñti, & non solũ de uentura. Vñ dicit, ꝙ fuit ꝓpe xp̃m, & ob hoc cæteris maior prophetis. Vnde subditur[Hic est eñ de quo scriptum est]. s. Malach. 3. Vbi Deus pr̃ alloquit filiũ, dicẽs[ecce ego mittã Angelũ]. i. Ioannẽ[ante faciẽ tuã]. i. ꝓpe te secũdũ Chry. [q̃ p̃parabit uiã tuã añ te]. i. p̃dicãdo & baptizãdo reddet tibi ꝑuia auditorũ corda, ut dicit gl. Dr̃ aũt Ioãnes Angelus. Primò, ꝑ dignitatẽ officij, secũdũ Remi. quia. s. fuit diuinorum annunciator. Angelus. n. dr̃ nuncius. Secũdò, quia fuit sacerdos dñi. Oĩs. n. sacerdos Angelus Dei exercituũ est. Mala. 3. Tertio rõne puritatis scd̃m Chry. quia. s. uitã Angelicam duxit. Alij dicunt eũ esse plusquã prophetã, non q̃a fuit Angelus, sed quia prophetauit de xp̃o, & alij ꝓphetæ ꝓphetauerũt de eo, & ad hoc ꝓbandũ, dicũt xp̃m adduxisse authoritatẽ Malach. 3. Vel secũdũ alios, quia nõ p̃dixit xp̃m futurũ, sed præsentẽ monstrauit. Et ad hoc secũdũ eos xp̃s adduxit illam authoritatẽ. Christus igitur secũdũ Chr. arguit sic, Fuit plusquã ꝓpheta. q̃a fuit Angelus. secũdũ alios aũt sic. Fuit plusquã ꝓpheta, q̃a ꝓphetatus fuit. Et secũdũ alios, q̃a xp̃m digito mõstrauit. De hoc aũt uide etiam infra dominica quarta Aduẽtus. Allegoricè post quam fuerit satisfactum ꝑ diuinas scripturas discipulis Ioãnis. i. intellectui & affectui Hebræorum, quãdo. s. iste populus Christũ suscipiet & amabit, tũc iste met populus erit tantæ uirtutis, ut merito à Christo possit commẽdari de firmitate in fide, & de p̃sentia scientiæ scripturarum. Vnde Apostolus Rom. undecimo. Sed illorum, scilicet Iudeorũ delicto salus est gentibus. scilicet occasionaliter, inquantũ ex hoc Apostoli reliꝗ Iudæa transierunt ad cõuertendum Gẽtiles, ut illos. s. Gentiles æmulentur scilicet Iudæi; ꝙ si delictum diuitiæ sunt mundi occasionaliter, & diminutio eorũ, i. pauci uiri. s. Apostoli, diuitię Gentium. quanto magis plenitudo eorum, quãdo. s. oẽs ad dominum conuertẽtur. Anagogicè. Postquam diabolus egressuram animam in agonia con-

constituerit, Christus laudat tam per se, vel per angelum, i. facit vt opera bona, & laudabilia quæ exercuit, adducātur in iudicio contra mala obiecta. Vnde dicitur Dan. 5. Appēsus es in statera, & inuentus es minus habens. Quod de malis intelligitur. Boni. n. habent satis, vel plus, quàm sit necesse ad mori in gratia, & si non adstatim euolare aliquando. Moraliter instruimur. Primò ꝙ anima libenter debet velle consulere diuinas scripturas, legendo, vel audiendo verbū Dei, quia, vt experientia docet, tales cōmuniter sunt viri morigerati & laude digni. Secundò, vt dicit Hierony. rigidam vestem, & austeram prædicationem, vitare debere aulas regum, vel mollium hominum palatia declinare. Hæc ille. Tertiò, īstruimur de cultu vestium. Gre. in Home. Nemo existimet in fluxu & studio preciosarum vestium peccatum deesse, quia si hæc culpa non esset, nullo modo dominus Ioannem de vestimenti sui asperitate laudasset, & nequaquā Petrus fœminas à preciosarum vestium appetitu compesceret, dicens. Non in veste preciosa. Hæc ille. Verba tamē ista sunt intelligenda quandoq; est notabilis excessus: aliter enim non potest dici vestis preciosa comparatiuè ad personam, quæ ea vtitur.

Feria 4. post Domin. III. Aduentus.

Textus Euang. Luc. 1.



MISSVS est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileę cui nomen Nazareth, ad Virginem despōsatā viro, cui nomē erat Ioseph de domo Dauid, & nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, dñs tecū, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce cōcipies in vtero & paries filium, & vocabis nomē eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelū, quō fiet istud, qm̄ virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

MISSVS est Angelus Gabriel &c.] Lu. 1. In præsenti Euangelio quatuor puncta tanguntur, quæ dicuntur, salutatio, perturbatio, interrogatio, responsio. Quātum ad primum, sciendum est, ꝙ ea quæ in præsenti Euangelio scribuntur, fuerunt gesta sexto mense à conceptione præcursoris, vt prius dixerat euangelista, & infra dicet Angelus. Fuit autem Ioannes conceptus circa finem Septembris, vt tradunt Sancti, ideo Christus, vt dicit magr̄, Chry. & Beda, fuit conceptus 25. die Martij, & eadem die passus reuolutis 33. annis, secundū eundē mag. & 25. Decemb. natus secundū eundē Bedā. Quæritur verò, quare dñs voluerit tali tēpore nasci in vtero, i. concipi, & mori? Et respondet Nico. Gorram, ꝙ sic voluit. Primò propter mundi in illo tempore creationem, s vt eo tempore recrearetur, quo fuerat creatus, scilicet secundum communiorem opinionem, quam iste hic videtur seq. Secundò, propter solis ad nos reuersionē, quia tunc timentibus Deum ortus est sol iustitiæ, Malach. vl. Tertio ꝓ noctis diminutionem & diei augmentationē, q̃ a tunc aucta est Dei cognitio. Ro. 13. Nox p̄cessit, dies aūt appropinquauit. Quartò, propter temporis dulcedinē, quia tunc stillauerunt

montes dulcedinem &c. Amos.9. Quintò, propter auium modulationem, quæ in vere incipiunt gaudere, sicut tūc gauisi sunt sancti, iuxta illud Esa.9. Lætabuntur coram te. Sextò, propter illius temporis sanctificationem, qua magis indigebat, quàm aliud, q.a est magis dissolutum, vt ibi solet abundare delictum, superbundet & gratia, Roma.5. Beata autem virgo tunc fuit annorum 14. quando scilicet eam Gabriel salutauit. Nā, sicut tradūt histo. & Epiphanius, quartodecimo anno cōcepit, & in quintodecimo peperit, & cum eo fuit trigintatrib. & scd'm eūdem Epiphaniū, pōst eius passionem viginti quatuor superuixit; vel quod probabilius est, scd'm alios, duodecim tantummodo, vnde & sexagenaria mortua est. Quærit autē S.Th.3.par.q.30. vtrū necessariū fuerit annūciari virgini à Deo, quod in ea futurum erat? Et concludit q sic. Primò, vt seruaret cōgruus ordo; vt scilicet virgo prius mente q̄ corpore Deū conciperet, cum hoc sit longe melius, scd'm Aug. lib. de virgi. Secundò, vt ipsa certior testis esset. Tertiò, vt volūtarie se ad obsequium offerret, dicendo. Ecce ancilla domini. Quartò, vt ostenderetur matrimoniū spirituale fieri inter Deū & humanam naturā, dum expectatur virginis consensus. Debuit autē ista annunciatio per Angelū fieri, vt ibidē dicitur. Primo, quia hoc conuenit diuino ordini, quo Deus reuelat īfimis p medios. Nec tamē sequit ex hoc, q esset edocenda per virū, quia ei nō erat subiecta, eo q cū itegritate peperit: iō prius fuit edocta q̄ Ioseph. Et secundo, hoc cōuenit humanæ reparationi, vt sicut prima perditio fuit, diabolo ad mulierē mittente serpentē, ita reparatio fieret Deo ad virginem mittente Angelum. Et tertio conuenit hoc virginitati Mariæ, q.a scd'm Hiero. semp est Angelis cognata virginitas. Existimāt autē q.dā istū Angelū fuisse de supremo Angelorū ordine, i. Cherubin, eo q Greg. dicat sic. Ad hoc q.ppe mysteriū summū Angelū venire dignū fuerat, q summū omniū nūciabat. Hæc ille. Sed vt dicit S. Th. vbi supra ex hoc n̄ hr̄ q fuerit summus inter oēs, sed solū īter Angelos, q.a fuit archāgelus, vt ecclesia cātat. Et et Greg. dicit q archāgeli summa nūciāt. Et subiūgit S. Tho. q credibile est q inter Archāgelos fuerit summus. Debuit autē virgini sub corporali specie apparere, secundū S. Th. vbi supra, quia hoc conuenit rei nunciatæ, scilicet vt ista visio conformaret̄ visibili Dei apparitioni in carne, ad quam oēs priores apparitiones visibiles fuerant ordinatæ. Et et conuenit dignitati virginis vt mēte & sensibus visione Angelica frueretur, quæ mente & corpore fuerat dn̄m susceptura. Et etiā certitudini eius qd' nunciabatur, quia certius apprehendimus quæ oculis subiecta sunt, quàm quæ imaginamur tantummodo. Et nō est dubiū theologo, quomodo possit Angelus bonus & et malus corporaliter apparere, quia pōt corpora inferiora localiter ad nutum mouere & consequenter figurare dummodo nō varieť ordo naturæ, qd' fieret si elemēta scd'm totū mutarent̄ localiter. Vnde pōt quidē et diabolus mouere montem, sed nō totā terram. Narrauit autem mihi quidam religiosus fide dignus, se vidisse oculis proprijs nicromantem, qui fecit in aere apparere quasi nubē, quæ descenderet & paulatim ingrossaretur, deinde ibi apparuere papiliones, & tandem quando fuerunt in terra videbātur quindecim scuriferi pulsantes varia instr̄a, deinde pari modo affuerūt quindecim puellæ cum pulsantibus cantantes. Iste religiosus optimus est pulsator in lyra, & tn̄ se nihil scire dixit, postquam illam sensit melodiā, nec se vnquam nisi tūc vidisse pulchras creaturas. Quod si ita potuit diabolus, quid credendū est de Angelo beato? Dicamus ergo [Missus est] sub specie corporali [Angelus] extensio noīe reuera aūt fuit Archangelus [Gabriel] Grego. Idcirco priuato noīe cēset, vt signet̄ p vocabulū in operatione q.d valeat. Gabriel n. Dei fortitudo nominatur: per Dei ergo fortitudinē nunciādus erat, q virtutum dn̄s & potens in p̄lio, ad debellādas potestates aereas veniebat. Hæc ille. [a Deo] Gan. Adeunt ante nos celestes spiritus, nō quasi ex sepisis, sed ex eo q diuinæ sapientiæ decorem conspiciunt. Hec ille. Id est, ex hoc q in diuina sapiētia videntur Deū velle nobis aliquid per eos esse manifestū. [in ciuitatem Galileę cui nomē Nazareth] vt retraheret nos a superbia, quia voluit in ciuitate vili concipi, & in gloriosa, idest in Hierusalem confundi. Et vt impleretur prophetia. Quoniam Nazarenus vocabitur, nō à natiuitate, sed à conceptione & conuersatione sua. Porro dicta p̄phetia scd'm beatū Hiero.

Hero. & beatum Thom. sumpta est. Esa. 40. Egredietur inquit, virga de radice, esse, qui scilicet fuit pater Dauid, & flos de radice eius ascẽdet. Vbi veritas Hebraica habet, & Nether. i. Nazarenus, de radice eius ascẽdet [ad virginẽ] sicut docet Tho. 3. parte. q. 28. beata Maria fuit semper virgo. Nã fuit virgo in concipiendo x p̃m. Primò, quia x p̃s est filius naturalis Dei; ideo. p p reuerentiã tãti p̃ris, ñ debuit aliũ hře. Sc̃d̃o q̃ a ẽ verbũ ergo sicut sine corruptione cordis cõcipit, ita & sine corruptione m̃ris. Tertio; q̃ a debuit x p̃s esse sine peccato, qđ ẽẽ nõ potuit nisi sine seminũ cõmixtione cõciperet; vnde, vt recitat Aug. cõtra Iuli. li. 3. Beati Ambro. exp̃ssa sñia est x p̃m alr nõ potuisse expertẽ ẽẽ delicti, nisi expers esset illius cõceptionis, quã cõmixtio viri & mulieris operař. Hæc ille. Quartò, q̃ a ipsa sua x p̃i natiuitis exẽplar fuit nostræ sp̃ualis, qua Deo nascimur ex ecclesia virgine, & nõ ex volũtate carnis. Dicere aũt oppositũ p̃tinet ad hæresim Ebionitarũ & Terentij, qui dicũt x p̃m ex virili semine natũ. Fuit ẽt secũdũ eũdẽ, virgo ĩ partu, iuxta p̃pheriã Esa. 7. Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ. Et hoc primò, q̃ a verbũ sine corruptione cõcipiř & p̃fertur. Secundo, quia venit tollere corruptionẽ & non sufficere illã. Tertiò, quia non debebat minuere honorẽ matris, q̃ eã p̃cepit honorare. Nec obstat q̃ Ambro. super Luc. dicit x p̃m aperuisse m̃ris vuluã. Nã p̃ apertionem intelligit exitũ, vt dicit idẽ S. Thom. q̃ tñ exitus fuit clauso vtero, sicut in resurrectione; clauso sepulchro. Fuit etiã virgo post partũ, vt idẽ dicit. Primò, q̃ a oppositũ derogat Christo, scilicet dicere, vt dixit Heluidius hæreticus, quod post Christũ genuit alios filios. Sicut enim patris ita & matris debuit esse vnigenitus tanquam germen p̃fectissimum. Secundo derogat etiam Spirituisancto, quia sacrarium eius, in quo Christi corpus formauerat, poneretur fuisse violatũ. Et etiam beatæ virgini, quæ ingratissima videretur, si tanto filio non fuisset cõtenta, & virginitatem miraculosè conserua tam, sponte voluisset amittere. Et etiam derogat Ioseph, qui tentasset maculare id, vnde Angelo reuelante cognouerat Christi corpus à Spiritussancto formatum. Nec obstat his quod dominus dicitur habere fratres ab Euangelistis, quia more scripturarũ consanguinei, idest sororum filij, fratres, appellantur, secundum Hiero. Non obstat ẽt illud Matth. primo. Non cognoscebat eam donec peperit filium, quia ly donec, aliquãdo dicit tempus certũ, post quod fit aliq̃d, quod ante non fiebat; sed aliquando importat tempus infinitũ. vt in Psal. Oculi nostri semper ad dominum donec misereatur nostri. Et rursũ, Dixit dominus domino meo &c. Dicitur etiam Christus primogenitus, eo q̃ priorẽ fratrem non habuerit, nõ quia habuerit sequẽtem. [desponsatam viro] sicut docet sanctus Thom. vbi supra quæst. 29. Debuit Christus de virgine desponsata nasci. Primò, ex parte sua, ne scilicet more illegitimi repelleretur, & vt cõsueto modo sua genealogia per virum posset describi, & vt Ioseph gereret pueri curam, & vt hoc mysterium diabolo celaretur, ne contra puerũ durius sæuiret. Sicut enim dicit Orig. si nõ habuisset virũ, statĩ diabolo surrepsisset cogitatio, q̃ talis partus q̃ uidebař diuinus, esset aliq̃d humana natura sublimius. Sc̃d̃ò, hoc ẽt fuit cõueniẽs ex parte virginis, ne velut adultera lapidareř. Hac n. pęna ẽt puella nubilis plectebař, vt patet Deut. 22. Et ne infamareř & vt à Ioseph nutriretur. Et tertio fuit cõueniẽs ex parte ñra, vt. s. Ioseph esset testis q̃ x p̃s sit de virgine natus, & vt credibiliora essent verba beatæ Mariæ se virginẽ asserẽtis, & vt tollař virginibus fatuis excusationis occasio, cũ ex sua incautela ĩsamãtur. Dixissent enim ẽt matrẽ d̃ni fuisse infamatã, & vt significetur ecclesia virgo vni viro Christo desp̃õsata, & vt virginitas & nuptiæ in vna persona honorarentur, contra hæreticos alteri eorum detrahentes. Diabolus autem (vt idem sanctus Thomas dicit) prohibeatur diuinitus à perscrutanda eius virginitate. De ista materia loquens Ambro. ait. Bene autem vtrunque posuit scriptura, vt & desponsata esset & virgo. Virgo, vt expers virilis consortij videretur: desponsata, ne temeratæ uirginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ uideretur insigne præferre. Maluit autẽ aliquos dominus de suo ortu, quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse virginis uerecundiam, & lubricam famam pudoris. Nec putauit ortus sui fidem matris iniurijs astruendam. Nec decuit sinistra uirginibus opinione,

uiuentibus velamen excusationis relinqui, ꝙ infamata quoque mater domini videref. Quid autẽ Iudæis, quid Herodi posset ascri bi, si natũ videretur ad adulterio prosequi? Quemadmodum autem ipse diceret, Non veni legem soluere, sed adimplere, si uideretur cœpisse à legis iniuria, cum partus innu ptæ lege damnetur? Quanquam ẽt fides ver bis Mariæ magis asciscitur & mendacij cau sa magis remouetur: videreẽ enim culpam obumbrare voluisse mẽdacio, innupta prægnans. Causam autem mentiendi desponsa ta nõ habuit, cum cõiugij præmium & gra tia nuptiarum partus sit fœminarum. Non mediocris quoque causa est, vt virginitas falleret Mariæ principem mundi, qui cũ de sponsatam viro cerneret, partũ non potuit habere suspectum. Hæc ille [cui nomen erat Ioseph de domo Dauid] secundum Bedam hoc quod dicitur de domo Dauid, non solũ ad sponsum, sed ad sponsam quoque referẽ, quia præceptum legis erat, vt de sua tribu vel familia acciperet quisq; vxorẽ. De hoc autem multa dicit Paulus Burgen. in additionibus ad Nico. de Lyra super Matth. 1. c. Sed tamen forte breuiter posset dici ꝙ beatus Matth. voluit ostẽdere Christum ex Dauid descendisse fidelibus, q̃ tpe Christi viue bãt. Ideo sufficiens fuit, ꝙ ostẽderit Ioseph descendisse à Dauid, quia fidelibus tunc cõstabat ꝙ Maria erat de eadem familia cum Ioseph, & forte ista est mens glosæ & sãctorum, in illo passu, [& nomen virginis Maria] Dicit autem sanctus Th. super Matth. ꝙ Maria interpretatur stella maris, vt illuminatrix. Syriacè vero domina. Bed. Maria hebraicè stella maris, syriacè vero dña uocatur, & merito, q̃ a hæc totius mundi domi num lucem seculis meruit generare perennem. Hæc ille. Virgo aũt quæ istam vult imi tari debet habere multa. Primò, debet esse clausa, non vagabunda. Eccl. 42. Filia patris abscondita est, nequando polluaẽ in virgini tate sua. Vnde Dina quia egressa vt videret alias mulieres, oppressa est à Sichẽ, Gen. 34. Et secundò, tacita in cogitatione diuinorum semper existens. secundò Co. 5. Innupta virgo cogitat quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo. Vnde Ecclesiast. 26. Datũ Dei mulier sensata & tacita. Et tertiò honesta & composita cum disciplina. Hieremiæ. 2. Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui? Ex quo elicitur quòd naturale est mulieri ornari, sed faciat vt fecit Hester, quæ contenta fuit ornatu, quem sibi tradidit virginum custos Egeus, nec aliud quæsiuit, vt patet Hester secundo. Et quarto, humilis & deuota. Esaiæ. 47. Descende, sede in puluere virgo filia Babylon. Et quinto, solicita in sui custodia, maxime per abstinentiam & mortificationem corporis, & solitudinẽ, & sensuum maxime oculorum continentiã. Hieremiæ. 30. Vsq; quo delitijs dissolueris filia vaga, Omnia enim ista fuisse in ista virgine testarut Ambr. libr. de virgi. Et elicitur ex hoc quòd clausa manebat, quod, esse nõ posset nisi haberet prædicta. Et de hoc subditur [& ingressus Angelus ad eam.] Ex hoc elicit Bernar. quòd in cubiculo erat, immo debebat esse in maxima contemplatione & eleuatione mentis, vt probat Albertus Magnus super Missus est Nam si præcusor debuit annunciari patre occupato ĩ sacrificio Dei, multo fortius simile de Christo oportet credere: Vnde rationabile est, ꝙ de mysterio incarnationis cogitaret, ꝑpter qđ & sanctus Vincentius cõtemplatur quod legerat illud Esa. 7. Ecce virgo &c. [Dixit, Aue] idest sine væ. supple sis, ab a quod est sine, & ve, secũdũ Gorrã & in hoc salutat eam, quia salutare est salutẽ seu bonum optare, quasi dicat. O beata virgo, sis sine ve pudoris ĩ cõcipiendo, laboris in portando, & doloris in pariendo. Item sis sine ve concupiscentiæ & culpæ scilicet actualis & pœnæ eiusdẽ Qualis autem sit cui talia optat, subdit dicens [gratia plena,] Hier. Et bene gratia plena. quia cæteris per partes præstatur. Mariæ vero simul se totã infudit gratiæ plenitudo. Hæc ille. Quomodo autem sic dicatur propter gratiæ plenitudinem, sanctus Thomas 3. quæstio. 22. ar. 5. sic dicit. Quanto aliquid magis appropinquat principio in quo libet genere, tanto magis participat effectum eius, sicut Angeli magis participant de bonitatibus diuinis, quàm homines, secundum Diony. 4. capitu. cœlestis Hierar. Cum igitur principium gratiæ sit Christus authoritatiuè secundum diuinitatem, & secundum humanitatem instrumentaliter, secundum illud Ioan. primo. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, cui Christo beata virgo fuit secundum humanitatẽ propinquissima, quia ex ea naturam humanam

nam accepit, præ cæteris ipsa debuit à Christo gratiæ plenitudinem obtinere, ita quod recipiendo in se autorem gratiæ, de cuius scilicet plenitudine omnes accipimus. Io. 1. Ipsa quoque quodammodo gratiam ad omnes deriuaret. Ibi etiam ad secundum distinguit pulchrè triplicem perfectionem gratiæ eius, & ibi vide si placet. In tertio etiam distinct. 13. quæstio prima, ar. 2. quæstio prima. Vbi intendit virtualiter sic dicere. Cum illud plene habeatur quod secūdū omnes differentias & modos & effectus suos habetur, Christus habuit triplicem plenitudinem gratiæ.

Prima, est finis, q̃a cū finis gratiæ sit cōiungi Deo, ipse secūdum quod homo fuit cōiunctus diuinitati per cognitionem, amorem, fruitionem, & p̄ vnionem in persona. Secunda est efficientiæ, quia sic in se est gratia perfectus, quòd ex ipso in alios omnes deriuatur, quorum aliquos facit cooperatores Dei, vt & ipsi per ministerium alios ad gratiā inducant, vt dicitur. 1. Co. 3. Tertia, est formalis causa, quia data est ei gratia perficiens ipsum, quantum ad omnes virtutes & vsus omnes virtutum, & omnes effectus gratiæ gratis datæ & remotionem omnis peccati etiam originalis.

Prima, respicit gratiam vnionis, secūda capitis, tertia vero gratiam singularem ipsius. Et tertia quadruplex est, scilicet singulatis, quæ est Christi. Et sufficientiæ, quæ fuit in Stephano, & in alijs sanctis perfectis gratia formaliter quātum ad omnes virtutes & expulsionem omniū mortaliū. Et specialis prærogatiuæ, quæ est beatæ virginis, quæ habuit gratiam repellētem etiā venialia. Et copiæ, quæ est ecclesiæ, cui nulla gratiarum deest quin sit in aliquo membrorum suorum, de qua Eph. Quarta, vt adimpleret omnia, hoc ibi virtualiter & quasi verbotenus.

Sed adde ex Nico. Gor. quod eius intellectus fuit plenus veritate, quia conseruabat omnia verba hæc. Lu. quarto. Et secundò, affectus plenus charitate, iuxta illud Can. 3. Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. Et tertiò, caro puritate, iuxta illud Can. quarto. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, scilicet spiritualis vel corporalis post sanctificationem. Et quartò, manus pietate, secundum id Prouer. vl. Manum suam aperuit inopi, immo ipsa faciebat quæstum pro pauperibus. Et vocabatur quæstuaria. vnde Hiero. ad Helio. de contemptu seculi. Hic scilicet Christus est ille fabri & quæstuariæ filius. Et quintò, mores honestate, secundum illud Cañ. 7. Quam pulchri sunt gressus tui. Et sextò, lingua dulcedine, secūdum illud Cañ. 4. Mel & lac sub lingua eius. Et septimò vita sanctitate, secundum illud Prouer. 30. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Est autem sciēdum vt docet S. Tho. 3. parte quæstio. 30. quòd Angelus intendebat virginem attentā reddere, ideo curauit eam in admiratiouē inducere, ex qua attentio sequitur. Vnde salutauit eam nouo modo, & cum magna reuerentia, quia vt idem dicit, Vere humili, cuiusmodi erat beata virgo, nihil est tam insolitū & mirabile, quām sua exaltatio[dominus tecum.]Quidam existimant ꝙ quādo Angelus virginem salutauit statim conceperit, aut iam conceperat dominum. Vnde dicit Hieronymus, Præcessit nuncium suum Deus. Hæc ille. Et Augu. in sermone de natiuitate domini. Dominus tecum, magis quàm mecum. Ipse enim in tuo est corde, in tuo sit vtero, adimplet mētem, adimpleat ventrem. Hæc ille. Item idē asseritur in quadam lectione, quæ legitur in ecclesijs aliquibus cathedralibus in die annunciationis, & ibi pro probatione adducitur, quia Angelus non dicit, Aue Maria replenda, sed plena, nec dominus veniet in te, sed dominus tecum. Sed ista sunt expresè contra Magistrum in tertia distinctione tertia, vbi dicit, quòd post consensum virginis venit in eā Spiritussanctus, potentiam Dei verbi receptiuam præparās & generatiuam. Et concordat Ber. super Missus est, qui home. 3. volens ostendere consensum virginis fuisse tūc necessarium ad conceptionem, alloquens virginem, ait. Statim liberabimur, si consentis. & infra. Responde Angelo, immo per Angelum domino verbum profer tuum, & concipe diuinum. Hæc ille. Item est contra sanctum Thomam tertia parte questio. trigesima, q. dicit, quòd requirebatur consensus virginis. Item est contra Euangelium, quia Angelus postquam virginem salutauit, dixit. Ecce concipies. Item dixit, Vocabis no-

men eius Iesum; & tamen Lucę.2. dicitur, quod hoc nomen fuit vocatum ab Angelo priusquam in vtero conciperetur. Igitur Christus fuit conceptus statim post consensum virginis, vel in ipso consensu.

Ad motiua autem dictæ opinionis, dico, quòd beatus Hieronymus loquitur de existentia Dei in virgine per essentiã, præsentiam, & potentiam. & per gratiam specialem, non autem per incarnationem. Dictum vero Augustini est pro nobis, quia non dicit est in vtero tuo, sed vt ac si diceret vellet Angelus. Opto, vt consentias Maria, & consequenter concipias. Ad probationes contentas in lectionem, patet ex dictis. [Benedicta tu in mulieribus] Gregorius vna scilicet præ cunctis mulieribus.

Moraliter, quia Maria interpretatur stella maris, significatur, quòd quilibet debet habere semper oculum ad hoc cœleste sydus, si non vult submergi fluctibus huius mundani & procellosi maris. Bernard. in secunda. Homel super Missus est. Maria est nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius vniuersum orbem illuminat, cuius splendor & fulget in superis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans & calefaciens magis mentes quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa inquam est præclara & eximia stella super hoc mare magnum & spaciosum necessario sublimata, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in huius seculi profluuio magis inter tempestates & procellas fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Si insurgunt venti tentationũ, si incurris scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Et infra. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat a corde, non recedat ab ore. Et vt orationis eius impetres suffragium, ne deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia ad portum salutis peruenis. Sic in temetipso experiris quàm merito dictum, sit, & nomen virginis Maria. Hæc ille. Et hoc de primo.

QVANTVM ad secundum, sciendum est, quod vt dicit Ambrosi super Lucam; & Sanctus Thomas tertia parte quæstio. trigesima. Tremit homo ad visionẽ corporalem & etiam imaginariam Angeli. Et ratio est, quia homo super se eleuatur, sicut etiam fit calore ad interiora recurrente, quotiens homo timet, aut aliquid simile patitur.

Propter hæc autem, vt dicit Sanctus Thomas, non debet nobis subtrahi angelica visio. Primò, quia hoc est dignitatis. Secundò, quia, vt ait Origen. semper Angelus apparens medetur tali timore si est bonus, & in hoc ipso, inquit, cognoscitur esse bonus Timuit ergo beata virgo, sicut & alij & specialiter vt ait. B. Thom. quia Angelus sub forma hominis intrauit, ad cuius aspectum trepidare virginum est, vt ait Ambrosi. potuit enim esse vt prima facie non cognouerit Angelum esse, sed virum, cum qui videbatur, crediderit esse. Et subiungit Sanctus Thomas. Quidam tamen dicunt quòd non est turbata in visione angelica, cum assueta esset Angelos videre, sed in his quæ nunciabantur. Ista est sententia Gregorij, qui ait, Cum assueta esset his visionibus. Euangelistam turbationem nõ visioni, sed relatis attribuit dicens [turbata est in sermone eius.] Hæc ille. Vnde subditur [& cogitabat qualis esset ista salutatio.] Vnde in hoc secundum Gregorium vitauit incredulitatem Zachariæ, & leuitatem Euæ: quia nec fuit incredula, nec statim credidit, sed dictum examinauit. Cogitabat autem secundum eundem si salutatio erat à viro contra suum pudorem, vel diuina ad aliquam sanctitatem, cum de Deo faceret mentionem, dicens, dominus tecum. Secundum Ambro. autem mirabatur etiam nouam salutandi formam, quæ nunquam ante compta fuerat, vnde ait Orige. quod si sciuisset Maria, ad alium quempiam similem esse factum sermonem, vt pote quæ habebat legis scientiam, nunquam eam quasi peregrina talis salutatio terruisset. Hæc ille. Sed quia eam Angelus ex noua salutatione territam vidit quasi familiarius notam secundum Beda, vocans ex nomine eam confortat. Vnde sequitur. [& ait Angelus, Ne timeas Maria]

ria] quasi diceret secundum eundem, non ueni decepturus, quasi minister Sathanæ, neque uiolaturus sed diuina mysteria reuelaturus. Chrysost. Qui apud Deum meretur gratiam, non habet quid timeat. Vnde sequitur [Inuenisti enim gratiam apud Deũ] Greg. inuenit gratiam uirgo coram Deo, quia splendore pudicitiæ propriam exornans animam, gratum Deo se habitaculũ præparauit, nec solum celibatum inuiolabilem conseruauit, sed etiam immaculatã conscientiam custodiuit. Hæc ille. Est autẽ sciendum, quòd secundum cõsuetum & ab omnibus semper approbatum in istis materijs modum loquendi scripturæ, quando aliquis alicui placet, dicitur inuenire gratiã apud illum, uel in oculis eius. Quòd uerò uirgo summè placuerit Deo, ostenditur cũ subiungitur. [Ecce concipies in utero & paries.] Notanter dicit cõcipies in utero, qua si diceret. Non concurret masculus ab extra, sed in te formabitur partus, sicut nucleus in nuce auellana. Hierem. 31. Nouum faciet dominus super terram, fœmina circundabit uirum, [& uocabis nomen eius Iesum.] Non dicit impones, sed uocabis, quia istud nomẽ fuit impositum a Deo genitore, ut dicit Greg. Et secundum Bedam Iesus interpretatur saluator, siue salutaris, ideo optimè conuenit Christo, quia solus fuit spiritualis & uniuersalis saluator. Vnde, ut docet S. Tho. tertia quæstio. trigesimo septimo, hoc nomen est nouum ratione talis salutis, scilicet spiritualis & uniuersalis: aliis autem conuenit secũdum aliquas speciales & non uniuersales salutes. Vnde secundum Cyrillum, quia hoc nomen aliquo modo alijs commune est, ad significãdum, quòd iste qui concipitur dissimilis est alijs, subiungit Angelus. [Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur.] Filij Dei in diuina scriptura, per adoptionem dicuntur omnes, qui sunt in gratia, iuxta illud Psal. Ego dixi, Dij estis, & per creationem generaliter omnes, & per assimilationem in natura incorporea soli Angeli, secũdum illud Iob primo. Cum uenissent filij Dei, ut assisterent coram domino Sed per naturam iste solus est filius altissimi. Sequitur. [Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius.] Est autem sciendum, quòd sicut materialis Hierusalem significauit ecclesiam militantem, & triumphantem, ita regnum Dauid, cuius sedes fuit in Hierusalem, significauit regnum Christi super utramque ecclesiam, uidelicet militantem, & triumphantem, ut dictum est. Non ergo ista sic debent intelligi quasi uelit Angelus dicere, quòd Deus daturus esset Christo temporale regnum Dauid: hoc enim est cõtra scripturam Ioan. decimooctauo, ubi ipse dicit, Regnum meum non est de hoc mundo, id est non est temporale, seu materiale. Item Hierem. uigesimosecundo, de Iechonia rege dicitur. Scribe uirum istum sterilem, non erit de semine eius uir, qui sedeat super solium Dauid. Beata autem uirgo, ex qua natus est Christus, descendit à Iechonia, ut patet Matth. primo. Post Iechoniam ergo nullus de semine eius fuit rex in regno materiali Dauid, secundum Nicolaũ de Ly. Vnde Ioannes Hircanus & alij qui ante Herodem Ascalonitam fuerunt reges in Iudæa secundum eum, fuerunt de tribu sacerdotali & non de tribu Iuda. Sed tamen illa, quæ iste dicit uidentur esse contra illud Gene. quadragesimonono. Non auferetur sceptrum, & cætera, ubi habetur, ꝙ usque ad Christum semper debuit esse rex, uel dux de tribu Iuda. Vnde & magister historiarum dicit, quòd usque ad captiuitatem babylonicam gubernauerunt reges de tribu Iuda, post illam uero immediatè gubernauerũt Duces, & post duces iterum reges usque ad Herodem. Sed ut patet, Genesis quadragesimonono, ad hoc diceretur, secundum eum, quòd uerbum Iacob intelligitur de regibus, & ducibus descendentibus à Iuda per lineam masculinam, ut Zorobabel, uel per fœmineam, ut Machabæi, qui sacerdotes fuerunt, & consequenter de tribu Leui, quæ tamen fuit mixta cum tribu regia, ut multipliciter patet. Hierony. uero loquitur de linea masculina, secundum quam beata uirgo descendit à Iuda, & sic etiam credo quod loquitur magister. De regno ergo spirituali loquitur Angelus.

Vnde Basilius. Non in materiali sede Dauid sedit dominus translato Iudaico regno ad Herodem, sed sedem Dauid appellat, in qua residet indissolubile regnum eius. Hæc ille. Et secundum Chrysostom. per domum Iacob intelliguntur

guntur illi, qui ex Israel crediderũt, cum dicitur [& regnabit ĩ domo Iacob in æternũ] Vel secundũ Bedam intelligitur tota ecclesia, quæ descendit ex bona radice, vel inserta est, cum esset oleaster, in bonam oliuam, vt habetur Rom. 11. Et intẽdit quod ex bona radice descenderunt aliqui de ecclesia, i. Apostoli & cæteri descendentes à Iacob: alij vero, vt Gentiles, sunt inserti prædictis, qui sunt ecclesiæ fundamenta [& regni eius non erit finis] Grego. Non solum inquãtũ Deus, sed & in eo quod homo. Et in præsenti quidem habet regnum multorum: finaliter vero vniuersorum, cum ei omnia subijcientur. Hæc ille. Nota quòd regnum Christi, in quo per Vicarium regnat non habebit finem ante finem mundi, sed illud in quo regnat personaliter, carebit fine simpliciter.

Moraliter, docentur virgines iuxta doctrinam Ambrosij dicentis. Disce autem virgo verecundiam, quia pauebat. Trepidare enim virgineũ est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnesque viri affatus vereri. Disce ergo verborum vitare lasciuiam. Maria etiam salutationem Angeli verebatur. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium, sciẽdum est, ex doctrina Sancti Thomæ. 3. q. 19 ꝙ beata virgo vouit virginitatem suam, quia laudabiliora cæteris paribus sunt, quę fiunt ex uoto. Nõ tamen vouit absolutè ante desponsationem; quia ante Christi ortũ, Dei populus carne ꝓpagabatur, sicut modò ꝑ baptismum, ideo generationi oportebat insistere. Dicit tamen Sanctus Tho. in 4. dis. 49. quòd Helias & Hieremias tradũtur semper fuisse virgines, q̃a licet tunc virginitas non esset in tanto pretio vt modò, tñ dicit Sanctus Thomas 3. distin. 33. quòd post sufficiẽtem multiplicationem humani generis, fuit licita in lege Moysi & naturæ integrè, non autem ante sufficientiam talem. Sed quia, vt dicit in tertia parte, videbatur lege prohibita ideo vouit conditionate, si Deo placeret. Quo cognito post desponsationem, per diuinam inspirationem vouit absolutè de communi consensu, antequam salutaretur ab Angelo. Vnde dixit Angelo [quoniam virum non cognosco.] quod non dixisset, si votum virginitatis nõ habuisset. Sciens ergo beata Maria votum suũ, ait ad Angelum, [quomodo fiet istud] Ambrosi. Temperantior est ista responsio quàm verba sacerdotis, qui ait, Vnde hoc sciam? Negat ille se credere, & quasi fidei adhuc alium quærit autorem: ista se facere profitetur, nec dubitat esse sciendum, quòd, quomodo fieri possit, inquirit. Legerat Maria, ecce virgo concipiet & pariet filium, ideo credidit futurum, sed quomodo fieret ante non legerat. Non enim quẽadmodum fieret vel Prophetæ tãto fuerat reuelatum. Tantum enim mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hæc ille. Qui videtur velle, quòd Esaias præsciuerit quidem virginẽ parituram, sed ignorauerit modum, an scilicet virtus Spiritus sancti suppleret vicem masculi vel aliter [Quoniam virum non cognosco] secundum Grego. Nazan. in hoc innuit ꝙ suum corpus quasi quoddam sacrificium obtulerat Deo.

Moraliter docemur quantam solicitudinem debeat quisque habere implendi votum suum, si quid est Deo promissum; quia virgo, licet ab Angelo ex parte Dei moneretur de filio concipiendo, tamen in oppositum allegauit votum suum. Item quantum placeat Deo quòd homo adhibeat fidem dictis suis, quia Maria credendo meruit edoceri, & eligi in matrem. Vnde ait Elisabeth. Luc. 1. Beata quæ credidisti, quia perficiẽtur ea, quæ dicta sunt tibi à domino. Econtrariò infidelitas ei valde displicet, vnde percussit Zachariam incredulum, vt patet Luc. 1.

QVANTVM ad quartum, ait Gregor. Considera qualiter virgini soluit dubium angelus, explanat intemeratum connubium & ineffabilem partum. Sequitur enim [Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te.] Hæc ille. Q. d. secundum Chrysosto. Noli quærere naturalem ordinem, qui est per concubitũ viri, immo si virum cognouisses, electa nõ fuisses. Notãter autem dicitur superueniet, quia vt testatur Nicol. de Ly. prius in eam venerat, eam à peccato originali mundando adhuc dum esset in vtero, vt cõmunius exponitur. Eodem modo exponere docet Magister sen. 3. distinctio. 3. dicens. Mariam quoque totam Spiritus sanctus in eã præueniens à peccato prorsus purgauit, & à

fomite

fomite peccati etiam liberauit, vel fomitem ipsum penitus euacuãdo, vt quibusdã placet, vel sic debilitando & extenuãdo vt ei peccandi occasio nullatenus postmodum extiterit. Hæc ille. Pro his vide sanctum Thom. 3.part. quæstio. 22. & 3. distinct. 3. Deinde superuenit secũdum maiorem gratiæ plenitudinem in conceptione filij. Nam vt docet Sanctus Thomas vbi supra, cum in vtero matris esset, tantam accepit abundantiam gratiæ, quod fuit ab originali mũdata, & fomes, idest inclinatio habitualis ad malum, remansit in ea ligatus. In ipsa vero conceptione Christi, in qua debuit primo apparere immunitas à peccato, fuit ab eo fomes sublatus ex toto, quia ex prole in matrem facta est reddundantia immunitatis, vnde dicitur Ezech. 43. Gloria Dei ingrediebatur per portam orientalẽ, id est virginem, & terra, id est caro virginis, splendebat à maiestate eius, scilicet domini Iesu Christi. Sequitur [& virtus altissimi] id est Christus, qui secundum Chrysostom. latissimi regis virtus est [obumbrabit tibi] Hoc autem tripliciter exponitur. Nam Gregor. 18. moral. exponit hoc dupliciter sub his vobis, dicens. Per obumbrationis vocabulum incarnandi Dei vtraque natura significatur. Vmbra enim a lumine formatur & corpore. Deus ergo per diuinitatem lumen est. Quia ergo lumen incorporeũ in eius erat vtero corporandum, rectè ei dicitur, virtus altissimi obumbrabit tibi, id est corpus in te humanitatis acci piet incorporeum lumen diuinitatis. Hoc etiam Mariæ dicitur propter mentis refrigerium cœlitus datum. Hæc ille. Qui, intendit primò sic dicere. Obumbrabit tibi, id est vmbram faciet in te, per lumen deitatis & corpus humanitatis. Et secundo. Obumbrabit tibi, id est per gratiam refrigerabit mentem tuam, totaliter auferendo à te æstum concupiscentiæ, id est fomitem, & dando cœlestem consolationem, Ac si diceret, Pudori tuo ne timeas, quia castior & purior remanebis. Gregorius autem Nazan. exponit sic. Nam sicut vmbra demonstrat figuram corporis, à quo procedit, ita filius in carne demonstrat paternam seu formatiuam virtutem; ideo corpus Christi assimilatur vmbræ, quia in eo erant iudicia formantis diuinitatis. Sequitur, [Ideoque quod nascetur ex te sanctum] non dicit sanctus homo, vel sanctus Deus, sed sanctum neutraliter, vt complectatur vtrunque; & sanctum absolutè, vt intelligatur, quod persona nascens intelligitur vniuersaliter omnem sanctitatem habere. Hac enim ratione dicitur etiam Deus absolute qui est. Exod. tertio, vt intelligatur vniuersaliter habere in se totam perfectionem essendi. Sequitur [vocabitur filius Dei] scilicet Dei patris, & hoc per naturam, non per adoptionem, vt alibi. Gregorius. Tu autem attende qualiter virgini totam Trinitatem Angelus edidit, dum Spiritum sanctum commemorat virtutem & altissimum. Hæc ille. Sed quia, vt dicit Chrysostom. ista sunt alta & profunda, ideo subdit exemplum sensibile, dicens, [Et ecce Elisabeth cognata tua] id est consanguinea. Vbi aduertendum est, quòd, vt idem dicit, Angelus non commemorauit mulieres antiquas, puta Saram, Rebeccam, aut Rachelem, sed præsentem, vt magis corroboraret virginem. Et eadem de causa secundum eundem commemorat ætatem. dicens [& ipsa concepit filium in senectute sua] & defectum naturæ cum subdit [& hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis] Est autem notandum, secundum eundem, quòd non statim à principio conceptionis Elisabeth Angelus apparuit virgini, sed sexto mense, vt grauis aluus præberet argumentum. Et nota etiam, quòd iste sextus mensis est Martius, qui sextus est à conceptione Præcursoris, non computatis vltimis diebus, Septembris secundum morem scripturæ, vt dicit Gorra, quæ non consueuit computare nisi menses integros. Vel vt idem dicit, est sextus computando more hebræorum, qui non incipiunt à capite mensis, sed lunationis.

Est autem dubium, quomodo Elisabeth potuerit esse cognata, id est consanguinea eius à cognatione, quia beata virgo fuit de tribu Iuda, vt sancti & histo. tradunt & Elisabeth de tribu Leui, q a fuit de filiabus Aaron, Luc. 1. Ad hæc dico, ꝙ secũdum scripturã tribus Leui & Iuda, siue tribus sacerdotalis & regia fuerũt mixtæ, eo ꝙ Leuitæ nõ haberẽt hæreditariã possessionẽ, & cõsequenter ex tali matrimonio nõ confundeban

debantur tribuũ sortes, propter quam confusionem tollendam prohibitum erat matrimonium inter tribum & tribum.

Sciendum est ergo, quòd secundum historias duæ fuerunt sorores, scilicet Anna & Ismeria. Et secundum beatum Hiero. una earum 1. Anna & consequenter reliqua fuit de Bethleem, quæ est de tribu Iuda. Ismeria ergo genuit Elisabeth ex aliquo uiro de tribu Leui. Anna uero tres habuit uiros, ex quorum quolibet unam genuit filiam nomine Mariam. Et primam quę Christum peperit genuit ex Ioachim, qui fuit de tribu Iuda. Vnde uersus.

Anna soles dici tres concepisse Marias,
Quas genuit uiri Ioachim Cleophas Salomeq;
Has duxere viri Ioseph Alpheus Zebedæus.
Prima parit Christũ, Iacobũ secunda minorẽ
Et Ioseph iustum peperit cum Simone Iudam.
Tertia maiorem Iacobum, volucremq; Ioãnẽ.

Finaliter autem Angelus concludit uirgini, dicens.

[Quia non erit impossibile apud Deum omne uerbum.] Deus enim, secundum doctrinam sanctorum, põt omne quod cõtradictionẽ non implicat. ista autem sola quæ implicant contradictionem Deus nequit, sed talia non possunt mente concipi, etsi possint ore proferri, ut testatur Arist. 4. metaphysicè, puta ꝙ aliquid sit, & non sit, & consequenter talia non possunt dici uerbũ cordis, i. cõceptus. Deus ergo quamuis non possit contradictoria, tñ potest omne uerbum, i. omne quod concipi potest ab homine uel Angelo uel etiam à seipso. Auditis ergo his uirgo mẽtem suam cum summa deuotione submisit Deo. Amb. uide humilitatem uirginis, uide deuotionẽ Sequitur. [Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini.] Ancillam se dicit quæ mater eligitur nec repentina exaltata est promissione. Mitem enim humilemque paritura, humilitatem debuit etiam illa præferre. Hæc ille. Orauit autẽ ut dominus dignaretur implere quæ dixerat, dicens. [Fiat mihi secundum uerbũ tuum.] Et tunc statim Christus fuit in eius uentre conceptus. Et Angelus secundum Bedam cœlum repetijt.

Moraliter, in prædictis de multis instruimur, quæ Euseb. sub his uerbis includit dicens. Alius aliud quoddam in præsenti sermone uirginis extollet apicibus, hic quidẽ constantiam, hic obedientem promptitudinem alius, quòd non allecta est tam splendidis & arduis per magnum Archangelum promissis pollicitis, alius quod non excessit modum in dando instantias, sed æqualiter cauit Euæ leuitatem, & Zachariæ inobedientiam, mihi autem humilitatis profunditas non minus conspicitur admiranda. Hæc ille.

Feria sexta post Domi. 3. Aduentus.

Textus euang. Luc. 1. cap.



XVRGENS Maria abijt in montana cũ festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt cum audiuit salutationẽ Marię Elisabeth exultauit infans in vtero eius. Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: & vnde mihi hoc, vt veniat mr̃ dñi mei ad me. Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, quæ credidisti quoniam perficientur ea quę dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

EXVRGENS Maria abijt in montana &c. [Lucæ 1. Sicut dicit Lucas postquã Angelus habuit uirginis consensum discessit ab illa. Maria autem quia audiuerat ab Angelo secũdũ Ambro. ꝙ Elisabeth cõcepisset, statim præ gaudio ad visitandum illã perrexit, ut tangitur in presenti Euangelio: in quo sunt tria puncta, quæ sunt, uisitatio, exultatio, & gratiarum actio.

Quan-

QVANTVM ad primum dicitur [Exurgens aūt Maria] à quiete orationis, & contemplationis, cui in sua camerula vacans cū Deo, & Angelis versabatur. [abijt in montana] Iudeæ, vbi erat Hierusalē, [cū festinatione] & hoc pp gaudiū secundum glo. vel quia Iesus secundū Orig. festinabat sanctificare Ioannē adhuc existentē in vtero. Vel secundū Ambr. ne diu moraretur in publico, quia, s. virgo solitudini vacare solita, erubescebat in publico [in ciuitatē Iuda.] Hæc ciuitas secundū Bed. & mag. hist: est Hierusalē. Vnde, vt idē mag. dicit, hic Iuda stat pro regno, & non pro tribu, q̄a Hierusalē non fuit in tribu Iuda, sed Beniamin. Et reuera confinia Iudæ & Beniamin transibant per Hierusalem, vt patet Iosuæ 15. & 18. sed tamen maior pars ciuitatis erat in tribu Beniamin, & minor in tribu Iuda, [& intrauit in domum Zachariæ] ut seruiret prægnanti Elisabeth, secundum Ambr. & Gl. vel secundum Chrysosto. vt conferret cum Elisabeth de his ita mirandis, quæ alijs dicere nolebat. Tum quia fidem nō adhibuissent: Tum quia dixissent eam suum velle palliare peccatum. Vnde, vt ait Greg. Ad solam confugit Elisabeth. Vnde subditur [& salutauit Elisabeth.]

Moraliter. Maria concipiens Iesum, i. anima pœnitens, statim vadit in montana, id est conuersationem cœlestem, in ciuitatem Iuda, i. confitentium domino, i. vicario domini sua peccata confitetur. Item moraliter docentur hic virgines, id quod Ambro. tradit, dicens. Discite virgines non demorari in plateis, nō aliquos in publico miscere sermones. Discite vos sanctæ mulieres sedulitatem, quàm prægnantibus debeatis exhibere cognatis: Mariā enim, quæ sola in intimis penetralibus versabatur, nō à publico virginitatis pudor, non a studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit. Discite etiam virgines humilitatem Mariæ, venit propinqua ad proximam, iunior ad seniorem, nec solum venit, sed & prior salutauit. Decet enim, vt quanto castior virgo, tanto humilior sit, noueritque deferre senioribus, sit magistra humilitatis in qua est professio castitatis. Hæc ille.

QVANTVM ad secūdum, sciendum est, quòd circa istam exultationem præcursoris est dubitatio. Vtrum facta fuerit à Deo, præcursore hoc nesciente, vel fuerit in eo miraculosè acceleratus vsus rationis, & liberi arbitrij? Augu. ergo ad Dardanū, hoc sub dubio relinquit, dicens, ꝙ siue sic, siue sic factum sit, utrunque diuinæ omnipotentiæ ascribendum est. Græcus vero expositor sentit, ꝙ Ioannes tunc habuit rationis vsum. Ait enim, propheta parente acutius videt & audit, salutatque prophetatum. Hæc ille. Item videtur Ambr. sentire, sed tñ hoc non dicit expresse, quia verba eius faciliter possunt exponi ad oppositum sensum. Sanctus aūt doctor tenet, ꝙ vsum rationis tunc non habuit, aut liberi arbitrij, ut patet 3 par. q. 27. ar. 6. & hoc ideo, q̄a Aug. ad illam partem declinat, quia dicit euangelium. Exultauit infans, & non dicit credidit. Exultare enim etiam pecorū est, iuxta illud Psalm. Montes exultastis sicut Arietes. Vnde dicitur [& factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabet, exultauit in gaudio infans in vtero eius.] est autem rursus sciendum, ꝙ tātum quatuor fuerūt in vtero sanctificati. Primus est Christus, ut patet Lu. 1. Deinde beata virgo. Et licet hoc scriptura nō dicat, tamen sic creditur, quia non fuit in gratia minor Hieremia vel Ioanne. Tertius fuit Hieremias, Et quartus Ioannes. Et licet uideatur Aug. dubiè loqui ad Dardanum, de horum duorum sanctificatione. Tamen ut dicit S. Th. vbi supra, sic tenendum est, quia de Hieremia dicitur Hierem. 1. Antequam exires de vulua sanctificaui te. Et de Ioāne. Lu. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Origenes. Nō ante repletus fuerat spiritu sancto, donec assisteret, quæ Christū gerebat in utero. Tunc autē & spiritu erat plenus, & resultabat in parentem. Vnde sequitur, [& repleta est Spiritu sancto Elisabeth.] Non autem dubium est, quin quæ tunc repleta est Spiritu sancto, propter filium sit repleta. Hæc ille. Dicitur autem repleta, quia magnus impetus amoris, & Spiritussanctus inuasit eam, quia ad istum effectum concurrit Ioannes, & præsentia Christi, & ipsa oratio virginis salutantis. Salutatio enim includit deprecationem, & petitionem aliquam pro salute, Ideo subditur, [& exclamauit uoce magna] cordis, & corporis, [& dixit,

xit. Benedicta tu inter mulieres] id est su. per omnes mulieres. Origenes. Nulla enim fuit vnquam tantæ gratiæ particeps, aut esse poterit. Vnius enim diuini germinis parens est vnica. Hæc ille. [& benedictus fructus ventris tui] secundum Theo. ideo est benedictus, quia sine peccato conceptus. Ideo ergo illud subiungit, quia aliæ sanctæ fœminæ genuerunt filios quidem, sed nō sine peccato. Vel secūdum eūdē, ideo hoc subiūgitur quasi assignando causam benedictionis Mariæ inter omnes mulieres. Nam in scriptura aliquando vt dicit idem ly &, stat pro quia. Sciendum vero ex San. Th Rom. 12. li. 3. ꝙ benedicere contingit tripliciter, scilicet enunciatiuè laudando, & imperatiuè causando bonum in persona benedicta, & optatiuè desiderando, licet igitur imperando solus Deus benedicat per authoritatem, & sacerdos per ministerium, tamen primo modo possumus Deum & creaturā benedicere, & ab eisdem benedici. Et similiter tertio modo, licet Deo propriè nō optemus bonum, nisi extrinsecè optando gloriam eius in creatura, cum sciamus illū oīa habere quæ habere potest, sed congaudemus ei. Sic ergo patet quomodo benedictio competat & virgini & fructui eiusdē. Fructum autem ventris Mariæ dominum dixit, secundum Originem. Vnde sequitur [& vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?] secūdum Ambro. hoc nō dicit quasi ignorans, cū sciret esse spiritussancti opus, vt sanctificaretur præcursor, sed vult dicere, se hoc nō pro meruisse. Sequitur [ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo.] Ista exultatio, vt dictū est, fuit diuinitus in infante, non humanitus ab infante per vsum rationis, [& beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a domino.] Ex his autem patet secundum Origenem quòd Elisabeth fuit tacta à spiritu prophetico de præterito, & de præsenti, & de futuro, quia cognouit Mariam credidisse Angelo, & esse redēptoris matrem quem vocauit dominum suum, & perficienda esse diuina promissa. Quamuis posset dici, quod ex lætitia Ioannis arguit ut cognouit adesse eum, cuius secūdum Angelum erat præcursor, & hoc inspiratione diuina, licet non prophetica. Primum tamen est melius, quia dicitur fuisse repleta spiritusancto. Et dicit gloss. quòd repleuit eam filius suus, non quidem authoritate vt Deus, aut ministerio vt exhibens sacramenta, nec merito vt ieiunans pro aliquo, sed priuilegio, quia scilicet Deus repleuit matrem gratia filij, id est vt esset idonea mater tanti filij, vt videtur velle Gor. Dixit autem Mariam beatam, quia crediderit, eo ꝙ fides valeat, secundum Gor. ad multa.

Primò, ad cognoscendū diuina, sicut lux ad videndum colorata. Esa. septimo, secundum aliam literam. Nisi credideritis non intelligetis.

Secundò, ad defendēdū cognita, sicut noticia ad defendendum vera. Psalmus. Credidi propter quòd locutus sum. E phe. In omnibus sumentes scutum fidei.

Tertiò, ad impetrandū miracula, sicut cōsensus ad contrahendum coniugia. Ioan. vndecimo. Si credideris videbis mirabilia. Vnde etiam hodie deuoti vident miranda, quæ increduli videre non merentur, quia scilicet non credunt, cum tamen habeant sufficientem causam credendi, vtpote quia vident miracula Apostolorum, & Christi in suo effectu, id est subiugatione Romæ, & Romani imperij, & mundi conuersione, & Apostolorū ac Euangelistarū atque doctorum conscriptione, quia si gentilibus idolatris conscribentibus historias fides adhibetur, quare non adhibeatur Christianis maximè talibus? quales prædicti fuerunt.

Quartò ad sustinendū aduersa, sicut firmum fundamentum ad standum contra tēpestuosa. Sapien. decimo sexto. Sermo tuus hos qui credunt in te confirmat. Et secūdo Thimot. primo. Patior & non confundor. Scio enim cui credidi & certus sum.

Quintò, ad viuendū in gratia sicut radix ad viuificandum arbusta. Abac. secundo. Iustus in fide viuit.

Sextò, ad vitādū pericula extrema, sicut aspectus iaculi ad vitandum illud. Ioan. vndecimo. Omnis qui viuit, & credit in me non morietur in æternum, scilicet morte infernali. Et licet hoc faciat fides formata charitate, tamen etiam informis maximè ad hoc confert, sicut ad recedendum à malo.

Septimò, ad lucrandum gaudia æterna, sicut adoptatio in filium ad habendum bona

bona paterna. Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

Moraliter docemur, quòd anima concipiens Iesum, & in alta se recipiens per contemplationem, & sanctam, siue cœlestẽ cõuersationem lætificat Elisabeth & Ioannẽ. Elisabeth enim interpretatur Dei mei salus, & significat Deum saluatorem: Ioannes vero interpretatur cui datum est vel in quo est gratia, & significat angelos & alios beatos habentes gratiam consummatam, qui omnes super sanctitate nostra lætãtur.

QVANTVM ad tertium est sciendum, ꝙ cõsueuerunt antiqui patres qñ aliquod beneficium singulare recipiebant à Deo, facere canticũ aliquod ad gratias reddendas. Vnde submersis Aegiptijs ĩ mari rubro, cantauit Maria soror Moysi canticum, dicens. Cantemus domino. Exo. 15. Similiter Anna mater Samuelis cum esset sterilis cãtauit pro Samuele filio, dicens. Exultauit cor meum in domino 1. Reg. 2. c. Similiter cantauit Zacharias pro Ioanne, dicens. Benedictus dominus Deus Israel. Luc. 1. Et similiter multi alij. Vnde & quidam dñt, ꝙ ꝓpea ægrotauit Ezechias, vsque ad mortem. 4. Reg. 20. quia tanquam ingratus nõ cantauit domino, qñ prostrauit exercitum innumerabilem Sennacherib. 4. Reg. 19. Sic etiam beata Virgo cantauit, ideo dicitur [& ait Maria.] Istud est virtualiter titulus cantici. Intitulatur enim canticum Mariæ. [Magnificat anima mea dominum,] quasi diceret. O Elisabeth tu me magnificas, sed ego magnifico, i. laudo dominũ, attribuẽs eius bonitati omnia hæc. Vel secundum Grego. anima Mariæ dominum magnificat. quando ipsa seipsam fructibus bonorum operũ ad Dei laudem exornat. Vnde dicit Origenes, quòd Deus in se. neque magnificari, neque diminui potest, sed dicitur magnificari magnificata sua imagine. i. anima. [& exultauit] Exultare extra salire est, & significat immensitatem gaudij tantam esse, vt non possit in secreto celari. sed signis manifestetur. [spiritus meus] idest anima mea secundum Basilium.

Sciendum est enim, quòd vt colligitur ex S. Tho. 1. q. 36. ar. 1. dist. 10 & 4. contra. c. 18. ly spiritus, impositum est ad significandam subtilitatem naturæ alicuius, quæ subtilitas attenditur per remotionem à materia, vnde propter subtilitatẽ incorporeã, i. Deum, angelum, & animam, dicimus spiritus. Inde est etiã, quod amantes & cõcordes dicimus esse conspiratos vel unius spiritus. quia etiam dicimus eos esse unũ cor, & unã aĩam, dicente Arist. 9. Eth. quòd ꝓprium est amicorum unam animã in duobus corporibus esse. Corpora ẽt aliqua ꝑꝑ subtilitatem dicũtur spiritus, vt aer, & quædam alia corpora in animalibus ex alimentis generata. Et inde est, ꝙ attractio aeris, & expulsio dr̃ inspiratio & respiratio. Et inde ẽt uẽtus dr̃ spiritus. Et ut dictum est sub tilissimi uapores per quos animæ uirtus diffunditur ad corporis partes. Igitur beata uirgo hæc spiritum dicit animam quantum ad partem superiorem, i. ut est intellectualis, & cõicat cum angelis [in Deo.] In hoc uirgo docet suum decantare, & suum gaudium non esse uanũ, sed esse in Deo, i. de Deo: Cogitans enim diuinam pietatem, & beneficium exhibitum à Deo, & exhibẽdum humano generi, gaudens de suo & aliotum spirituali bono, exultauit [salutari meo.] Salutare idem est, quod saluator. Et in hoc ipsa dicit Christum pro se quoq; uenisse moriturum. Vnde Christus dicitur redemptor omnium. Deinde subiungit causam suæ laudis & exultationis, dicens. [quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ.] Humilis dicitur, quasi humi acclinis, siue ad terram inclinatus. Humilis ergo est aliquis dupliciter. Vno modo per uirtutem se spõte ꝑꝑ Deum deprimendo, & de se non præsumendo magna. Isto modo humilitas est uirtus, & humilis uirtuosus. Alio modo aliquis est humilis per necessitatem, ut quia est pauper uel tribulatus, & iste non est uirtuosus, quia ipse non seipsum humiliat, unde uerius dicitur humiliatus quàm humilis, nec humilias isto modo est uirtus. Isto modo loquebatur Dan. in c. dicens. Humiles sumus in uniuersa terra hodie ꝑꝑ peccata nostra. Beata ergo virgo secundũ Græcum expositorem & Aug. & Orig. Bedam, & Bernardum, & cõiter secundum omnes, loqtur de humilitate, quæ est uirtus. Vnde sensus est. Benè laudo & meritò exulto quia Deus respexit, i. approbauit humilitatem ancillæ suæ, ex me sumendo carnem. Nec ista dicit ad iactantiam, sed ad ostendendam ueritatem ad Dei laudem, & commendationem humi-

humilitatis, quia, vt dicunt sancti, plus fuit disposita vt esset Dei mater, quàm ex quacũque alia virtute. Possumus autem etiam exponere de humilitate secundo modo, quæ est quædam modicitas & obscuritas. Beata enim virgo erat modica & obscura quò ad homines mũdi qui eius merita nesciebant, Sed Deus exaltauit eam super omnes mulieres. Ideo dicit. Benè laudo & meritò exulto, quia Deus respexit oculo pietatis & clementiæ humilitatem, id est modicitatem & obscuritatem ancillæ suæ. Secundum autẽ vtrunque exponendi modũ, meritò subiungitur quædam eius prophetia de futurò, cũ dicitur [ecce enim ex hoc] id est ab hinc seu ex hoc tempore, vel ex hoc, id est ꝓpter hoc beneficium quod Deus mihi contulit. [Beatam me dicent omnes generationes] non solum fidelium, sed & infidelium, nõ hebraiorum sed etiam latinorum & græcorum. Sciendum enim quòd generatio aliquãdo sumitur pro populo, vt si dicamus Iudæos esse vnam generationem, & Gentiles aliam, & Christianos aliã. Aliquãdo vero sumitur pro ætate, maxime qua cõsueuit vnus homo durare, sicut Gen. 15. dicit. Generatione quarta reuertentur huc. Et vtroque modo loquitur virgo. Nam magnificabitur in populo Dei quamdiu durabit ista vita & futura, & similiter magnificabitur ab omnibus populis. Nã saraceni in suo Alchorano habent scriptum & sunt verba Mahumeti. Dixerunt Angeli ad Mariã. O Maria Deus elegit & purificauit te & elegit te super mulieres seculorum. Et multa alia ad laudẽ eius vt pote qđ eius filius fuit verus propheta, & quod viuus cęlum ascendit, quod venturus est iudicare viuos & mortuos, & similia. Vnde apud eos blasphemans eam, grauiter punitur. Iudæi quoque ꝑfidi beatificant eã multipliciter. Primò, quidem, quando conuertuntur. Secundò, in scripturis quasi in synagogis legũt, quæ illam laudãt. Tertiò laudabunt in fine seculi quando omnes cõuertentur, Quartò, laudãt eam in suis historijs, q̃a Iosephus Iudæus valde magnificat filiũ eius. 18 li. antiqui. c. 19. dicens. Fuit ijsdẽ tẽporibus Iesus sapiens vir, si tamẽ eum virũ nominare fas est. Erat enim mirabiliũ operum effector, & doctor omniũ eorũ hominum, qui libenter audiunt quæ vera sunt. Et multos quidem Iudæorum, multos etiã ex Gentib. sibi adiunxit. Christus hic erat. Hãc accusatione primorum nostræ gentis virũ cum Pilatus in crucem agendũ decreuisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit. n. eis tertia die iterum uiuus secundum, quòd diuinitus inspirati ꝓphetæ, vel hæc, vel alia de eo innumera miracula futura esse ꝓdixerãt. Sed & in diẽ hodiernum Christianorum qui ab ipso nũcupati, sunt & nomẽ ꝑseuerat & genus. Hæc ille. Propter tales ergo laudes lætatur uirgo nõ inaniter, sed inquantum in talib. laudibus resultat honor Dei & bonum animarum. Subdit autem, secundũ Theo. causam quare laudanda foret, dicens. [Quia fecit mihi magna] Theo. Quæ tibi magna fecit? Credo, vt creatura ederes creatorem, famula dñm gñares, vt per te mundũ Deus redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reuocaret. Hæc ille. Vel secundum Titũ [fecit ei magna] ut esset uirgo & mater, nõ cuiuscũque, sed Dei: hæc enim est uera & catholica sententia. Maria est uerè & propriè mř Dei, vt patet ꝑ S. Thomam, 3. parte. q. 35. & q. 25. & 3. dist. 3. & 4. contra ea. 43. Subiungit autem quis ista fecerit, quia est ille [qui potens ẽ] scilicet simpliciter sine limitatione, id est omnipotẽs [& sanctũ nomẽ eius] non ratione syllabarum, vt dicit Hyla. sed rõne rei significatæ. Est enim sanctus Deus in se, & effectiuè, q̃a alios facit sanctos, vnde dicitur sanctus Tho. 2. 2. q. 81. ar. 8. Sanctitas dicit duo. Primò, dicit mũdiciã à peccato, quod patet. Nam agios grecè quod latinè dicitur sanctus, ab à qđ est sine, & gios siue ge (vt alijs placet) quod est terra. Et sanctus latinè secũdum Isido. dicitur quasi sanguine tinctus: sanguine inquã hostiæ ad purificandum. Secundò, dicit firmitatẽ. Vnde antiqui dicebant sancta, quæ ita erant lege munita, vt nullo modo liceret ea violare. Deus ergo est sanctissimus, qui nec habet nec habere potest iniquitatem. Deinde beata virgo cõuertit se, secũdum Bedam, à specialibus donis ad generalia, dicens [& misericordia eius à progenie in ꝓgenies] id est secundum eundem Bed. nõ solum mihi cõtulit Deus dona, sed omni tẽpore vsque in æternum largitur beneficia, Sed ista beneficia non exhibet omnibus, secũdum Græcũ expositorem, sed [timentibus eum] qui scilicet ĩ timore casto & filiali seruiũt Deo. Sed

ista

ista uerba græci oportet intelligere de collatione gloriæ & gratiæ.

Nam. Deus malis multa præstat alia beneficia tã quò ad bona fortunæ, quàm quò ad bona naturæ. Quia uerò non omnes timent Deũ. Ideo beata uirgo, prophetãdo de futuro, & tñ utens uerbo pteriti tẽporis, eò q talia ita haberet certa, ac si per acta iã fuissẽt, subiungit [Fecit potẽtiã in brachio suo] id est xpo, seu filio suo secũdũ Theo. & Bedam. Deus enim pater, per filium operatur, sicut homo per brachium. Vel uerbum Dei dr brachium, secũdum alios, quia sicut brachium est à corpore, & manus ab utroque; ita filius est à patre, & Spiritussanctus ab utroq;. In xpo ergo, fecit potẽtiã Deus, quia eum fecit potentem. Vel per potentiã intelligitur effectus potẽtiæ, puta uictoria de inimicis, quã Deus fecit in brachio, i. per brachium suum, p quod omnia facta sunt. In brachio igitur suo, id est in Christo, fecit potentiam, i. opera miræ potestatis. Primò, mundum creãdo, quia omnia per ipsum facta sunt. Ioan. 1. sicut arti fex fecit scutellã de luto p conceptũ suũ, filius enim Dei est cõceptus seu uerbum Patris. Vnde Esa. 48. Manus mea fundauit terrã, & dextera mea mensa est coelos. Et Eccle. 38. In brachio suo formabit lutum. Secũdò diabolum & suos deijciendo à regno, quod super homines sibi p tyrannidem usurpauit. Psalmista. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, ĩ brachio tuo dispersisti inimicos tuos. Tertiò mundum redimẽdo, non solum à potestate diaboli, sed ab omni malo culpæ, & finaliter etiam pœnæ. Psal. Redemisti in brachio tuo populum tuum. Quartò, ouem p dicam in coelum reportando, Esa. 4. In brachio suo congregauit agnos. Quintò, totũ mundum iudicãdo. Esa 6. Brachia mea populos iudicabunt, idest Christus & assessores in iudicio uniuersali s. Apostoli & alij q paupertatem voluntariam seruauerũt. Sextò, Iudæorũ regnum euertendo, & Iudæos superbos & obstinatos per mundum dispergẽdo. Vnde subdit [dispersit superbos mẽte cordis sui] id est superbos in mente sua, quamuis haberent humilitatẽ ab extra, vt Iudæi, & maximè Pharisei hypocritæ. Et p superbos secũdũ Theo. & Cyril. nõ solũ Iudæos, sed et dæmones possumus itelligere, quos Christus moriẽdo superauit, & abstulit prædam, idest iustos in inferno detentos, detinentes, dæmones effugando. Ferè autem eadem sentẽtia sub alijs verbis subiungitur cum dr [deposuit potentes] id est potestates abutentes. Potestas enim est à Deo, ut patet Ro. 13. sed abusus eius à diabolo & malitia humana [de sede, & exaltauit humiles] quæ exponens Cyril. ait Magna sapiebãt dæmones & diabolus Gentiliũ sapiẽtes, Pharisei & Scribæ Hos tamen deposuit, & erexit humiliantes se sub potenti manu Dei, dans illi uirtutẽ calcandi serpentes & scorpiones, omnemque potestatem inimici. Erant & quandoque Iudei potestate superbi, sed prostrauit hos incredulitas ex gentibus autem ignobiles & humiles, per fidẽ apicem conscenderunt. Hæc ille. Vel secũdũ Græcũ, deposuit potẽtes dæmones dominus de sede, i. de uoluntate humana, cui insederãt merito peccati Adæ & exaltauit humiles, i. homines humiliatos à diabolo. Quod uero sequitur [esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.] duplicem habet expositionem literalem. Primò enim exponitur secundum gloss. & Basilium, de esurie & diuitijs corporalibus, quia Deus plerunque humiliat unum, & subleuat alium, pauperem facit eum qui erat diues, & ditat pauperem, ut dixit Anna, primo Reg secundo. Alio modo exponitur de esurie spirituali, quæ erat in toto mundo, excepta Iudæa. Totus enim mundus esuriebat ueritatem diuinæ cognitionis, & illam non habebat, cùm seruiret idolis. Hac ueritate erant Iudæi pleni propter scripturas, & dimissi sunt inanes propter infidelitatem, uacui fidei ueritate. Econuerso gentiles esurientes, merito fidei, sunt ueritate repleti. Post generalia autem beneficia specialiter descendit Virgo ad incarnationem filij Dei, dicens [suscepit] Hoc autem tripliciter exponitur. Primò, benedicendo sic, [Israel] idest populus Israeliticus, suscepit puerum, idest Iesum Christum suum, idest sibi promissum, & sibi specialiter missum, & exhibitum, quia illum suscepit Israel, ideo recordatus, supple est, misericordiæ suæ, id est sibi à Deo repromissæ & præsentialiter exhibitæ. Iuxta illud Esa. nono. Paruulus natus est nobis, & filius & cætera. Loquitur enim in persona illius

populi,& de futuro per modũ præteriti,ꝓpter certitudinẽ prophetiæ. Vnde idẽ Esa. 64. Miserationem dñi recordabor. Secũdò, melius sic. Deus qui diuites dimisit inanes, suscepit per incarnationẽ Israel, non quasi totum illum populum assumpserit, sed q̃a assumpsit illam humanitatem Christi, quæ fuit de semine Israel, eo mõ quo dicit Apostolus Hebr. c. 2. Semen Abrahæ apprehendit. Israel, inquam, puerum suum, i. seruum humilem & obedientem. Et hoc, quia ipse Deus fuit memor misericordiæ suæ, i. sibi consuetæ, & à se promissæ Abrahæ, & semini eius. Isti duo modi exponẽdi possunt haberi à Gorrã. sed exponitur tertiò optimè, vt sit sensus secundum Bedam & Basilium. Deus suscepit ad amicitiam & gratiam [Israel puerum suum,] i. populum Iudaicum, qui in parte credidit, & si non in toto, in q̃tum cum sibi per incarnationẽ sui Filij reconciliauit; & nõ solũ ipsũ, sed totũ mũdũ.

Est aũt sciendum, ꝙ quilibet habet duplicem offensam contra Deum. Vna est cõmunis, quæ dicitur offensa, vel peccatum naturæ, vt est peccatum originale. Alia est propria, quæ dicitur personalis, vt peccatũ actuale. Deus ergo in Christo reconciliauit sibimetipsi totum mundum, quò ad primam offensam, & quò ad secundam, sufficienter; quia passio Christi fuit sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis actualibus factis, aut factibilibus, & pro originali. Non autem reconciliauit sibi totum mundum efficaciter, quia sanguis eius non habet efficaciam, nisi in his, qui baptizantur & cõuertuntur ad Deum. Non ergo suscepit Deus totum populum Israel per reconciliationẽ efficacem, sed solum per sufficientem. Appellat tamen beata Virgo populum istum, puerum Dei, i. humilem & obedientem, dicens, puerum suum, hoc autem facit per secundam regulam superius assignatam, quia .s. cum bonis, aliq̃n laudantur mali. Istã aũt recõciliationem & susceptionẽ Deus fecit ꝓꝓ duo. Primò, ꝓꝓ suam misericordiam. Secundò, ꝓꝓ promissionem quã fecerat patribus, præcipuè Abrahæ, dicens Ge. 12. In te, .i. semine tuo benedicentur vniuersę cognationes. Hæc aũt duo tangit beata Virgo, dicens [recordatus,] i. ad modũ recordantis se hñs [misericordiæ suæ, sicut locutus est,] .i. promisit [ad patres nostros,] s. Patriarchas, & Prophetas. Vnde subiungitur [Abraham, & semini eius] per semen aũt eius, s. Abrahæ, intelliguntur illi, qui sequuntur fidem Abraham. Quod aũt subditur [in secula] referendum est ad illud, quòd dixerat, suscepit: quia, vt dicit gl. promissio hæreditatis nullo fine laudatur. Est ergo sẽsus [Deus recordatus suæ misericordiæ, suscepit Israel puerum suum in secula,] i. in æternum [sicut locutus est ad patres nostros,] i. sicut dixit [Abraham & semini eius] Amen.

Sabbato post Dominicam 3. Aduentus.

Textus Euang. Luc. cap. 3.



ANNO quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam: Tetrarcha aũt Galileæ Herode: Philippo autem fratre eius Tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis: & Lysania Abiline Tetrarcha, sub principibus sacerdotũ, Anna, & Caypha: factum est verbũ dñi super Ioannem, Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnem regionẽ Iordanis prædicans baptismum pœnitentię in remissionem peccatorũ, sicut scriptum est in libro sermonũ Esaiæ Prophetæ. Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei.

ANNO quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris. Lu. 3. Hic incipit tertium cap. Euang. Lucæ. In quo, postquam egerat de his, quæ circa Christum, & a Christo facta erant, vsque ad duodecimum annum; prætermissis omnib. gestis eius à 12. vsq; ad 30. transit ad narrandum ea, quæ Christus gessit trib. vltimis annis vitæ suæ. In præsenti ergo Euangelio tangũtur tria puncta, quæ

funt

funt, temporis assignatio, prædicatoris descriptio, & predicationis explicatio.

QVANTVM ad primũ, literaliter sciendũ est. Primò, secundũ chronicas, ꝙ Tyberius successit Octauiano Augu. sub quo natus est Christus, s. 42. anno Imperij sui. Et similiter sub eodẽ natus est Ioan. Bap. ante per dimidiũ annũ. Augustus aũt imperauit 57. annis, & mensib. 7. secundum Mag. hist. Ex quo patet, ꝙ anno 15. Imperij Tyberij, Ioannes fuit 30. anno. vel circa. Hoc aũt est tp̃s prædicationi debitum, quia tũc incipit vigere virilis ætas. Vnde Iosephus 30. ann. erat qñ stetit coram Pharaone. Gene. 41. & Ezechiel qñ incœpit prophetizare. Ezec. 1.

Sciendum est secundò, ꝙ secundum hist. Herodes Ascalonita cum regnasset in Iudæa 37. annis, mortuus est. Sub isto natus est Dominus, & iste pueros innocentes occidit. Habuit aũt sex hos filios, s. Antipatrũ ex Doside. Habuit ẽt Alexandrũ & Aristobolum ex Marianne, uel Mariame. Ista Mariannes, secundũ Iosephũ, fuit immẽsæ pulchritudinis, & castitatis, & immensè ab Herode dilecta; sed Salome soror Herodis, suis detractionibus fecit eam suspectam de incontinentia, & eo vsq; negotium productũ est, ꝙ Mariame rex decapitari fecit. Postmodũ verò, ex amore quasi insaniuit, & in solatium sui doloris ordinauit famulis, vt interdum per domum regina Mariannes vocaretur. Nec cessauit lingua Salome, donec filios Mariannes Alexandrum, & Aristobolum matri sociauit. Spargebat enim in populo, quòd stomacati essent animo aduersus matris interfectorem, ac tandem eò, vsque res acta est, ꝙ duo iuuenes nobilissimi, & doctissimi, vitam laqueo finierũt. Antipater quoq; ab eodem morte damnatus est, eò ꝙ exultauerit in vinculis, nunciata sibi, licet falsa, morte patris. Habuit autem & alios tres, s. Archelaũ ex Marthaca, & Herodem Antipã & Philippum ex Cleopatra. Quidam tñ, ꝙ Philippus fuit ex Mariame. Mortuo ergo Herode magno, seu Ascalonita, dissensio fuit ĩter tres filios eius superstites, de regno hñdo. Archelaus, dicebat sibi regnũ deberi merito ætatis, & vltimi, seu secundi test. voto: Antipas ecõuerso dicebat, primũ testñ debere seruari, q a illud Herodes magnus fecerit mẽtis suæ cõpos; secundum vero fecerat mẽte alienatus. Et multa huiusmodi hincinde allegata fuerunt. Tãdem Cæsar de consilio Senatus Monarchiã Herodis magni diuisit in quatuor Tetrarchias. Duas earũ dedit Archelao, s. Iudæam & Idumæam; & Samariã tertiam dedit Herodi Antipę, s. Galileam; quartam verò Philippo, s. Ituræam & Traconitidem regionẽ. Vnde Archelaus nunq̃ fuit Monarcha, sed fuit Diarchus, & secundum mag. hist. 9. anno sui principatus fuit missus in exilium apud Viennam, ubi & mortuus est. Glo. tamen dicit eum 10. annis regnasse, quia. s. tetigit de decimo. Contra, q a alij dñt, ꝙ fuit missus Lugdunũ. Ad hoc dicitur, quòd successiuè potest, quod dñt isti, fuisse; & quod dicit Magister, cum quo est Iosephus. Si verò aliqñ dicatur fuisse Monarcha, intelligitur secundũ opinionẽ vulgi & suam spẽ, vt dicit Mag. hist. quia Imperator ꝓmiserat ei ꝙ efficeretur rex, si hoc mereretur. Et sic intelligitur d. Aug. dicẽtis eũ tenuisse Monarchiam; quamuis dici possit, ꝙ tenuit monarchiã, i. principatũ vnũ, seu regnũ, quia tenuit maiorẽ & principaliorẽ partem eius. Mortuo aũt Archelao, Iudæa regebatur per Romanos Præsides, quorum primus fuit Pomponius, secundus Marcus; tertius Anius Ruffus, quartus Valerius, q n tus Pontius Pilatus. De Lysania verò, de quo hic fit mentio, quidam, vt Bed. hic in gl. dicunt ipsum fuisse filium Herodis Ascalonitæ; quidam, vt Iosephus, filium Ptolomei de Libano ex Alexandra sorore Antigoni, filii Aristoboli, filij Alexandri, filij Ioannis. Sed cuiuscunq; filius fuerit, non mutaẽ historiæ veritas, & potuit esse, ꝙ duo fuerũt Lisaniæ, & de eo, qui fuit Herodis filius, agitur hic. His visis, accedamus ad text. Describens ergo B. Luc. tp̃s, quo præcursor suam incępit exercere prædicationẽ, dicit [Anno 15. Imperij Tyberii Cæsaris secũdũ Greg. & Orig. in visionibus Prophetarum, mẽtio fiebat solũ de principib. Iudæorum, vt cum dicitur. Visio Esaiæ, in dieb. Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechie regum Iudã. Sed in Euangelio, quod Gentibus & Iudæis prædicãdũ erat, vtriusq; Gentis principes cõmemoratur. Et quia, vt subiungit Grego. Iudæa erat pro culpa perfidiæ dispergenda. Gentilitas vero per fidem in vnum colligenda. In regno Iudeæ multi ꝓ partes principari dicuntur. In Romana vero Republica, tñ vnus, i.

Tyberius. Omne.n. regnū in se diuisum de solabitur.[procurāte Pontio Pilato Iudæā] secūdū Nico.de Ly.Pontius est nomē propriū,Pilatus vero est cognomē,qđ ex duobus suadet. Primo q̄a nomē ꝓpriū cōsueuit p̄mitti cognomen. Itē quia Pōtius pro nomine proprio est valde vsitatū in Burgū dia, vnde fuit Pilatus, qui fuit Lugdunen. Qūo aūt sit cognominatus Pilatus,non est certū,tñ legi in quadā hist.ꝙ fuit spurius, filius cuiusdam regis,qui Tirus dicebatur,q. cōcubuit cū quadā muliere,quæ dicebatur Pila,filia cuiusdam molēdinarij qui dicebatur Atus, inde ex nomine patris & filiæ,filius,filiæ,est Pilatus appellatus,sed à Pōtio insula, q̄ est vicina Cretæ accepit cognomē propter sagacitatē qua in ea usus est; quicquid tamē de hoc sit. quod videtur fabulosum, certum est quòd tempore Tyberij ꝓcurauit,i.gubernauit Iudæā,& incepit secūdū Bed.gubernare anno 12.Tyberij,& per x.annos cōtinuos gubernauit eādē[Tetrarcha aūt Galileæ Herode]scilicet existente . Monarchia dicitur vnus principatus,à monos,qđ est vnū,& archos princeps.Tetrarchia vero dicitur quarta pars principatus,à tetras quod est quatuor,& archos,inde Tetrarcha dictus est,q̄a erat princeps in quarta parte vnius principatus vel regni,& talis fuit Herodes iste Antipas ī regno Herodis Ascalonitę,& similiter Philippus huius Herodis frater.vnde subditur [Philippo autē fratre eius Tetrarcha Itureæ,& Traconitidis regionis] supple,existēte. Est autem sciēdum quòd vt dicit Beda Romani semoto Archelao de sua Diarchia,ad minuendā Iudæorum superbiam,principatum Archelai diuiserunt in duas Tetrarchias,& sic remāserunt,vt ait,quatuor Tetrarchæ,scilicet Pilatus, Horodes, Philippus,& Lisania. Vnde subditur[Et Lisania] qđ est nomē viri[Abilinę] quæ secūdum glo.interl.est regio[Tetrarcha] supple existente.

Aduertendum est autem, quòd Beda Pilatum procuratorem largè Tetrarcham dixit,cū Tetrarchia ex hæreditaria successione debeatur,non autē procuratoris officiū. Et quia,vt ait Gre. Redemptor noster quē Ioannes prædicabat,simul rex fuit & sacerdos,ideo tp̄a prædicationis Ioannis,non solum per regnum,sed ēt per sacerdotiū designātur. Vnde subditur[sub principibus sacerdotum]nō simul,sed successiuè existētibus[Anna,& Caypha.] Est autem sciendū, vt testatur Iosephus,& magi.hist.ꝙ tūc tēporis sacerdotium secūdum genealogiam & generis dignitatem non dabatur,vt erat mos in lege.sed passim à romanis vēdebať, adeo quòd non solum singulis annis,sed ēt pluries in vno anno summus sacerdos mutabatur.Et iō à decimoquinto anno Tyberij,in quo Ioannes incepit prædicare,vsque ad decimumoctauum eiusdem,in quo passus est Christus,fuerūt plures quā duo summi sacerdotes. Fuerunt enim quinque secundum Bedam & Iosephum,sed secūdum Bed. Annas fuit sacerdos summus,quando Ioannes incępit prędicare,& Cayphas quādo Christus ē passus,ideo isti duo nominātur, tribus in medio dimissis, & ēt q̄a duo cōtulerūt ad Christi passionē, ecce primū.

Sed moraliter hic instruimur, qđ q̄ suis se consolationibus ꝑ Deū priuant merentur diuinas, vt Ioānes,q. in deserto recepit illuminationē propheticā, vt hic dicitur,& similiter q. ꝑ Deū aggrediunť aspera,vt fecit ipse & Esaias & alii. Vnde Hier. ad amicū de scientia legis. Dicat vnusquisque qđ velit,ego interim de me pro sensus mei tenuitate iudicaui, melius esse cōfundi corā peccatorib.super terrā,quàm corā Angelis sanctis in cœlo;vel vbicūque dominus iudiciū suum voluerit demōstrare.Esaias vir in sua gente nobilissimus,qui socer regis Ezechiæ fuisse refertur, iussu domini deposito cilicio,nudus incedit;nec tā ardui præcepti pudore deterritus est,quominus Dei imperium sequeretur, quia nihil honestius esse homini,quā creatori suo parere iudicabat. Ioannes quoque,nobilis & in carne & spiritu natus,cilicium à pueritia in habitū,& locustas elegit in cibum, qui nec peccati cōscietia,nec paupertatis inopia,ad huius glo riā oneris,sed sola futura sęculi beatitudine trahebatur. Hæc ille. Vnde non est mirum si fuerunt Dei amici & secretarii.

QVANTVM ad scdm, literaliter sciēdū est, ꝙ descriptio tp̄e prædicationis Præcursoris,describiť ꝑsona eius. Vbi aduertēdū est,ꝙ sicut dicit Amb.volēs Beatus Lucas ostēdere Ioannē esse Prophetā, vsus est mō loquēdi quo scriptura vtitur circa Prophetas,dicens[factū est verbū Dei.] Chrys. Verbum domini hic mādatū esse dr̄, quia non

nō à se venit Zachariæ filius, sed à Deo, ipsum mouente. Hæc ille. Sequitur [super Ioānem Zachariæ filium.] Oportet autem hic dicere aliqua pro noticia, huius personæ & qualitatum eius. Sciendum est ergo quod quidam vt Beda, Ambr. & mag. histo. dicūt istud Zachariam fuisse summum sacerdotem in populo Hæbreorum, nec est aliquis sanctorum qni hoc neget, veruntamen Nico. de Ly. istud nō approbat, sed tenet eum simplicem sacerdotem fuisse, ꝓpter quod dominus Paulus Burg longam cōcertationem facit aduersus eundem Nico. Quæ autem sit veritas, incertum est mihi; credo tamen quod esset distinguendum sicut elicitur ex Gor. & Iaco. de Vora qui dicit quòd Dauid volēs diuinum cultum ampliare, vt habetur. 1. Paral. 34. ordinauit uigintiquatuor summos sacerdotes; inter quos tamen vnus erat omnium illorū summus. Ex quibus videtur, ꝙ summus sacerdos diceretur aliquis simpliciter, & iste erat tātū vnus, & secundum quid; & isti erant 24. qui dicebantur summi, quia non erant simplices sacerdotes, & forte omnes erāt æquales in ordine, sed vnus de numero eorū vel extra, prę eminebat iurisdictione, eo mō quó Episcopus & Archiepiscopus se habent. Non ergó Zacharias fuit simpliciter sūmus sacerdós secundū Nico. de L: ra, qđ rationabile est, cum ipse esset sanctus, & sacerdotium venale. Quicquid sit secūdum Bedam & Ambr. sed tamē qđ esset vel simpliciter summus, vel saltem secundum quid, nō uidetur dubitabile, q̄a, vt patet Luc. 1. fuit de Vice Abia, q̄ fuit de numero illo. 24 summus iter eos, secundum aliquos. Vnde secundū S. Ioan. fuit valde nobilis. Vnde Hiero. ad amicum de scientia legis ait Ioannes nobilis in carne pp p̄dicta, & in spiritu, quia fuit sanctificatus in utero. Vnde tanquā Deo cōsecratus in sua pueritia desertū petijt. Et quidē qua ætate iuerit in desertū, nō est certū; sed tum certū est quod in sua pueritia. Nā Luc. 1 dicit. Puer. erat in desertis locis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel, ideo etiā sequitur n præsenti Euangelio [in deserto,] scilicet existentem.

Moraliter, Ioānes q̄ interpretatur ī quo est gratia, filius Zachariæ, qui interpretatur memorans dominum, uel auxiliū domini, existens in deserto pœnitentiæ & solitæ cōtemplationis Dei, suscipit in se verbū domini, i. diuinas inspirationes, vt dictum est, & consequenter lætatur, Psal. Renuit cōsolari anima mea, scilicet temporalibus voluptatibus affectans asperitatem pœnitētiæ. Et sequitur. Memor fu Dei, scilicet per cōtemplationem, & delectatus sum per cœlestem consolationem.

QVANTVM ad tertium, sciendum est, ꝙ vt tradit S. Tho 3. par. q. 33. fuit valde conueniens, vt Ioānes præcederet Christum baptizando. Primò, quia Christus debebat & ipse venire ad baptismum vt cōsecraret aquas. Secundò, vt Christum venisse nunciaret turbis concurrentibus ad baptismū. Tertiò, vt assuefaceret homines ad baptismum Christi. Quartò, vt inducendo homines ad pœnitentiam, præpararet eos ad dignè suscipiēdum baptismum Christi. Fuit autem illud baptisma à Deo quātum ad ritum & modum baptizandi, quia ex familiari instinctu Spiritus sancti sic faciebat, sed quò ad suum effectum fuit ab hominibus; quia nihil ibi fiebat quod homo facere nō posset: nam secundum sanctos, per illud nō remittebantur peccata, neque gratia cōferebatur, quod patet, q̄a forma in qua baptizabat erat hæc. Ego te baptizo in nomine venturi. Hic autem non exprimitur prę sens gratia, sed futura. Hæc ex Sancto Thom. Dicit ergo beatus Lucas, quod Ioannes accepto mandato à Domino, vt prædicaret exiens desertum [venit in omnem regionē Iordanis] id est circa Iordinem, vbi iam poterat habere auditores [prædicans] antequam Christus, & hoc secundum Chrysostom. quia licet Christus esset persona venerabilis, tamen in sua causa non erat testis idoneus, ideoque præcessit Ioānes prædicans [baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum] Gregor. Cunctis legentibus liquet, quia Ioānes baptismum pœnitentiæ non solum prædicauit, verum etiā quibusdam dedit, tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Hæc ille Et intendit beatus Gre. ꝙ baptismus Ioānis fuit quidē baptismus pœnitētiæ, & secūdū magistrū histo. q̄a baptizādos hortabatur pœnitere, & non nisi pœnitentes baptizabat, sed tamen non fuit in remissionem peccatorū, q̄a in eo nō remittebantur peccata. Vñ nō dicit Euangelista, ꝙ

uenit baptizās in remissionem peccatorū, sed venit prædicans baptismum pœnitētiæ, id est baptismū Christi, in remissionē peccatorum. Nam baptizabat secundum suū, & prædicabat baptismum Christi. Veruntā secundū sanctum Thom. vbi supra, & secundum Chry. etiam baptismus Ioānis potest dici in remissionem peccatorum datus, nō effectiuè, sed dispositiuè, inquantum ad pœnitentiam disponebat. Sed nunquid baptizati isto Ioannis baptismate, denuo tenebantur baptizari baptismo Christi, vel nō? Ad hoc respondet Sanctus Tho. vbi supra. Pro quo sciēdum est, quòd Magister sen. 4. distin. 2. sensit q̄ taliter baptizati, scilicet baptismo Ioānis, qui spem ponebant in eo, nescientes Spiritum sanctū, tenebantur denuo baptizari, non autem qui sciebant Patrem Filium & Spiritū sanctū, & ponebant spem in baptismo Christi: tales enim vt dicit, nō rebaptizabantur, sed tantum Apostoli imponebant eis manus. Sed hoc nō tenetur verum: nam ille baptismus nō imprimebat gratiam neque characterem, cum esset in aqua solum, istos autē defectus fides vel spes baptizati supplere nequit. Manum autem impositionem acceperunt baptizati à Philippo, qui dabat baptismum Christi. Vnde secūdum Chryso. etiam ipse Ioānes fuit à Christo baptizatus saltem in spiritu, secūdum Hiero. & similiter Apostoli, vt vult Augustinus ad Seleucium. Hæc ex sancto Tho. Et idem de beata Virgine credendum est, non obstante quod in vtero fuerit ab originali mundata. Nam, vt probat Albertus Magnus super Missus est, ipsa suscepit omnia Sacramenta, quæ omnibus hominibus erant promulgata. Primò, ad sui humiliationem. Secundò, ne scandalizaret ignorantes suam sanctificationem. Tertiò, vt obediret. Et quartò, vt cōfutaret hæresim dicentiū, quod nō erat homo vel fœmina, sed Angelus. A Baptismate autem accepit characterem & augmētum meritorū, & similiter à confirmatione aliū characterem & augmētū similiter vt prius. Ab Eucharistia vero memoria passionis filij, & solatium de absentia eius, & actualem deuotionem. A Matrimonio habuit fidem, prolem, & sacramentum, & augmentum vt prius. Ab Extrema vnctione habuit signū pfectæ uictoriæ, & futuræ gloriæ, & loco remissionis venialium, remissionē doloris in morte. Sua cōfessio nō fuit peccatorum, sed recognitio meritorum Dei. Hæc ex Alber. Possumus tamē dicere, quòd conditionaliter cōfitebatur, quia nesciebat forte se esse immunem à veniali peccato. Sequitur [sicut scriptum est in lib. sermonū Esaiæ prophetæ.] Dicitur aūt Prophetia Esaiæ liber sermonum, potius quàm aliorū Prophetarū, secundū Gorrā. Primò, quia ille liber est alijs propheticis eloquentior. Secundò, q̄a est ēt maior. Tertiò, q̄a procedit moraliter, sicut fit in sermonibus, modo, s. comminādo, & modo cōsolādo. Et quartò, q̄a loq̄tur ad præsentes, i. contribules suos; sermo. n. fit ad præsentes. Hæc ex illo qui vr̄ velle, quod sermo sit oratio eloquens longa exhortatoria morum & vocalis præcipuè.

Est autē sciendum, ꝙ duæ personæ fuerunt excellentes, quæ tn̄ in vita sua miracula nō leguntur fecisse, s. beata Virgo, & Ioānes Baptista. Nam sicut dicit S. Tho. 3. par. q. 27. ar. 5. beata Virgo excellentissimè habuit gratiam miraculorum, sed non vsum eius, & similiter Ioannes signum fecit nullum, vt dicitur Io. 10. Miracula enim facere cōueniebat solum prædicatoribus fidei, quæ per illa erat fundanda. Hinc est, ꝙ vt idem S. Tho. dicit 3. par. q. 33. ar. 2. Ioannes doctrinam suam dupliciter cōfirmauit. Primò, per sanctitatem vitæ. Secundò, per scripturam, vt patet Io. 1. vbi inquirentib. quis esset, dixit. Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam dn̄i, sicut dicit Esaias Propheta. Et hac eadem ratione beatus Lucas hic allegat Esaiam. Quid autem scriptū sit in Esaia, subiūgitur [vox clamātis in deserto.]

Pro quo sciendum est, ꝙ istam Prophetiam, quæ habetur Esa. 40. Iudæi exponūt ad literam secundū Nico. de Ly. super Luc. de reditu à captiuitate Babylonica. Tunc. n. dicunt fuisse montes humiliatos, & repletas valles, vt Dei populus commodius ambularet. Verum, idem Nicol. de Lyra super Esa. inuehit contra quosdam catholicos iudaizantes plusquam Iudæi, qui prædictam exponunt de reditu à prædicta captiuitate, cum, vt dicit, Iudæi totum hoc capitulum exponant ad literam de Christo. Quicquid autem sit de verbis eius, tamen hæc Prophetia ad literam intelligitur de Aduentu Messiæ, vt patet Marci primo, & Ioan.

Ioan.i.& Matt.3.& Luc.3.& sic exponitur, Nam,vt dicit sanctus Tho.super Ioan.Vox origine posterior est verbo, sed notitia prior.Vnde, secundum Amb.beatus Ioannes dicitur vox, quia sicut per vocem manifestatur verbum cordis,id est conceptus nostræ mentis. qui est voce dignior,ita per Ioannem manifestatur.qui est verbum æterni patris. Quod autem sequitur [clamantis in deserto] dupliciter exponitur secundum sanctum Thom. super Ioan. Pro hoc ergo sciendum est,quòd per desertum secundũ aliquos,hic ad literam intelligitur Iudæa, quæ erat derelicta à Deo. Desertũ enim secundum Gre.dicitur quasi derelictum. Erat autem tunc derelicta quantum ad quinque notabilia,quæ erãt in primo templo,& deficiebant in secundo, vt dicitur in Cauhendri Hierosolymitano, qui apud Iudæos est liber autenticus. Primum, est ignis continuus in altari holocaustorum, qui etiam sub diuo [vt dicitur] non extinguebatur à vento vel pluuia. Secundum, est arca testamenti. Vnde Hierem.5. In diebus illis non dicent vltra arca testamenti domini, nec ascendet super cor, nec recordabuntur illius. Tertium, est vnctio Regum & Pontificum, quia Pontifices qui fuerũt post captiuitatem Babylonicam, nõ fuerunt instituti per vnctionem sacram, sed frequenter per reges vendentes Sacerdotium,similiter nec reges. Quartum, est diuinitas. quæ in primo templo,id est Salomonis dicebatur pro tanto habitare, quia ibi à sacerdote audiebantur diuina responsa,non autem in secũdo. Quintum,est vrim & thumim,idest doctrina & veritas.Erat autem secundum Iosephum quidam fulgor subito prosiliẽs de lapidibus Rõnalis & Superhumeralis,quãdo Deus acceptabat preces summi sacerdotis. De quo dicit idem Iosephus tertio lib. antiqui. ꝙ defecit ꝑ 200. annos antequam inciperet scribere librum illum,quem scripsit ad minus per 42. post passionẽ Domini. Quod autẽ dicitur in prædicto libro de arca, videtur dubium, quia magister histo. probat cubitum de quo fit mentio in fabricatione arcæ,non esse cubitum geometricum, sed humanum ex altari Lateranensi, in quo,vt dicitur,est inclusa. Sed tamẽ primum videtur verius; quia tradunt Hebræi quòd à tempore captiuitatis Babylonicæ nescitur vbi sit arca illa. Et Hugo.Cardinalis in postilla super Hieremiam cap.tertiò, dicit,quod Iudæi reuersi de captiuitate Babylonica,fecerunt arcam similem ei,quam fecerat Moyses,quam loco eius posuerunt in templo secundo, & nunc est Romæ. Et idem dicunt quædam aliæ postillę sine titulo, in eodem passu,& idem innuit & continet textus Hieremiæ bene intellectus.Similiter etiam,secundo Machabæorum,secundo cap.dicitur, ꝙ tempore dictæ captiuitatis, Hieremias abscondit eam in monte,in quo mortuus est Moyses. Et tamẽ forte ꝙ illa non sunt vera,& forte ꝙ sic. De hoc tamen tene vt placet,quia libri Machabæorũ non sunt de canone, vt patet per Hiero.in Prologo Galeato.Quia tamen ecclesia eos suscepit legendos, vt ipse dicit in Prologo super libros Machabæorum,licet,inter apocripha scripturarum computãtur, vt idem innuit in Prologo Galeato, videtur ꝙ ista sint vera.Et licet contra hoc aliqua fiãt argumenta,tamen nullius sunt momenti.Qđ ergo dicit Magister histo. necessariam non habet rationem nisi ad hunc sensum,quod Romæ est arca Moysi,non quam ipse fecerit,sed quædam similis quæ fuit in templo, loco illius,quàm Moyses fecit,sicut & ipsa mensa aurea quæ erat in sancta sanctorum, quæ licet non esset eiusdem quantitatis cũ arca,tamen mensurabatur cubito eiusdem rationis.Iosephus autem septimo,de bello Iudaico,cap.vigesimosexto,in fi.enumerãs ea quæ in templo reperta sunt Hierosolymis,& ad triumphũ Vespasiani & Titi Romam deuecta,nominat mensam. & candelabrum,legem Iudæornm, id est,vt credo, arcam cum tabulis lapideis scriptis humanitus.Vnde in fornice triumphi eorum videntur excisa marmorea tabella, quasi vna ex duabus quæ erant in arca fœderis, tamẽ debet dici, quòd fuit similis illis ab hominibus scripta, vel fuit tabella continens aliquid in honorem Cæsaris vtriusque. Si autem ibi fuisset vera arca Moysi, aut ibi fuissent veræ tabellæ lapideæ scriptę digito Dei,& nõ similes illis,nullo pacto Iosephus hoc tacuisset. De hac autem re, sicut recitat.Hugo.super secundo Machabæorum, Epiphanius sic scribit. Hieremias templũ euertendum prænoscens,arcam testamenti cum his,quæ in eadem erãt tulit, & preci-

bus suis eam absorberi fecit in petram, petram vero digito designans, Dei nomen impressit, & factum est sigillum in similitudinem sculpturæ, quæ ferro cauatur, & ipsum Dei nomen nubis operimento ita celatum est, vt ex tunc nec locum quis cognoscere queat, nec nomen legere vsque in hūc diem & vsque in finem. Et pristinæ figuræ instar illic sępe nubes & ignis fit nocturno tempore, eo quod gloria Dei ab eius lege non desinat. Est autem petra illa in eremi terra, inter duos montes, in quibus iacent Moyses & Aaron. Hæc Epiphanius cum multis alijs de arcæ huius manifestatione fienda, quæ vix possunt intelligi, quia videntur prophetice & allegoricè dicta.

Idem autem Hugo tenet, quod tunc manifestabitur, quando conuertentur ad Christi fidem omnes Iudæi. Si autem Deus aliquo modo mihi incognito eam voluit esse Romæ, ego de hoc nihil temere affirmo, sed ex his quæ recitaui, quisque formet sibi fidem, vt ei placet. Quidam ergo, vt Chryso. sic exponunt, vt ipse Ioannes fuerit qui in deserto clamauerit, id est in Iudæa vel ad literam in deserto Iudeæ. Et tunc ly clamantis, stat intransitiuè, id est uox clamans, sicut dicitur, ciuitas Vincentiæ. Alij vero exponunt vt Christus fuerit clamans in deserto, id est in Iudæa & Ioannes fuerit eius vox, & sic dicitur vox clamantis in deserto, ac si dicatur vox Christi. Nec huic expositioni repugnat quod subditur, [parate viam Domini.] Licet enim Christus hoc non clamauerit per seipsum, clamauit tamen per Ioannem vocem suam, vel etiam per seipsum, vt aliqui dicunt, hoc prædicauit in sententia, cum dixit, pœnitentiam agite. Sequitur ergo, [parate viam Domini, rectas facite semitas eius.] Dixit autem sanctus Thomas super Ioann. quòd via ad recipiendum Deum parata & rectā est via iustitiæ, secundum illud Esaiæ vigessimosexto. Semita iusti recta est. Tunc aūt semita iusti recta est, īquit, quādo homo totus subijcitur Deo, intellectu scilicet per fidem, voluntate per amorem, operatione per obedientiam. Sed secundum Ambro. & Orige. per uias & semitas Domini intelligū tur corda. Grego. Via Domini ad cor dirigitur, cum ueritatis sermo humiliter auditur, Via Domini ad cor dirigitur, cum ad præceptum uita præparatur. Hæc ille. Et si obijciatur, quia dicitur Hierem. decimo. Scio domine quòd nō est hominis uia eius, nec uiri ut dirigat gressus suos. Respondet Gorram, dicens, quòd solus Deus dirigit uiam hominis per gratiam, sed nos dirigimus præparādo nos ad dirigi, i. faciendo quod in nobis est ut adiuuemur à Deo. Sequitur [omnis uallis adimplebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.] Secundum Gregor. in Home. per colles & montes intelligūtur superbi Iudæi, p ualles uero humiles Gētiles, qui per fidem eleuati sunt, & plenitudinem gratiæ receperunt. Vel secūdum Chry. per montes & colles generaliter intelliguntur superbi quos Christus humiliat: per ualles humiles, quos exaltat. Sequitur [& erunt praua in directa & aspera in uias planas.]

Nota, quod erunt idem est ac si dicat, conuertentur praua, id est iniusta corda, in directa, id est sancta & iusta: & aspera, id est mentes iracundæ in uias planas, id est in mansuetudinem Grego. in Homel. Praua directa fiunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta, ad iusticiæ regulam diriguntur. Aspera autem in uias planas immutantur, cum immites & iracundæ mentes, per infusionem gratiæ ad leuitatem mansuetudinis redeunt. Hæc ille. Sequitur [& uidebit omnis caro] id est omnis homo secundum Chrysost. ut Iudæi & Gentiles, est enim distributio pro generibus singulorum & non pro singulis generum [salutare] id est Saluatorē Iesum [Dei nostri] id est Dei Patris, qui illum misit in mundū. Vel secundum Grego. in Homel. hoc refertur ad diem iudicij, in quo omnes uidebunt Christum.

Moraliter. Ioānes significat eum in quo est gratia. Iste exiens de deserto suæ contemplationis, cum fuerit inter homines, clamat & hortatur dirigere corda ad Christum per pœnitentiam suscipiendam. Vnde Mat. duodecimo. Ex abundantia cordis os loquitur.

[Dominica

Dominica quarta Aduentus

Textus euang.Ioan. 1. cap.



MISERVNT Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarēt eum, Tu quis es? Et confessus est & non negauit. Et cōfessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo, Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respōdit. Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos, Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viā Domini, sicut dixit Esaias Propheta. Et qui missi fuerant erant ex Pharisęis. Et interrogauerunt eū, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque Propheta? Respondit eis Ioānes, dicēs, Ego baptizo ī aqua, medius autē vestrū stetit quē vos nescitis; Ipse est qui post me venturus ē, qui ante me factus est, cuius ego non sū dign⁹ vt soluā eius corrigiā calceamēti. Hęc in Bethania facta sūt trās Iordanē, vbi erat Ioānes baptizans.

MISERVNT Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, Ioan. primo. Apud Iudæos tres opiniones de Ioanne esse videbantur. Quidam enim dicebant ipsum esse Christum propter sanctitatem & authoritatem baptizandi. Quidam vero quòd erat Helias propter habitationem in deserto & asperitatem in victu & uestitu, & zelum Dei. Aliqui verò, quòd esset vnus magnus Propheta de prioribus resuscitatus propter gratiam prophetandi, sicut glossa videtur innuere. Ideo ad eum nuncios miserunt Iudęi, vt super his scirent veritatem, vel propter aliam causam, quæ dicetur. Continet autem præsens Euangelium tria puncta, quæ sunt legatio, interrogatio, disceptatio.

QVANTVM Ad primum, literaliter sciendum est, quòd, vt dicit magister hist. & Origenes; tempore quo Ioannes baptizabat, erat opinio communis, ꝙ adesset tempus Messiæ pręsens, vel statim futurū, & maximè in Hierusalem, vbi erat studium legis & prophetarum Videbant enim se perdidisse regnum, cū regnaret super eos Herodes Idumæus. Hoc autē erat datum pro signo aduentus Messiæ ad Iacob. Gen. 49 c. vbi dicit. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittēdus est. Item videbāt hebdomadas, quæ ab Angelo fuerant assignatæ Dan. 9. post quas habebat mori Christus, esse completas, vel statim complendas. Nam secundum vnam cōputationē, fuerunt completę in Natiuitate Christi, secundum aliam verò, in passione eiusdem. Ex alia autem parte videntes conuersationem & sanctitatē Ioannis & authoritatem, miserunt ad eum legationem. Causa aūt missionis secūdū Chry. potuit fuisse duplex. Prima quia crediderunt vel saltē suspicabantur vehemēter, Ioannem esse Christum. In hanc causam cōsentit, vt aliquibus videtur, Orige qui vu't ꝙ Iudæi cū reuerentia & simplici corde legationē fecerint ad illum. Cur vero magis crediderint Ioannē, quàm Iesum esse Christum? est dicendum secundū Chryso. ꝙ ex triplici causa fuit. Primò, propter asperitatem habitus, quia Christus habuit vestes communes, Ioannes autem de pilis camelorum. Secundò, propter parcitatem victus, quia Ioannes vtebatur locustis & melle siluestri, & vitabat cōsortia iniquorum, Christus vero viuebat communiter. & cum peccatoribus manducabat. Christus enim, sicut dicit sanctus Tho. tertia parte. quæstio. 40. fuit datus in exemplum omniū, vnde communem vitam duxit. Tertiò, propter generis claritatem, quia Ioannes fuit filius summi Pōtificis, Iesus autē putabatur filius fabri & paupercułæ mulieris. Alia causa, secundum Chryso. potuit fuisse. Nā Ioannes multum deferebat Christo, & multos ad illum mittebat. Iudæi vero superbi indignabantur subij-

ei Christo,& potius volebant subesse Ioanni,propterea ab illis dictū est,ꝙ potius crederatur Christus quàm Iesus,& ideo miserunt legationem,vt allicerēt eū ad hoc, ut se uellet fateri Christum, quamuis non esset.In hanc cām vř declinare Chry.vt ei sāctus Thomas & aliqui imponūt.Quicquid tamē fit de hoc,certū est, ꝙ ista legatio fuit solennissima.& in ea magnam reuerentiam exhibuerunt ei Iudæi. Hoc autem notatur scd̄m sanctū Thomam super Ioannē,ex quatuor. Primò, ex persona mittentium, quia [miserunt Iudæi]id est viri de tribu Iuda, q̄ erat tribus regia. Secundò, ex loco missionis,quia[ab Hierusalem]quæ erat ciuitas regia, in quà vigebat cultus Dei,& studiū diuinæ legis.Tertiò ex persona eorum,quos miserunt,quia[sacerdotes & Leuitas in quibus tam mores,quàm scientia legis dicebāt eminere. Quartò,ex modo proponendi suā legationem,quia[vt interrogarent eum]tāquam parati credere[tu quis es ?]E contrario dicebant Christo,tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Hæc ex illo.

Moraliter. Ioannes significat personā fidelem, maxime religiosam. Ista efficitur in opinione sanctitatis, per ea quæ populi vident ab extra, vnde cum Christus esset sanctior Ioanne in veritate,ècontrario erat in sententia hominum.Stulti ergo sunt qui volunt credi, ꝙ sint boni, & tamen volunt exempla mala monstrare.

QVANTVM ad secundum,sciendum est, ꝙ tres interrogationes isti fecerunt. Prima,iam tacta est,nam dixerunt, [tu qui es?]Sed,quare fecerūt istas interrogationes nunquid erat ignotus, cum esset nobilissimus,& vt dicit Lucæ 1.Factus fit timor magnus super omnia montana Iudçæ id est in Hierusalem,tēpore scilicet natiuitatis eius. Item ipsi videntur fuisse ab eo baptizati,qa Mar.1.dicitur.Egrediebatur ad eum omnis Iudçæ regio, & Hierosolymitę vniuersi & baptizabantur ab illo.

Ad hoc respondet,ꝙ scd̄m Chry.non interrogant quasi ignorantes,sed vt alliciant eum, vt se Christum esse dicat. Vel dicendum est,ꝙ licet cognoscerent personā eius, tamen ignorabant officium. Vel sicut dicit Orige. quamuis scirent eum filium Zachariæ, tamen dubitant,si forte qui expectabatur Helias apparuisset in Ioanne,sicut & de Christo erat varia opinio, quibusdam dicentibus ꝙ esset Helias, alij vero ꝙ Hieremias,aut vnus ex Prophetis. Et intellige,ꝙ dubitant, an esset Helias, sed magis pendebant ꝙ esset Christus, si simpliciter intendebant. Eo enim tempore, erat apud Iudæos in authoritate dogma illud,ꝙ animæ à corpore migrarent in corpus, ideoque credebant animam Heliæ in corpore apparuisse Ioannis, & hoc idem quidam hæretici crediderūt,at referunt Orig.& S.Tho.sed dn̄t, Ioannem negasse se esse,Heliam ex ignorantia Sed contra,inquit Orig.quia irrationabile vř, Prophetam illuminatū à Spiritu sancto,& de vnigenito tāta narrantē,ignorasse,an sua anima aliqn̄ fuerit in Helia. S. Th.autem videtur sentire,vt patebit,ꝙ ipsi credebant Ioannem esse Heliam in corpore & anima, & ꝙ licet in eius natiuitate mirati sint vniuersi, tamen non est credibile eos sic credidisse, quia & Mar. 12.habetur simile de Herode, qui credebat Christum esse Ioannem quem decollauerat,& tamen diu ante decollationem Ioannis Christus prædicauerat, & fuerat notus. Et ideo, inquit,ex simili amentia & crassitudine, Iudæi quærebant à Ioanne, an ipse esset Helias.Hæc ex illo. Et intellige,ꝙ credebāt ipsum esse Heliam,sed cum aliqua hæsitatione & suspitione de opposito, ideoque diuersa interrogant. Sequitur [& confessus est] scilicet veritatem secundum Orig. & S. Tho. [& non negauit,] scilicet veritatem, quamuis negauerit se Christum. Vel quod dicitur [& non negauit] potest intelligi,q̄a postquam vnum confessus est, nō negauit postea illud, sed firmus stetit in confessione. Quid vero sit confessus ostenditur cum subditur [& confessus est,quia nō sum ego Christus.] Licet enim de hoc specialiter non interrogassent,tamē respondit ad mētem eorum siue simpliciter siue maliciosè interrogarent. Sequitur interrogatio secūda [& interrogauerunt eum. Quid ergo, Helias es tu?] Quod ideo interrogant, secundum Aug.& Chry.quia nouerant quòd Helias præcursurus erat Christū. Malach.4. Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetā antequam veniat dies Domini.Sanctus autem Thom. dicit eos sic interrogare, quia habentes ex scripturis Heliam non fuisse mor-

mortuum, sed raptum viuum per turbinē in cœlū', crediderunt eum subito inter eos apparuisse,& redit in idem.Sed cōtra, quia erat eis notus.vnde dicitur Luc.1.ꝙ mirati sunt vniuersi. Ad hoc dicit sanctus Thom. eodem modo quo supra dictum est. Vel sicut dicunt aliqui,puta Orig.occasio interro gationis potuit esse, quorundam Iudæorū error, qui animam crediderunt de corpore in corpous transferri. Vnde quia Ioannes similis Heliæ in multis videbat,dubitauerunt an esset Helias.Sequitur[& dixit, non sum] scilicet Helias.Sed Greg.hic mouet quęstionem, quia dominus requisitus à discipulis de Helię aduentu,de quo dicebatur ꝙ Christum deberet præcedere, respondit, dicens, Ioannes ipse est Helias. Matth. 11. Ad hoc autem responder idem Grego.& communiter alij, & istam quæstionē soluit Angelus, Luc.1.Ipse,inquit,pręcedet ante eum in spiritu & virtute Heliæ. Non ergo fuit Helias in ꝑsona,sed ī spiritu,& virtute, & similitudine vitæ,vt patet ex dictis, Vterque enim fuit eremita,& vterque cōsequenter parcus in cibo,& potu,& vterq; duris vestibus op⁊tus,& vterque virtutis zelator vnde ille contra Acahz,iste contra Herodem pugnauit, & vterque alicuius dñici aduentus præcursor.Sequitur tertia interrogatio.cum dicit. [propheta es tu?]Pro qua sciendum est ꝙ Iudæi,sicut expectabāt Heliam,ita expectabant quendam magnum Prophetā,de quo putabant prophetasse Moysen.Exo. 18.Prophetā, inquit, suscitabit vobis dñs de fratribus vestris.& tamē ista prophetia intelligēda est de Christo.Sicut enim dicit Orig.Iudæi male scripturam intelligentes,tres personas excellentes expectabant,scilicet Christum,Heliam,& istum Prophetam.Tripliciter ergo pōt intelligi ista tertia interrogatio. Primo modo,intelligitur secundū Orige.de isto Propheta,de quo dicitur Exo.18. Vnde in græco ponitur ly propheta cū articulo denotante ꝙ stat Antonomasicè ꝓ illo propheta excellente. Secundum verò aliquos alios,intelligitur de Heliseo;quia vt dicit sanctus Tho. ad tres personas videbatur pertinere officium baptizandi,qđ Ioannes exercebat;scilicet ad Christum, de quo dicitur Ezech.33.effundam super vos aquā mundā.& ad Heliam,qui diuisit aquā Iordanis. 4.Reg. 2. & ad Heliseū,cuius præcepto Naaman se lauit in Iordane, qui etiā Heliseus dicitur excellens Propheta propter miranda signa quæ fecit. Tertiò, intelligitur secundum Greg.de Propheta in communi. Secundum ergo primam,& secundum acceptionem nulla est difficultas, cum Ioannes respondet. Non sum, scilicet propheta ille de quo prophetauit Moyses,neque sum Heliseus. Sed secundum tertiam, est quæstio, quia ipse fuit plusquam Propheta. Soluitur autem à Beato Aug.& sancto Th.quia non est Ioannes Propheta,sed maior quàm Propheta. Sed contra hoc arguit Nico. de Ly. quia minus includitur in maiori,sicut quaternarius in quinario, ideo qui est plusquā Propheta,est etiam Propheta. Sed ad hoc sic dico. Et si enim maius includat minus, non tamen est minus, neque quinarius est quaternarius. Et eodē modo neq; plusquā Propheta est Propheta,quāuis includat virtualiter Prophetam,& hoc si sumamus Prophetam secundum rationem nominis a procul sando scilicet,quia prædicit futura,nam plusquam Propheta non solum prædicit futura,sed monstrat præsentia.Et si cōtra hoc obijciatur, quia ad Prophetam spectat etiā præsentia occulta dicere,quia talia sunt ꝓcul à cognitione humana. Dico, ꝙ magis distant futura, quia nō est aliquod præsens quod non possit ab aliqua creatura cognosci. Et si arguatur, quia secundum hoc maioris virtutis erit cognoscere futura quàm præsentia tantum, dico ꝙ verum est, sed cū hoc stat ꝙ sit minoris dignitatis cognoscere & demonstrare hoc præsens,quod est Christus,quàm futura cognoscere. Maioris inquam non ratione cognitionis,sed ratione rei cognitæ, vel ratione officij ad quod talis demonstratur,eligitur. Vel aliter dico ad obiectionem, ꝙ futura sunt magis ꝓcul quàm præsentia,extensiue, quia scilicet distant cognitione & euentu simul:præsentia vero occulta cognitione solum. Hæc igitur secundum rationem nominis dici possunt, & sic intelligitur solutio Aug. dicentis,qđ plusquam Propheta, scilicet vt sic, idest vt ostendit præsentia, nō est propriè & strictè Propheta. Sed tamē in rei veritate Ioannes fuit Propheta, vt patet testimonio patris sui eius Lucæ.1. quāuis nō debeat denominari ꝓpriè Propheta, sed plusquam Propheta,i. Baptista,vel præcursor,& Angelus,quia ꝓ priè,

priè res denominātur à sua vltima pfectio ne & dignitate. puta sacerdosā sacerdotio, & non à diaconatu. Dato autē ꝙ plusquā Propheta sit Propheta.nō tamē est Propheta tantum & sic soluit Grego. Et sic intelligitur etiā solutio Augustini & sancti Thomæ,qui dicunt ꝙ negauit se esse Prophetā simpliciter,idest præcisè.Sed q̄a nihil adhuc affirmatiuè responderat Ioannes, ideo faciunt quartam interrogationē,qua de nullo specialiter interrogant dicentes. [Quis es?vt responsū demus his qui miserūt nos, quid dicis de teipso?] ſcd̄m Chryſ.hoc non interrogant, vt possint dare responsū mittētibus,vt dicunt Nam habita responsione affirmatiua,tacuissent, & nō fuissent cōuersi ad reprehensiones.Sed tamen beatus Ioānes respondit[ego vox clamantis in deserto.] Ista patent ex dictis in præcedenti Euangelio.

Sed tamen adhuc sciendum est,secundū sanctum Tho.super Ioan.ꝙ ratio literalis, quare Ioannes clamauerit in deserto,est:vt in deserto manens immunis esset ab omni peccato,& consequēter dignior Christo testimoniū ferret & illud ex sua vita esset credibilius.Mystica vero est,vt ostēdatur ꝙ de cætero doctrina Dei non deberet esse tantum in Hierusalē,sed in deserto Gētilitatis. Clamabat autem, secundum eundē,ꝓpter quatuor. Primò, ad ostendendum ꝙ Christus in se & in Ioāne manifestè loquebatur, quia clamor manifestationem importat:in Prophetis autem non clamauit,quia tenebrosa aqua in nubibus aeris,id est sciētia in prophetis. Secūdò, quia Iudæi erant distantes. Tertiò, quia erant surdi.Quartò, quia cum indignatione loquebantur, quasi iram demeruissent.

Moraliter. Ioānes qui interpretatur gratia domini,significat virum iustum ad quē ex Hierusalem,scilicet cœlesti,mittuntur nūcij,idest Angeli, interrogantes eū. Tu qui es?idest inspirantes eum ad cognitionē propriæ fragilitatis & iniquitatis.& ipse cōfitetur veritatem quia iustus est accusator sui. Item interrogant,si est Helias, quod interpretatur robustus dominator,scilicet passionum suarum.Itē interrogant si est Propheta,idest prudens, & præconsiderans futura in morte,& in iudicio,& respōdet.Nō,quādo ita est,vel quando est quidem,sed nō vt debitum est,& hæc responsio est in cogitatione & in sacramentali confessione.

QVANTVM ad tertium, in tertia parte Euangelij tangitur quædā disceptatio, quia isti acriter reprehendebant Ioannem, & ille humiliter se excusabat. Est autem sciendum ꝙ Euangelista curauit ostendere ꝙ isti caluminose & ex inuidia interrogabāt,& amouere à mētibus nostris admirationē de tam præsumptuosa temeritate istorum dicens,[Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis.]Quasi diceret.Non est mirandum de temeritate eorū,quia erāt ex Pharisæis, quod interpretatur diuisis. Erant enī quidam religiosi diuisi ab alijs per cultum exteriorem,quibus,vt ait sanctus Thomas, sua religio ausum præbebat. Et vt idem dicit,inter omnes alios insidiosè & calumniosè se habebant ad Christum.Et nota secundum Origenem,ꝙ isti sunt alij nuncij a prędictis,ideo illi tāquā sacerdotes & Leuitæ modestè locuti sunt, sed secūdùm Augustinum & Chrysostomum illi ijdem fuerunt, q̄ simul Pharisei erant & sacerdotes & Leuitæ,qđ apertè innuit Euāgelista, qui dicit prius,ꝙ miserunt Iudæi sacerdotes & Leuitas;& deinde dicit,& qui missi fuerant,erāt ex Pharisæis.Sequitur[& interrogauerūt eū, quid ergo baptizas,si tu non es Christus,neque Helias, neque Propheta?]Ex hoc videtur ꝙ illimet nuncij fuerunt, q̄ de Helia & Propheta interrogauerant, & nunc secūdū mentem Chry. aperiunt dolū suum qui latuerat,quia cum non potuissent illum blanditijs subuertere,ad dura se conuertunt.Grego.Sanctus quisque,cum peruersa mente requiritur,à bonitatis suæ studio non mutatꝰ. Vnde Ioannes,contra verba inuidiæ,prædicamenta respōdet vitæ.Hæc ille. Vnde subditur[Respondit, dicens, ego baptizo in aqua]quasi diceret,non miremini de meo baptismate,quia est solum præparatorium ab baptismum Christi, nam ego baptizo in aqua,idest secundum sanctum Th.corpora tantum,&;non animas lauo,quod non sufficit ad completum baptismum,sed ille qui erit Deus & homo,lauabit corpus & spiritū. Vnde de Christo subditur[medius autē vestrū stetit,quē vos nescitis.] Hoc autem exponitur primò secundum Chry sic,vt ad conuersationem referatur, medius ergo vestrum stetit,communiter conuersando,quē

vos

vos nescitis, q.a nescitis quis sit, & vnde sit, quia Deus est, & à Deo, & à matre, quia tūc modo. Secundò, exponitur scd'm Orig. quā tū ad deitatē. Nam dr Hier. 23. Cœlum & terram impleo, dicit dominus. Medius ergo, idest, in medio vestrum stetit secundum deitatē, eo modo quo, anima stat in medio & omni parte corporis, quem vos nescitis etiā si uideatis eius humanitatem. Tertio modò exponitur secundum eundem Orig. quā tum ad efficientiam seu influētiam, nā cor est in medio animalis, & ponitur aliq uando pro intellectu, iuxta illud Psalm. Dixit insipiens in corde suo, licet intellectus non sit potentia alligata organo, quia à corde, si cut à principali mēbro, procedit vita & motus, & operatio animalis. Christus ergo cū sit verbum, & sapientia per effectum suū ē, in omni intellectu; cum omne verbum, & omnis sapientia, sit quædā participatio diuini verbi. Et quia intellectus pro corde ponitur, sequitur, q. per effectum suum sit aliquo modo medius, id est in corde, quod est in medio omniū. quem vos ò superbi Pharisæi nescitis, excæcati superbia & mala voluntate. Quartò, secundum sanc. Tho. & aliquos sic exponitur, vt in hoc arguantur sacerdotes & Leuitę, qui sciebant Christū venturum per scripturas. Medius, inquit, vestrū stetit, s. in scriptura, quam quotidie legitis, quem tamen vos nescitis, adeo, vt nō agnoscatis præsentem, quem futurum putatis. Sequitur [ipse est, qui post me venit, qui ante me factus est] Hoc autem exponitur, primò secundum Chry. Greg. & Orige sic [Post me venit] nascendo, baptizando, prædicando; nam tota vita, & cōuersatio & prædicatio, & baptizatio Ioānis, fuit ordinata ad susceptionē Christi; venit enim vt omnes crederent per illum. Ioan. 1 [qui ante me factus est] dignitate & sanctitate, quia me oportet minui, illum autem crescere. Ioā. 3. Vel, secundo modo potest exponi, referendo ad ipsam perfectionem Christi, inquantū erat homo, quæ fuit per gratiam & virtutes & scientias, licet enim Ioannes prius fuerit conceptus & natus, tamen antequam Ioannes nasceretur, Christus fuit factus perfectus homo, & multo excellentius, quàm aliquo tempore fuerit Ioannes. Vnde subditur. [Cuius non sum dignus ut soluam corrigiam calceamenti eius.] quod allegoricè dictum est. Hoc enim secundum Chry. voluit dicere, quòd non esset dignus esse minister eius. Secūdum Grego. verò voluit dicere, quòd non erat dignus vsurpare sibi nomen Christi, qui est sponsus ecclesię. Nam secundum morem legis Moysaicæ, vt patet Deut. 25. cum quis relicta vxore sine semine moriebatur, propinquior ei accipiebat vxorem eius & suscitabat ei semen. Quòd si propinquissimus hoc facere renuebat, ille qui secundo loco erat, accipiebat eam. Ita tamen quòd prius soluebat calceamentum de pede prioris. Vel aliter secundum eundem, quia per calceamēta, quæ ex mortuorum animalium pellibus fiunt, humanitas nostra mortalis designatur; per pedes, vero diuinitas. Soluere igitur corrigiam calceamenti, est enucleare misteriū incarnationis, quod nullus sufficit. Licet autem isti duo sensus Gregorij videantur spirituales; tamen credo quòd sint literales, maximè primus. Ad certitudinem autem huius rei, subiungitur locus, cùm dicitur [Hæc in Bethania facta fuit trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans] in medio: s. multitudine, vt dicit Chrysosto. Et secundùm eundem, exemplaria emendata non habēt Bethania, quia est in monte Oliueti, sed habent Bethabara, quæ est villa trans Iordanem, & idem tenet Orige. Veruntamen, potest dici, vt dicit sanctus Tho. super Ioan. quod cùm libri tàm græci, quàm latini non Bethabora, sed Bethania dicant, duplex est Bethania una in monte Oliueti, alia trans Iordanem. Sed hæc propriè non Bethania, sed Bethabora dicitur secundum Orig. & Chry. ut dictum est.

Moraliter, Ioannes, qui præparat uiam Christo ad cor humanum, significat prædicatorem. Debet ergo prædicator esse uox perfecta. Est autem perfecta uox secundum Isido. si est alta, suauis, & clara; debet ergo prædicatio propter cœlestia esse feruens, & non obscurata scandalis uel ignorantia. Debet etiam clamare, & dirigere, sicut Ioannes. Quomodo autem est, an Christus incederet calceatus uel discalceatus. Videtur enim quòd discalceatus incederet, aliquibus; quibusdam uerò uidetur oppositum: & magna est concertatio de hoc inter Nico.

co de Ly.& Paulum Burgen.Mat.1.Sed veritas est,id quod August.dicit in ho.de verbis domini, vbi ait. De his calceamentis quibus calceati sumus, confortat me Dominus Iesus, q̃a nisi calceatus fuisset, de eo Ioannes nõ dixisset. Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Surrepat ergo humana præsumptio, dicens, ego Euangelium seruo, quia nudo pede ambulo. Hæc ille. Quòd vero dicitur Mat.10. quòd Christus præcepit Apostolis, ne portarent calceamenta,intelligitur secundum S.Tho. super Mat.& Aug.de cõ.Euan. ne portarẽt calceamenta, alia ad his, quibus actu erant calceati, Vnde, & secundum Mar.c.6.erant calceati sandalijs,quæ,vt dicit S.Thom. super Mat.erant calceamenta pauperum.Pro his aduerte,ꝙ illa verba, quæ ibi ponuntur, f.Mat.10.vbi vistualiter dicitur,Nolite possidere aurum,neque argentum,neque pecuniam in zonis vestris,non peram in via, neque duas tunicas,i.vestes duplices,vt exponit S.Thom. super Mat. neque calceamenta, neq; virgam: dignus est enim operarius mercede sua. Ista,inquam,verba dupliciter exponuntur. Primò, secundum Hiero. & Chry.qui dicunt, ꝙ ista fuerunt Apostolis tradita per modum præcepti,solum pro eo tempore quo prædicabant Iudæis, qui prædicatoribus prouidere consueuerant, i.vsq; ad Christi passionem. Et huic consonat dictum Christi tempore suæ mortis, quod habetur Luc.22. Quando misi vos, inquit,sine sacculo, i. bursa, pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis ? At illi dixerũt:Nihil. Dixit ergo eis:Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter & peram, & hoc ideo, quia ex tunc habebant gentibus prædicare. Aug.verò exponit,vt in istis verbis nihil fuerit præceptum Apostolis, neq; consultum,sed fuerit eis data licentia,consequenter, [vt dicit,] melius faciebant,qui ista, non accipiendi sumptus ab his quibus prædicabant,& seruabant,ꝗ̃ seruantes. Vnde. & Paulus lucrabatur manibus suis ne acciperet ab alijs. Sciendum est etiam, quòd Marc.6.dicitur,ꝙ Apostoli deberent portare virgam,quòd hic Mat.negat, sed,vt dicit August. unus metaphoricè, & alius ad literam sumit virgam. Matth.ergo, vt quidam dicunt, per virgam intelligit subsidium temporalium. Mar. verò ad literam accepit,quia Iudæorum doctores virgam in signum doctrinæ ferre consueuerant. Amen.

In vigilia natiuitatis Domini.

Textus Euangelij. Matth.1.cap.



CVM esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph,antequã conuenirent,inuenta est in vtero hñs de Spiritusancto.Ioseph autem vir eius cũ esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus dñi in somnis apparuit ei,dicẽs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod.n.in ea natũ est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium,& vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

CVM esset desponsata mater Iesu]Mat.1. In præsenti Euang.tanguntur tria puncta,quæ sunt. Conceptio,fluctuatio, reuelatio.

QVANTVM ad primum, sciendum est literaliter,ꝙ secundum doctrinam San. Tho.3.par.q.29.ar.2. beata Virgo quando concepit Christum erat desponsata, & etiã domi;quia,s.iam adduxerat eam Ioseph ad domum suam.Aliter enim non fuisset sufficienter prouisum famæ eius, s. si nõ fuisset tempore sui conceptus in domo sponsi; quia secundum Chrys. dedecus est puellæ etiam desponsatæ, in domo paterna concipere. Sed hic est duplex dubitatio. Prima, quare Christus voluit ex desponsata nasci? Ad hoc respondetur, vt supra, feria quarta post tertiam Domi. Secunda, quare si erat iam in domo sponsi, non conueuerant carnaliter ? Ad hoc dicitur, quòd mos fuit apud Iudæos, habere desponsatas per aliquot

dies in domo sponsi, ante carnalem copulā. In his autem diebus, orationibus vacabāt, implorandoq́ misericordiam Domini, vt patet Tob, 8. Res ergo ita acta est. Maria enim vouit virginitatem Deo, si ei placeret; dein de committens se diuinæ dispositioni, nupsit & consensit in copulam coniugalem explicitè, quæ consistit in vinculo animorum & non corporum, gl. Insti. de pa. po. §. 1. In carnalem autem implicitè si Deo placeret. Vnde fuit ibi verum matrimonium, vt patet per S. Tho. vbi supra. Deinde fuit per aliquos dies in domo sponsi, in illis diebus ante carnalem copulam, Ioseph cognouit votum Mariæ, vt creditur, de virginitate seruanda, & absolutè tunc vterque vouit. Ipse enim Ioseph tunc erat virgo, quia nūquam credendum est Christum matrem commendare voluisse, nisi virgini. Deinde Angelus apparuit virgini, & cōcepit. Post conceptū verò virgo fuit cum Elisabeth tribus mensibus, ideo cùm rediit apparuit grauida. Dr ergo [cùm esset desponsata] immo & addo mum sponsi adducta [mater Iesu,] i. Saluatoris. [Maria] quæ dicitur Stella maris [Ioseph] qui fuit faber lignarius. Et in hoc significatur secundum Chrys. quòd Christus per lignum Crucis saluaret mundum, [ante quam conuenirent] carnaliter secundum Chrys. quamuis conuenissent in vna domo [inuenta est,] s. ab ipso Ioseph, secundum Hiero. [in vtero habens] i. grauida [de spiritu sancto] i. virtute Spiritu sancti; secūdum Chrys. Qui Spiritus sanctus in conceptione suppleuit locum maris.

Pro hoc, nota ex doctrina S. Tho. 3. par. q. 31. ꝙ in semine triplex est sanguis superfluus in indiuiduo. Primus est sanguis, qui iam transiuit in semē. Iste est imperfectus, in genere feminum, vt dicitur in lib. de generatione animalium. Vnde ad generationem non requiritur, nec de tali concepit Virgo, quia iste non deducitur ad matricē per resolutionem, nisi interueniente concupiscentia. Alius est sanguis menstruus, qui est quoddam naturæ purgamentum, & per singulos mēses emittitur. Est autem tertius sanguis valde digestus, qui non transiuit in semen, & tamen est purgatus per expulsionem menstrui. Istum natura pręparat generationi, & ex isto concepit Virgo Spiritusancto deducente illū ad matricem, sicut in alijs deducitur per semen maris. Et notā ꝙ tota Trinitas fecit istum effectum, quia indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra, secūndum regu. Theol sed tamen attribuitur Spirituisancto, secundum S. Th. vbi supra, q. 32. Nam istam incarnationem fecit Deus ex bonitate, & natura humana est assumpta ex gratia, & ad hoc facta est assumptio, vt ille homo esset sanctus. Manifestum est autem, ꝙ bonitas & gratia attribuuntur Spirituisancto, & sanctificatio fit per Spiritum sanctum. Item, nota, ꝙ ista præpositio, de, importat efficientiam & consubstātialitatem & vtrunque conuenit Spirituisancto respectu Christi: consubstantialitas quidem rōne personæ, efficientia vero ratione naturæ assumptæ, vt patet ubi supra. Aug. tamē dicit, ꝙ qn̄ vna diuina persona nominatur, s. in rebus ad extra, de quibus loquitur, tota Trinitas intelligitur. Vnde esse conceptum de Spiritusancto, est esse conceptum virtute Dei. Est autem sciendum, ꝙ sicut dicit beatus Hiero. Heluidius hæreticus, qui existimabat beatam Mariam post Christum multos filios habuisse, hinc sumit argumentum, sic arguens. Si Maria & Ioseph nunq̄ conuenissent, Euangelista non dixisset, antequam conuenirent. Ad hoc respondet B. Hiero. per distinctionem. Nam ista dictio, antequam, importat ordinem ad futurum, dupliciter. Vno modo realiter, vt si dico. Heri antequam veniret vespera præcessit meridies. Sensus est enim, ꝙ prius venit meridies, deinde vespera. Alio modo, secūdum rationem, vel intentionem, vt si dico. Antequam Romæ pranderem, in portu nauigaui ad Africam. Non enim est sensus, quòd post nauigationem ad Africam sim pransus Romæ in portu, sed sensus est, quòd intendebam prandere, & præoccupatus sum à ventis, & non pransus nauigaui. Remigius autem exponit, antequam conuenirent ad solemnem celebrationem nuptiarum, & non antequam conuenirent carnaliter, & sic cessat obiectio.

Moraliter. Instruimur, ꝙ qui abstinent à voluptatibus corporalibus, sicut ista sponsa, quæ in domo mariti se continebat, cōcipiunt de Spiritusancto, quia percipiunt in mente delectationem spiritualem. Psalmus. Renuit consolari anima mea, scilicet sensualiter, & sequtur, Memor fui Dei, & delectatus

lectatus sum.

QVANTVM ad secundum, dicitur [Ioseph autẽ vir eius cùm esset iustus; & nollet eam traducere, id est propalare secundum glo. vel ducere in coniugium secũdum Orig. [uoluit occultè dimittere eam.] Pro quo sciẽdum est, ꝙ postquam Maria regressa est ab Elisabeth post tres menses, Ioseph videns eam turgido ventre, habuit argumenta insolubilia ex vtraq; parte, vt ita dicam. Ex vna enim parte, videbat vẽtrem; & sciebat se non esse in causa; & ꝙ sponsa fuerat absens tanto tempore: ex alia verò, nouerat voluntatem virginis, cũ qua vouerat virginitatem. & secundum Chryso. existimabat impossibile, Mariam cecidisse. Circa hoc ergo est triplex opinio: Quidam enim vt Ambro. & Augu. dicunt, ꝙ declinauit ad illam partem qua suspicabatur, quòd Maria adulterasset, & huic opinioni sanctus Tho. in 3. par. q. 29. ar. 3. ad tertium videtur fauere. Sed contra hoc statim oritur dubitatio: Si enim suspicabatur ꝙ esset adultera; quomodo erat iustus, si nolebat eam traducere, id est propalare? Ad hoc soluit primò Chryso. di. quòd Euangelista nominat eum iustum à iustitia legali vel generali, quę dicitur de omni virtute, ita ꝙ ideo dictus est iustus, quia pius: nõ autem dictus est iustus à iustitia quæ est virtus cardinalis & specialis. Secundò, soluit Augu. ꝙ istud peccatũ erat occultum, ita ꝙ ipse solus de hoc poterat aduertere; ideo non erat publicè denunciandum. Tertiò soluit Raba. quòd iustus fuit in hoc, ꝙ nolebat ei cohabitare, sed pius in hoc, quòd noluit eam traducere. Quidã verò vt Orig. & Remi. dicunt, ꝙ declinauit ad aliam partem: quia sciens Christum de virgine nasciturum, & quòd Maria esset de semine Dauid & tantæ sanctitatis, credit, ꝙ esset ista; ideo indignum se reputauit eius cohabitatione. vnde nolebat eam traducere, id est ad se ducere in coniugem. sed volebat eam repudiare. Et huic opinioni S. Th. soluit in 4. distin. 30 q. 2. ar. 2. ad vltimũ. Quidam verò dicũt ꝙ erat perplexus, & huius sententiæ videtur esse Hierony. qui ait: Hoc testimonium maximum est quod Ioseph sciens eius castitatem, & admirans quod euenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat. Hæc ille. Mihi apparet quod secundam opinionem destruat Angelus, qui volens suadere Ioseph, ne timeret accipere eã; dixit, quòd cõceperat de Spiritu sãcto; Hoc enim fuisset magis eũ terrere, si ratione sanctitatis eã deserere volebat. Sed nec est rationabile. quòd absolutè & certitudinaliter iudicauerit eam esse adulteram, cùm sciret vnam virginem parituram, vt dicit Hieron. & verisimiliter posset dubitare de ista. Relinquitur ergo tertia opinio vt vera. Et sic ex humilitate nolebat cohabitare tãtæ sanctitati ex vna parte, vt di. S. Tho. in 4. & ex pietate nolebat eam traducere, id est publicè diffamare, vt idem dicit in 3. par. Angelus autem iussit eum non timere, contra illam humilitatem, & dixit conceptionẽ fuisse sanctam, contra suspitionem. Sed quare Virgo fluctuanti secretũ Dei nõ reuelauit? Respõdet Beatus Vincen. quòd nesciebat si placeret Deo, & firmiter credebat, quod Deus hoc reuelaret. cùm esset opportunũ, sicut & fecit. Est autẽ hoc vnum euidens, signum, quòd alicuius reuelationes à Deo sint, quod eas non manifestat, etiam vbi videtur opportunum, quia sunt cum humilitate.

Moraliter. Instruimur quòd quãdo quis est perplexus super alicuius delicto, potius ad misericordiam, quàm ad iustitiam declinandum est. Cùm enim sunt partium iura obscura, reo fauendum est, potius quàm actori, extra de reg. iur. lib. 6. Et primum debemus Deum imitari; qui in præsenti vita est ad misericordiam pronior quàm ad iustitiam.

QVANTVM ad tertium, sciendum est, ꝙ sicut dicit Remigius, Si Ioseph cõsiliũ suum perfecisset, omninò beata Virgo fuisset aliquo modo infamata: ideoq; Deus statim mutauit eius consilium. Vnde dicit [Hæc autem eo cogitante] glo. in quo notatur animus sapientis, qui nil temerè vult incipere. Hæc ille. Chryso. in Homel. Notatur etiam mansuetudo Ioseph, quia nulli enarrauit suam suspitionem, neque ei quæ suspecta erat, scilicet in se cogitabat. Hæc ille. Sequitur [Ecce Angelus apparuit in somnis Ioseph dicens] tunc enim anima quietatis sensibus aptior est ad percipienda diuina. Et in somno quidem non habetur vsus rationis quantum ad iudicare, eò quod iudicium fiat per resolutionem ad prima principia cognitionis, id est ad sensus, q tũc ligant oẽs, aut quidã; hr tamẽ tunc quãtum ad percipere

Est

Est autem notandū, secundū Chrysost. ꝙ Angelus non apparuit ei manifestè, quia erat valde fidelis. Pastoribus autē apparuit manifestè, quia indigebant tāquam rudes; sicut & Zacharias propter incredulitatē & beata Virgo, propter ea, quod prima erat, quæ de summis rebus instruebatur, & iterū quia erat vera mater, non autem Ioseph verus pater. Est autem notandū ꝓ dicto Chrysosto. quòd secūdū beatū Diony. ad diuinā prouidentiam pertinet, rerum naturam nō destruere, sed saluare. Igitur Deus vult naturales suas operationes, & suos effectus habere, nec præter illas, aliquid facit sine necessitate, & vbi illę deficiunt, ipse supplet, quia nec abundat in superfluis, nec deficit in necessarijs, sicut nec natura, quam ipse instituit. Nunquam igitur Deus facit miracula, vbi vel quando naturales causæ producere & efficere possunt aliqua, vbi, qn̄, & quomodo, Deus vult illa produci; sed lætatur intueri creaturas facientes suos effectus, sicut nec prudēs rex se ītromittit de officijs subditorum, nisi vbi illi deficiunt. Similiter & Deus nō admonet aliquem specialiter, vbi sufficiunt scripturarum & sanctorum monitiones, neque ostendit visionem in somnis, vbi sufficit inspiratio cordis, neque ostēdit visionem corporalē & sensibilem, vbi sufficit imaginaria & in somnis; vt in ꝓposito, nec facit duas, vbi sufficit vna, secundum illud Iob 33. Semel loquitur Deus, & secūdò id ipsum non repetit. Est etiam notandum quòd sicut credere faciliter somnijs, leue ē & periculosum, ita etiām nimis tarde credere, vbi concurrunt signa bona de quibus sācti loquuntur, & de quibus forte dicetur in quæstionibus, videtur infidelitatis; vnde Chrysosto commendat Ioseph, quod crediderit Angelo apparenti in somnis, & Zacharias fuit punitus, quia non credidit Angelo apparenti tempore sacrificij. quod signum erat bonæ apparitionis. In hac tamē re generalem regulam omnibus sufficientē dare, credo impossibile, nisi quod se quisq; spiritualis patris consilio humiliter committat [Ioseph fili Dauid] ideo Dauid commemorat secundùm Chrysostom. quia de Christo loqui volebat, qui promissus fuerat Dauid [Noli timere accipere] id est intus retinere secundum Chrisosto. quia iam mente dimissa erat. Vel secūdùm Rab. noli timere accipere ad assiduam cohabitationem [Mariam coniugem tuam] secundum Ambro Maria dicitur coniunx celebratione nuptiarum, non corporum copulatione.

Et nota secūdum Chrysosto. super Mat. quòd triplici causa Angelus apparuit Ioseph. Primò, ne iustus peccaret. Secundò, propter honorem Marię. Tertiò, vt diligentius se eudostiret ab illa, quàm prius. Apparuit tamē post conceptionem Virginis, nō ante, secundum eundem; ne Ioseph dubitaret, sicut & Zacharias, cum maius sit virginem concipere quàm sterilem [Quod enim in ea natum est] Non dicit de ea, quia loquitur de natiuitate in vtero, non ex vtero. [de Spiritusancto est) Nam, sicut dicit Sanctus Thom. super Matt. in semine maris est virtus formatiua quæ est in spiritibus, & deducit materiā ad matricem, & eam ibi fouet ex corpulenta substantia. Spiritussanctus ergo tenuit vicem seminis quò ad primum, non autem quò ad secundum. Sed, quare non dicitur Spiritussanctus pater Christi? Respondet Augustin. quòd etiam de homine aliquid nascitur, quod tamen non est hominis filius, vt vermis & capillus. Et intendit Augusti. quòd oportet filiū esse eiusdem naturæ cum patre. Christus ergo (vt dicit San. Thom. vbi supra) non est filius Spiritussancti quò ad naturā humanā, cum non sit eiusdem naturæ cum eo, nec quo ad diuinam, quia nihil accepit filius à Spiritusancto, sed bene èconuerso. Sed tertia par. quæstio. trigesima secunda, assignat aliam rationem San. Thom. de hoc dicens. Quòd qn̄ aliquid dicitur de aliquo, scd̄m propriam & perfectam rationem, nō debet dici secundùm imperfectam, sicut quia Socrates est proprie homo, non dicitur homo eo modo, quo imago hominis dicitur homo, etiam si ipse alteri homini assimiletur. Quia ergo Christus est filius Dei verè, & perfectè, & propriè, per æternam generationem, non debet dici filius Dei secūdùm creationem, vel iustificationem in natura humana. Ideo solius æterni Patris est Filius nō aūt Spiritussancti, vel totius Trinitatis. [pariet aūt filiū & vocabis] scd̄m Rab. non dicit impones, sed vocabis, q̄a impositum est hoc nomen à Deo [nomen eius Iesum] saluatorem. Nam secundū Hier. Iesus He-

bræo sermone saluator dicitur, vnde subdi tur[ipse enim saluum faciet populum suū] .i. populum sanguine suo sanctificatum, i. Christianum: non autem suum, i. Iudaicū, qui consueuerat esse populus domini. Nā dicitur Dan.9.c. Non erit eius populus, qui eum negaturus est[à peccatis eorum] Ergo ista salus spiritualis est, nec vnquam hactenus fuit talis Saluator, & consequenter illud nomen fuit nouum, quantùm ad significatum.

Moraliter. Docemur, quòd cùm iustus homo bono fine mouetur, si non sit præceps, sed deliberet secum, an bene, vel male faciat, non deest & diuinum consilium, quo retrahatur à malo.

In nocte Natiuitatis Domini.

Textus Euangelij Lucæ cap. 1.



XIIT ædictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Ascendit aūt & Ioseph à Galilæa ad ciuitatem Nazareth, in Iudęam ciuitatem Dauid, quę vocatur Bethlehē, eò quòd esset de domo, & familia Dauid, vt profiteretur cū Maria desponsata sibi vxore pręgnante. Factū est aūt cū essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret. Et peperit filium suū primogenitum. Et pannis eū inuoluit, & reclinauit eum in pręsepio, quia nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadē, vigilantes & custodientes vigilias noctis, supra gregē suū. Et ecce, Angelus dñi stetit iuxta illos, & claritas Dei circūfulsit illos. Et timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quòd erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

EXIIT ædictum à Cæsare Aug. Lu.2. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta q̄ sunt, descriptio, parturitio, reuelatio.

QVANTVM ad primum literaliter, antequam veniamus ad textum, sciendū, q̄ secundum Chronicas & sanctos, dñs Iesus natus est sub Imperio Augusti, sub quo tanta fuit pax 12. annis, circa ips natiuitatis Christi, s. ante, & post, quòd ad literā videbatur impletū illud Esa.2. Conflabūt gladios suos in vomeres. Et in hac pace fecit edictum Augustus, vt orbis describeretur, mittens per vniuersas regiones præpositos generale promulgans ædictū, vt ciuitatum Præsides, ad suā pñtiam oēs pertinentes ad ciuitates, conuocarēt de castellis & villis, q̄ quilibet pro capite suo, i. pro inscriptione capitis sui, offerret argenteū nummū pōeij 10. nūmorū vsualiū, & Ro. Imperio profiteretur, et ore, se esse subiectum. Voluit. n. Augustus scire numerū Prouinciarum in orbe, & ciuitatū in prouinciis & capitū in ciuitatib. vt scilicet tributa honesta & cōgrua imponerentur (secundum aliquos) vel forte humana curiositate, aut leuitate dictus. Huius aūt subiectionis exhibitio, dicta est, pfessio, quia se subditos profitebantur hoīes Imperio Ro. Dicta est ēt descriptio, q̄a profitentiū nomina scribebantur. Voluit autem Dominus nasci tp̄e talis pacis. Primò vt ostenderet se pacē inter Deum & hoīes facturū. Secundò, vt ostenderet se pacem diligere. Tertiò, vt discipuli liberius possent per orbem ad pdicandum discurrere. Licet. n. tp̄e prædicationis eorum non esset tanta pax amplius in flore, tamen remanebant vestigia

ftigia eius. Ista ergo tangit Euangelista breuiter dicens [Exijt edictum] id est con stitutio seu decretum [à Cæsare Augusto] Cæsar fuit primus Romanus Imperator, à quo omnes Romani Imperatores, Cæsares sunt appellati, sicut quilibet Rex Aegypti, Pharao. Augustus autem fuit Octauianus sic dictus secundum Bedam & multos ab augendo Rempublicam, vel forte verius secũdum alios ab augurio, seu quadam diuinationis specie, qua per volucrum gustũ antiqui diuinabant, qua dicebatur Augustus, quasi auium gustus. Proijciebãt enim auibus escam, cõtemplantes quid & qualiter gustarent [vt describeretur vniuersus orbis] secũdum glo. interlinearem inuenitur alius textus talis [vt profiteretur vniuersus orbis terræ] & idem sonat. Est autẽ hæc parabole vel synecdoche, quia nunquam vniuersum orbem subiugarunt Romani, secun dũ quod dicit Hugo de S. Iacobo, sed maiorem partẽ tantum. [Hæc descriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino] secũdum Bedã, ista descriptio prima dicitur, vel quia fuit prima vniuersalis, nã particulares fuerunt aliæ, vt patet de ea, quam fecit Ioab ex pcepto Dauid: Vel secũdũ alios prima omniũ facta est descriptio in Syria, quæ est in medio mundi, & deinde per circuitũ vsque ad fines terrarũ: vel secũdũ Mag. histo. quia singulis annis fiebat huiusmodi descriptio, post natiuitatẽ Christi [& ibãt omnes, vt pfiterentur singuli in ciuitatẽ suã] vbicũque habitarent secundum Magi. hist. quod intel ligo dũmodo essent in prouincia. Et vt dicit Beda, diuina prouidentia factum est, vt scilicet dñs alibi conceptus, & alibi natus, insidiantis Herodis furorem facilius euaderet. Vel secũdũ Chryso. vt impleretur prophetia illa Miche. 5. Et tu Bethleem effrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te enim egredieť, q̃ sit dominator in Israel. & egressus eius à principio à diebus ęternitatis. Vide in die Epiphaniæ. [Ascendit autẽ & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem] Nota quod hic Iudæa stat adiectiuè, quia dicitur Bethleem Iudæa ciuitas, eò q in tribu sit Iudæ, [Dauid] hoc dicitur secundũ Græcũ, vt ostẽdatur cõpleta promissio facta Dauid de fructu ventris sui sessuro sup sedẽ eius [quæ vocatur Bethleem] Ascendit, inquã, Ioseph [eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria despõsata sibi vxore, pregnãte] Dubiũ est autẽ, vtrũ mulieres pfiterentur, & verisimile est, quod non ibeata tamen Maria, scdm aliquos fuit vnica patri & hæres, & cõsequenter habebat profiteri. Quod si verum est. ly cum Maria, referendum est ad ly profiteretur, & non ly ascendit.

Allegoricè, ex doctrina Bedæ, Theoph. & Ambro. sciẽdum est, q Augustus est Christus. Beda. Chis vocabulũ. Augusti pfectissimè cõpleuit, vtpote suos, & augere desiderãs, & augere sufficiẽs. Hæc ille. Hic fecit edictũ, vt subuersis vbiq; terrarũ cultutis idolorum, vbi regi Chro subiugato mũdo oẽs profiteantur in baptismate. Mar. vl. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uerò nõ crediderit, condemnabitur. In hac professione fidei argenteus & nouus cẽsus offerendus est, id est census Ecclesiæ, secundùm Ambro. abolito censu veteri synagogæ. Et iste census, de quo loquiť Ambro. est census iustitiæ, quæ in noua lege est abũdã tior, quàm in veteri. Oportet autẽ profiteri in sua ciuitate, id est ciuium vnitate, quæ est Ecclesia, & non in conuenticulis hæreticorum, vel schismaticorum &c.

Anagogicè verò, ex doctrina Bedæ sciendũ est, quòd ciuitas nostra est superna Hierusalẽ. Duas enim habemus ciuitates, scilicet temporalem, id est Ecclesiã militantẽ: & externam, scilicet Ecclesiam triumphantem. Heb. 13. Non enim habemus hic manẽtem ciuitatem. Ad hanc quotidie de Galilæa, quæ iterpretatur rota, & significat mũdanam conuersationem, debemus accedere p bona opera, & per spem, & desideriũ, & tandẽ offeremus Deo censum, id est animam nostram, in qua est Dei imago, quam tunc Deus perfectè possidebit, & consequẽter tanquam verus Dominus assumet nos in suam protectionem.

Moraliter. ciuitas nostra est vel materialis Ecclesia, vel ipsa anima nostra. Ad hanc quilibet ex volubilitate occupationem debet sæpe ascendere & profiteri, id est con fiteri diuinam bonitatem & suam iniquitatem, & debet offerre denarium, idest ppositum faciendi voluntatem Dei, sed offerre cor suum. Hic autem nummus valet virtualiter obseruantiam 10. præceptorum legis.

QVANTVM ad secundum,dr [factum est autem cum essent,ibi impleti sunt dies, vt pareret] isti dies sunt diuersimodè à diuersis assignati. Nam (secundū aliquos)à creatione mundi vsq; ad Christi natiuitatē fluxerunt anni sex millia. Ista fuit opinio Methodij,sed potius mysticè,ꝙ historialiter loquitur. Secundū alios vero 5228. Secundum Eusebium verò Cesarien.in Chronicis 5299.secundùm Magi.vero hist.qui hoc dicit esse secundùm 70.interpretes,fluxerunt anni 5196 Ab Abraam vero 2112. secundū Hebræos tamen sunt multo pauciores. Et fuit annus 42. Imperij Augusti. ita tamen vt regno Augusti addamus duodecim annos,qui fluxerunt à morte Iulij Cæsaris vsque ad Actiacum bellum.Fuit etiam annus 30 Herodis. Et fuit nox dominicæ diei, secundùm Magi.hist. Et fuit Solstitium hyemale secundum Computum. Et tunc,secundum aliquos,inchoata est ætas sexta: secundum alios verò in baptismo Christi, & secundū alios in passione. Sed quæritur,quare Christus voluerit nasci, non alio, sed tali tempore. Respondetur secundùm Greg. ꝙ voluit nasci in prædicto Solstitio,qñ dies incipit crescere, & nox minui, ad significandum,quòd ignorantiæ & peccatorum tenebris effugatis,impleretur terra scientia dñi, & operibus virtutum.Sed contrà,quia Solstitium præcedit natiuitatem Christi per dies aliquos. Ad hoc dico, ꝙ sicut ex computo patet,sol suum cursum annualem agit in 365. diebus,& fere sex horis quæ sex horæ,de quarto in quartum annum,sine computatione reseruatæ,in quarto anno faciunt vnam diem naturalem,quæ dicitur Bissextilis,eò quòd bis pronunciamus illo anno 6. Cal. Martij, vbi interponitur illa dies,vel, quia est ex bissis momentorum talis dies collecta. Pro hoc autem vide Computum. Sciendum est etiam, rursus ex eodem, ꝙ Ioan. Baptista in Solstitio natus est æstiuali, quando incipiebant decrescere dies, sicut & Christus in hyemali quando crescere incipiebant. Vnde dixit ipse Ioannes, vt habetur Ioan.3. Illum oportet crescere, me autem minui. Nunc verò retrocesserunt Solstitia, & hoc, quia annus solaris non completur præcisè per 365. dies, & sex horas, sed deficiunt octo momenta, quæ sunt quinta pars vnius horæ, & ita in quinq; annis erramus,in computando,vna hora, & in 120.annis vna die. Et nisi veniat finis mundi,vel corrigatur iste error,adhuc festum natiuitatis Christi celebrabitur,vbi nunc celebratur festum Ioannis Baptistæ, & ècōuerso: & omnia festa hyemalia erūt æstiualia: & èconuerso. Secundum Bedam verò,tunc nasci voluit qñ mox natus, census redderetur Cæsari, vt pp liberationem nostram ipse subderetur seruitio.Sed quare voluit nasci in Bethleem? Respondet San. Thom.3.par. q.35.art.7.dicens. Christus in Bethleem nasci debuit,& voluit.vt ex loco natiuitatis promissio facta Dauid de Christo, ostenderetur esse completa. Secundò, quia Bethleem interpretatur domus panis, ipse.n.est pannis. Elegit autem Hierusalem passioni, sicut elegit eam, vt esset sedes regni & sacerdotij. Nam regnum & sacerdotium Christi præcipuè sunt in passione confirmata. Et vt confundat eos, qui de nobili ciuitate gloriantur,& in ea volunt honorari, ipse enim voluit in humili nasci, & in gloriosa confundi,per ignominiam passionis. Non autem elegit Romam, ne conuersio mundi,ascriberetur Romanorum potētiæ; sed tamen in ea posuit caput ecclesiæ suæ,in signum perfectæ victoriæ,& suæ potentiæ. Iu ta illud Esa.26. Ciuitatem sublimem humiliabit, s. Romam: conculcabit eam pes pauperis,s. Christi,gressus egenorum,scilicet discipulorum eius.Hæc ex Sancto Tho.[& peperit filium suum] Licet.n. Deus sit,qui natus est.tamen verè est filius virginis,& ipsa verè est mater Dei, vt patet per S.Tho.3.par.q.25.[primogenitum] Primogenitus, hic dicitur secundùm Hiero.& Magi.histo, non post quem alius natus est, sed ante quem nullus. Vnde & Nu.3. mandatur redimi primogenitus post mensem. Constat autem quod tunc non poterat habere alium post se[& pannis eum inuoluit] per seipsam, sine Ioseph, propter reuerentiam, & sine obstetricibus. Nam requiruntur obstetrices, propter dolorem parientis. Beata autem Virgo, sine dolore peperit, sicut & sine peccato concepit, vt patet 3.quæstio.3. Vnde liber de Infantia Saluatoris, qui asserit ibi fuisse mulierculas non est autenticus, sed apocriphus. Hieronymus. Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas intercessit. Hæc ille.

Nota

Nota, quod panni ſunt vile genus veſtimenti ſecundũ aliquos, vnde pannoſus dicitur, qui vilibus induitur. Videtur autem, quòd pannoſus ſonet abundãtiam panni, & proprie competit pauperibus, qui ſimul cum nouis induunt vetera, & multipliciter reſarciata. Ideo hic Grego. exclamat, dicẽs, O admirabilẽ coarctationẽ, & peregrinationẽ, quã ſubijt qui continet orbẽ. Ab initio captat penuriam, vt eã in ſeipſo doceat. Nimirũ ſi voluiſſet, venire poterat in mouendo cœlũ, & terrã concutiendo, emittẽs fulmina. Non aũt ſic proceſſit. Non enim perdere, ſed ſaluare volebat, & ab ipſis primordijs humanã conculcare ſuperbiam; atque ideo nõ tãtũ homo fit, ſed etiã homo pauper, & pauperẽ matrẽ elegit, quæ caret his, quibus infantẽ natũ reclinet. Hæc ille [& reclinauit eũ in præſepio.] Quomodo ibi fuerit præſepe, aſſignat Magiſter hiſt. quia Ioſeph illud fecerat aſino, & boui, quos duxerat ſecũ. Aſinũ quidẽ, ſecundũ Nico. de Ly. ad vehendam ſponſam. Bouẽ vero ad vendendũ, vt ex precio faceret expenſas. Iſta tamen nõ ſunt certa, ſed tamen perſuadet ea Magiſt. hiſto. Primò, per Prophetiam, maximè Abach. 3. ſecũdũ ſeptuaginta interpretes, vbi dicitur. Domine audiui auditũ tuũ, & timui, Cõſideraui opera tua, & expaui, in mediũ duorũ animalium innoteſceris. Et ſecundò, per cõſuetudinem pictorum q̃ ſic pingunt. Pictura enim vniuerſalis, tẽpore, & loco, id eſt vniformis, ſemper & vbiq; facit probabile argumentum, quia picturæ libri ſunt idiotarum.

Eſt autẽ ſciẽdum, quòd multa ſunt, quæ ſcripta non legimus, & tamen certa ea tenemus, quia ab antiquis, ad iuniores, per generationes deuenerunt, vt patet præcipuè in formis Sacramentorũ, ſecundũ S. Thom. in multis locis; & tale q̃d fuit forte de iſto aſino & boue. Dicit autẽ Magiſter hiſto. quòd fænum, ſuper quo iacuit Chriſtus, tranſlatũ dicitur, & eſt Romæ in ſancta Maria maiori: Quia verò, Chriſtus natus eſt ſaluo pudore matris, ita ventrẽ exiuit ſicut vitrũ penetrat radius ſolaris, ita quod fuerũt duo corpora ſimul. Poſuit aũt ſe Chriſtus mox natus, vt quibuſdã placet, ſuper nudã terrã, ante oculos matris orantis, propter humilitatis & auſteritatis exẽplũ. [quia non erat ei locus in diuerſorio] id eſt in hoſpitalari, ſecundum aliquos, à diuertendo. Hoſpitiũ. n. vocatur diuerſorium ſecundum conſuetudinem ſcripturæ, vt patet Gẽ 42. à diuertendo. Vel ſecundũ Mag. hiſt. diuerſoriũ eſt locus inter duas domos coopertus, in quo cõuenire conſueuerant ciues ad confabulandum. Idem vĩ dicere gl. Bed. vt dicatur diuerſorium, quia diuerſa orificia habeat, i. duas portas, quamuis Iſid. dicat, q̃ ſic dr̃, quia diuerſi ad illud conueniant: ſiue ſecundùm alios à diuertendo: quia, ſ homines poſt viã illuc diuertant, quod idem eſt. Sed re uera, prima expoſitio videtur rationabilior, quia ſi ſecundo modo ſumatur diuerſorium, vtique habuiſſet dñs locum in diuerſorio, vbi ẽt iumenta manebant. In hoſpitio aũt non habuit locum, ſecundùm San. Vin. Primò, propter multitudinem nobiliũ, qui ad profitendum conuenerat, cum illa ciuitas eſſet ornata nobilibus de genere Dauid. Secundò, quia tardè venerant, vtpote Maria prægnante. Tertiò, quia erant pauperes, & hoſpitalarij, libenter diuites recipiebant. Poſſemus tñ dicere, q̃ cũ diuerſorium à diuertendo dictũ ſit, ſignificat hoſpitium, ad q̃d diuertebãt peregrini, & quod tale reductũ, ad quod diuertebant ciues, ẽt dicebant diuerſorium, & in vno habuerũt locũ, immo in eo natus eſt Chriſtus, ſed non in alio, & de hoc loquitur Euang. Vñ Nico. Gor. vult Chriſtũ natum eſſe in diuerſorio. Et q̃d dr̃, non erat ei locus in diuerſorio, exponit ſic, q̃ non erat locus in diuerſorio alius à præſepio, in quo reclinaret filium, & ſic ſumitur diuerſorium ſecundo modo. Sed tamen nota, q̃ cum dicitur natus in diuerſorio ſecundo modo, ſumitur diuerſoriũ per quandam ſimilitudinem, quia natus eſt in cripta, & non in porticu inter duas domos.

Allegoricè, diuerſoriũ mediũ inter duas domos, eſt eccleſia media inter paradiſum, & mundũ, vel infernũ. In hoc præſepio, i. in altari, ponitur Chriſtus in ſacramẽto, añr bouẽ & aſinũ, i. Iudæum & Gentilẽ conuerſum tñ; & hoc, vt hoĩes, mutata beſtiali vita, nõ fæno voluptatis, ſed pane cœleſtis conſolationis paſcantur. Cyrillus Reperit Chriſtus hominẽ factum beſtialem in anima, & ideo in præſepio, loco pabuli, ponitur; vt vitã beſtialẽ mutantes, ad conſonam homini perducamur ſcientiam, pertingẽtes non fænũ, ſed panem cœleſtem vitæ corpus. Hæc ille.

Anagogicè, diuersorium in quo peregrini consummato suo cursu, diuertunt, est vita beata, & in eo, ante bouem & asinũ, ponitur Christus in cibum sempiternũ. Significāt autem ista animalia viros operatiuos & non doctos. Non enim docti ex hoc, qđ docti, saluātur; sed ex hoc, quod operatiui. Iaco. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum. Et per bouem, habentem arma inuasiua, intelliguntur potētes, per asinum verò, minores.

Moraliter autem, hic diuersoriũ significat conscientiam, ad quā quilibet recurrit post suas operationes. In hac q̃. operātur, inueniunt Christum consolantem & pascētem. Nullus est enim ita malus, quin de bono opere gaudeat secundum Philosophũ; & multo magis bonus gaudet.

Moraliter etiam, Christus voluit significare multa, ad quorum nos operationē conari debemus, quæ Bed. exprimit dicēs. Qui totum mũdum vario vestit ornatu, pannis vilibus inuoluitur, vt nos primam stolam percipere valeamus. Per quem omnia facta sunt, manus pedesque astringitur, vt nostræ manus ad opus bonum extētæ, pedes sint in viam pacis directi. Duri præsepis angustia continetur, cui cœlum sedes, vt nos per cœlestis regni gaudia dilatet. Qui panis est Angelorum, in præsepio reclinatur; vt nos, quasi sancta animalia, carnis suæ frumēto reficiat. Qui autem ad dexteram patris sedet, in diuersorio loco eget, vt nobis in domo patris sui multas mansiones præpararet. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium, literaliter sciendum est, ꝙ Deus in ipsa horá natiuitatis Christi multa ꝑ diuersas partes mũdi ostendit mirabilia: nam sicut tradunt histo. in illa nocte vineæ Engaddi: quæ Balsamum producunt, fecerũt flores & fructus & liquorē protulerunt: Et similiter iuxta Iaco. de Vora. quãuis aliq̃bus sit dubiũ, an intelligat̃ de populo, Iudæorũ. Dicit beatus Hiero. super illo verbo. Lux orta est eis, qđ in eadē nocte omnes sodomitæ mortui sunt. Noluit enim Christus tantũ nefas impunitũ manere in humana natura, eo nascente in eadē. Itē, sicut tradunt historiæ, Romani propter magnā pacē, quæ in mũdo fuerat, tēplũ pacis ædificarunt; & respõso accepto ab oraculo, ꝙ tũc rueret, cũ Virgo pareret, existimātes impossibile virginē parere posse, posuerunt titulũ in fronte eius talē: Templũ pacis æternũ. Sed, in eadē hora corruit, & mō ibi est Ecclesia sanctæ Mariæ nouæ. Item Romæ (vt testatur Horosius & Strabo) fons aquæ in liquorē olei versus est, & vsque in Tyberim fluxit, & tota illa die largissimè emanauit, significans Romam futurā esse, in qua sedes Ecclesiæ poneretur, in cuius medio fons est oleum diuinæ misericordiæ manās, idest Baptismus. Item (vt testatur Chryso.) legitur in quibusdam historijs, quæ tamen non sunt autenticæ; qđ eadem hora, Magis secũdũ quendā ritũ orantibus, stella habens in se infantē cũ cruce in fronte apparuit, & alloquēs eos, misit in Iudæā quærere, & salutare nouũ regē. Itē eadem die (secundum histo. & sanctum Tho. 3. par.) tres soles apparuerunt in Hispania, qui paulatim in vnum cõuersi sunt, significantes diuinitatē, animā, & corpus in vnā conuenisse personam. Itē (vt ait Inno. 3) Octauianus Augustus, intantũ Senatui placuit, vt eũ pro Deo colere vellet; quod prudens Imperator renuebat, se mortalem intelligens. Ad instantiam autē Senatus, vocata est Sibylla, vt sciretur, si post eum aliquis maior futurus esset. Cum ergo in die natiuitatis concilium conuocassent, & Sibylla in camera suꝑ hoc oraculis insisteret, in media die, circulus aureus apparuit circa solem, & in medio pulcherima virgo, puerũ gestans in gremio. Cumque Imperator, Sibylla hoc monstrante, miraretur; audiuit vocem dicentem. Hæc est ara cœli. Et Sibilla ait. Hic maior te est, hunc adora: Illa camera modo dicitur sancta Maria ara cœli. Item secũdum multos, præcipuè sanctum Vincentiũ & Nicol. de Ly. Christo exeunte virginis vterũ, nox in claritatem diei conuersa est, iuxta prophetiam Psal. Et nox sicut dies illuminabitur. Et hoc videtur consonum his, quæ dicuntur de apparitione angelica, quam Dei claritas concomitata est; & multò magis, circa loca vicina soli iustitiæ, & lumini gentium lux subita coruscauit. Nam dicitur (& pastores erant in regione eadem) Distabāt enim per milliare, secundum Magi. histo. [vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suũ.] Dicit Magister histo. ꝙ mos antiquorum fuit, in vtroque Solstitio vigilare ad reuerentiam

rentiam solis;& fortè hoc vsque ad Iudæos erat deriuatũ & extẽsum.Sed quia hoc erat idolatrare,fortè melius dicit,ꝙ ꝑꝑ pericula gregis vigilabãt,vt vr̃ dicere textus. Et erãt viri simplices & boni.Vnde ait Chry. Non aũt Angelus iuit Hierosolymã,non requisiuit Scribas & Pharisæos. Erant.n.corrupti, vt præ inuidia cruciarentur,sed hi erant scituri antiquam conuersationẽ Patriarcharũ & Moysi colẽtes.Est autẽ semita quædã ad prophetiã perducens,innocentia.Hæc ille. Vñ subdit[& ecce Angelus dñi stetit iuxta illos] & hoc in corpore assumpto in hora natiuitatis Christi, vt rationabiliter credi põt[& claritas Dei circumfulsit illos]Dicit claritas Dei,claritas super naturalis,& miraculosa,quã Deus inusitato mõ producit.Et nota secũdũ Bed.ꝙ nũquã añ Angeli cũ luce apparuisse legunt; q̃a hoc priuilegiũ seruabatur illi tẽpori,qñ exortũ est lumẽ in tenebris[& timuerunt timore magno]q̃a naturaliter,præsentia Angelica hũc ꝓducit effectũ in homine,maxime cõcomitante inusitata luce.Sed Angelus bonus talẽ timorẽ fugat,secũdũ Gre.sanctũ Tho. & alios sanctos, iõ subdit [& dixit illis Angelus,nolite timere,ecce enim euangelizo,] i.annuncio [vobis gaudiũ magnũ,qđ erit omni populo,]s.Gẽtili & Iudaico [q̃a natus est vobis] idest hominibus hodie Saluator] Dicit hodie,licet esset nox,q̃a nox pars est naturalis diei;vel quia illa nox in diẽ cõuersa erat ratione claritatis;vel q̃a nunciabat solẽ exortũ,vel secũdũ aliquos q̃a nũciabat læta.Nã in tristibus consueuit nominari nox, iuxta illud Mat.27.Omnes vos scandalum patiemini in me,in ista nocte.Sed quare hoc nũciatum est pastoribus,dicente Paulo 1.Cor. 2.Sapiẽtiam loquimur inter perfectos ? Ad hoc dicit Gorram,ꝙ sapientiam, subtili indagatione,loqui non debemus,nisi inter ꝑfectos,sed secus, simplici narratione.Christus igitur suam natiuitatẽ diuersis diuersimodè manifestauit,vt Scribis & sacerdotibus per scripturam,quam nouerant;Magis verò,qui astrologi erãt,per stellam;pastoribus autem,qui,quò ad vtrumque,erãt ignari,per apertam locutionẽ.Hoc aũt fuit.Primò, ratione innocẽtiæ eorũ,vt dicit Chry. Secundò,ad approbandũ officiũ pastorale, Tertiò, ad ostendendũ ꝙ natus erat agnus. Quartò,ad ostendẽdũ, ꝙ natus erat pastor, ouẽ perditã q̃siturus. Quintò, ad ostẽdẽdũ, ꝙ spirituales pastores vigilantes, præ cæteris merentur videre sublimia.Sed quare Angelus dixit,illud gaudium esse magnũ ? Ad hoc dico,ꝙ est magnũ intẽsiuè,ita ꝙ ĩ vno apud rectè sentientẽ,nõ potest esse maius. Quia enim summum desideriũ nostrũ est,assequi finẽ vltimum,id quod facit nobis impossibilitatẽ acquirẽdi illũ,est maximè dolorosum & pœnosum,puta clausio cœli,& incarceratio inferni;& cõsequenter id, qđ remouet hoc malũ,oportet esse maximè gaudiosum.Est ẽt maximũ extẽsiuè in sursum. Ber.Magnũ ẽ hodiernæ festiuitatis gaudiũ, qđ cœlũ replet antequã terrã. Itẽ ẽt in deorsum,quia vsque ad infernũ penetrauit,vt possimus de existentibus in lymbo, dicere illud Hester.8.Iudæis noua lux oriri visa ẽ. Et in latum, quia replet mundum,quia est cõmune omni populo,i.Gẽtili &Iudaico,vt dictum est,vt cõueniat singulis de populo, i.Ecclesiæ,quę integratur ex omni populo, vt exponit Gor. Et in longũ,quia à principio mundi, vsque ad finẽ,extenditur.Sicut enim nos lætamur de nato,ita antiq̃ de nascituro,iuxta illud Io 8.Abraam exultauit, vt videret diẽ meũ;vidit,& gauisus est [Qui est Christus dñs] Sicut autẽ dicit S.Tho.3. par.q.16.Iesus,significat naturã humanã,sicut Deus,diuinã;sed Christus sigñat vtrunque,&Christus græcè,latinè dr̃ vnctus.Inũgebant aũt reges & pontifices, iõ Christus tãquã rex & põtifex,inũctus est à Deo secũdũ humanitatẽ,plenitudine gr̃æ & charitatis q̃ dr̃ vnctio.1.Io.2.Vnctio docet nos[in ciuitate Dauid] i. Bethleẽ, vnde ortus est Dauid[& hoc vobis signum]supple est, vel erit,quo sciatis ita esse.vt dico.[inuenietis ĩfantẽ pãnis inuolutũ, & positũ in p̃sepio] Per hoc signũ voluit Angelus ĩnuere pastoribus,ꝙ Christus nõ venerat ad tꝑaliter regnãdũ,vt Scribæ & Pharisęi expectabãt:vel põt dici,ꝙ hoc fuit ꝓpriũ signũ Saluatoris nati. Ad cuius euidentiã, sciendũ est, ꝙ tm̃ duo fuerunt saluatores populi Israel, q̃ eũ existentẽ extra suã terrã liberauerũt,s.Moyses,q̃ liberauit eũ à seruitute Aegyptiaca. Exo.13.&Cyrus, qui eũ liberauit de captiuitate Babylonica.1.Esdræ 1.& vterque fuit Christi figura, & similiter vterque nouiter natus,fuit inuentus in magna paupertate. Nam Moysem inuenit filia Pharaonis in fi-

scella iuncea. Exo. 2. De Cyro verò legitur, ꝙ Astiages Rex Persarũ, vidit in somnis vitẽ exeuntẽ de vtero filiæ suæ, & totã Asiam occupãtẽ. Et per coniectores somniorũ intellexit, ꝙ illa esset paritura regẽ. Quãobrẽ timens perdere regnũ, illã tradidit pauperi militi; deinde, iussit partũ occidi. Sed cõpassione ductus is, cui mandatũ dederat, exposuit infantem fortunæ, relinquẽns eũ in quadã sylua, quẽ pastoris cuiusdã catula lactauit. Pastor aũt volens scire quò catula frequenter declinaret, obseruauit eã, & puerũ inuenit, quẽ vxori suæ nutriẽdũ tradidit. & tandẽ Rex Persarũ & Medorũ factus est. Cũ ergo figuratũ & figura cõueniant; Christus ĩ paupertate natus est. Et postquã Angelus annunciauit Christi natiuitatem, secuta est multa exultatio Angelorũ, quia gaudebãt, ꝙ sedes vacuæ in cœlo essent implendæ, vnde subditur [& subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cęlestis] Id est Angelorũ bonorũ, q secũdũ Bed. eò ꝙ ꝓ nobis cõtra dæmones pugnent, dicũtur exercitus, cum sint valde multi. Vel dicuntur exercitus, nõ ab ipsa pugna solũ; sed ab exercẽdo omnia diuina opera & officia, exceptis dũtaxat his q̃ à solo Deo fieri possunt. Et nota, ꝙ in veteri testamẽto, aliquãdo legitur apparuisse vnus Angelus tantũ, vt Iudic. 13. Aliquando duo, vt Gen. 19. Aliquando tres, vt Gen. 18. qñ Abraã tres vidit, & vnũ adorauit. Aliquãdo sex, vt Eze. 9. Ecce viri &c. Aliquando plures indeterminatè, vt Gene 32. fueruntque ei obuiã Angeli Dei. Aliqñ exercitus eorũ, sed ꝑ modũ visionis, vt 4. Reg. 6. dr̃. Ecce mons plenus curruũ; sed hic apparuit exercitus, nõ tm̃ in visione, sed in re mediãtib. corporib. assumptis, & cũ luce, vel si non oẽs apparuerunt, tamẽ fuerunt verè p̃sentes, & sunt auditi; hoc aũt fuit in signũ, ꝙ aliquid maius solitò nunciabatur [laudãtiũ Deũ & dicẽtiũ, gloria in altissimis Deo] Licet enim Deus vbique sit gloriosus, & à creatura glorificatus, hoc tamen specialius est in cœlo, vbi sunt nobilissima corpora, & beati, diuinitatem cõtẽplantes; vnde, super cœlos dicitur esse gloria eius. Sed cõtra q a quod per superabundantiã dicitur, vni soli cõuenit; ergo nõ est nisi vnus altissimus. Solutio. Vnus est altissimus simpliciter, sed secũdũ quid, & in diuersis generib. sunt diuersa altissima, puta in corporib. cœlum, in Angelis vnus, & in hoĩbus multi, æquales sibi; quis hic ꝑ altissima intelligãtur cœli, ꝙ si non sint altissimi simpliciter, sunt tñ altissimi, i. valde alti. Vnde aũt sumptũ sit residuũ illius hymni. Dico, ꝙ secũdũ Gor. & chronicas illud addidit Hylar. & deinde Thelesphorus Papa statuit, illũ esse à solis Epĩs incipiẽdũ: deinde Symmachus à solis sacerdotibus in dieb. festis, eò ꝙ ipsi Angeli sint Dei. Notãter aũt Angeli dant gloriã Deo, q a (vt dr̃ Gor.) Deus vr̃ sibi tria reseruasse. Primò vindictã. Rom. 12. Mihi vindictã & ego retribuã, & Deut. 32. Mea est vltio. & ego retribuã eis in tp̃e. Secundò, iudiciũ de omnibus bonis & malis. Ro. 14. Tu q s es, q iudicas alienũ seruũ. Tertiò, gloriã de bonis. Esa. 42. Gloriã meã alteri nõ dabo [& ĩ terra pax hominibus.] Cyr. Hæc aũt pax ꝑ Christũ facta est. Reconciliauit enim nos ꝑ se, Deo & patri, culpã hostilẽ de medio auferens. Duos populos in vnum hominẽ pacificauit, ac cœlicolas & terrenos in vnũ gregẽ cõposuit, hæc ille. Bed. Quib. aũt hominib. pacem poscant, Angeli exponunt, dicentes. [bonæ voluntatis] eis scilicet, qui Christum suscipiunt natum. Nõ enim est pax impijs, sed pax multa diligẽtibus nomen Dei Hæc ille. Ex quibus patet, ꝙ ista intelliguntur de pace bona & spirituali, quã Christus venit mittere in terram: non autem de mala, quia nõ est cõcordia in malo: hãc enim venit auferre, vnde Matth. 10. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.

Allegoricè sciendũ est. ꝙ pastores vigiles in nocte, sunt secundũ Grego. boni p̃lati & doctores, solicitã curã de animab. gerẽtes, ĩ nocte præsentis exilij, cõtra tentamenta luporum, idest dæmonũ. Isti merentur de cęlestibus misterijs edoceri, & gaudio magno perfrui. Item nato Christo per fidem in cordibus fidelium, lux magna secuta est ꝑ vniuersum orbem, & lux immensæ intelligentiæ supernorum.

Anagogicè verò sciendum, ꝙ Christus significat eũ, qui se, & alios vult saluari. Iste nascitur, dum moritur; quia aliã ingreditur uitã. Egressa ergo anima iusti de utero Mariæ, i. de corpore, tenebræ uertuntur in lucẽ, quia statim intelligit, modo angelico, etiã si sit mala, ut patet ꝑ S. Thom. 1. par. q. 84. & si sit bona, perficitur beatifica uisione statim, uel post plenam purgationem.

Mora-

Moraliter, instruũtur pastores, id est prælati, quod si volunt percipere claritatem æternę uisionis, & consabulationem angelicã, vel consortium, debẽt vigilare, quia pro grege administrato reddituri sunt rõnẽ. Instruuntur etiã mẽbra Christi, vt paupertatẽ & asperitatẽ vitæ eum suo capite amplecti debeãt. Itẽ instruuntur iuxta doctrinã Bed. di. Vno Angelo, vno euãgelizãte nũcio, natũ ĩ carne Deũ, mox multitudo militię cœlestis ĩ laudẽ cõditoris prorumpit; vt & Christo deuotionẽ impẽdãt, & nos suo exẽplo instruant, quotiens aliquis firmũ sacræ eruditionis verbũ sonuerit, vel ipsi quæ pietatis sunt, ad mentẽ reduxerimus, Deo statim laudes ore, corde, & ope reddamus. Hęc ille

In Aurora. Missa Natiuitatis Domini.

Textus Euangelij Lucæ cap. 2.

PASTORES loquebantur adinuicem. Transeamus vsq; Bethleẽ, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & Infantẽ positũ in pręsepio. Videntes autem, cognouerũt de verbo, quod dictũ erat illis, de puero hoc. Et omnes, qui audiuerunt mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autẽ conseruabat omnia verba hæc, cõferens in corde suo. Et reuersi sũt pastores glorificantes & laudantes Deũ, in omnibus quę audierant, & viderant, sicut dictum est ad illos.

PASTORES loquebantur adinuicẽ. Luc. 2. In præsenti Euangelio tanguntur tria pũcta, quæ sũt. Inquisitio, iñuẽtio, exultatio.

QVANTVM ad primum, literaliter sciendum est, quod pastores nocte venerũt ĩ Bethleem, q̃a dicit Lucas, quod recedẽte Angelo, loquebantur adinuicẽ, dicentes [Transeamus vsq; Bethleẽ, & videamus hoc verbum] Per verbum secũdũ Bed. intelligĩt verbũ æternũ; & sic exponitur scd̃m eũ. Videamus hoc verbũ, qd̃ factum est, i. verbũ qd̃ semp erat, videamus quomodo caro factũ sit. Si quidem, scd̃m aliquos, fuerunt intus illuminati à Deo. Sequitur [quod fecit dominus, & ostendit nobis] i. scd̃m Bed. Videamus quomodo verbũ ipsum se fecit. i. hoĩem, & ostendit nobis carnẽ suam. Nam scd̃m Ambr. cũ caro videtur, verbũ vr̃, & intellige quod vr̃ verbũ, nõ tñ quantùm ad oẽm suã naturã, sed solùm quò ad humanã. Põt ẽt exponi scd̃ò, sic; vt p verbũ intelligãt res nõ quæcunque, sed digna & magna, iuxta illud Esa. 39. Nõ fuit res digna verbo, i. preciosa, quã nõ ostẽderet eis. Veruntñ in diuina scriptura, verbũ, cõsueuit accipi p facto siue, p quacũque re gesta. Isto mõ dixit Dauid 2. Reg. 1. fugiẽte de p̃lio. Qd̃ est verbũ qd̃ factũ est, i. quo se res habuit. & sic patet textus. Sciẽdũ tñ quod in Græco nõ habẽt qd̃ fecit sed solũ qd̃ dominus ostendit nobis, [& venerũt festinãtes] principaliter, ex desiderio vidẽdi Christũ. & secũdariò, vt citius redirẽt ad gregẽ. forte sine custod. a derelictũ. Sed ad pleniorẽ dictorum intelligẽtiã, sciẽdũ est, quod S. Th. 3. q. 16 ar. 6. quærit. Vtrũ hæc propositio sit vera, Deus factus est homo. Et videt quod sic, quia vnumquodque dici tur esse factũ, illud quod de nouo incipit p̃dicari de Christo. Et eodẽ modo põt dici, quod Bed dicit verbũ esse factũ hoĩem, vel carnẽ, id est hoĩem, à parte denominãdo totũ, q̃a sicut esse hominẽ verè prædicatur de Deo, ita etiam verè prædicatur de verbo Dei.

Moraliter instruimur, quòd si volumus Christum inuenire, non debemus quærere illum cum desidia & negligentia, sed festinanter, vt dicit Amb.

QVANTVM ad secundum, sciendum, quod patet vsque ibi [conferens in corde suo] Secũdùm enim doctrinam Bed. conferebat quæ per prophetias sciebat futura de Christo cum his quę videbat impleta, quod beatæ Virgini erat valde delectabile, & nobis valde vtile, quia beata Virgo plenissimè potuit de Christi mysterijs alios docere. Cætera, q̃ dici possent circa hoc euangelium literaliter, patere faciliter possunt ex dictis.

In

In Die Natiuitatis domini. Ad Missam maiorem.

Textus Euang. Ioan. 1.



N principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ: Hoc erat ĩ principio apud Deũ. Oĩa per ipsum facta sũt, & sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ. Et lux ĩ tenebris lucet, & tenebrę eam non cõprehenderũt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioãnes. Hic venit in testimoniũ vt testimoniũ phiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Nõ erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnẽ hominẽ veniẽtem in hũc mundũ. In mũdo erat, & mundus p ipm factus est, & mundus eũ nõ cognouit. In propria venit, & sui eũ nõ receperunt. Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Qui nõ ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex volũtate viri, sed ex Deo nati sũt. Et verbũ caro factũ est, & habitauit ĩ nobis, (& vidimus gloriã eius gloriã quasi vni geniti à patre) plenũ grę & veritatis.

IN principio erat verbum] &c. Ioann. 1. Ioãnes Euãgelista dictus est aquila; quia cæteris Euãgelistis altius intonuit, & maximè in præsenti Euãgelio, quod diuidit principaliter in duas partes. In prima enim agit de verbi diuinitate. In secũda, de eius humanitate, ibi [fuit homo missus à Deo] Prima pars diuiditur in duas. Primò .n. manifestat verbũ, quantùm ad eius essentiam. Secũdò, quantùm ad eius potentiã, ibi [omnia per ipsum facta sunt.]

QVANTVM ad primũ, soluit Io. tres mirabiles quæstiones. Prima enim quæstio, quæ de verbo formari põt, est; quando erat verbũ. s. ab æterno, vel ex tẽpore; & hãc soluit dicens [In principio erat verbũ.] Pro intellectu; autẽ solutionis, declaramus tria verba posita in ea, quæ sunt, Verbũ, In principio, & Erat.

Sciendũ est ergo, quòd secundum Aug. 15. lib. de Trin. & Damasc. 1. lib. in nobis est triplex verbum. s. intelligibile, quo rẽ ipsam p suã speciẽ cogitamus, scd'm q hõ actualiter sibijpsi quodãmõ loquit, intuendo qd' latebat in memoria. Et istud verbum nihil aliud est, quàm cõceptus mẽtis, qui est quædã imago rei existentis extra animam, quã imaginẽ itellectus format, vt pŏssit in ea videre rem, cuius est imago, et si talis res nõ sit præsens, immo etiã si nullo modo sit existens in rerum natura. Est secundò verbum imaginabile, quo speciẽ vocis proferendæ apud nos formamus. Est tertiò verbũ sensibile, scd'm qd' vocẽ ipsam proferimus. Cũ primo verbo, habet similitudinẽ verbũ æternaliter genitũ. Cum secundo verò, verbũ vt incarnati præuisum Cum tertio autẽ, ipsum verbum incarnati, inquantùm incarnatum. Vnde, sicut dicit Aug. vbi supra, nec verbum imaginabile, nec verbum vocale, gerit similitudinẽ verbi increati, sed solum verbum intelligibile. Hæc aũt similitudo potest attendi quò ad hoc, quia sicut verbũ intelligibile in nobis habet expressam similitudinẽ, immo est expressa similitudo illius rei quę latebat in memoria, ita verbum Dei est expressa similitudo patris. Et sicut in verbo facienda disponimus, nec aliquid facimus, qd' nõ prius verbo mẽtali nobis loquamur; ita Deus nihil facit, qd' nõ prius in verbo disposuit. Et oĩa ista habentur ab Aug. hic, vbi supra. Est etiã quãtũ ad hoc similitudo, q̃a sicut filius Dei emanat à Patre, & est ista emanatio intellectualis, nõ materialis; ita verbũ emanat ab intelligẽte, nõ materialiter, sed intellectualiter Est ergo similitudo inter verbũ creatũ, & icreatũ, quò ad emanationẽ, & emanationis modũ, seu immaterialitatẽ, & quò ad emanãtis similitudinẽ, q̃a vtrunq; verbũ est simile intelligẽti, quando idẽ intelligit se, quia semper verbum est similitu-

similitudo intellecti verbũ. Modo aũt origi nis & emanationis verbi sic aliqualiter videri pôt. Homo.n.per sensus cognoscit res. Sensus autem exteriores qui sunt quinque, visus, olfactus, auditus, gustus, & tactus, nũciant sensui cõi, cuius officium est percipere omnia, quæ percipiuntur à singulis quinque sensuum exteriorũ, & inter illa dijudicare; sed tamen nihil apprehendit, nisi sit pręsens id, quod apprehenditur. Iste autem annunciat phantasiæ quæ est de re etiam absẽte, & illa intellectui. Similitudo ergo rei quæ primò fuit accepta per sensum exteriorem quantò ad altiorem potentiam deducitur, tantò efficitur purior. Vnde cum peruenerit ad phantasiam, tantùm est iam depurata, quòd superueniente luce spirituali, intellectus agentis causatur in intellectu possibili: species quædam rei intelligibilis, ꝑ quã intellectus rem intelligit, sicut ignis per calorẽ calefecit. Sicut enim forma naturalis est principium actus consimilis in re naturali, ita prædicta forma intelligibilis, in intellectu existens, est principiũ consimilis cõceptus in intelligente. Sicut enim calidum per suum calorẽ calefacit, causando alium calorẽ, ita intellectus per talẽ speciẽ intelligendo, causat in se ipso aliã speciẽ eiusdẽ rei, quæ propriè dicitur verbum, siue cõceptus itellectualis, qui similis est illi formæ, per quã intellectus intelligit, quo ad hoc ꝙ ambo idẽ representant; tñ verbũ, seu secũda spẽs, ꝑfectior est ꝗ̃ prima, & ab ea differt realiter ab intellectione qua producitur, q̃a se hẽt ad eã, vt terminus ad motũ. si tñ ꝓduceret ꝑ intellectionẽ effectiuè, differret ab ea realiter. Modò ꝓducit ab ea ꝑ modũ causæ materialis, seu dispositionis, sicut & ter minus ꝑ modũ, eò ꝙ imperfectũ sit via ad ꝑfectũ. Sic ergo ĩ ista itelligibili origine forma seu species ĩtelligibilis accepta a phãtasia, est id quo intellectus intelligit, & ĩtelligendo verbũ producit: ipse verò conceptus elicitus ab intellectu intelligẽtis dicitur verbum genitũ. Per istũ ergo modum similiter in diuinis dici pôt, ꝙ diuina essentia vel substantia, quæ se habet ad paternũ intellectũ quasi ꝑ modũ formæ intelligibilis, est id formale principiũ, quo Pater itelligit, & intelligẽdo verbũ ꝓducit, i. format ĩ seipso similimũ conceptum, qui dicitur verbũ. Ipse vero Pater intelligẽs est generans, sed id qđ cõcipit intuitu suæ essentiæ, est verbũ genitum ab ipso, perfectè totã Patris essentiã representans. Est autem sciẽdũ ꝙ hoc uerbũ Dei à nostro differt in tribus. Primò, q̃a secũdm Aug. uerbũ nostrũ prius est formabile ꝗ̃ formatũ. nam cum uolo cõcipere uerbũ, seu lapidis rationem, oportet ꝙ ad hoc ratiocinando perueniam, & hoc requiritur in omni eo, quod uolumus intelligere; nisi forte ĩ primis principijs, quæ statim & sine discursu intelligimus, vt puta, quòd totũ est maius sua parte, & in primis cõceptibus notissimis nobis, quandiu autẽ intellectus sic ratiocinando discurrit, iactatur hac atque illac, & formatio verbi necdũ perfecta est, nisi quando ipsam rationẽ rei perfectæ conceperit, & tunc primo habet perfectã rõnẽ verbi. Et hinc est, ꝙ in anima nostra est ipsa cogitatio, id est discursus inquisitionis, & est verbũ formatũ, sc̃dm perfectã cõtẽplationẽ veritatis. Et sic patet ꝙ verbũ nostrũ de potẽtia ad actũ progreditur. Sed verbũ Dei semꝑ est in actu; alioquin Deus cognosceret nouiter, quæ prius ignorabat: ideo nomẽ cogitationis verbo Dei proprie non cõuenit. Vnde dicit Aug. in li. de Trin. ꝙ sic dicendũ est verbũ Dei, ut cogitatio nõ dicatur, ne quid, quasi uolubile, credat ĩ Deo. Secunda differentia est, quia uerbũ diuinũ perfectissimum est, nostrũ uero imperfectum. Quia enim nõ possumus omnia, quæ sunt in anima, & scientia nostra, uno uerbo exprimere; oportet quòd sint plura uerba imperfecta, ꝑ quæ diuisim exprimamus, q̃ in nostra scientia cõtinentur. In Deo autẽ non est sic, nam ipse uno simplici intuitu, se ipsũ cognoscẽdo, omnia cognoscit; & ideo est unicum uerbum diuinum expressiuũ totius, quòd in Deo est & etiam omniũ creaturarum, alias esset imperfectũ. Vnde dicit Augu. ꝙ si aliq̃d minus esset in uerbo, quã in dicentis scientia contineatur, imperfectũ esset; cum ergo sit perfectissimum, est tantũ unum. Tertia differentia est, quia verbũ nostrum, non est eiusdẽ naturæ nobiscũ: diuinum autem, est eiusdẽ naturæ cum Deo, & subsistit in natura diuina. Nã conceptus intellectualis, siue ratio intellecta, quam intellectus noster format de re intellecta, habet esse intelligibile tãtùm in anima nostra, cuius intelligere, nõ est idẽ quod suum natura le esse, vel essentia, q̃a anima nõ ẽ sua operatio.

ratio. Et ideo, verbum, quod format intellectus noster, nō est de essentia animæ, sed est eius accidens: in Deo autem idē est intelligere & esse. ideo verbum in diuinis nō est accidens, sed ad essentiam ipsam diuinam ptinet; vñ oportet ꝙ sic subsistēs & Deus, quia quicquid est natura Dei, est Deus. Vnde dicit Damasc. ꝙ verbum diuinum substātiale est in hypostasi existens; reliqua verò verba, i. nostra, sunt virtutes animæ. Ex præmissis patet ꝙ verbum, propriè loquendo, semper accipitur personaliter in diuinis, cū importet quid expressum, & originatū in intelligente: origo autem in diuinis nō nisi ad personam pertinet. Patet etiam hoc verbum esse coæternum ei à quo procedit, qa non prius fuit formabile, quàm formatū, sed semper est in actu. Patet etiam, ꝙ est Patri æquale per omnia, cum sit verbū perfectissimum totius essentiæ Patris expressiuum & contentiuum. Patet etiam ꝙ cum in qualibet natura, id quod procedit, habēs veram similitudinem eius a quo ꝓcedit, vocetur Filius, & hoc verbum procedat in similitudine & identitate naturæ eius, à quo procedit, verè & propriè dicit Filius, & eius productio dicitur generatio. Et sic patet declaratio primæ dictionis. Sed hic occurrunt quatuor quæstiones. Prima est Chry. quare Ioannes dimittens Patrem statim incepit a Filio, dicens [In principio erat verbum] Ad hoc dicitur, ꝙ ideo est, quia per Filiū ducimur in notitiam Patris. Vnde infra 10. Pater manifestaui nomen tuum. Ideo volens Euangelista fideles adducere ad notitiā Patris, statim incipit à Filio, & cōtinuo subiūgit de Patre, dicēs [& verbū erat apud Deū] i. Patrem. Potest etiā dici, ꝙ Pater in veteri testamento erat omnibus communiter notus in ratione Dei, & si non in rōne Patris: Filij autē ignorabatur. Ideo in nouo testamento, in quo agit de cognitione verbi, ab eius notitia incipit Euangelista. Secunda quæstio est etiam Chry. Cum enim verbum procedat vt Filius quare dixit verbū & non Filius? Ad hoc videtur secundū aliquos tripliciter. Primò, dicendo ꝙ hoc fit ad tollendam carnalis generationis concupiscentiā, quam Filius dat intelligere. Dicit ergo verbum, ne credatur per concupiscentiā Deus genuisse. Secūdò, fit ratione actus quia verbum habet nunciare quod occultum est in corde, & ad hoc Filius venit in mundum, & ideo dicitur verbum. Tertiò, quia in Euāgelio Ioannis agitur de Filio, secundū ꝙ per ipsum creatura rationalis reducitur ad Patrem, tanquam ad primam similitudinē, & exemplar. Sed verbum est prima similitudo intellectus, qui Patri attribuitur, vt dicit Sa Ansel. Est etiam tertia quæstio Aug. in lib. 83. quæstionū, talis. Nam in græco vbi nos habemus verbum, habetur logos, qđ significat & verbū, & rationem. Quare ergo trāslator transtulit verbum potius, quàm rationem, cum vtrunque sit in mente? Ad hoc dicitur, ꝙ similitudo, quæ est in mente, est principium cognoscendi rem extra, etiam faciēdi illam. Quando ergo est principium cognoscendi tantum, & non faciendi, dicitur ratio, vel idea aliquo modo; quia ratio propriè, secundum san. Tho. nominat conceptum mentis, secundum ꝙ in mente est, etiam si per illam nihil exterius fiat. Quando verò est principiū cognoscendi, & faciēdi simul, dicitur exemplar & verbum ꝑ qđ, secundum S. Tho. super Ioan. significat respectus ad exteriora. Vnde S. Tho. 2. dis 12. dicit, ꝙ verbū in diuinis propriè importat rationem formæ exēplaris, quia est ars. Et 4. contra gē. c. 2. dicit, ꝙ verbū Dei respectu Dei est imago, sed respectu creaturarū, est exemplar. Sic ergo, quia Euangelista intendebat, ꝙ Deus per verbum suum nō solum sciret, sed etiam faceret omnia, ideo conuenientius verbū, quam ratio translatum est. Est autem, & quarta quæstio Orig. Nam diuina scriptura de hoc verbo in pluribus locis loquens, non appellat ipsum verbū absolutè, sed verbū Dei, quare ergo Ioannes appellat ipsum verbum absolutè? Ad hoc dicitur ꝙ licet sint multæ veritates, tamē vna est veritas absoluta, quæ per essentiā suam est veritas, idest ipsum diuinū esse, quo omnia vera sunt vera, & eodem modo est vna absoluta, seu abstracta sapientia, idest diuina; & similiter vnum verbum, cuius participatione omnia alia verba sint verba. Sicut autem Græci, quādo talem rem absolutam significare volunt, apponunt articulum, ita hic, ad talem eminentiam significandā, dictum est verbū absolutè sine limitatione. Considerandum est secundò, quid significetur per hoc, quòd dicitur in principio. Est autem principiū originis, sicut fons ē principium

cipium riuuli ab eo procedentis. & est principium durationis, sicut mane est principiū diei. Primo modo, accipiendo principium, non de principio, stat ꝓ persona Patris, qui est fons deitatis, & principium non solum creaturarum, sed etiam omnis diuini processus, ut dicit Beatus Diony. Pater enim est principium Filij & Spiritussancti. Secundum hoc ergo dicitur [In principio erat uerbum] id est in Patre Filius, contra errorem Arrij, qui dicit Filium esse creaturam. Hæc autem expositio est Augusti. & Orig. Dicitur autē Filius esse in Patre, quia eiusdem est substātiæ cum Patre. Cum enim Filius sit sua essentia, in quocunque est essentia Filij, est ipse Filius. Quia ergo in Patre est essentia Filij per consubstantialitatē, cōsequens est, vt etiam in Patre sit Filius. Nec tamen sequitur, ꝙ Filius sit in Filio, si in Filio est essentia Filij, q a adesse in aliquo isto modo, non sufficit idētitas ad illud, qđ est in aliquo, sed requiritur distinctio rationis inter illud, quod est in aliquo, & in quo aliquid est. Vnde dicimus deitatē esse in Deo, non autem in deitate, nec Deum esse in Deo, licet sit idem deitati, quæ est in Deo. Secundùm autem quòd principio durationis, sic est sensus. [In principio erat uerbū.] id est ante omnia, scilicet etiam imaginabilia creabilia, siue in ęternitate erat Filius, ut August. exponit cōtra errorem Nestorij & Claudii, qui ponunt Filium habere durationis principium. Et designatur per hoc ver. æternitas, secundum Basi. & Hyla. Per hoc enim quod dicitur in principio erat uerbū, ostēditur, quòd quodcunque principiū durationis accipiatur, siue rerum corruptibiliū, quod est tempus, siue æuiternarū uel incorruptibilium, siue totius mundi, quod est æuum, siue quodcūque tempus imaginatū extensum per infinita secula; in illo principio iam erat uerbum. Vnde dicit Hyla. 2. de Tri. Pone quod uoles tuæ opinionis principium, iā erat uerbum. Prouerb. 8. Dominus possedit me in initio uiarum suarū, añquā quicquā faceret. Quod aūt præcedit omnis durationis possibilis principiū est æternū. Sic ergo secundùm primam expositionem intelligitur uerbi ad Patrem cōsubstantialitas, secundùm secundā uero coæternitas. Considerandum est tertio, quare dicat erat & nō fuit? Ad hoc dicēdum est, quòd erat, est præteritum imperfectum, & ideo bene congruit ad significādum diuinam æternitatem, quā oportet significare per uerba tēporalia, licet sit supra omne tēpus. Quod. n. futurum est, nondū est actu, sed per hoc nō designatur fuisse. Præteritum autem perfectum designat aliquid extitisse, & iā esse terminatum, & esse desiisse. Sed pteritum imꝑfectū designat aliquid extitisse, sed terminatū non esse, nec esse desiisse, sed adhuc remanere; quia pteritū imperfectū designat præteritum terminatum ad præsens, & cōsequenter, quod adhuc nunc est. Et ideo ly erat, quod est præteritum imperfectum cōuenienter ponitur, ad significandā æternitatem & permanētiā diuini, esse quod cōpetit uerbo diuino. Et uniuersaliter hoc uerū est in his, quæ in Deo nō importantur per modum motus, ut pater per S. Tho. 1. dis. 8. q. 2. Sed quęrunt hæretici, quō esse pōt genitum coæternum generanti? Ad quod dicēdum est ꝙ cā ꝓducēs aliquem effectum per motum successiuum mensuratum tꝑe, necessario pcedit suum effectum; sicut pater in humanis filiū suum; quia necesse est, causam esse in principio illius motus quo mouet, cum mouere nō possit, qđ nō est: effectus uero poni nō pōt, nisi, in fine eiusdem: quia cessat omnis motus producto effectu, & cōsequēter in toto tꝑe illius motus, est causa, & non est effectus. Sed quando causa producit sine motu successiuo, in eodem instāti ponit possibiliter causa, & effectus, sicut si nunc Deus crearet vnum alium solem, in primo instāti sui esse illuminaret aerē, quia nō illuminat ꝑ motum, sed ꝑ subitā mutationē, & multo magis si cā nō ꝓcederet ꝑ motū, nec ꝑ mutationē, sed ꝑ simplicē emanationē, sicut Deus creat, uel per operationē manentē in agēte, sicut Deus generat Filiū & spirat Spiritum sanctum. Sciēdum est igit̃ ꝙ Deus ab ęterno seipsum perfectè intelligit: aliter. n. non esset purus actus, si de potētia intelligēte fieret actu intelligēs. Et iō necesse est ꝙ ab æterno semper uerbum ꝑfectū ꝓducat. Nō. n. qñq; itelligit, & qñq; nō itelligit, sed sēꝑ itelligit. ut hr 12. Metaph. Et ita ab æterno & sꝑ uerbū ꝓducit. Huius aūt rei aliqualis similitudo apparet in igne, & ī splēdore ab igne ꝓcedēte, q nō ꝓcēdit successiuè, sed subito. Vñ si ignis, vel sol eēt æternus, splendor ab illo procedens

esset coæternus. Propter quòd & Filius dr splēdor Patris, ad Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ Patris &c. Sed in hac similitudine, deficit connaturalitas, sicut in filiatione humana, deficit coeternitas, eo ꝙ Filius non subito, sed successiuè ꝑ motū generetur: oportet ergo, ex diuersis similitudinib. sensibiliū. in diuinam cognitionē peruenire. q̃a vna non sufficit. Et hoc est ꝙ dr̄ in lib. Ephesini Cōcilij, Coexistere semper Patri Filium, splendor tibi denunciet, impassibilitatē natiuitatis ostēdat verbum, cōsubstantialitatē vero tibi nomē Filij denunciet. Nominamus ergo Filium diuersis nominibus, ad exprimēdam perfectionem eius, quæ nomine vno exprimi non pōt. Vt. n. ostēdatur Patri cōnaturalis, dr̄ Filius: vt ostendatur omnino similis, siue in nullo dissimilis, dr̄ imago: vt ostendatur coæternus, dr̄ splendor; vt ostendatur immortaliter genitus, dr̄ verbum. Secunda autem quæstio est, vbi erat verbū, quàm Euangelista soluit cùm subiungit [& verbū erat apud Deum] In hac aūt solutione, dat intelligere, distinctionem personalē verbi geniti à suo genitore, quæ distinctio consurgit ex opposita relatione originis Genitum n. opponitur relatiuè ad genitorem. Oppositæ aūt relationes, non possunt inesse eidē supposito vel personæ, & ideo necesse est genitum verbum esse distinctum in persona à generante, ꝙ denotauit Euangelista, cū ait [& verbū erat apud Deū] gl. i. Filius apud Patrem, sicut vna persona apud aliam. Ista enim distinctio significatur per ly apud q̃d est præpositio, & ideo distinctionē importat, quia omnis præpositio est transitiua. Conuenienter autem verbum dicitur esse apud Deum & non apud deitatem, quia, hoc nomen deitas significat diuinitatem absolutè, & in abstracto. sed hoc nomen Deus significat diuinitatem in supposito, & quasi concretiuè. Si ergo verbum diceretur esse apud deitatem, per hoc significaretur, verbum esse distinctum non solum à persona Patris, sed etiam a deitate absolutè sumpta, quod est absurdum, Verbum .n. Dei, est idem quod sua deitas, cum inter verbum & deitatem nulla cadat oppositio relatiua, quæ possit esse causa realis distinctionis. Sed hoc nomen Deus cum significet deitatē, vt in supposito habet virtutē significationis vocabuli supponere, ꝑ quocunque supposito diuinę naturę, sic hoc nomen homo. potest supponere pro quocūq; supposito humanitatis. Quod autē hoc nomē Deus supponat determinatè pro persona Patris & Filij, habet ex natura termini cui adiungitur, vt cū dicitur. Deus generat Deum. In subiecto .n. supponit ꝑ persona illa, cui conuenit generare. s. persona Patris ècontrario in prædicato stat pro persona cui cōuenit generari, i. pro persona Filij. Et similiter cum dicitur verbū erat apud Deū necesse est ꝙ ly Deum, stet ibi pro ꝑsona Patris, propter distinctionem verbi, quod dicitur esse apud Deū; quæ distinctio importatur ex virtute huius præpositionis apud. Est autē sciendū ꝙ ly apud, significat quatuor, ꝑ q̃ quatuor obiectiones, contra fidei veritatē moueri possibiles, determinantur. Significat enim subsistentiam in recto, q̃a ea quæ subsistentiam nō habent, nō dicuntur propriè esse apud aliquid; sicut nō dicimus albedinē esse apud hominē: dicimus aūt hominē esse apud hominem, quia vterque subsistit. Secundò, significat authoritatē in obliquo. Non .n. propriè dr̄, rex esse apud militem, sed miles apud regem. Tertiò, dicitur distinctionē Non enim propriè aliquis dicitur esse apud seipsum, sed vnus homo apud alium. Quartò, significat cōiūctionem quandam & societatem. Cū enim aliquis dicitur esse apud alium, significatur inter eos quædam socialis coniunctio. Secūdùm autem istas conditiones importatas ī significatione huius præpositionis apud, cōuenienter Euangelista hanc clausulā secūdam, s. [verbum erat apud Deū] subiungit primæ clausulæ. s. [in pincipio erat verbū] vt sic per istam secundā clausulam, excludantur quatuor dubitationes, quæ insurgebāt ex duplici expositione clausulæ primæ. Si enim exponatur sic, in principio. i. ante omnia, insurgunt duæ dubitationes, quarū prima talis est. Ante omnia nihil erat, vbi ergo, seu ī quo loco verbū erat, si ante omnia erat? Hæc obiectio procedit secundùm imaginationem eorū, qui ponūt nihil posse consistere sine loco. Credunt enim ꝙ omne quod est alicubi, idest in aliquo loco sit. Hæc autem obiectio excluditur, cū dicitur, [apud Deū] Designat enim ly apud, socialem coniunctionem, vt sit sensus secundū

Basil.

Basil Vbi ergo erat verbum? Respon. Euangelista. Apud Deum, nõ in aliquo loco, cũ circunscriptibile sit, sed apud Patrẽ, q nullo loco circunscribitur, vel cõprehenditur. Secunda qõ est talis. Tu dicis, ꝙ verbũ erat in principio, i. ante omnia. Sed quod est ante, omnia, non videtur ab aliquo procedere cum illud à quo aliquid procedit, videatur prius eo, quòd procedit ab alio. Sed hæc obiectio excluditur per hoc, ꝙ ly apud, importat authoritatẽ in casuali, seu obliquo, vt sit sensus, secundum Hyla. A quo est verbum, si est ante omnia? Respondet Euangelista, ꝙ verbum erat apud Deum, quasi diceret. Licet verbum careat principio duratio nis, non tamen caret principio originis, vel authore: erat. n. apud authorem ante oĩa. Si verò exponatur, in principio, i. in Patre, insurgunt duæ aliæ. Quarum prima, talis est. Si verbum erat in principio, i. filius in patre, verbum non videtur esse subsistens, nã quod in alio est, non subsistit in se. Soluitur autem secundum ly, quòd apud dicit subsistentiam in recto, & sensus est secundum Chrys. Verbum erat in principio, non vt accidens, sed erat apud Deum, vt subsistens, & hypostasis diuina. Secunda quæstio, est talis. Quod est in aliquo, non est ab eo distinctum: si ergo Filius est in Patre, non est distinctus a Patre. Soluitur aũt secundũ, ꝙ ly apud, dicit distinctionem vt sit sensus, secundum Alcui. & Bedam. Verbũ erat apud Deum, i. sic erat in Patre per cõsubstantialitatem naturæ, ꝙ tamen est apud ipsum ꝑ distinctionem personæ. Sic ergo per hanc clausulam, & verbum erat apud Deũ, ostenditur coniunctio verbi ad Patrem in natura, secundum Basi. distinctio autem in persona secundum Bed. & Alcui. & subsistentia verbi in natura, secundum Chrys. & authoritas originis Patris ad Filium secũdum Hylarium. Tertia aũt quæstio est, quid erat verbũ, quam soluens, Ioannes ait [& Deus erat verbũ] Hæc aũt est tertia clausula, quæ conuenientissimè ponitur post secundam. Quia. n. dixerat de verbo, qñ erat, & vbi erat, restabat dicere, quid erat. quòd dicit, dicendo, [& Deus erat verbum]. i. verbũ erat Deus. Quia. n. dixerat, verbum esse apud Deum, & ly apud, dicit distinctionem, potuisset quis credere, ꝙ verbum erat apud Deum Patrem distinctum ab ipso in natura, ideo ad hoc excludendum statim subdit cõsubstantionalitatem verbi ad Patrem, dicens, [& Deus erat verbum] quasi dicat. Nõ erat separatum à Patre per naturæ diuersitatem, cum esset Deus sicut & Pater. Sed notandum est, ꝙ circa hanc clausulã Orig. turpiter errauit, ex modo loquendi qui hr in Græco. Consuetudo est. n. in Græco, ꝙ ꝑponunt nomini articulum qñ volunt designare distinctionẽ quandam. Quia ergo in Euang. Io. huic nomini, quòd est verbũ, cũ dr, in principio erat verbũ, & similiter huic nomini, quòd est Deus, cum dr. & verbum erat apud Deũ, apponitur articulus, vt dicatur ly verbũ, & ly Deũ, ad signandũ distinctionẽ, & eminentiam verbi diuini ad alia verba, & principalitatem Patris in diuinitate, sed tñ cum dr, verbum erat Deus non apponitur articulus huic nomini Deus, quod supponit pro persona filij ideo blasphemauit Orig. dicens ꝙ verbũ nõ esset ille Deus, qui est Pater, i. Deus per essentiam, licet sit verbum per essentiam, & Deus participatione, solus vero Pater est Deus per essentiã. Et sic ponebat Filium minorem Patre. Sed hoc non est verum secundum Chrys. Si. n. nunquam poneretur articulus ad ly Deus, nisi qñ prædicatur de Patre, nunq̃ apponeretur, qñ prædicatur de Filio. Sed contrariũ huius apparet per duas authoritates Apostoli. Dicit. n. in epis. ad Titũ. Expectãtes beatam spẽ & aduentũ gloriæ magni Dei, ꝙ de Filio intelligitur, & tñ in Græco apponitur articulus ad ly Dei. Itẽ ad Ro. 9. dr. Christus est super omnia Deus benedictus in secula, vbi ẽt in Græco apponitur articulus. Et sic patet falsum quod Orig. finxit. Ratio aũt quare non apponitur hic articulus, assignatur à Chrys quia. s. Euangelista iam bis nominauerat Deum cum appositione articuli, & ideo nõ erat necesse iterũ replicare. Quarta aũt quæstio est. quomodo erat verbum, & hanc soluit per quartam clausulã d. [hoc erat in principio apud Deum] Hæc autem clausula pulcherrimo ordine introducitur post præcedentem. Ex hoc enim, quod Euangelista dixerat, quòd ipsum verbum erat Deus, duplex falsus intellectus insurgebatur apud non rectè intelligentes. Vnus apud quosdam Gentiles, qui ponebant duo contraria principia, & eorum cõtrarias voluntates, vnde introducunt, Io-

uem pugnasse cum Saturno. Et hunc errorem secutus est Manichæus, qui posuit duo contraria principia, scilicet Deum lucis, & Deum tenebrarum. Et contra istum errorem, dicit dominus Exod. 30. Dominus Deus tuus, Deus vnus est. possent ergo isti in verbis Euangelistæ sui erroris fulcimentum sumere, dum alium crederent Deum esse, apud quem erat verbũ & alium ipsum verbum. Hoc ergo excludit Euangelista, di. [hoc erat in principio apud Deũ] quasi dicat secundũ Hyl. Ita dico ꝙ uerbũ ẽ Deus, quod tamen non est habens diuisam deitatẽ, sed est apud Deum, in vna & eadẽ natura, in qua ipse est. Item, ne per hoc ꝙ dixerat, uerbum erat Deus, intelligeretur, quod haberet contrariam uoluntatem, addidit ꝙ hoc, scilicet uerbum, erat in principio apud Deum; scilicet pa'rem nõ diuisum ab ipso, non ei contrarium, sed habens eum eo identitatem naturæ, & concordiam voluntatis. Alius error poterat elici ex pmissis verbis ab Arrianis qui ponut filium minorem patre, quia dicitur infra 9. Pater maior me est. Dicunt enim, peruersè intelligẽtes, Filium esse minorem Patre, & quantùm ad æternitatem, & quantùm ad diuinitatem. Vt ergo Euãgelista hoc excluderet, addidit. Hoc erat in principio apud Deum. Arrius. n. primã clausulam, s. in principio erat verbum, admittit: non tamen vult, quod principium accipiatur ibi pro Patre, sed pro principio creaturarum, dicens, ꝙ verbum erat in principio creaturarum, sicut dignissima creatura, sed nequaquam Patri coæternum. Sed hoc excluditur secundùm Chryso. per istam clausulam, quia hoc erat in principio non solum creaturarum, sed apud Deum, i. ex quo Deus fuit. Nunquàm. n. pater fuit solitarius sine verbo. Item Arrius concedit ꝙ verbum est aliquo modo Deus, sed tamen minor Patre, sed hoc excluditur per ea quæ sequũtur. Duo. n. sunt propria magni Dei, quæ Arrius singulariter Patri attribuebat, s. æternitas. & omnipotentia. in quocunq; ergo est inuenire illa duo, ille est verus & magnus Deus. Sed ista duo Euangelista Filio attribuit. Nam ei attribuit æternitatẽ, cùm dicit, Hoc erat in principio apud Deũ, idest verbum non solum erat in principio creaturarum, sed in principio, i. ab æterno apud Deum, accipiens esse, & æternitatem ab ipso. Omnipotentiã vero per hoc quod subdit, omnia ꝑ ipsum facta sunt. Siquis ergo diligẽter consideret has quatuor clausulas, inueniet ꝑ illas destrui omnes errores, qui insurgunt contra verbi diuinitatẽ. Nã quidã Hæretici sicut Ebion & Cherintus dixerunt Christũ non præextitisse beatæ Virgini, sed ab ea sumpsisse essendi & durationis principium, ponentes eum esse hominẽ purum, sed diuinitatem per bona opera meruisse. Hoc ergo excluditur, cùm dicitur, in principio. i. ab æterno erat verbum. Sabellius autem confitebatur illum esse verum Deum æternum, dicebat tamen, quod non erat alia ꝑsona Patris & Filij, sed vna & eadẽ confundens Trinitatem personarũ. Hoc autem excluditur, cùm dicitur, & verbũ erat apud Deum, i. Filius apud Patrem, sicut alius apud alium. Eunomius vero omninò posuit Filiũ dissimilem Patri. Et hoc excluditur, cùm dicitur. & Deus erat verbum. Arrius verò dicebat Filium patre minorẽ, qđ excluditur cũ dr̃, hoc erat in principio apud Deum [Omnia per ipsum facta sunt] &c. Hic Euangelista ostendit verbi virtutem & potentiam. Primò, respectu existentium. Secundò, respectu viuentium, ibi [quod factum est] Tertiò, respectu rationalium, ibi [& vita erat] Hoc. n. verbum est esse existentiam. Vita viuentium, & Sapientia rationalium: Dicit ergo quantum ad primum [omnia] scilicet visibilia & inuisibilia. Aug. Omnis forma, omnis compago omnis concordia partium per ipsum, s. verbum à patre genitum, facta sunt, i. condita, & in esse ꝑducta. Ex hoc arguit Augus. filium non esse creaturam contra Arrium; quia, si omnia per ipsum facta sunt: ergo ipsum verbũ non est factum. Non est. n intelligibile, ꝙ aliqđ sit sibiipsi principium & causa essendi. Si autẽ non est factum, ergo est Patri consubstantiale & coæternum. Sed vitãdus est hic duplex error Origenis. Vnus est, quia blasphemat Spiritumsanctum dicens illum esse creaturã. Hoc aũt est hæreticũ cũ sit eiudẽ substantiæ, naturæ & gloriæ cum Patre, & Filio. Iuxta illud Mat. vl. Docete omnes gẽtes, baptizantes eos in noĩe Patris, & Filij, & Spiritussancti. Et iuxta illud 1. Io. 5. Tres sũt, q testimoniũ dãt in cœlo, Pr̃, Verbũ, & Spũssctũs, hi tres vnũ sũt. Cũ ergo dicit Euãgel. [oĩa ꝑ ipsũ fcã sunt], nõ ẽ intelligendũ simpli-

simpliciter omnia, sed in genere creaturarũ & rerum factarum, tanquã dicat. Omnia facta, ꝑ ipsum sunt facta. Secundus error Origenis est, quia ipse sic dicit. Omia facta à Patre per verbũ, sicut aliquid fit à maiori, per minorem. Vnde ponit Filium in rerum productione, fuisse quasi instrumentum & organũ Patris. Sed ꝙ per istam præpositionem, per, nõ significaret minoritas in obliquò, seu verbo, patet ex pluribus scripturæ locis. Dicit .n. apostolus. 1. Corin. 1. loquẽs de Patre. Fidelis Deus; per quẽ vocati estis in societatẽ Filij eius, Ergo si ly ꝑ, semp significaret minoritatem in obliquo, sequit̃ ꝙ Pater sit minor Filio. Ad huius autẽ dicti maiorem euidentiã oportet intelligere, ꝙ cum dicimus, Patrẽ operari per Filiũ. ly ꝑ, notat aliquam causam operationis Hoc autem potest intelligi dupliciter. Vno modo ita, ꝙ filius sit causa & principium operãdi Patri, quod nullo modo conceditur. Sicut enim Filius ipsi Patri nõ est principiũ essendi, ita nec operandi, Alio modo, ita ꝙ Filius habeat à Patre virtutẽ operãdi, & hoc verũ est. Nec tamẽ sequitur ꝑ hoc ꝙ Filius sit minor Patre. Nã cũ dico aliquid operari ꝑ virtutẽ, quã accepit ab alio, dupliciter intelligitur. Aliquando enim illa virtus nõ est eadẽ dãtis, & accipiẽtis; & tunc accipiẽs illã, ẽ dãte minus & instrumẽtũ, vel organũ eius; sicut Deus, dr. ꝑ cęlestia corpora quibus virtutẽ operatiuã cõtulit, multa in istis inferioribus agere, aliqñ vero vna numero virtus est dantis illam & accipientis, sicut est in ꝓposito, quia. s. vna numero virtus est Patris & Filij, licet illã habeat Filius a Patre, & tũc non oportet accipiens esse minus dãte, & cõsequenter, nec Patre minor est Filius, nec Patris instrumentum. Igitur ly per, nõ dicit habitudinem causæ instrumentalis, nec super principalis, sicut cùm dicitur rex operari per ministrum, sed causæ sub authoritatiuè, idest habentis virtutem ab alio; in quo est authoritas. Et ad hunc sensum dicit etiã habitudinem causæ mediæ. Licet autẽ omnia dicantur facta per Spiritũsanctũ, tamen magis propriè dicuntur per verbum omnia facta sunt, quia cùm ly per, dicat habitudinem causæ efficientis & exemplaris, omnia sunt facta per Filium vtroquemodo, sed per Spiritũsanctum primo modo tantũ, cũ Spiritus sancti, vt sic nõ dicat exemplar, & similitudinem, sicut verbum. Possunt etiam omnia dici facta in Filio, secundum illud Psal. Omnia in sapientia fecisti: vt sit sensus, in ipso, i. virtute ei nõ tñ ꝓpriè ab ipso, vel ex ipso verbo, scd̃m aliquos; q a hę ꝓpõnes, i suo casuali, notant principalitatẽ casualitatis, q̃ nõ est in Filio, sed in Patre. Et aduertẽdũ est ꝙ notanter dixit Euãgelista facta, & nõ genita, ad excludendũ errores eorũ, qui dixerũt Deum omnia produxisse de substantia sua [Et sine ipso factũ est nihil] Istã clausulam aliqui peruersè intellexerunt, sicut Manichei, qui ponebant duo principia. Vnum, scorruptibilium, & aliud incorruptibiliũ. Dicit ergo peruersus Manicheus, quòd postquam Ioannes dixerat, omnia per ipsum facta sunt, ne crederetur verbum esse rerũ corruptibiliũ causam, statim subiunxit, & sine ipso factum est nihil; idest, corruptibilia quæ dicuntur, nihil eò quòd eorum esse continuè transmutatur, & in nihilum tendit, Sed iste error procedit ex peruerso intellectu literæ. Non enim ly nihil, ponitur ibi affirmatiuè, nisi forte respectu priuationũ, quæ sunt in malo culpæ, sicut ipsi intelligunt, sed negatiuè; vt sit sensus, ita omnia sunt facta per verbum, vt nihil sit participans esse, seu factum, quod non sit factum per ipsum. Et ratio huius est euidens Quicunq; enim aliquid facit, oportet ꝙ p̃concipiat illud in sapiẽtia sua, q̃ est forma & ratio rei factæ; sicut forma in mẽte artificis p̃ cõcepta ẽ rõ domus faciẽdæ. Sic ergo Deus nil facit, nisi qđ in intellectu suo p̃concepit & hæc p̃conceptio est verbũ, quo seipsũ dicit & oĩa quæcunq; facit, vt dicit Aug. Vnde impossibile est, ꝙ Pater aliquid operet̃ nisi per Filiũ, qui est sapientia ab æterno p̃concepta Vnde dicit Aug. lib. de Trinitate, Verbũ est ars plena omniũ rationum viuẽtiũ. Et sic patet, quòd pater omnia facit per filium, qui est verbum eius, iuxta illud Prouer. 9. Cum eo eram cuncta componẽs. Sed contra. Nam si ly nihil, tenetur negatiuè, superfluè additũ est, & sine ipso factũ ẽ nihil, q a hoc poterat intelligi ꝑ id oĩa ꝑ ipsum facta sunt. Solutio. Illa clausula addita, secundũ multos multipliciter introducit̃. Primò, secundũ Chry. ne aliquis per verbũ intelligeret facta solũ illa, quæ enarrat Moyses, visibilia. Et hac rõne Apostolus dixit, oĩa ꝑ ipm facta sunt, siue visibilia, siue inuisibilia,

Et secundò, secundùm eundē, ne quis crederet, p verbū facta solū oīa illa, quæ alij Euāgelistæ narrant, eum fecisse, vt illuminasse cęcos &c. Tertiò, secundùm Hila. ad ostendendum, ꝙ verbum habet virtutem operatiuam ab alio, ne. s. intelligatur Pater excludi ab ista causalitate. Nā ly sine ipso, valet ly, non solus, vt sit sensus. Non ipse solus est, p quem facta sunt omnia, sed ipse est vnus, sine quo factum est nihil. q. d. Sic per eum facta sunt omnia, vt tamē Pater omnia cū eo fecerit. Hæc sanctus Tho. de mente Hilarij. Et videtur mihi ꝙ intendat istum modū loquendi esse similem ei, quo vtimur circa Principem & Cōsiliarium, quia consiliariū dicimus omnia facere, i. sine eo fieri nihil, ita ꝙ secundum exponit primum, vt. s. non intelligatur omnia facere principaliter, vt rex. In quadam autem home. quæ incipit. Vox spiritualis aquilæ, & à quibusdam attribuitur Origeni, ponitur alia expositio satis pulchra. Quod enim apud nos dicitur, sine ipso, in Græco, secundum aliquos, ponitur extra ipsum. Dicit ergo Euangelista ꝙ ita omnia per ipsum facta sunt, quod tamē sine ipso, idest extra ipsum factū est nihil; vt ostendat, per verbum & in verbo omnia conseruari. Iuxta illud Hebre. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Artifex enim creatus non est causa rei, nisi quantum ad fieri domus, sed nō essendi. Subsistit enim in suis principijs, postquā facta est. Et ideo subtracta influentia ædificationis domus, nihilominus in esse conseruatur, quia esse suū nō dependet ab artifice. Sed artifex increatus, idest verbum diuinū (quod ita est ars quod etiā est artifex) est causa totius esse rei, quantùm ad sua principia, in qbus subsistit vnaqueque res. Et ideo quælibet res in esse producta, indiget eius conseruatione, & continua influentia, ad hoc, vt subsistat. Vt ergo ostenderet Euangelista omnia dependere à verbo, quantùm ad fieri, & quantùm ad esse, dixit [sine ipso factum est nihil] idest, nihil factum est extra ipsum, quia ipsum ambit omnia sua virtute mirabili, omnia ī esse conseruans, sicut sol cōseruat in aere lumē. Tertio modo, exponitur hæc particula, secundum Augustinum, & Origenē, & multos alios, vt per ly nihil, intelligatur peccatum. Quia enim Euange. dixerat omnia per ipsum facta sunt, posset aliquis intelligere, ꝙ etiā peccatum fieret per ipsum, ad quod excludendum subditur, nihil, id est peccatum factum est sine ipso. Peccatum enim nihil est, & nihil fiunt homines cùm peccant. Nam peccatum est actus humanus, id est deliberatus, malus id est deordinatus. Ista autem deordinatio, est priuatio debiti ordinis: omnis autem priuatio, nihil est. Cum igitur ista deordinatio sit formaliter peccatum, sicut ipse actus, materialiter, sequitur ꝙ peccatum formaliter, & essentialiter, nihil est. Videmus autem, ꝙ ars non est causa alicuius defectus per se in artificiatis, sed est causa perfectionis & formæ: defectus autem in artificiatis contingit ex duobus, scilicet ex peruersa voluntate artificis, q. agit præter regulas artis, vel forte, ex hoc ꝙ non bene scit regulas artis. Verbum autem diuinū est ars perfectissima, plena omnium rationum viuentium, & incommutabilium, & habet voluntatem rectissimam. Et ideo, nullo modo potest esse causa alicuius inordinationis mali culpæ, quod ab vltimo fine deordinat. Sed causa mali culpæ est ipsa voluntas ex libertate sua deuians ab arte incōmutabili. Sic ergo ista vltima particula additur, ad ostēdendum verbi vniuersalem causalitatem, secundùm Chryso. vel virtutem verbi cōseruatiuā, secundùm Orige. vel causalitatis puritatem, quia. s. sic est causa boni, ꝙ nullo modo peccati [quod factum est in ipso vita erat] Hic Euangelista ostendit, verbum esse principium viuentiū. Est autem hic multiplex pūctuatio. Prima, est Maniehæi, qui ex hoc motus est ad dicendum etiam lapides viuere, sic punctuās. Quod factum est in ipso. punctus, idest per ipsum, vita erat, & consequenter viuebat. Sed hoc experientia docet falsum. Secūda, est August. in hoc sensu, quod factum est ex tempore, id est creatum in prima conditione, locis, temporibusque discretum; generibus, & formis, numerisque distinctum; sensibilibus & intelligibilibus substātijs cōpactum, & congregatum, hoc totum [in ipso vita erat] Licet eīm in se non omnia fuit vita, imo nec viuat, tamen vt sunt in verbo, omnia sunt vita: quia sunt deitas. Iste autem terminus vita tripliciter potest exponi. Primò, per verbum, & tunc est sensus. Quod factum est in ipso verbo, erat vita, idest viuebat per verbum, sed permanentiā

& conseruationem in esse habebat. Vnde Chrysosto. Nomen vitæ, non solum conditionis est, sed etiam prouidentiæ, scilicet, quæ est secundum permanentiam. Vnde etiam Philosophus dicit, ꝙ omnes res viuūt per vitam primam. Vel potest exponi per participium, & tunc est sensus. Quod factū est in ipso vita erat, id est erat viuens in ipso, secundum rationem intelligibilem, quia in eo fuit ratio omnium viuentium, secundum Augustinum. Quæ rerum rationes, seu similitudines dicuntur res, non simpliciter, sed in esse intelligibili. Sicut enim hæc res demonstrata, puta, Aristoteles est homo in esse reali, ita similitudo eius, quæ est in intellectu dicit homo in esse intelligibili. Vnde & si nullus homo existat in esse reali, adhuc ille, qui per intellectū cōciperet hominē, verè posset dicere, homo est animal. Cin esse intelligibili, non in esse reali. Hominē autē esse aial in esse intelligibili, nihil aliud est, ꝙ animal esse de intellectu hominis. Sed hominē esse animal in esse reali, est hominem actu extra intellectū habere materiā sensitiuam. Sic ergo cum diuinum verbum ab æterno oīa intellexerint, omnia ab æterno erant in eo, non secundum esse reale rerum, sed secundum esse intelligibile. Sed cō tra. Aut esse rerum reale erat in verbo, aut non. Si primum, ergo res erāt in verbo secū dum esse reale, antequā fierent. Si secundū, ergo non omnia erant in verbo. Ab hoc dico, ꝙ ipsum quoq; reale esse, erat in verbo; sed in verbo non erat reale esse rerū, sed intelligibile, ita ꝙ & ipsum in verbo fuit intelligibiliter, sicut & alia: Semper enim effectus sunt in causis non secundum modum proprium, sed secundum modum suarum causarum, sicut effectus interiores continētur in Sole, secundū modū solaris virtutis. Quia ergo prima & vniuersalis causa omnium entium, scilicet verbum diuinū viuit vita purissima intellectuali, ideo signāter dicit Euangelista, quod vniuersaliter non solū viuentia, sed omne quod factū est, in ipso vita erat, quia omnia creata præexistebāt in purissima luce intelligentiæ eius, secūdū quā viuit vita nobilissima & voluptuosissima. vt habetur 12. Meta. Vel potest exponi ly vita, per aduerb. secundū Origen. Et tunc est sensus. Quod factum est ī ipso vita erat, id est vitaliter, seu æternaliter. Aeternitas enim propriè est vita æterni, id est Dei. Nā dicit, ꝙ omnia ī verbo vitaliter, causaliter, & vniformiter subsistunt. Et dicit vitaliter, id est æternaliter, ne creatis videatur derogare immutabilitati creantis, ex hoc scilicet, ꝙ aliquid de nouo productū est. Hoc enim fit sine aliqua mutatione voluntatis verbi diuini, quod ab æterno immobiliter disposuit in vitali luce suæ sapientiæ, quod creatura inciperet in tali tempore, & non ante. Et sic creaturę temporalis productio, est nouus effectus æternæ voluntatis verbi diuini, semper immobiliter permanētis. Et istā immutabilem ęternitatem optimè determinauit nomine vitæ. Per vitam enim significatur æternitas, quę est vita cōtinuans esse, cum æternitas (secundum Boetium) sit interminabilis vitę tota simul & perfecta possessio. Item dicit causaliter, ne creatio videatur derogare potestati, quia tota ratio facti, est potentia facientis, vnde non eguit materia, quia cūcta creata produxit per actum, qui in agente est, & non in re acta. Itē dicit vniformiter, ne videatur derogare diuinæ simplicitati, quia tam multiplicia & varia fecit. Omnia enim sunt in ipso vniformiter, sicut docet in tribus exēplis Primū, est de sole, in quo est vniformiter secūdum vnā simplicē virtutem, & causaliter omnis multitudo terræ nascētiū. Secūdū, est de pūcto, quod est cētrū, ad quod cōcurrit infinitus lineaū numerus ab ipso productarum, quāuis ipsum sit simplex. A cētro enim ad circunferentiā infinitæ lineæ trahi possunt, cū circuli superficies in infinitū sit diuisibilis. Tertium, est de arte artificis, in qua res multiplices vnum sunt, & in anima eius viuunt. Verbi gratia. Faber, qui facit arcam, primò habet in mente sua, deinde fabricando, extra ponit. Arca autem facta putrescit, sed tamen ex illa, quæ est in mente sua, potest aliā fabricare. Arca enim in opere, non est vita, sed in mente; quia scilicet viuit in mente artificis, vbi est artificiatum antequā fiat. Et sic cùm dicit [vita erat in ipso] ly in, secundū primā expositionē, dicit habitudinē causæ efficientis: secundū autē aliā, dicit habitudinē essendi in aliquo, sed secūdū tertiā, dicit habitudinē ad exēplar æternū, in quo omnia pexistebant vita intellectuali, & inde prodibant, vt subsisterent in proprijs naturis. Tertia punctuatio est Orige.

Pro qua scito, ꝙ cū de Deo vel filio Dei aliquid dicat̄ tripliciter, s. secūdū se tm̄, siue absolute, vt Deus, & cōparatiuè ad nos tm̄, vt redēptor, & vtroque mō, vt sapiēs, viuens, in secundis à tertijs potest addi ly factus, & si nō in primis, vel dicat̄ factus nobis sapiētia & redēptio nō autē Deus. Igitur Orig. sic legit[Quod factū est in ipso, pūctus, vita erat] volēs per hoc significari, factū esse vt verbū, quod in seipso erat vita, sit nouiter factū vita nobis, inquātum nos viuificauit. Ideoq; statim subditur[Et vita erat lux hominum]Sed licet sententia sit vera, tn̄ expositio est extorta. Quarta est Hylarij 2. de Tri virtualiter Pro qua sciendū est ꝙ si q̇s esset pater, habēs filiū paulatim pertingentē ad perfectā virtutē patris, vt in humanis, pater multa faceret per ipsū, quæ tamē nō faceret sine eo. Quia ergo aliquis suspicari posset, ꝙ quædā alia ab alijs omnibus, q̄ ꝑ Filium facta sunt, fuerint facta, nō per Filiū nec sine Filio, ideo postquā dixerat Euāgelista[omnia ꝑ ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil] secūdū Hyl. ad excludēdū illū sensū subiungit̄, qđ factū est, punctus in ipso, i. per ipsum. s. factū est. nō solū non sine ipso. Et ratio huius subiungitur, cum dicit̄. Vita erat. Licet enim viuens possit esse imperfectū, tamen in ipsa vita absolutè nō potest procedere imperfectū, vt aliquid fiat non sine ipso, & non per ipsum Filiū, qui ē vita. Quinta punctuatio est, in qua ly in, dicit habitudinem ad materiā siue subiectū, & tunc punctuatur sic, [quod factū est in ipso]id est circa ipsum vt incarnatio, passio, resurrectio, secundum Hyla & Ambro. [vita erat] i. causa vitæ nobis. Vn̄ infra, 9. Ego sum resurrectio, & vita. Vnde ait Ambr. Ipsius diuinitas vita est, ipsius passio, mors, vulnus, sanguis, sepultura, & resurrectio, vita ē vniuersorum. Hæc ille. Sexta punctuatio est omnino diuersa, secundū Chry. Ipse enim quòd id quod dicitur[quod factum est]totū includat̄ sub prima clausula, vt dicat̄ sic [sine ipso factum est nihil quod factū est] Et hoc dicitur secundùm eum ad excludendum illorum errorem, qui dicebant Spiritum sanctum esse factum à verbo, & consequenter esse creaturam. Quia ergo Euangelista dixerat [sine ipso factū est nihil] ne crederet aliquis, ꝙ p̄dicta locutio se extēderet ad persona Spiritussancti, Euāgelista determinat intellectū ꝓpriū, cum addit ad p̄dictam clausulam[quod factum est]ac si dicat. Sine ipso factū est nihil, nihil dico qđ factum sit, nō includitur persona Spiritussancti, quæ non est facta, sed originata à Patre & Filio ꝑ processum amoris. Quod verò postea sequitur[in ipso vita erat]introducit̄ secūdū eū, propter duo. Vnū est, vt post ꝓductionem omnium rerum, ostendatur indeficientia causalitatis, non solùm ad res ꝓductas, sed etiam producendas; quasi diceret. In ipso vita erat, quia non totum producere potuit, sed etiam quam indeficientem in fluxū, & causalitatem, absq; minorationis dispendio, habet ad res continuè producēdas vtpote, sicut fons viuus, qui nō minoratur ex continuo defluxu. Aqua vero nō viua, & collecta, cum fluit, minorat̄ & deficit. Psal. Apud te est fons vitæ. Secundum vt ostendatur gubernatio rerum, etiam esse per verbum. Quia enim in ipso vita erat, ostenditur ꝙ non produxit res per necessitatem naturæ, sed per voluntatem & intellectum; & ꝙ res productas gubernabat. Et quia Chry. est tātæ authoritatis in suis expositionibus apud Græcos, quòd vbi aliquid exposuit, in sacra scriptura, nullam aliam expositionem admittunt, ideo in omnibus libris græcis, sic inuenitur punctuatū, sicut pūctuat Chryso. scilicet hoc modo[Sine ipso factū est nihil quod factum est]Aliqui autem istū modum legendi reprehendendum putant, quia ly quod factum est, secundum eum, esset superfluum, cum ly nihil, seu nullum ens, qđ ei æquipollet, habeat ly ens distributū solū ꝑ factis. Sed posset dici, ꝙ superfluit apud bene concipientes, & tamē necessariò apponitur propter alios, vt ipse dicit. Credo autem, cum sub vna litera scripturę sint multi sensus literales (vt supra dictum est) & tamē vnus aliquando sit alio planior, & principalior in scribentis intentione, quod principaliter sensus Euangelistæ, sic punctuando, eo modo quo punctuant Latini & multi alij Græci. s. sic[Et sine ipso factū est nihil punctus. Quod factum est &c. Et ratio est, quia Euangelista in prima parte Euāgelij. vsq; ad scilicet ad illū locū. Fuit homo, sic concatenat sentētias omnes. Primò, de essentia verbi, & secundò, de eius potentia. ibi. Omnia ꝑ ipsum facta sunt vt finis primæ sit principium secūdæ. Quam cōcatenationē punctuatio

ctuatio Chry.soluit. Nec est instātia de illa sententia [hoc erat in principio apud Deū] q a ly hoc, sumitur pro verbo, quod fuerat finis prioris [Et vita erat lux hominum] Hic ostendit Euangelista, q verbum diuinū, est principium illuminarium, per quod producuntur rationalia, & ponit tres clausulas, in quarum prima, describit quādam vniuersalem lucem, dicens [Et vita] id est verbum, vel Filius, in quo viuunt oia [Erat lux hominum [Non autem dixit Angelorū, licet sit lux eorum. Primò, secundùm Chrysosto. quia intendit tradere notitiam de verbo, secundum quòd ad salutem hominū ordinatur. Secundò, secundùm Origen. quia nomine hominum intellexit omnem intellectualem creaturam, & hoc à fortiori; quia Angeli magis illa luce participant. Erat, inquam, lux, scilicet manifestans seipsam mundo, tripliciter. Primò, per scripturas. Vnde Origen. Eloquia disce diuina, & eorum omnimò concipes intellectum; id est cognosces verbum. Hęc ille. Secundò, per creaturā. Sēsu, inquit, corporeo, formas, ac pulchritudines, perspice sensibiliū, & in his omnibus nihil tibi veritas declarabit, pręter ipsum, q fecit omnia. In pulchritudine.n. & decor artificiati relucet pulchritudo, & decor artificis. Hęc ille. Tertiò, p assumptam humanitatem. Vnde dicit idem Origenes. Lux est dominus Iesus Christus, q in humana natura, omni rationali naturę seipsum manifestauit, suæque diuinitatis, qua patri æqualis est, abdita mysteria. Hæc ille. In secunda clausula ponit eiusdē iuris irradiationem, dicens [& lux in tenebris lucet] Hoc autem exponitur primò, secūdùm naturalem theoricā; sicut enim aer, per se nō lucet, sed tenebrosa substantia est, capax tamen radij solaris; ita natura nostra, per se considerata, est quædam tenebrosa substātia, sed tamē capax lucis diuinæ sapientiæ. Insuper, aer, dum solis radios percipit, non dicitur per se lucere, sed lux solis, quæ in eo apparet. Similiter nostra rationalis natura, dum diuinum lumen possidet, non per se, res intelligibiles, vt Deum, & ea quæ sunt fidei recognoscit, non dicitur lucere per se, sed lux diuina, in eam superueniens, & apparens. Lux ergo in tenebris [lucet], dum verbum quod est lux, & vita [ho]minum, in nostra natura, quæ tenebrosa est, lucere non desinit, eam continendo, & conseruando per naturam, & reformando per gratiam. Notandum est autem, quòd verbum est lux hominum. Primò, per modum obiecti, quia à solis hominibus, id est intellectualibus creaturis, est cōspicabile. Secundò, per modum causæ efficientis, quia est causa nostri luminis. Tertiò, formaliter, non in se, sed in sua participatione, & similitudine, quia ipsum lumen, quo formaliter videmus, est quædam participatio, & similitudo luminis diuini, secundum illud Psalm. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Sed quoniā ipsa lux increata, omni creaturæ incomprehēsibilis est, subditur tertia clausula, in qua declaratur lucis subtractio, cum dicitur [& tenebræ eam non comprehenderunt] quod exponitur. Primò, secundùm Orige. quia nulla creatura potest comprehēdere istam lucem, id est intelligere, quid, vel qualis sit Deus. Illud enim intellectu comprehenditur, quod pfectè, & totaliter intelligitur. Secundò, exponitur per allegoriam, sic. Tenebra est humanum genus, originali peccato infectum. Quasi ergo si aliquis quærat, quare non omnes illuminantur, cùm verbū Dei sit lux? Respondet tacitè, dicens. Lux, quātùm est de se, lucet in tenebris, id est in humano genere, cui ostendit suæ veritatis cognitionem per scripturam, per creaturā, & per præsentiam suam, qua mundo visibiliter corporalis apparuit in carne assumpta; sed tenebræ, idest omnes vniuersaliter peccato obscurati, vel specialiter Iudęi, eā scilicet lucem se offerentem nō comprehēderunt, idest cognitionem eius non acceperunt: quia oculos aperire noluerunt, se præparando. Chrys. Sicut solari radio non est frui, non aperientem oculos; ita nec claritate hac participare, nisi expandentem vehementer animæ oculum. Hæc ille. [Fuit homo missus a Deo] tractaturus Euangelista de humanatione verbi, primò pertractat de eius Præcursore, qui missus est tanquam lucifer ante solem, vt homines dispo neret ad lucis inaccessibilis verbi susceptionem & perceptionem. De Ioanne aūt loquens Euangelista, tria declarat, scilicet eius dignitatem, & eius vtilitatem, ibi [hic venit] & eius à verbo distantiam, ibi [non erat ille lux.]

QVANTVM ad primum dicit [fuit homo]id est natura humilis , sed officio sublimis,quia[missus à Deo]quasi eius nuncius honorabilis vocabulo;vtpote [cui nomen erat Ioannes]Deo scilicet disponente & ordinante. Dicitur enim Ioannes idē, quod in quo est gratia. Est autem sciendum,quòd petitores grammatici,interdum ad ostentationem sui ingenij, prætermisso communi vsu , excogitant noua ; non tamen meliora veteribus ; sed qui iudicio carent , existimant , quòd non bene dicatur nisi per nouitatem . Dicunt igitur moderni,cui nomen erat Ioanni,quo modo loquē di Hierony.quoque vtitur,in vita beati Pauli primi eremitæ;sed codices sacri,grauitatis causa,vtūtur Nominatiuo casu.Dicitur ergo homo,ad tollendam hæreticorum ꝑfidiam,qui dixerunt illum fuisse Angelum, eo quod dominus de ipso introducit illud Malach.2.Ecce mitto Angelum meum.Sed homo fuit, vt dicitur, quantùm ad naturæ cōditionem ; Angelus autem ibi dictus est, aut propter officij dignitatem, quia Angelus idem est,quod nuncius; & ille nūciauit Christum.aut propter vitæ puritatem,quia licet homo fuit , tamen habuit angelicam puritatem.Item dicitur homo,ad ostēdēdū conuenientiam officii eius . Debebat enim de luce increata testificari hominibus , & ideo debuit homo esse connaturalis aliis,vt sic eum possent intelligere. Tertiò , homo dicitur ad subleuandam hominum fiduciā. Si enim hominem fragilem , & infirmum Deus tātum sublimauit;vt eum suum faceret præcursorem; nullus homo de seipso desperare debet . Sed ne quis dubitaret huic homini credere,quia omnis homo mēdax, ideo dicitur[missus à Deo]vt ex hoc,secūdùm Chrysosto. credas, quæcunque dicit,esse verba mittētis.Vnde Angelus dicitur,cuius proprium est nihil proprium dicere. Cū autem secūdum Sanctum Thomam tripliciter aliquis mittatur à Deo,scilicet per inspirationē.Esaiæ quadragesimo octauo.Misit me Dominus & Spiritus per interiorē inspirationem,& ꝑ apertam visionem.Esa.7. Audiui vocē dn̄i dicētis,quē mittā &c.Et ꝑ Prælati missionē,qui gerit personā Dei,secundū illud.2. Cor.2.Si cui donaui,pp vos in persona Christi. Ioānes pōt dici missus, duobus primis modis.Cauēdus est aūt Origenis error. Dicit enim omnes animas , simul ab initio fuisse creatas, sed postmodū secundum diuersa merita diuersis corporibus alligatas.Sic ergo posset quis intelligere Ioannē missum à Deo in hūc mūdū,quasi prius extitisset in alio , sicut & filius Dei dr̄ missus in carne. Hic.n.sensus,est hæreticus: quia humana anima creando infunditur corpori, & infundendo creatur. Nā de Iacob,& Esau dicitur Ro.9.Cū nondū nati essent , aut aliquid egissent boni,aut mali. In his cum verbis Apostoli habetur , quòd animæ illorū paruulorū,añ natiuitatē suā, nulla habuerunt merita. Dicitur ergo missus;quia postquam fuit homo natus Deus, ex spirituali reuelatione , misit illū ad ꝑdicandum & baptizandum.Vel pōt dici missus,non quia præfuit in alio mundo,sed q̄a præfuit ab æterno in diuina ꝓuidētia, Fuit ergo magnæ humilitatis,q̄a homo magnæ sanctitatis, quia nomen ei erat Ioānes,i.in quo est gratia,sic enim interpretatur.Competebat autē ei hoc nomē.Primò quia maxime in eo diuina gratia abundauit, Luc.1. Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.Item secundò,quia ab ipso incœpit tempus gratiæ.Matth.15. A diebus Ioānis Baptista regnum cœlorū vim patitur , Vel tertio ad ostendendū ꝙ à Deo non fuit ꝓpter sua merita missus, sed pp diuinā gratiā & misericordiam.1.Cor.15.Gratia Dei sum . Deinde Euangelista declarat vtilitatē missionis Ioannis.Dicit ergo,hic venit voluntariè obediēdo mittēti eū à deserto[in testimoniū,vt testimoniū perhiberet de lumine,]s. verbo quātū ad eius miraculosam cōceptionem & natiuitatē.Et nota,quòd verbū supra lucē dixit,hic autē appellat lumē, quia lux dicitur in suo fonte cōsistens,puta in sole,sed lumen, vt in alieno corpore est, puta in aere. Et similiter,verbū in se lux est, sed in humana natura , lumen ; & sic de eo nunc tractat[vt oēs crederent per illū]Ecce finis & fructus huius testis , & testimonii eius,vt.s. oēs homines susciperēt irradiationem veri luminis.Duplex est autē eius irradiatio,vel participatio,scilicet per fidē,& ꝑ apertā visionē. Et prima,est via ad secundā, quia nisi credideritis, non intelligetis, Esa. 7.secūdū aliā literam;ideo dicit[vt omnes crederent per illū]Non enim statim apertè eum cognoscerent , Crederēt,inquā,ꝑ illū,

sed

ſed non in illũ, quia fides innititur primæ
veritati, quæ infallibilis eſt.

Sed hic oritur quæſtio Manichæi, qui ne
gat omnia teſtimonia Prophetarũ de Chri
ſto. Dicit enim, quòd fruſtra Ioannes & alij
ei teſtimoniũ perhibẽt, quia eſt lumẽ puriſ
ſimũ: lumen autẽ ſe & alia manifeſtat, ideo
non indiget manifeſtari ab aliquo, vnde, vi-
detur ſuperfluè dictũ, vt teſtimoniũ ꝓhibe-
ret de lumine. Sed à ſanctis multiplex aſſi-
gnaẽ ratio, quare Chriſtus voluit à Prophe
tis habere teſtimoniũ. Vna eſt, ſcdm Chry.
& Dion. Quia, quod in ſe clarũ eſt, & cer-
tum, alicui poteſt eſſe dubiũ, & obſcurũ; &
conſequenter indiget manifeſtari, non pro
pter ſe, ſed propter infirmitatẽ alterius. Sic
ergo Chriſtus, non propter ſe egebat Ioan-
nis teſtimonio vel alterius, vnde Ioan. 2. di
citur. Ego teſtimoniũ ab homine non acci-
pio. Sed huiuſmodi teſtimonia fuerunt ne-
ceſſaria propter humanam infirmitatẽ, cui
ipſum lumen improportionatum erat. Ideo
quę, quidam homines, præ alijs ſunt de re-
bus diuinis illuminati, vt alij ab eis huma-
no modo cognitionem acciperent diuino-
rum. Et ideo, dicitur [vt omnes crederent ꝑ
illum] Origenes autem aſſignat tres alias
rationes. Et prima eſt. Quia, licet ipſe pro-
pter ſe huiuſmodi non indigeat, tamẽ hoc
voluit fieri, vt quoſdam homines exaltaret.
Sicut enim Deus poteſt omnia per ſeipſum
immediate producere ſine adminiculo ali-
cuius creaturæ, & tamen cõmunicauit cau
ſis creatis, vt poſſint & ipſæ cauſare & face
re, vt nobilitentur creaturæ, quaſi coagen-
tes creatori. Sic etiam maiorem ſui cogni-
tionem dedit quibuſdam hominibus, & ꝑ
illos alios ad ſe adduxit, & ſe eis manifeſta-
uit, quamuis totũ per ſeipſum potuiſſet ex
plere. Secunda eſt, quia miracula, per quæ
Chriſtus manifeſtauit ſeipſum mũdo, tem-
poraliter facta tranſiuerunt & pauci illa vi
derunt. Teſtimonia autem ſcripturaꝝ ſta-
bilia ſunt, & ad poſteros peruenerũt; & hac
de cauſa miracula ſunt adiuncta. Tertia eſt,
quia homines ad fidem cõuertendi, diuerſi
modè diſpoſiti erant. Quidam enim per
miracula, quidam per rationes & argumen
ta magis mouentur. 1. Cor. 1. Iudæi ſigna
petunt, & Græci ſapientiam quærunt. Ideo
Chriſtus vtroque modo uoluit manifeſtari
vt omnibus prouideret congruentẽ medi-
cinam. Sed hic obijcitur contra hoc, quod
dicitur [vt omnes crederent per illum] quia
cùm non omnes crediderint, videtur ꝙ bea
tus Ioannes, & Deus, ſint ſuo fine fruſtrari.
Sed, ad hoc dicitur, quòd duplex eſt finis, ſ. ĩ
ſe, & in altero, ſicut finis Medici, in ſe ẽ me
deri: in altero vero eſt ſanari. Fruſtrari ergo
fine in alio. Nã, ſicut dicit Philoſophus, nõ
ſemper ſanat Medicus, nec Rhetor ſemper
perſuadet; ſed, ſi nihil omiſerit de contingẽ
tibus, eum perfectè operatum dicimus. Te-
ſtimoniũ ergo, & doctrina Ioannis ordina
batur ad hoc, vt omnes homines in Chriſtũ
crederent; ſed quod nõ omnes crediderint,
fuit ex ſtultitia & ꝑuerſitate eorũ. & ſic ha
buit finẽ in ſe, q̃uis nõ ĩ altero. Vel dicẽdũ,
ꝙ finis Ioãnis fuit facere qđ ĩ ſe erat, vt om
nes crederent, & ſimiliter eſt fruſtratus, ſe-
cundò non primò & principali. Finis autẽ
Dei ab eo uolitus in miſſione Ioãnis ante-
cedenter fuit, vt omnes crederent, non autẽ
conſequenter. Quæ autem vult anteceden-
ter, non ſemper implentur. Dicitur autem
quis velle antecedẽter illud, quod vult quã
tum in ſe eſt, & ſecundum ſuam naturã cõ
ſideratum; vt iudex vult vitam omnium ci-
uium. Conſequenter autem vult quis illud
quòd vult omnibus, conſideratis, vt iudex
latronem mori, conſiderata eius militia.
Deinde, ponit diſtinctionem inter verbum
& Ioannem, dicens [non erat ille lux] i. Ioã
ñes non erat verbũ, in quem credere debe-
rent, ſed ſupple miſſus [vt teſtimoniũ perhi
beret de lumine], i. verbo incarnato. Sed cõ
tra. Videtur ꝙ Ioannes eſſet lux, quia dicit
Mat. 5. Vos eſtis lux mũdi. Reſpondeo, vide
mus in corporalibus, quòd quædam lucẽt,
& lucem habent à ſe, vt ſol: quædam verò
lucent, & lucẽ habent ab alio, vt Luna: Sic
etiam in ſpiritualibus, vna lux eſt fontalis
& prima, lucẽs quidẽ, ſed non illuminata, q̃
eſt Deus. Alia eſt ſecundaria & participa-
ta, q̃ eſt in ſanctus. Sancti ergo dicũtur lux,
inquantùm habent lucem quandam ſpiri-
tualem, gratiam. ſ. & ſapientiam, per quam
etiam alios illuminant. Magis propriè tñ
dicuntur luminaria, i. vaſa lucis cõtentiua.
Vnde & Ioannes dicitur lucerna, Ioan. 5.
Erat ergo lux per participationẽ, & nõ erat
lux per eſſentiam. Origen. Lucerna ardens
erat, ſed non proprio igne ſuccenſus; arde-
bat lucens, ſed non propria luce lucebat;

stella matutina erat, sed non à seipso proprium lumē acceperat, sed gratiā ipsius, quē præcedebat, in eo ardebat, & fulgebat. Hæc ille [Erat lux vera] Hic agit Euangelista de incarnatione verbi, de quo dicit [erat lux vera] Est autem sciendum, quòd verum aliquando diuiditur contra falsum, aliquādo contra figurale, aliquando contra participatum vel participans. In mundo ergo fuit multiplex lux. Prima fuit falsa, scilicet scientia mundana, quam habuerunt philosophi; de quibus dicitur ad Romanos 1. Euanuerunt, in cogitationibus suis. Alia fuit vera quidem, sed figuralis, vt scientia legis & ꝓphetarum. Tertia fuit non falsa, neque figuralis, sed tamen participata, vt scientia Apostolorum. Verbum igitur est lux vera, non falsa, neque figuralis, neque participata; sed per essentiam suam. Item lux vera idest purissima & clarissima, quæ omnia respicit, & nullis inficitur sordibus. Vnde Augustinus secundo lib. de libero arbitrio. Veritatis & sapientię pulchritudo, nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec vmbra includitur, nec corporis sensibus subiacet. Cernentes se murat in melius, à nullo in deterius commutatur. Hęc ille. Vel vera, id est incommutabilis, quia (vt dicit Augustinus) veritas est incommutabilis. Id enim solum verè est, quod incommutabile est. Est autem notandum, quòd lux corporalis est principium generationis in istis inferioribus, quia radius solaris secundùm Dionysi. ad generationem corporum visibiliū confert, & ad vitam ipsam mouet, nutrit, & auget. Secūdò est principium manifestationis omnium visibilium. Vnde ad Ephesios quinto. Omne quòd manifestatur, lumen est. Vnde & omnis color in lumine, id est ꝑ lumen videtur, secundum philosophum. Tertiò, est principiū pulchritudinis omniū corporum. Pulchritudo enim cōsistit in debita proportione partiū, & claritate decenter superfusa, idest secūdū conuenientē colorem. Sic etiam lux spiritualis, id est diuinum verbum, vel diuina sapientia, est principium, & causa, quare aliquid producitur. Psal. Omnia in sapientia fecisti. Et quare alquid scitur, & manifestatur, secundum illud Ecclesia. primo. Fons sapientiæ verbū Dei in excelsis. Et quare aliquid decoratur. Vn̄ Dionysius dicit, quòd Deus dr̄ pulchritudo sicut omnis consonantiæ & claritatis causa [Quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum] Omne enim quod est per participationem, deriuatur ab eo, quod est per essentiam; sicut omne qđ est ignitū ab aliquo, quod est per essentiā ignis. Quia ergo verbū est per essentiā lux; oportet quod omne lucens luceat per eius participationem, & ideo verbum illuminat omnē hominē. Est autem notandum, quòd Origenes hic distinguit triplicem mūdum; s. superiorem, qui est substantiarū immaterialium, inferiorem, qui est corporeorum; & medium, qui est hominū ex corpore & spiritu compositorum. Potest autem addi quartus, qui est peccatorum, rebus mundi fruentium, de quo quarto dicitur 1. Io. 2. Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorū, aut superbia vitæ. Item Io. 16. Florabitis & flebitis vos, mundus aūt gaudebit. In primū venit homo per contēplationē, vel spūalem generationē. In scd̄m. ꝑ gn̄ationē carnalē. In tertium, viuendo secundum rationem. In quartum, inhærendo creaturæ per inordinatū amorem. Si ergo quod hic dicitur intelligatur de aduentu hominis in primum mundum, sic potest dupliciter exponi. Primò, s. de homine veniente in superiorem mundum per baptismi regenerationem, & talis illuminatur, nisi ponat obicem, seu fictus accedat, quia recipit lumen gratiæ, sic exponit Origenes. Secundò, vt venit in illū per contemplationem, sic per homines intelliguntur mentes. Mens enim hominis, cū sit principale in eo, dr̄ totus homo, sicut rex totum regnum, & vnumquodque dicitur esse illud, quod est principale in eo, secū dum Philosophum, nono Aethicorū. Tūc autem præcipuè mens à Deo illuminatur, cum ascendit in contemplationem diuinorum 2. ad Corin. 3. Nos autem reuelara facie &c. Si autem intelligatur de aduentu in secundum mundū, sic potest exponi tripliciter, vno modo, vt intelligatur de illuminatione naturali. Omnis enim homo, qui nascitur in hoc mundo ab ęterna luce recipit lumen intellectus, vel rationis. Alio modo vt intelligatur de gratuita. Omnibus enim hominibus quātùm in se est, lumen infundit, quāuis nō omnes illud recipiant. Dionysius secundo Ecclesiasticæ Hierar. Semper

per intellectualibus vultibus, diuinum expansum est lumen, nostrumque est recipere, vel non recipere de lumine sibi præsente, & isto modo exponit Chrysosto. Tertiò iterum exponitur de lumine gratiæ, vt sit accommoda distributio, & sit sensus, quòd prædicta lux illuminat lumine gratiæ omnes qui illuminantur. Licet ergo non illuminētur omnes. tamen nullus illuminatur nisi ꝑ hoc lumen. hæc autem est expositio Augustini. Et ponit exemplum de magistro, qui docet omnes pueros ciuitatis, non quia omnes pueri doceantur, sed quia nullus nisi per ipsum docetur. Si autem intelligatur de aduentu hominis in tertium mundum, sic exponit Ambrosius de viuentibus modo humano rationabiliter, sic dicēs. Illuminat illum, qui ad imaginem & similitudinem Dei viuit, qui se hominem esse cognoscit, vt refugiat equorum libidinem, ferarum rabiem, lepusculorum formidinē, vulpium fraudem, rapinam luporum. Hæc ille. Potest etiā exponi de aduentu in quartum mundum, scilicet in peccatum; tales enim ceci sunt, indigentes lumine nō vt in trent talem mundum, sed vt inde exeant & intrent ad primum mundum, vel ad secundum, vel tertium. Ad hos autem illuminandos spiritualiter Christus venit. Matth. nono. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Sed si qui non illuminantur inexcusabiles sunt, q̄a ista lux vera est, & illuminat quantum est de se omnem hominem venietem in hunc mundum. Vnde ad maiorem expressionem inexcusabilitatis eorum, qui non illuminantur, subiungitur [in mundo erat] quasi diceret. Hoc visibile præsens eis aderat. Posset enim aliquis dicere. Si lux illuminans est, quomodo illuminat, cum non omnes illuminentur lumine suo? Et respondet, q̄a debuerant cognoscere [Nam in mundo] id est in vniuersitate condita [erat] etiam ante incarnationem, scilicet per præsentiam suæ diuinitatis, & potentiam regendo & gubernando mundū non vt pars mundi, sed factor eius. Vnde erat in mūdo, vt in speculo suo, vt in domo sua, vt in opere suo [Et mundus per ipsum factus est] Hoc dicitur, quia ista est causa quod in mundo esset, quia mundus per ipsum factū est. Semper enim causa debet esse coniuncta effectui, si est causa in fieri, & in esse. Vel hoc dicit, ne aliquis ex hoc q̄d dixerat lucem esse in mūdo crederet, quod ab æterno in mundo fuisset. Si enim mundus factus est, postquam scilicet nō fuit, habet initium, nec erat lux in mundo ab æterno, sed postquam factus est mundus.

Et notandum est, quòd cùm dicit per ipsum, quinque possunt notari, ratione huius præpositionis per, s. Identitas operationis in patre & filio. Distinctio personalis vtriusq;. Authotitas in patre respectu filij: causa efficiens in filio respectu facturæ, & causa exemplaris. Quamuis autem sic cognoscere potuerint, tamen noluerunt, vnde subditur [Et mundus] mundi amatores secundùm Grego. & August. & Chryso. vel secūdùm Orige. mundus, id est homines mūdum inhabitantes [eum] scilicet esse creatorem & redemptorē mundi [non cognouit] cognitione speculatiua, q̄a nec per scriptæ legis symbola, nec per visibilis creaturæ paradigmata, vt dicit Orige. Nec cognitione practica, siue per affectum, quia cum Deū cognouissent non sicut Deum glorificauerunt: Roma. primo.

Et nota, quòd licet Philosophi cognouerint Deum naturaliter, tamen mysterium Trinitatis ignorauerūt, & cōsequenter verbi personam similiter. Quia ergo in mūdo existens per diuinitatem non est agnitus, ideo [in propria venit] per assumptionem humanitatis: in propria inquam primo, id est in mundum, qui ab eo factus est, secundùm Origenes. Vel secundo in propria, scilicet inter Iudæos, secundùm Chrisostom. qui fuerunt Dei populus peculiaris & dicūtur eius ꝓprij ratione electionis in Abraā, ratione redemptionis ab Aegypto, ratione dationis legis, ratione cultus specialis, ratione missionis filij, qui non est missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israel, Matth. decimoquinto. Vel tertio in ꝓpria venit, scilicet in naturam humanam, quam condidit & assumpsit [& sui] idest quicunq; homines, qui sunt sui creatione [eum nō receperunt] scilicet in carnis infirmitate miraculis corruscantem; nō receperunt inquam per fidem. Vel sui, idest Iudæi, vel eius cognati eum nō receperunt, sicut messiam & creatorem suum, immo offenderunt, eiecerunt, & occiderunt, secūdum Chrysostom. Vel non receperunt per amorem, quia

gratiæ

gratiæ obicem posuerunt. Quia tamen nō omnes eum repulerunt, sed quodam receperunt ꝑ fidē & amorē, subdit[Quotquot autē]id est oēs cuiusque sexus, vel cōditionis, vel ætatis, vel status, vel gentis[qui receperūt eum]scilicet intellectu per fidē, & in affectu per amorem[dedit eis potestatē filios Dei fieri]Ad cuius euidentiā sciendū est, ꝙ filij Dei dicuntur aliqui per assimilationē ad Deū. Est aūt triplex assimilatio spiritualis hominis ad Deum. Vna quidē est in pręsenti vita per infusionē gratiæ, qua adoptamur in Dei filios, ad Rom.8. Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore &c. Alia ē per operū perfectionē. Mat.5. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri. Alia est ꝑ adoptionem gloriæ, quæ perficitur in beatis, & quantum ad animam, quia vt dicitur 1. Ioan.3. Cum apparuerit, similes ei erimus, q̄a videbimus eum sicuti est Et quantū ad corpus, q̄ a reformabit corpus humilitatis nostræ. ad Philip.4. Si ergo loquamur de potestate, qua quis potest fieri Dei filius ꝑ gloriam & ꝑfectas operationes, ista verba nō habēt difficultatē, quia ista potestas est gratia, qua habita potest facere homo opera meritoria, & consequenter adipisci gloriā. Si vero loquamur de filiatione per gratiā, insurgit dubitatio, quia gratia nō est in nostra potestate, vt videtur loquendo dę potestate naturæ i loquēdo autem de potestate gratiæ, tunc hoc ipsum quod est habere talem potestatem, scilicet gratiam, est esse filios Dei. Ideo dicendum est, quòd iustificatio per gratiam, quæ fit in adultis, requirit motum liberi arbitrij & consensus. Et quia in potestate hominis est, vt cōsentiat, ideo dedit eis potestatem filios Dei fieri. Dedit igitur potestatem suscipiendi gratiā dupliciter. Vno modo gratiam præparando & hominibus ꝑponendo. sicut qui facit librū & proponit homini ad legendum, dicitur dare potestatem legendi. Gratia autem est facta per Christum, & nobis præposita non quasi seorsum ab anima Christus gratiam creauerit cum sit accidens quod in substantia creatur, vel potius concreatur: sed quia instituit sacramenra quibus gratia in nobis fit. Vnde gratiam fecit dupliciter. Primò quasi remouendo prohibens, id est placando Deum, sicut medicina facit sanum, quæ remouet malos humores. Et secundò fecit eam in sua causa, idest in sacramentis. Alio modo mouendo liberum arbitrium ad susceptionem gratiæ. iuxta illud Thrē. vltim. Conuerte nos domine ad te. & conuertemur. quasi dicat, ipsa oblata bona recipere non valemus, nisi ea recipere largiaris. Ista potestas non est ipsa gratia gratum faciēs, sed est inuitatio & motio. seu, vt ita dicā, adiuuatio ad gratiam consequendam. Ista autē duo Deus omnibus, quātum in se fuit exhibuit, sed quidam nō consenserunt motioni diuinæ. Vnde dicit Chryso. Non dicit Euangelista fecit eos filios, quia opus ē studio nostro. Hęc ille[Dedit eis]ergo[potestatē filios Dei fieri]per gratiam adoptionis, quod est magnæ dignitatis. 1. Ioan.3. Vide te qualem charitatem &c. Item magnæ vtilitatis, quia si filij & hæredes. Rom.8.[his q̄ credūt in nomine eius]idest in te & virtute nominis eius, quod est Emanuel, secūdū glo. scilicet his, qui credunt Christum esse verum Deū, & verū hominem. His inquam data est hæc potestas, & licet sint multi alij articuli, quos oportet credere, iste tamē specialiter facit filios Dei. Congruum enim ē vt qui credunt filium Dei esse filium hominis, ipsi propter dignitatē suæ naturæ, quā in illo adorant; fiant filij Dei per adoptionem[Qui non ex sanguinibus]supple, nati sunt filij per adoptionem. Grammaticè autem loquendo, sanguis non habet plurale, pluraliter tamen dixit ex sanguinibus, q̄a in græco habet plurale, vel vt ostendat, ꝙ plura concurrunt materialiter, id est plura materialia ad generationem carnalem. Concurrit enim semen maris & fœminæ, licet vnum horum, sedm phylosophū. sit materia, ex qua fit proles, scilicet semē vel sanguis fęminæ; aliud autem, licet sit quid materiale, tamen non est causa materialis, sed est causa efficiēs proxima. Vnde in hoc ostēdit quòd spiritualis filiatio non cōuenit cū carnali in causa materiali. & consequenter quòd neque in causa motiua, cū subiungit [neq; ex voluntate carnis] Aug. i. ex concupiscentia mulieris, quæ dēt esse subiecta hoī, sicut caro spiritui. Et d. mulier scdm aliquos caro. quia prima, i. Eua formata ē de carne, i. costa viri, Gen.2. [Neq; ex volūtate viri] i. ex concupiscentia virili. Orige. Carnis nomine fœmineum, viri vero nomine

mine masculinum designauit habitum. Hęc ille. Appetitum vero omnem vocat volūtatem. Et isto modo concupiscentia carnalis tam viri, quàm mulieris dicitur voluntas. S. Tho. autem vult, quòd per hæc duo intelligantur duo principia, seu motiua ad carnalem generationem, quæ sunt, volūtas, & appetitus sensitiuus, quorū primus dicitur voluntas viri, & secundus voluntas carnis. Sed siue sic, siue sic intelligatur ex his non nasci mur filii Dei, sicut neq; ex sanguinibus [sed ex Deo nati sunt] id est diuina virtute & operatione. Vñ ly ex, nō dicit causam materialem, sed effectiuā, quæ est diuina virtus, filios Dei efficiens per baptismi regenerationē, per fidē & internam inspirationem. Vel dicit causam exemplarē, id est ex Deo nati sunt per imitationem. Sicut enim dicit Sanctus Thomas ly a, denotat semper causam mouentē, & intellige quādo dicit, causam, & non principium motus. Et ly de causam materialem, & effectiuam consubstantialem, q̄a dicimus fabrum facere cultellū de ferro, & patrem generare filium de seipso, quia scilicet aliquid sui cōcurrit aliquo modo ad generationē filii. Et ly ex, causam materialem, & efficientem, non tamen consubstantialem, & intellige necessario, licet aliquādo eam possit dicere, quia filius Dei processit ex patre. Igitur viri iusti dicuntur nati ex Deo, quia non sunt de eius substantia, sed de filio naturali; singulariter dicitur quod de Deo patre natus est. Hæc illo. Ex his autem verbis arguūt hæretici, quòd generatio hominum non sit à Deo. Nā vt dicunt, filii Dei nō nascuntur ex sanguinibus, id est ex commixtione seminis maris, & fœminæ, sed filii diaboli. Ex hoc autem arguunt consequenter, ꝙ matrimonium sit peccatum. Sed error iste procedit ex manifesta ignorantia; Ioānes enim facit distinctionem inter carnalem & spiritualem generationem, vt præferat spiritualem carnali, q̄a spiritualis ē à Deo immediate, carnalis vero mediāte cōmixtione maris, & fœminæ. Non autē sequitur, quòd si sint istæ duæ generationes alio, & alio modo quòd propter hoc vna sit a Deo, alia a diabolo, sed vtraque est a Deo, vna tamen immediate, alia uero mediantibus causis secundis, id est masculo & fœmina, quibus Deus uirtutem generatiuam contulit & conseruat [Et Verbū caro factum est] Hic docet Euangelista modum, quo uerbū uenit ad nos, ne alicui incredibile uideretur, ꝙ nos sumus effecti filii Dei. Origines. Si filius Dei factus est homo, quid mirum si homo credēs in filiū Dei, filius Dei futurus sit? Hæc ille. Verbū ergo, quod erat in principio apud Deū [caro factum est] id est uerus homo per Synecdochen. Vel secūdum Chry. subiungitur [& Verbum caro factum est] Ad ostēdēdum ꝙ uerbum habet potestatem, ut det potestatē filios Dei fieri. Sed cum uerbum Dei sit incōmutabile, quo modo potest in eo intelligi aliqua factio, ut dicatur caro factum? Ad hoc dicitur, ꝙ dēt sic exponi litera [Verbū caro factum est] id est factum est, ut uerbū esset caro, seu uerus homo, nō q̄a deitas sit cōuersa in humanitatem, uel ecōuerso, sed quia deitas traxit humanitatem ad participationē sui esse, sicut & anima trahit cibū dando ei esse humanum, inquantū facit cibum esse carnē humanam, uel os, & huiusmodi. Vel [uerbum caro factū est] id est carnem assumpsit, sicut homo fit albus per assumptionem albedinis. Verbum igitur caro factum est, non per sui mutationem, sed per carnis assumptionē, ita quòd factio nō ponit mutationē in uerbo, sed in assumpta natura. Dicitur enim Verbum caro factū per unionem ad carnē: unio aūt est relatio, relationes aūt nouiter dictæ de Deo per respectum ad creaturas non important mutationē ex parte Dei, sed ex parte creaturæ nouo modo se habentis ad Deū [Et habitauit in nobis] id est in nostra natura, secundum Chrysosto. & Hylari. scilicet habitu inuentus ut homo. Et in hoc notātur tria. Primò diuinę & humanæ naturę distinctio, ꝑ hoc, qđ dr̄ in nobis, id est in natura nostra. Qđ enim inhabitat aliquid distinguitur ab eo, quod inhabitatur. Sed uerbū diuinum inhabitat naturā humanam in Christo, quia in ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Collossen. 2. Ergo natura uerbi, secundū quā est Deus, remanet distincta a natura humana secundum quā est homo. Et in hoc excluditur error eorū, qui dixerunt aliquid uerbi in carnē cōuersum, sicut cū ex farina fit panis, & consequēter naturas esse ꝑmixtas. Et eorū, qui dixerunt naturā diuinā conuersam in humanā. Cum enim credamus animam incorpoream uniri corpori,

ri, ita ꝙ ex his fit vere vnum: similiter credere debemus substantiã diuinã incorpoream vniri animæ & carni, ita ꝙ ex tribus substãtijs, scilicet deitate, anima, & carne sit vnus Christus, ita tñ ꝙ nec natura deitatis conuersa sit in animã vel carnẽ, nec econuerso; sicut nec caro in animã, neque anima in carnẽ conuertitur, nec ambæ naturæ intelligãtur constituere vnũ tertiũ distinctũ ab vtrisque. Secũdo notatur naturæ diuinæ impermutatio in hoc, quòd dicitur, & habitauit; quia habitare dĩ ab habitu, secũdũ aliquos. Vel saltẽ ista habitatio fuit ꝑ hoc, ꝙ habitu est Christus inuentus, vt homo. Habitus aut nõ mutat habentẽ, sed econuerso, quia habitus participat formam habentis, & nõ econuerso. Sic quodãmodo se habet in ista beata vnione verbi ad naturam humanam. Ipsa.n. eleuatur ad participãdũ esse supposit æterni, ipso tñ supposito impermutabili permanente omnino. Tertio notatur vnionis perpetuitas, per hoc quod dr, & habitauit in nobis. Semp enim (vt dicit Chrys) filius Dei hoc tabernaculũ inhabitauit, ita ꝙ ẽt in mortis triduo verbũ diuinũ remansit ꝑsonaliter vnitũ illi beatæ animæ existẽti in inferno, & etiã corpori iacẽti in sepulchro. Nunquã.n. verbũ diuinũ reliquit substantiales partes humanæ naturæ. Vel habitauit in nobis, id est inter nos apostolos familiariter conuersatus est. Quod ideo additur, vt ostẽdatur mirabilis condescensio filii Dei ad homines, inter quos sic conuersatus est, vt videretur quasi vnus ex illis. Non solũ.n. voluit hominibus assimilari in natura, sed et in cõuersatione & familiari cõuictu, absque tñ peccato, vt sic hoĩes dulcedine suæ cõuersationis allectĩ, ad ipsum cõuerterentur. Est aũt circa illã sñiam verbũ caro factũ est, multiplex error deuitãdus, secũdũ diuinas scripturas, & fidei Christianæ sñiam. Primus est Eutichetis, q̃ dixit diuinã & humanã naturã sic in Christo fuisse cõmixtas, vt eadẽ fuerit natura Dei & hoĩs, ac si verbum, vel aliquid eius sit cõuersum in carnẽ, & non assumpserit carnẽ cõtra illud. Ego Deus & nõ mutor, Malach.3. Secũdus est Arrij, qui licet nõ crediderit verbum in carnẽ mutatũ, sed ꝙ eã assumpserit, tñ dixit ꝙ assumpsit carnẽ sine a.a, loco cuius animæ ibi erat verbũ, cõtra illud Matth.26. Tristis est aĩa mea &c. Tertius fuit Apollinaris, qui dixit verbũ assumpsisse animã, sed sensitiuã tñ, & non intellectiuã, loco cuius in corpore Christi dixit esse verbũ, cõtra illud Matth.8. Miratus est Iesus, quod nec in diuinitate, nec in anima sensitiua, ĩ nec carne Christi inueniri potest. Iste aliqñ secutus est Arrium, sed ꝑꝑ autoritates coactus est in xp̃o aliquã animã ponere. Præterea xp̃s, secundũ hoc, nõ assumpsisset carnem humanã, quia sicut nõ est caro sine anima, ita non est caro humana sine aĩa humana, quæ est intellectiua. Sed contra. Si enim assumpsit carnẽ sic animatã, quare euãgelista mentionẽ nõ facit de anima intellectiua? Respondeo. Primò, vt ostẽderet veritatẽ incarnationis, contra Manichæos, dicẽtes verbũ assumpsisse carnẽ phantasticã tm̃. Secũdò, vt ostenderet maiorẽ dignationẽ Dei assumẽtis nõ solũ animã rationalẽ, verũ ẽt carnẽ magis a se distantẽ. Tertiò, vt ostẽderet veritatẽ, & singularitatẽ vnionis in Christo, q̃ a in alijs hominibus vnitur Deus quãtũ ad animã solũ. Quartò, vt ostẽderet congruitatẽ humanæ reparationis, quia homo per carnẽ infirmatur. Sed cõtra. Si verbum caro factũ est, q̃a carnẽ assumpsit, quare nõ dixit euãgelista, verbũ carnẽ assumpsit, sed caro factũ est? Respõdeo, vt excluderet errorẽ Nestorij dicẽtis in Christo fuisse duas personas, & duos filios, scilicet Dei & virginis, qui si esset verus, falsa esset hæc, Deus factus est homo, quia impossibile est alterum duorũ singulariũ diuersorũ supposito p̃dicari de altero, & iste est quartus error. Quintus est eorũ, qui non intelligẽtes modũ incarnationis, dixerunt in Christo esse quidẽ vnã ꝑsonã Dei, & hominis, sed duas hypostases, vel duo supposita, scilicet humanũ tẽporale, & diuinũ æternũ. Sed secundũ hoc ista saluari nõ põt, Deus factus est homo: & ista homo factus est Deus: & iõ hæc opinio dãnata est in quinto Concilio [Et vidimus &c.] Hic euãgelista declarat diuini verbi excellẽtiã. Cõtinuatur aũt ista pars ad p̃cedentia, vt sit quasi argũtũ eius, quod dixerat, Verbũ caro factum est, quasi dicat. Ex hoc scio ꝙ verbum Dei est incarnatum: q̃a ego & alii apostoli [vidimus gloriam eius] Cu aũt de quibusdã hominibus legitur, ꝙ apparuerũt gloriosi, sicut de Moyse dicitur Exod.34. ꝙ facta est facies eius splendida, vel cornuta, secũdum aliam literam, posset aliquis

aliquis dicere. ꝙ ex hoc nõ põt argui ꝙ ille hõ fuerit filius Dei, q̃a gloriosus apparuit, iõ subiũgit [gloriã quasi vnigeniti a patre] ac si dicat. Gloria eius nõ est quasi Angeli, vel Moysi, vel Heliæ, aut Helisei, sed quasi vnigeniti. Est aũt hæc gloria quã Ioãnes, & q̃dẽ alij viderũt singularis & eius singularitas cõsistit in quatuor. Primò in testimonio patris, q̃d reddit filio in mõte Thabor. Secũdò in subiectione Angelorũ ministrãtiũ sibi, Matth. 4. cũ añ homines essent Angelis subiecti. Tertiò in obediẽtia totius naturæ. Matth. 9. Qualis est hic q̃a mare & vẽti obediunt ei. Quartò in modo docendi vel operandi, quia loquebatur tanq̃ dñs, & potestatẽ habẽs, Matth. 5. Ego aũt dico vobis. Vñ in fine illius sermonis dr̃, quòd erat docẽs, quasi potestatem habens. Moyses autem dicebat. Hæc dicit dominus. Item faciebat propria authoritate miracula. Matth. 1 Quænã est hæc noua doctrina, quia spiritibus &c. Illud autẽ quasi non est nota similitudinis, sed est expressiuũ ueritatis. Et est simile, secũdũ Chryso. sicut si aliquis vidisset regẽ cũ multiplici gloria incedẽtẽ, & interrogatus ab aliquo, qualis rex iuisset volens totã illã multiplicẽ gloriam breuiter aperire vnico sermone, explicaret dicẽs, ꝙ ipse incederet sicut rex, id est sicut regem decebat. Et ita facit euangelista de verbo incarnato, quia non valens gloriã eius exprimere, dicit eã fuisse quasi vnigeniti, id est sicut decebat vnigenitũ Dei patris, ac si dicat, Ita vidimus eũ sanctitate vitæ pollere, doctrina p̃clara, & gloriosissimis miraculis coruscare, sic in motte sua cœlestia corpora immutare, sic victoriosè a mortuis resurgere, sic mirabiliter ad cœlos, immo super oẽs cœlos sua virtute conscendere, sic denique in missione Spiritussancti corda discipulorum plena cognitionis veritatis illustrare, vt nullus, nisi insanus, dubitare possit ipsum fuisse verũ filiũ Dei vnigenitũ, singulari, & ineffabili gloria decoratũ. Vñ subiungit adhuc de ista gloria, dicẽs. Vidimus inquã [Plenũ gratiæ & veritatis] Quod exponitur primo secũdũ Bedã & Orig. sic. Plenũ grãæ quantũ ad humanitatẽ, & veritatis quãtũ ad diuinitatẽ, quæ est veritas prima & purissima Secũdo sic. Plenum grãæ in effectu, q̃a plenus fuit charismatib. Spiritussancti & veritatis intellectu, q̃a ab instãti cõceptionis habuit sciẽtiam diuinã & humanã. Vel plenũ grãæ, vt remittat peccata: & veritatis, vt impleat ꝓmissa. Vel possunt quartò secũdũ S. Tho. ista verba exponi de vnione ꝑsonali humanæ naturæ ad verbũ diuinũ, & de perfectione animæ eius, & de capitis dignitate.

QVANTVM enim ad primum fuit Christus plenus grã. Ad hoc. n. alicui datur gratia, vt vniatur Deo per illã. Tunc ergo aliquis gratia plenus est, quando perfectissimè Deo vnit̃. In Christo aũt est vnita humana natura naturæ diuinæ in vnitate suppositi Et iõ est inuenire ibi plenã & perfectã cõiunctionẽ ad Deũ, quia talis fuit illa vnio, vt oẽs actus tã diuinæ, q̃ humanæ naturę essent actus eiusdẽ suppositi, seu personæ. Fuit ergo plenus grã Christus, secũdũ humanitatẽ, in quantũ hoc singulare donũ ex mera gratia nullis præcedentibus meritis, accepit, vt esset illa natura in persona filij Dei. Fuit etiam plenus veritate quia humana natura in Christo pertinuit ad ipsam veritatem diuinã ratione vnionis personalis ita vt veraciter dicatur, ꝙ ille homo demonstrato Christo est veritas prima Vnde dicitur Col. 2 ꝙ in ipso sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Nec mirũ, quia vt ibi post pauca subditur, In ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Et similiter quantũ ad secundũ, fuit plenus gratia inquãtum eius anima fuit plena gratia, quia omnia dona Spiritussancti accepit absque mensura. Ioan 3 Non. n. ad mẽsurã dat Deus spiritũ. Et sicut dicit Aug sicut in singulis mẽbris corporis est vnus sensus cõmunis, id est tactus: in capite vero sunt oẽs: ita oẽs grãæ sunt superabundanter in capite Christi: in alijs vero sanctis est vnũ cõe donũ gratuitũ, i. charitas, in diuersis vero sunt diuersa specialia, quia diuisiones gratiarum sunt 1 ad Corin. 12. Et plenus veritate, quia eius anima preciosa aliquo modo cognouit omnem veritatem & scientiam. Vnde dixit ei Petrus. Domine tu omnia scis Ioan vltim.

QVANTVM etiam ad tertium, inquantu est caput ecclesiæ, dicitur plenus gratia inquantum fecit gratiam iustificando, quod lex non poterat, vt patet Roman. octauo. Fecit etiam veritatem, inquantum figuras legis, & patrum promissiones adimpleuit. Item dicitur plenus gratia,

quia ipsam in nos gratiosis verbis effudit, dicẽdo Luc.21. Omnis populus manicabat, id est mane venire studebat &c. Et veritate, quia non docebat in figuris & enigmate, sed in veritate, & aperte. Hæc ex illo.

Dominica infra octauam Natiuitatis Domini.

Textus Euangelij Luc. cap. 2.



RANT Ioseph & Maria mater Iesu mirãtes super his, quæ dicebantur de illo. Et bñdixit illis Symeõ & dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce positus est hic ĩ ruinã, & in resurrectionem multorũ in Israel, & in signũ cui contradicetur. Et tuã ipsius animã pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser. Hęc processerat in diebus multis, & vixerat cũ viro suo annis septẽ à virginitate sua. Et hæc vidua erat vsque ad annos octogintaquatuor, q̃ nõ discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte, ac die. Et hęc ipsa hora superueniẽs cõfitebat̃ dño, & loquebat̃ de illo oĩbus, q̃ expectabãt redẽptionẽ Israel. Et, vt perfecerũt omnia secũdũ legẽ Domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatẽ suam Nazareth. Puer autẽ crescebat & cõfortabatur plenus sapientia. Et gratia Dei erat cum illo.

ERANT Ioseph & Maria mater Iesu mirãtes &c.] Luc.2. In præsenti euangelio tanguntur tria pũcta, quæ sunt. Prænunciatio, confirmatio, & consummatio.

QVANTVM ad primũ, literaliter sciẽdum est, ꝙ ea quæ in pręsenti euãgelio dicuntur, sunt facta qñ beata virgo post partũ & circũcisionẽ filij in die suæ purificationis iuit ad tẽplũ, & Symeõ accepit Christũ in brachijs suis. Dicit ergo Sanctus Lucas [Erant pater eius & mater] Sciẽdũ est, secũdũ Bedã ꝙ Ioseph dictus est pater Christi, q̃a ita erat cõmunis fama, nõ q̃a verè ita esset: secũdũ Augustinũ verò ĩ lib. de bono cõiug. hoc ideo est, q̃a Ioseph verè fuit maritus & cõiux Mariæ, vnde multo melius potuit dici pater Christi, q̃ si filiũ aliunde adoptasset [Mirãtes sup his, quæ dicebant̃ de illo] nõ solũ a Symeone, vt dicit Sanctus Lucas, sed etiã ab angelo, & a pastoribus, secũdũ Orig. & à Magis, secũdũ alios. Estaũt hic vna magna dubitatio, quomodo. s. Maria poterat mirari de his, q̃ audiebat. nã admiratio est de re insolita & incognita, vt patet 1. metaph. Beatæ aũt virgini ista nõ erat incognita: q̃a erat edocta p angelũ, & p prophetias, quas, secũdũ Orig. & Ambr. & legebat, & intelligebat. Ideo cõsequẽs est, ꝙ mirari nõ potuerit. Ad hoc respõdet̃ primo, ꝙ licet btã virgo sciret talia, verè tñ potuit admirari, q̃a quod vno modo scit̃, alio modo ignorat̃, sicut Christus multa sciebat p inspirationẽ, quæ ignorabat p experiẽtiã. Vnde qñ illa experiebat̃, verè mirabatur, secundũ quosdã, vt habetur Matth. 8. de fide Cẽturionis. Alio modo respõdet Sãctus Tho. secũdũ ea, quæ dicit super Matth. s. ꝙ duplex est admiratio. Vna, quæ ẽ ex ignorãtia, & ista nõ cadit in habẽte scientiã. Alia, quæ est ex magnitudine rei, vt cũ aliquid per imaginationẽ apprehẽditur vt magnũ, & ista conuenit habẽti notitiã rei, de qua miratur. Possumus etiã dicere tertiò, ꝙ beata virgo, licet sciret quædã eorũ, quæ de Christo dicebantur; tamen etiã quædam ignorabat, vtputa ꝙ esset Symeoni reuelatus & promissus, & de his mirabat̃ [Postquã autẽ Symeon] de cuius verbis isti mirabãtur cõpleuerat, quæ de eo dicere voluit, conuertit se ad Ioseph & Mariam, vnde dicitur [Et benedixit illis Symeon] Sed contra. Quia beata Virgo maior erat Symeone: ergo ab eo nõ debuit benedici. Ad hoc respondetur primò, ꝙ Symeon fuit minor beata Maria quantum ad meritum, sed nõ quantum ad effectum, q̃a erat sacerdos, secundũ aliquos. Vel dico secundo

cundo, ꝙ benedicere, secundum S. Th. super epistola ad Ro. 12. contingit tripliciter, scilicet enunciatiuè laudando & magnificando, & imperatiuè causando bonitatē & sanctitatē in eo, qui benedicitur: & optatiuè, s. optando & desiderando bona. Benedicere ergo imperatiuè cōuenit soli Deo ꝓ authoritatē, cuius benedictio est causa bonitatis & sanctitatis in nobis: per ministeriū autē conuenit ministris Dei, sed benedicere laudando aut optando conuenit cuilibet, vnde & Sanctus Lucas dicit, ꝙ Symeon benedixit Deum, scilicet laudādo & optando gloriā ei, vel in eius gloriā cōplacendo. Si ergo benedixit Deū, quid mirū si isto modo benedixit Maria, & Ioseph? Sed quia benedictio ista fuit cōis Mariæ & Ioseph, eo ꝙ pater esset putatiuus, ideo secūdū Aug. lib. de bono cōiug. vt ostēdat euāgelista ꝙ solius Mariæ sit filius veraciter dn̄s Iesus Christus, subiungit [Et dixit ad Mariā matrem eius Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionē multorum in Israel] Ista autem multipliciter exponuntur. Primò, vt recitat Orig. vt dicat: saluator in ruinā infideliū, & in resurrectionē credētiū apostolorū & aliorū esse a Deo positus, quod secundū Greg. intelligendū est quātum ad tēporalē destructionē & dispersionē Iudæorū, & ēt quātū ad spiritualē salutem, a qua ceciderūt ꝓ infidelitatē. Sed cōtra istū modū exponendi arguitur sic. Nam si saluator positus est in spiritualē ruinam, esset causa peccati, quod est falsum. Ad hoc ergo respōdet Greg. Nazā. dicens. Diuinum propositū est salus & deificatio singulorū: casus autē subleuatio consistit in pluriū intētione credētiū, & nō credentiū. Hæc ille. Et intendit dicere ꝙ aliqui ex bonis operibus Christi sumpserunt occasionē ruinæ, cum tamen Christus intenderet eos exaltare quantū in se erat, vn̄ Chry. dicit, ꝙ saluator erat sicut lux, quæ delectat oculos sanos, & infirmos conturbat. Non ergo fuit causa ruinæ, sed occasio: nō data, sed assumpta. Itē arguit sic. Si Christus est positus in ruinā multorū, sequit, ꝙ aliqui boni cecidissent aduentu Christi, qui ruere non poterant, nisi qui stabant, quod est falsum, & contra Grego. Nazan. Ad hoc dicit Greg. ꝙ dicuntur aliqui tunc cecidisse, non qa de bonis sint facti mali, sed quia de malis facti sunt peiores, & consequenter mere bantur maiorē pœnā, puta damnationem æternā, tēporalē ruinā ciuitatis Hierusalē. Alio modo exponitur, secundū eundē Orig. vt aliquis dicatur ruere quādo in eo peccatum occiditur, & destruitur: resurgere vero quādo post peccata virtuosè conuersatur. Chry. Resurrectio quidem, est conuersatio noua. Cum enim lasciuus castus efficitur, auarus misericors atrox mansuetus, resurrectio celebratur. Moritur quidē peccatū, resurgit vero iustitia. Hæc ille. Sequitur [Et in signum cui contradicetur] non qu dē quantum ad eius voluntatem beneplaciti, iuxta illud Iob 11. Si subuerterit omnia, quis contradicet ei? sed quantum ad voluntatem signi, quæ est præceptum vel consiliū, & quātum ad aliqua alia. Vn̄ hoc tripliciter exponit secūdū glosas. Nā signū tripliciter sumitur. Primo pro re aliquod aliud significante, eo modo quo circulum tabernę signum dicimus. Alio modo sumitur signū pro miraculo, eo modo quo dicitur Act 6. ꝙ Stephanus faciebat prodigia, & signa magna in populo. Tertio modo sumitur pro eo, quod signat, id est distinguit & discernit aliqd ab alijs, ad quod aspiciēdum est, sicut vexilla, q̄ discernunt milites: & charta quæ distinguit locū ad quē sagitta est iaciēda. Glosa ergo sumendo signū primo modo, dicit Christum esse positū in signū ratione euangelij, quod significat facta Christi, cui euangelio contradicitur a multis in multis, vt puta in hoc quod dicitur Matt. 10. Veni separare hominem aduersus patrem. Sed secundo modo sumēdo, positus dicitur in signū ratione miraculorum, quæ fecit & quæ circa eum facta sunt. Omnia enim, vt dicit gl. quæ de Christo narrantur, sunt signa, puta ꝙ natus est de virgine, ꝙ resurrexit, & huiusmodi, quibus ab infidelibus contradicit. Sed tertio modo sumendo, secūdū glosam, positus est in signum ratione crucis, quę est christianorum vexillum, ad quod respicere debent omnes Christi milites existentes in prælio aduersus inimicum. Huic signo contradicitur, quia cum sit mundi salus & redēptio, ab ali quibus dicitur esse aliquid ridiculosum, & latronum supplicium. Possumus autem & aliter exponere. Nam signum aliquādo est aliquid ad quod aspiciunt homines, vt signum ad sagittandum, & sic Christus ratione miraculorū & doctrinæ & cōuersa-

cto in signum quietis, & contemplationis, in inferno in signum charitatis, in cœlo in signum victoriæ. Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere, & sedebit meeum in throno meo, sicut ego vici, & sedi cum patre meo. Huic signo contradicunt mali homines, non per verba, sed facta, quia signo humilitatis contradicunt superbi, & sic de alijs.

QVANTVM ad secũdũ sciendũ, ꝙ Anna vidua cõfirmauit quæ Symeon senex de Christo prædicauerat. Amb. Prophetauit Symeon, prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat virgo, debuit etiam vidua prophetare, nequa professio deesset aut sexus. Hæc ille. Ideo dicitur [& erat Anna ꝓphetissa filia Phanuel] Notãdũ vero, ꝙ licet secũdũ iura humana, mulier plerunq; nõ recipiatur in testimoniũ, tñ secũdũ gl. in pcõnio Christi per quẽ vita reddita est, ipsa viro, i. Symeoni cõiungitur, quia vita mũdi ꝑ virũ, & mulierẽ perdita erat. Vel dicẽdũ est, ꝙ licet testimoniũ mulieris sit imperfectum rõne sexus, qui est fragilis, secus tñ rõne sanctitatis [de tribu Aser.] secũdũ The. Euãgelistã seriose describit istã Annã per patrẽ, & tribũ. ꝓp certitudinẽ historiæ. Vel secũdum Gre. Nazã. vt distinguat eã ab alijs, q̃ fortè tũc tꝑis eodẽ noĩe vocabant̃. De hac Anna sic dicit Amb. Anna vero stipendiis viduitatis & moribus, talis inducit̃, vt digna fuisse credatur, q̃ redẽptionẽ omniũ nũciaret. Hęc ille. Vnde Euãgelista cõmẽdat eã. Primò ab ætate dicens [hęc processerat in diebus multis] Secũdò à virginitate seruata ante matrimoniũ dicens [& vixerat cũ viro suo annis 3. à virginitate sua] Tertiò à viduitate seruata post mortem coniugis, di. [& hæc vidua erat vsque ad annos octoginta quatuor] Quartò ab assiduitate visitãdi tẽplũ domini di. [quæ nõ discedebat de tẽplo] secũdũ modum. s. loquendi, quo assiduè conuersantem in aliquo loco dicimus ab illo non discedere. Quintò ab assiduitate ieiunij, & orationis, dicens [ieiunijs, & obsecrationibus seruiens nocte ac die] Iuste ergo, vt ait Orige. sancta mulier spiritũ prophetãdi meruit accipere, quia longa castitate, longis ieiunijs ad hoc culmẽ ascenderat. Hæc ille. Sequitur [Et hęc ipsa hora] qua Symeon ista dicebat (superueniens confitebatur domino.)

Est autem sciendum sicut dicit S. Tho. 2. 2. q. 3. ar. 1. ꝙ triplex est confessio. Prima scilicet quæ est actus fidei, vt cum quis confitetur se credere in vnum Deum. Secunda, quæ est actus latriæ, id est gratiarũ actio, & laudatio Dei, ad quã hortatur Psal. di. Confitemini domino, id est laudate Deũ. Tertia est actus pœnitentiæ, qua quis confitetur peccata sua. Hic autem loquitur Euangelista de secunda confessione secũdũ Greg. Nazã. Vnde sequitur [& loquebatur de illo.] s. Domino Iesu Christo, quem magnificabat, & prędicabat [omnibus qui expectabant redemptionem Israel] id est Messiam regem, per quem redimerentur verè à seruitute spiritua li, id est peccati, & diaboli, vel à seruitute tẽporali secũdũ opinionem aliquorũ Iudæorum, qui existimabant Christum venturum tanquã regẽ carnalẽ. Dicit aũt Gre. Nazã. ꝙ ideo in Euangelio nõ exprimitur, quid Anna de Christo dixerit, quia fortè dixit aliqd modicũ, & non clare. Vel secũdũ alios ad innuẽdũ, ꝙ mulier in ecclesia loqui nõ debet sed tacere, iuxta doctrinam apostoli. 2. Cor. 14 Sicut tñ paucorũ priuilegia nõ faciũt legẽ cõem, ita econuerso lex cõis non tollit, quin alicui fiat priuilegium, gratia sanctitatis. Et ꝙ dicit glo. eã ieiunijs, & orationibus accepisse ꝓphetiã, sed nõ authoritatẽ docẽdi. intelligitur inquãtũ mulier secũdũ Gorram, non inquantũ sancta, quia tamen mulier erat, non extendit sermonem suum.

Allegoricè secundum Grego. Nazan. Symeon interpretatur secundum aliquos obedictia, vel auditor mæroris, significat legem Moysi cum sene moriturо morituram. Sed Anna quę interpretatur gratia, significat legẽ nouã, quæ est lex gratiæ, quã Christus fouet viuentem. In medio horũ Christus fuit. Est autem notãdũ quinque fuisse Annas, videlicet mater Samuel. 1. Regu. 1. & vxor Raguelis. Thob. 3. & vxor Thobiæ senioris Th. 1. & filia Phanuel de qua habetur hic, & mater beatæ virginis de qua non habetur in canone. Et quia Anna interpretatur gratia, vt dictũ est, & omnes prædictæ fuerũt sanctæ, & gratiosæ significant quinque gratias. Prima significat, gratiam orandi. Vnde dixit 1. Regũ. 1. Effudi animam meam in conspectu domini. Secunda gratiam alios ędificandi, quia Raguel interpretatur pastor Dei. Tertia gratiam flendi peccata, & incolatũ huius vitæ, q a Thobias interpretat̃ ductus ad luctũ. Quarta gratiã reuelationis se-

 cretorum,

POSTQVAM cõsummati sunt dies octo vt circuncideretur puer &c. Luc. 2. Circa circuncisionẽ de qua in præsenti euangelio agitur tria puncta sunt vidẽda, quę sunt. Temporis diffinitio, vulneris illatio, & nominis impositio. Et hæc tria tanguntur in euangelio.

QVANTVM ad primum sciendum est ex doctrina S. Tho. in 4. dis. 1. q. 2. ꝑ totum, ꝙ secundũ successionem temporum quanto magis appropinquabatur ad Christũ, tãto magis debebant articuli fidei explicari. Ideo necessariũ fuit vt daretur a Deo præceptũ de circũcisione fienda ꝓpter duo. Primò vt populus Dei per aliquod corporale signum distingueretur ab alijs. Secundò quia expressius significat ablationem originalis peccati esse fiẽdam, quam ante fuisset per aliquod signum significata. Et hoc ꝓpter multa. Primò ratione membri, in quo fiebat, quia per illud descendit originale. Secundò, quia fiebat secundum circularem figuram quæ circulatio fuit in originali dum persona infecit naturam, & natura personam. Tertiò ratione pœnæ cõtra delectationẽ concupiscentiæ, in qua viget fomes, quãuis illa pœna non fuerit ad satisfaciendum. Quartò, quia sanguis ibi fusus significabat Christi passionẽ qua originalis culpa sublata est. Debuit autem dari hoc præceptũ de circuncisione ante legem scriptam, idest ante legem Mosaicam: quia lex dari non potuit nisi populo adunato & distincto, q̃ distinctio per circuncisionem fuit. Debuit autem differri vsque ad tẽpora Abraæ, q̃ primus accepit præceptum de hac circuncisione. Ante. n. ferè omnes erãt fideles. Nã tũc, s. tempore Abraæ dicitur idolatria incæpisse & abũdauit infidelitas, & vtrũq; cõtra naturã. Ideo tunc debuit fieri promissio de nasci turo xp̃o, q̃ peccata mundat, & signũ fidei, atque castitatis cõtra infidelitatem & luxuriam poni. Nõ aũt debuit dari omnibus populis, q̃ a data fuit vt populus ex quo Christus erat nasciturus, speciali sanctitate præ omnibus populis fulgeret. Cõtra, q̃ a dabatur cõtra originale peccatũ, quod omnibus erat cõmune. Item cõtra, quia dabatur in signũ fidei Abraæ, quã oẽs imitari tenebatur: Respondetur. Ad primũ quidem dr̃, ꝙ non erat solum contra originale, sed etiã erat in signum nascituri ex Abraam. Contra originale autem remanebant alia priora remedia. Ad secundum dicitur, quod non omnes tenebantur imitari Abraam, quia non erat notus omnibus, neq; omnibus datus in exẽplũ, licet omnes tenerentur ad fidẽ eius. Hismael aũt & Esau tenebatur ad circũcisionẽ solũ, dũ erant de familia parẽtum, nõ autẽ post separationẽ ab eis: quia solus populus peculiaris circuncidebatur. Nec etiã dandũ fuit hoc ꝓceptum fœminis, quia dabatur cõtra originalẽ culpã, quæ est a generãte actiue, i. a patre: non aũt dabatur cõtra pœnalitatem corporis, quæ sunt ab administrante materia, i. a matre. Et licet transgressio prima a fœmina incæperit, tamen ipsa nõ fuit cã peccati originalis, quia si vir non peccasset, etiã peccãte fœmina nõ contraheremus illud. Et etiã distinctio populi est principaliter per viros. Est autem sciendũ, quòd circũcisio erat sacramentum veteris legis, & erat etiam sub ꝓcepto. Inquantũ ergo erat sacramentum omni tẽpore poterat fieri & habebat suum effectum: inquantum vero erat ꝓceptũ requirebatur dies octaua necessario. Causa huius determinati tẽporis est multiplex. Prima est teneritudo pueri. Vnde non licebat anticipare octauam diem in aliquo casu, sicut dicit Hugo de Sancto Vict. quãuis alij dicant oppositũ. Quia id quod alii asserunt, neque ex scriptura, neq; ex cõsuetudine Iudæorum habetur. Et si obiiciatur quòd populo Dei existẽte in deserto multi non sunt circuncisi, & cõsequenter poterat tardari vltra octo dies. Dicitur secundum Nico. de Ly. ꝙ cum illis fuit dispẽsatũ, quia erant in itinere, & nesciebant quando haberent mouere castra, & qñ quiescere, quia ad imperium dñi stabant, & stabant. Similiter ẽt qui moriebantur incircuncisi non ob hoc damnabantur, quia erant contra originale peccatum alia remedia. Quamuis etiã possit, secũdum alios, dicit probabiliter, quòd in deserto nullus sit mortuus, qui ibi fuerit natus, quia non erat in tribubus eorũ infirmus, vt dicit Psal. Sic ergo patet illa particula euangelii qua dicitur [& postquam consummati sunt dies octo.]

QVANTVM ad secundum sciendum est, quòd circuncisio erat circularis incisio anterioris pellis mentulæ. Et hoc membrum conueniẽter determinatum est ad hoc vulnus suspicidum inquantum cir-

tuncisio erat praeceptũ, & inquantum erat sacramentũ, quia erat signũ originalis abolendi, & Christi nasciturі, & seruandae castitatis. Fiebat aũt cultello lapideo, sed nõ erat hoc necessariũ, vt patet ex Iudaeorũ usu. Veruntamẽ aliquę formosae, vt ea quam fecit Iosue fuerũt factae cultro lapideo, in signũ, ꝙ pfecta circũcisio oĩum malorũ fieret per petrã spũalẽ, id est Christũ. Sed quẽ effectũ habebat hmõi vulnus? Respõdet, ꝙ in rei veritate nõ imprimebat characterẽ in anima. Est autem character spiritualis signũ distinguẽs per hoc, quod ĩ aliquo statu perfectionis constituit. Circuncisio autem principaliter ordinabatur ad purgandũ per se, nõ autem ad distinguendum, sed solum ex consequenti, & per accidens inquantũ aliq erant circũcisi, aliqui nõ. In anima ergo habebat solum principalem effectum. Et nõ poterat iterari, non quia maneret character impressus in ea, sed quia nõ iterabatur causa eius. Qui vero fictus accedebat ad eam, recedente fictione consequebatur effectum, nõ propter spiritualem characterem, sed propter exteriorẽ corporalem. Purgabat autem ab originali peccato, sicut omnes dicunt, quia semper oportuit esse aliquod remediũ contra originale virtute passionis Christi, ĩ quolibet statu. Nam quia ab alio siue per aliũ illud contrahimus, etiã per alium ab illo liberamur. Itẽ ante vsum rationis oportuit esse contra peccatum, aliquid habẽs efficaciam ex opere operato, & hoc est circuncisio. Aliter tamen auferebat originale quàm baptismus. In peccato quidẽ originali tria sunt, scilicet culpa, & reatus priuationis visionis Dei, & fomes, id est cõcupiscentia habitualiter inclinans ad malum. Prima ergo duo tã per baptismum, q̃ per circuncisionẽ tolluntur ex toto, secũdũ Greg. sed cõcupiscentia solum ex parte. Circũcisio ergo quae erat particularis incisio, directè causabat, & significabat diminutionem fomitis, & consequẽter alia duo. Baptismus vero, qui est ablutio, primo culpam, deinde alia aufert.

Est autem sciendum, quod per circuncisionem non consequebatur quis fructũ perfectae liberationis ab originali, quia nõ aperiebat ianuam coeli. Vnde Ioannes circuncisus, est etiam baptizatus. Auferebat enim solum impedimentum personę stante impedimento naturae. Si tamen tunc fuisset baptismus, non aperuisset ianuam, & modo si esset circũcisio aperiret, eo quod passio Christi peracta virtute eius baptismus ianuam coeli aperit. Potest autem aliquid corporale esse instrumentum motiui, quod aliquando fuit, licet modo non sit, sicut formę sunt velut instrumenta generantium, non autem eius, quod nec est nec fuit. Tollebat autem peccata actualia si illa inueniebat, q̃a Deus non parcit ex parte.

Sed contra, quia vt dicitur ad Rom. 5. Ex operibus legis nullus iustificatur, & tamen alia sacrificia, & opera non erant minus honesta, quàm circuncisio. Quia ergo illa non iustificabant, ergo neque circũcisio. Ad hoc dicitur, quod illa sacrificia non ordinabantur ad tollenda peccata, sed ad satisfaciendum pro eis. Circuncisio verò ordinabatur ad tollenda peccata, ideo illa non auferebãt peccata sicut sacrificia.

Sed nunquid circuncisio conferebat gratiam? Solutio. Ad hoc dicitur, quod sacramenta nouę legis sunt causa instrumentalis gratiae, per quae Deus iustificat animam, secundum August. contra Faustum. Sacramenta autem veteris legis non causabant gratiam propria virtute, quia ex lege fuisset iustitia, & consequenter Christus gratis mortuus fuisset. Neque virtute passionis Christi, quia passio Christi non potest applicari homini per sacramenta nisi mediante usu rerum exteriorum per quas agit. Est autem impossibile, quod passio Christi, vel quodcunque agens antequàm sit, vel fuerit, actu moueat per res exteriores, vt dictũ est, quamuis possit mouere per interiorem apprehensionem. Vnde isto modo scilicet per fidem passio Christi iustificabat veteres, non autem per sacramenta, quae erant solum quaedam protestationes illius fidei.

Sed contra, quia dicit Beda, quod effectum baptismi olim habuit circuncisio. Ad hoc dicunt quidam, quod circuncisio habuit effectum baptismi, quo ad hoc, quòd delebat peccatũ, sed non quo ad hoc, quod conferret gratiam. Sed hoc est impossibile, quia peccata non tolluntur nisi per gratiam. Iuxta illud Roman. tertio Iustificati igitur gratis per gratiam ipsius. Quidam vero dicunt, quòd conferebat gratiam quantum ad effectus remotiuos culpae, non autem quantum ad positiuos. Contra primo

mo, quia secundū ordinem, causæ formalis effectus positiui sunt priores remotiuis, quia forma nō excludit priuationē nisi informā do, secūdum tñ eām materialē & ecōuerso. Itē contra, quia potestas perueniēdi ad gloriā, quæ tunc dabatur, est vltimus effectus positiuus gratiæ. Quidā vero dicūt, quod conferebat gratiam etiā quantum ad effectus positiuos aliquos sed nō omnes, quia nō reprimebat impellentē concupiscentiā. Sed contra, quia omnis gratia quantumcunque minima ad hoc sufficit. Ideo dicendum est, quod circuncisio, sicut & alia sacramenta illius legis, non iustificabat, sed solum erat signū, & protestatio fidei iustificantis. Est aūt sciendū, quod ante circūcisionē valebat ad remissionem originalis peccati, sola fides propria in adultis, & in paruulis aliena, qua per fidē coniungebātur homines ad passionē Christi et si talis fides fuisset informis. Vnde licet adultus non iustificaretur per suam fidem informem, tamen per illam erat causā iustificationis paruuli, quia iustificabat ratione obiecti, & nō rōne credentis: formitas aūt, & informitas sunt cōditiones fidei ex parte obiecti. Et eadē ratione iustificabat fides, & non charitas, quia fides ad cognitionē pertinet, ideoque magis pōt mediatorē, & cām salutis respicere, quàm charitas, q̄ ad effectum pertinet, & est de eo quod est sibi bonū. Sufficiebat autē paruulis aliena fides, id est motus fidei relatus ad salutem pueri à quocūque, quāuis magis hoc pertineret ad parētes, nec requirebatur exterior protestatio fidei, secūdū opinionē cōiorem. Nec tamē sequitur, quod possent pueri iustificati in vtero, quia quo ad hominū cognitionē non erāt a matre distincti. Sed cōtra, quia modo sola fides non sufficit: ergò esset modo minoris efficaciæ quàm tunc, quod est falsum. Respondetur, negādo argumentū. Nā lex nō est minoris efficaciæ in religioso q̄ in laico, & tamē religioso nō sufficit obseruare decem legis pcepta, quod sufficit laico. Est enim aliquid annexum fidei, quod necesse est obseruare videlicet ablutio baptismalis: In adultos aūt requirebatur sacrificiū, uel aliquod huiusmodi, quia licet illa sacramenta nō essēt de necessitate, sed voto celebrarentur, tamē tempore opportuno ipsa fides instigabat ad se propalandum ad honorem Dei, & tunc efficacia remissionis non erat ex signis exterioribus, sed ex sola fide, quæ sola sufficiebat. sicut & nūc ei, qui nō ex cōtēptu sacramēta dimittebat sicut etiam de chris itate dicimus quod sufficit motus interior, sed si tamē tēpus adest requiritur exterior. Sic ergo patet quid sit circūcisio, & quis eius effectus: & consequenter patet illa particula euangelii, qua dicitur [vt circunciderettur puer.] Sed quare voluit Christus circuncidi si peccato caruit? Bern Ad quid tibi necessaria circuncisio domine Iesu, qui peccatum nec cōmisisti, nec contraxisti? Quod enim ipse non feceris, ætas ipsa manifestat: quod vero nō cōtraxeris multo certius probat patris diuinitas & virginitas matris. Hæc ille. Ad hoc dicitur, quod hoc voluit facere. Primò ut ostenderet in se carnis veritatem, contra Manichæum, qui dixit, quod illa caro fuit phantastica. Et contra Appollinarem, qui dixit eam consubstantialem esse diuinitati. Et contra Valentinum, qui dixit illam de cœlo fuisse allatam. Secundò, vt approbaret circuncisionem. Tertiò, vt se ostenderet de genere Abraam. Quartò, ne illum Iudæi tanquam incircuncisum repellerent. Quintò ad exemplum obedientiæ. Sextò ne respueret remedium carnis peccati, cuius similitudinem habebat. Septimò, vt sustinendo onera legis, alios liberaret.

Sed contra, quia soluebat sabbatum, ergo a simili debebat soluere circuncisionem. Respondetur, quod non est simile, quia conueniens erat ut se dominum legis ostenderēt in ætatem perfectam soluendo legem: non autem in puerili. Item contra quia non fuit in Abraam decimatus, secundum gl. Hebr. septimo, eo quòd decimatio est figura medicinæ contra originale peccatum: ergo a simili non debuit circuncidi, quia etiam ipsa circuncisio fuit signum eiusdem medicinę? Respondetur quòd non est simile, quia decimatio fuit solum signum talis medicinæ: non autem circuncisio, quia habuit alias utilitates & causas.

QVANTVM ad tertiū, sciēdū est, quod in circuncisione imponebāt noia, sicut modo in baptismo, quia ante pueri habebant imperfectum esse. Ideo gl. Prouerb. 4. dicit, quod Salomon dicit se fuisse unigenitum coram matre sua, quia scilicet habuit quidem vterinum fratrem, sed ille mortuus est sine nomine, quasi nunquam fuisset. Côue-

nientissime aūt in circūcisione Saluator dictus est Iesus. Nomina quidem specierū debent rerum proprietatibus conuenire, vt patet 3. Metaphy. quia ratio quam nomen significat, est diffinitio, quæ dicit rei naturā. Nomina vero singulariū imponūtur ꝓprietate eorū, vel a tēpore. sicut natus in die sancti Nicolai dicit aliqn̄ Nicolaus, vel cognatione, sicut Ioannē qnidā uolebant noīa re Zachariam. Luc. 1. uel ab euentu, sicut Ioseph primogenitum suū appellauit Manasʃen, dicens. Obliuisci me fecit Deus laborū meorum. Gen. 41. Manasses enim interpretatur obliuiosus, uel qui oblitus est. Vel ex qualitate nascētis, sicut Esau, quia rursus natus est, sic fuit nominatus. Gen. 25. q̄a Esau interpretatur Rufus. Quādo ergo noīa imponūtur à Deo, significant aliquod donum gratiæ collatū ei, cui nomē imponitur. Christo autem per gratiā datū est vt saluaret omnes, ideo Iesus dictus est, quod interpretatur Saluator. In omnibus autem aliis nominibus eius significatur aliquo modo id, qđ importatur hoc nomine. Hoc autē nomen fuit ei nouum ratione spiritualis, & vniuersalis salutis, quæ nulli alij potuit cōpetere, quāuis alia ratione fuerit hoc nomē alijs cōmunicatū. Sic ergo patet litera, cum dicitur [vocatū est.] f. primò a Deo, qui illud imposuit, & secūdò ab angelo [nomē eius Iesus] Et non dicit vocauerunt, seu imposuerunt, sed uocatum est [eo ꝙ vocatum est ab angelo priusqnam in vtero cōciperetur] quia angelus hoc nomen protulit anteqnam Maria consentiret. Sed posset aliquis quærere. Si Christus est circuncisus, quare & nos nō circuncidimur? Ad hoc respondetur, quòd circuncisio debebat cessare in adnentu ꝑfectionis sacramenti ad idem ordinati, id est baptismi, alioquin gratia faceret per duo id, ad quod sufficit unum. Est autē circuncisio imperfectior baptismo. Primò, quia non significabat ita expresse ablutionem & emūdationē à peccato. Secundò, quia in ea non cōferebatur gratia in tanta abūdantia. Tertiò, quia non erat ita omnibus populis communis, sicut baptismus, cū solis Iudæis conueniret. Sed contra, quia configuratiua quæ significabant tunc aliquid quod semper faciendum est, semper durant, ut patet de purificatione, quę deuotione significat. Sed exterior circuncisio significat cordialē seu circuncisionē cordis, quę semper facienda est: ergo semper debet durare. Respondetur, ꝙ principale significatum exterioris circuncisionis erat ablatio originalis, quæ non semper faciēda erat per circuncisionem, sed aliquando per baptismum: ex consequenti autem significat circuncisionē cordis. Et sciēdum ꝙ non solum circuncisio, sed ēt alia legalia cæremonialia, & significatiua debuerunt cessare. Primò, qnia sicut præsente corpore cessat umbra, sic præsente ueritate debet cessare figura. Si. n. adhuc agnus paschalis immolaretur, adhuc significaretur, quòd Christus esset crucifigēdus, quod est hæreticum. Secūdò, quia nō cōferebatur gratia in eis in tanta copia, quantā requirit status noui testamenti. Tertiò, quia talia data sunt illi populo tanquam imperfecto, ut retraheretur ab idolorū cultura, ideo humano genere existente in perfecta ætate debuerunt alia perfectiora institui.

Sed contra, quia nunquam legitur Deus illa reuocasse. Ad hoc dicitur, ꝙ dominus ista reuocauit in ipso suo facto adimplens illud, quod in figuris præcesserat obseruandum. Iuxta illud, consummatū est. Christus enim impleuit totam legē, moralia quidem elucidando, & eis apponendo consilia: cærimonialia autem, & figuratiua eis apponendo ueritatem. Quomodo autem legalia aliquādo sine peccato potuerint obseruari, & quomodo non, est multiplex opinio. Hier. enim tenet, ꝙ circuncisio & alia huiusmodi legalia statim post Christi passionē fuerunt mortifera, nec poterant sine peccato obseruari. Et quando obiiciebatur ei, ꝙ Petrus apostolus ea seruauit, ut patet Gal. 2. propter quod Paulus eum coram hominibus reprehendit, dicebat beatus Hier. ꝙ Petrus dispensatoriè, id est simulatè illa seruauit, ne Iudęi scandalizarētur de hoc, ꝙ cum gentibus comedens, cibis gentium uteretur, & Paulus eum dispensatoriè reprehendit, ne Gentiles qnorum ipse Paulus erat apostolus necessarium crederent talium ciborum usum. Ideo Petrus a culpa, & Paulus a procaci reprehensione excusatur.

Sed contra, quia secūdū hæc apostoli ꝑ scandalum dimisissent ueritatē doctrinæ, & Paulus qui ad Gal. dicit Petrum fuisse reprehensibilem, fictè loqueretur. Ideo melius dicit August. distinguens tria tempora. Dicit enim

enim, quod ante passionē non fuerunt ista mortua nec mortifera, sed necessaria ad salutē. Sed post passionē statim antequā esset euāgeliū diuulgatū fuerūt mortua, idest nō necessaria ad salutē: non aūt mortifera, q a poterant a Iudæis sine peccato obseruari, non quasi essent alicuius virtutis, aut sine eius gratia Christi haberi nō posset, sed ne videretur lex vetus reprobāda, si statim quasi idolatria fugeret. Vnde fuit pp hoc mater synagoga ad tumulum cū honore ducenda. Sed post diuulgationē euangelij fuerūt mortifera. Ideo Apostoli medio tēpore talia verè, nō dispēsatione vel simulatoriè seruauerūt, & Paulus vero Petrū reprehendit, quia ita incautè se habuit, vt eius exēplo aliqui obseruarēt hæc quasi necessaria. Ideo dixit ei Paulus. Si tu Iudæus cū sis gentiliter viuis, quia scilicet cū gentibus existēs comedebat de cibis eorū, quomodo cogis gentes Iudaizare? quia scilicet pter aduentum aliquorū Iudæorū quos timuit scandalizare, dimisit cibos gentiliū, vtendo cibis Iudæorum. Hæc tamen culpa fuit leuis. Sed contra, Ista enī nō sunt de se mala, quia nunquā licuissent; quæ aūt non sunt de se mala, possunt bona intentione fieri. Ad hæc dicitur, quod vna circunstantia variata, puta tempus, actus, sit de se bonus vel malus. Ideo ista, tempore diuulgati euangelij, sunt de se mala, nec possunt bona intētione fieri. Item contra, quia Act. 15. dicit, quod fuit magna dubitatio inter Christianos, an gētiles tenerentur circuncidi, & quæstio delata est ad apostolos in Hierusalem. Et responderunt sic. Visum est Spiritui sancto, & nobis nihil vobis imponere oneris quā hæc necessaria, vt abstineatis vos ab imolatione simulacrorū, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, a quibus abstinētes bene facietis. Et gl. ibi dicit, quod ista sunt necessaria. Ad hoc respondetur, quod de his quæ hic dicuntur triplex est opinio. Prima est illud præceptū apostolorum ad literā manet. Sed cōtra, quia nihil est immundū per Christū, & nihil reijciendū qd cū gratiarū actione percipi, vt dr ad Titum. 4. Itē cōtra, quia illud præceptū de nō comedendo suffocato est cerimoniale, sicut & alia. Alia opinio est, quod intelligi spūaliter de sanguine humano, & suffocatione pauperū. Sed contra istā opinionē est Hier. sup Ezech q dicit, quod apostoli non spūaliter, sed ad literā loquebant.

Alia opinio est, quod apostoli nō rñderunt præcipiēdo absolutè, vt illa obseruarent gentiles, sed intēdebāt prouidere vt simul pacificè Iudæi & Gētiles possent conuersari. Ideo phiberunt fornicationē tāquā per se malā, quā gētes nō credebāt peccatū: & suffocatū, q a erat abominabile Iudæis pp cōsuetudinē, & immolatū idolis, quia faciebat suspitionē de idolatria. Glosa vero illa, quæ dicit, quod sunt necessaria, loqtur quo ad sensum mysticū, vel quo ad cōitatem vitæ & pacē. Vbi enim vel qn̄ ista conturbabāt cōem Iudæorū & gētilium vitā erāt prohibita, ita quod sine peccato quis talia nō poterat exercere.

Allegoricè sciendum est, quod circuncisio significabat purgationem fiendam propter Christum in passione.

Anagogicè vero depositionem carnis, & sanguinis corruptibilis beata resurrectione.

Moraliter verò fuit signum seruandæ castitatis. Quæcunque super hoc euangelio dicta sunt ex doctrina sanct. Th. sumpta sunt. 4. dist. 2. & 3. par. q. 62. & q. 37. Quid autem actum sit de illa carne ablata per circunsionem, vide in die Paschæ.

In vigilia Epiphaniæ.

Textus Euange. Matth. cap. 2.



Efuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, di. Surge & accipe puerū & matrē eius, & vade in terram Israel. Defuncti sunt enī, qui quærebāt animā pueri. Qui consurgens, accepit puerū & matrē eius, & venit in terram Israel, Audiēs autē, quod Archelaus regnaret in Iudæa p Hærode patre suo timuit illo ire. Et admonitus ī somnis secessit ī partes Galileæ. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazaret, ut adimpleretur, quod dictū est per prophetas, quoniā Nazareus vocabitur,

DEFVNCTO Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph. &c. Matth. 2. In hoc euangelio tanguntur tria pũcta, q̃ sunt Iussio, Executio, Admonitio.

QVANTVM ad primum ad intellectum sequẽtium sciendũ est, ꝙ res de qua dicturi sumus ita fuit gesta. Postquã Magi adorauerunt Christum, beata virgo (vt creditur) fuit vsque ad purificationẽ in illo tugurio, & deinde ipsa simul cum Ioseph tpe suo, portauerũt puerũ Iesũ ad tẽplũ, vt offerent par turturum, aut duos pullos columbarum, quod fuit factum in die purificationis. Et quia ad testimonium Symeonis & Annæ, factũ est murmur in Hierusalẽ ꝙ Christus aduenisset, ideo Herodes valde timuit, & de occisione puerorũ ciuitatis Bethleẽ cogitauit. Sed quare hoc non cogitauit in aduentu Magorũ? ad hoc dicit Magister histo. ꝙ Hærodes videns Magos nõ reuersos ad se, credidit eos fuisse delusos ex fallaci stella, & ob hoc erubuisse ad regem venire. Sed postquã ad aures eius peruenerũt dicta pastorũ, & Symeonis, & Annæ, tũc credidit se illusum a Magis vt dicit Beatus Matthæus, & cogitauit persequi Saluatorẽ: idõ angelus monuit Ioseph. & fugit in Aegyptũ in ciuitatẽ Hieropolim, vbi fuit vsq; ad obitũ Herodes, i. septem annis, vt dicit Magister hist. Nam trigesimo anno regni Herodis, secundũ chronicas, natus est dñs. & trigesimo septimo regni sui ille interijt, & dñs regressus ẽ de Aegypto eo defuncto. Et sic fuit ibi septẽ annis cõpletis, & forte parũ plus, q̃ a nõ cõsueuerunt minutiæ cõputari. Aliqui tñ dicũt, quòd in Aegypto fuit quinq; annis.

Sciendum est etiam, vt tradit Iosephus, & historia ecclesiastica, & Magister histo. ꝙ Herodes post multa flagitia ita a Deo percussus est, vt manifesta in eo appareret vindicta diuina. Nam cum septuaginta vel circiter esset annorũ, infirmatus est, vnde desperans se posse liberari irrationabili furia, & amaritudine mentis accensus est, eo ꝙ filium suum Antipatrum cognouerit de suá morte tractasset & iterum, quia a Iudæis se contemni putabat, mortem suam libenter expectantibus. Porrò morbus eius in dies amarior reddebatur, habebat intolerabilem ignem in visceribus. Appetebat infinitum cibum, nec vnquam poterat satiari. Intestina erant vlcerata, & putrida, & fetida; Doloribus cholicis sæuissimis cruciabatur, pedes tenebat verenda, putredine corrupta scatebat vermibus, pruritus incredibilis totam occupauerat cutẽ, omnibus membris erat contractus. Denique a medicis in olei doliũ missus, ita ibi defecit, vt mortuus ab omnibus putaretur: vnde grãdis seruorum vlulatus concitatus est, propter quod Antipater filius eius in vinculis exultauit. Quod Herodes comperiens, statim eum iussit occidi, occisis prius duobus alijs elegantissimis filijs cum regina Mariamne eorum genitrice. Hunc tamen vlulatum, quẽ Iosephus excitatum tũc dicit, Magister histo. dicit exortum, quia seipsum voluit iugulare gladio quo pomum purgabat. Res ergo fuit vera; sed rei causa incerta. Vel fortè bis fuit iste clamor. Deinde militibus erogauit pecuniam, & ex omni regno suo principales Iudæorum euocauit sub pœna mortis, quos in hippodromo, id est in claustro sui palatij secundùm aliquos iussit includi, vel in loco vbi equorum cursu certatur, ab hippos equus, & dromos cursus. Et aduocans sororem suam Salome, & virum eius Alexandrum, dixit sibi inesse grauissimum dolorem, quo Iudæi in sua morte quam futurã cito videbat, lætarentur. Vt ergo (inquit) Iudæi plorent ex animo, omnes inclusos in hippodromo sagittis afficite. Et postquam sic ordinauit ille infelix post quinque dies a morte sui filii mortuus est. Et tunc Angelus monuit Ioseph, vt rediret ad terram Israel. Vnde dicitur [Defuncto autem Herode, angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicẽs] Et in hoc, secũdùm Diony. in cœlesti hierar. apparet, ꝙ dominus Iesus factus homo subiiciebatur ordinationi diuinæ per Angelos exercitatæ vt homines. Et secundùm Chryso. apparet, ꝙ Ioseph fuit electus in ministerium Mariæ cundo ad Aegyptum, & inde redeundo. Et vẽ velle Chry. ꝙ hæc sit ratio, quia angelus apparuit Ioseph, nõ Mariæ, q̃ a ipse erat ductor & gubernator eius, quãuis ẽt potuerit prius apparuisse Mariæ. Apparuit aũt in somnis, quia tunc mens quietior est quietatis exterioribus sensibus, adeoque supernis reuelationibus aptior est ex cõsequenti [Surge & accipe puerum & matrẽ eius, & vade in terram Israel] Non specificat aliquam ciuitatẽ, vt ex frequẽti apparitione angeli Ioseph confor-

confortaretur. Apparuit enim secundò Angelus, cum fuit in terra Israel docēs eū specialiter de loco. Sequitur [Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri] Hiero. Ex hoc loco intelligimus non solum Herodem, sed etiam sacerdotes, & scribas eo tempore necem domini fuisse meditatos. Hæc ille. Nam euangelium non dicit defunctus, sed defuncti. Isti autem secundùm Remigiū & Chrys. fuerunt occisi per Salomen & Alexādrum in hippodromio in vindictam puerorum Innocentium. Veruntamen, quia Iosephus dicit, quòd Salome & Alexander Iudæos ex hippodromio liberos reliquerunt, ideo aliter dici potest, sicut & dicit ibidem Remigius & S. Thom. super Matth. quòd plurale pro singulari ponitur, vt dicatur defuncti, i. defunctos, & ista videtur esse veritas. quia non est verisimile Iudæos conspirasse in mortem pueruli.

Allegoricè exponēdo secundū venerabilem Bedam in homel. cui dicitur, ꝙ occisis Innocētibus nō longe post obijt Herodes, & Saluator redijt ad terrā Israel, significatur ꝙ occisis martyribus pro Christo deficerēt imperatores, & pax redderetur ecclesiæ, & sancti qui latuerant ad sua loca redirent. Vel secundum eundem significatur ꝙ defuncto Herode, id est sopita flamma modernæ inuidiæ Iudæorum, fides recipietur à Iudæi prædicātibus Enoch & Helia. Isti duo enim viuunt, vt patet per sanctum Tho. 3. par. q. 49. ar. 5. & 3. dist. 18. & 1. par. q. 102. ar. 2. Vnde de Enoch dicitur Gen. 5. Nō apparuit quia tulit eum Deus. De Helia vero habetur 4. Reg. 2. quòd raptus est in curru igneo. Et secundùm sanctum Thom. in locis præallegatis, non fuit raptus in cœlum empyreum; sed in aereum, & uiuit cum Enoch in Paradiso terrestri.

Anagogicè significatur, ꝙ defuncto Herode, i. superato diabolo, illi qui fuerāt in Aegypto, i. in tenebris tribulationum; nam Aegyptus interpretatur tenebræ, siue tētatio nes, recipiunt Angelū, i. nunciū, siue inspirationem magnæ spei in somnis, i. tpe mortis, quando iam sensus oēs ligantur, vt vadant in terram Israel, i. videntium Deum cum puero, & matre, id est cum misericordia Christi & meritis beatæ Virginis.

Moraliter instruimur, vt supportemus patienter aduersa, sicut & Christus. Quod si fecerimus, Deus post aduersa dabit quietem mentis, vel etiam corporis. Thob. 3. post tempestatem tranquillum facis.

Qvantvm ad secūdùm litteraliter sciēdū est. ꝙ Herodes magnus, seu ascalonita duo fecit testā, vt tradunt historici. In primo hæredē regni instituit Antipatrū, & ei substituit Herodē Antipā. Sed quia ille ꝑ venenū cōspirauit in mortem Herodis, Herodes illum vinculis alligauit, & moriturus occidit, vt supra dictū est, eo qd̄ audita eius morte in vinculis exultasset. Et tunc aliud condēs testamētū, hæredem regni cōstituit Archelaū, repudiato Herode Antipa ita tū quòd Archelaus ab Augusto susciperet Diadema. Iuit ergo Archelaus Romā, vt coronā susciperet regni. Sed & Antipas similiter iuit Romā, & similiter Philippus, vt partē regni obtinerēt. Archelaus deberi sibi regnū dicebat ætatis merito & vigore secūdi testi. Econtra Antipas dicebat primum testamētū esse seruādū, eo qd̄ illud, pater mētis compos edidisset: reliquum vero cum iā esset mente captus, vtpote qui seipsum gladio voluisset iugulare. Deniq; Augustus diuisit Herodis regnum in quatuor partes; & duas dedit Archelao, & alijs singulis vnam. Quia ergo Archelaus constitutus erat rex a patre quantum in se etāt, fauebat rebus gēstis a patre: ideo Ioseph timuit ire ad terras Archelai. Dicitur ergo [Qui consurgens] ad imperium domini, sicut verus obediens [accepit puerum & matrē eius] non dicit filiū suum, sed puerum & matrem eius, quia nō erat verè pater [& venit in terrā Israel. Audiēs autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo] Sed quæritur, si Archelaus nō fuit factus rex ab Augusto; sed diarchus, quāuis fuerit sibi regnū ꝓmissum si illud mereretur, quō hic statim post mortē Herodis regnauit in Iudæa? ad hæc dr̄, ꝙ secundū sanctū Th. super Matthæum post mortē patris statim iste occupauit regnū & vsurpauit. & quāuis Iosephus dicat, ꝙ tunc antequam Augustū cōsuleret abstinuerit nomine regis & diademate, tñ de facto se gerebat vt regem, vt ex eodē Iosepho patet. Vel dici pōt. secundū glo. ꝙ diarchū regem appellauit euangelista [timuit illò] id est ad locū illum [ire] illò enim est aduerbium loci. & acuit vltimam. Sed Augu. de cōsen. euan. mouet quæstionem, quomodo

verum,

verum est, quòd dicitur Lucæ 2. quòd ꝑ singulos annos parentes eius ascendebant in Hierusalem, si timore Archelai illuc prohibebantur accedere. & soluit ipse ibidem dupliciter. Primò, quia aliud est semel in anno per vnam diem, in tanta populi multitudine ire in Hierusalem, aliud continuè ibi cōuersari. Primò enim modo facillime potuissent latere, non secundo. Alio modo soluit, quia quod dr̄ per singulos annos ascendisse in Hierusalē, accipi potest, postquam iā non metuebatur Archelaus, qui solum nouem annis, secundùm Iosephum, regnauit.

Allegoria & anagogia huius partis cum sequenti traditur.

Moraliter autē instruimur, quòd nullus ita debet in Deo confidere quin faciat totum quod potest, sicut Ioseph, qui quāuis præceptum domini haberet eundi ad terrā Israel, tamen non ibat ita securus quin soli citaretur de loco, in quo posset melius latere. Item moraliter hic significatur, quòd qui est in Aegypto, idest tenebris peccatorū & mundanæ conuersationis ad Angeli monitionem, id est instinctum diuinæ inspirationis, quæ per Angelum, aut semper aut in pluribus fit, debet inde recedere & accipere Mariā, i. amaritudinem pœnitentiæ, & Iesū Saluatorem, id est spem & desiderium salutis, & proficisci in terram Israel, id est vidētium Deum per lumen gratiæ & gloriæ. Nota etiam hic felix cōsortium Mariæ, scilicet pœnitentię, & pueri Iesu, id est puritatis conscientiæ, & Ioseph, id est profectus iustitiæ. Quod consortium inuenitur in statu, vt in Bethleæm Luc. 2. Inuenerunt Mariā & Ioseph & infantem &c. Et ingressus ad Aegyptum, vt Matt. 2. sicut supra dictum est. Et in regressu ab Aegypto vt hic. Et hoc in signū quod siue stes, siue fugias, siue regrediaris nunquam hoc comites deseras.

QVANTVM ad tertium, literaliter sciendum est, ꝙ vt ex dictis patet, postquā Ioseph ingressus est terras Israel, fuit ꝑplexus, ideo dr̄ [Et admonitus in somnis] ab Angelo, ei secundo apparente & specificāte locum ad quem declinaret, secundū sanctum Tho. super Matth. [secessit in partes Galileæ] Sed quare non timuit ire in Galilæam, cū ibi alius filius Hærodis regnaret, scilicet Hærodes Antipas? Respon. Nico. de Lyr. ꝙ iste Hærodes erat indignatus patri, q cū quātū in se erat sua regni parte priuauerat. Sed S. Tho. vbi supra dicit, ꝙ ista fuerūt statim post mortē Hærodis, qn̄ totū regnū occupauerat Archelaus. Sed tunc insurgit alia quæstio, quia si in regno præerat Archelaus, etiā in Galilæa regnabat: quare ergo nō timuit ire in Galilęam? Respon. S. Th. vbi supra, & glos. ꝙ facilius poterat latere in illa parte, q a ibi non erat sedes regni, sed in Hierusalē. Sed iterū est alia quæstio, q a videtur Matthæus dicere, quòd Ioseph quasi per accidens secessit in Galilæam, cū intenderet ire in Iudæam. Lucas vero dicit, ꝙ in Galilæa habuit proprium habitaculum, & cōsequenter si ibi erat propriū habitaculū, & ibi ēt securius morabatur, videtur ꝙ ex principali intentione voluerit ire in Galilæam. Soluit aūt Augu. de cōsen. euan. & S. Th. vbi supra, q a Angelus in Aegypto dixit Ioseph, vt iret ad terrā Israel, quæ principaliter erat terra Iuda, q̄uis largè includeret ēt Galilæā, & si non strictè, iō voluit ire in iudæā q̄uis habitaculū haberet i Galilæa. Aliter interū soluit Augu. ibidē, quia. s. forte parētib. Chri dignū videbatur ꝙ puer habitaret vbi erat tēplū dn̄i, s. in Hierusalē, & fortè fieri procurassent nisi ibi regnasset Archelaus. Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur qđ dictū est per ꝑphetas, quoniā Nazareus vocabitur. Istud dictum qm̄ Nazareus vocabitur scđm Nico de Ly. & S. Th. 3. parte. q. 35. ar. 7. & beatum Hiero. sumptū est Esa. 11. vbi dr̄ [Egredietur virga] id est beata Maria, q̄ fuit virga gracilis paupertate, & humilitate flexibilis [de radice Iesse] id est de Dauid, cuius pater dicebatur Iesse: filius enim dicitur radix patris, non quia det ei nutrimentum, sed quia mortuo patre remanere solet filius quasi aliquid eius, sicut confractis ramis & trunco stat radix arborea. Ecōtra autem etiā pater vel mater dicitur radix filij, qui inde ꝑducitur, sicut ramus & flos & fructus de radice [Et flos] id est Christus purissimus sine omni peccato, qui fructum nostræ salutis protulit [de radice eius] id est de radice radicis, scilicet de beata Maria [ascendit] Vbi hæbraica veritas habet, & Nazareus de radice eius ascendet, vt Hiero. testatur. Paulus autem Burgensis contra ista dicit quædam friuola, sed standum est dicto Hieronymi.

Sed hic est quæstio vna, q̃ a scilicet dixit per prophetas in plurali, si solus Esa. hoc dixit. Ad hoc respon. B. Hiero. & S. Tho. super Matth. q̃ hoc dictũ, Nazareus vocabitur, in propria forma, & secundum quod Nazareus interpretatur floridus, inuenitur Esa. 11. sed secundum interpretationẽ, qua interpretatur sanctus, iustus & inunctus, inuenitur in multis prophetis. Vel secundum Chrysosto. alij sũt prophetæ, qui nõ sunt apud nos in canone, vt Nathan & Esdra. Est autem notandũ, quòd congruè Christus dictus est Nazareus, q̃ a fuit singulariter floridus elegantia corporis & mentis puritate: & singulariter sanctus id est sanguine tinctus acerbitate passionis: & singulariter iustus plenitudine virtutis, & inũctus charitate & gratia singularis personæ & capitis, & vnionis. Iste pulcherrimus flos floruit in Nazaret per conceptionẽ, vt sicut flos conciperetur in flore, i. in Nazareth, & de flore, id est Virgine, mente, corporeque pulcherrima, & in tempore florum, i. in Martio. Apparuit autem in Bethleem per natiuitatem, vt sicut panis viuus in domo panis, panem gratię ministraret. Emarcuit autem in Hierusalem per passionem. Et quia marcescendo fructus protulit instar floris materialis, iterum per fructum suum refloruit in resurrectione, & ascensione.

Allegoricè secundum Hila. Ioseph significat Apostolos, q̃ Christũ per mundũ habebãt sua prædicatione deferre. Hi Hero. de mortuo, i. Diabolo cũ populo eius in Christi passione deperdito, iussi sunt prædicare Iudæis, i. ouibus quæ perierunt domus Israel, sed manente in Iudęa hæreditaria infidelitate, quã Diabolus seminauit, metuunt, & recedunt admoniti à Spiritusancto, vt uadant ad prædicandũ gẽtibus. Vel secundũ Raba. hæc vltima designant ecclesiæ tempora, qñ plurimis Iudæorũ ad prædicationem Enoch & Helię conuersis, cæteri ad institutum Antichristi contra fidem pugnabunt. Pars igitur Iudeę, in qua regnabat Archelaus Antichristi sequaces ostendit. Nazareth autem Galileæ partẽ eius gentis, quæ fidem est suscepturam designat. Hæc ille. Nec intẽdit dicere Raba. q̃ non omnes Iudæi quandoque conuertẽtur, sed q̃ prius conuertetur pars, q̃ totum.

Anagogicè autem significatur, q̃ ascẽdẽs ab Aegypto, id est ab hoc tenebroso mundo ad terram Israel, id est visionis Dei, quã do causam habet timoris, id est quia nõ fecit plenam satisfactionem de peccatis suis, antequam accedat ad cœlestem Hierusalẽ, diuertit ad Galilæam, id est rotã tribulationis purgatorij, vt inde trãsmigret ad cœlũ.

Moraliter instruimur, vt sicut a Christo dicimur christiani, ita a Nazareo dicamur Nazarei, id est floridi per puritatem, sancti per sanguinis Christi deuotionem. Dicamur inquam non solo nomine, sed re.

In Epiphania Domini.

Textus Euang. Mat. 2. c.



CVM natus esset Iesus in Bethleem Iudæ ĩ diebus Herodis, ecce Magi ab oriente venerũt Hierosolymam, dicentes. Vbi est, qui natus est Rex Iudęorũ? Vidimus enim Stellam eius in Oriẽte, & venimus adorare eum. Audiens aũt Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregãs omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerũt ei. In Bethleem Iudæ. Sic. n. scriptũ est per prophetã. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquã minima es ĩ principibus Iuda. Ex te. n. exiet Dux, q̃ regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligẽter didicit ab eis tẽpus stellæ, quę apparuit eis. Et mittẽs illos in Bethleem, dixit. Ite & interrogate diligẽter de puero, Et cũ inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eũ. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce Stella, quã viderant in Oriẽte, antecedebat eos, vsque dũ veniens staret supra vbi erat puer. Viderũt au

tem

tem Stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ, inuenerũt puerum cũ Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrhã. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

CVM natus esset Iesus in Bethleem Iudę &c. Matth. 2. Dies Epiphaniæ est celebris, quia in ea Christus baptizatus est. & aquam conuertit in vinum anno sequenti, & Magi illum adorauerunt. Ista enim facta fuisse illo die patet ex officio, sed de tertio tantum fit mentio in præsenti Euangelio, in quo tanguntur tria puncta quæ sunt, Cõturbatio consultatio, & adoratio.

QVANTVM ad primum, in quo tangitur conturbatio Herodis, & Hierosolymitatum propter aduentum Magorũ. Pro intellectu textus oportet videre multa, & ante omnia, qui fuerint isti Mag. Quantũ ergo ad nomen, vt inuenitur in historijs latinè dicũtur Gaspar, Balthasar Melchior: hebraicè verò, secundùm Magi. histo. dicti sunt Apellius, Amerus, Damascus. Græcè verò, secundùm eundem, Galgalat Magalath Saracim. Quantum vero ad officium & cõditionem vel qualitatem suam, qui essent, triplex est opinio, secundùm quod hoc nomen magus quod est græcum, scilicet Magos tripliciter sumitur. Aliquãdo enim magus idem est, quod illusor, & sic, vt recitat Magister histo quidam dicunt ab effectu dictos fuisse magos solũ postquam illuserũt Herodẽ, non regrediendo ad illum, vt rogauerat & etiam vt promiserant i. secundũ quod rationabilius creditur, quia simpliciter ambulabant. Aliquando vero magus, idem est quod maleficus, vel incantator, & sic Chry. & Aug dicunt istos fuisse magos, sed ad Christum venisse pœnitentes, & in spe misericordiæ consequendæ. Aliquãdo autem persicè magus hebraicè dicitur scriba, græcè Philosophus, latinè amator sapientiæ vel sapiens & sic communis opinio est quòd dicti sint Magi a sapiẽtiæ suæ magnitudine, & sic tenet S. Th. vt videtur, & Magister histo. & Raba. & Nico. de Ly. qui etiã dicit eos fuisse reges, quia tunc sapientes philosophi regnabant. Vtrum autẽ fuerint reges deferentes coronas, nõ habeo certũ, quamuis sit probabile ex consuetudine vniuersali pictorum. Et si enim pictoribus ac poetis videatur concessa licentia fingendi, tamen consuetudo pingendi vniuersaliter vno modo rem pertinentem ad diuina, videtur facere probabile argumẽtum. Vnde ex hac Magister histo. arguit quòd in Christi natiuitate fuerint asinus & bos. Probabile est etiam beatum Georgiũm cum serpente dimicasse, etiam si nullibi autenticè legeretur propter vniuersalitatem picturæ: non autem est probabile, quòd lanceam capiti, vel alio admouerit, quia hoc nõ pingitur vniuersaliter vno modo sed dici consueuit quòd in ea parte corporis eum percussit, q̃ pictoribus placet. Fuerunt tamẽ reges a regendo, id est domini quia dicit S. Th quòd fuerunt pòtentes. Quantum autem ad patriam vnde venerunt, licet sit certum, quòd ab Oriẽte venerint quia hoc dicit Euangelista, tamen a qua determinata parte orientis venerint, non est certum. Quidam enim dicunt, quòd venerunt de Saba, quidam vero, ꝙ de Arabia, quidã ꝙ de Chaldea, quidam ꝙ de Perside, vt dicit S. Thom.

Sed sciendum est, vt dicit Isid. 14. Etymo. quòd Saba & Arabia est vnamet regio, ad orientem habens Persidem & ad septẽtrionem Chaldeam, vnde omnia possunt faciliter concordari, quia veniendo de Arabia potuerunt dici aliquo modo de omnibus prædictis locis venisse. Vel quia fuerunt potẽtes non venerunt omnes ab eadem regione, cõsiderata vniuscuiusque habitatione, quamuis omnes venerint ab vno loco in quo simul conuenerunt in vnum. Videtur autem quòd sint cõgregati in Perside, sec͂dm S. Th. & tamen a multis alijs locis venerunt.

Quantum vero ad causam sui aduentus sciendum est quòd Deus Christum venturũ esse reuelauit Iudæis per prophætas, & non solum Iudæis sed etiam multis Gentilibus, secundum Sã. Tho. Vnde vt ipse narrat. 2. 2. temporibus Constantini & Helenę aliàs Bitenæ matris eius repertus est homo in sepulchro laminam aureã habens in pectore, in qua scriptum erat Nascetur Christus de virgine, & credo in eum. Sub Constantini & Helenæ

Helenę tēporibus o sol iterū me videbis. Et similiter Iob.9. ait. Scio ꝙ redēptor meus vi uit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & tamē fuit gētilis. Similiter etiam Sibyllæ multa prædixerūt Isti ergo Magi aliquā ꝓphetiā sunt secuti. Sicut aūt testatur S. Tho.3. q. 36. Chry. refert. ꝙ in extremis orientis gens fuit, vt idē Chry. dicit se audiuisse, habens prophetiā ex nomine Seth filij Adę, de ortu huius stellæ, q̄ Magis apparuit, & de muneribus offerēdis regi nascituro. Et posuerunt duodecim exploratores q̄ de nocte certis temporibus ascendebant in montē, vbi post eam viderunt. Alij vero dicunt, vt ibi dicit S.Thom. ꝙ isti sunt secuti prophetiam Balaam, cuius fuerunt successores, & hoc verius est, q̄ a habetur in libro veteris & noui testamenti. & hoc tenet Remigius, & Magister hist. & cōiter expositores. Prophetia autem Balaam habetur Nume. 24. vbi dicit ipse Balaam prophetādo, licet non solum Gentilis. verum etiam pessimus fuerit. Deus enim cogebat eum bene dicere populo Dei, & loq̄ veritatē. Ait ergo [videbo eū]. s. Christum [sed nō prope intuebor eū, sed non modo] quia. s. vidit eū per successores suos [orietur stella ex Iacob] i. a parte Iudeæ, quam habitāt filij Iacob, apparebit stella [& consurget virga de Israel]. i. Christus nascetur de semine Israel, seu Iacob [& ꝑcutiet oēs duces Moab]. i. dæmones, quos priuauit imperio, vel duces Moab, i. idolatras, quos exterminauit. Apud Moabitas enim multū vigebat idolatria [& erit Idumea possessio eius] id est Roma, quæ secundum Rabbi Salomon Iudæum per Idumeam significatur. Isti ergo Magi viderunt stellam istam vbicunque, vel quandocūque viderunt, & statim inspirati a Deo cognouerunt natum esse Christū. Nam ecclesia cātat. Vidētes stellā Magi dixerunt. Hoc signū magni regis est. eamus & inquiramus eum, & offeramus ei munera, scilicet aurū, thus, & myrrham. Dicit ergo Euangelista [Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ]. Sicut enim dicit gloss. duæ sunt Bethleem, vna in terra Iuda, alia in terra Zabulon, ad cuius differentiam additur Iudæ. In hoc autem Euangelista notat impletam prophetiā Michęę. 5. de qua infra dicetur. Et similiter secūdum Raba. ꝓphetia Iacob. Gen. 49. cū subiungit [In diebus Herodis regis] Iste. n. Herodes fuit alienigena, quia fuit filius Antipatri ascalonitæ proselyti, secūdum historias, & a Romanis factus est rex. Prophetauerat aūt Iacob hoc esse signum messiæ, quando Iudas perderet principatum, dicens. Nō auferetur sceptrū de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio Gentium. Ideo ad ostendendum prophetiam completam, dicitur. Herodis & non Cæsaris. Ostēditur etiā in hoc secūdum Chrisosto. cōpleta prophetia Danielis de septuaginta hebdomadibus annorū, quia vt dicit tempore regni Herodis fuerūt consumatæ. Additur autem regis secundū Chrysostomum, quia alius fuit Herodes, q̄ occidit Ioannem, sed ille non fuit rex. Et quamuis Herodes Agrippa fuerit rex triū tetrarchiarum, secundum Magistrū histo. tamen fuit multo tēpore post. Vide de his in euāgelio sabbati ante quartā dominicā aduentus [Ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam] id est Hierusalē ciuitatē regiā, in qua natum crediderunt regem. Venerunt inquam sequentes stellam, quam dixerunt se vidisse, quæ eos præcedebat, quāuis hoc (vt dicit. Sanct. Thom.) apud aliquos non sit certum, scilicet quod stella præcesserit eos antequàm appulissent Hierosolymam. Nam magister histo. videtur dicere, quòd Magi existentes in Oriente, viderunt stellam super Iudæam immotam, quæ tunc primo cœpit moueri quando egressi sunt de Hierusalem, vt euangelium videtur dicere. Chrysost. & Sanctus Thoma, & communiter expositores tenent, ꝙ in toto itinere eos direxit ꝓcedēdo, sicut filios Israel in deserto præcedebat nubes per diem, & ignis per noctem, vt dicitur Exod. 4. & quod disparuit ipsi appropinquantibus ad ciuitatem regiam, id est Hierusalem. Sed hic est quęstio vna. quam mouet Beda. Si enim isti fuerunt Chaldei, aut Persę, aut de vltimis finibus Orientis, quomodo in tam paruo tempore potuerunt vsque in Iudæam venire? Nam in tredecim diebus venerunt, quia festum de aduentu eorum celebratur tertia decima die à natiuitate Christi, & fuit eodē anno quo Christus natus est, quia aliter si fuisset anno sequenti non inuenissent eum in Bethleem, sed in Egypto. Ad hoc dicit Remigius, quòd aliqui hoc solent attribuere potentiæ Christi. Glo. vero dicit ꝙ est, q̄ a

habuerunt

habuerũt equos arabicos, & dromedarios, qui sunt veloces. Remigius vero dicit quòd si fuerũt successores Balaam, eorum regio non multum distabat a Iudæa. Possimus autem nos dicere, quod omnes istę tres causæ cõcurrerunt, scilicet diuina virtus adiuuãs, & velocitas iumentorum, & distantia moderata itineris. Sed tũc mouet Remigius quæstionẽ, quomodo dicuntur uenisse ab Oriẽte, si venerunt ex regno Balaã parum distante? Ad hoc autem dicit S. Tho. super Matth. quod possunt dici ab Oriente venisse dupliciter. Vno modo, quia venerunt ab aliqua regione orientali respectu Iudeæ, sed propinqua. Alio modo, quia venerunt in extremis orientis partibus. Et isto modo loquitur Chrys super Matth. dicens, ꝙ Stella apparuit eis, & præcessit eos per biennium ante Christi natiuitatẽ, quãuis forte Chryso: non loquatur assertiuẽ, sed recitatiuẽ [Dicẽtes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum?] Multi nati fuerant, & mortui reges Iudæorum, vt dicit Augu. in sermo, de Epipha. sed nullum adorandum quæsierunt Magi. Non enim quærebant regem quemcunque, sed magnum qui salutis humanę author existeret, quem cœlo teste natum didicissent. Vnde ait idẽ August Iacebat in præsepio puer ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate, sed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi homines primitiæ gentium non terra portante, sed cœlo narrante didicerunt. Hæc ille.

Sed quare isti Magi regnante Herode nõ timebant alium regẽ quærere? Respõ. S. Th. super Matth. quod zelo fidei mouebantur. Vnde dicit Chryso. ꝙ iam parati erant pro tali rege mori. Vel dicere possumus quòd sicut hunc puerum crediderunt in regia urbe natũ, ita crediderunt ex stirpe regia descendisse per virile semen, vel virtute Dei, sicut multæ nobiles fœminæ tradebantur concepisse ex concubitu deorum. & consequẽter crediderunt prima facie regem, & populum de tali infante gaudere. Nec uidetur inconueniens dicere quòd a principio nõ cognouerunt specialiter omnem modum generationis tam magni regis, licet crederent eum speciali Dei prouidẽtia sæculo destinatum ad aliquid magnũ, & non solũ ad materiale regime vt cæteri reges [Vidimus] Vtuntur verbo præteriti perfecti, quia desiderãt Stellam videre secũdum omnes, siue eos aliquã do præcesserat, siue nõ. Sed quare Deus eos priuauit tãto solatio? Ad hoc communiter adducunt doctores duas rationes. Et prima est propter istos Magos, ut scilicet adirent regiam vrbem, in qua edocerentur prophetico testimonio de rege nasciturо, & loco natiuitatis eius, sicut prius edocti fuerãt cœlesti signo. Alia est, vt natiuitas Christi in vrbe regia annunciaretur, & cõsequenter Iudæi inexcusabiles essent [Stellam eius] Glo. i. propriam, quia hanc creauit ad ostensionem sui. Non enim ista stella fuit vna cœlestium Stellarum secundum Remig. Chry: & Sanctum Tho. quod probat Chrysost. & S. Tho. 3. par. q. 36. multis rationibus. Prima quia ferebatur ab arcto, id est septentrione vbi est arctos, id est vrsa stellarum in cœlo in meridiem, quia sic iacet Iudæa ad Persiden, vnde venerunt. Sed si verum est hoc, quod dicit Isido. & S. Tho. quomodo venerunt ab Oriente?

Ad hoc dico, quòd si venissent directe à septẽtrione, nõ possent dici venisse ab Oriẽte, secus si ab aliquo loco venerũt, cuius meridianus sit magis ad Orientem, quàm meridianus Iudeæ, etiã si talis loci circulus parallelus æquinoctiali, vel tropico eẽt borealior, quàm circulus Iudeæ eidem parallelus. Dicerentur enim a septẽtrione, & ab Oriente venisse, & ita fuit de facto. Secunda ratio est, quia apparebat non solum in nocte, sed etiam in media die. Tertia, quia existens in nostro hemisphærio non superueniente aliquo impedimento occultabatur aliquãdo. Quarta, quia non habebat continuum motum, sicut neq; columna in deserto, sed stantibus Magis stabat. Quinta, quia erat prope terram, aliter enim non potuisset distinctę ostendere locum in quo latebat Christus. Et subiungit S. Tho. quòd hoc ipsum, quod prope terram ferebatur est signũ, quod Magi existentes in Oriente: nõ viderunt illam existentem in Iudæa, quãuis hoc ab aliquibus dubium relinquatur. Vnde, quod subditur scilicet [in Oriente] secundum gl. dubiũ est utrum sic sit intelligẽdum: quasi ipsi existentes in Oriente viderint stellam etiam in Oriente existentẽ, uel existentem in Iudæa. Quid autẽ fuerit hæc stella, dubiũ est. Chry. dicit quòd videtur fuisse virtus rationalis. Vnde aliqui dicunt, quòd fuit ille Angelus, qui

qui pastoribus apparuit. Alij verò vt Remi. dicunt, quòd fuit Spiritussanctus, qui et in specie columbæ super Christum baptizatū apparuit. Sed tamē S.Tho.3.par.q.36 6.ar. 2 & super Matth. dicit probabilius esse, ꝙ fuerit vera stella nouiter creata seu cōdita in aere. Et ratio est primo, q a hoc cōueniebat Christo. Cęlestis enim rex debuit per cęleste indicium manifestari, Iudæi quidē ꝑ cęlestes Angelos per quos legem acceperāt, vt dicitur. Gal. 4. Gentilibus autem per celeste sydus, quia ex creaturis maxime cœlestibus in Dei cognitionem venerant, vt dr̄ ad Roma. 1. Secundò, quia hoc conueniebat ipsis Magis seu Gentilibus, quia eorum vocatio ad fidē promissa est Abrææ in similitudine stellarum innumerabilium, Gene. 13. Vel potest addi ad dicta S.Tho. quòd secundum Grego. Iudæis tanquam ratione vtētibus rationale animal. 1. Angelus debuit annunciare Christum, gentes vero, quia ratione vti nesciebant, non per voces, sed per signa producuntur ad Christum quando ipse adhuc paruulus non loquebatur per loquentes Apostolos sunt conuersi. Dicit autem Grego. Angelum animal rationale, vel loquens secundum opinionem eorum, qui Angelos habere corpora dicunt, vel quia apparebat in forma animalis rationalis, id est hominis, vel quia aliquid habet commune cum tali animali, s. potentiam altiorem sensitiuis, siue sit intellectus, siue ratio, eo modo quo etiam homo aliquo modo dici potest Angelus. Et hoc metaphoricè propter aliquam similitudinē. Tertia autē expositio est de mente Gregorij, vt patet. 1. q. lib. ar. 1. ad secundum. Sed tamen ad prædictorum noticiam aduerte quod prædictæ opiniones de illa stella non sunt vsque quaque dissonantes. Licet enim S.Thom. dicat quòd fuit vera stella, non tamen negaret quin moueretur ab Angelo, sed hoc diceret quia secundū doctrinam eius, Deus nō operatur motum localem corporum immediate, sed mediantibus creaturis, quarum nulla præter Angelum potuit stellam illo modo mouere, nisi dicatur cōtra omnem philosophicam doctrinam, quòd ipsa ex sui natura tali motu moueretur. Qui autem dicunt quòd fuit Angelus, intendunt forte dicere quod illud corpus, quod videbatur, erat aer ab Angelo condensatus, eo modo quo etiam dęmones cum luce apparet. Vtrū autem Sanctus Th diceret quod erat de natura cœlesti formata in aere, vel de natura aerea miraculose formata melius quam possint Angeli aerem condensare, non habeo certum, sed magis credo secundum. Sed de ista stella quid factum est? Respōdeo quòd Magister hist. de hoc sic dicit. Stella hæc peracto officio suo mox esse desijt, reuertens in pręiacentem materiam vnde sumpta fuerat. Quidam tamen tradunt Be. voluisse ꝙ in puteum Bethleem itē ceciderit, & post in diebus Paulæ, & Eustochij quasdam virgines Deo dicatas eam miraculosè vidisse. Quod quia fabulosum existimauerunt fratres, cū quibus monasticam ducebat vitā, eum a communione quandoque separauerunt. Hæc ille. Circa prædicta sciendum est quòd in prædictis verbis quidam occasionē errandi sumpserunt. Et primo Priscianistæ, qui ex hoc dixerunt, quod omnes hominū actus regūntur fato. Secundò Manichęi, qui sicut reprobant fatum, ita reprobant euangelium beati Matthæi, quia dicunt, quòd in hoc loco affirmat fatum. Ad horum ergo intellectum scire oportet quid sit fatū, & quo modo est, & quomodo non. Sciendū est ergo quòd in rebus humanis multa videmus casualiter & per accidens accidere, sicut qd̄ aliquis quærens vnum hominem, inueniat alium de quo non cogitabat. Quod autem est casuale & fortuitum respectu vnius causę, aliquādo respectu alterius causæ superioris est per se intentum, & non fortuitū, vel casuale, sicut si aliqs dominus mittat duos seruos ad eundem locum per diuersas vias, & vnus eorum nesciat de alio. Quod enim sibi inuicem occurat in tali loco, est per accidens & casuale, respectu intentionis, non quidem domini, sed seruorum. Secundum hoc ergo duplex fuit opinio de fato. Dicitur enim fatū a faris vel fare fatur, quasi quoddam prælocutiuū & præordinatiuum. Quidam ergo dixerunt quod ista casualia & cōtingentia non reducuntur in aliquam superiorem causam illa ordinantem. Isti autem abstulerunt, & negauerunt fatum, & vniuersaliter prouidentiam diuinam circa huiusmodi. Et secundū Aug. hæc fuit opinio Tullij. Quidam vero reducunt ea in aliquam causam illa ordinantē, sed à qua causa ista ordinatio fiat, est differentia. Quidā enim

dixerunt

dixerunt, ꝙ corpora cœlestia omnia ista cō tingentia ordinant, & secundum istos fatū nihil aliud est, quàm influxus syderum. Alij vero ista contingentia reducunt in diuinam prouidentiam. Primò ergo modo fatū negandum est, quia actus humani non regun tur quasi ex necessitate secundum siderū dispositionē, vel influxū, quod multipliciter patet. Primò sic. Impossibile est enim ꝙ vir tus corporalis directè agat incorporeā, q̄a inferius in ordine naturæ non agit in superius. In anima autem vt patet per Aristo in lib. de Anima, sunt quædam potentiæ eleuatæ supra corpus, vt voluntas & intellectus: quædam verò sunt organis affixæ, vt sensitiuæ & vegetatiuæ. Corpora igitur cœlestia quamuis directè agant supra corpora inferiora, & immutent ea ꝑ se, & potentias organicas per accidens, eo modo quo hominem iracundum siue pronum ad iram dicimus ex cœlestibus corporibus, tamen directè electio est in voluntate. Vnde nūquā potest fieri dispositio in corpore humano q̄n superueniat electio, & iudicium liberi arbitrij. Vnde quicunq; poneret liberum arbitrium sub corporibus cœlestibus, necessario poneret intellectum a sensu non differre. Secundò, quia per hoc excluditur omnis cultus diuinus & regimen reipublicæ, quia omnia essent de necessitate, & consequēter non oporteret consiliari, vel aliquid prouidere, quod est contra naturalem inclinationem hominū, quæ vana esse non potest, cū sit a Deo datore naturæ, qui nihil vanum potest efficere. Tertiò, quia hoc esset attribuere Deo malitias hominū, quod esset ipsum infamare, quia sydera creauit. Aug. Accusant Deum creatorem siderū, dum excusant reū perpetratorem scelerum. Hæc ille. De huiusmodi dicit Chrysost. super Matth. Si aliquis adulteria & homicidia facit per stellarum illarum maior autem illius qui creauit stellas. Nam cum sit præscius futurorum Deus, ex quo tanta iniquitas erat futura ꝑ stellas, si noluit emendare, non est bonus: si autem voluit, & nō potuit, impotens est. Si etiam stellæ est quod boni simus, aut mali: ergo nec bonum nostrum laudandum est, nec vituperandum malum, quia nec in nobis est voluntarius actus. Vt quid enim mali mei pœnam suscipiam, qui non voluntate, sed necessitate commisi? Ipsa denique mandata Dei ne peccent homines, aut hortamenta vt faciant bonum hanc insipientiā destruunt. Quis enim iubet aliquem ne faciat malum, quod non potest declinare, aut vt vi facit bonum, ad quod non potest peruenire. Hæc ille. Et nota, quòd ista verba Chrysost. multum faciunt contra quosdam phantasticos dicentes, si Deus scit me damnandum fore, aliter esse non potest. Isto ergo modo negandum est fatum. Vn̄ Grego. dicit Absit a fidelium mentibus vt fatum aliquid esse dicant. Hæc ille. Si vero sumatur fatum pro diuina prouidentia, sic aliquid est, sed quia cū infidelibus nihil debemus habere commune, ideo nō debemus diuinam prouidentiam hoc nomine vocare. Vnde ait de hoc August. Scientiam teneas, linguam corrigas. Cum ergo beatus Matthæus recitat, dicens, [vidimus stellam eius], non affirmat fatum primo modo, q̄a illa stella non dicitur fuisse Christi, quasi vita Christi dependeret a stella, sed conuerso motus stellæ, dependebat a Christo. Sequitur [Et venimus adorare eum] Porro ly venimus, debet proferri media breui, vt dicitur determinasse Bisarion. Primo, quia in Græco ponitur præteriti temporis. Secundo, quia ipsi credebant iam se venisse ad locum vbi puer esset. Hic quæritur August. in Ser. Epiphaniæ. A quo Magi didicerunt, ꝙ stella visa significaret natum esse regem adoratione dignum? Ad hoc dicit ipse ibi, quòd Angelus eos edocuit. Leo verò dicit, quòd fuerunt intrinsecus inspirati. Credo autem vtrūque fuisse verum aliquo modo, quia Angelus non apparuit eis sub rationali forma, vt videtur velle Grego. sed eos docuit reuelando per visionem & inspirando, sicut etiam fecit postquam adorauerant Christum. Item Augu. lib. q. no. & ve. te. dicit, quòd ex prophetia Balaam id cognouerunt visa stella insinuata. Vnde qualitercunque cognouerint tenendum est, vt dicit S. Thom. tertia. quæstio. trigesimasexta, ꝙ diuinitus fuerunt edocti reuereri Christum, quem non quærebant sicut regem terrenū. Erubuissent enim videntes præsepe & pannos viles. Et intellige, quòd non quærebant eum, vt regem terrenum, id est consueto more regio natum, & regnaturum, cum quo stat, quòd crediderunt eum temporaliter regnaturum, & natum sub distinctione

ex ſemine humano vel opere Dei, & ad aliquid magnum ordinatum.i.ad ſpiritualem mundi ſalutẽ.Vnde non erubuerũt pãnos, quia habebant teſtimoniũ ſtellæ ꝙ eſſet ſpiritualiter miſſus a Deo Vnde autẽ eũ quæſiſſent vt regẽ aliquo modo terrenũ,nõ exiſtimaſſent eũ natũ in vrbe regia & omnibus eſſe notã natiuitatẽ eius,vt videtur.Credo igitur.quòd principio crediderunt eum regem terrenum magnũ præ cæteris,& mirabiliter a Deo miſſum, præter cæteros, & deinde ſunt paulatim de myſterijs eius edocti.Quærebant.n.vt regẽ miſſiam expectatum a Iudæis.vt innuitur in ſequẽtibus.de quo conſueuerant cõmuniter Iudæi & alij ſẽtire.ꝙ regnaret ẽt tẽpaliter.Vnde ẽt Herodes turbatus eſt,quòd nõ fuiſſet, ſi dixiſsẽt ſe regẽ ſpiritualem quæſiuiſſe,aut quærere. Nõ aũt eſt prædicandũ.quòd hæc ſtella apparuit i form. crucis,vel crucifixi,vel hoĩs ſcd̃m S.Th.in opuſculis,quia nõ eſt certũ. Sed quia, vt dicit Aug.ſicut Magi deſiderãt redemptorẽ, ita Herodes timet ſucceſſorẽ: iõ ſequit̃[Audiẽs aũt Herodes rex turbatus eſt]Propter duo turbatus eſt Herodes. Primò ſcd̃m Chry ne rege Iudæorũ ex Iudæis nato,ipſe tanquã Idumeus & alienus cũ ſua poſteritate pelleretur è regno.Secũdò.vt dicit gl.timuit propter iram Romanorũ. Decreuerunt. n.Romani ne quis rex vel Deus ſine eorũ conſilio diceretur.Hæc ille[Et oĩs Hieroſolyma cũ illo].i.tota Hieruſalem. Timebat enim ne Herodes propter regem Iudæorũ natũ omne genus Iudæorũ inſequeretur,ſcd̃m Chry.Vel turbati ſunt illi, qui fauebant Herodi, vnde ſumitur hic totũ ꝑ parte. Vel turbati ſunt apparenter tantũ.

Moraliter docemur iuxta doctrinã Chry. ſuper Mat. dicentis.Semper grãdis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt. Sicut enim ramos arborũ in excelſo poſitarũ in ſiluis cũ aura flauerit,mouet̃, ſic & ſublimes homines etiã leuis nuncij fama perturbat:humiles autem ſicut in conualle plerunque in trãquilitate cõſiſtunt.Hæc ille.

QVANTVM ad ſecundum,ſciendum eſt, ꝙ Herodes auditis Magis ſtatim cogitauit ꝑdere Chriſtũ,ideo voluit diligẽter inueſtigare locũ natiuitatis eius ab illis, q̃ ſcripturas & genealogias nouerãt Iudæorũ. Vnde ſubditur[Et congregãs oẽs principes ſacerdotũ, & ſcribas populi]id eſt legis doctores, ſecundũ Remigiũ,q etiã dicit ꝙ non ſunt dicti ſolùm ab officio ſcribẽdi,ſed ab interpretatione ſcripturæ[ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur]Intellexit.n. hunc regem dictum eſſe Chriſtum ex cõuerſatione eum Iudæis. Sed ſi Herodes nõ credebat ſcripturæ, quare ſciſcitabatur.Si credebat quare ſperabat ſe poſſe perdere Chriſtum]Ad hoc dicit Chry.ſuper Matth. & ſimiliter S.Tho. quòd credebat quidem, ſed imperfectè, quia diabolus.vt dicit Chry. incitabat eum, ſicut multi peccatores nõ ꝑfectè credunt torm enta inferni. Sciſcitabatur autem & interrogabat Iudæorũ principes, & ſcribas publicè. vt teſtes haberet apud Romanos,quòd diligentem feciſſet inquiſitionem:ſed Magos quos noluit habere teſtes non interrogauit tempore ſtellæ palã, ſed clanculo[At illi]habita collatione inter ſe dixerunt ei.In Bethleem Iudæ.] Quare Chriſtus voluerit in Bethleem naſci vide in euangelio natalis ad mediam noctem.

Eſt autem ſciendum, vt dicit Chryſoſto. quòd cum Iudæi debuiſſent Herodi celare myſterium Dei,non ſolum illud prodiderunt,ſed adducũt propheticum teſtmoniũ, dicentes[Sic enim ſcriptum eſt per prophetam]ſcilicet Micheam 5.c.[Et tu Bethleem terra Iuda,nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te.n. exiet dux qui regat populum meum Iſrael] Eſt autem notandum,quòd iſta prophetia non allegatur ab iſtis, vt iacet in propheta, vbi ſic dicitur. [Et tu Bethleem Effrata paruulus es in milibus Iuda.Ex te enim mihi egredietur q ſit dominator in Iſrael]ex quo patet.quòd aliqua mutauerunt. Et hæc ſecundũ glo.& Sãctum.Tho.ſuper Math fecerunt vel ignorãtia,vel vt planius regi alienigenæ loquerentur.Vnde mutauerunt verba, & ſeruauerũt ſenſum.Loco enim Effrata qđ erat nomen antiquum,quo diſtinguebatur ab alia Bethleem,& ignotum regi,poſuerũt terra Iuda.

Eſt autem ſciendum.vt teſtatur magiſter hiſto.& Nicol.de Lyra quòd Bethleem primo dicta eſt Effrata ab vxore Caleph. ſed poſt magnam ſterilitatem quæ fuit tempore Noemi,vt patet Ruth 1. ſuccedente magna fertilitate dicta eſt Bethleem.i domus panis. Nec valet, quod contra hoc obijcit Pau.Burgen.dicens,ꝙ ante Caleph,i.tpe Iacob vocabatur Effrata, eo ꝙ Gene. 8.dici-

tur. Sepeliui cā iuxta viā Effrate, quæ alio nomine appellatur Bethleē. Ista enim sunt forte per participationem dicta, quāuis ēt hoc dubium sit, & ad hoc sustinendū oporteret multa dicere. Posset autem dici, ꝙ Iacob dixit quidē iuxta viā Effrate, & sic Effrata fuit nomē antiquū, & sic nō impositū ab vxore Calephi quod verò subditur, quæ alio nomine appellatur &c. non sunt verba Iacob, sed ea interposuit scriptor canonis. Quod vero dicit propheta, paruulus es, scilicet vicus, secundū situm, in milibus iuda, i. inter milia virorū Iuda ad te pertinentium, maxime q̃a ex te exiet dux populi mei Israel, importat dignitatem ciuitatis, quā dignitatem isti expresserunt dicentes, nequaquā minima es, scilicet dignitate, quāuis sis parua situ[in principibus Iuda] id est quo ad principes Iuda, q̃a inde ortus est Dauid, & etiā Christus, qui fuerunt dignissimi principes. Ideo sequitur, tam in propheta, quàm in euangelista de ortu Christi ducis.

Est aūt sciēdū, quòd ista prophetia ad literam nō potest exponi nisi de Christo, qđ ex duobus patet. Primò, quia in translatione chaldaica, cui nullus Iudæorū ausus est vnquā contradicere, habetur, ex te egredietur Mesfias. Secundò, quia statim subiungit propheta[& egressus eius a principio a diebus æternitatis. Et dicit Chryso. ꝙ si isti prophetiam complete recitassent, Herodes intellexisset istū regē non esse terrenū, & consequenter non exarsisset in tantum furorē. Vnde fuerūt causa, vt ait, mortis Innocētū.

Moraliter Iudæi in lege docti, qui docuerunt Magos, & tamen ipsi non crediderūt, significant prædicatores benè loquētes, & malè operantes similes fabris arcæ Noe, q̃ præstiterunt alijs vt saluarentur, & ipsi introrierunt diluuium.

QVANTVM ad tertium sciendū est, quòd Chry ait. Postquā audiuit Herodes responsum duplici modo credibile. Primū, quia à sacerdotibus fuerat dictū: deinde, q̃a exemplo prophetico fuerat comprobatū, non ad deuotionē flectitur nasciturí regis, sed ad malitiam interfectionis eius ꝓ dolū. Vidit enim, quia nō poterat Magos nec blandimētis flectere, nec minis terrere, nec animum corrumpere, vt consentirent ī interfectionē regis futuri, ideo illos decipere cogitauit. Hæc ille. Ideo subditur[Tūc Herodes clā vocatis Magis]clā inquam, i. occultè, & hoc secundū Chry. quia non cōfidebat de Iudæis, ne forte quasi amātes regē natū proderent cōsiliū eius[diligenter didicit ab eis tēpus stellæ q̃ apparuit eis] Et hoc scđm Remigiū, quia timuit quod euenit, i. ꝙ nō reuerterētur ad eū, ideo voluit cū loco scire tēpus regis nati, vt eū posset inuenire. Apparuit aūt stella scđm Chry. vt dictū est, secūdū Augu. in ser. de epipha. biennio ante Chri natiuitatē. Sed Augustinus dicit, ꝙ solū tunc inceperūt iter, q̃ in die natiuitatis Chri eis reuelatum est, cuius esset illa stella, Chrys vero vult, ꝙ multo ante venire cœperūt. Sed alij tenent, ꝙ in die natiuitatis Chri primo apparuit[Et mittens eos in Bethleē, dixit. Ite & interrogate diligenter de puero]Magi eum regē dicunt, iste vero puerū, q̃a ex abūdantia, id est effectu cordis, os loquitur[Et cū inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum]Oīa hæc dixit, vt deciperet Magos, quia intendebat occidere Christum[Qui cum audissent regē, abierunt]recedentes de Hierusalē, vt irent in Bethleem[& ecce stella, quam viderant in oriēte]sed ad ingressum Iudeæ fuerat occultata[antecedebat eos]ita prope terrā ꝙ viā ostendebat continuè vsque[dum veniēs staret supra, vbi erat puer]Stetit enim secūdum Chryso. super caput pueri. q. d. Hic est quē quæritis[Videntes autem stellam gauisi sūt gaudio magno valde]Remigius. Non satis fuit euangelistæ dicere gauisi sunt, sed addidit gaudio & magno & valde. Hęc ille. Gauisi sunt secundum Chrysosto. quia spes eorum nō erat decepta, sed confirmata. Gauisi sunt gaudio, secundum Glo. quia gaudebāt propter Deum, qui est verū gaudium, & gaudio magno secundum eundem, quia de magno gaudebant, & valde secūdū Remigium, quia de re perdita & inuenta magis quàm de semper possessa gaudemus[Et intrantes domū, inuenerunt puerū] Leo in ser. Epiphaniæ. Quantitate paruum, alienæ opis indigꝰum, fandi impotentē, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate discretum, quia sicut sydera erant testimonia, quæ in eo maiestatem inuisibilis diuinitatis asserent, ita probatissimum debebat esse sempiternam illam essentiam filij Dei personam hominis suscepisse. Hæc ille.[Cum Maria] sola sine Ioseph, secundum Rabanum

num ne qua sinistra suspitionis occasio daretur gentibus[matre eius]in veste paupere qualem poterat habere vxor carpētarij peregrè constituta, vt dicit Chrys. Vnde si terrenum regem, id est terreno more natum, & regnaturum, nihil amplius cæteris regibus habentem quæsiuisse, fuissent confusi. Sed Stellæ testimonio contenti, gaudebant contemptibilē puerum aspicere, quem terribilem eis spiritus ostendebat. Vnde subditur[Et procidentes adorauerunt eum] scilicet adoratione latriæ, quia secundū S.Tho. 3.part.q.36. intellexerunt eum esse Deum, quod ego intelligo, tunc cū illum viderunt, quia verisimile est, quòd paulatim magis ac magis fuerint diuino lumine, & amore perfusi: tunc autem maximè quando veraciter aderat rex, & regina cœlorum.[Et apertis thesauris suis]Per thesauros debemus intelligere preciosa, quæ ferebant ad offerēdum, & non ad exponendum pro suis expensis. Et hos thesauros nō aperuerunt in via, sed tunc cum voluerunt offerre munera Christo, vt dicit S.Th. super Matthæum, quamuis etiam, & aperuerint thesauros suos cum recesserunt de patria, quia tunc inde acceperunt, quæ reponerēt ad offerendum[Obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrhā] Consuetudo enim fuit apud Persas, vt Sanctus Thomas testatur vbi supra, quòd semper cum munere adorabant.

Est autem sciendum, vt dicit idem 3.parte vbi supra, ꝙ Magi diuinitus fuerunt edocti de muneribus offerēdis, & reuerentia exhibenda. Et dato, vt dicit Chrys. ꝙ ipsi non intelligerent significata suorum munerum, Spiritussanctus, qui eos eduxerat ad Christum, ordinabat illa munera ad aliquid significandum. Et sicut dicit Remigius. Cum reges fuerint tres, & munera tria, non obtulerunt singuli singula, sed singuli omnia, id est aurum, thus, & myrrham. Ratio istorum munerum literalis, secundum scilicet ꝙ sine significatione considerantur duplex consueuit assignari. Prima, quia de talibus consueuerunt reges Arabum facere exenia. Vnde dicit Gl. quòd morem seruant suæ gentis. Secunda, quia obtulerunt aurum contra paupertatem, quam videbant in matre, & filio: thus contra fetorem loci: & myrrham ad confortandum, & consolidandum pueri membra. Mystica autem, scilicet ꝙ munera aliquid significant assignantur ab August. in sermone epi. qui ait. Aurum ergo soluitur, quia regi congruit magno, thus immolatur vt Deo, myrrha præbetur tanquàm pro salute omniū morituro. Hæc ille[Et responso]quia responsio non fit nisi ad interrogātem. Hic innuitur secundum, ꝙ dicit Glo. ꝙ clamauerunt per affectum ad Deum, & interrogabant, quid diuina iuberet voluntas [Accepto]non a puero, secundum gl. ne ante tēpus reueletur, & vt vera humanitas habeatur, sed per ipsum Deum, vt dicit eadem gl. quæ tamen vt S.Tho. dicit super Mat. loquitur secundum morē scripturæ, quia quæ Angelus dicit, dicitur Deum dixisse, quia in ꝑsona Dei loquitur. Vnde Diony. probat, ꝙ istud responsum fuit per Angelos[In somnis ne redirēt ad Herodē, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam] Nam descēderunt ad mare, & inde per nauē transfretātes in Tharsis abierunt, propter quod, vt testatur Nico. de Ly. Herodes iratus, naues Tharsensiū incēdit, iuxta illam prophetiam Psalmi. In spiritu, id est ira vehementi conteret, scilicet Herodes, vel conteres o Deus, id est conteri permittes naues Tharsis.

Allegoricè Magi isti cū sint primitiæ gētium significant gentes, quæ Christo erant credituræ, sacerdotes & scribæ populum Iudaicum, qui pro maiori parte remansurus erat in infidelitate. Et quia traduntur fuisse tres, significant secundū gl. gentes ex trib. mundi partib. Asia, Aphrica, & Europa ad Christum venientes. Herodes vero significat diabolū. Leo in ser. epi. Herodes diaboli personā gerit, cuius sicut tunc fuit incētor, ita nunc quoq; est indefessus imitator. Cruciatur enim vocatione gētiū, & quotidiana potestatis suæ destructione torquetur. Hæc ille, qui hoc loco nō dixit Herodem esse diaboli imitatorē, sed econuerso diabolū Herodis. Vterq; ergo tam Herodes, q̄ diabolus secūdum Chry. timet sui regni successorem.

Anagogicè Magi à Christo distātes, & obseruantes prophetiam, significant viatores studiosos verbi Dei. Istis apparet stella, id est lumen fidei, & gratiæ Dei, ducens eos ad Christum existentem in Bethleem, id est domo panis, seu ī loco vberi pleno oī solatio. Hoc lumen fidei formatæ, & gratiæ Dei ꝑdūt homines, qui ad Herodem, id est diabolū declinant, sed illud recuperāt, cū redeūt

ad quærendum Christum, & tunc tandē eū inueniunt & adorant in cœlo. Et post nunquam reuertuntur per viā, in qua diabolū inuenerunt, id est per viam peccati, sed sem per gradiuntur per aliam, id est per viam voluntatis Dei.

Moraliter instruimur in multis. Primò, ꝙ cōsidētes in auxilio humano nō regrēdo & ꝑponēdo diuinū, ꝑdūt diuinū eo modo, quo Magi stellā declinādo ad ciuitatem regiā. Secūdò instruimur, vt offeramus Christo tria munera. Greg. in Homi. Auro sapiētia designatur, Salomone teste, q ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiētis. Thure aūt quod Deo incēdit, vis tus orationis exprimitur secūdum illud. Dirigatur oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Per myrrhā vero carnis mortificatio figuratur. Nato ergo regi aurū offerimus, si in cōspectu eius sapientię lumine splēdemus. Thus offerimus, si ꝑ orationē studia Deo recolere valeamus. Myrrhā offerimus, si carnis vitia per abstinentiā mortificamus. Hæc ille. Tertiò instruimur iuxta doctrinā eiusdem Greg. dicentis, Magnum nobis aliquid Magi innuūt, qui in regionem suam per aliam viam reuertuntur. Regio quippe nostra Paradisus est, ad quam, Iesu cognito, redire ꝑ viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustādo discessimus: sed ad eam necesse est vt flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atq; appetitum carnis refrenādo redeamus. Amē.

Dominica infra oct. Epipha.

Textus Euang. Luc. cap. 2.



CVM Factus esset Iesus annorū duodecim, ascēdētibus parentibus eius Hierosolymā, secūdū cōsuetudinem diei festi, cōsummatisque diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerūt iter diei, & requirebāt eū inter cognatos & notos. Et nō inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est post triduū, inuenerūt illū in tēplo, sedentē in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem. Stupebant autē omnes, qui eum audiebāt super prudentia, & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? & ipsi nō intellexerunt verbū, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius cōseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud Deum & homines.

CVM factus esset Iesus annorū 12. &c.] Lu. 2. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Perditio, Inuentio, Interrogatio.

QVANTVM Ad primū literaliter sciēdum est ꝙ sicut habetur Exo. 23. ter in anno oīs masculus populi de Israel tenebaē cōparere in Hierusalē in tēplo añ conspectū Dei, s. in die Paschæ, in die Pentecostes, & in die seu festo tabernaculorū. Sed cum his qui multū distabāt à Hierusalē erat dispēsatum quo ad duo vltima festa, & tales erant Galilæi. Vñ Luc. 2. dr. Et ibant parentes eius, s. Christi per oēs annos in Hierusalem in die solenni Paschæ. Et quod dicitur Matth. 11. lex, & prophetæ vsq; ad Io. nō sic intelligitur, quasi in Natiuitate aut morte Ioannis lex desierit habere vim obligationis, vt dictū est in die circūcisionis, sed quia vsq; tūc sola lex vigebat, & ab inde vsq; ad passionē Chri currebat, cū euāgelio sic ꝙ ipsa obligabat. Vide de his, si vis rem habere subtiliter.

ca.

c.4 di.1.q.3. Dicit ergo beatus Lu. [Cũ factus eẽt Iesus annorũ 12. Sicut aũt dicit B. Grego. Christus scđm ætatis mensurã ostẽdebat sapientiæ signa. Vñ eo tpe cœpit ostẽdere sapientiã suam sapienter interrogãdo doctores, qđ apud nos consueuit haberi rationis vsus, id est 12. anno. Sciendum est aũt quòd anni discretionis quamuis assignenẽ cõiter esse quo ad masculũ 13. & quo ad fœminam 12. tñ ingeniũ Christi hoc tẽpus anticipabant, nec reputabatur miraculosũ, seu supernaturale, qđ puer in anno 12. ostẽderet vsum rationis, sed erat signũ excellẽtis ingenij. Sed cõtra, quia ex his videtur sequi, ꝙ ante hoc tẽpus homo nõ possit mortaliter peccare, quod est falsum. Ad hoc dicitur ex doctrina S. Th. 4. distin. 27. q. 2. ꝙ scđm Arist. 1. Ethi. triplex est status hominis scđm rationẽ. Primus est ante primũ septenniũ, secũdus est ante secũdũ septenniũ & post primum. tertius est ante tertium & post scđm. In primo homo neque per se, neque per aliũ põt intelligere, vnde & cõiter peccare non põt, quamuis aliquando ẽt ante primũ septẽnium aliqui peccent mortaliter, eo ꝙ acceleratur in eis vsus rationis. Vnde & puer, de quo narrat Greg. in dialogo, qui fuit damnatus, nõ erat annorum septẽ. Et dicit S. Thõ ꝙ cum sponsalia possint cõtrahi in septẽnio, nõ est mirum si ante possit quis peccare mortaliter, quia minus iudicium requiritur ad peccãdum mortaliter q̃ ad contrahendum sponsalia: quia ad primũ sufficit iudicare de præsenti, & ad secundũ oportet iudicare de futuro, quod quis spondet. In secundo autẽ statu homo iam potest intelligere ab alio, non tamen per seipsum solum inueniẽdo sapientiam. ideo tũc pueri mittuntur ad scholas, & possunt peccare mortaliter. In tertio vero homo habet perfectum vsum rationis, intelligendo ab alio, & per seipsum inquirendo veritatẽ. Hæc omnia ex S. Thom. [Ascendentibus parentibus eius Hierosolymam scđm cõsuetudinẽ diei festi] Ista patent ex dictis [Consummatisq; diebus] Diebus inquam septem, quibus solẽnitas durabat, quamuis non omnes essent æqualiter solemnes. Sed glo. dicit, ꝙ durabat diebus octo, computans illam diẽ, a cuius vesperis incipiebat solennitas [Cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem] non à casu vel obliuione, sed studiose, vt a pueritia ostenderet zelum suum circa spiritualia [& non cognouerunt parentes eius] Beda. Sed quæreret aliquis quomodo Dei filium tanta parentum cura nutritus, poterit obliuiscendo relinqui? Respõdendum est, quia filijs Israel moris fuit, vt temporibus festis, vel Hierosolymam confluentes, vel ad propria redeuntes, seorsum viri & seorsum fœminæ incederent, infantesque vel pueri cum quolibet parente indifferenter ire potuerunt; ideoque Mariam vel Ioseph vicissim putasse puerum Iesum, quem secum non cernebat, cum altero parente reuersum. Hęc ille. Vnde sequitur [Existimãtes autem illum esse in comitatu mulierum, quo ad Ioseph: vel virorum quo ad Mariam [venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos] videntes qđ secũm non erat.

Moraliter instruimur, quòd Christũ propter quatuor perdimus sępe. Primò propter ineptam lętitiam & mundanam prosperitatem: Nam virgo fugiendo in Aegyptũ illũ non perdidit, sed eundo ad solenne festum. Secũdò propter distractionem & perturbationem, quia Virgo illum amisit ĩ turba, recedendo ab Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis. Tertiò propter vanam fiduciã in sapientia, in fortitudine, in constantia, in diuitijs, & huiusmodi, q a beata Virgo perdidit eum confidens, quòd esset cum Ioseph. Quartò propter ignorantiam eorum, quæ Dei sunt, quia dicitur quòd non cognouerunt parentes eius.

QVANTVM ad secũdũ sciendũ est literaliter, ꝙ nemo sine dolore pdit qđ cũ amore possidet, vt dicit Gre. Illi ergo valde dolucrũt de amisso Iesu. Vnde seq tur [Et nõ inuenientes, regressi sunt in Hierusalẽ, festinãtur] requirentes eũ [Et factũ est post triduũ inuenerunt illũ] qu a dicit gl. ꝙ vna die egressi sũt à Hierusalẽ, scđa vero quæsierũt eũ inter cognatos & notos, tertia vero regressi sunt in Hierusalẽ, & inuenerũt quod nõ est sic intelligẽdũ quasi ipsa tertia die inuenerint, sed quarta: q a dicit textus, ꝙ post triduũ inuenerũt illũ [in tẽplo] non in theatro, vel in foro, vel in ludo, sicut solẽt pueri inueniri, sed ĩ loco orõnis & doctrinæ deputato [sedẽtẽ ĩ medio doctorũ] vt melius omnes posset audire & iterrogare. De qua materia loquerentur, & quare sic conuenissent

doctores in templum ad conferendum non est certum. Probabile tamen est, ꝙ dicit S. Vincentius, scilicet quòd loquebantur de tempore aduentus Messiæ, an esset completum (vt tunc erat opinio cõmunis) vel non, & forte de hoc fiebat disputatio [audientem illos] quia decet puerum quãuis eruditum, vt dicit Orig potius audire magistros, quàm velle docere [& interrogantem] Interrogabat autem, vt idem Orig. ait, non vt aliquid disceret, sed vt erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare sapienter, & respondere. Hæc ille.

Est autem notandum, ꝙ S. Th. 3. q. 12. ar. 3. tenet, ꝙ Christus nihil ab homine didicit, quia ipse est caput omnium hominum non solũ in gratia sed & in veritate, & doctrina, iuxta illud Ioã. 16. in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. In quolibet autem genere motus, primum mouens nõ mouetur illo motu. Fuit autem quantum ad scientiã acquisitam doctus a Deo, qui sic docet per res factas a se, sicut homo per voces.

Sed contra. Nam cum Christus a principio nesciuerit omnia secundũ scientiam experimentalem, ipse sicut & quilibet, audiẽdo sermonem significatiuum poterat dicere, ꝙ nesciebat. Sol. Non accommodauit auditum doctrinæ sermonibus, nisi eo tempore, quo iam poterat talia experimẽtaliter didicisse, quia oportuna ætas requiritur ad hoc, vt homo accipiat scientiam sicut per inuentionem, ita & per disciplinam. Ipse autem nihil fecit, quod non congrueret ætati. Hæc ex illo. Vide de his infra feria tertia post dominicam quartam in quadragesima [Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super prudentia & responsis eius] Græcus. Quærit rationabiliter, audit prudentius, quod stuporem faciebat. Hæc ille [Et videntes admirati sunt] Ex his elicitur, ꝙ dominus, licet in sua pueritia non fecerit miracula, tamen mirabilis habebatur. Beda. Diuinam linguam sapientia prodebat, sed infirmitatẽ ætas prætendebat humanã. Hęc ille.

Sed quomodo potuit admirari Virgo, q̃ sciebat eum esse Deum? Respondeo, ꝙ licet sciret eum scire omnia per fidem, & sapientissimum esse, tamẽ hoc non viderat per experiẽtiam ante. Ideo ista fuerunt ei magna, & aliquo modo incognita, & consequenter causa admirationis, ratione magnitudinis, & ratione ignorantiæ.

Moraliter Iesus ab anima perditus recuperatur per quatuor contraria his quibus ꝑditur. Primò enim inuenitur per mundani gaudij exclusionem, quia virgo dolens quærit eum. Secundò, per cordis pacificationem, quia reuersa est in Hierusalem ut eum inueniret. Tertiò, per deuotam orationem & audientiam verbi Dei, quia inuenit eũ in tẽplo, id est in loco orationis & doctrinæ. Quartò, per completam satisfactionem, & spiritualium contemplationem, quia inuenit eum post triduum in medio doctorum. Hi enim tres dies sunt contritio cordis, confessio oris, satisfactio operis, & sine his tribus in actu, vel proposito, non inuenitur Christus. Notandum est etiã, ꝙ Christus tanquã media persona in diuinis, & tanquam mediator Dei, & hominum quantum semper dilexerit medium, in quo consistit virtus, q̃ extrema, quæ excellentia corrumpũt. Nam cõceptus est in medio dierum & noctium, id est æquinoctio, quia mense 6. à conceptione Ioãnis, quæ fuit in æquinoctio autumnali: est natus in medio noctis Sap. 18. Dũ medium silentium tenerent omnia. Et positus secundum aliquos in diuersorio, quod est platea in medio domorum, vel si fuit natus in cripta, ibi fuit reclinatus in medio duorum animaliũ, vt posset dici illud Esa. 1. Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus &c. Et ĩ medio Iudæorũ inuentus, & crucifixus ĩ medio latronũ, in medio terræ, id est in quarto climate, iuxta illud Psal. Operatus est salutem in medio terræ, s. nostræ habitabilis. Et post resurrectionẽ stetit in medio discipulorum Io. 20. Et post ascensionem apparuit Ioãni in medio candelabrorũ aureorũ. Apoca. 1.

QVANTVM ad tertiũ literaliter sciẽdum est, ꝙ beata Virgo interrogauit Christum, non aũt Ioseph, quia non est ausus, cũ firmiter crederet eũ esse Deũ: beata aũt virgo ausa est, ꝓpter excellentissimũ amorẽ ad filiũ. Excellens enim amor dñm nescit. De hoc ait Gre. Miranda Dei genitrix Maria maternis affecta visceribus quasi cũ lamẽtis inquisitionẽ dolorosam ostẽdit, & oĩa sicut mater, & fiducialiter, & humiliter, & affectuosè exprimit. Hæc ille. Vñ dr̃ [Et dixit mater eius ad illum] Ioseph. n. nunquã legitur eũ allocutus, sed mater, quæ in hoc

hoc erat maioris fiduciæ, secundū Gorrā. Primò, quia erat vera mater: & secūdò, quia erat maioris charitatis, quæ foras mittit timorem. 1. Ioan. 3. ca. [Fili quid] i. ꝓpter q d [fecisti nobis sic?] quasi diceret intulisti nobis maximū dolorem. Vnde subditur [Ecce pater tuus] Appellat autem Ioseph patrem, secundum Orig. Vel ita erat in opinione vulgi, vel quia educans puerum [Et ego] Ecce qualiter virgo honorat cōiugem eum sibi præponendo [dolentes quærebamus te] non quia crederent posse perdi puerū, quē Deum credebant, vt dicit Orige. sed quia timebant, vt idē ait, ne ascendisset cœlū, quā do postmodum voluisset descēsurus. Vel secundum. Glos. timebant ne sicut Herodes voluit & non potuit occidere, ita alij occidissent [Et ait ad illos. Quid est ꝙ me quærebatis?] scilicet inter consanguineos, quasi dicat, Magis sum quærēdus in occupatione circa spiritualia. Vnde subditur [Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?] Et in hoc secundū Cirillum voluit se asserere verum Dei patris filium, quē plus sua matre & suo putatiuo patre diligebat. [Et ipsi non intellexerunt verbū quod locutus est ad illos] Et hæc, sec̄d'm Bedam, q a de sua diuinitate loquebatur. Vel secūdū Orig. quia nesciebāt si per ea quæ patris sui sūt, vellet intelligere tēplum, vel aliquid altius templo, i. animas iustas, quæ sunt possessio Dei, & in quarū medio est Deus. Vel forte potest dici, ꝙ ipsi intellexerūt quidē ꝙ de suo cœlesti patre loquebatur, sed tamē q d per illa verba vellet innuere, non intellexerunt. Et sic non intellexerūt hæc verba quā tum ad finem, gratia cuius ea puer Iesus est locutus. Et fortè hoc voluit dicere Orige. Volebat enim innuere, secūdum Gorram, quòd ad ipsum pertinebat tēpli & spiritualium gubernatio, sicut ad patrem, & hoc ratione diuinitatis suæ. Et forte etiā sic intellexit Beda, quamuis etiam possit dici, ꝙ Beda existimauit eos nō intellexisse, ꝙ de sua diuinitate, id est patre diuino loqueretur, quia licet crederent eum filium Dei, tamē non consueuerat adhuc de sua diuinitate loqui. Et hoc magis credo eum sensisse. Igitur illa verba non intellexerunt in se, iuxta Bedam, quia non bene acceperunt illud nomē, pater: vel non intellexerunt ea quantū ad eorum finem, iuxta Origenē [Et descendit cum eis] ad eorum cōsolationem [& venit Nazareth, & erat subditus illis] ad nostræ superbiæ confusionem [Maria autem conseruabat omnia verba hæc, quæ intellexerat, & quæ nondū intellexerat, vt ait Beda [conferens in corde suo] vt intelligeret nō intellecta, & lætaretur in intellectis, scd'm illud. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi. Nam, vt ait Beda, fuit discipula Christi, cuius verba, non vt pueri, sed vt Dei ruminabat. Ad intellectum autē eorū, quæ sequunē oportet videre de gratia & sapiētia Christi.

QVANTVM ad primum sciendum ex doctrina S. Thomæ. 3. parte. q. 7. & 8. quod in Christo fuit triplex gratia, s. gratia vnionis, quæ est ipsum vniri humanæ naturæ ad personam diuinam: & gratia habitualis, id est gratum faciens: & gratia capitis, id est secundum quem est ecclesiæ caput, sed istæ duæ sunt essentialiter eadē. Prima gratia est infinita, sicut & illa persona. Secunda verò est quidem finitum quoddam ens, sed tamē est illud ens infinitū sec̄d'm rationē gratiæ, quia, s. nō limitat in ratione gratiæ, sed habet omne quod potest ad gratiā ꝑtinere. Etenim nulla alia gratia puri hominis pōt æquari, licet sic finitum ens, quia nō sunt vnius rationis, cū vna aliā cōparetur, sicut particularis virtus ad vniuersalē, sicut etiā nec virtus ignis crescendo potest ęquare virtutē solis. Ista autē gratia augeri non potuit, qđ sic patet. Nā aliqua est forma, q̃ augeri non pōt ex parte sua, quādo. s. non apta perfectus inueniri i aliquo, sicut calor ignis nō potest esse maior. Est enim in omnibus formis aliquis terminus ꝑfixus, vltra quem non possunt inueniri. Aliqua verò ē, q̃ augeri non potest ex parte subiecti, quia s. natura subiecti non patitur maius augmētū, sicut calor summus, que aeris natura patitur, augeri non potest illo modo. Ista ergo gratia neutro modo potuit augeri. Nō primo modo, quia terminus formarum sumitur a fine, ad quem ordinatur. Ordinatur autem ista gratia ad vnionem ad Deū quæ vnio ibi tanta fuit, quòd nō potuit esse, aut inueniri maior, quia fuit in persona. Similiter neque secundo, quia, illud subiectū semper fuit in termino, quia Christus semper fuit gloriosus. Hæc omnia ex S. Tho.

QVANTVM ad secūdum sciendum est, ꝙ ex doctrina eiusdem. 3. parte. q. 9. &

& 10. & 11. & 12. ꝙ in Christo fuit quadiuplex scientia. Prima fuit diuina, secūdū quā scit omnia, quæ fuerūt, sunt, & erunt & esse possunt quacūque virtute. Alia fuit sciētia beata, qua inquantum homo gloriosus, videt in verbo oīa, quæ fuerunt, sunt, & erūt: qa omnia ista ad ipsum pertinēt, cū sit omniū dñs, & cōsequēter ad beatitudinem eius ptinet ꝙ illa cognoscat. Nō tamē nouit omnia, quæ esset possunt quacunque virtute, s. creaturæ & Dei, quia sequeretur ꝙ inquātū homo comprehenderet totū, qđ Deus pōt facere, & consequenter totam potentiam Dei, & consequenter Deū. Cognoscit tamē omnia quæ esse possunt virtute creaturæ, quam cōprehendit. Et quia in potētia creaturæ sunt infinita, secundum hanc scientiā, scit infinita. Tertia est scientia indita, vel infusa, qua cognoscit eo modo, quo Angeli boni & mali & animæ separatæ per species infusas a Deo, & non acceptas a sensu. Assūpsit enim animā perfectam, & cōsequenter intellectus eius nō fuit primatus eo, ad qđ erat in potētia. Per istam cognouit omnia, quæ naturaliter scire possumus, vt omnia quæ per potētiam obedientię scimus, vt omnia mysteria gratiæ quæ reuelantur hominibus, & etiam ipsas substantias separatas. eo modo quo anima separata & ēt omnia singularia. Quia enim illa anima erat perfecta, fuit actuata omnes eius potētialitas tā naturalis, qnàm obedientiæ. Sed intellige hoc dictum S. Th. de potentia obedientię in ordinē ad potentiam Dei ordinatā, non ad absolutam, quia Deus posset etiā modo species creare, & earum similes intellectui Christi imprimere. Quarta fuit scientia experimētalis, seu acquisita, per hoc ꝙ intellectus eius agēs abstrahebat a sensibilibus species intelligibiles. Nō enim debuit tam nobilis potentia esse ociosa, secundùm istā sciuit omnia scibilia lumine naturali intellectus agentis, i. omnia sensibilia, quāuis non oīa sit expertus, quia propter excellentiam ingenij ex paucis expertis cognouit alia. Dicit ergo beatus Lu. [Et Iesus ꝓficiebat ętate] & in hoc non est dubium quoad assumptā naturā [& sapientia & gratia] Hoc quidā vt Grego Nazan. & Theo. exponūt quo ad ipsam apparentiam, & manifestationē sapientiæ & gratiæ, & non quo ad verum augmētū ipsorū habituum. Quæ expositio vera est quo ad primum, quia Christus in omni ætate operabatur congruentia tempori, sed tamen, quātum ad secundum, est etiam vera de gratia, quæ secundum habitū nō potuit augeri, non autē de sapientia, qa scđm sciētiā acquisitā verè & realiter profecit, vt patet ex dictis. Dicendum est ergo ꝙ proficiebat scientia experimētali, & gratia, nō quo ad ipsum habitū, sed quo ad ipsos effectus gratiæ, vt dicit S. Thomas, vbi supra, quia scilicet continuè exercebat opera virtuosa, in quibus merebatur. De hoc scilicet Christi merito, vide S. Tho. 3. parte. q. 19. q. 22. q. 24. quæstio. 46. & q. 48. & tertia distin. 18. & veri. q. 26. Ibi enim tenet, ꝙ Christus merebatur quolibet actu, & ꝙ meruit sibi gloriam corporis, scilicet immortalitatem & impassibilitatē, & huiusmodi, & ea quæ pertinet ad excellentiam eius exteriorem, sicut est ascensio: nō autem gloriam animę nec scientiam, nec gratiam, nec deitatem, nec virtutes. Gorram tamen exponit, ꝙ proficiebat in alijs, sicut consueuit dici, ꝙ talis magister multum proficit, quia scilicet proficiunt discipuli eius [coram Deo & hominibus] i. in his, quę sunt Dei & hominū. Vel coram Deo & hominibus, idest apparenter quo ad homines, & verè quo ad Deum. Hominibus enim non cōstat euidenter aliquis horum profectum, licet eis per exteriora appareat. Sed contra prædicta arguitur ꝓ Nico. de Ly. quia duo habitus eiusdem rationis non possunt simul esse in eodem subiecto, vt omnes affirmant: sed scientia indita & acquisita sunt eiusdem rationis, sicut & oculus ꝓductus a natura, & miraculosè datus ideo Christus, inquit, non habuit experimentalem scientiam. Ista difficultas prolixum exigit sermonem, quia de hoc certant Pau. Bur. & replicatur contra eum, sed qui subtiliter vult videre veritatem, videat c. 3. s. di. 14.

QVANTVM ad rationem tamen Nico. de Ly. dico primo, ꝙ aliqui habitus nō sunt vnius rationis, licet sint de eodem obiecto materaliter. Nam tam naturalis, quàm astrologus demonstrat eandē cōclusionem, s. quod terra est sphærica, & constat, ꝙ illæ scientiæ non sunt eiusdē rationis eo ꝙ sunt diuersa principia. Vnitas enim sciētię sumit ex vnitate obiecti: diuersitas vero ex diuersitate principiorū, vt patet. 1. Posterio-

Posteriorum. Dico secundo, quod secundum aliquos ita est in proposito sic, quod scientia indita & acquisita sunt per diuersa media, id est per species infusas, & acquisitas, quæ licet sint aliquando eiusdem rationis, i. quando representant idem eodem modo, vt species geometricales, quas habuit Salomõ diuinitus, vel saltem Adam, & quas nos habemus, vt patet 1. q. 94. ar. 3. ad primum, tamẽ aliquando differunt ratione & specie, vt in Christo, & qualibet anima separata, vt patet. 3. q. 9. art. 3. Dico tertio, quod quicquid sit de hoc, tamen istæ scientiæ in Christo, s. sciẽtia indita, & acquisita non fuerunt de eodẽ formali, & ad adæquato obiecto, vt patet vbi supra, immo nec de eodem partiali eodem modo, quia aliter representant: vna scilicet naturam cõmunem tãtum: reliqua vero, id est infusa etiam indiuidua. Nec est simile de oculo, quia à quocunque producatur, habet idem obiectum adęquatum & formale. non autem habitus. & ex eisdem principijs visus fertur in rem visam, non autem illi habitus; quia differũt species infusæ ab acquisitis in representando, cùm representant naturam vniuersalem non præcisè, vt acquisitæ, sed cum indiuiduis, & accidentibus, vt dictum est. Si tamen inter species istas nõ esset differentia nisi per esse acquisitas a rebus, & datas a Deo, vt iste credidit nos credere, essent eiusdem rationis, sicut & oculus datus à natura, & à Deo.

Moraliter, in toto isto euangelio mater instruit matres quomodo se habeant ad filios, quia debent ad eos habere discretum amorem, eos a pueritia assuefaciendo spiritualibus, & timorem ne cadant in manus archelai, vel alterius inimici, id est diaboli, & correctionem maternam, quę est cum amore & discretione, interrogãdo potius quàm conuiciando, maximè quando sunt mansueti. Secundò filius instruit filios, vt ad patrem cœlestem se habeant reuerenter eum præponendo alijs. Ad patres verò spirituales, vt sunt doctores, ita se habeant quasi audientes & interrogantes, & respondentes, non vt arguẽtes, neque quod frequenter accidit, vt beneficium nõ recognoscentes. Ad patrem verò, & matrẽ carnalem se habeant obediẽter. Erat enim Christus subditus illis.

In octaua Epiphaniæ.

Textus Euange. Matth. cap. 3.



Venit Iesus à Galilæa in Iordanẽ ad Ioannẽ, vt baptizaretur ab eo. Ioãnes autem prohibebat eum, dicens. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei. Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiã. Tunc dimisit eum. Baptizatus aũt Iesus, cõfestim ascendit de aqua, Et ecce aperti sunt ei cęli, & vidit spiritum Dei descendẽtem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cęlis, dicẽs. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Venit Iesus à Galilæa in Iordanem, &c. Matth. 3. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Recusatio, Reprobatio, Protestatio.

Quantum ad primũ, literaliter sciẽdũ ẽ, quod Ioannes ex humilitate baptizare Christũ recusabat. Porrò de isto Ioannis baptismate multa scripsimus sup. euãgelio in sabbato an quartã dñicã aduẽtus. Nũc etiã sciẽdũ est ex doctrina S Th. 4. pa. 38 quod Christus debuit baptizari Primò secundũ Amb. & Chry. & alios sãctos, vt sãctificaret aquas. Secũdò, vt dicit Chry. quia susceperat naturã peccatricẽ, & similitudinẽ carnis peccati, iõ voluit explere, quæ tali cõgruebant in alijs, etsi nõ in se. Tertiò secũdũ Aug. vt faceret quod præcipere volebat. Sunt aũt aliæ causæ, pter istas, secũdũ Chry. s. vt testimonium acciperet a Ioãne & vt eius pdicationẽ cõfirmaret, & vt ostenderet testimonium eius fuisse verũ quo dixerat, veniet fortior me, &c. quod factum est cœli apertione. Et pter has ponit adhuc alias Damascenus, vt scilicet Trinitatis mysteriũ reueleturin voce, & columba, & assumpta humanitate, & vt sit typus & subscriptio nobis ad baptizãdum,

id est vt nos exẽplo eius baptismũ suscipiamus. Nõ aũt debuit baptizari baptismo spirituali. quia in tali ipse est primũ mouẽs & sanctificãs, ideo nõ debuit moueri ab alio, sed baptizari debuit baptismo Ioannis, cũ ipse suo proprio baptizaret. Primò, quia ipsi non competebat baptismus in spiritu Secundò secundùm Bedam & magi. hist. vt approbaret baptismum Ioannis. Tertiò secũdùm Greg Nazan vt sanctificaret aquas, & propter alia supradicta. Est autem sciendũ, quòd secũdùm Aug. & Chry. Christus quãdo baptizatus est, compleuerat 30. annum, & incœperat 31. tredecim dies habẽs de illo. Et secundum istã opinionẽ Christus vixit 32. annis & dimidio, i. tñ plus quãtum fluxit a natali ad pascha. Sed secũdũ Magi. histo. & alios, quorum opinio cõiter tenetur, tũc xp̃s inceperat 30. annũ. 13. dies hñs de illo & secũdũ hoc vixit 32. annis cùm dimidio, q̃a vt testatur idẽ Mag. hist. eadẽ die, anno reuoluto, cõuertit aquã in vinũ, & sequẽti paschate 31. anni incarceratus est Ioãnes, & in paschate sequenti 32. anni decollatus est & in tertio paschate 33. anni crucifixus est dñs. Conuenienti ergo ætate baptizatus est dominus. secũdùm S. Tho. vbi supra. Primò. quia baptizabatur quasi ex tũc inceptu rus prædicare, ad quod requiritur ætas perfecta, quæ est 30. annorũ. Nam Ioseph dominũ Aegypti & Dauid regẽ Israel, & Ezechiel prophetiã 30. anno accepit. Secundò, quia in tali ætate possunt omnia peccata ca dere in homine. & ideo vsque tunc seruauerat legẽ. quã soluere volebat, ne dicerent Iudæi, ꝙ soluebat legẽ q̃a eã implere nõ poterat. Tertiò, vt ostẽdat baptismũ viros perfectos generare Nec tñ hi quibus periculum imminet debent vsque ad illam ætatem differre baptismum. Et nota ꝙ Danielis sapiẽtia in pueritia est monstrata, quia non fuit datus omnibus in exẽplum. vt Christus: existens ergo 30. annorum [venit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo] Vbi sciẽdũ est, ꝙ secundũ S. Tho. vbi supra, Christus debuit in Iordane baptizari, quia per illũ filij Israel terrã promissionis intrauerũt, sicut nos regnũ cœlorum ꝑ baptismum intramus. Vnde & Helias rapiẽdus in cœlum in curru igneo, eius aquas diuisit, vt habetur 4. Reg. 2. significans ꝙ ꝑ aquam baptismi, & ignem, Spus sancti patet nobis aditus in cœlum. Non autem debuit baptizari in mari rubro, q̃a significauit baptismum inquantum in eo remittuntur peccata, non inquantum aperit ianuam, quod est principalis eius effectus, sed isto modo illum figurauit transitus Iordanis.

Et not. ꝙ vt dicit August. in ser. epipha. multa miranda facta sunt in hoc flumine. Nam aquæ eius abierunt retrorsum, & sic modo peccata retrorsum conuersa sunt, & aquæ eius fuerunt diuisæ, & sic modo in eo Christus fecit diuisionẽ peccatorũ [Ioannes autem prohibebat eum] sciens eum verum Deum, & lauacro non indigere, secundùm Hila.

Sed cõtra, quia si sciebat eum verũ Deũ, tenebatur concordare eius voluntati, & nõ prohibere eum. Ad hoc dicitur, quòd Ioannes nesciuit an Christus requirens baptizari, faceret tentando eius humilitatem, an exprimendo suam diffinitã à voluntatẽ. Ideo prohibendo non discordabat voluntate diuina, volendo seruare humilitatem. Quia tamen secundum glo spiritus in momento eum docuit, quod prius nesciuit, ideo bene fecit illum admittendo, dicens [Ego a te debeo baptizari] quamuis esset ab originali mundatus, ratione dicta in prędicto euãgelio. Vel, vt dicit magi. histo. Ioannes loquitur in persona humani generis. Vel secundum glo. a te debeo baptizari, id est mundari ad originali, quod secundùm S. Tho. super Matth. intelligitur quantum ad infectionem naturæ, non personæ, cum iã esset sanctificatus [& tu venis ad me] quasi diceret. secundùm Chry. super Matth. Est aliqua ratio vt tu me baptizes, quatenus iustus efficiar: non autem quod ego te baptizem: quia neque tu indiges, neque ego sum dignus.

Moraliter, qui volt baptizari, debet venire a Galilæa, idest transmigratione vitæ ꝑteritæ in Iordanem, idest descẽsum humilitatis Qui enim ad baptismũ fictus accedit non consequitur gratiam Dei, & si cõsequatur characterem. De hoc vide 3. q. 69. & 4. distinct. 4.

QVANTVM ad secundum literaliter sciẽdum est, quòd Christus non acceptauit, sed repudiauit excusationem Ioannis, vnde sequitur [respondens autem Iesus dixit ei. Sine modo] id est permitte nunc, scilicet me baptizari a te. Hieronym. Pulchrè

chre dixit modo, vt ostenderet Christum in aqua à Ioanne: Ioannem autem à Christo spiritu baptizandum. Hæc ille. Et in hoc dicit Chrysosto. super Matth. quòd ostenditur Christus postea baptizasse Ioannem et in aqua, & hoc expresse scriptum legitur in quibusdam libris apocriphis. Cùm enim dicitur, sine modo, scilicet in pñti subintelligitur, quasi dicat, aliàs, id est in posterum ego sinã te baptizari baptismo meo a me. [Sic enim decet nos] maiores, qui exemplũ sumus aliorum [implere omnem iustitiam] id est humilitatem sufficiẽtem, & perfectã, & superabundantem secundùm Raba. Iustitia enim aliquando sumitur, vt est specialis virtus cardinalis. Aliquãdo sumitur pro omni virtute, & sic humilitas est iustitia, cuius sunt tres gradus, secundùm S. Tho. vbi supra. & Hugo Card. Primus est subijcere se maiori, & non præferre æquali. qđ est humilitatis sufficientis. Secundus est subijcere se æquali, & non præferre minori, quod est humilitatis pfectæ, Tertius est subijcere se minori, quod est superabundantis Et hæc fuit in Christo respectu Ioãnis. Vel sic, id est cũ humilitate, & supernè decet nos implere omnẽ iustitiam & omnẽ veritatẽ, & omne præceptum Dei, ac si dicatur, quòd humilitas in omnibus decet. Vel secundùm Chry. sic, id est prius faciendo, & postea docẽdo, decet nos implere &c. Vel sic, id est dando bonũ exemplum, decet nos implere omnẽ iustitiam, id est inducere ad implendũ omne præceptum, secundum glo. Vel secũdùm Bedam, implere omnem iustitiam, idest inducere ad baptismum, in quo datur plena iustitia [Tunc dimisit illum, id est permisit eum vt à se baptizaretur.

Moraliter instruimur, quòd verè humilis cuiusmodi erat Ioannes, est etiam obediẽs. Pertinaciter enim resistere nõ humilitatis, sed superbiæ indicium est, quod etiam experimentum probat, quia cõmuniter qui contra obedientiam dignitates fugiunt, etiam contra obedientiam. & contra virtutem easdem requirunt, vel suam humiliationem ferunt impatiẽter, sicut filij Israel recusantes arma sumere pro terra promissionis ad imperiũ dñi, eãdem sine eius licẽtia armati uoluerũt intrare, vt patet Nu. 14. & Deu. 1. c.

QVANTVM ad tertiũ, sciendum est literaliter, ꝙ baptizato Christo debuerũt aperiri cœli, iuxta doctrinã S. Th. 3. par. q. 39. Christus baptizabatur ad dandã efficaciam baptismo nostro, ideo debuerunt tũ ei ostendi ea, quæ ad baptismi nostri efficaciã ptinẽt, quæ sunt cœlestis virtus, & fides ecclesiæ cum fide baptizati a quibus habet efficaciã, & apertio cœlestis ianuæ, quæ fit ꝑ eius efficaciã. Apertũ est ergo cœlũ ad significandum quòd cęlestis virtus sanctificabat baptismum, & quod per fidem intuemur cęlestia, & ꝙ cœlsi virtute baptismi intramus. Aperti sunt autem Christo oranti ad significandũ, ꝙ oratio est nobis necessaria post baptismũ propter fomitem remanentẽ, & ꝑꝑ varia tentamenta. Vel ad significandũ, ꝙ nobis aperiuntur virtute orationis Christi. Dicit ergo [Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua] quia alueus fluminis habebat eminentes ripas. Confestim, inquã, in signũ ꝙ baptizatus si moriatur statim euolat, vel sit particeps vitæ cęlestis, secũdùm Chry. [Et ecce aperti sunt ei cęli] nõ secũdũ corporalẽ aperiurã, vt dicit B. Hiero. sed secũdum spirituales oculos. Et rõnẽ signat Chrysosto. sup Matth. quia si fuissent cęli corporaliter aperti, nõ dixisset euãgelista, aperti sunt ei cœli, qa qđ corporaliter aperitur, omnibus aperitur. Aperti sunt ergo, vt dicit S. Tho. vbi supra, secũdũ visionẽ, vt innuit Mar. q dicit, ꝙ vidit cęlos apertos, & hoc secũdũ visionẽ corporalẽ secũdũ gl. & Bedã inquantũ tãtus fulgor circa ipsum apparuit, vt cęlũ patuisse videretur. vel secũdũ imaginariã, vel secundũ intellectualẽ, vt dicit, inquantum, s. Christus vidit cœlum qđ humano generi fuerat clausum tunc esse referatum. Nec obstat si dicatur, quòd secũdum hoc cœlum non fuisset apertũ Christo, sed humano generi. Ad hoc enim dicit Chrysostom. vt supra, & Sanctus Thomas super Matth. quòd id quod merito alicuius fit, dř ei fieri, sicut rex alicui pro alio supplicanti dicit. Concedo tibi hoc, vel illud, non autem illi. Et sic cœlum apertum fuit Christo, quia meritò eius fuit apertum. Fuit autem apertum cœlum per splẽdorem, siue secundum visionem baptismo, in signum quòd per baptismũ patet nobis aditus eius. In passione verò per ampedimenti amotionem, & per pretii solutionem, & in resurrectione per gloriæ collationem, in qua Christo collata est gloria corporis consequenter

August. in ser. Epifa. eo quod noster baptismus perficitur inuocata Trinitate, ideo in Christi baptismate tota Trinitas debuit manifestari, sicut & factū est. Hiero. Mysteriū Trinitatis in baptismate demōstratur. Dn̄s baptizatur, spiritus descendit in habitu columbæ, patris vox testimonium filio perhibentis auditur. Hæc ille. Dicitur autem secundùm Hila. de Trinita. hic filius dilectus, quia proprius & verus est filius origine, nō adoptione [In quo mihi cōplacui] i. in quo, siue de quo lætor & gaudeo, sicut in natura li. & sicut in adoptato secūdùm Aug. super Ioannē. Vel in quo mihi cō. si referatur ad humanitatē, secundùm Remig. intelligitur in quo solo peccatum non inueni. Si autē legatur, in quo mihi complacui, secundum eundem, subaudiendū est placitum meū cōstituere, vt per eum opus redemptionis explerē. Est autē sciendū, secundùm Augu. de consen. Euang. quòd Lu. & Marcus hnt sic, [Tu es filius meus dilectus, in te cōplacui mihi] & sic fit concordantia, secundum eū. Non. n. dictū est Christo, tu es filius meus, vt ipse adisceret qd̄ nesciret, sed hoc ei propter circunstantes dictum est. Et hunc sensum expressit Mat. dicēs. Hic est. Exponitur autem hoc tripliciter. Primò de gratia vnionis, vt dictum est, quia, s. in eo Deus placitū suum de nostra redemptione perfecit. Et secundo de gratia singularis personæ. q. d. Tāta est huius mei dilecti filij gratia, quòd in eo nunquam inueni aliquid mihi displicēs, idest peccatum mortale, veniale, vel origina le. Et tertio de gratia capitis, vt dicatur cōplacui, idest beneplacitum meum cōstitui, secundùm Gloss. vt tu, in quo nihil est, nisi bonū placeas per te, & alij nō per se, sed in te, ibi fide charitate vniti placeat. Hæc illa. Alegoricè significatur, quòd hi, qui suscepturi erant baptismum Christi per aquam baptismalē suscepturi erant in Spiritumsanctum, & consequenter omnia eius dona & virtutes infusas, dummodo orarent, i. mētē eleuarēt in Deum per displicentiā peccatorum si forent adulti.

Anagogicè vero significatur, quòd baptizatus si decedat, statim aperto cœlo euolat ad illud, sicut & Martyres, & qui dignam egerunt pœnitentiam.

Moraliter instruimur, baptizatus secūdū Chry. vt post baptismū statim ascendat ad virtutes. Et maxime orationi vacare debet. Et tunc meretur doceri de cœlo per internam inspirationem.

Dominica 1. post oct. Epiph.

Textus Euang. Ioan. cap. 2.



NVPTIAE factæ sunt in Cana Galileæ, & erat mater Iesus ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli ad nuptias. Et deficiēte vino, dixit mater eius ad eum. Vinū non habent. Et dixit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? Nondū venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcūq; dixerit vobis facite. Erāt aūt ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundū purificationē Iudæorū, capientes metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vsq; ad summū. Et dicit eis Iesus. Haurite nūc, & ferte architriclino. Et tulerūt. Vt aūt gustauit architriclinus aquā vinū factū, & nō sciebat vnde esset; ministri autem sciebāt, qui hauserāt aquam, vocat spōsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cū inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu aūt ser uasti vinum bonū vsque adhuc. Hoc fecit initiū signorum Iesus in Cana Galileæ, manifestauit gloriā suam. Et crediderūt in eum discipuli eius.

NVPTIAE factæ sunt in Cana Galileæ. Ioan. 2. Nuptiæ de quibus in præsenti euangelio fit mentio, secundum textum euangelij Ioānis, dicuntur factæ tertia die. Quod dupliciter intelligitur. Vno scilicet modo, vt dicantur sicut dicit S. Tho. factæ tertia die a testimonio, quod Ioānes perhibuerat.

buerat Christo. Alio mō vt dicatur facta tertio die, idest eadem die tertio repetita. Nā secundùm Hiero. & Aug. & ecclesiæ sententiam & consuetudinem, & vt dicit S. Tho tertiodecimo die à natiuitate sua Dominus adoratus est a Magis, & eadem die, 30. annis reuolutis, baptizatus est: & eadē die, reuoluto anno vno, hoc miraculo glorificatus est: & eadē die reuoluto anno, panes multiplicauit, vt dicit Beda. Ex quo sequitur secundùm S. Thom. quòd ad minus annus vnus elapsus sit a baptismo vsque ad nuptias. In quo quidem anno nihil legitur Christū fecisse, nisi quòd dicitur Matth. 4. de ieiunio in deserto, & ea quæ Ioannes 2. cap. refert de testimonio Ioannis, & cōuersione discipulorū. A nuptijs autem, inquit, cœpit publicè & prædicare, & miracula facere. Secundum tamen eos, qui dicunt inter baptismum Christi, & eius passionem fluxisse duos annos cū dimidio: hoc quod hic legitur de nuptijs eodem anno factum est, quo Christus baptizatus est. Sed his contrariatur sententia ecclesiæ prædicta, vt dicit Sanctus Thomas. Circa hoc autem miraculum, quod in euangelio narratur, occurrunt tria puncta, quæ sunt. Præparatio. Perpetratio. Comprobatio.

QVANTVM ad primum, literaliter sciendum est, ꝙ tenetur communiter ꝙ istæ nuptiæ fuerunt Ioānis euangelistæ, quod videtur sonare dictum Hierony. in prologo super euāgelio eiusdem, qui dicit, quòd dominus, eum volentem nubere, idest cōsummare matrimonium, vocauit de nuptijs. Non enim legitur dominum fuisse in alijs nuptiis Rationabile est etiam, quòd mater Iesu, quę semper amauit secretò, secundùm Ambro. non fuisse ibi, nisi sibi maxime alter cōiugum præcipuè sponsus attinuisset, vtpote nepos suus. Dicit tamen Magi. histo. quòd hoc non est certum. Dicitur ergo [Nuptiæ factæ sunt] Nuptiæ aliquando sumuntur pro carnali corporum coniunctione. Vnde Hiero. Cum Ioseph virum audis Mariæ, non tibi suspitio subeat nuptiarum. Aliquando verò nuptiæ appellantur nuptiale conuiuium, vt hic [In Cana Galileæ] Cana viculus est in prouincia Galileæ, secundùm Rab. ideo additur Galileæ, quia sic dicebatur fortè & aliqua alia villa [Et erat mater Iesu ibi] inuitata scilicet ad nuptias, vt eas sua honorabili præsentia decoraret. Sicut autem testatur. Magi. hist. Quidam dicunt, ꝙ tunc mortuus erat Ioseph, & Virgo transierat in custodiam filij. Vnde non fuit Ioseph vocatus ad nuptias, nec deinceps aliquid legitur de illo in euangelio. Quicquid tñ sit de hoc certum est, ꝙ tempore passionis Christi, secūdum eundē, erat mortuus: quia aliter Christus virginē nō cōmendasset alij, s. Ioanni. Sicut autē dicūt aliqui ex hoc apparet ꝙ Iesus nondum manifestus erat, quia mater principaliter inuitata est: ipse vero non, nisi pro reuerentia matris. Vnde, vt dicit S. Thom. præmittitur de matre, vt ostendatur, ꝙ Iesus adhuc ignotus erat, & non fuit vocatus quasi insignis pſona, sed ex quadam familiaritate, sicut vnus aliorum. Vel fortè non fuerunt ausi inuitare Christum propter eius summam religionē, quia non erat solitus conuiuia frequētare, & nuptias. Vocata est ergo primò mater, Deinde consilio eius vocatus est filius, ideo subditur [Vocatus est aūt Iesus, & discipuli eius ad nuptias] Et vocatus venit. Primò, secundùm Chry. ut daret nobis humilitatis exemplum, quia nō est dedignatus ad nuptias venire seruorum. Ideo dicit Aug. Erubescat homo esse superbus, quoniā factus est humilis Deus. Ecce inter cætera filius hominis venit ad nuptias, qui cum apud patrē esset, instituit nuptias. Hæc ille Secundò, vt condemnet hæreticos, qui nuptias illicitas dicunt. Et secundùm Bedam tales hæretici fuerunt Tacianus & Marcianus, cōtra quos ait. Si thoro immaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquā dominus ad has veniret, nequaquam eas signorum suorum initii cōsecrare voluisset. Nunc autem, quia bona est castitas cōiugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad comprobādum omniū electionē graduum, discernendum tñ meritum singulorum, ex intemeratæ virginis vtero nasci dignatus est, a prophetico viduæ Annæ ore mox natus benedicitur, a nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatur, & hos præsentia suæ virtutis honorat. Hæc ille [Et deficiente vino] ex diuina prouidentia, vt hoc signorum principio Christus innotesceret [dicit mater Iesu ad eam] mota compassione, & certa de filii potestate, [Vinum non habent]

bent]scilicet ministri ad propinandum. Ecce quam dulcis inuitatio ad subueniẽdum per miraculũ, quia aliter congruè fieri non poterat. Et in hoc, secundùm S. Thom. notatur reuerentia matris ad filium, quia vt dicit ex reuerẽtia quam habemus ad Deũ, sufficit defectus nostros tãtum exponere, secũdũ illud Psal. Domine ante te omne desideriũ meum. Qualiter autem nobis Deus subueniat, non est nostrum inquirere, quia quid oremus sicut oportet nescimus. Et iõ mater aliorũ defectũ Christo simpliciter exposuit nihil petẽdo. Sed quærit hic Chryso. Quid mouit matrẽ ad aliq̃d magnũ imaginandũ de filio, cũ adhuc nullum fecisset miraculum, vt patebit. Et soluit idem, quia ea quæ in conceptione & natiuitate Christi viderat, & audiuerat, conseruabat in corde suo. Sed tunc vlterius quærit idẽ, quare nõ añ inuitauerat filium ad miracula faciẽda? Et soluit, ꝙ Christus vsque ad hoc tp̃s communiter se habuerat vt alij homines, salua tñ omni modestia & religiositate. Iã autẽ cœperat manifestari, nam iam vocauerat discipulos aliquos, & receperat testimoniũ a Ioanne Baptista. Mater autẽ obsequebatur voluntati eius, & ideo quã diu sciuit ꝙ volebat tacere, non induxit vt faceret miracula, sed solum tunc quando vidit, quòd volebat suam gloriam manifestare. Vel etiam possumus dicere non esse incredibile, nẽc irrationale, ꝙ Christus suę matri reuelauerit quod erat facturus. Vnde cum infra visus fuisset proponenti defectum vini, dedisse responsum negatiuũ, dicens[quid mihi & tibi]illa quasi certa de futuro miraculo, dixit[Quodcũq; dixerit vobis facite]Ex his ergo patet, qũo fuit p̄paratũ, seu occasionatũ miraculũ.

Allegoricè secundùm Augu. & Bedam, per has nuptias significantur quædam nuptiæ spirituales, quæ licet iam essent tunc factæ aliquo modo, tñ erant futuræ, secundum suam manifestationem, & consummationem prædicantibus apostolis. Vñ secundùm Aug. istæ nuptiæ sunt factæ in thalamo vẽtris Mariæ, & spõsus fuit verbũ p̃ris, spõsa humana caro, seu humana natura, & cõsequẽter ecclesia, quã sibi in humanitate vniuit. Hæ nuptiæ, secũdùm Bedã, tertia die fiunt, id est tempore gratiæ, non t̃pe naturæ, vel legis scriptæ. Discumbente autem domino defecit vinũ, vt melius succederet: sunt enim sacramẽta digniora in noua lege quàm in veteris, & scripturarum sensus suauior. Factæ sũt sunt in Galilæa, i. trãsmigratione, qua Deus factus est homo, & in Cana, i. zelo feruente diuini amoris, qui eum ad nuptias conduxit.

Anagogicè in Galilæa, i. in trãsmigratione, qua ex hoc seculo migramus, fiunt nuptiæ in Cana, i. in eo q̃ habet zelũ, seu amorẽ Dei, quæ nuptiæ sunt æterna gaudia, in quibus est Iesus, & mater, & discipuli eius. In his deficit vinũ imperfectũ, vt miraculosum optimum succedat, quia fidei succedit aperta visio, spei perfecta comprehẽsio; charitati autem imperfectæ successit charitas patriæ consequens gratiam consumatã & beata fruitio, q̃bus fit, vt animus inebrietur gaudio. De his vide S. Thom. 4. dis. 49. dis. 4. ar. 5. q. 3. si vis.

Moraliter in hoc ꝙ nuptiæ fiũt in Cana, quod interpretatur zelus, significatur ꝙ cõiuges debent habere zelum discretũ adinuicẽ. Est autem triplex zelus, s. nimius, cum alter eorũ est zelotipus, quod reprehenditur in viro. Eccle. 8. Non zeles vxorem sinus tui. Et in vxore. Ecclesi. 26. Dolor cordis, & luctus mulier zelotipa. Est secundus zelus modicus, quo alter alterum fornicantem sustinet, cum tamen secundùm Augusti. lib. 50. hom. debeat vxor quatuor modis virum corrigere de hoc, & a fortiori vir vxorem. Admonendo scilicet, obiurgando, ecclesiam interpellando, & Deum exorando. Est tertius zelus discretus, de quo Apostolus Ephe. 5. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, vt scilicet si peccauerint, & pœniteant recipiatis eas. Et 1. Cor. 7. Viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua, vt scilicet corpus suum nunquam alteri diuidãt Et Eph. 5. Vnusquisque vxorem suam, vt seipsum diligat, s. cordiali, & affectuoso amore. Et econuerso de vxoribus intelligendum est.

Moraliter etiã sciendũ est, ꝙ in nuptijs quæ fiunt inter animam & Deũ, est secundùm S. Thom. mater Iesu, sicut nuptiarum conciliatrix, quia eius intercessione coniungimur Christo per gratiam. Ecclesiast. 24. In omnis spes vitæ, & virtutis. Et Iesus sicut verus sponsus. Ioannes 3. Qui habet sponsam, sponsus est. Et discipuli, vt paranymphi, quasi coniungentes ecclesiam Christo.

Christo. 1. Corin. 11. Despondi vos vni viro &c. Hæc ille. In his ruptijs aliquãdo deficit vinum. Pro quo sciendum est, quòd quadruplex est vinum. Primum est demẽtãtis lasciuiæ Esa. 5 Cithara & lira & tibia & tympanũ & vinũ in conuiuijs vestris. Secundũ lætificantis innocẽtiæ. Psal. Vinũ leti. cor ho. Tertiũ exercitantis pœnitentiæ. Luc. 10. Alligauit vulnera eius, infundẽs oleũ & vinũ. Quartũ fœlicitantis gloriæ. Matth. 16. Donec illud bibam vobiscũ no. in regno Dei. Et de tribus vltimis Mater rogat pro nobis filium, dicens. Vinũ non habent. Qui iubet vasa cordis nostri ipleri aqua lachrymarũ, quæ conuertitur in vinum cœlestium cõsolationum, cuius suauitas nisi gustetur, ignoratur, iuxta illud Psal. Gustate & videte quoniam suauis est dominus.

QVANTVM ad secũdum tangitur perpetrato miraculi. Circa quod sciẽdũ est ꝙ responsio Christi ad virginẽ est aliqualiter obscura. Nã sequitur Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier?] In his autẽ verbis vt testatur S. Tho. occasionẽ sumpsit multiplex hæresis. Manicheus enim dixit Christũ non habuisse verũ corpus, sed phantasticum & apparens tñ: ideo sensus est secũdũ eũ [Quid mihi & tibi est mulier] quasi diceret. Nihil, quia nõ habeo illam naturã, quã me credis habere. Valẽtinus autẽ dixit Christum habuisse quidẽ verũ corpus sed illud de cœlo attulisse, nec aliqd assumpsisse de virgine: ideo sic exponit [Quid mihi &c] quasi diceret. Nihil habeo. qđ a te acceperim. Hebion aũt dixit Christũ ex virili semine conceptũ vt cæteri fuisse, & matrẽ eius post partũ virginẽ nõ fuisse. Heluidius aũt infelix dixit Christum cõceptũ & natũ de virgine, sed illã post de Ioseph habuisse alios filios & consequenter virginitatẽ post partũ perdidisse. Et hi duo in argumẽtũ suæ perfidiæ accipiunt hoc, ꝙ Christus dicit, mulier Dicitur enim mulier quasi molliẽs hetũ, vel virũ, & sonat corruptam. Constat autẽ ista esse contra veritatẽ sacræ scripturæ. Dicitur enim Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Nõ enim Christus dicitur factus ex semine Dauid ratione diuinæ naturæ, nec etiam ratione animæ, quia illa non est ex semine, sed infunditur a Deo ꝑ creationẽ. Est enim anima intellectiua ab extrinseco, vt dicit Philosophus in libro de animalibus: ergo hoc dicitur ratione corporis: ergo habuit verũ corpus, contra Manicheum. Iterum ex hoc sequitur, ꝙ illud corpus nõ fuit cœleste, sed ex semine Dauid id est sumptum de virgine, q̃ processit ex stirpe Dauid cõtra Valentinũ. Præterea secundum vtrunque istorum virgo non fuisset mater Christi, quia de ratione matris est ministrare materiã, vnde formetur corpus filii. Mentitur ergo secundũ istos, vel decipitur euangelista, dicens, quòd erat mater Iesu ibi. Et sic tollitur veritas scripturæ, & consequẽter fundamentum fidei.

Notandum etiam, quòd mulier nõ semper sonat in carnis corruptionem, sed aliquando notat sexus distinctionem. Vnde Gen. 3 dixit Adam, mulier quam dedisti mihi &c. & cõstat quòd tunc erat virgo. Erãt enim ambo in paradiso, vbi nunquã se carnaliter cognouerunt. Et sic accipitur hic, & Gal. 4. factum ex muliere. Hæc omnia ex illo. Quod vero sequitur [nõdum venit hora mea] Priscilianistæ assumũt ad cõfirmationem sui erroris, vt S. Thom. testatur. Dicunt enim omnes actus humanos regi & disponi secundũ dispositionem stellarũ, & ideo certis horis, secũdũ eos, homo cogitur aliquid facere, quod aliàs faceret nequaquam si nõ uisset, secundũ quod stellæ diuersimodè disponuntur. Vnde sensus est, secundum eos. Nondum venit hora mea, fatalis scilicet, in qua aliquid tale facere possum. Patet autẽ hoc falsum esse in quolibet homine. Impossibile est enim, ꝙ corpus quodcunque directe agat in spiritũ, quia omne agens est nobilius patiente, & oĩs spiritus est omni corpore melior & nobilior. Sed in anima sunt quædam potẽtiæ omninò immateriales & incorporeæ, scilicet intellectus & voluntas. Et consequenter nullum corpus directè potest in illas imprimere. Actus autem aliarũ potentiarum imperantur a voluntate. Ambulo enim & loquor, q a volo, & sic de aliis. Excipiũtur tamen potentiæ vegetatiuæ partis, vt digestiua, & expulsiua, & huiusmodi, quarum actus nõ subsunt voluntatis imperio. Cum ergo voluntas sit libera, homo liberam habet electionem in omnibus actibus suis tam potentiæ intellectiuæ, q̃ appetitus sensitiui, & huiusmodi potentiarũ. Verum est tñ, ꝙ corpora cœlestia directe agunt in omnia corpora inferiora, & ideo

etiam

etiam humana corpora habent diuersas cõplexiones secũdũ diuersas constellationes, sub quibus sunt generata: ex complexione autem corporis etiã animus ad aliquid inclinat. Vñ vnus est magis dispositus ad irã, & alius ad tristitiã, libertas tñ eligendi semper manet penes voluntatem. Vnde videmus quòd aliquis magis dispositus ad luxuriã eligit habitũ castitatis: aliud vero minus dispositus ad luxuriam eligit vitam luxuriosam. Jdõ dicit Ptolomeus ꝙ sapiens dominabitũ astris. si ergo nulli homini necessitatẽ imponunt, multo minus imposuerunt Christo. Hæc omniá tradit S. Thom. in locis quàm pluribus. Sciendum est ergo, vt dicit Alchuinus, Christus non venit ad nuptias, vt doceret matres contemnere, quia vt dicit Chrysostom. Valde venerabatur matrẽ, cui sponte erat subiectus, Vnde prædicta verba non dixit quasi contemnens matrem. Habet autem duplicem expositionem. Prima est Augu. pro qua sciendum est quòd Christus est vna persona in duabus naturis, diuina scilicet & humana, & quædam ei conuenisũt secundum vnam naturam, quædam secundũ aliam, sicut idem homo intelligit secundũ animam, & ambulat secũdum corpus. Facere ergo miracula competebat Christo secũdum diuinam naturam, quam accepit à patre, sed pati, & mori, secũdum humanã, quã accepit à matre. Roganti ergo matri, vt faciat miraculum respõdet [quid mihi & tibi est mulier] quasi diceret secundùm Augustinũ. Ex eo quod accepi à te, quod mihi & tibi est commune non habeo quòd miraculũ faciam, sed ꝙ possum mori, & tunc recognoscã te sicut verã matrẽ [nondũ enim venit hora mea] nõ q̃ de hora fatalis secundum August. sed hora meæ passionis, vt appareat quid habeã a te. Alia est expositio Chrysosto. secũdũ quam sensus est talis [quid mihi & tibi est mulier] quasi diceret. Iste defectus vini nõ pertinet ad me, vel ad te, sed ad eos qui debuerũt prouidere. Si tamen vis, vt ex abundanti suppleam defectum eorum, expecta, quia [nondum venit hora mea] opportuna scilicet ad faciendum miraculum. Licet enim deficiat vinum, tamẽ adhuc nõ est manifestus iste defectus, quem tñ oportet esse manifestũ, vt etiã manifestum sit, & gratius sequens fiat miraculum. Beata autem virgo intellexit suam petitionẽ non esse repulsam, immo secundum aliquos credendum est. quòd nunquam aliquid ab eo petijt quod ille non fecerit. Quod est verisimile, quia cùm habuerit sapiẽtiã & omnia dona Spiritussancti excellentissimè, fuit discreta in petendo.

Sed quare Christus genitricẽ suam nõ appellauit materno nomine? Dico ꝙ beata virgo tãto amore ferebatur in filium ꝙ interdum debilitabatur in corpore. Quod filius sciens, à verbis dulcibus interdum cauebat, ideoque eam hic appellauit mulierẽ, ne dulcedine verbi materni alteraretur, & similiter in cruce positus ne crepuisset [Dixit mater eius ministris, quodcunq; dixerit vobis facite] quasi diceret, secundùm Bedã. Licet videatur negare quòd petitur, tamen faceret [Erãt autem ibi lapideæ hydriæ sex] Hydria propriè est vas aquaticũ, secundùm Bedam, dicta ab hydor grecè, quod est aqua latinè. Et idõ ex hoc, sicut dicit Chrysosto. tollitur omnis suspicionis occasio. Si enim illa vasa prius continuissent vinum, posset quis suspicari quod parum vini remãsisset, & illud saporẽ aliquem dedisset aquæ, quod tamen fuit impossibile in vasis aquis & in tanta aquæ multitudine. Ideo ponitur numerus vasorum & quãtitas eorum infra positæ secundùm purificationem Iudæorũ. Iudæi de facili cõtrahebant quasdam immũdicias, seu irregularitates legales; vt puta ex tactu animalis mortui. quæ plerumque aquarum lotione mundabãtur. Illa autem regio, id est Palestina inaquosa est, vt dicit Chrysosto. Et ideo in consuetis parabant aquã in hydrijs, vt possent se lauando ab illis immundicijs purgare [capientes singulas metretas binas vel ternas] iã est aliæ capiebant binas, & aliæ ternas. Vel secundum gl. hoc verbum est existimantis & nesciẽtis si singulæ caperẽt binas vel ternas. Metreta autem est quædam mensura. Huius quantitas diuersimodè a diuersis traditur, sed verius est, vt dicimus, quod de mensurarum quantitate nihil certum habemus, quia secundùm tempora & regiones variãtur. Alicubi tamẽ metreta est onus muli vnius [Dicit eis] .i. ministris [Iesus implete hydrias aqua] secũdùm Chryso. iubet ministros implere hydrias, vt sint miraculi testes [& impleuerũt eas vsque ad summum, & subaudi statim in vinum conuersa est.] Sed hic solet

quæri, vtrum illud vinum esset album vel nigrum. Et communiter consueuit uideri, quod erat nigrum, vt miraculum appareret non solum secundum saporem, sed etiã secundum colorem. quod euidentius secundum nigrũ, quàm secũdũ album fit. Et hoc videtur sentire ecclesia, quæ cantat, aquæ rubescunt hydriæ. Ista tamen nõ cogunt. Nã ad primum diceretur, quòd non oportet miraculũ esse euidẽtissimũ, sed sufficit esse euidens taliter vt nullus ambigat, quod potuit esse secũdum saporem & colorẽ vini albi, quia colore aquæ distinguitur cõmuniter. Ad secundũ dicitur dupliciter. Primò, quòd illa autoritas est ad oppositũ potius, quàm ad propositum, quia nõ dicit, quòd hydriæ ruberent, sed quod rubescerent, id est incipe rẽt tendere ad rubedinem, quod propriè eis conuenit ratione coloris vini albi. Secũdò quod causa metri sic dictum est, rubescunt, acsi dicatur colorẽ vini sumunt, qui vt plurimum est rubeus, Vnde & vinũ sanguis dicitur uuæ. Quidã vero videntur tenere ꝙ fuerit album. Nam architriclinus illud non cognouit donec gustauit. Vnde dicit Hugo cardinalis, quòd credebat esse aquam, id, qđ erat factum vinum. Sed neque ista ratio cogit, quia in euangelio non habetur quòd ille cognouerit esse vinum antequam gustasset, sed postquã gustũ cognouit illud esse vinum bonum, id est melius. Hugo autem dictum suum nõ probat. Et re vera circa hoc videtur tenendum, quòd fuerit nigrum ꝓpter rationes prædictas, quæ licet sint solubiles, tamen sunt ꝓbabiles: & rursum quia secũdum doctrinam medicorum omnibus computatis, vinum nigrũ simpliciter est melius albo, vnde vinum nigrum dicitur vinũ simpliciter, quia vinum simpliciter appellatur sanguis vuæ, vt patet Gene. 49. Christus autem fecit vinum optimum inter oĩa, quæ vnquam produxerit natura, quia sicut ars non potest attingere ad perfectionem naturæ in operãdo, ita nec natura Deum potest imitari perfectè in operibus suis, vt dicetur. Et quamuis ad hoc possit dici, quòd Christus fecit optimum vinum non simpliciter, sed in genere suo, scilicet nigri vel albi, tamen verisimile est, ꝙ fecerit optimũ simpliciter, id est nigrum, seu declinans ad nigredinem, & tanto magis, quanto in regione illa vina communiter sunt alba, quia cæteris paribus rariora sunt præciosiora, & ea fortio ri si rariora etiam sint in rei veritate mediocra, vt in proposito. Si enim non declinasset ad nigredinem, ecclesia nõ vteretur illo verbo, rubescunt: quia vinum album non rubescit, sed flauescit.

Hic etiam quærit Chrysosto. Quare non creauit vinum quod est signum maioris potentiæ, quàm vinum ex aqua facere? Et respondet assignando duas causas. Prima est, quia licet illud sit maius, non tamen est euidẽs & credibile multis, ideo humanæ capacitati cõdescẽdens potius ex aqua, quàm ex nihilo fecit vinum. Alia est vt confundat errorem Manichei & Marcionis, qui dixerunt diabolum esse omnium visibilium creatorem; Deum autem bonum nõ nisi inuisibilium. Si enim hoc esset verum, Christus non fuisset vsus visibilibus creaturis, quia ĩ hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Joan. 3. Sed vltra has rationes S. Tho: addit tertiam mysticam, vt scilicet Christus ostenderet se nõ condere nouam doctrinã, veteri reprobata, sed impleta, dum quod illa figurabat & promittebat, ipse exhibuit.

Moraliter docemur, quoniam aliquãdo aliquid a Christo petimus quod tunc non dat, & tamen postea dabit propter aliquem bonum respectum, sicut dure visus est rñdere matri, cuius tamẽ petitionem fecit. Augustin. Quædam petita non negantur, sed vt congruo dentur tempore, differuntur: Hæc ille. Item instruimur vt quæcunque iusserit Deus faciamus, nihil disceptantes de eo quod iusserit exemplo istorum ministrorum.

QVANTVM ad tertium sciendum est, quòd conuersa aqua in vinum [dixit eis] scilicet ministris [Iesus, Haurite nũc] quasi diceret, quia est hora opportuna [& ferte architriclino]

Sciẽdum est autem vt ex decursu diuinæ scripturæ patet, & testatur S. Thom. quòd antiqui solebant comedere in lectis, vnde comedentes in scriptura dicuntur accumbere, vel recumbere. Et inde scamna quibus ad mensas sedimus, lecti dicuntur, siue thori. Et inde locus habẽs tres ordines mensarũ & scamnorũ, vt refectoria religiosorũ dr triclinũ a tris, i. tres, & cline, i. lectus, vel thorus. Dicit ergo architriclinum a tribus dictionibus, quæ sunt cline, & tris, & archos

princeps

princeps vel principalis. Inde architriclinus, princeps triclinij. Fuit enim iste secundùm Alchuinum primus inter conuiuas, vt puta aliquis ex sacerdotibus Iudæorum, vt quidam opinantur. Sed secundùm Chrysosto. fuit is, qui præerat conuiuio, qui adhuc erat ieiunus, ideo dominus voluit quòd iudex esset vini [Et tulerunt] idest portauerunt obedientes. Sed quare non mandauit eis, vt diceret Architriclino, quod ipse aquā mutasset in vinum? Respondet Chrysosto. quod ad humile nō pertinet sua facta gloriosa narrare. Habet enim hoc superbiæ speciem [Vt autem gustauit] id est statim postquā gustauit [architriclinus aquā vinum factū] idest conuersum in vinū [& nō sciebat vnde esset] quod additur ne credatur aliqua fictio ex parte Architriclini commendas vinum [ministri autem sciebant qui auserant aquam] vnde veraciter proprijs oculis viderunt aquam puram in vinū conuersam [vocat sponsum architriclinus, scilicet ignorātis virtutem miraculi, & admirans suauitatē vini. Vocat inquam ipsum, vt arguat vel vt veritatem inquirat [& dicit ei. Omnis homo] secundum consuetudinem generalē [Primum] id est in principio conuiuij quando sensus sunt ex ieiunio viuaces ad discernendum [bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint] idest cum multum potauerint, tunc supple ponit vinum [quod deterius est] quia vini deterioritas non ita percipitur infecto palato: & quia, vt dicit Sanct. Tho. minus bibunt, & quia vinum bonum in quātitate sumptum cū quātitate cibi nimis grauat, vt dicit idem [Tu autem] contra generalem consuetudinem & contra rationem [seruasti vinum bonum] id est melius [vsque adhuc] id est vsque ad hanc horam, qua sumus in fine conuiuii. Nunquam fuit in natura vinum isto præciosius, quia nunquam agēs inferius æquatur superiori. Tria autem sunt agentia subordinata, scilicet Deus, natura, & ars, sicut dictum est. Ideo sicut ars nūquam potest æquari naturæ, sed illam imitatur vt potest, vt patet, quia rosa artis nunquam est æquè perfecta vt rosa naturæ, ita natura in opere suo nūquam potest æquari Deo. Et ideo sicut dicit Chrysosto. hoc est generale in omnibus miraculis Christi, quod terminantur ad aliquid perfectius, quàm possit natura causare. Nunquàm enim natura posset dare ita clarum & acutum visum sicut ipse dedit cæco nato, & nūquam fecit vinū ita bonum, sicut fuit istud [hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ] Ista verba exponuntur à diuersis diuersimodè. Primò sic. Hoc fecit initium signorum in publico scilicet, quia alia fecerat in priuato, sicut creationem vel miraculosam formationem stellæ, & vocationem Magorum, Vel secundò quia hoc fuit primum signum ad manifestationē suæ gloriæ. Nam quod stellam creauit, & quod idola Aegypti corruere fecit, non ita manifestauerunt eum esse Deum, quia non fuerunt ita nota & publica, vt multis constaret hæc esse ab illo. Vel hoc fuit primum in Cana Galileæ, quia iam alibi fecerat alia, sicut in baptismo & ieiunio. Et istum sensum prætendunt verba euangelij. Nam dicit euāgelista, quòd hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, non absolutè & vniuersaliter. Sed in 3. parte. q. 43. dicit Sanctus Tho. quòd Christus non debuit per miracula suam deitatem & doctrinam asserere ante perfectam ætatem, quæ est triginta annorum. Nam ante istud tempus non competit docere, secundum sanctos. Nec etiam manifestare debuit deitatem, quia fuisset decredita humanitas. Vnde tenet ibi Sanctus Tho. & similiter super Ioan. quòd cœpit facere miracula in nuptijs. Sed quantum ego capio in hac re, ista est sententia Sancti Thom. Primum miraculum quod Christus fecit publicum, & ad publicandum deitatem, & cōfirmandam doctrinam suam fuit istud: & hāc sententiam tenet Magister histo. Vel possumus dicere, & redit in idem, quòd licet ante præsens miraculum Deus fecerit multa miracula in Christo, & circa Christum, tamen primū quòd fecit Deus per Christū fuit istud, [Et manifestauit gloriā suam.] i. latētē deitatē, & hoc quātū in se fuit, secūdùm Chry. licet multi tunc illā nō cognouerint. Vel gloriā suā secūdùm S. Tho. i. potētiam suā, qua est gloriosus [Et crediderunt in eum discipuli eius] Sed August. de cōsen. Euan, hic mouet quæstionem. Si enim tunc crediderunt in eum, quomodo erāt discipuli quando sunt ad nuptias vocati? Et soluit idem, quòd discipuli fuerunt vocati, non quòd discipuli essent tempore inuitationis, sed quia futuri erant. Non est autē hāc intelligendū secundū hæc

expositionē Aug. quæ ēt est sancti Thomæ, ꝙ tunc nullo mō essent discipuli, vel a Christo uocati, quia iam multos uocauerat, scilicet Andream, Petrum, Nathanaelem, Philippum, & vnum alium, sed dicendū est, vt communiter dicitur, & dicit Magister hist. ꝙ multi eorū fuerunt tribus vicibus vocati a Christo, quarum vocationum duæ, vel vna videntur fuisse post has nuptias, non autem prima. Primò enim sunt uocati ad Christi notitiam, de qua uocatione habetur Ioā 1. vbi habetur, ꝙ duo ex discipulis Ioannis audientes eum dicentem de Iesu, Ecce agnus Dei, qui a fierunt locum vbi maneret, & manserunt apud eum die illo &c. Secundò ad Christi familiaritatem, quando ſ. turbis irruentibus ascendit in unā nauem, quæ erat Symeonis & capta multitudine piscium vocauerunt socios, id est Iacobum & Ioannē, vt patet Luc. 5. Tunc enim secuti sunt eum, sed tamen ad propria redierunt, secundum aliquos. Tertiò ad Christi discipulatum, sicut quando ambulans iuxta mare Galilææ vocauit eos de piscatione, dicens. Venite post me &c. vt patet Matth. 4. Tunc enim uocatum Petrum, & Andræam, Iacobum, & Ioannem, secuti sunt eum perseuerantes, Quamuis dici possit, ꝙ adhuc nullus esset uocatus, sicut innuit Magister histo. Et ꝙ Ioannes præmittit nuptijs uocationē aliquorum, intelligitur anticipatiuè dictum, Sed primum est uerius. Vel sicut exponit sanctus Tho. crediderunt tunc in eum sicut in verum Deum, quod ante non fecerat, sed crediderunt ei tanquam viro bono, & prædicanti sana, ac iusta. Vel crediderunt viso miraculo, magis quàm ante sine miraculo crediderant, solo Ioannis testimonio.

Allegoricè ex August. & Beda, & Alchui. sciēdū est, ꝙ per vinū intelligitur scripturarū sensus. Beda. Apparente dño in carne vi nosa legalis sensus suauitas paulatim corporatur ob carnalē pharisæorum interpretationē a pristina sua virtute deficere. Hæc ille, & deficiēte hoc uino, Chrs fecit ex aqua uinū, scd̄m Aug. qn̄ aperuit illis sēsum, ut intelligerent scripturas. Sic enim sapit, & inebriat. ꝙ neque sapiebat neq; inebriabat. Nihil enim sapit diuina scriptura nisi in ea intelligatur Chrs. Sex hydriæ scd̄m eundem sunt sex ætates, in q̄bus loqu. lex & ꝓphetæ, q̄ sex ætates inter istos terminos cōpu tātur, q̄ sūt Adā. Noe. Abraā, Dauid Trāsmigratio Babylonis. Ioānis Baptista, Finis mūdi. Impleri aūt Hydrias scd̄m eundē est impleri ꝓphetias. Et scd̄m Alchuinū. ministri sunt doctores noui testamēti. Architriclinus aūt est aliquis principalis inter eos.

Moraliter, ista aqua significat lasciuiā in uenerē q̄ dēt nuptiarum ipē cōuerti in vinū bonum & Deo gratum, i. vsum matrimonij licite & fideliter obseruatum. Debet inquā cōuerti q̄tum ad substantiā. ut iā nō sit in opere, & q̄tū ad sapore ut iā nō sit in uolūtate, & q̄tum ad colorē ut iā nō sit in malo exemplo. Non n. debet coniunx familiaria colloquia habere cum personis suspectis.

Dominica secunda post octauam Epiphaniæ.

Textus euange. Matth. 8.



CVM descendisset Iesus de monte, secutę sunt eum turbę multæ, & ecce leprosus veniēs adorabat eū, dicens. Domine, si vis, potes me mundare. Et extendēs Iesus manū, tetigit eū, dicens. Volo, Mūdare. Et confestim mūdata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide nemini dixeris, sed uade ostēde te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimoniū illis. Cum aūt introisset Capharnaum accessit ad eū Centurio rogans eū, & dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur, & ait illi Iesus. Ego ueniā & curabo eum. Et respondens Centurio, ait. Domine, nō sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Et dico huic uade & uadit, & alio ueni & uenit

venit, & seruo meo, fac hoc & facit. Audiens autē Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis non inueni tantam fidē in Israel. Dico autē vobis, quòd multi ab Oriente & Occidēte venient, & recumbēt cum Abraam Isaac & Iacob, in regno cęlorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiū. Et dixit Iesus Centurioni, vade, & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora.

CVM descendisset Iesus de monte &c. Matth. 8. In præsenti euangelio tangūtur tria puncta. Quæ sunt, Emundatio. Supplicatio. Exauditio.

QVANTVM ad primum literaliter sciendum est, secundū Hiero. ꝙ Christus in monte docuerat & promulgauerat legē euangelicā, ideo volebat eam confirmare miraculis, quia per naturalem rationē ꝓbari nō potest. Dicit̄ ergo[cū descēdisset Iesus de mōte]in quo discipulos docuerat[secutæ sunt cū turbæ multæ]Aliqui propter deuotionē & doctrinæ suauitatē. Aliqui ꝓp curiositatē, vi. s. audirēt noua & viderēt miracula. Aliqui propter inuidiā, vt ei insidiarētur, cuiusmodi erāt Pharisæi. Aliqui ꝓpter infirmitatē vt sanarentur, sicut iste leprosus de quo sequitur [Et ecce leprosus veniens] qui. s. in montem ascendere non valebat, scd'm Chry. Sciēdū vero, vt dicit Chry. ꝙ dominus post sermonē in monte factum, facit miracula sanando, vt doctrinam cōfirmet, & primo sanando leprosum deorsum post descensum, vt significet legem euangelicā daram in monte, secūdùm Aug. supra legē Moysi esse, quæ leprosum excludit, Vel primo sanat Iudæū leprosum, & secūdo seruū Cēturionis Gentilem, & tertio socrū Petri, in signū ꝙ primi credētes fuerūt Iudęi deinde Gentiles, & vltimo reliquiæ credent Iudæorū. In signū cuius missa incipit in dextro cornu altaris, & in euangelio tendit ad sinistrum, & tandem reuertitur ad dextrum [Adorabat eum dicēs]Adoratio multiplicīter sumit̄, vt patet 3. par. q. 25. Est enim adoratio latrię qua aliq̄d veneramur, sicut principiū omniū rerū, & ista soli Deo cōuenit. Est & adoratio duliæ, qua adoramus creaturas rationales excellētes, quibus cōmunicatur diuina excellētia, aut ratione regiminis, aut ratione sanctitatis. Est isto modo sępius leguntur ēt sancti adorasse reges, sicut Nathan adorauit Dauid. Est & alia adoratio, quæ est species duliæ, & hyperdulia dī, qua adoramus rationales creaturas habētes spirituale vnionē & rationē ad Deum, vt beatam Virginem. 2. 2. q. 103. Iste autem leprosus, secundùm Chry. super Matth. adorauit Christū latria, quia cognouit eum esse Deū, vt manifestat, cū dicit[Domine, si vis, potes me mūdare]ac si dicat scd'm Orige. Domine oīa per te facta sunt, tu ergo si uis, potes me mūdare. Voluntas enim tua opus est, & opera tuæ voluntati obediunt. Hæc ille. Et secūdùm Chry. cum dicit, si vis non dubitat quin Christus velit omne quod bonū ē, sed dubitabat, an sibi expediat curatio[Et extēdens manū tetigit eū, dicens]Cum aūt posset solo verbo curare, voluit eum tangere, vt ostenderet manum suam esse diuinitatis organū. Et scd'm Chry. vt ostenderet se esse supra legē, quæ leprosum tāgere ꝓhibebat. Vnde & Heliseus nō tetigit Naaman. Et licet scd'm ꝙ dicit idē Chr. Christus videret̄ facere cōtra verba legis, tū nō faciebat cōtra intētionē eius, quia lex ꝓhibuit hoc ne tāgēs inficeretur. Non erat ergo prohibitū ei qui tetigerūt mortuū ad suscitandū. vt patet 3. Reg. 17. & 4. Reg. 3. Dicit aūt S. Th. 2. 2. q. 103. ar. 2. ad quartum, quòd tactus leprosi erat in lege prohibitus, quia ex eo incurrebat homo quandam immunditiā irregularitatis, sicut ex tactu mortui, quam incurrere nō poterat leprosi mundātor Christus. Vel secundùm Chry. vt indicet mūdo nihil esse immundū. Vel scd'm Orige. & Rabanū, tetigit propter humilitatē, vt doceret nullū deberi sperni. Vel scd'm Rabanū, vt ostēdat se nō hīre corpus phantasticū[Volo mūdare]scd'm Hiero. ly mūdare, nō est infinitiui, sed imperatiui modi, & est principiū versus sic, ꝙ ille duæ dictiones. Volo, Mundate, sunt virtualiter duo versus, siue duę sententiæ. Quia enim illi dixerat, si vis, dixit, Volo: & quia dixerat, potes me mundare, dixit, Mundare, & confestim mundata

est lepra eius]Est autem sciendum, ꝙ præcepta veteris legis cerimonialia vsq; ad Christi passionem durauerunt. Ideo Christus illa seruauit, & seruari mandanit alijs. Erat aũt scriptum in lege, Leui.14. ꝙ mundatus a lepra nõ debebat restitui ad cõem habitationẽ hominũ, nisi prius iudicaretur mũdatus per sacerdotis iudiciũ, & facta oblatione dño pro sua emũdatione. Sequitur ergo [& dixit illi Iesus. Vide nemini dixeris]suple te esse mũdatũ, s. anteq̃ peregeris quę in lege iubẽtur, secũdùm Chry. & iudicio sacerdotis diiudiceris mũdatus, ad quẽ ꝑtinet sic iudicare, ne sacerdotes audientes eum tactu sanatum, odio Christi, repellerẽt illum. Sed secundùm Chry. in Homel. hoc dicit, vt discamus ꝓprias laudes nõ q̃rere, sicut alij iussit vt diceret quãta fecisset ei Deus, vt discamus quærere gloriam Dei. Vel secũdùm Raba. vt doceret non esse vulganda nostra beneficia, Vel secũdũ eundẽ, & Hierony. q. a ipsum factum se sufficiẽter declarabat. Sed restat dubium, quia iste tenebarur obedire Christo, & tamen approbatur, vt videtur a beato Marco. 1. ca. dicente, quòd vbique dif famauit eum. Ad hoc dicunt quidam ꝙ triplex est domini præceptum, scilicet. Primũ ad exequendum, vt illud Exod. 20. Honora patrẽ tuum &c. & Secundum ad probãdũ, vt præceptum Abraæ de occisione Isaac, Gene. 22. & Tertiũ ad instruẽdum, vt istud, per quod Christus voluit nos instruere de his quæ supra dicta sunt. In primo est volũtas diuina de actus impletione, & in secundo de præparatione ad implendum. Vnde Ambro. lib. de patriar. pertractans illud ne extendas &c. dicit. Affectum inquisiuit, non factum exigit, & in tertiò est solũ respectu alicuius quod erat in illo p̃cepto, puta exẽplum humilitatis, vt latere velimus. Et ista consonant S. Th. 2. 2. q. 104. arti. 4. primum sic dicẽti in simili. Dominus cæcis dixit vt miraculum occultarent, scilicet Matthæi 9. non quasi intendens eos per virtutẽ diuini præcepti obligare, sed sicut dicit Grego. 20. morali. seruis suis exemplum dedit, vt ipsi quidem virtutes suas occultare desiderent, & tamen vt alij eorum exemplo proficiant prodantur etiam inuiti. Hæc ex illo[Sed vade ostende te sacerdotibus] Hieron. Mittit autem eum ad sacerdotes propter humilitatem, vt sacerdotibus deferre videatur. Deinde vt videntes mũdatum leprosum si crederent Saluatori saluarentur, si non crederent, inexcusabiles fierẽt; & similiter ne q̃d in eo sæpissimè criminabantur legẽ infringere videretur. Hęc ille[Et offer munus tuũ quod præcepit Moyses]scilicet Leui. 24. scilicet pullos turturum &c. [in testimonium illis]secũdùm Chrysosto. super Matthæ. nõ est sensus, quòd præcepit in testimonium illis, sed offer in testimonium illis, idest in accusationem & attestationem, quoniam qui nunc erant fienda, feci. Præuidebat enim Christus, vt idem in Homel. dicit, quòd ex hoc nihil proficerent illi in bonum emẽdationis, & tamen non omisit facienda. Vel secundùm Orige. offer munus tuũ, vt omnes qui viderint te illud portare, miraculo credant. Vel secundùm Chrysosto. super Matt. vt si vellent illum quasi immũdum repellere: dicere posset, quare munus accipitis si mundus non sum? Quare autem modo ista lex non obseruetur, vide supra in die circuncisionis.

Sed restat dubium circa hoc miraculum, quia glo. dicit illud factum antequam intraret Iesus Capharnaum, & tamen dr̃ Lucæ quintò. Actũ est, i. vna ciuitatũ. Gl. i. Capharnaum, & ecce vir plenus lepra. Ad hoc dicit Beda super Luc. quod Christus in Capharnaũ bis venit. Primò incarcerato Ioãne, qñ fecit tria miracula, quæ narrat Lucas, s. 4. c. vbi dicit, ꝙ sanauit dæmoniacum, & socrũ Petri, & cõcludi fecerit multitudinẽ pisciũ, sicut ibi dicitur cap. 5. & deinde mundauit istum leprosum. Et secundò quando descendit de monte, vt hic dicitur, & habetur Lucæ 7. Est igitur hoc miraculum factum in Capharnaum, vt dicit Lucas, & antequam intraret Capharnaum Christus secunda vice, vt dicit illa glo. Item gloss. videtur velle quòd primo sanatus sit iste leprosus, deinde seruus Centurionis, & tamen glo. Mar. videtur velle quòd iste sit sanatus quarto loco. Sed respondetur. ꝙ fuit sanatus primo loco secundum ordinem historiæ, quem Matth. sequitur, sed quartò loco secũdũ ordinẽ mysticum, quẽ sequitur Luas præmittẽs curationẽ dæmoniaci, quia maior est cura Deo de aĩa, q̃ de corpore. Nã euãgelistæ multa anticipãdo & recapitulãdo scribunt. Et ita facit hic alter euãgelistarũ: & vt credo Luc. sicut patet ex ordine, quẽ seruat magi. hist.

Alle-

Allegoricè hic significatur ꝙ Bed. exprimit dicẽs. Vir iste genus est humanũ, q. nõ solũ leprosus, verũetiã iuxta euangeliũ Lucæ plenus lepra fuisse describit, Oes.n. peccauerũt, & egent gratia Dei, ita, s. vt extenta manu Saluatoris, hoc ẽ incarnatio Dei verbo, humanamque cõtingente naturã, ab erroris prisci veritate mundetur, & qui diu tius abominabiles & a castris populi Dei deiecti, iam aliquando tẽplo reddi, & sacerdoti queãt offerre hostiam viuentem illi, s. cui dicitur. Tu es sacerdos in æternum. Hæc ille.

Anagogicè aũt hic significatur, ꝙ Christo post incarnationem & prædicationẽ suã descendẽte de monte, idest veniente de cœlo ad iudicium, perfectè mundatur leprosus, idest peccator in Capharnaum, idest in villa consolationis. Licet enim sit genus humanum per Christi passionem sanatum à peccato, sic ꝙ remedium habet contra omnia peccata, tamen stat inclinatio ad malũ, quæ tunc tolletur, & similiter passibilitas atque mortalitas corporum.

Moraliter significatur, quòd Remig. exprimit, dicens. Per leprosum designatur peccator. Nam peccatum immundam & variã animam facit. Qui ante Christum procidit quando de pristinis peccatis confunditur, & tamen debet confiteri, & remedium pœnitentiæ postulare. Nam leprosus vulnus ostendit, & remedium postulauit. Extendit autem dominus manum quando auxilium diuinæ miserationis intendit, & statim cõsequitur remissionem delictorum, nec debet ecclesiæ reconciliari, nisi iudicio sacerdotis. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tangitur supplicatio Centurionis. Literaliter ergo sciendũ est, ꝙ iste Cẽturio sicut habetur Luc. 7. non accessit primò personaliter ad Christum, sed misit seniores Iudæorum, q̃a vt ibi dicitur, reputabat se indignum accedere ad Christum, cũ esset Gentilis. Iesus autem ibat cum senioribus ad domum Centurionis: & cum prope domum esset, misit, vt idem Luc. dicit, amicos suos, dicens. Domine nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ, & ẽt ipse postmodum amicos secutus est, secũdũ aliquos, & quæ ꝑ amicos mãdauerat, ꝓprio ore replicauit. Et secũdũ ista q̃ dicit Luc. oportet intelligere verba Mat. q. breuiter historiã tetigit, dr̃ ergo [Cum intrasset Capharnaũ] q̃ erat principalis ciuitas Galileæ [accessit ad eum Centurio] Cẽturio iste secundùm August. & Chrysosto. erat Gentilis, id est miles Romanus, habẽs sub se milites centum ad custodiam ciuitatis, ne rebellaret. Hic auditis miraculis Christi plus credidit, quàm audiuit, vt dicit Chryso. ideo accessit ad dominum. Contra, quia Lucas dicit ꝙ misit. Ad hoc dicit Aug. quòd accessit per amicos, non autem personaliter. Q̃d enim per alium facimus per nosipsos facere dicimur, secundùm philosophum in 2. Eth. Chrys. autẽ dicit, ꝙ misit primo seniores, & postmoũ ipse secutus est. Et vtrumque, s. dictum Augu. & Chry. forte fuit verũ [rogans eũ & dicẽs] per eos seniores [Domine, puer meus,] i. seruus secũdum Chrys. [iacet in domo paralyticus,] i. membris dissolutus & destitutus [& male torquetur] secundùm Rab. oĩa ista de puero suo dixit, vt suæ animæ mõstraret angustias, & flecteret dominum. Chry. autem in home. dicit quosdam asserere, ꝙ ista dicat Centurio, quasi se excusans, ꝙ eũ non adduxisset ad dominũ. Et nota, ꝙ iste Cẽturio secũdũ eundẽ Chry. ostẽdit bonitatẽ in hoc, ꝙ solicitatur ꝓ seruo, & fidẽ secundũ gl. quia credidit Christũ absentẽ posse conferre salutem & sapiẽtiã, secundum gl. inquantum nihil rogauit, sed tantum exposuit, ostendens se scire, ꝙ Christus esset potens ad faciendum, sapiens ad intelligendum, & misericors ad exaudiẽdũ.

Allegoricè, secundùm Aug. Capharnaũ, i. villa pinguedinis & cõsolationis, s. spiritualis, est ecclesia militans. Centurio iste significat primitiuos Christianos, secundùm Remig. ad quorum fidem comparata fides Iudæorum, est infidelitas. Hic rogat ꝓ seruo, secũdùm Remigiũ, q. a primi Gẽtiles cõuersi rogarũt pro conuersione totius gentilitatis vel pro conuersione Iudæorum secundum aliquos, qui erant Romanorum serui.

Moraliter per Centurionẽ prælati significantur, qui de salute subditorũ debent esse soliciti. Isti debẽt pro salute subditorum accedere ad Christum per contemplationem, & ei supplicare per orationem &c.

QVANTVM ad tertium sciendum est literaliter, ꝙ Christus audita petitione Centurionis statuit illum exaudire, ideo dr̃ [Et ait illi Iesus,] s. per seniores Iudæorũ [ego veniã & curabo eũ] secũdùm Chry.

Christus consueuit vbique voluntate sequi supplicãtiũ, hic autẽ plus spõdet q̃ rogatus fuerit, quia nõ fuit rogatus, vt personaliter accederet [Et respondens Centurio, ait illi] nõ per os suum primo, sed per os amicorũ, vt dicit Lucas quamuis postmodum & ipse post amicos veniens, vt ait Chry. eadem verba protulit, dicẽs [Domine nõ sum dignus, ut intres sub tectũ meũ] scd'm Raba. iste pp cõscientiã vitæ Gẽtilis grauari magis se dignatione putauit dñi, q̃ iuuari, maximè, q a vt dicit Magister hist. Iste forte idola habebat in domo, ideo verebat̃ recipere Christũ [Sed tm̃ dic verbo & sanabit̃ puer meus] scd'm Hieronymũ, in hoc ostẽdit se Chri diuinitatẽ credidisse, & similiter scd'm Chrysostomũ sup Matth. qui ait. Sciebat quoniã astabant illi inuisibiliter Angeli ministrãtes, quæ verba eius verũt in opus. Quod & si Angeli eẽssent, tamen infirmitates præceptis eius suuantibus expelluntur. Hæc ille. Ideo subditur [Nam & ego homo sum sub potestate Imperatoris & Præsidis constitutus, habẽs sub me milites, Et dico huic vade & vadit, & alio veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit] ac si dicat scd'm Chrysostomũ sup Matth. Sicut ego sum sub alterius potestate, & tamẽ iubẽdi potestatẽ habeo: ita & tu quãuis sis sub patris potestate inquãtum homo, habes tñ potestatẽ iubendi Angelis. Vel scd'm Augustinũ de verbis domini. Si ego sub potestate cõstitutus habeo iubendi potestatẽ, quãtũ potes tu, cui oĩum seruiunt potestates? Hæc ille. Glosa. Potes ergo per Angelorũ ministeriũ sine corporis præsentia dicere infirmitati vt recedat, & recedet, & sanitati vt veniat & veniet. Hæc illa [Audiens aũt Iesus] verba. s. Centurionis fide plena [miratus est] Sed contra, quia admiratio ex ignorantia prouenit. Ad hoc dicũt Augu. & Chry. ꝙ illa admiratio fuit exemplũ, ad ostẽdendũ, ꝙ Centurio erat mirandus. Sed S. Tho. super Mat. dicit ꝙ duplex est admiratio, Vna. s. quæ prouenit ex ignorantia, & ista non cadit in Deo. Alia q̃ prouenit ex apprehensione scd'm imaginationẽ, vel phantasiam, & ista sunt in Christo. Nico. de ly. ponit in hoc loco sciam quadruplicẽ in Christo, iuxta ea q̃ scripsimus supra dominica infra octa. Epiph. & dicit, ꝙ secũdũ experimẽtalẽ potuit verè mirari sicut & ignorare: licet aũt Christus ab æterno cognouisset Centurionis fidem & fidei causã: fidem tamen illam non erat expertus, nec tunc fidei causam per istam scientiam sciuit nisi arguitiue & syllogizãdo: ideo miratus est. Et ista expositio Nico. de lyra, est valde pulchra, & secũdũ mentẽ S. Th. 3. par. q. 12. Sed ipsemet Nicolaus postmodũ Lucæ 2. istã scientiã experimentalẽ negat in Chro [Et sequẽtibus se dixit, amen] idest fideliter & vere [dico vobis, non inueni tantã fidẽ in Israel] Sed cõtra, q̃ patriarchæ & prophetæ fuerũt fidelissimi. Ad hoc dicit Hiero. & Magi. histo. ꝙ dominus nõ loquebatur quo ad præteritũ tẽpus, sed quo ad illud quo pñsens erat. Sed iterũ contra videtur esse instãtia de Apostolis & Marta & Maria. Ad hoc dr̃ secũdũ Magistrũ hi. ꝙ nomine Israel nõ intelliguntur illi, qui Christũ sequebatur q bus loquebatur. Loquebatur autẽ vt videt omnib. suis discipulis, quãuis ibi forte omnes nõ essent, q a illi q ibi aderant repræsentabãt totũ collegiũ discipulorum. Chry. autẽ dicit, ꝙ fides aliqua dicitur magna absolute & cõparatiuè. Fides ergo Centurionis fuit magna & mira cõparatiuè, non absolutè, sicut si rusticus aliquid sapienter dicat, ẽ mirum: nõ autẽ si hoc dicat philosophus: Et intendit Chry. ꝙ fides Centurionis absolutè fuit minor fide discipulorum, sed cõsiderando ꝙ Gẽtilis erat, fuit maior, quia neque miraculum viderat, neque sermonẽ audierat, secundùm Hiero. fides Centurionis cõmendatur, non sicut fides illius personæ, sed sicut fides gẽtium quã significat: fuit autẽ maior fides gentium fide Iudæorũ. Nic. de Lyr. videtur dicere ꝙ p Israel intelliguntur principales populi illius, qui nõ crediderunt, sed alios auerterunt a fide. Sed q d dicemus de beata Virgine? Dico ꝙ quęlibet pdictarum responsionum adaptat beatæ Virgini. Vlterius dico, ꝙ Christus comparat Centurionẽ eis, qui crediderunt postquã ipse cœpit prædicare & discurrere per populũ illum, & hoc notatur in illo verbo inueni. Non. n. inuenitur nisi quod quęritur. Beata autem Virgo credidit antequã Christus nasceretur. Sequit [Dico autẽ vobis ꝙ multi] nõ autẽ oẽs, vt ait Aug. [ab Oriente & Occidente venient] id est ab omnibus partibus mundi, secundùm Aug. hic Orig. mouet q̃stionẽ, quare dicitur hic multi, cum alibi dicatur, pauci sunt electi. Soluit autẽ, ꝙ p singulas

gulas generationes pauci sunt electi, sed simul sunt multi. Vide de hoc infra dominica in Septuagesima [Et recumbēt] nō carnaliter iacēdo, sed spiritualiter quiescendo, secūdùm Augu. [cū Abrahā, & Iacob in regno cœlorū] id est in ecclesia triūphanti post labores perpessos in ecclesia militāti [Filij autē regni] id est Iudæi, q a filij regni dicūtur secundùm Hiero. quia in eis Deus ante regnauerat, secūdùm Chryso. aūt quia eis erat regnū pparatū, cū ad eos principaliter fuerat Christus missus [eijcientur in tenebras exteriores] Interiores sunt tenebræ ignorātiæ, vel culpæ: exteriores sunt tenebræ gehēnæ. Dicitur autem culpa tenebra secūdùm S. Tho. super Ioann. primò, quia caret lumine rationis: secundò, quia fit in tenebris: tertiò, quia ducit ad tenebras exteriores, id est gehennæ. Nam in inferno erunt tenebræ, vt patet per S. Tho. 3. distinctio. 2 5. & non lux nisi quantum sufficit ad videndum aliqua afflictiua. Et si quæritur, & quarè ignis ille non lucet? Dicunt aliqui quòd hoc est, quia ille ignis est in medio terræ, ideo fumosus est, & obscurus. Vel potest dici, quòd hoc est diuinitus. Vñ secundùm Gregor. lucet ad pœnam, & non ad solatium. Vel pōt dici melius, quòd ignis ille naturaliter non lucet, licèt sit ibi diuinitus, quia vt patet 3. distin. 44. quæst. 3. artic. 2. quæst. 2. ignis non lucet accensus in propria materia, neque in aliena terrestri, vt i sulphurea, nec in fumo grosso. Et intellige, φ non lucet in istis clare, licet aliqualiter luceat. Reuera tamen ad hoc concurrit virtus Dei inquantum illum tenet ibi, & materia in qua est accensus, q a est in propria, vel in terrestri, & circunclusio terræ non permittentis lucem solarem per aliquod spiraculum ingredi ad illū, & consequenter reprimentis exhalationem fumi, qui, vt videtur ibi, est & grossus, quia ille ignis videtur accessus in materia sulphurea quantum ad suas extremitates saltem, secundū illud Psal. Ignis, sulphur &c. [Ibi erit fletus & stridor dentium] Haymo per metaphoram membrorum pœnas describit tormentorum. Scient enim oculi fumo torti lachrymas producere, dentes verò a nimio frigore stridere. Ostenditur ergo, quòd reprobi in inferno, & calorem intolerabilē, & frigus sustinebunt, secūdū illud Iob 23. Transierunt ab aquis niuium ad calorē nimium. Hæc ille. Sicut autem patet ex Sancto Tho. 4. distinct. 50. & 4. contra Gentiles. 179. & quolibet. 7. quæst. 5. in fletu est aliquid spirituale, scilicet tristitia, & hoc erit in omnibus damnatis, etiam spiritibus. Est etiam aliqiud corporale, quod est sine generatione & corruptione, vt turbatio capitis, & oculorum, & hoc etiam erit in hominibus damnatis post resurrectionem. Est etiam aliquid corporale, quod habet generationem, & corruptionem annexam, vt resolutio lachrymarum, hoc nō erit cessante primo motu, qui est omnis generationis & corruptionis causa. Stridor quoque dentium eadem ratióne ibi erit, vt patet in locis allegatis, quia non importat alterationem, sed solum motum localem, sicut capitis turbatio & oculorum [Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti, fiat tibi] quasi dicat, secūdùm Chrysosto. secūdū fidei mēsurā remittetur tibi [Et sanatus est puer ex illa hora] Chrysosto. Vbi velocitatem admirare, neque enim solū curare, sed inopinatè, & in momento temporis hoc facere virtutem Christi ostendebat. Hæc ille. Allegoricè patet ex dictis.

Anagogicè verò significatur, quòd in Capharnaū, id est in cœlo sanabitur paralysis nostra, id est defectus corporalis, quia tunc reformabit corpus humilitatis nostræ, secūdū illud Phil. 3. Saluatorē expectamus &c.

Moraliter autem docemur iuxta doctrinā Greg. dicentis. Hic superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam, quā ad imaginem Dei facti sumus, sed honores & diuitias veneramur. Redemptor autē noster, vt ostenderet quoniā quæ alta sunt hominibus, sanctis despicienda sunt: & quæ despecta sunt hominibus, sanctis despicienda non sunt. Ad filium Reguli ire noluit, ad seruum autem Centurionis ire paratus fuit. Hæc ille.

Item moraliter sciendū est, quòd iste qui erat seruus & paralyticus, & male torquebatur, significat peccatorē. Nam peccator est seruus diaboli, & peccatorum, iuxta illud 2. Pet. 2. A quo quis &c. & Io. 8. Omnis qui facit peccatum &c. Et etiā paralyticus, nā paralysis est morbus reddens mēbra mollia, & dissoluta, & dissipata. Similiter peccator, est mollis cedens omni tentationi, & aduersitati, & dissolutus nō hñs vinculū timoris,

vel

vel amoris, & dissipatus, i. confractus, nullũ bonum propositum valens retinere. Similiter etiam torquetur in prosperis per curam superfluã, & male torquetur in aduersis per impatientiam, & pessimè torquetur inter peccata, iuxta illud Ambr. Quæ pœna grauior quàm interius vulnus conscientiæ?

Dominica tertia post octa. Epiph.

Textus Euang. Matth. 8.



SCENDENTE Iesu in nauiculã, secuti sunt eum discipuli eius; & ecce motus magnus factus ẽ i mari, ita vt nauicula operiret fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt & suscitauerunt eũ, dicentes. Domine salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicę fidei? Tunc surgens imperauit vẽtis & mari, & facta est trãquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic? Quia venti & mare obediunt ei?

ASCendẽte Iesu in nauiculam &c. Matth. 8. In isto euangelio tanguntur tria puncta, q̃ sunt, Periclitatio, excitatio, liberatio.

QVANTVM ad primum literaliter sciendum est, ꝙ sicut dicit Orige cũ multa magna & admiranda ostẽdisset Christus in terra, transijt ad mare, vt ibidem excellẽtia opera demonstraret quatenus terræ marisque dominum se esse cunctis ostenderet. Hæc ille. Ideo dicitur [Ascendente Iesu in nauiculam] Christus, vt dicit beatus Matth. paulo ante vidẽs turbas multas circa se propter miracula, quæ fecerat in Galilæa, vbi sanauerat leprosum descendens de monte, & seruum Cẽturionis, cum introijsset Capharnaum, & socrum Symonis, quæ tenebat magnis febribus, voluit deserere Galilæam & transire mare Galileæ. Ascendit ergo nauiculam, vt iret vltra lacũ illum, propter multa secundùm S. Tho. super Matth. Primò, vt ostenderet infirmitatem humanæ naturæ, quæ aliquando indiget repausatione. Vnde dicitur Marc. 6. Venite seorsum in desertũ & requiescite pusillum Secundò, vt complaceret discipulis, ideo aliquãdo ascẽdebat cũ eis in montẽ, aliquando ibat in desertum, aliquando in nauem. Tertiò, vt daret nobis exemplum declinandi fauores humanos. Quartò ad mitigãdum inuidiam Iudæorũ [Secuti sunt eum discipuli eius] secundum Chryso. accepit Christus discipulos. Primò vt in fluctibus assuescerent nõ timere pericula. Secundò, vt dum viderent se fluctuare & periclitari, non eleuarentur in superbiã, ex hoc ꝙ ipsos cęteris dimissis assumpserat. [Et ecce motus magnus factus est in mari] id est in lacu more Hæbraici sermonis, quo omnis aquarum congregatio mare nuncupatur, siue dulcis siue salsa, vt ait Bed. [ita vt nauicula operiretur fluctibus] id est vndis, & consequenter spes salutis erat ablata.

Est autem sciẽdum secundũ Originẽ, & Sanctos, quòd ista tempestas non est facta ex naturali causa, quæ est sydus aliquod maximè de erraticis vel ventus, aut aliquod cõturbans fundum maris, vel ventus generatus, & alibi flans supra mare. Fundum autẽ maris conturbat ventus ibi generatus, & & balena, vt dicit S. Tho. super Iob: sed ex virtute & ordinatione diuina fuit, & hoc propter duas rationes, propter quas voluit discipulos descendere in nauim, secũdũ Chryso & tertio secundũ Orige. vt manifestaretur virtus Christi. Vnde magna tempestas facta est, vt magnum appareret miraculũ.

Allegoricè ista nauis secundùm S. Tho. super Matth. est Ecclesia, super quam ascendit Christus per fidem, & in qua cum Christo sunt discipuli tanquam pastores. Tempestas vero significat futuras discipulorum angustias, de quibus dicitur 2. Cor. 1. Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Et similiter tribulationes persecutorum & hęreticorũ. Mare vero est præsens sæculum, in quo fluctuare habebat ecclesia agitata ventis passionũ & illisa scopulis tribulationum, exposita rapinis pyratarum, id est dęmoniorum.

Pro hoc autem sciendum est allegoricè Deum multas naues fecisse, id est nauẽ innocentiæ, in qua posuit Adam, quæ & naufragium pertulit, quando Adam peccauit.

Deinde

Deinde nauem synagogæ, in qua posuit homines terrenos, i. Iudæos, quibus solū terrena expresse promisit, quæ & naufragiū pertulit quando gubernatorem Christum negauit & occidit. Deinde nauem ecclesiæ, quæ ad instar nauis fuit angusta in principio, & similiter erit in fine tempore Antichristi ꝓpter credētium paucitatem: in medio uero tempore est, fuit, & erit valde dilatata, Chryso. Nauigat ecclesia instructa fidei gubernatore felici cursu per huius sæculi mare, habens Deum gubernatorē angelos remiges, portās choros omniū sanctorum, erecta in medio ipsa salutari arbore crucis, in quo euangelicæ fidei vela suspendens, flante Spiritusancto ad portum Paradisi, & securitatē quietis æternæ deducitur. Hæc ille. Egredienti hanc nauem per mortale nullum remedium superest nisi pœnitentia, quæ est secūda tabula post naufragium, vt colligitur de pœ. di. 1. cap. multiplex, & cap. secunda tabula, & cap. super tribus. Comparatur autem pœnitentia tabulæ, licet & ipsa sit nauis, quia respectu Innocentiæ prosperè non ducit ad portum.

Moraliter ista nauis pœnitentiam significat, qua ad salutis portum ducimur. In hanc qui sequens Christum ascenderit, licet quatiatur tentationibus mundi, carnis, & diaboli, tamē perueniet tandem ad portum salutis, ad quem sine ipsa nullus post peccatū potest attingere. Vnde est sicut arca Noe, extra quam nulli patuit salus, tempore diluuij. In hoc tamē est differentia secundum Chry. de Lau. Pau. quia in arca Noe Leo intrauit, & Leo exiuit, sed per pœnitentiam Leo, id est superbus ingressus mutat̄ in ouē, id est mansuetū, & sic de alijs. Existētem in hac naui exagitat motus magnus, causata procella tentationis primo à causa superiori, scilicet stella, i. a Deo permittente ad humiliationē, & cōseruationē gratiæ, & secūdo a causa inferiori, scilicet fundo maris, id est aliquo tyranno persequente, & propria inclinatione vel passione interius innata. Et tertio a causa media, scilicet vento, id est dæmone sæuiente.

QVANTVM ad secūdum literaliter sciēdū est, ꝙ sicut Christus studiose mouit mare, ita studiose subtraxit solatiū præsentiæ suæ, q̄ modo, vnde dicitur [Ille vero] scilicet Christus [dormiebat] Chryso. Si enim eo vigilante facta fuisset tēpestas, vel non timuissent, vel nō rogassent, vel neque ipsum posse aliquid tale facere crederent. Hæc ille. Dormiebat ergo primò, vt discipulos cōstitueret inter timorē & spē, secundū S. Th. vt ostēderet se verū hominem. Quādo enim volebat probare se esse Deū, faciebat aliquod humanitatis signū, ne decrederet humanitas. Sed tātū ꝑualebat tempestas, ꝙ coacti sunt excitare Christū. Orig. Tāto aūt metu discipuli fuerūt cōterriti, & penè animo alienati, vt irruerent in eū, & non modeste ac leniter suggerent, sed turbulenter suscitarent eū, vnde sequitur [Et accesserunt ad eū, & suscitauerūt eū, dicentes. Domine salua nos, perimus] O veraces discipuli Saluatorem vobiscum est, & de morte soliciti estis? Sed respondeant. Paruuli sumus & adhuc infirmi, ideoque timemus, vnde sequitur [Et dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicæ fidei?] quasi dicat. Si potentē me super terram cognouistis, quare nō creditis, ꝙ in mari potens sum. Et si mors irrueret, nōne eam debuistis constantissimè sustinere? Qui modicū credit, arguetur, ꝙ nihil credit, & cōtēnetur. Hæc Orig. Sed quomodo isti fuerūt modicæ fidei, qui dixerūt, salua nos? Ad hoc dicit̄ secūdū S. Th. super Matth. ꝙ si habuissent magnā fidē, ipsi potuissent imperare mari. Vel secūdū eūdē, & Chry. q. a non crediderunt, ꝙ dormiens posset saluare. Vnde ēt secundū eūdē Chrys. propter hoc Christus non fecit hoc signum præsentibus turbis, ne accusarentur discipuli modicæ fidei, sed seorsum voluit eos arguere & emēdare.

Allegoricè, hic secundum Hier. significatur, quod ecclesia fluctuante, Christus quiescit, & dormit patientiam nostram, & impiorum pœnitētiam expectans, vt dicit Orige. Excitatur autem ad succurrendum orationi sanctæ, clamoribus sanctis pastoribus orantibus pro grege commisso.

Moraliter verò significatur, ꝙ existentibus nobis in naui pœnitentiæ, & flante uēto tētationum subtrahitur nobis auxilium diuinum, non adeo vt submergamur, sed vt timeamus submergi, & tunc debemus Christum excitare clamoribus cordis. Aug. Excita Christum in corde tuo, vigilet fides tua, tranquilletur cōscientia tua, & liberabitur nauis tua. Hæc ille.

Sciendum est tamē, ꝙ Christus, seu Deus alicubi

alicubi semper dormit, scilicet i inferno, q a dănatos ppetuæ obliuioni tradidit, nullo modo eos liberãdo, alicubi uerò semp uigilat, id est in cœlo q a oë sanctorũ desideriũ statim q ctat, alicubi vero quãdoq; dormit, & quãdoq; vigilat seruos suos à tentationibus custodiẽdo. Psal. Ecce nõ dormitabit neque &c. Et dormite, eos tribulationibus exponendo, ideoq; dicit idem propheta. Exurge quare obdormis domine.

QVANTVM ad tertiũ literaliter sciẽdum est, q Christus visa opportunitate p petrãdi miraculum, voluit ostendere potentiam suam, ideo sequitur [Tunc surgens imperauit ventis & mari] Tempestas enim seu inquietudo maris causatur, vt plurimum, effectiuè à ventis, materialiter autem ab aqs, ideo vtrisque imperauit. Et istud imperium seu præceptum non fuit factum vocaliter propter ipsa elementa insensibilia, sed propter ipsos homines astantes, vt scilicet per hoc perciperent q eius virtute, & imperio quieuit mare [Et facta est tranquillitas magna] scilicet statim, secundum Chryso. Et in hoc apparuit miraculũ, quia vt idem dicit, cum mare quietatur naturaliter, non statim efficitur quietũ [Porrò homines mirati sunt dicentes] Isti homines, secundum Orig. non erant discipuli, sed nautę. Nam discipuli propter honorẽ domini nullibi appellantur homines, sed discipuli vel Apostoli. Si tamen, vt ait Hiero. quis velit contendere eos fuisse discipulos, dicendũ est, q rectè dicti sunt homines, quia necdum nouerant potentiam Saluatoris [Qualis est hic] Vt dicit gl. Chry so. ponit talem textũ. Qualis est hic homo. Somnus enim, & figura monstrabat hominem, sed mare, & trãquillitas Deum arguebant. Non autem, vt ait Orig. interrogando dicunt qualis est hic, sed asserentes q talis sit [Quia mare, & venti obediunt ei.]


Allegoricè significatur, q nauis ecclesiæ cõturbatur, sed non submergitur, & cessante venti persecutionum, & hæresum Christo deijciente tyrannos, & hæreticos, & quod vsque in finem durabit. De hoc vide Dominica 10. post festum Trinitatis.

Moraliter significatur, q tẽtatis clamãtibus ad Deum fit trãquillitas mẽtis: Tob. 4. Post tẽpestatẽ tranquillũ facis, & post fletũ & lachrymas consolationem iudicis.

Est tamen notandum, q allegoricè secundùm Raba ista nauicula significat Crucem, quam Christus ascendit, & facta est turbatio in morte eius, sed per resurrectionem excitatus, hoc desiderantibus discipulis, quietauit omnia Vnde cantat ecclesia. Claro paschali gaudio, sol mundo nitet radio, cum Christũ iã apostoli, visu cernunt corporeo.

Dominica quarta post octauam Epiphaniæ.

Textus euan. Matth. c. 13.



SIMILE factum est regnum cœlorũ homini, qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cùm autẽ dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cũ autem creuisset herba, & fructum fecisset, tũc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus & colligimus ea? Et ait, Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite vtraque crescere vsq; ad messem, & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticum autẽ congregate in horreum meum.

SIMILE factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonũ semẽ in agro suo] Matth. 13. In præsenti euangelio tangũtur tria pũcta, quæ sunt. Gemina seminatio, Gemina interrogatio, Gemina cõgregatio.

QVANTVM ad primum sciendum est, q totum istud euãgeliũ est parabolicum

litum, vnde sensus literalis non est ille, quẽ voces exprimunt propriè, sed quem impropriè. Non enim hic per messores intelliguntur aliqui homines incidentes messem falcibus, sed messores significant impropriè & metaphoricè Angelos, & hoc ad literã iuxta notata in principio huius operis. Sciẽdũ est ẽt ex S. Tho. super Matth. cap. 3 ꝙ regnũ cœlorũ, siue regnũ Dei in scriptura sumitur quatuor modis. Quandoq; enim regnũ cœlorũ dicitur propriè societas Sanctorũ in patria, vt Matth. 8. Recũbent cũ Abraã Isaac & Iacob in regno cœlorũ. Et secundò ipse Christus habitans in nobis per gratiã. Luc. 18. Regnum Dei intra nos est. Et dicitur regnũ cœlorũ, quia per gratiã qua nos inhabitat, inchoat in nobis vitã cœlestis regni, & in nobis quãdã participationẽ illius gloriæ facit illuminando intellectum per fidem & per amorẽ inflãmando affectũ. Gloria enim illa cõsistit in cognoscendo & amando Deũ. Tertiò dicitur regnũ Dei scriptura sacra, sicut Matth. 21. dicit Christus Iudæis. Auferetur à vobis regnũ Dei, i. sacra scriptura, quæ dr̃ regnũ, quia lectio eius ducit ad regnũ. Quartò ecclesia militans, vt Matt. 13. Simile est regnũ cœlorũ sagenæ missæ in mari. Et dr̃ regnũ cœlorũ, quia ad modũ cœlestis ecclesiæ est ordinata, vt in ea ꝑ superiores illuminentur inferiores. Itẽ quia in ea regnat rex cœlestis per vicariũ suũ. Itẽ quia in ea sola est via veniendi ad cœleste regnũ. Dr̃ ergo [Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc] Parabola secundum Hiero. est rerum natura discordantium sub aliqua similitudine facta cõparatio. Vñ voluit aliqui, ꝙ scd̃m hoc esset parabolica locutio quando res diuersæ generis cõparantur & assimilantur, vt cũ dicitur Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpẽtẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis. Propriè tñ parabola videtur esse historia ficta ad aliud significandum transumptiuè, siue aliquñ fuerit aliquid tale in natura siue nõ, vt cũ dicitur Luc. 8. Exiit q̃ seminat seminare semen suum. Vnde dr̃ parabola iuxta sententiã à parà, quòd est iuxta, & bole sententia. Non enim parabolæ sensus est id, quod voces prætendunt propriè sed est id, quod iuxta est, quasi secundarium & transumptiuum significatum.

Est aũt notãdũ scd̃m Origenẽ. ꝙ parabola est similitudo sumpta a re, quam esse, vel fuisse nõ est necesse, sed tamen est possibile. Enigma verò sumitur a re, quæ nec fuit, nec potuit esse, sicut cũ dicitur Iudicũ c. 9. ꝙ ligna ierunt vt inungerent sibi regẽ. Exemplũ aũt videtur sumptum a re, quæ verè est, vel fuit. Similitudo autẽ est quoddã omnibus istis cõmune. Loquebatur aũt dominus in parabolis, secundũ S. Tho. vbi supra. Primò vt sacra in fidelibus celarentur, & cõsequẽter nõ irriderentur. Iuxta illud Matthæi 7. Nõ mittatis Margaritas vestras ante porcos. Secundò, vt rudes facilius addiscerẽt, & retinerent spiritualia. Et põt addi tertiò: q̃a in Palestina, vbi prædicabat, ita erat consuetũ secundũ Hieron. ad succurrendũ memoriæ. Et quartò secũdũ Theo. vt attentiores faceret homines ex auiditate intelligendi occulta & parabolarũ significata. Sed cõtra. Nã secũda ratio S. Tho. videtur destruere primam. Non. n. est possibile quod per eãdẽ sententiã doceatur rudis, & veritas celetur astuto. Ad hoc dicere videtur Gorrã, ꝙ ideo indignis celatur veritas in parabola, quia ea audita non curant sensum inuestigãre, vel ab alio edoceri, sicut boni. Vnde isti ad veritatẽ perueniunt interius vel exterius edocti & hoc frequẽter [Simile est regnũ cœlorũ] i. filius Dei, secũdũ Remig. [homini q̃ seminauit bonũ semẽ in agro suo] Nã ipse Christus in agro suo, i. mũdo, vt ipsemet exponit seu ecclesia militanti exculta eius labore & sanguine [seminauit] per prædicationẽ suã & Apostolorũ [bonũ semen] i. doctrinã & fidẽ catholicã. deinde tangitur alius seminator, cum dr̃ [Cum autẽ dormirent homines], i. negligẽtius agerent p̃lati secũdum Aug. de cõ. sen. euang. Sũt autẽ tria sine hominũ genera, quibus dormire periculosum est, s. pastorũ, gubernatorũ nauiũ, & ianitorum, p̃lati sunt dñi & gregis pastores, nauis ecclesiæ gubernatores & vrbis ecclesiæ ianitores quę ab hostibus, i. a malignis spiritibus obsessa est. Vel cũ dormirent, i. mortui essent homines, i. Christus & Apostoli, qui seminauerũt [Venit inimicus eius, i. diabolus, q̃ venit ad seminandũ. Sed cõtra q̃a diabolus si est inimicus Dei, odit Deum: ergo odit bonũ. Ad hoc dicitur ꝙ Deus in se odiri non potest, cum sit bonitas, nihil de malo habens. Vnde videns Deum clarè non potest illũ odire. In suis tamẽ effectibus Deus odio habetur per accidens, puta in sua iu-

sta punitione, ita quod Deus odit ut vt punitor. Hæc est doctrina S. Tho. super Matt. 8. & 4. distin. 50. subtiliter tamen hanc materiam habes a cap. i. distin. t. q. 3. [Et superseminauit zizania] id est lolium, quòd simile est tritico. Per zizania secundum Augu. de consensu euange. duo possumus intelligere, s. hæreticos vel hæreses & scandala, vel malè viuentes Christianos. Sed contra, quia hæreses semi natæ sunt etiã viuentib. Apostolis, vt patet 1. Ioan. 2. Nunc, inquit, antichristi multi facti sunt. Non ergo post dormitionem eorum. Ad hoc dicitur, quòd pro maiori parte fuerunt seminatæ post Apostolorũ mortem [in medio tritici] id est in medio fidelium. Nõ enim curat diabolus quod sint hæretici intra infideles, quia omninò possidet illos omnes [Et abijt] id est occultus factus est, secũdùm Aug. Transfigurat enim se in angelum lucis. 2. Corin. 11. & sub specie veritatis ac deuotionis seminat, & fouet hæreses & perfidiam [Cum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania] quia secundum aliquos cùm fides catholica vel fideles catholici per orbem cœpissẽt multiplicari, tunc hæreses, quæ latuerant simul apparuerunt. Vel aliter secundum Chrysosto. In principio enim hæretici obumbrant seipsos, cùm aũt acceperunt libertatẽ & sermone aliquis cum eis participauerit, tunc venenum effundunt. Hæc ille. Et intendit Chrysosto. vt S. Tho. super Matth. declarat, quod per herbam intelliguntur zizania, siue hæretici in principio suo. Tunc enim nõ apparent, quia a principio prædicant aliqua bona laicis, & postmodum prædicãt aliqua mala de clericis, quæ laici libenter audiunt & eos auertunt a dilectione clericorũ, & per consequens ecclesiæ: & tunc aperiunt doctrinam suam, quæ est venenum. Augu. aũt de consen. euan. per herbam accipit triticũ in principio suo. homo enim paruus est in principio & non discernit, sed cum cœperit spiritualis esse discernit, quicquid legerit vel audierit, dijudicando inter verũ & falsum.

Moraliter, iste ager est mundus, in quo Deus seminauit in primis suppositis sciẽtiã innocentiam, & fœlicẽ vitam. Diabolus autem superinduxit seminando ignorantiã, culpam, & miseriam. Sed Christus tanquã cœlestis agricola de cœlo attulit semina tria contraria, scilicet sciẽtiam, gratiam, & gloriam. Io. 1. Vidimus gloriã eius, ecce tertiũ: plenũ gratiæ, ecce secũdũ: & veritatis, ecce primũ. Vel ager est aĩa nr̃a, in qua Chrs seminauit semẽ optimũ in baptismo, quia seminauit gratiã & virtutes, quæ producũt fructus bonorũ operũ. Sed diabolus suggerẽdo superseminat zizania, i. loliũ, quod significat oẽ peccatũ. Nã oẽ peccatũ tanquam loliũ facit animã sõnolẽtã & pigrã. Præcipuè verò significat superbiã, auaritiã, & luxuriã. quia zizania habet vim ventosam, vt superbi ad ascendẽdũ, & acutã, vt auari ad decipiendũ: & venenosam, vt luxuriosi ad inficiendũ. Et ista seminantur dormientibus hominibus, i. prælatis & parẽtib & maiorib. & intellectu & voluntate. Et apparent cũ creuerit herba, i. in ætate perfecta vbi homo cœperit esse sui dominus, nõ aũt in puerili. Vel tertiò iste ager est quilibet seruus Dei, & hẽt tres partes, quæ tangunt figuraliter Iosue 15. s. terrã australẽ & arentẽ, i. corpus mortificatũ & purificatũ obscenis humoribus; & irriguũ inferius i. animã afflictã & emittẽtẽ lachrymas doloris: & irriguũ superius, i. spiritũ siue superiorẽ aĩæ partẽ emittentẽ lachrymas cœlestis cõsolationis. In tali agro pullulat bonũ semẽ, & germinat liliũ castitatis in parte arida, & rosa patiẽtiæ in parte inferius irriguã, & viola supernæ contemplationis in parte vltima. Sed diabolus nititur ista suffocare, & plantare vel seminare contraria.

QVANTVM ad secundũ literaliter sciendum est, quod semper boni habent zelũ Dei cõtra peccata & vitia, & hoc innuit cũ subdit [Et accedẽtes serui patrisfamilias dixerũt ei. Dñe, nõne bonũ semẽ seminasti in agro tuo: vnde ergo hẽt zizania?] Sicut dicit Aug. de cõsensu euã. cõuenientius per istos seruos intelliguntur hoĩes sancti, quam angeli: quia nullus facilè audebit dicere Angelos nesciuisse quis super seminauerit zizania. Accedunt ãt ipsi, secũdũ Remi. ad patrẽfamilias, i. Deũ nõ corpore, sed corde & mẽtis desiderio. Patres. n. antiqui ecclesiæ primitiuæ admirantes perfidiã hæresũ insurgẽtiũ, ad Deũ accesserunt, per orationẽ inquirentes vñ ager haberet zizania, i. quod esset hrsum eã. Et fuit eis diuinitus reuelatũ, vel inspiratũ, quod hoc erat diabolicũ opus, Deo permittẽte. Vñ sequitur [Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit] i. diabolus secundum Hiero. Augu. Chrysost. & alios. Dicitur autem inimicus secundum Chrysosto:

pro-

propter iacturā, quā infert hominibus. Vexatio.n. diaboli aduersus nós est. Principiū aūt uexationis factū est non ab inimicitia, q̄ est ad nos, sed q̄ est ad Deū. Hæc ille. Secūdò et, q̄ primā inimicitiā inter nos & Deū fecit. Dicitur aūt diabolus homo non rōne corporis, sed rōne mētis, in qua cū spiritib. cōuenit hōs; & secūdò q̄ a primas inimicitias uoce humana, vt creditur expsīt; & tertio ab hoīe deuicto dr̄ homo, scd̄m aliquos, ut ab Aphrica Scipio Aphricanus dictus ē. Vel quartò p̄p̄ unitatē mēbrorū & capitis. Sicut.n. homo malus & diaboli mēbra nomine diaboli appellatur. Ioā. 6. Vnus ex uobis diabolus est. Et similiter mēbra Christi nomine Christi. Psal. Nolite tangere Christos meos, ita econuerso caput assumit personā mēbrorū Act. 9. Saule Saule quid me persequeris? Et aliqn̄ noīatur eorū noīe, vt hic.

Sequitur aūt scd̄a interrogatio. Pro cuius intellectu sciēdū est ex doctrina S. Tho. 2. q. 11. q̄ hæretici quātum in ipsis est, nō sunt ab ecclesia tolerādi, sed merentur mori; quia peius ē animā perimere, q̄ falsare pecuniā, qua subuenitur uitę corporali. Sed tn̄ licet ipsi mortē mereātur, ecclesiam tn̄ decet esse misericordem. Et iō admonet eos semel & scd̄o uerbis, deinde rescecat putrida membra corporis mystici, excōicando eos, vel relinquēdo brachio seculari. Iterū sciendū est ex eodē ibidē. qō. 8. q̄ licitū est ad bonū cōitatis, occidere peccatores, qn̄ hoc sine bonorū periculo fieri pōt. Qn̄ aūt sine periculo bonorū id fieri nequit, secus est. Sicut aūt dicit Aug. lib. de cōsen. Euā. cū serui Dei vident ista ex diabolica fraude procedere aduersus quē se p̄ficere nō posse cernūt, suboriri pōt in eis uoluntas exterminādi hmōi homines malos, sed an facere iustitiam Dei cōsulūt, unde subditur [Serui aūt dixerunt ei] p̄ orationem q̄rentes diuinum cōsiliū [Vis imus & colligimus ea] separando istos homines a fidelibus per excommunicationē, & tādē seculari potestati relinquendo exterminandos p̄ mortē corporalē. [Et ait, non] Et hoc non dicit p̄p̄ea q̄ ipsi mali hoc mereātur, sed p̄p̄ bonos præsentes aut futuros, ideo subditur. [Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum] id est seruos Dei, q̄ ad instar tritici habent exterius ruborem per charitatem ad proximum, & interius cādorem per puritatem, quæ habetur ad Deū, & tanquam panis triticeus mille cibis commixti mille tribuīt sapores, quia sciunt gaudere cum gaudētibus, & flere cū flentibus. Ro. 12. Vnde & de se Paulus dicit 1. Cor. 9. oībus oīa factus sum. Vbi aduertendum est secundū Aug. lib. de cōsen. euan. & aliàs, quatuor esse causas q̄ mali non debeant p̄p̄ bonos eradicari. Prima, quia per malos excitātur boni ad p̄dicandum, & scribendum, & orandū. Vnde qui malos eradicaret, et triticum. id est multa bona opera, quæ si nō fuissent hæretici facta nō fuissent. Vnde 1. Cor. 11. Oportet hæreses esse, ut qui p̄bati sunt, manifesti fiant in uobis. Secunda, quia qui modo est malus, cras erit bonus. Vnde si occisus fuisset Paulus, non haberemus frumēta epistolarū eius, neque ipsum Paulū q̄ in triticū cōuersus est. Hæ rationes sunt Aug. Et secunda est et Hier. qui ait. Datur locus penitētiæ, & monemur ne cito amputemus fratrē, quia fieri pōt ut ille qui hodie noxio dānatus est dogmate, cras resipiscat & incipiat defendere ueritatē. Hæc ille. Tertia est rō S. Th. super Mat. quia aliqui uidētur mali & non sunt quos si uelles statim euellere, multos bonos extirpares. 1. Cor. 4. Nolite ante Christum iudicare. Quarta rō eiusdē, q̄ aliqn̄ mali sunt magnæ potestatis, ideo si excludātur multos secū trahūt, & cum illis malis multi boni pereunt. Vnde dicit Glo. Augu. quod nec multitudo, nec princeps debet excommunicari.

Moraliter sciēdū est, q̄ præter cām zizaniarū hic assignatam, sunt aliæ, q̄bus instrumentaliter utitur inimicus homo. Nascuntur. n. ex cultorum negligētia, id est desidia platorum, ut etiam hic dominus innuit. Et ex aeris corruptela, quę significat malorum societatē, quę ubique est dānosa, quia in cœlo societas luciferi fuit aliis angelis malis occasio ruinę, vt patet. 1. par. q 63. ar. 8. & in inferno societas dæmonū facit horrorē, & propinquorū facit dolorē, & oīum generaliter facit stuporem, & in mūdo societas malorum corrumpit. Et tertiò nascuntur ex terræ malitia, quia scd̄m S. Thom. non omnia peccata ex dæmonibus immediatè nascuntur, nisi pro quanto subuerterunt Adā, & statum innocentiæ, sed aliquando prouenīunt ex propriis inclinationibus, & passionibus. Igitur sancti pastores & prælati, quādo uident talia pullulare in subditorum cordi-

cordibus, zelo accensi correctionis quærunt a Deo an debeant talia uitia corrigere, & Deus inspirat, quod aliquando non uult, quod corrigantur, quando scilicet ex correctione secuturū est maius inconueniens. Vnde oportet obseruare tempus opportunum correctioni & etiam correptioni.


QVANTVM ad tertium literaliter sciendum est, quod ne aliquis crederet, uitia Deo placere, & ea sequenter remanere impunita: subiungitur [Sinite utraque crescere] scilicet bonos & malos [usque ad messem] id est finem mundi, unde dicit Augusti.

Sed hic est quæstio, quam Hier. mouet, quia ista uidentur esse contra illud. Auferte malū de medio uestri. Ad hoc dicit ipse, quod Deus loquitur quādo res bene nō possunt discerni, quia tunc ad iudicium diuinum reseruātur. Nam lolium & triticum in herba similia sunt, non in messe. Nicol. autem de Ly. dicit, quod hoc iō dicitur, quia in casu non sunt occidendi mali, puta si timeatur schisma, aut occisio fidelium ab eorum fautoribus, quamuis cessantibus his sint de medio auferendi. Vel hoc dr̄ secundum eundem, quia quātumcumque ecclesia persequatur hæreticos, tamē usque ad diem iudicii Deus uult permittere aliquos esse hæreticos in ecclesia. Chryso autem dicit, quod sunt auferendi in quantum studia & synodos & prædicationes eorum dissipare oportet, sed tamen hic prohibemur eos occidere, quia multa mala sequuntur. Aug uero aliquando sensit non esse hæreticos occidendos, uel compellēdos ad fidem sed post mutauit opinionē, ut ipse in quadam epistola dicit, eo quod uidit plerumque meliores fuisse eos, qui uocati fuerant coactè, ut de Paulo patet, unde sentit eos plectendos nisi maius malum timeatur, ut hic innuit dominus. Et reuera ista ēt opinio Chry si quis rectè consideret [Et in tempore messis] id est iudicij. Illud enim pr̄sens tempus est seminationis cum labore, sed illud erit cōgregationis cum exultatione quo ad bonos duntaxat. Psal. Euntes ibāt, & flebant &c. [Dicam messoribus] id est angelis [colligite primum zizania] id est separate malos de medio iustorū. Exibūt enim angeli & separabunt malos de medio iustorum. Matt. 13. Nota primùm, quia antequā Sancti ascendant in cœlum, dabitur sententia contra reprobos, ut patet Matth. 25. Vel ideo primum, quia discernentur iniqui a bonis, uel secundum statū, uel secundum manifestationē iniquitatum, uel uno quoque modo anteq̄ tristicum, i. iusti congregentur in horreum uitæ æternæ. Et alligate ea in fasciculos] ut secūdū uarietatē criminum sit uarietas tormentorum, secundum Aug. [ad comburēdum] in infernū, secundum Hiero. Et hæc est prima cōgregatio. Secunda uerò notatur cū dicitur] Triticum aūt] id est fideles iustos [congregate in horreum meum] id est in uitam æternā, ubi messis & triticum iam non exponuntur grandini tribulationum, aut uento urenti tentationum, aut rapinis dæmoniorum. Sed notandum est, quod ad messores istos (ut colligitur ex præsenti euangelio) tria spectant, scilicet primò messio, quæ est in separatione malorum à terrenis, ac temporalibus bonis quæ dilexerunt tantum, secundum Augu. ut ea fecerint membra sua, ideoq; tunc sic dolebunt sicut homo in abscisione membrorum. Et secundò collectio, quæ erit in segregatione malorum a bonis. Et tertiò alligatio, quæ erit in associatione reproborum ad reprobos, & ad spiritus malignos in inferno. Grego. Sicut in domo patris mansiones multæ sunt pro diuersitate uirtutis, sic damnatos diuerso supplicio gehennæ ignis subiicit disparitas criminis.

Moraliter, licet Deus in nobis modò cū bonis nostris toleret multa mala tamē non prius cōgregabimur in horreum uitæ æternæ, quàm zizania, id est uenialia comburantur in purgatorio, & similiter mortalia de quibus habuimus contritionem sine plena satisfactione. Quomodo autem remittantur uenialia post mortem, uide S. Tho. 4. di. 16. & 4. par. q. 86.

Dominica in Septuagesima.

Textus euang. Matth. c. 20.



SImile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineā suā. Cōuentione autē facta cum operarijs ex denario

rio diurno misit eos in vineam suã. Et egressus circa horã tertiam, vidit alios stãtes in foro ociosos, & illis dixit. Ite & vos in vineam meã, & qđ iustũ fuerit, dabo vobis. Illi aũt abierũt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa vndecimam verò exijt, & inuenit alios stantes, & dixit eis, qđ hic statis tota die ociosi? Dicũt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis; Ite & vos in vineã meã. Cũ sero aũt factũ esset, dicit dñs vineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiẽs a nouissimis vsque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa vndecimã horã venerant acceperunt singulos denarios. Venientes autẽ & primi arbitrati sunt, ꝙ plus essent accepturi: acceperũt autem & ipsi singulos denarios. Et accipiẽtes murmurabãt aduersus patremfamilias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus põdus diei, & æstus. At ille respondens vni eorum, dixit. Amice nõ facio tibi iniuriã, nonne ex denario cõuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade; Volo autẽ & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi facere qđ volo? An oculus tuus nequam est, qa ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

SIMILE est regnũ cœlorum homini patrisfamilias, qui exijt primo mane, &c.] Matth. 20. In præsenti Euangelio tangũtur tria puncta, quæ sunt, Vocatio, Remuneratio, Murmuratio.

QVANTVM ad primum literaliter sciẽdũ est, ꝙ istud Euangelium est parabolicum, & ideo sensus literalis nõ est quẽ voces prætendunt propriè, sed quẽ trãsumptiuè. Et quia eadem dictio transumptiuè multa significare põt, vt puta sero mortem hominis, & tẽpus gratiæ, ideo multas expositiones literales assignant Sancti huius parabolæ, quas omnes prosequemur. Dicitur ergo [Simile est regnum cœlorum] idest status Christianitatis, vel ecclesiæ militantis. Quot modis autem dicatur regnum cœlorum, vide supra dominica 4. post octa. Epipha. [homini patrisfamilias] Iste est Deus, cuius domus est mundus, in quo secundùm Chrysost. tres hẽt familias, cœlestium, terrestriũ, & infernorũ. Prima est filiorũ, secunda militum, tertia incarceratorum [qui exijt] Deus, non exit mutando locum, quia vbiq; est, cùm vbique operetur conseruando res conditas, sed exit operãdo nouos effectus. Vnde dicitur venisse in mundum, quãdo assumpsit carnem, & ad hominem venire dicitur quando nouiter in eo operatur & infundit charitatis amorem [Primò mane] Sciendum, quòd hic per diem accipitur tota duratio præsentis sæculi, vt dicit S. Thò. super Matth. & Orig. Diuersæ autem ætates sunt diuersæ horæ huius diei. Mane ergo mundi, vt Greg. dicit, fuit ab Adam vsque ad Noe. Et in illa ætate, siue in illo mane huius mũdi Deus exijt primo [conducere operarios in vineã suã] Ista vinea secũdùm Chrysost. est iustitia, & intellige quod est iustitia legalis. Sed per hoc sciendũ est ex 2. 2. q. 58. ar. 6. ꝙ iustitia legalis dicitur dupliciter. Vno modo quædam virtus specialis quidẽ in essendo, sed generalis in causando, quia scilicet mouet oẽs alias virtutes, & earum actus ordinat ad suum finem, id est bonum commune. Et in principe principaliter quasi & architectonicè: in subditis autem secũdariò & quasi administratiuè. Et secundò quælibet virtus particularis secundũ ꝙ mouetur a prædicta virtute. Chrysõ ergo loquitur de iustitia primo modo, & etiam secũdo: sic tamen vt iustitia sit quasi quoddam nomen collectiuum includens in se virtualiter omnes virtutes, sicut cum dicitur Exo. 8. Venit musca grauissima, id est magna multitudo muscarum. Et diuersæ vites sunt diuersæ virtutes, secũdum eũ, q̃ sunt diligẽter colẽdæ. Sed secũdum Grego. ista vinea est vniuersalis ecclesia, in qua vĩ velle Grego. quòd sit

vnica vitis, id est Christus, sed habet quasi infinitos palmites, quia quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Sed tamē Saluator Ioā. 15. distinguit tria genera palmitū. Quidam enim sunt viti, id est Christo adhærentes per fidem, sed non fructificantes per operationem, vt fideles peccatores. Quidā verò nec fructificantes, nec adhærentes, sed excisi, vt hęretici & schismatici. Quidam verò & adhærent & fructificant, vt sancti existentes in gratia Dei, & sancta caritate. De primis dicit, Omnem palmitē in me. s. manentem non ferentem fructum, de secundis aūt, Siquis in me non manserit &c. Et vtriq; ad nihil nisi ad ignē sunt apti. De tertijs verò dicit. Qui manet in me, & ego in eo &c. Operarij verò cōducti secūdùm Chryso. & Gre. sunt oēs rectè operantes, quamuis secūdùm Greg. ꝓpriè operarii sint plati, & doctores, q̄ singulis ætatib. vocātur ad erudiēdā plebē fideliū. Vnde mane conducti fuerūt Adā, Seth, & Enoch. Licet autē operarii sint prædicatores, tñ quilibet fidelis est operarius, q̄a est ꝑdicator dicēdo aliqua bona, vel saltem bene operādo. Nā bonus sermo & bona ꝑdicatio est bene operari, q̄a plus mouēt exēpla q̄ verba, secūdùm Greg. [Cōuētione aūt facta cū operariis] quæ cōuētio est promissio præmii vitæ æternæ, q̄ qū facta sit, statim dicetur [ex denario diurno] id est pro denario diurno, qui. s. pro dieta dabatur. Remigius. Denarius dicitur, qui antiquitus pro decē nūmis cōputabat̄, & figurā regis hēt. Rectè ergo designatur per denariū obseruati decalogi præmium. Hæc ille. Et intēdit Remigius, quòd istud præmium dicitur denarius. Primò, quia pro decem præceptorum obseruantia datur. Secūdò, quia consistit in impressione diuinæ imaginis in mētib. nostris, q̄a. s. ipsa deitas in nobis erit, ita quod ipsam immediate sine alia specie videbimus, & cōsequenter perfecta tunc in nobis erit Dei nostri imago. Pōt addi tertiō, q̄a scriptura q̄ est circa denariū, significat perfectam notitiam, quam habebimus in Deo. Et quarta, quia circularitas denotat æternitatis possessionē [Misit eos in vineam suā] vt laborādo se ꝑmio dignos efficerēt.

Sciendum tamen, ꝙ in vinea materiali aliquando laboratur, nec aliquod solatium habetur in ea, nec in spe futuri præmii. Aliquando verò habetur, vt cum est frondosa vel fructibus onusta. In spirituali autem semper habetur solatium, quia delectabilissimū est bene operari, cū virtus sit secūdū naturā hominis quo ad principalē eius partē, & ē magna cōsolatio est credere, & vt ita dicā, sentire Deum sibi propitiū & amicum [Et egressus circa horā tertiam] q̄ hora tertia, secundùm Gregorium est decursus mūdi à Noe vsque ad Abraam, in qua sunt cōducti Noe, Sem, Heber, Thare, & cōsimiles [vidit alios stātes in foro ociosos] forū, secundùm Origenē, ē oē qđ extra ecclesiā est. In hoc enim mundo vendendo & emendo viuunt homines, & inuicem sibi fraudem facientes vitam sam sustentant. Hæc ille. Sed hic est quæstio quomodo sancti isto tempore cōducti potuerūt esse extra ecclesiam, & ociosi? Ad hoc dico, quòd fides per naturā haberi non potest, sed per reuelationem habetur & infusionē: ideo omnis homo in se consideratus infidelis est, & extra vincam. Vnde etiam ipse Adam, qui cum fide & gratia fuit conditus, vt patet prima parte. q. 95 & 2. distin. 29. fuisse cōductus à Sanctis dicitur, & consequenter fuit extra vineam quātum erat de se. Similiter dico, quòd nullus homo sufficit sine adiutorio Dei speciali agere aliqđ opus meritorium uitæ æternæ, neque perfecte bonum moraliter, vt patet ex 2. sentētiarum. distin. 28. Ideo omnis homo quātum est de se, ociosus est, quātumcumque sit iustus. Sed ꝑ gratiam Dei ociosus nō est, q̄ eum ad operandum adiuuat. Quia ergo homo potest dici ociosus & nō ociosus, ideo qui hora prima sunt conducti non sunt dicti ociosi, quia non cōpetebat tempori conductionis, tamen verè erant de se ociosi. Nec hoc dico quasi essent de se peccatores, quia vt dicit Chrysosto. peccator non est ociosus, sed occisus. Ociosus autem est, q̄ nec bonum nec malum facit [Et illis dixit. Ite & vos in vineam meam] Isti sicut dicit Chrys. in Hom. sub incerto pacto cōducuntur. Vnde subditur [Et quod iustū fuerit dabo vobis] huius causam assignat idem ibidem, dicens. Sciens dominus, quia præuaricaturus fuerat Adam, & omnes postmodum in diluuio fuerāt perituri, certum pactum fecit ad eum, nequando dicat ideo se neglexisse iustitiam, quia nesciebat q̄ ꝑmia fuerat recepturus. Isus aūt nō fecit pactū, quia tñ paratus est retribuere, quantum

tũ mercenarii recipere non sperabant. Hæc ille. Licet aũt hoc pactum de quo Chry. loquitur in scripturã nõ habebatur expresse, tñ rõnabile est, ꝙ Deus qñ posuit Adam in paradiso ad operandum expofuerit ei operis mercedem. Orige. verò assignat cãm, q a uocati hora tertia tantum potuissent si uoluissent exercere uires, quod æquale opus fecissent cum prioribus, iõ pmiũ cõductori suo statuit iudicio. Et vñ velle Orige. ꝙ hoc sit factum ad significandum, ꝙ quacunque ætate, vel hora q̃s a Deo uocetur ad vineã põt feruenter amando multum mereri [Iterum aũt exijt circa sextam, & nonã horã, & fecit similiter] Sexta hora scd̃m Greg. est ab Abraam vsq; ad Moysen Nona aũt a Moyse vsq; ad Aduentum dñi. Hora sexta fuit cõ ductus Abraã, Isaac, & Iacob, & duodecim Patriarchæ: nona verò Moyses, Aaron, Iosue, iudices, reges, prophetæ, & sacerdotes. Ideo aũt coniunxit sextam & nonã, scd̃m Chrys. super Matth. quia in eis unus populus vocatus est, s. iudæorum. In vndecima aũt est nocatus alius. s. gentilis [Circa vndecimam vero exijt] Est aũt sciendum, ꝙ hora sicut dicit Isido. & S. Tho. super Ioannẽ est ascensus dimidij signi, i. spatium quo su per orizonte ascendit arcus dimidij signi zodiaci. Et quia duodecim signa in die natu rali oriuntur & 24. sunt horæ, sed inæquales sunt, quia inæqualiter ascendũt signa. Quia vero in qualibet nocte, & in qualibet die artificiali, siue longa siue breui, ascendunt sex signa, quæ non æquè rectè vel obliquè ascendunt. Hinc est, ꝙ duodecim sunt horæ diei artificialis, sed illæ sunt inæquales. Vndecima ergo hora est, quã nos 23. dicimus, cui succedit vltima, i. duodecima. Sumuntur igitur istæ horæ inæquales, scd̃m ascensum zodiaci supra orizontem, quia non semper vniformiter ascendit. Aequale sumuntur secundum ascensum æquinoctialis. Sed quare in meridie dicamus horam esse nonam, cũ tamen hac ratione sit tunc hora sexta, credo esse causam, quia totam diem partimur in quatuor partes æquales, quarũ duæ sunt ante meridiem, & duæ post: & quarum quælibet continet horas tres. Ex hoc enim fit vt numeremus horas per triplicitates, id est accipiendo extrema illarum quatuor partium, & dicendo prima, tertia, sexta, nona, duodecima. Sic igitur factum est, vt primũ spatium, quod post meridiem cõtinet tres horas, dicatur hora nona. Et secũdum hoc, hora nona incipit in meridie, & terminatur in puncto medio inter meridiem & occasum. i. hora horologij 21. Vndecima ergo hora, secundum Greg. est ab Aduentu dñi vsque ad finem mundi. Huic enim horæ succedit vltima, i. futura vita, quæ est vltimum durationis mundi. Non oportet tamen in parabolis, vsque ad vnguem omnia quadrare. In hac sunt uocati Gentiles. Et licet hora sexta & nona aliqui Gentiles fuerint uocati, tamen fuerunt pauci [Et inuenit alios stantes] idest Gentiles, & illis dixit. [Quid hic statis tota die ociosi?] Grego. Qui enim transacto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die ociosi stabant. Hæc ille. Isti non solum erant ociosi, sed occisi, & nõ solum erãt extra uineam considerati secundũ se, sed etiã de facto & absolute extra vineam erant per infidelitatem [Dicũt ei, quia nemo nos conduxit] Greg. Nullus quippe ad eos Patriarcha, nullus Propheta ad nos conduxit, nisi vitæ nobis viam nemo prædicauit. Hæc ille. Dicit illis [Ite & vos in vineam meam] sicut supra dictum est, ꝙ omnis homo de se est ociosus, ita de se nihil meretur de pmio æternę vitæ. Opera enim nostra nõ sunt meritoria ex condigno illius præmij, nisi vt sunt a Spiritusancto mouẽte nos, siue a gratia, vt patet 3. di. 18. & 2. di. 26. & prima secundæ. q. 114. Ideo potest dici Deum promisisse redditurũ se æternam mercedem operibus nostris, s. vt sunt a gratia, & nõ promisisse, s. vt in se considerantur. Vocatis ergò ad vndecimam horã nullũ præmiũ promittitur, quia tempori, quo dicuntur vocati, nõ congruebat. Vix enim videbatur ꝙ cœnam mererentur. Vel hoc fit ea ratione, qua dictum est, ꝙ vocatis hora tertia nihil certũ promittitur, secundum Origenem,

Moraliter per istam vineam intelligitur secundum Bern. anima siue conscientia, in qua laborare debemus, amputãdo palmites luxuriantes carnalis concupiscentiæ, eijciendo lapides superbiæ, & extirpando spinas auaritiæ. in hac vinea sic purgata nascũ tur gemmæ bonarum cogitationum, & flores bonarũ voluntatum, & fructus siue vuæ bonorum operum, & vinum spiritualium consolationum. Dicit tamen Ambros. ad

Simplici. Vinea recisa fructificat, semiputata frondescit, neglecta luxuriat. Hæc ille. Ad hanc vineã dupliciter intramus, scilicet ad vindemiandum, quod fit in morte, & ad laborãdum, quod fit dum pœnitemus de male commissis. Per pœnitentiam ergo ad hanc vineam diuersis horis conducuntur operarij. Hora enim prima significat pueritia, in qua aliqui vocantur ad vineam; tertia verò iuuentutem, in qua calor naturalis incipit in se stare; sexta virilitatem; in qua homo est in pfecto statu, ac si sol esset in medio cœli. Nona senectutem in qua iã declinat calor naturalis: Vndecima est in qua homo est prope mortis occasum. Vocantur autem homines diuersis ætatibus, secundum S. Thom. inquantum datur eis occasio veniendi ad Deum, id. o. quidam dicunt, quia nemo nos conduxit, nec tamen excusantur, quia Deus eos conduxisset, si per eos nõ stetisset. Ad hunc ingressum hortatur hodie ecclesiæ verbis in epistola quidem hortando ad certamen contra diabolum, & in euangelio ad laborem bonorum operum, & etiam exemplis. Adducit enim in exemplum tres magnos peccatores, qui totam missam composuerunt, Dauid scilicet qui peccauit per luxuriam, & Paulũ qui per superbiam, & Mattheum qui per auaritiam. Licet enim non fuerit vsurarius; tamẽ fuit telonarius, i. exactor tributorũ. Huiusmodi autem aliena rapere cõsueuerunt sub umbra dominorum. Hortatur etiam promissis, quia laborantibus aliquibus permittitur denarius diurnus, id est qui pro tota die debetur, vt his qui in pueritia vocantur. Aliquibus quod iustum est, vt vocatis hora tertia, sexta, & nona. Aliquibus nihil, vt vocatis in senectute, eo q tales ex debito nihil petere possunt, vel ad innuendum q periculosum est vsque in tempus illud differre pœnitentiam. Debemus ergo ecclesiam hortantẽ sequi deponendo lætitiam vanã, sicut ipsa deponit cantica lętitiæ, eo q representet tẽpus præuaricationis Adæ & pœnitẽtiæ nr̃æ.

QVANTVM ad secundum post vocationẽ ad laborẽ venitur & ad remunerationẽ & tempus. Vnde dr̃ [Cũ sero aũt factum esset] Hic sunt duæ expositiones solẽnes. Prima est communionis ferè omniũ sãctorũ, vt Chry. Aug. Bed. Remig. & similiũ, q per sero intelligatur finis mũdi, & scd̃m istã sic fit expositio [Cũ sero factum esset] i. cũ venisset dies iudicij, quæ secũdũ Chry. erit sero & nõ mane, quia erit in fine huius seculi, stante isto seculo antequã incipiat futurũ. Et intellige stante isto seculo, i. isto statu huius seculi, qui est status vitæ & laboris. Ipsum aũt seculum seu uniuersum semper stat. Et hoc propter duo, vt dicit. Primò, q̃a beatitudo futuræ vitæ ẽ merces retribuẽda, & ideo ante beatitudinẽ fit iudiciũ. Secũdò, ante beatitudinẽ pmittit iudiciũ ne videant peccatores diei illius beatitudinẽ. Sed nunquid in die iudicij sancti non erũt beati, q sunt beati etiã modo? Dico q sic, quia beatitudo nõ amittitur, sed tamẽ iudiciũ præcedet beatitudinẽ accidentalẽ, quæ habent ex loco, quia beati non ascẽdent in cœlũ in corpore & anima nisi peracto iudicio, & pcedet ẽt beatitudinẽ forte quantũ ad multa alia, maxime in his quos dies iudicij inuenerit adhuc nõ felicitatos: sed apostolus vr̃ vel le 1. ad Co. 15. q sanctorũ corpora resurgẽt gloriosa cũ dotibus quatuor [Dixit dominus procuratori suo]. i. filius Spirituisancto scd̃m Chry. Vel vt dicit gl. pater filio. Et rõ horũ est, q̃a filius operaretur p Spiritũsanctũ, & pater per filiũ. Vel scd̃m Origẽ ste pcurator est aliquis Angelus constitutus sup mercedes retribuẽdas. Vel scd̃m Remig. ipse Chr̃s est dñs & pcurator, qđ sic intelligo, q̃a in quantũ Deus est dñs, & paterfamilias; in quantũ homo aũt est pcurator missus ad pcurãdã salutẽ humanã, & in die iudicij vocabit operarios, vt tribuat illis mercedẽ [Voca operarios]. i. resurgere iube mortuos [& redde illis mercedẽ] tanquã iudex viuorũ & mortuorum, q̃a talẽ te constitui [incipiens a nouissimis vsque ad primos] hoc aũt dr̃ scd̃m Chry. ad ostẽdẽdum quodã speciale gaudiũ, qđ fit in cęlo sup pœnitẽtia peccatoris. Libẽtius. n. & alacrius facimus qđ ex misericordia & liberalitate, q̃ qđ ex iustitia facimus. Deus aũt sanctis patribus reddens mercedẽ ostenditur iustus: gentibus autẽ reddens, q̃ nouissimè venerunt ostẽdit misericors, dicente Apostolo, gẽtes aũt sup misericordia honorare Deũ. Vel vt idẽ dicit, hoc dr̃ ad ostẽdendã maximam misericordiã Dei. Nimia. n. misericordia ordinẽ nõ aspexit, vt dicit. Vel secundũ Aug. de spiritu & litera, ideo priores reperiunt minores, quia minus dilati sunt. Hæc ille.

ille.Et intendit quòd cum vsque ad Christi passionem clausum fuerit cœlũ,non potuerunt sancti patres percipere operis sui mercedem statim post mortẽ,sicut gentes, quæ Christo mortuo crediderunt.Nouissimi ergo ad fidem vocati priores remunerantur, quia breuiori tpe post suum opus sunt præmiati.Vel secũdũ S.Th.sup Matth.ista prioritas non importat tempus, sed dignitatẽ, vt dicantur gentes prius remuneratæ, i.copiosius, eo ꝙ abundantior fuerit gratia in noua lege.q̃ in veteri,& consequenter etiã merita potiora,Est autem alia expositio huius partis,quæ per sero accipit tempus gratiæ, secũdũ quam sic exponẽdũ est[Cũ sero factũ esset] id est cũ tẽpus gratiæ & diuulgationis nouæ legis aduenisset[dicit dominus vineæ] id est Deus pater [procuratori suo]id est homini Christo[Voca operarios & redde illis mercedẽ] id est gratiam, quæ est pars præmij.Est enim gloria inchoata sicut econuerso gloria est gratia consummata[Incipens a nouissimis]Priores enim vocati fuerũt Iudæi,quibus prius data est lex, & prius prædicatum est euãgelium : gentes vero nouissimi. Sed econtrario fuit in præmio, qa prius data est gratia nouæ legis, i. copiosa,populo Gẽtili qui credidit,q̃ Iudaico,qui pro parte maiori in infidelitate permansit, cui tamen dabitur in nouissimis tẽporibus vel magna,vel exigua.

Moraliter laborantes in vinea conscientiæ aliqñ vocanẽ ad præmiũ,i.sero tpe mortis, quo vocantur a Christo procuratore ad cœnã,ad requiẽ, & ad mercedẽ. Et per ista tria significatur vna perfecta merces in patria,quæ erit omnia hæc. Dicũtur aũt prius remunerari, qui tardius venerunt,secũdum Chrysosto.& S.Th.ad significandũ, ꝙ gaudiũ est speciale super peccatore pœnitentiam agẽte.Et nota,quòd intelligunẽ ista de operarijs,& non de ociosis in vinea.Vnde dicit Chryso. quòd sumus conducti mercenarij, ideo nõ debemus operari solum,quæ habemus manducare,id est nõ debemus quærere solum pertinẽtia ad nostrum cõmodũ, sed pertinentia ad gloriam Dei conductoris. Et prius debemus ad opus, id est gloriã Dei, quàm ad cibum respicere,id est ,pprĩũ commodum.Et totam diem,id est viã debemus occupare circa opus,& modicum quid circa cibum,id est commodum nostrum.Et sicut mercenarius qua die non fecerit opus suum, erubescit intrare domum,& stare corã domino suo, ita & nos debemus facere, erubescendo intrare ecclesiam,& stare ãnte Deũ.Hæc Chryso.sententialiter.

QVANTVM ad tertium tangitur murmuratio, & habet ista pars duplicem expositionẽ,vt præcedens.Prosequendo ergo primã,dicamus[Cũ venissent aũt q circa vndecimã horã venerant]id est Gentiles [acceperunt singulos denarios]id est acceperunt mercedem.pro qua conuenerat dominus cũ operarijs,prima hora conductis. Dicitur autem quòd acceperunt singulos denarios,cum tamen vnus sit Deus,qui est merces nostra,ppter duo.Primò,quia licet Deus sit vnus denarius,tñ ita singulis sufficiet ac si esset eorũ ,pprius,immo plus gaudẽt Sancti,quãto fuerint plures possessores huius denarij,quia qlibet eorũ gaudebit de bono inferioris q̃ ipse inferior,qa cum rõ gaudẽdi i eis sit Deus,q̃to qs plus gaudebit de Deo,plus ẽt gaudebit de alijs.Secũdò,qa licet sit vna beatitudo obiectiuè,i.vnũ obiectũ beatitudinis qđ est Deus,nõ est tñ vna subiectiuè,quia diuersę sunt singulorũ visiones & fruitiones. Visio aũt est formaliter & essentialiter felicitas:qa secundũ Aug.visio Dei est tota merces[Venientes aũt & primi arbitrati sunt, ꝙ plus essent accepturi] Sed hic est qđ.Nullus enim põt scire quãtã gloriã habeat alius , nisi & ipse sit beatus , qđ paret,quia nullus potest videre quantũ aliquis videat aliquid,nisi & ipse videat illud. Qui autem est beatus nõ potest credere, ꝙ plus sit accepturus,q̃ acceperit:quia iam in beatis esset error,nec eorum desiderium naturale esset quietatum,quod est contra beatitudinis rationem. Quomodo ergo potuit Hæbraicus populus videre gentiũ mercedem,& credere se plus esse glorificandum ? Confirmatur ratio,quia non est sic imaginãdum quasi aperta sit ianua cœli in passione Christi, & prior intrauerit Gentilis populus, & deinde post tẽpus intrauerit Hæbraicus, puta sancti Patres q erant in Lymbo; omnes enim illi patres intrauerunt antequam gentes conuerterentur & morerentur,sed est imaginandum eo modo quo exposuimus.Ad hoc dicitur,ꝙ hic oportet vti secũda regula,quã supra tetigimus,qua dr, ꝙ diuina scriptura in eodem contextu

exprimit aliquid pertinens ad bonos,& aliquid pertinens ad malos.Considerato ergo toto populo Hæbraico quidã eorũ recipiebant denariũ:puta Patriarchæ & prophetæ: quidam vero credebant se plus accepturos, puta Iudæi cõuersi tpe Apostolorum. Et si dicatur, quõ isti cognoscebant gloriã gentiũ,quæ moriebantur,cũ ipsi nõ essent gloriosi? Dico ꝙ eam nõ poterant videre in se, sed in suo principio,i in grã spiritussancti, q̃ æque dabatur gentib. sicut & Iudæis cæteris paribus. Ideo ipsi credebant ꝙ multò maior gratia deberet sibi dari, & cõsequenter gloria,& credebãt se futuros esse primos in populo Christiano,& gentes esse in proselitorũ loco. Vel põt dici,ꝙ nõ oportet in parabolis omnia scrutari,sed quæ pertinent ad principalẽ intentionem loquentis.Dicamus ergo [Venientes autem & primi]. s.ad ingrediẽdum regnũ cœleste[arbitrati sunt] quidã.s.eorũ, qui adhuc viuebant in carne [ꝙ plus essent accepturi] q̃ Gentiles,vel nõ sunt quidẽ hoc arbitrati, sed tñ tãta est Dei largitas,ꝙ si per impossibile sic fuissent arbitrati, nihilominus æqualẽ eis mercedem alij accepissent.Vnde subditur[Acceperunt aũt & ipsi singulos denarios]id est æqualẽ retributionẽ,scd̃m Greg.& intellige nisi affuerit personalis differẽtia meritorũ. Ex eo .n.ꝙ Iudæus, vel ꝙ græcus est,qs nõ est distinctus[Et accipiẽtes murmurabãt aduersus patrẽfamilias,dicẽtes] Hic est qõ quã Greg. mouet,dicens.Sed põt quæri,quõ murmura re dicti sunt,qui ad regnũ vocãtur. Cœlorũ n.regnum nullus qui murmurat accipit, & nullus qui accipit murmurare põt.Hæc ille. Ad hoc dr̃ respondẽdo, ꝙ murmur accipitẽ multipliciter.Primò pro quærela iniusta cũ impatientia.Secundò pro cõfusione vocũ, & consequenter ꝓ admiratione,quæ est cã talis cõfusionis aliqñ: & tertiò,ꝓ intẽso desiderio, qd̃ similiter aliqñ est cã eiusdẽ, & quartò pro suspensione cordis expectantis eadẽ rõne. Primo mõ scd̃m oẽs nõ põt eẽ in accipiẽtẽ regnũ cœlorũ, nõ quia murmur sit semp mortale, sed quia ẽt venialiter talis peccare nõ potest.Quidã ergo dicũt,ꝙ sancti patres murmurabãt, i.admirabant diuinã clementiã in glorificatione sua, & gentiũ.& sic exponit beatus Vincentius.Quidã verò ꝙ murmurabant,i.valde desiderabant regnũ,quod multo tpe expectauerũt i Lymbo,& sic exponit Magister Iacob de Vora. Quidam verò vt Beda. & Grego.dicunt, ꝙ murmurabant.i. suspẽsi multo tpe expectabant.Sed oẽs istæ expositiones sunt insufficientes,quamuis vera aliquo modo dicantẽ Nã vnus ex talibus murmuratorib.a præfamilias est notatus de inuidia, vt videbitur,& ẽt dicebat se pati iniuriã,vt innuitur in textu,quod non esset verũ scd̃m p̃dicta.Posset tñ ad hoc dici, ꝙ in parabolis non oportet oĩa scrutari,& sic stabunt dictæ opiniones; seu expositiones.Secundo mõ soluit Chryso.dicens,ꝙ in parabolis nõ oportet oĩa, q̃ dicuntur, velle inuestigare, sed facere vim ĩ eo ꝑ qd̃ dr̃ aliquid. Intẽdit ergo Saluator dicere,ꝙ tãta erit remuneratio,ꝙ impossibile esset ut aliqs murmuraret.Pro intellectu autẽ huius expositionis vide,q̃ notanẽ dñica 10.post Trinit. 1 expositione allegorica. Tertio modo soluit Magr̃ histo. & alij dicẽtes,ꝙ ẽst hic locutio ꝑ syneresim,i.spontaneã confessionẽ,seu quod est idẽ ex p̃suppositione, vt si dicatur p̃supposito ꝙ aliqui sic voluissẽt murmurare, sic rñderet[Amice ñ facio tibi iniuriam]&c.Põt aũt fortè dici, iuxta p̃dictã secundã regulã,ꝙ alij accipiebãt denariũ felicitatis,& alij murmurabãt, s.illimet q̃ credebãt se plus accepturos. Ad literam.n.primitiua ecclesia Iudæi cõuersi murmurauerunt de hoc,ꝙ cõsimilẽ Spiritus sancti grãm viderunt dari gentib. sicut & sibi.Nã Act.11.dr̃ ꝙ cum Petrus redijsset ĩ Hierusalẽ baptizato Cornelio Gẽtili,& amicis eius,disceptabãt aduersus illum,q̃ erant ex circũcisione,i.Iudæi, dicẽtes. Quare cõiecasti cum illis.q. habent p̃putium,i.cum Gẽtilibus? Et licet istud murmur videret cõtra Petrum, tñ erat contra dominum, qui miserat Petrum.Licet autẽ ista expositio fortè alicui videatur noua, tamẽ mihi apparet ꝙ prius eam tetigit Magister histo. dicẽs.Vel potest trahi murmur ad statum præsentem. Interrogatio autẽ cur pares fecisset ad futurum.Hæc ille.Et similiter Hiero. dicens. Omnis reuocatio Gentilibus inuidet, & in euangelii torquetur gratia.Hæc ille. Vbi nota, ꝙ retrouocatio dicuntur Iudæi retroactis temporib. ad cultum, & vineam Dei ante Gentiles vocati.Dicamus ergo [& accipientes] aliqui Hebræorum mercedem [murmurabant]non illimet, sed alii de eodem populo adhuc in carne viuentes [ad-

uersus

versus patremfamilias]id est Deum, [dicentes] in corde suo per indignationem & inuidiā[Hi nouissimi].i.Gētiles,qui fuerūt nouissimi vocatione,sed gratia & gloria primi[vna hora fecerunt].i. parū laborauerūt [& pares illos nobis fecisti,qui portauimus pōdus diei & æstus] multo.s.tempore laborando. Sed contra , quia Gentiles portauerunt pondus quādiu vixerunt,similiter sicut & Iudæi . Quare ergo illi dicunt se plus laborasse? Ad hoc dicitur primò , secundùm Chrys.quia antiquì hebræi quamuis nō per omne seculum vixerint, tamē videtur labo rasse a principio suæ natiuitatis vsque ad tēpus, in quo acceperunt mercedem semp in lymbo expectantes. Et in hoc errauerunt, quia spes quę differtur affligit animū.Prouerb.13.Secundò dicitur,secundùm eundē, quòd pondus diei & æstus dicunt onera legis Mosaicę,quæ Gentiles nō portauerunt. Et intellige mentē Chry.esse,quòd hoc pōdus Iudæi portauerūt longiori tempore, q̃ Gentiles laborassent nouiter cōuersi : quia iam ille populus etsi non singuli de populo per duo milia annorum,vel circa, illam legem portauerat . Tertiò dicitur,secundùm Greg.quòd aliqui illius populi vixerunt lōgissimo tempore,& hoc intellige accipiendo quòd vnus fuerit fideliū populus a principio mundi vsque ad conuersionē gentiū, qui Hebraicus dicitur,quamuis nō sic semp fuerit dictus[At ille respondens]per reuelationē Apostolis factā[vni eorū dixit]sedm Remigium. Per hunc vnum intelligunt omnes,qui ex Iudæis crediderunt,quos amicos per fidē vocat.Sicut enim aliquando Petrus loquebatur in persona omniū Apostolorū , ita quod vni dicitur , intelligit dictū multitudini.Et hoc factum est Act.11.vbi Petrus reddidit rationē Iudæis murmurātibus de hoc quod baptizauerat Cornelium,dicens, quòd ex diuina reuelatione fecerat,& quòd descendentem Spiritumsanctum viderat super Gentiles sicut super Iudæos [Amice nō facio tibi iniuriam]si do tibi quod tuū est , & alijs idem volo dare ex liberalitate mea [Non ne ex denario cōuenisti mecum?Tolle quod tuum est, & vade]Remigius.i tolle mercedem tuam, & vade in gloriam[Volo autem & huic nouissimo]id est Gentili populo[dare sicut tibi . Aut non licet mihi quod volo facere?]Quasi dicat,sic: q̃a si ex misericordia & gratia trado quod non debeo,non peccos[An oculus tuus]id est intentio,secùndum Remigium[nequam est]id est peruersus[quia ego bonus sum]quasi dicat, sic:quia Iudęi,vt idem Remigius dicit,malā habebant intentionem,id est malam voluntatem, quia de salute gentium dolebant.Cōsequenter ponit id propter quod dicta ē tota parabola,cùm dicitur [Sic erunt nouissimi]vocatione,idest Gētiles[primi]remunerationem eo modo quo expositū est supra scilicet dignitate . Vel hoc intelligitur etiā quantum ad præsentem statum ecclesiæ, in quo Iudæi non recumbunt in primo loco, sicut olim in synagoga.Vnde Remigius.Iudæi de capite mutantur in caudam, & nos cauda mutamur in caput.Hæc ille.Vel secūdùm Chry.hoc dicitur ad significandum q̃ isti populi æquales erunt, & neuter erit altero prior ratione temporis. Quod autem sequitur[multi sunt vocati,pauci vero electi,]secundum Chryso.non ad superiores Sāctos pertinet,sed ad gentes,quoniam ex ipsis gentibus multis vocati,pauci sunt eligēdi. Vel secundum Nico.de Lyra intelligitur de Iudæis,q̃a omnes fuerunt vocati,& pauci crediderunt , & pauciores eliguntur ad regnum.Alia expositio huius partis tota ex dictis patet.Aliqui tamen contra ista secundum arguunt,quod sero non possit dici tēpus gratiæ, quia illud est tempus laboris & non mercedis.Sed ad hoc dicitur, quòd tēpus gratiæ non est tēpus consummatæ mercedis,sed inchoatæ,& idē est tēpus laboris, qui natura tantum,& non duratione præcedit gratiam,si per laborem ipsum vltimam præparationem ad gratiam intelligimus , quæ est contritio.

Quæritur autē, vtrū Christiani eligendi ad gloriam sint pauciores damnādis ad pœnā.Videtur enim q̃ sic.Primo, quia hoc videtur hic dicere Saluator, dicens, q̃ pauci sunt electi.Sed quia posset aliquis dicere,q̃ loquitur comparatiuè ad infideles,q̃ multi damnātur. Arguitur secundò,quia dicit Grego.Ad fidem plures veniunt & ad cęleste regnum pauci producuntur.Hæc ille. Tertiò arguit,quia quod est supra naturalem facultatē alicuius naturæ, nō conuenit omnibus neq; pluribus suppositis eius,sed paucioribus , sicut pauciores sunt aues loquentes,q̃ non loquentes. Sed felicitas est supra natu-

ralē facultatē Christianorū, ergo pauciores sunt saluādi. Sed contra, quia Matth. 13. di, ꝙ angeli separabunt malos de medio iustorum, & loquitur de fidelibus, qui propriè iudicabuntur per discussionem. Si aūt iusti essent pauciores malis, dicēdum fuisset, vt uis, separabunt iustos de medio malorū. Resp. Deo soli credo esse notam huius qōnis veritatem. probabiliter tñ dici potest ꝙ maior pars Christianorum habentium fidem rectam, & uiuentium in obedientia sanctæ Romanæ ecclesiæ saluatur. Et hoc suadeo ratione, & authoritate. Ratione sic. Nam secundum theologos maxime S. Tho. 4. dist. 18. absolutio sacerdotis de attrito facit contritum, id est dolorem imperfectum & insufficientem de peccatis eundem numero vel specie, facit esse perfectum & sufficientem ad salutem, ita scilicet quod si sint duo attriti æqualiter dolentes, & unus moriatur sine sacramentis, ille damnabitur: alius vero si recipiat sacramenta saluabitur, quia in susceptione eorum saltem pœnitentiæ, & baptismi ueram accipiet contritionem, quāuis fortè non sentiat. Videtur autem satis rationabile, quòd saltem media pars Christianorum, qui venerunt ad vsum rationis tempore suæ mortis recipiant sacramenta, & cum attritione, id est aliquali dolore de peccato, licet insufficienti ad salutem, & proposito cauendi de futuro. Et licet si uiuerent fortè non cauerent, tamen tunc de hoc non cogitant. Iustificantur ergo tunc isti, nec est rationabile, ꝙ post derelinquantur a domino, nisi forte raro. Si ergo his adiungamus pueros decedentes ante usum rationis & post baptismum, de quibus non est dubiū; & decedentes in regulari obseruantia religionis, de quibus est valde probabile, ꝙ saluentur, & rarissimi pereant, maior utique pars saluabitur. Authoritate vero sic. Nam Matth. 22. dicitur, ꝙ de vocatis ad nuptias, id est ad fidem, secundum expositionē omnium, unus solus videtur reclusus in carcerē ad innuendam paucitatem eorum, qui damnantur. Et si arguatur quòd quinque virgines fuerunt sapiētes, & quinque fatuæ, Matthæ. 25. Dico, quòd si talis numerus ponit ad exprimendam quantitatem saluandorū & damnandorum per virgines exeuntes ob uiam sponso & portantes lampades, intelliguntur solum illi, qui venerunt ad vsum rationis vt possent habere lampades propriarum operationum, non autem pueri qui nō propriè exeunt obuiam, sed ducuntur per fidem alienam. Ex hoc ergo non habetur nisi quod medietas vel circa adultorum saluatur. Ad primum ergo contra, dico quòd totus mundus est uocatus ad fidem & gloriam, sed pauci sunt electi ad gratiā, & paucissimi ad gloriā. Et sic intelligit Christus, quamuis ēt possit dici, ꝙ loquit de iudæis, vt visum est. Ad scd'm dico, ꝙ Greg. ibi dicit paucos Christianos saluari comparatiuè ad oēs Christianos, nō aūt comparatiuè ad damnandos, & hoc est dicere, ꝙ simile sint vocati qui venerunt & sunt Christiani, & sexcenti saluentur, isti sunt pauci ad mille comparati, sed non ad quadringentos. Ad tertium dico, ꝙ sub illa maiori male subsumitur mutando quid in quale siue naturam in gratiam, alioquin æque posset subsumi de beatis, & concludi ꝙ maior pars eorū dānatur. Debet igitur sic subsumi. Sed felicitas est supra naturalem facultatem, non quidē Christianorum quod sonat gratia, sed hominum, & sequitur tunc uera cōclusio. Vnde dico, ꝙ concluditur ꝙ minor pars hominum saluatur, qa felicitas de qua loquimur excedit naturam humanam in se consideratam, non aūt concluditur de Christianis, q. consequuntur gratiam Dei pro maiori parte, quia licet impossibile sit homini in puris naturalibus constituto mereri illam gloriā, non tamen est impossibile existenti in gratia. Vnde acquirere illam gloriam non est supra naturam existentis in gratiis inquātū est gratia, nec est supra naturam Christiani inquātum Christianus, sed inquantū homo.

Moraliter hic significatur, quòd quantū est ex parte Dei non est differentia qua æta te quis accedat ad uineam conscientiæ laboraturus, quia si maiora fuerint nouissimorum merita, nouissimi in vocatione erunt primi in præmiatione. Chrysost. Composita est hæc parabola vt eos auditores faceret, qui in vltima senectute conuertuntur, ne existimarent se minus aliquid habituros. Hæc ille. Debet tamen quisque diligenter aduertere ne suum laborem perdat, vel ne ociosum contemnat, quia dicit Grego. Duo pensare debemus. Primum est, vt de se quisque minimè p̄sumat, qa etsi iā ad fidem uocatus est, vtrum ad regnum eligendus sit

sit nescit. Secundũ verò est, vt vnusquisque proximum suum quã iacere in vitijs cõspicit, despicere non audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. Hæc ille. Amen.

Dominica in Sexagesima.

Textus Euang. Luc. 8



VM turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem. Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederũt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinę suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terrã bonã, & ortũ fecit fructũ cẽtuplum. Hęc dicens, clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabãt autem eum discipuli eius, quę esset hęc parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datũ est nosse mysteriũ regni Dei, cæteris aũt in parabolis, vt videntes nõ videant, & audientes non intelligãt. Est autẽ hæc parabola. Semen est verbum Dei. Qui autẽ secus viã, hi sunt qui audiũt, deinde venit diabolus & tollit verbũ de corde eorũ, ne credẽtes salui fiãt. Nam quod supra petrã, qui cum audierint, cũ gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedũt. Quod autẽ in spinis cecidit, hi sunt qui audierũt, et a solicitudinib. & diuitijs, et voluptatib. vitę euntes suffocãtur et nõ referunt fructũ. Quod autem in terrã bonã, hi sunt q̃ in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructũ afferunt in patientia.

CVM turba plurima conueniret &c. Luc. 8. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Figuralis locutio, Disciplinalis interrogatio, & Magistralis explanatio.

QVANTVM ad primum sciendum est. q̄ hoc euãgelium est parabolicũ, ideo sensus literalis sumendus est penes in proprium significatum. Quare autem in parabolis Christus loqueretur, vide dominica 4. post oct. Epipha. Dicamus ergo [Cum turba plurima conueniret] propter causas dictas Dominica 2. post octa. Epi. [& de ciuitatibus properarent ad Iesum] prædicantẽ interdũ in deserto, vel in cãpestribus, in quo ostenditur maxima reuerentia & deuotio, quã populi habuerunt ad Christum, quãuis postea sacerdotes & Pharisei & scribæ decepenint populum Hierosolymitanũ, vt eum peterent crucifigi. Nunc tamen quando ista dixit, prædicabat in mari Galileæ in naui, turba existente in littore, vt patet ex textu euangelij [Dixit p̃ similitudinẽ,] i. paraboli cè loquẽdo Nã secũdùm Hier. parabola grecè latinè dr̃ similitudo. Ponit aũt similitudinẽ de quodã seminãte, cũ dicit [Exijt qui seminat seminare semen suũ] Istũ seminatorem materialis seminis non est necesse fuisse in rerum natura, quia Christus nõ narrat histo. sed fingit similitudinẽ ad significãdũ. Deinde dicit, quòd seminis eius quatuor fuerũt partes. Primã tangit dicens Et [dum seminat, aliud,] scilicet semen [cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cęli comederunt illud] Secundam vero, dicens [& aliud cecidit supra petram, & natũ aruit, q̃a nõ habebat humorẽ] Tertia autem, dicens. [Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud] Quartã quoque dicẽs [Et aliud cecidit in terram bonã, & ortum fecit fructum cẽtuplum.] i. centũ pro vno. Sed quia ista dicta sunt obscurè, ideo subditur [Hæc dicens clamabat] eleuata voce, vt magis excitaret auditores. Nec tamen est contra illud Esa. 42. nõ clamabit, nec audietur vox eius foris, quia ibi est sermo de clamore cõtentionis, nõ prædicationis

nis [Qui habet aures audiendi audiat] Sicut autē dicit Greg. aures corporis omnes qui illic aderant habebant. Vnde secūdum eū,& Bedam,& Hiero.quādo inuenitur talis modus loquendi, signum est ꝙ in verbis dictis aut statim dicendis sit intellectus mysticus,i.literalis quidem, sed parabolicus. Huic autem parti Euāgelij nullum sensum habeo assignare, quia in tertia parte ponemus expositionē Christi.Vnū tñ documentum habet hic prædicator,vt non velit omnibus omnia proponere,sed formare debet sermonē secundum ꝙ auditoribus cōgruit, sicut & Christus.Quinti.lib primo.Vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, vel etiam instillantibus complentur.

QVANTVM ad secundum sciendū est literaliter,ꝙ discipuli Christi tanquā idiotæ,non intellexerūt sensum parabolæ literalē quē Christus intendebat,quāuis intellexerint propria vocū significata,& ideo sequitur[Interrogabāt aūt eū discipuli eius q̄ esset hęc parabola,] i.q̄d significaret.Interrogabāt inquā, vt ait Beda,non statim post quam dixerat parabolā,sed cū esset singularis,i.sine turba siue esset in domo, vt dicit Nico.de Ly.siue in naui secundū magi.hist. & S.Tho.Sicut aūt dicit beatus Mat.nō solū discipuli interrogauerūt de sensu parabolæ,sed etiā quare parabolicè loqueretur,sed B.Lucas tacuit de secunda interrogatione, & tamen secundùm Eusebiū ponit causam principalem,quare dominus loqueretur in parabolis,dicens[Vobis,] i.bene volētibus, secundùm Greg. & simpliciter dignis[datū est nosse mysterium regni Dei] Apostolis.n. erāt quasi fundatores ecclesię post Christū, vnde Apoca.21.dicitur, ꝙ murus ciuitatis habebat fundamēta 12.& in ipsis 12 nomina apostolorum,& agni scripta. Et ideo ad ipsos pertinebat scire secreta ecclesiæ, quæ futura erat in processu eius a prædicatione Christi, vsque ad finem mundi,quæ secreta vocantur hic mysteriū regni Dei, i.ecclesiæ militantis.Et licet in ista parabola nulla videantur secreta contineri,quæ tunc esset futura, tamen continentur in aliis, quæ simul cum ista dixerat,vt patet videnti textū euāgelistarū.Vel secūdum aliquos,mysteria regni Dei sunt secreta scripturæ, q̄ dr̄ regnū Dei, & in huius signū sacerdos osculaṫ euāgeliū apertū.Aduertendū est autē, ꝙ in ista p̄dicatione quā Christus fecit, in quatuor dixit parabolas. Et vt dicit beatus Mar. sinè parabola non loquebatur, quod non sic est intelligendū quasi nihil diceret nisi parabolicè, sed qa aliqua dicebat clarè, quæ turba scire debebat: aliqua autem interponebat parabolica,quæ,s.pertinebant ad secreta ecclesiæ. Sed tñ istas parabolas secundùm S. Tho.super Mat.non dixit Christus antequā fecisset miracula, sed post.Nam à principio suę doctrinę Christus clarè docebat, & apertè locutus est,quia dicitur Ioan.15.Si eis locutus non fuissem,peccatū non haberēt.Similiter etiā fecit apertè miracula,quia dicitur ibidem.Si opera nō fecissem in eis,quæ nemo alius fecit,peccatū non haberent.Sed multi fuerant ꝑ inuidiā excæcati & peruertebant miracula eius,attribuentes ea Beelzebub,& detrahebāt doctrinæ.Et talib. Christus volebat abscōdere mysteria regni Dei, & hoc secundùm The.ne maius peccatū haberent,si cōtemnerēt illa postquā agnouissent:uel secūdū alios ne ea cōtemnerēt, vel forte q̄a secūdū iustitiā Dei ꝑꝑ magnā suā malitiā iā diuinā veritatem non erant audituri.O quot sunt.q̄bus Deus multas subtrahit bonas inspirationes,quia alias despexerunt.Sequitur ergo[Cæteris autem] inuidis & indignis[in parabolis] supple loquor [vt videntes,] i.videre se putantes,secūdū Theo. [nō videāt] veritatē[& audientes nō intelligant] quæ ego loquor. Vel aliter[vt uidentes,] s.oculo corporali miracula mea,& me docentem & conuersantem inter homines [nō videant] oculo spirituali ipsa mysteria regni Dei,& fidei veritatem.Hoc enim merentur ratione inuidiæ excęcantis[Et audiētes] auribus corporis verba mea parabolica [non intelligant] quæ per illa significantur mysteria.Beda.Rectè enim in parabolis audiunt,qui clausis sensibus cordis non curāt cognoscere veritatem.Hæc ille.Et secundū hūc sensum ly, vt stat causaliter.Cum enim in auditoribus Christi essent quidā. quibus nolebat doctrinam sobtrahere,i.boni:& q̄dam quibus nolebat eam tradere,ne irriderent;vel quia hoc diuina iustitia exigebat, loquebatur ipse parabolicè, vt boni venirent ad veritatem, principaliter adiuuante Deo, & secundario ex suo desiderio, & conatu intelligēdi parabolas: inuidia vero eū

non

non attingerent, Deo deserēte. & eis nō curantibus in vestigiū quid parabola significaret. Vñ quod dicitur, vobis datū est &c. non solum de apostolis, sed de omnibus discipulis intelligitur, & de omnibus bonis. Vel vt exponit Gorram ly vt, stat consecutiuè, non causaliter, quia indigni verba parabolica deridēt, quibus tamen digni melius docentur, sed iste sensus nō æquè bene congruit.

Moraliter in hoc habemus documētū, ꝙ qui diuina beneficia non cognoscūt eū gratiarum actione, spiritualiter excæcantur & priuātur cognitione multorum spiritualiū. Caueant ergo qui diuinas inspirationes nō mandant executioni. Prouer. 1. Vocaui & renuistis, extendi manū meā, & non fuit qui aspiceret Despexistis omne consilium meū & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm nobis id quod timebatis, aduenerit.

QVANTUM ad tertium literaliter sciendum est, ꝙ apostolis & discipulis competebat scire secreta ecclesiæ & scripturæ, ideo Saluator exponit eis parabola.

Est tamen sciendum, quòd illam Saluator compendiose exposuit, relinquens multa expositoribus, ideo nos debemus dicere quod nobis dicēdum reliquit. Nam ipse est iste seminator ad literam, & tamē hoc ipse in hoc euangelio non dixit. Dicamus ergo quòd iste seminator est Christus, secūdū Bedā & Chry. & The. & Euse. & Titum & omnes. Iste sator, vt dixi in principio parabolę [exijt] secundū Bedā, de sinu patris ad mundum istū per incarnationem, vt testimoniū perhiberet veritati, id est vt doceret veritatem prædicando, & verbum Dei seminādo. Et secundū Chrysost. rectè aduentus Christi in carnē ad nos dicitur exitus, quia nos nō eramus cū Deo, sed distantes à Deo. Et nota ꝙ ante Christum nullus exierat seminator. Euse. Exierunt autem nonnulli a patria cœlesti, & ad homines descenderunt, nō tamen vt sererent, neque enim satores erant, sed administratores spiritus in ministerium missi. Moyses etiam, & prophetæ post eū nō seruierunt hominibus mysteria regni cœlorū, sed retrahēdo insipiētes ab errore nequitiæ & idolorū cultu, quasi colebant animas hominū & in noualia redigebant. Solus autem omnium sator verbum Dei exijt euāgelizaturus noua semina, scilicet mysteria regni cœlorū. Hæc ille. Prædicator autē est velut cophinus seminatoris. Aug. Ego quid sum nisi cophinus seminatoris. Ille in me ponere dignatus est q̄ vobis spargo. Nolite attendere ad vilitatē cophini, sed ad claritatē seminis, & potestatē seminatoris. Hæc ille [Seminare semē suum] & non alienū. Titus. Exijt autē vt seminaret semē suum. Nō enim accepit verbū quasi mutuatū, cùm ipse naturaliter sit verbū diuinū. Non est igitur suū propriū semen Pauli, vel Ioānis, sed habent cū acceperint: Christus autē habet, ꝓprium semen, proferens doctrinā ex sua natura. Vnde & Iudæi dicebant. Qualiter hic literas nouit, quas nō didicit? Hæc ille. His visis, accedamus ad expositionē Christi. Dicit ergo [Est autem hæc parabola] id est iste sensus parabolæ, quem statim dicā [Semē] seminatū a seminante. id est a me [est verbū Dei] Est autē multiplex verbū Dei. Primum quod Deus pater dixit immediate per se ipsum, quod nihil est aliud q̄ cōceptio, quam Deus pater ab æterno de seipso fecit, & alijs fiendis aut factibilibus ab eo. Secūdū est, ꝙ ipse Deus dixit per creaturas, puta angelos, vt lex Mosayca, & prophetas, vt libri prophetarū. Verba n. horū erant verba Dei. ex cuius ꝑsona loquebātur. Tertiū est verbū, quod Christus per seipsum immediate prædicando dixit. Quartū est illud, quod Christus dicit per prædicatores ministros suos. De hoc dicit Apostolus 1. The. 2. Cū accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud nō vt verbū hominum, sed sicut est verè verbū Dei. Primū verbū fuit seminatū in vētre Virginis, vnde processit ille benedictus fructus Iesus, qui verè est granū frumēti, quod cōtusum per varios labores & crucis pistrinū, tres dedit farinas, s. sanguinem quo nos redemit, aquā qua mundū lauit, & lachrimas quibus Deū placauit. Lachrymabatur. n. in cruce, vt dicit apostolus Heb. c. 5. Secundū fuit seminatū in gente Iudaica, sed pro maiori parte fuit terra sterilis & petrosa, & spinosa, & conculcata a diabolo. Quartū seminatur in fidelibus populis. De tertio tamen propriè loquitur Christus [Semen ergo est verbum Dei,] i. prædicatio quā prædico. Per terrā autē secūdùm Euse. id est intelliguntur animæ vel corda auditorū, seu ipsi auditores. Est autē verbū Dei simile semini iacto in terram, propter multa.

Primò

Primò ꝑꝑ virtutē principiandi, quia sicut semen est principium in naturalibus, ita verbum Dei in moralibus, Ro.10. Fides ex auditu, auditus aūt ꝑ verbū Christi. Scđo ꝑꝑ similitudinē spargendi. Sicut.n. semen manu accipitur anteq̄ spargatur, sic verbum dēt primò manu, i. opere accipi, & postea ore spargi, scđm illud Act.1. Cœpit Iesus facere & docere, & Matthæi.5. Qui autem fecerit, & docuerit magnus vocabitur in regno cœlorum. Tertiò ꝑꝑ vtilitatem fructificandi. Esa. 5. Verbum meum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me uacuū. Quartò ꝑꝑ necessitatem reficiendi, quia s. est materia, qua reficitur anima, sicut semen quo reficitur corpus. Deut.4. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Quintò propter similitudinē periclitandi, vt patet hic. Et si contra hoc arguatur, quia Matth.13. dr ꝙ bonum semen sunt filij regni. Dicitur, ꝙ quadruplex est semen, scilicet seminatum pro nobis, vt Christus Gen.22. In semine tuo benedicētur omnes gentes; & seminatum in nobis, vt verbū Dei de quo hic, & similiter gratia & uirtutes: & seminatum a nobis, id est opera bona & documenta sana. Psāl. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua; & seminatum de nobis, id est nosipsi quos Christus seminauit in ecclesia sua, & hoc habetur Matth. 13. Istud semen scđm Euse. diuisum est principaliter in duas partes, q̄ a quoddā cecidit in terrā bonā, & illud, vt idē dicit, fuit ī tres partes diuisum, vt uidebitur, quoddam vero in malam, & istud similiter est diuisum in tres partes. Et prima pars tangitur, cùm dicitur [Qui autem secus uiam]

Sciendū ꝙ ly qui, in duabus primis clausulis habetur in quibusdā testibus, quidā uero nō habent qui, sed, quod, in oībus clausulis. Et si quidā textus habeat quod, ly quod refert semen, vt dicatur [Quod autem secus uiā] id est illi auditores, qui significātur per terrā secus viā positā, siue illi qui suscipiunt semen, ac si illud susciperetur in terra secus uiā [hi sunt qui audiunt s. verbum Dei [Deinde venit diabolus] Vbi aduertendum, ꝙ Saluator diabolum assimilauit aui, & uolucres cœli appellauit dæmones, & hoc ꝑꝑ multa. Primò, quia habitant cœlum, i. aerē, qui est locus auium. Nō n. omnes dæmones sunt in inferno, & si oēs patiātur pęnā inferni, sed quidā sunt in aere ex diuina permissione ad exercitiū hominū, vt patet per Sā. Tho.1.par.q.69. art.4. Secundò ꝑꝑ naturā cœlestem seu spiritualē, ex qua debetur eis locus cœli eo mō quo spiritib. competere pōt locus. Locus n. substātiarum immaterialium, scđm oēs, creditur cœlum, vt dicit Aristo.li.de cœlo, & mundo. Aer autem dr cœlum rōne diaphanitatis. Tertiò ꝑꝑ uelocitatem motus. Licet.n. diabolus non possit in instanti moueri, vt patet 1.par.q.53.ar.3. tñ pōt in tpe imperceptibili moueri de cœlo ad terrā, quia in uno instanti pōt esse in cœlo, & in alio in terra, nō pertransito medio, vt patet.1.par.q.53.ar.2.& 1.dist.37. Et rō est, quia ipsum moueri est ipsum applicari locis diuersis successiuè. Cum aūt ex se sint spiritus, possunt ex se esse nusquā. Vnde & græci ponunt eos ante oēm locum creaturæ, cum quibus sensit Hieron. Etsi ex se sunt nusquam, cum se ab uno loco absoluunt æquè propinqui sunt oībus aliis locis, & possunt cui uolunt se applicare. Et huius similitudo est in nostra cogitatione, quasi se absoluat ab omni obiecto nihil cogitando de se ęquè potens est vt deinde applicetur huic vel illi obiecto, & absoluēdo se ab uno ꝓpōt applicare se distanti non se applicando propinquo. Venit inquam nō quia illabatur in essentia animæ, sed extra suggerit nihil uio lētando [& tollit verbum de corde eorum] Vbi aduertendum est, ꝙ istud semen dr conculcatum, & comestum, & sublatum a diabolo, Duo aūt ultima sunt idē, quia unū dr ad exponendum aliud. Isti. n. auditores sunt illi, quorum mentes patent uanis cogitationib. uoluptatum, & consequenter transeunt dæmones illas mētibus inserentes. Vnde cōculcant verbum Dei ne fructificet. Et non solum conculcant, sed comedunt, i. auferūt in quantum tales ex diabolica suggestione obliuiscuntur verbi diuini, non quasi illud possint dæmones uiolenter auferre. Vnde tollunt procurando, vt tollatur [Nam qui supra petrā] id est illi auditores, qui significantur per petrā siue petrosam terram, vel illi qui sic suscipiūt semen ac si illud susciperetur super petrā, hi sunt q̄ cū audierint cum gaudio suscipiūt verbū, & hi radices nō habent, quia ad tēpus credunt, & in tēpore tentationis recedūt: per terrā ergo petrosam, Saluator ipse exponit incōstantes in aduersis.

sis Beda. Humor ad radicē seminis est amor perseuērantia virtutis. Hæc ille. Gregor. in homel.

Multi bonæ operationis initia proponunt, sed mox, vt fatigati aduersitatibus vel tentationibus cæperint, inchoata derelinquuntur. Petrosa ergo terra humorem nō habuit, quæ hoc quod germinauerat ad fructum perseuerantiæ non perduxit. Hæc ille. Sed contra. Hieremiæ 23. Nunquid non verba mea quasi ignis desuper, & quasi malleus conterēs petras? Ergo videtur quòd verbum Dei debeat præualere etiam in petris. Ad hoc dico, quòd conterit petras, idest dura quando ipsa desiderant conteri, non aliter de communi lege, quia Deus mouet hominem ad salutem cum libertate arbitrij. Vnde eadē ratione licet bonum sit fortius malo, tamen spinæ suffocāt verbū, quia ista suffocatio non est ex impotentia verbi, sed ex spinarum malitia [Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt & a sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & nō afferunt fructum] Et sic patet, quòd dominus spinas appellauit sollicitudines, secūdùm Chrys. & diuitias, secundùm Greg. quod intelligendum est in quātum sollicitudinem ingerunt. Vnde ait. Mirum autē est quomodo dominus spinas diuitias interpretatus est, cum illæ pūgant, istæ delectent Et tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant, & eam vsque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruētant. Duo autem sunt q̄ diuitijs iungit, sollicitudines, & voluptates, quæ p curam mentem opprimunt, & per affluētiam resoluunt. Suffocāt autem semen, quia importunis cogitationibus guttur mētis strangulant, & dum bonū desiderium intrare ad cor nō sinunt, quasi aditum vitalis flatus vetāt. Hæc ille [Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo verbum retinent] nec sinunt rapere diabolum, vt hi qui secus viam [& fructum afferunt] nec sinūt suffocare semen, vt hi qui in spinis [in patiētia] nec sunt inconstantes, vt qui supra petrā. Et sic patet vt dicit Chryso. ꝙ terra bona contrario modo se habet ad viā, & petram, & spinas. Gre. Terra ergo bona fructum p patientiam reddit, quia nulla sunt bona, quæ agimus si nō æquanimiter etiam proximorū mala tolleremus. Fructum ergo per patiētiā reddūnt, quia cum humiliter flagella suscipiūt, ad requiem sublimiter suscipiuntur. Hæc ille. Est autem sciendū ꝙ sicut dicit beatus Mat. semē quod cecidit supra terram bonam attulit fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimū aliud tricesimum. Ad huius notitiam sciendum est ꝙ ista triplex fructuū differentia tripliciter cōsiderari pōt. Primò secūdū quosdā quātum ad tres status fidelium, qui sunt incipientes & proficientes, & perfecti. Incipientes proferunt trigesimum, quia sufficit ꝙ habeāt fidem Trinitatis cū impletione decalogi. Proficiētes autem sexagesimū, quæ vltra prædicta implēt sex misericordię opera, s. necessariora, quæ enumerātur Matthe. 25. Vel sub vno includuntur duo, s. cibare & potare. perfecti vero centesimū, qui numerus est perfectus, quia duplicē seruant p scilicet veteris legis præcepta, & euāgelica consilia. Secundo quātum ad tres status saluandorum, scilicet cōiugatos viduas, & virgines, secundùm Aug. de consen. Euang. vt scilicet tricesimus ad coniugatos pertineat, sexagesimus ad viduas, centesimus vero ad virgines. Tertiò potest considerari quantū ad triplicem victoriæ modū, vt dicit Augu. ibidem. Quidam enim sic pugnant cū amore mundi vt non vincantur. Alij vero sic illū superāt, vt si denuo insurrexerint facile vincāt. Alii verò sic viuunt, vt se omninò nulla ex parte commoueant. Primi habent fructum tricesimum. secundi sexagesimum, tertii centesimum. Vide de his Sanctum Thomā. 4. distin. 49. q. 5. artic. 2. q. 3. Est autem hic vna quæstio, quia videtur esse stultitia proiicere semen inter spinas. Ad hoc sic dicit Chrysosto. Increpandus esset agricola, qui super sensibiles spinas, & petram, & viam seminaret. Non enim possibile est petram terram fieri, nec viam non esse viam, nec spinas non esse spinas. In rationalibus verò secus est. Possibile est enim petram conuerti in terram pinguem, & viā non conculcari, & spinas dissipari. Hæc ille. The. verò dicit. Seminans non proiecit semen secus viam, sed cecidit. Qui enim seminat docet rectum sermonem, sed sermo diuersimodè cadit in audientes. vt quidam eorum via dicantur. Hæc ille. Et intendit, quòd ex parte auditorum est, ꝙ semen nō cadat in terram bonam, quod

possunt

possunt esse bona terra si uolunt. Quilibet ergo debet se præparare si vult quod verba Dei faciant fructum in eo. Amen.

Dominica in Quinquagesima.

Textus Euang. Luc.c.8.



Assvmpsit Iesus duodecim discipulos suos, & ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & cõsummabuntur oĩa, quæ scripta sunt p prophetas de filio hominis. Tradetur enim gẽtibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postq̃ flagellauerint occident eũ, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbũ istud absconditũ ab eis, & non intelligebãt quæ dicebantur. Factũ est aũt cum appropinquaret Hierico, cęcus quidã sedebat secus uiam mendicãs, & cum audiret turbam prætereuntẽ, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autẽ ei, quòd Iesus Nazarenus trãsiret. Et clamauit dicens. Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant increpabant eum, vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat. Fili Dauid miserere mei. Stans aũt Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cũ appropinquasset, interrogauit illum, dicẽs. Quid vis tibi faciã? At ille dixit. Domine, vt videam. Et Iesus dixit illi. Respice, fides tua te saluum fecit, & confestim uidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Assvmpsit Iesus 12. discipulos suos secreto &c. Luc. 18. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt. Prænunciatio. Vociferatio, Miseratio.

Qvantvm ad primum literaliter sciendũ est, ꝙ Chrs moriturus longè ante ꝑdixit discipulis passionis suæ ignominiã, & gloriã resurrectionis. Et hoc ꝑꝑ multa. Primò, scd̃m Theo. Greg. & Chry vt exercitati per expectationẽ, in die passionis essent firmiores in fide. Secundò scd̃m Cirillũ, vt scirent quia uoluntariè patiebatur. Et hoc est, qd̃ di[Assumpsit Iesus xij. discipulos suos] Assumpsit inquam, i. ad se sumpsit, quia vocauit eos & duxit seorsum a turba, & ab alijs discipulis vt secreto loqueretur eis, scd̃m ꝙ dicit Matth. Et hoc scd̃m Chry. qa istud non fuerat reuelandum infirmiorib. ne turbarentur. Erat aũt ibi Iudas. quia nondũ cõceperat malum, vt dicit S. Tho. super Mat. quẽ scd̃m Gorrã, Christus uoluit interesse, vt audita pronunciatione passionis, vel sic ab ea procuranda suo t pe cessaret [& ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymã] Quare sic dr̃ hæc ciuitas, vide dñica prima Aduentus. Erat aũt in alto sita, respectu totius terrę ꝓmissionis, quia erat in mõtanis. Ideo vndique ad eam accedẽtes ascendebant: recedẽtes vero descẽdebant [& consummabuntur oĩa, q̃ scripta sunt per prophetas] Fuerũt q̃dã hæretici, qui dixerunt Christũ legi & ꝓphetis docuisse cõtraria, qd̃ Xps ꝓuidẽs, vt ait Beda, ostẽdit ꝙ per prophetarũ præsagia suæ passionis & posterioris gloriæ fit celebrata perfectio. Hæc ille. Voluit aũt Chrs cõsummari in Hierusalẽ ciuitate sacerdotali & regali ꝑꝑ multa, scd̃m S. Tho. super Matth. Primò quia ipse tanq̃ verus sacerdos debebat in sacerdotali ciuitate offerre hostiam Deo ꝓ salute gñis humani. Obtulit aũt seipsum super altare crucis. Secũdò, quia per suã passionẽ acqsiuit sibi regnũ. Vnde post resurrectionẽ dixit. Data est mihi oĩs ptãs in cœlo & in terra. Hoc aũt congruè factum est in regia ciuitate. Tertiò põt addi rõ tacta in euangelio natiuitatis in nocte, ad exẽplum, s. humilitatis. Voluit. n. in vrbe uili cõcipi, & in nobili confundi, non quærens honorem ex patria, neque fugiens confusionem ex loci nobilitate accrescẽtem, in quo confundebatur [de filio hominis]. i. de ipso Christo. Quare autem sic se appellat, dicunt quidã, ꝙ ideo est, quia vnius tantũ. s. Virginis filius est: sed melius dicit, ꝙ gratia humilitatis hoc fecit, quia & alii, vt Ezechiel

dicti sunt filii hominis. Quæ autẽ sint ista quæ prophetæ prædixerunt, patet ex beato Mat. quia fuerũt tria, scilicet proditio discipuli, quam prædixit Dauid dicens. Qui edebat panes meos, significauit, id est magnã fecit super me supplantationẽ. Secundò cõdemnatio ad mortẽ a senioribus & scribis, quæ prædicta fuit. Sap. 2. vbi dicitur Morte turpissima cõdẽnemus eum. Tertiò, quòd traderetur gẽtibus. i. Gẽtilibus, puta Pilato & ministris eius. Et de hoc tertio etiã beatus Luc. hic facit mentionẽ, vnde sequitur [Tradetur enim gentibus] Io. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi [& illudetur] Primò in prætorio principis sacerdotũ, dicẽdo. Prophetiza nobis &c. Luc. 22. Secundò in prætorio Pilati præsidis, Mat. 27. Genuflexo ante eũ illudebant ei &c. Tertiò in prætorio Herodis. Luc. 23. Spreuit illũ Herodes cũ exercitu suo & illusit &c. Quartò in patibulo crucis. Lucæ 23. Illudebant aũt ei & milites accedẽtes, & acetum &c. [& flagellabitur] primò colaphis in facie. Mat. 26. & secundò arundine in capite. Matth. 27. & tertiò flagellis in toto corpore. Io. 19. qñ erat crucis affigendus; immo cõmuniter tenetur, ꝙ ẽt ante iam fuerat aliàs flagellatus. Dicũt. n. quidã Christũ fuisse primo flagellatũ tota nocte in domo Caiphæ, & secũdò mane a Pilato ad placandũ Iudæos, quãdo dixit, Emendatũ illũ dimittam; & tertiò iterum a Pilato quando populus non contẽtus de Christi flagellatione & coronatione & irrisione publica corã eodem populo petiuit eũ crucifigi, qa data sentẽtia de cruce & morte iterum est flagellatus, eo ꝙ sancitũ esset a Romanis hominẽ affligẽdũ cruci prius flagellis esse cedendũ. De secũda tamen flagellatione sola expressè legitur, & hoc Io. 20. licet Mat. 25. innuat de tertia, dicens, ꝙ Pilatus dominũ flagellatũ tradidit crucifigendũ, sed fortè recapitulãdo loquitur, [& conspuetur] Primò a Iudæis in atrio pontificis Mat. 27. secũdò gentibus in atrio præsidis ibidẽ [Et postquam flagellauerint occident eũ] Et in his tangitur tria, q̃ maxime homines appetunt, scilicet honorẽ, quietem, & vitam, quibus Christus fuit priuatus qa fuit illusus, & flagellatus, & occisus. Hæc autem omnia prophetæ prædixerant, Chrysos. Hæc Esa. prædixerat dicẽs. Obtulit scapulas meas ad verbera, genas meas ad alapas, & faciem meã nõ auerti a sputorum dedecore. Sed & crucis patibulũ prædixit propheta, vbi ait. Tradidit in mortem animam suã & cum sceleratis deputatus est. Hæc ille [Et tertia die resurget] iuxta illud qđ Dauid pdixerat, dicens. Non derelinques animam meam in inferno. Quomodo autẽ tertia die resurrexerit, & quare, vide feria quarta post primã dominicam Quadrag. [Et ipsi nihil horum intellexerunt] & hoc secũdum Cirillum, quia nesciebant exquisitè scripturas quousque post resurrectionẽ suam aperuit illis sensum, vt intelligerent illas. Beda autẽ tres alias rationes assignat, dicẽs. Quia. n. discipuli maximè eius vitam diligebant, eius mortẽ audire non poterant. Et quia nõ solũ hominem innocentẽ, sed & Deum verũ sciebant, hunc nullatenus mori posse putabant. Et quia per parabolas eum sæpè audire cõsueuerant, quotiens aliquid de sua passione dicebat, ad aliud allegoricè referendũ esse credebãt. Vnde sequitur [Erat autẽ verbũ istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur] Iudæi vero, quia in eius morte conspirauerant, quando de sua passione loquebatur, dicens in Ioãne, Oportet exaltari filium hominis, intelligebant. Vnde dixerũt, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Hæc ille.

Moraliter sciendum est, quòd Iudas Christũ prodidit salutando, amplexando, osculãdo, & secũ comedẽdo. Multi aũt in ista quadragesima salutabunt Christũ, orationẽ dominicã dicendo, & amplectentur brachijs timoris & amoris constringẽdo, & osculabũtur veritatẽ in cõfessione dicẽdo, & Christo per misericordiã occurrente. Psal. Misericordia & veritas osculatæ sunt, & comedẽt cum illis cõmunicando, & tamẽ prodent eũ quidã statim post pascha ad vomitũ reuertendo. Auari autẽ, symoniaci, & vsurarij tãquam Iudas tradent, quia illũ tradidit Iudæis ex auaritia. Sed inuidi & maligni, velut Iudæi Pilato ex inuidia. Pusillanimes aũt & plus Cæsarem, i. hominẽ quàm Deũ timentes, sicut Pilatus illum tradidit crucifigendum ex timore. Item sciendum est moraliter, quòd Christus venditur a symoniacis tãquam a Iuda, qui etiam sunt peiores aliquãdo, quia ipse pecuniã restituit aliqñ, sed multi istorum nunquã, quorum figura fuit lepra Giezi nunquam satiãda. 4. Reg.

cap. 5.

cap.5.Illuditur autem ab hypocritis,de quibus dicitur.2.Pet.3.In nouissimis diebus veniẽt illusores &c. Flagellatus verò a tyrannis. Psal. Circundederunt me canes multi. Conspuitur etiã a blasphemis.Iob.30.Faciẽ meã conspuere non verentur.Occiditur autem ab apostatis.Heb.6.Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei

Item sciendũ est,quòd Christus quatuor vicibus fuit illusus. Primò in domo Cayphæ cũ velamine capitis.Secundò in domo Hærodis cum veste alba.Tertiò in domo Pilati cum purpura.Quartò a Iudæis in cruce, qui eius verba peruertentes dicebant, Vah q destruis templum Dei &c. Primò modo illudit sacerdos seruiens pro temporalibus quãdo assumit amictum, qui significat spẽ cœlestium. Secundò immundus sacerdos induẽs albam, quæ mundiciam significat. Tertiò maliuolus induens casulam, quæ significat latitudinem charitatis.Quartò contenẽs verba Dei cum assumit stolam quæ gladium, id est verbum Dei significat.

Item sciendũ quòd quatuor vicibus fuit Christus percussus. Primò in capite per arũdinem. Secundò in facie per alapas. Tertiò in collo per colaphos.Quartò in toto corpore per flagella.Per caput Christi significãtur prælati,per faciem contemplatiui, qui sunt pulchrior ecclesiæ pars, per collũ prædicatores, per corpus actiui. Qui ergo istos iniustè perturbant, Christum in illis membris percutiunt & flagellant.

Itẽ sciendũ quòd Christi conspuitio,quæ fuit magna vilipensio,secundũ glo.significat contumelias iustis illatas in eorũ præsentia per turpia & inhonesta verba, quæ sunt immundi oris sputa.Occisores autem Christi sunt,qui pauperes spoliãt. Eccle.34.Qui aufert in sudore panẽ,quasi qui occidit proximũ suũ. Itẽ qui pauperibus non tribuunt in extremis necessitatibus.Ambro.Pasce fame morientem,si non pauisti occidisti.Hæc ille.

QVANTVM ad secundũ literaliter sciendũ est,quòd in via Christus fecit miraculũ quod in præsenti euãgelio narratur. Primò secundũ Greg. ad solidandã discipulorũ fidẽ.Secũdò secundũ Theo.ne incessus diminutilis esset in via,hoc documẽtũ discipulis suis dãt,vt oibus simus ꝓficui,& nihil sit in nobis ociosum. Hæc ille. Sequit ergo

[Factũ est aũt cũ appropinquaret Hierico] Est autem Hierico ciuitas per Iosue euersa prius, cũ ad clãgorẽ tubarũ & vociferationẽ populi Dei muri eius corruerũt,vt patet Iosue c 6.& post reedificata per Abiel,vt patet.3.Reg.16.[cæcus qdã sedebat iuxta viã mendicans]Hic est duplex quæstio. Prima, quia dicitur, cũ appropinquaret Hierico. Nam beatus Matth.dicit hoc miraculum factum in exitu de Hierico.Secunda,quia hic dr fuisse vnus cæcus, ibi vero quod fuerunt duo. Ad has quæstiones dupliciter respondet Aug.de consen. euan. Ad primã dicit primo, ꝙ Chrs dictus est a btõ Luc: hic appropinquare Hierico, non ingrediendo,sed egrediẽdo,licet iste modus loquẽdi sit insuitatus. Ad secũdã dicit, ꝙ vnus eorũ fuit famosior & importunior, vñ & beatus Marc ponit nomẽ eius & patris eius dicens Bartimeus filius Timei,& hũc solũ nominat Lu. Sed scd'o modo idẽ soluit vtrãque quæstionẽ,& cõsentit mag.hist.dicens, ꝙ in ingressu sanauit vnum,in egressu vero duos,inter quos vnus erat famosior,quem beatus Marcus sanatũ dicit, de alio tacẽs.Sed mihi magis placet prima expositio. Nã eędẽ interrogationes & respõsiones & increpationes factæ sunt circa eũ,quẽ secũdũ Marc. sanauit in exitu ciuitatis, & circa eũ de quo loquit Lu. Ideo vnus & idẽ videtur fuisse quẽ beatus Lucas anticipatiuẽ loquens dixit sanatũ, & post narrat quod prius erat factũ, scilicet dominũ perambulasse Hierico [Et cũ audiret turbam prætereuntem]Cum Christo enim egrediente de Hierico fuit multa turba,vt Mat. testatur, primo quia iã Christus erat famosissimus in doctrina & miraculis; secundo, quia ascendebat ad festum paschæ in Hierusalem,ad quod illo tempore oĩs populus Israel ascẽdebat. Tertiò,quia vt dicit Mag. histo.pauci non audebant ingredi desertũ mediũ inter Hierico & Hierusalem, ideo multi sociarunt se Christo[Interrogabat quid hoc esset]& secũdũ Chry. responderunt ei oculati,secũdũ ꝙ credebãt, ideo sequit[dixerunt aũt ei ꝙ Iesus Nazarenus trãsiret. Et clamauit]ex magno desiderio sanitatis[dicẽs. Iesu fili Dauid miserere mei]Iste cæcus in verbis istis pretẽdit se hr̃e magnã fidẽ ad Xp̃m, & eũ credere Deũ, & hoc q̃a de eo forte sæpius audierat & de miraculis eius.Sed vnde nouerat iste cæcus Ie-

sum

ſum eſſe filium Dauid? Reſpondet Ciril. In Iudaiſmo nutritus non ignorauit qđ de progenie Dauid Deus ſcđm carnē naſceretur, & ideo ei, vt Deo loquens, dicit miſerere mei. Hæc ille. Seruos enim Dei oramus vt pro nobis orent: Deum vero vt nobis miſereatur. Vel dicere poſſumus quòd apud Iudæos Meſſias expectatus, q̄ a expectabatur de ſemine Dauid, ideo per excellentiam dicebatur filius Dauid: & ſecūdū hoc, dicere Ieſum filium Dauid, eſt dicere eum eſſe Chriſtū. Et hoc innuitur Mat. 12. vbi dicitur. Et ſtupebant oēs turbæ, & dicebant. Nunquid hic eſt filius Dauid? Et ad hunc ſensū turbæ dicebant, Oſanna filio Dauid, Mat. 21. Quod verò dicit. Miſerere mei, poſſet q̄dē dici quòd tali vtitur modo loquendi doctus a Spiritusſancto, ſed tamen ēt dici poſſet quod rudes, eo maxime tempore ēt ſanctos ſub tali verborum forma aliquādo inuocabant. Vnde & Iob 19. dicitur. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltē vos amici mei [Et qui præibant] Chriſtū [increpabant eum vt taceret] Chriſtus enim tunc in via cum non eſſet ocioſus, aut docebat turbā quæ eū ſequebatur vt eum audiret, aut certe cogitabundus & contemplatiuus incedebat. Et ideo quia cęcus vtroque modo videbatur Chriſtum impedire, increpabant eum turbæ [Ille verò multo magis clamabat. Fili Dauid miſerere mei] Timebat enim ne voces increpantiū impedirent vocē ſuam ne corporaliter audiretur a Chriſto, ideo vocem eleuauit multo magis clamando.

Allegoricè Hierico interpretatur luna, quæ eſt quoddam variabile, & ſignificat noſtram mortalitatem, ſecūdùm Grego. Ideo Chriſtus venit Hierico quando ſuſcepit carnem, & tūnc cœcus illuminatus eſt. Quis vero ſit iſte cœcus exprimit Ambr. dicens. In hoc cœco typus populi Gentilis eſt, quia ſacramento dominico recepit amiſſi luminis claritatem. Nihil autem intereſt vtrum in vno cœco medicinam, an duobus recipiat, quoniā ex Cam & Iaphet Noe filijs originem ducens in duobus cæcis duos generis ſui prætendebat authores. Hæc ille. Et nota quòd ex tertio filio Noe ſcilicet Sem deſcēdit Abraam, vt patet Luc. 3. & cōſequenter populus iudaicus. Vel per iſtum cæcū ſignificatur genus humanū, quod in duos populos diuiditur, ſcilicet Gentilem & iudaicum. Grego. Cœcus eſt genus humanū, q̄ꝗ in parente primo a paradiſi gaudijs expulſum claritatē ſupernæ lucis ignorans, damnationis ſuæ tenebras patitur. Hierico aūt interpretatur luna, quæ dum menſtruis momentis decreſcit, defectū noſtræ mortalitatis deſignat. Dum igitur conditor noſter appropinquat Hierico, cœcus ad lumen redit, quia dum diuinitas defectum noſtræ carnis ſuſcepit, humanum genus lumen quod amiſerat, recepit. Hæc ille.

Anagogicè cæcus ſedens extra Hierico, eſt populus ſanctorum patrum iam exutus carne mortalitatis, qui ſtat ſecus ſeu extra viam aſcendendi in Hieruſalem cœleſtem, quia ſtabat in lymbo ſub terra deorſum, & tamen credebat in Chriſtum, qui eſt via: & mendicabat, quia continuè orabat Deum pro ſua liberatione. Sed tranſeūte domino, id eſt dum dominus peregrinaretur in carne, multo magis clamabat, per intenſionē vel extenſionem ſui deſiderij. Et in ipſo egreſſu Chriſti ab Hierico, id eſt in morte, qua reliquit mortalitatem, & per diuinitatem ſtetit, recipit primò lumen corporale quantum fuit ex parte Chriſti, quia Chriſtus carcerem illum tenebroſum cum luce corporali intrauit, vt patet ex S. Tho. in 3. ſentent. Secundò lumen ſpirituale, quia peracta paſſione, aperta eſt ianua cœli, & omnes fuerunt in paradiſo per beatificam viſionem, quamuis non fuerint ſtatim in cœlo per localem aſcenſionem, omnia iſta patent ex Sanct. Tho. in diuerſis locis.

Moraliter iſte cæcus ſignificat peccatorē priuatū lumine fidei, vel gratiæ Dei. De hoc ſic ait Gregor. Qui æternæ lucis claritatē neſcit, cæcus eſt. Si aūt iam in redemptorē credidit, qui dixit, ego ſum via, & vt lumen veritatis recipiat poſtulat, iuxta viā ſedet & mēdicat. Illi aūt qui Ieſum venientē præcedunt, deſignant carnalium deſideriorum turbas tumultuſq; e vitiorum, q̄ priuſquam Ieſus ad cor noſtrum perueniat, cogitationem noſtrā diſſipant, & in ipſa nos noſtra oratione perturbāt. Ipſe vero magis clamabat, quia quanto grauiori tumultu cogitationum premimur, tanto orationi inſiſtere ardentius debemus. Hæc ille.

QVANTVM ad tertiū literaliter ſciendū eſt, ꝙ Chriſtus oſtendit ſe hoc loco

ad miseras personas fuisse piũ & misericordẽ: quia audit is vocibus cæci, intermissa via & prædicatione vel cõtemplatione, animũ vertit ad eius consolationem. Dicitur ergo [Stans autem Iesus] Stare aliquando opponitur ei quod est sedere, vt propriè dicatur stare, qui est rectus super pedes suos. Aliquando vero opponitur ei, quod est moueri, & vtroque modo stetit Christus, ne cæcus haberet causam currẽdi post se. Et in hoc innuit quomodo se debeant habere principes, & prælati, quando audiunt pauperes quærulantes misericordiam vel iustitiam [iussit illum adduci ad se] Non enim potuisset habere aditũ ad Christum ratione turbæ, nisi Christus dedisset viam. Si autem iste est, de quo loquitur Marcus, vt est rationabile, dixerũt ei comites Chri. Animæquior esto, surge, vocat te. Qui protecto vestimẽto, in quo, s. mendicabat, exiliens venit ad eũ, vt testatur Marcus, in quo apparuit magnus salutis ardor, quia venit ad Christum cursim cum esset cæcus. Exilire enim est extra salire vel saltare [Et cum appropinquaret] cæcus Saluatori [interrogauit illum] Saluator [Quid tibi vis faciam?] quasi diceret. Vis eleemosynã vel salutem? Ciril. Dispensatiuè interrogat, non quasi ignorans, sed vt scirent astantes quòd non petebat pecuniam, sed diuinam efficaciam. Vel quia calumniatores veritatis Iudæi possent dicere, vt in cæco nato, non est hic, sed similis eius, voluit vt cæcus prius ostenderet defectum naturæ, & tunc cognoscat gratiæ maiestatẽ. Hæc ille. Vel interrogat vt eum magis accendat, & suspendat ad desiderium sanitatis, & consequenter gratius habeat Christi beneficiũ [At ille dixit, domine, vt videã] Tunc Christus volens se Deũ ostendere, curare eum voluit imperatiue, & propria authoritate. Vnde sequitur Et dixit illi Iesus [respice] Sciendũ tamen quòd licet Christus omnia posset, tamen ex congruitate requirebatur aliqua dispositio in recipientibus eius beneficia. Ideo sequitur [fides tua te saluũ fecit] dispositiuè scilicet & congruenter. Fides enim est sicut vas quo ex fonte diuinitatis haurimus gratiã & beneficia, ideo quanto fuerit maior, tanto magis haurit. Cirillus. Diffunditur gratia quã suscipit fides, & sicut ex aliquo fonte hi quidem paruis vasis modicũ aquæ hauriunt, hi vero maioribus multum, fonte non distinguente mensuras & sicut secundum fenestras quæ aperiũtur magis vel minus splẽdor solis infunditur, ita secundũ capacitatem intentionis hauritur gratia. Hæc ille. [Et cõfestim vidit] scilicet clarius quàm vnquam videre potuisset per naturã. Sicut enim ars non potest æquari naturæ in operando, ita neque natura Deo. Vnde nunquã fuit visus ita clarus, sicut ille quem Deus dedit secundùm Chrysosto. & S. Tho. [Et sequebatur illum magnificans Deũ] Ex quo patet secundum Cyrillum, quòd sanus erat in corpore & in spiritu.

Sed hic mouet Chrysostom. quæstionẽ. Quare permisit cæcum sequi se, non autem dæmoniacũ liberatũ, & sequi volentem, vt Luc. 8. Et ad hoc ipse Chryso. dicit. Neutrum irrationabile puto. Dæmoniacum enim mittit præconem, vt ex sua consistentia benefactorem prædicet. Erat enim excellens miraculum, furiosum videre sanæ mentis effectũ. Cæcum vero permittit seq, quia Hierosolymam ascendebat, per crucẽ perfecturus altum mysterium, vt recentem habentes miraculi mentionem non existimarent eum infirmitate potius, quàm misericordia pati. Hæc ille [Et omnis plebs vt vidit] miraculũ tam gloriosum [dedit laudem Deo] magnificando Deum & Christũ Deo.

Allegoricè & anagogicè patet ex dictis.

Moraliter vero significatur quòd Grego. exprimit, dicens. Cum adhuc turba phantasmatum in oratione patimur. Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus, Deus in corde figitur, & lux amissa reparatur. Hæc ille.

Feria 4. in capite Ieiunij.

Textus euang. Matth. 6.



CVM ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes: extenuãt. n. facies suas, vt appareãt hoibus ieiunantes. Amẽ dico vobis, quia receperunt mercedẽ suam. Tu autẽ cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem

cie tuā laua, ne videaris hominibus ieiunans,sed patri tuo,qui est i abscō dito: pater tuus qui videt in abscon dito,reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ęrugo & tinea demolitur,& vbi fures effodiunt & furātur:thesaurizate aūt vobis thesauros i cęlo,vbi neq; ęrugo, neq; tinea demolitur;& vbi fures nō effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus,ibi est cor tuum.

CVM ieiunatis. Matthæi 6. Sciendum est antequam ad euangelium descēdamus, ꝙ quamuis solēnitas 11.in sequenti dñica inchoetur , tamen ecclesia addidit quatuor dies præcedentes . Cuius ratio literalis est , vt quadragenarius numerus impleref, scd̄m aliquos:q̄a a sequenti dominica vsq; ad pascha sunt solū 36. dies ieiunabiles, sed additis quatuor resultat numerus quadragenarius,quem Christus suo ieiunio cō secrauit.Sunt & duæ rationes mysticę quare in quarta feria inchoetur. Prima,q̄a passio Christi ea die fuit pertractata,& cū deliberatione firmata, quamuis etiam ista possit esse literalis.Secunda in signum,ꝙ tēpus ieiunij,maximè quadragesimale , est tēpus perfectæ claritatis,illuminās intellectū quo ad naturale lumē,& quo ad supernaturale . Quarta enim Feria factus est sol, & alia luminaria, cum ante mūdū illuminasset quædam nubecula debiliter, quā fecerat Deus, cum dixit.Fiat lux.Tertia,quia est dies Mercurij,vulgariter dicta. Mercurius aūt, scd̄m astrologos, est planeta regnans in Virgine, & qui dominatur aquæ,& qui semp simul fertur cum sole , & præest facundiæ,vt aūt patet Act.14.in signum scilicet,ꝙ homines hoc tempore debent esse mūdi corpore vt virgo,& humidi lachrymis, & perseuerantes in bono,qđ est esse cū sole semꝑ,i.Christo,& prædicatores debent esse facundi.Igitur ecclesia,vt feruentius hoc ieiuniū suscipiamus, reducit nos ꝑ cineres ad memoriā mortis,& Christus in euangelio docet,quo modo ieiunemus ne meritū perdamus. Igitur in præsenti euangelio intendit principaliter Christus a nobis excludere inanē gloriam,qua perditur meritum bonorum operum,& suadere quod ponamus finē in Deo ne committamus mala Et in eo tanguntur tria puncta,quæ sunt.Reprehēsio, Admonitio,Exhortatio.

QVANTVM ad primum Christus reprehendit hypocritas.Dicit ergo[Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes] Vbi scd̄m Chry. aduertendū est,ꝙ aliud est esse tristē,aliud se facere , seu ostendere tristē. Qui. n.ieiunat eo ipso ꝙ ieiunat est tristis, sed non se fecit tristem , sed solum qū aliquid facit vt tristis videatur. Et isto modo dicit Christus , nolite fieri tristes , quia isto modo hypocritæ se faciebant tristes. Ideo subditur [Exterminant enim facies suas] Exterminare sicut Hierony. testatur,ē extra terminos ponere, ideo propriè scd̄m eū,exterminantur exules,largè tñ omne qđ extra suos cōsuetos terminos ponitur, exterminatur . Qui ergo tristiorem solito se fingit ex figura faciei,vel de aliquo fuco exterminat faciem suam. Et ita hypocritæ faciunt[vt pateant].i.videātur[hominibus ieiunantes] Grego.8.moralium.Nihil tanto labore aliud nisi exterminatio humana cogitatur . Hæc ille Chryso. super Matth. Si ergo qui ieiunat,& tristem se facit,hypocrita est,quanto magis nequior est,qui non ieiunat,sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalē pallorē,quasi ieiunij signum. Hæc ille[Amen].i. verè[dico vobis,receperunt mercedē suam] quia scilicet,vt Remigius ait,receperunt id,propter quod ieiunauerūt.Vel est modus loquendi, quo significatur, ꝙ apud Deū nullā mercedē tales mereantur. In hac parte sunt duo documenta. Primum,quia secundū Augusti. ex hoc apparet,quòd inanis gloria non solū in rebus pulchris & gloriosis locum habet,sed in vilibus,puta faciei squalore, & vestium sordibus.Immo, vt dicit in secundis est periculosior,quia nō potest ita conuinci, cū sit sub nomine sanctitatis & humilitatis. Secundū est,cum in nostro bono opere duo sint,scilicet meritum & gloriam tanquam principalis causa ois boni , & nobis tradit meritū . Qui ergo vult surripere partem Dei, perdit suam,Deo seipsum vindicante.

QVANTVM ad secundū admonet & docet nos Chrs qualiter,& quo fine debeamus ieiunare, cùm dicit [Tu autē] qui

non vis perdere ieiunij meritum[cum ieiunas,vnge caput tuum,& faciem tuam laua] Sed contra primò,quia deferre caput inunctum videtur esse contra honestam conuersationem,cũ sit turpe. Et præterea si ieiunãtes semper vngant caput, æquè manifestabitur eorũ ieiuniũ per talẽ vnctionem,sicut & per hypocritarũ fictionẽ. Ad ista duo argumenta respõdet Hieron.dicens, ꝙ loquitur Christus iuxta ritũ prouinciæ Palestinæ vbi diebus festis solent vngere capita Hæc ille. Ex quo patet, ꝙ in Iudæa seu Palestina vbi Christus prædicabat non est turpe , sed honestum & pulchrum inungere caput,& erat tristitiæ signum . Et quia ita erat consuetũ non fuisset ex hoc ieiunium deprehensum. Chry.vero super Mat. dicit, ꝙ ista sunt per exaggerationem dicta,& sensus non est ꝙ ista fiant sed ꝙ quantum possumus ieiunia nostra celemus. Et idem dicit sententialiter Hier. Sed arguo cõtra solutionẽ vtriusque , quia ex hoc sequitur ꝙ bonũ sit scandalizare proximũ,qui credet me non ieiunare,qñ ieiunare debuissem . Ad hæc dicendũ est , quòd Christus nihil aliud intẽdit, nisi vt inanem gloriam fugiamus.Ieiunia ergo, quæ sunt de præcepto,nullus debet celare ratione prædicta,ne scilicet aliquem scandalizet. Et si insurgat motus inanis gloriæ,ille non potest tollere meritum, cũ homo in tali cãsu manifestet ieiunium ex principali intentione, ne scandalizet proximum suum. Sed dicatur ꝙ saltem se exponit periculo mutãdi intentionem,dico ꝙ non est certũ, quod peccabit mutando intentionem,est tñ certum quòd peccabit scandalizando fratrem suum. Si verò sint ieiunia uotiua, imperfecti , quibus periculũ imminet inaniter gloriandi debent ea abscondere ꝑ periculũ inanis gloriæ, & sic loquitur Christus & pdicti doctores; perfecti vero possunt & debẽt illa ostẽdere vt glorificetur in eis Deus, & luceãt coram hominibus vt innuit Christus Ma 5.[ne videaris]id est ne sis[homini bus ieiunans]Videri.n.aliquando importat incertitudinem cognitionis,vt cum in re dubia dicimus,videtur mihi sic.Aliquãdo vero existentiam rei & expressionẽ veritatis , vt cũ dicit Porphyrius. Videtur neque species neque genus simpliciter. i.vno mõ dici[Sed patri tuo qui est in abscondito]idest patri cœlesti , q est inuisibilis, & habitat in corde ꝑ fidẽ,secũdũ glo.Huic aũt patri ieiunat,qui eius amore ieiunat,vt eadẽ glo.dicit.Sed quare Chrs ita solicitè monet de modo ieiunandi?Dicitur ꝙ ex ratione maximi fructus,qui exprimitur per hos versus.

Sanant, gratificant, ieiunia forma reuelant.
Attenuantque,docent,mortem pœnalia vitant.
Quem Christo seruant,domata carne,tuetur.
Dæmon subijcitur, refouent ieiunia multos.

Vbi nota, quòd [sanant] scilicet mente & corpore[gratificant ieiunia]scilicet Deo & hominibus forma. s.sicut ieiunantes ad ꝓuocandũ alios ad bonum[reuelant]i.sunt, causa ꝙ reuelẽtur secreta Dei [Attenuantque] i. subtiliant intellectum [docent].i. præbent facultatẽ & gratiam docendi]eagem Dei[mortẽ].s.vitant[pœnalia vitãt]id est pœnas & pestes corporis vitare faciunt. [Quẽ Christo]id est in seruitio Christi [seruant, domata carne,tuentur]scilicet ad patriam[Dæmon subijcitur, refouent ieiunia multos]id est pauperes.Et hæc oĩa ex scriptura colligũtur.Et ideo subditur[Et pater tuus qui videt in abscõdito reddet tibi]mercedem æternam,& alios fructus.

In hac secunda parte euangelij habemus dua pulchra documenta in sensu morali ; Primum tangit Chrysostom . super Matth. dicens,Spiritualiter facies animæ conscientia intelligitur.Sicut enim in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra , sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda. Hanc faciem hypocritæ,qui propter homines ieiunant exterminant , fallere volentes Deum & homines . Nam semper vulnerata est conscientia eius,qui peccat. Si ergo abstuleris nequitiam ab anima tua bene lauasti faciem tuam & bene ieiunas.Hæc ille.Secundum vero tangit idem ibidẽ dicens.Spiritualiter caput tuum Christus est. Sitientẽ pota,esurientem ciba,& sic oleo misericordiæ caput tuum vnxisti Christum , qui clamat in euãgelio.Quod vni de minimis meis fecistis,mihi fecistis. Hæc ille.Tunc accepta erunt ieiunia nostra , quia dicit Gregor. quod illud ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus elemosynarum leuat. Hæc ille.

Item moraliter notandum, quòd in scriptura multiplex oleum nominatur quo inungi debet caput,i.mens nostra . Primũ est oleum myrtinum,idest nitoris conscientiæ,

quo

quo inungebantur virgines, vt patet Hester 2. Secundum est oleum cōpassionis & misericordiæ, quo debent inungi prælati. Chry. Esurientē ciba, & sitientē pota &c. Tertiū est oleū spūalis lætitiæ, quo inungūtur reges, i. contēplatiui Exo. 29. Sanctificabis vasa tabernaculi oleo. Facies ēt, Id est conscientia lauāda est, Primò lotione cōtritionis Hiere. 4. Laua a malitia cor tuum Hierusalē, vt salua fias. Secundò lotione confessionis. Esa. 1. Lauamini, mundi estote. Tertiò lotione tolerantiæ tribulationis. Apoc. 7. Lauerūt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni. Vnde Deus dicit animabus bonis illud Gen. 18. Afferā pauxillum aquæ, & lauetur pedes vestri, id est affectus vestri a sordibus terrenorum.

QVANTVM ad tertium Christus hortatur nos, vt finē nostrū ponamus in creatore, & nō in creatura, præcipue in diuitijs, dicēs [Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra] Vbi est aduertendū, quod thesaurus dr̄ theca, i. repositorium auri, & thesaurizare est aurum reponere, seu congregare, quod fit seu fieri debet, vt homo possit habere sufficientia ad necessitatem, & decētiā sui & suorum. Qui ergo congregat diuitias ex auaritia, & amore diuitiarum in se, indebitè, & iniustè thesaurizat, quia impeditur finis propter quem fit thesaurizatio, cū ex hoc reddatur homo insufficientissimus. Qui enim sic congregat diuitias, non audet eis vti, sed iuxta illas moritur fame. Vñ dicit Hiero. ad Pau. Antiquè dictum est. Auaro deest tam quod habet, quàm qđ nō hēt Hæc ille. Hoc ergo est, quod prohibuit huic Christus, quia illicitū est, & quia instabile, & periculosum est. Vñ subditur [vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur] Rab. Tria ponit scđm tres diuersitates diuitiarū. Metalla erugines, vestes tineę demoliunrur. Sunt aūt alia, quæ neque eruginē, neque tineā timent, sicut lapides præciosi, & ideo ponit generale detrimētū, s. fures, q oēs diuitias rapere possunt. Hæc ille [Thesaurizare aūt vobis thesauros in cælo] non in cęlo corporeo scđm Aug. q a omne corpus contemnēdum est, sed in spiritua li firmamēto, quod non transibit sicut corporale. Est autē spirituale cœlū ipse Deus, in quo omnē spem collocare debemus. Vbi neque tinea demolitur, nec fures effodiūt, nec furantur. Sed quia posset aliquis dicere, quod non omnis thesaurus dissipatur erugine vel tinea, ideo subiungit. [Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum] Hier. in home. Ac si dicat. Et si nihil priorum eueniat, non paruam sustinebis iacturam inferioribus af fixus, & eorum seruus factus a cęlestibus cadens, & nihil excelsorum cogitare potes. Hæc ille. In hac parte, sunt multa documenta. Primū litteraliter, quod Chrysost. tangit super Matt. dicens. Quid ergo melius est, super terram reponere vbi incertus est cōseruationis euentus, aut in cęlo vbi certa custodia? Quæ autem stultitia est illic relinquere vnde exiturus es, & illuc nō præmittere, quo iturus es? Illic ergo substantiam tuam colloca vbi patriam habes. Hæc ille Aliud moraliter, quod Raba. tangit, di. Erugo significat superbiam, quæ decorem virtutū offuscat, Tinea, quæ vestes latenter rodit inuidia est, quæ bonum studium lacerat, & compactionem vnitatis dissipat. Fures, sunt hęretici, & demones, qui semper ad hoc, sunt intēti, vt spirituales viri spolientur. Hæc ille. Aliud est documētum, vt vnusquisque ponat cor suum in cœlo, quod ad literam Christus monet in dicto suo, dicens, thesaurizate &c. & ecclesia idē significat moraliter, & facto suo dum cineres imponit, di. Memento, quia cinis es, scilicet principaliter. Nā cū Deus hominem fecerit ex quatuor elementis, multū posuit de luto terræ, & parū de alijs elementis, vt docet ipsa grossities & grauitas corporis nostri. Parū igitur in homine posuit de igne, vt parū haberet de igne cōcupiscentiæ, & auaritiæ, & iracundiæ & tamen aliqui ita sunt inflati, quod videntur de aere creati. Parum etiam de aqua, vt parum haberet de inconstantia circa bona opera, tamen aliqui videntur de aqua facti quia nimia leuitate, sunt agitati: multum autem posuit de terra, vt multum haberet de humilitate, quæ est via ascendendi in cœlum, quia homo est vt aqua, quæ non ascendit nisi quantum descendit, & tamen pauci videntur de terra facti, quia multi semper volunt esse sublimes, & eleuati. Dicit etiam, & in cinerem reuerteris, vt discas non amare, quod diu tecum habere non ualebis; Amen.

Feria 5. post Domi. Quinquagesimæ.

Textus euange. Matt. c. 8.




VM introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eũ Cẽturio, rogans eum, & dicens. Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego ueniã & curabo eũ. Et respõdens Centurio, ait. Domine nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego sum homo sub potestate cõstitutus habẽs sub me milites & dico huic uade, & uadit, & alio ueni, & uenit, & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autẽ Iesus, miratus est, & sequẽtibus se dixit. Amen dico uobis, nõ inueni tantam fidem in Israel. Dico autẽ uobis, quod multi ab oriente, & occidente uenient, & recũbent cũ Abraam, Isaac, & Iacob in regno cęlorũ. Filij autẽ regni eijciẽtur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

CVM introisset Iesus Capharnaum &c. Matt. 8. Vide expositionem huius euangelij Dominica 2. post octa. Epiph.

Feria 6. post Domi. Quinquagesimæ.

Textus euang. Matth. 5.



Vdistis quia dictũ est antiquis. Diliges ꝓximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico uobis. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequẽtibus & calumniãtibus vos, ut sitis filii patris vestri, qui in cęlis est, ꝗ solẽ suũ oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos. Si. n. diligitis eos, ꝗ uos diligunt, quã mercedẽ habebitis? Nõne, & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius facietis. Nõne & ęthnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester cęlestis perfectus est. Attendite ne iustitiam uestrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis, alioqn mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ uestrum, qui in cęlis est. Cũ ergo facis elemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt in synagogis & in uicis, vt honorificẽtur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedẽ suã. Tu aũt faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, ꝗd faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscõdito, & pater tuus, qui uidet in abscõdito reddat tibi. Et cum oratis non eritis sicut hypocritę, qui amãt in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autẽ cum oraueris intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio tuo, ora patrem tuum in abscondito. Et pater tuus, qui uidet in abscondito reddet tibi.

AVDISTIS quia dictum est antiquis, &c. Matth. 5. in præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt, dilectio, misecratio, deprecatio.

QVANTVM ad primũ Christus tradidit modũ dilectionis proximi. Vbi aduertẽdũ est, ꝙ Christus voluit docere discipulos, ꝙ nisi essẽt iustiores Scribis, & Phari

ſteis non ſaluarentur. Dixit ergo [Audiſtis] a prædicatoribus a lectoribus legis[quia dictum eſt a Deo.] Leui. 10.[antiquis] quibus data eſt lex[Diliges proximum tuum] Primò ratione præceptionis. Secundò, ratione conformitatis, ſicut ouis ouem diligit. Tertiò, ratione diuinæ dilectionis, ſicut amaſia amat amicos amici. Quartò, rõne mutuę necessitatis, ſicut membrum fouet membrum [& odio habebis inimicum tuum] Sed contra. Videtur, quòd malè dominus mandauerit inimicum odiendum, quem ipſe diligit, primò quia inimicus eſt proximus, quãdiu eſt in uia, vt declaratur Domin. 13. poſt feſtum Trin. Proximus autem eſt diligendus, ideo videtur eſſe contradictio, quòd diligatur proximus, & odiatur inimicus. Secũdò, quia ratio, qua debemus diligere proximũ ex charitate, ſecundum ſanctos eſt, quia cõmunicat nobiſcum in felicitate, ſuper naturali actu, vel potentia. Iſta autem ratio inuenitur inimicis noſtris, quandiu ſunt in uia, quia ſaluari poſſunt. Sunt ergo amãdi ſicut & proximi peccatores. Ad primum dico, ꝙ in Leuitico dr̃, diliges amicum tuũ, & Chriſtus pro amico poſuit proximum, q̃a Iudæi nõ credebant oẽs inimicos eſſe proximos. Nõ ergo inimicus eſt proximus iſto modo, ſed amicus. Ad ſecundum dicit S. Tho. 3. ſen ten. diſt 30. & glo. quod nunq̃ inuenitur in ſcriptura, quòd Deus dixerit inimicum eſſe odiendum, ſed ſcribis viſum eſt hoc addẽdum, ſecundum glo. quod non ſic eſt intelligendum, quaſi hoc addiderint verbis Dei ꝑ modum, textus cum expreſſe mandet Moyſes, Deut. 4. ꝙ uerbis ſcripturæ nihil addat, ſed addebant per modum gloſſ. a contrario ſenſu arguendo. Ideo non dixit Saluator dictũ eſt. ſed audiſtis, quia dictũ eſt antiquis, cum quo ſtat, quod in veritate nihil tale fuerit dictum. Sed ſuppoſito, ꝙ ita ſit dictũ, dr̃ ſcd̃m Aug. de ſer. do. in monte, ꝙ hoc non fuit dictum imperando iuſtis, ſed permittendo infirmis. Vel dr̃ ſcd̃m eũdem cõtra Fauſtum, ꝙ hoc intelligitur de inimico inquantũ inimicus, ſeu peccator eſt. Sed quia Iudæi hoc male intelligentes odebant naturã nõ peccatum. ideo vt ait dñs mandat diligi inimicos. ſ. inquantũ ad naturam, non quantũ ad peccatum. Ideo ſubditur [Ego aũt dico vobis, diligite inimicos ueſtros] quantũ ad naturã, nõ quãtũ ad culpã, ſcd̃m Aug. quia inquantũ peccatores nõ cõicant in beatitũdine ſcd̃m S. Tho. ſed ei repugnãt. Diligite inq̃ inimicos, primò ꝑꝑ perfectionis conſummationem. Nam ſicut amare ꝑꝑ amorẽ reciprocũ eſt naturale, & ꝑꝑ oblectamentũ mutuæ familiaritatis eſt vanum, & ꝑꝑ peccati conſenſum eſt malignum, & ꝑꝑ beneficiũ eſt mercenariũ, & ꝑꝑ carnis delectationem eſt libidinoſum, & ꝑꝑ Deum, & verũ bonum amici eſt uirtuoſum, ita diligere inimicum eſt ſummæ perfectionis. Aug. Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicũ ꝑꝑ te, cæteris paribus, tñ ſemper melior eſt dilectio amici, ſicut ẽt peius eſt odiũ amici, q̃ inimici. Eſt aũt notandũ ex doctrina eiuſdem. 2. 2. q. 25. ꝙ de neceſſitate charitatis ẽ, ꝙ diligantur inimici, nõ inquantũ inimici, quia hoc eſſet diligere malũ, ſed quantũ ad naturam, non in particulari, vt ad eos moueamur motu dilectionis. q̃a nec iuſtũ quẽlibet ſic diligere eſt neceſſe, niſi ſcd̃m ꝑparationẽ animi. ſ. ſi eſſet neceſſe, ſed ſolũ in vniuerſali, quia ſ. a generali dilectione qua diligimus uniuerſaliter homines, ipſi non ſunt excludendi, niſi eſſent in termino. i. dãnati. Et eodem modo, vt dicit non tenemur ſigna dilectionis eis, in particulari oſtendere, ſed ſolum in generali ita ſ. ꝙ ſiquis faciat beneficium communitati, aut pro illa oret nõ excipiantur inimici. Signa. n. dilectionis ſunt dilectioni proportionata, ideo eodem modo neceſſe eſt talia exhibere, quo neceſſe eſt amare. Si quis tñ a generali dilectione vel dilectionis ſigno exciperet inimicũ, peccaret mortaliter, & ſic oportet intelligere, quod ſequitur [Benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentib. & calumniãtibus vos] vt ſ. calumniatores a generali dilectione, oratione non excludantur. Eſt autẽ rurſus ſciendum, ꝙ diligere eſt, velle bonũ. Cum ergo dr̃, ꝙ diligere inimicos in generali eſt neceſſarium, intelligitur quantũ ad hoc, vt eis velimus bonũ gloriæ, & gratiæ, non aũt eſt neceſſarium, ꝙ eos velimus hic alia bona, niſi in quadã generalitate, ſcd̃m ꝙ eſſet expediens ſaluti eorum, Et eodẽ modo tenemur eis benefacere, & pro eis rogare. Sed contra iſta arguitur. Primò, quia iſtud præceptum repugnat humanæ naturæ, & conſequenter eſt impoſſibile. Ad hoc dicit Hiero. Sciendũ eſt Chriſtũ non impoſſibilia præcepiſſe, ſed perfecta, quæ fecit in

Dauid in Saul,& Absalon. Stephanus quoque martyr pro lapidātibus deprecatus est, & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hæc ille. Secundò, quia prophetę inueniuntur sæpe maledixisse siue imprecatos fuisse mala contra inimicos, ergo nō tenemur eos diligere. Ad hoc dicit August. quod talia dixerunt prædicendo non optādo. Vel vt dicit S. Tho.2.2 q 82. hoc fecerūt ex cōformitate suę volūtatis ad diuinā, quam videbant talia mala velle ex sua iustitia, vel ad correctionem peccatorum, vel vt destruatur regnū diaboli. Vel etiam pōt dici hoc esse propter bonum bonorū, quæ prosperantur dum mali opprimuntur. Tertiò arguitur, quia dicitur 1. Iob.5. quod ꝓ peccante ad mortem non est orandum. Ad hoc dicit beatus Tho. vbi supra, ꝙ peccantes ad mortem sunt præsciti, in quibus effectum non habet nostra oratio, vel correctio. Ideo si de aliquo constaret, ꝙ ad mortem peccaret non esset pro illo orandū, sed hoc non constat quandiu viuitur [vt sitis filij patris vestri, qui in cęlis est] Filij inquam non per naturā, sed per adoptionē & gratiā secundùm Hiero.& Augu. [qui solē suū] id est quē ipse fecit, secundū Aug. [facit oriri super bonos,& malos,& pluit sup̄ iustos,& iniustos] sic, qđ cōmune beneficiū nō subtrahit inimicis suis. Ad intellectum vero sequentium sciendum est, ex doctrina S. Tho. 2.2.q.27.& 3.dist.30. quod cæteris paribus multo melius est diligere amicum ex charitate quam inimicum, vnde & maius malū esset odisse amicum, quàm inimicū. Siquis tamen amaret amicum, nō propter Deum, sed solum ex hoc, quod amicus est, ista dilectio non haberet mercedem supernaturalem. Signum autem, quod ametur amicus ex eo, quod amicus,& nō charitate, est quādo amatur amicus tantum, & nō inimicus. Nam charitas facit vtrumque diligere. Dicitur ergo [Si enim diligitis eos, qui vos diligunt,] scilicet ratione prædictæ dilectionis, & non propter Deum vel propter cōmunicationem in æterna felicitate, [quā mercedem habebitis?] quasi dicat nullā, alioquin etiam peccatores in cœlo haberent mercedem. Vnde sequitur [Nōne,& publicani] id est secđm Raba. q̄ publica vectigalia exigūt, vel qui publica negōtia seculi vel lucra sectantur [hoc faciunt] & tamen cōmuniter sunt homines peccatores [Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facietis] quam, scilicet facient infideles? quasi dicat nihil. Et intellige, quando salutātur fratres solum, quia sunt fratres. Est autem salutatio ista secūdum gl. quædā species orationis. Et videtur velle gl. ꝙ sit imprecatio salutis [Nonne,& ethnici hoc faciūt?] Ethnici aūt secūdùm Rabanū sunt Gētiles, seu infideles. Ethnos. n. græcè, latinè gens dicitur. [Estote ergo vos perfecti] in charitate, & amore,& omni sanctitate [sicut,& pater vester cœlestis perfectus est] scilicet per imitationē, non autē per æqualitatē per propriā similitudinē. Cū enim ly sicut, importet similitudinem, similia dñr proprijssime, quæ in vna perfectione vniuocè,& æqualiter cōueniunt, vt duo æqualiter alba, proprie vero quem cōueniunt vniuocè, quædā in aliqua perfectione, sed non æqualiter, vt duo alba, sed inæqualiter. Large vero, q̄ neque æqualiter neq; vniuoce cōueniunt, vt Deus & creatura. Nihil enim, quod est in Deo, est in creatura vniuoce, seu secūdū eādē rōnē, vel econtrario. Vñ sapientia diuina est substantia, sapientia aūt creaturæ, est accidens. In hac parte est hoc documentū ꝙ ꝑ amorē assimilamur Deo,& efficimur eius filij,& per maiorē magis. Quilibet ergo debet conari ad summū in amore quātū pōt diligēdo nō solū amicos, sed ēt inimicos, orando ꝓ eis ēt particulariter. Aug. Hoc aūt Iesus & docuit & fecit, dicens Pater ignosce illis. Sed perfectorū sunt ista filiorū Dei, quo quidē se debet oīs fidelis extēdere, & humanū animū ad hūc effectū orādo Deū, secumq; luctādo perducere. Hæc ille. Sciēdū est ꝙ sicut naturalis calor aliquādo est nimis paruus, vt in puero, aliquādo nimis defectiuus, vt in sene, aliquando nimis inordinatus, vt in febricitante, aliquando aūt est magnus, & perfectus,& ordinatus, vt in viro bene cōplexionato: similiter etiam amor Dei aliquando, est paruus, vt cum amatur solū, vt amicus. Aliquando defectiuus, vt cum imperfecte diligitur Deus: aliqñ inordinatus, vt dum quis inordinate amat se. Igitur dominus in hac parte inducit nos ad amorē latum,& magnum, qui se extēdit etiam ad inimicū,& ad amorē ꝑfectū exemplo Dei. Nam Christus dilexit nos ꝑfecte, id est plus quam suam, scilicet domū,& plus quā suos id

idest Angelos quos dimisit, & nobiscum parentelam contraxit, & plus quam se, quia se morti tradidit ꝓ nobis. Vnde ipse dicit Hie rem. 12. Reliqui domum meam, quo ad primum, dimisi hæreditatem meam, quo ad secũdum, quia Angeli sunt regnum suum dedi dilectam animã meam in manus inimicorum eius, quo ad tertium. Qui igitur perfecte diligere vult Deum, diligat plus quam sua & suos & seipsum.

QVANTVM ad secundum Christus nos ad opera misericordię hortatur, sed primo monet ad cauẽdũ ab inani gloria, q̃ maximæ talibus insidiatur. Chry. sup Mat. Vbi res agitur gloriosa, ibi facilius inuenit locum gloriationis occasio, quæ magis vexat seruos Dei, quã diaboli. Hęc ille. Dicit ergo [attendite] idest diligenter cauete. q. a. sicut dicit Chry. inuisibilis est serpens & latẽter ingreditur [ne iustitiã vestram] i. opera de se bona. Iustitia enim legalis pro omni virtute sumitur, non autem iustitia specialis [faciatis coram hominibus] Sed contra quia Matt. 5. dicitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò quod ibi Christus loquitur prælatis, qui sunt in statu perfectionis, quibus non ita de facili imminet periculum inanis gloriæ. hic autem loquitur imperfectis de quibus secũdum secus est, & quibus secũdùm Grego. in moral. hic consulitur vt sua occultent bona opera, quæ scilicet non sunt de necessitate præcepti. Secundò dicitur secũdùm Chrysostom. Gregorium & Augustinum, qđ hic prohibetur solum fieri bona opera ad laudem humanam, non autem prohibentur fieri coram hominibus ad laudem Dei. Ideo secundum eosdem additur [vt videamini ab eis] Qui enim operatur publice ꝓꝓ Deum operatur solum coram Deo, quem solũ habet præ oculis secũdùm Chry. & Grego. nec talis operatur, vt ipse videatur, sed vt opus suum videatur secundùm Augu.] Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est] Chrysost. super Matt. Quid à Deo recipies qui nihil dedisti. Nam quod propter Deũ fit Deo datur, & a Deo recipitur: quod autem propter homines fit in ventos effunditur. Hæc ille [Cum ergo facis eleemosynã] quę est opus gloriosissimũ. Nam vt ait Ambr. omnis summa disciplinæ Christianæ in pietate est. Hæc ille [noli tuba canere ante te] Per tubã aũt secũdùm Chry. sup Matt. & August. de ser. do. in mon. intelligitur omnis actus, vel sermo per quẽ operis iactantiam demonstramus, & gloriã q̃rimus. Vel intelligitur tuba materialis, qua Iudæi vtebantur loco campanę & cum ipsa hypocritę ad ostentationẽ vocabant pauperes ad eleemosynam. Vnde subditur [sicut hypocritę faciunt] Sicut autem dicit Isido. nomen hypocritę tractum est ab his, qui in spectaculis repræsentẽt alienas personas & fingunt se esse aliquos & non sunt. Vnde secundùm Isid. hypocrita græcè, latinè dicitur secundũ aliquos ad hypos. quod est sub & chrysis, quod est aurum, quia sub auro apparente sanctitatis latent iniquitates hypocritæ. Vel dicitur secundum alios hypocrita, quasi hype. crita ab hyper, quod est sup & chrysis aurum, quasi sup vel eximius deauratus. Sed secundùm Sanctum Tho. 2. 2. quæst. 3. artic. 2. argumento in oppositũ hypocrita secundùm Isido. debet scribi sine h, & dicitur ab ipo, quod est falsum, & crisis sine h, quod est iudicum, quia de se falsum iudiciũ facit, dum se ostendit bonus & est malus. Vnde secundùm Augusti. de ser. do. in mon. quicunque fingit se esse quod non est, hypocrita est. Qui tamen sub habitu sanctitatis iniquus est, non est hypocrita secundùm S. Thom. nisi illum assumeret ad significandum suam sanctitatem, quia ille habitus non significat sanctitatem ꝑsonæ suæ, sed sui status [Amen dico vobis receperunt mercedem suam] Hieronym. Nõ Dei mercedem, sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus quorum causa exercuere virtutes. Hæc ille [Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua] Iste est modus loquẽdi, quãdo aliquid fit secrete. Chrysost. in home. Ac si dicat. Si possibile est te ipsum ignorare, & ipsas manus tuas latere possibile esset, studiosius est tibi. Hæc ille [vt sit elemosyna tua in abscondito] id est propter Deum facta.

Est autem notandum quòd eleemosyna sicut debet esse occulta ne ꝑdatur meritũ, ita vt sit grata Deo debet habere conditiones istis versibus contentas. Compatiẽs, dulcis, letus, da propria, quantum. Discretus dandi, rectus, & esto citus. Nota [Compatiens]

tiens]scilicet det esse cor dantis [dulcis]s.sit eius sermo [lætus] s.sit vultus eius [da propria]s.nō aliena [quantum] s.patitur tua facultas [discretus dandi] s. sis, vt videas cui des,iuxta illud Eccl.12. Si benefeceris vide to cui[rectus]s.sis in intentione [& esto citus] scilicet vt velociter tribuas. Et hæ oēs colliguntur ex scriptura. Elemosyna aūt sic facta,vt etiam ex scriptura colligitur,habet effectus contentos his versib. Mitigat ardorem carnis,peccata remittit. Virus serpentis profugat,supplicia mortis. Tribuit omne bonum quadruplex,largita reseruat. Ad se versa vocat multos,elemosyna tutat. Nota [Mitigat ardorem carnis] scilicet fomitem concupiscentiæ [peccata remittit virus serpentis profugat] scilicet dando tētationum victoriam [supplicia mortis] id est æternæ, subaudi profugat[tribuit omne bonū quadruplex]scilicet fortunæ, corporis, gratiæ, & gloriæ[largita reseruat]id est conseruando omne bonum, etiam temporale si expedit,quia fœneratur domino, qui miseretur pauperis.Prouer.9. Ad se versa vocat multos [scilicet multiplicando intercessores[elemosyna tutat] scilicet dando fiduciam æternæ salutis. Et de istis omnibus subditur [Et pater tuus]id est Deus, qui est pater Christi ꝑ naturam, & omnium hominum per creationem, & iustorum per adoptionem, seu gratiam[qui videt in abscondito]id est,qui solus nouit intentionem cordis [reddet tibi] Sicut autem dicit Augu. multa exempla latina habent[reddet tibi palam] Chrysost. Impossibile est, vt opus bonum hominis in abscondito dimittat Deus, sed in hoc seculo manifestat.& in alio glorificat,quia gloria Dei est sicut & diabolus manifestat malū in quo malitiæ eius virus ostēditur. Proprie tñ publicat Deus omne bonū in seculo illo, cuius bona non sunt communia bonis & malis.Hęc ille.In hac parte hoc habemus documentū, ꝙ inanis gloria summæ cauenda est,quia est vitiū periculosissimum.Aug. de sententijs prosperi. Quas vires nocēdi habeat humanæ gloriæ,amor non sentit, nisi qui ei bellum indixerit, quia etsi cuiquā facile est,laudem nō capere,dum negatur,difficile tamen est,ei non delectari,cum quod delectat offertur. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium Christus præsupponens,quod assidui simus in orone admonet, ne orationis nostræ effectū pdamus,cum ipsa sit summæ necessaria. Est.n. secundùm Chryso.quasi quoddam spirituale tributum, quod anima offert Deo de visceribus suis.Quanto ergo gloriosior est,tāto cautius est seruanda, ne propter homines facta vilescat.Hæc ille. Ad intelligentiā autem eorum, quæ sequuntur, sciēdum est, quod duplex est oratio. Quædam scilicet cōmunis,& publica,quæ per ministros Dei, fit pro toto populo.Et de ista nō est hic sermo,cum ita debeat fieri, vt populus possit se conformare orando, cum ministris orantibus.Alia est priuata. Et hæc debet fieri in secreto propter multa. Primò, secundùm Cypria.de oratione dominica. quia hoc cōuenit fidei, qua Deum ēt in locis abditis ꝑsentem credimus. Secundò, secundū alios, quia facilius eleuatur mens in Deū. Tertiò, ne propter inanem gloriam meritū perdamus.Et hoc est,quòd dicit Saluator [Et cū oratis] scilicet priuatè [nō eritis sicut hypocritè,qui amant in synagogis]id est in congregationib.Nam synagoga græcè,congregatio dicitur latinæ,vel in synagogis, id est locis in quibus conueniebat populus,ad audiendum verbū Dei, vel alia rōne,a syn qđ. est con.& goge populus[& in angulis]vt videātur nolle uideri [platearum] id est atriorum,quæ erant circa templū,de quibus habes in sequenti dñica. Vel anguli, isti sunt secundum glo. vbi viæ se intersecante spatiū quadrum faciunt[stantes] scilicet super pedes recti,& eleuati,vt melius videri possint, quamuis etiam dicatur esse mos iudæorū orare stando[orare]& hoc [vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam]quā quæsierunt,id est hominū laudē. Vel est modus loquendi quo significatur,quod nullam mercedem sunt habituri. Et hoc vr̄ melius, quia non semper tales recipiūt laudem humanam, sed interdū vituperiū, quamuis dici possit, ꝙ suam mercedem,i.laudem humanam ab eis intentam receperūt in facto,vel in opinione, vel in intentione sub spe [Tu autem cū oraueris,intra in cubiculū tuum]id est in locū secretū,secundum Cypria.[& clauso ostio]nō solū materiali, sed etiam typico, id est ore. Silenter enim orandū est, ꝑ tria,secūdum Cypria.vbi supra. Primò,quia Deus nō voce conscientia pulsatur. Secūdò, quia petitionem

tionem tuam nō oportet aliquē scire, nisi te & Deū. Tertio ne sociū præpedias. Quar to ex colla. patrum ne petitiones tuæ inno tescāt diabolo aliquando tamen etiam pri uatè laudabiliter quis prorumpit in vocem, secundum S. Tho. 2.2. q. 83. Primò ad exci tandum affectum. Secundò, vt seruiamus Deo, de omni quod habemus etiam de cor pore. Tertiò, ex redundantia superioris in inferiorem partem [ora patrem tuum in ab scondito] Licet autem Deus omnia sciat, tamen ei loquimur. Primò, vt profiteamur, quod scimus nos ab eo habere, quod ab eo petimus, quod profiteri est Deo, ualde cha rum, quia est profiteri eum esse omniū da torem. Secundò, vt mens nostra excitetur. Tertiò, vt excitetur deuotio astantium ali quando. Quartò, vt animus circa sancta ver ba occupatus retrahatur a cogitationibus vanis. In his autem verbis secundùm Hiero. Christus nihil aliud intendit nisi vt inanem gloriam declinemus. Vnde per hoc non ex cluditur, quin debeamus orare in ecclesijs, immo bonum est, iuxta illud Psal. In eccle sijs benedicite dominum & hoc quia cæte ris partibus orationes ibi facilius exaudiun tur. Primò, quia ad hoc est sacratus, & depu tatus locus. Secundò, quia ibi sunt reliquie Sanctorum. Tertiò, quia ecclesiæ sunt inti tulatæ ad honorem alicuius Sancti, qui ad impetrandum suffragatur. Quartò, quia ibi est corpus Christi saltem tempore missæ. Quintò, quia Angeli talia loca frequētant, Sextò, quia dæmones, qui orationē appetūt impedire, non ita audēt sacris locis interes se. Septimò, quia ibi sunt imagines conferē tes ad mētis eleuationem. Vide de his si pla cet Ioannē Nider. 3. præcep. cap. 13. Debet ergo quilibet habere secretū locum in de siderio, & vti ecclesia pro necessitate, ita scilicet quod si in cubiculo suo haberet om nia quæ habet in ecclesia non vellet stare in ecclesia ad orandum, maxime si sit imperfe ctus. Vnde Chryso. super Matth. ait, puto ꝙ non ad locum hoc referat Dominus, sed ad propositum orātis. In conuentu enim fide lium orare commendabile est, sicut dictum est. In ecclesijs benedicite dominum. Hæc il le. Est autem notandum, quòd oratio si de beat esse Deo accepta, debet habere multas conditiones, quæ colliguntur ex scriptura, & his versibus continentur. Compunctus, putus, mitis, rectusque, quietus. Orans de uotus terminet omnis homo. Nota [com punctus scilicet sit orans, vt oratio sit la chrymosa [purus] scilicet per munditiam conscientiæ [mitis] scilicet per cordis hu militatem [rectusque] scilicet per cordis simplicitatem [quietus] scilicet per secre tum [orans deuotus terminet] scilicet ducē do ad terminum per perseuerantiam [om nis homo] Multi autem sunt eius effectus si bene fiāt, ex scriptura collecti, qui his versi bus continentur, scilicet Tranquillus, gra tus sit noscens, corpore sanus Venia vita dā tur, solans opprobria tollit. Vitatur casus grauis torporque reatus. Conseruat pacem, dat formam, lenit & iram. Auget rem mun di. seruens oratio iusti. Nota [Tranquillus] scilicet efficitur in mente orator [gratis] scilicet Deo impetrando ab eo gratiam [sit nocens] scilicet impetrando sapientiam [corpore sanus] scilicet sanitatem corpo ralem impetrando [uenia] scilicet culpa rum [uita datur] scilicet lōgior [solās] scili cet consolando [opprobria tollit] scilicet dādo dona, vt patet de Anna. Tob. 3. [Vita tur casus] scilicet in peccatum [torporque] scilicet excitando ad bonum [reatus] scilicet tollendo, & abolendo pœnam debitā culpā [cōseruat pacem, dat formam] scilicet agen di & uiuendi [lenit & iram. Auget rem mun di] scilicet temporalia obtinendo [seruens oratio iusti] Sed his omnibus addi potest, ꝙ oratio est fons omnium liquorum, & arbor omniū fructuum productiua, quia ipsa est medium ad obtinēdum omnia bona. Et de istis omnibus subditur [Et pater tuus qui ui det in abscondito reddet tibi] In hac parte hoc habemus documentum, ꝙ stante ordi natione Dei quilibet potest facere, ꝙ Deus ei aliquo modo sit debitor. Licet enim abso lute Deus nulli sit debitor, tamen ex suppo sitione secus est, sicut rex debet militi equū eo ipso, ꝙ militem eum fecit, quamuis pro prie tunc rex dicatur debitor sibi potius ꝙ̃ militi. Et hoc dicit Sanctus Tho. 2. distinct. 21. videatur oppositum dicere, tamē non di cit Chryso. in hom. Non autem dicit gratis dabit, sed reddet tibi. Debitorem enim seip sum tibi constituit. Hæc ille. Est & aliud do cumentum in hac parte, & in priori, quia Christus retrahit nos ab amore inordina to, dū docet nos cauere gloriam propriam.

Nam

Nam inordinate se diligit, qui ea quę facit in se reflectit, & inde gloriam quærit.

Sed tñ sciendũ,qđ secundũ aliquos si bonum opus incipiat ab inani gloria, interimẽdũ est.potius, q̃ prosequendũ, q̃a radix est vitiata. Si aũt accidat ei in medio,nõ dẽt intetimi,q̃a radix est bona. Vnde Bernard. p̃dicans tentatus elatione dixit. Nec ꝑ te incœpi,nec ꝑ te dimittam.Complacentia autẽ quæ accidit operi facto non põt illud vitiare, sed est naturalis de ꝓprijs operibus maxime bonis. Psalmus In custodiendis illis retributio &c.etiam in præsenti. Amen.

Sabbato post Dominicam Quinquagesimæ.

Textus euang.Mar.c.6.



CVM sero esset factũ, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et vidẽs eos laborantes in remigando:erat enim vẽtus contrarius eis. Et circa quartam vigiliã noctis venit ad eos ambulans super mare & volebat pręterire eos. At illi, vt viderunt eum ambulãtem sup mare,putauerunt phantasma esse. Et exclamauerunt. Omnes enim viderunt, & conturbati sunt, Et statim locutus est cum eis,& dixit illis. Confidite ego sum,nolite timere.Et ascẽdit ad illos in nauem,& cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerant de panibus:erat enim cor illorum obcęcatum.Et cum transfretassent peruenerunt in terrã Genezareth,& applicauerunt.Cumque egressi essent de naui,continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionẽ illã,cęperunt in grabatis eos,q̃ se male habebãt circũferre, vbi audiebãt eum esse.Et quocunque introibat in uicos, vel in villas,aut ciuitates,ĩ plateis ponebant infirmos, & deprecabãtur eum, vt vel fimbriam vestimẽti eius tangerent.Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.

CVm sero esset factum,erat nauis in medio mari &c.Marci.6.In præsenti euãgelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Conturbatio.Confortatio, Consolatio.

QVANTVM ad primum sciendum est, ꝙ vt patet ex textu euãgelistarũ, & ex magist.histo. Christus peracto miraculo de quinque panibus, & duobus piscibus ascendit in montem solus orare, quia populi volebant eum facere regem, credentes,quòd sub tali regem non possent penuriam pati. Discipulos autem suos iussit ascendere nauem, & ire vt expectarent eum in quodam loco vltra lacum illum.Et secũdũ Theo.permisit eos fere tota nocte periclitari,vt discerent esse patientes in tribulationibus,& nõ statim a principio expectare subsidium. Dicitur ergo[Cum sero factũ esset, erat nauis in medio mari] Hebraico more sumpto mari pro omni aquarum cõgregatione,etiam si sit dulcis.Erat enim in quodã lacu[& Iesus solus in terra]qui post prædicationem secesserat ad orandum, vt se prædicatori formam præberet,qui in oratione haurire debet à Deo, quòd effundat ĩ populo[Et videns eos laborantes in remigando] non poterant velum dare vento. [Erat enim ventus contrarius eis, & circa quartã vigiliam noctis venit ad eos]Sicut autẽ dicit Chrysosto.& magister histo.quatuor sũt vigiliæ noctis & vnaquæq; diuidiẽ in tres horas, quæ tamen horæ non sunt æquales.Vide hoc,scilicet horarum inæqualitatẽ dominica in Septuagesima. Prima, vt dicit idem magister vocatur conticiniũ. Secunda,intempestum. Tertia gallicinium. Quarta,antelucanũ.In prima vbi vigiliæ cu stodiuntur vigilant omnes,in secũda adolescentes,in tertia viri,in quarta senes[Ambulans supra mare]ex diuina virtute,non autem ex hoc quod haberet agilitatem, aut alias dotes corporis gloriosi, quia eas non habuit ante resurrectionem,vt patet ex san-

cto Thom. 3. distinctio. 16. & 3. parte quæst. 27. [Et volebat præterire eos] In rei veritate volebat ascendere nauim, sed tamen fingebat se eos velle præterire quasi alienos, & hoc non ad decipiendum, sed ad signãdum quòd erãt paruæ fidei, & non perfecti discipuli sui. Nam post tot & tãta miracula visa credebant eum esse phantasma, cum debuissent credere ipsum super aquas ambulare potuisse. Fingere autem ad significandum nõ est peccatum. vnde etiam Lu. vlti. finxit se longius ire, eadem ratione. August. de consen. Euang. Eos volebat tanquã alienos præterire, a quibus ita nõ agnoscebatur, vt phantasma putaretur. Hæc ille. Sequitur. [At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare putauerunt phantasma esse] id est aliquam illusionem vel apparitionem diaboli cã. Phãtasma enim dicitur a phanos, quod est apparitio. Et licet omne idolum rei corpore formatum a virtute phantastica dicatur phantasma, tamen secundùm aliquos propriè phãtasma est idolum vel apparitio rei incognitæ & insolitæ. [Et clamauerunt] omnes simul [Omnes enim eum viderunt] Est autem confusus clamor & incerta vox signũ & effectus magni timoris, in quo vtrique erant apostoli ratione loci, quia erant in medio maris, & rõne vẽti, q a erat cõtrarius eis, & ratione absentiæ naucleri, q a xp̃s aberat. & rõne tẽporis, q a erat nox, & rõne visionis insolitæ, q a putauerunt ibi phãtasma esse. In hac parte habemus vnum documẽtũ ĩ sensu allegorico, quod nobis debet esse causa magnæ consolationis & spei. Et illud tangit Theo. dicens. Labor discipulorum in remigando, & ventus contrarius, labores sanctæ eccelesiæ designat, q̃ inter vndas seculi aduersantes & immundorum flatus spirituum, ad quietem patriæ cœlestis ꝑuenire conatur. Quando autẽ dicitur, quia nauis erat in mari, & ipse solus in terra, ostẽditur quia nunquam ecclesia tantis Gentilium pressuris est afflicta, vt redẽptor ipsius eam protsus deseruisse videretur, sed videt dominus suos laborantes in mari, quia eos ne in tribulationibus deficiant, suæ inspectu pietatis corroborat, & aliquando manifesto adiutorio liberat. Quarta autem vigilia venit ad eos diluculo appropinquante, quia cum homo mentem ad superni luminis præsidium erexerit, aderit dominus, & tentationem pericula sopientur. Hæc ille. Quarta igitur vigilia noctis primo circa finem mundi nauis saltem quantum ad errores infideliũ quietabitur, q a denuo prædicabitur euangeliũ in toto mũdo. & totus mũdus cõuertetur ad Christũ, & subiiciet eius vicario, vt patet ex d. S. Tho. 2. 2. q. 106. ar. 4.

Qvantvm ad secundum ponitur confortatio, qua Christus discipulos timentes statim confortauit, vnde dicitur. [Et statim locutus est eis] vt eum scilicet in voce cognoscerent & cessaret statim timor, sicut & factũ est, vt dicit Chryso. [Et dixit eis. Confidite ego sum, nolite timere] Non dixit autem quis esset, quia hoc poterant ex voce percipere, vt dicit Magister histor. vel vt se ostenderet esse illum qui dixit, ego sum qui sum, vt idẽ magister dicit [Et ascendit ad eos in nauim, & cessauit uẽtus] q̃ fecit dũ Theo. appositus erat, ut maius apparẽret miraculum ambulationis super aquas. [Et plus magis intra se stupebant] supple q̃ fecissent de quinque panibus, ut ait Theo. quia plenius Christi potentiã cognouerunt [Nõ enim intellexerãt] Chri potẽtiã secundùm Theo. ꝑp miraculũ factũ de quinque panibus. [Erat enim cor eorũ obcæcatũ] q a secundùm Theo. & si studebant virtutũ magnitudine, necdum tamen in eo uirtutem diuinæ maiestatis cognoscere ualebant. Hæc ille. Sed non uidentur uera quæ dicit Theo. quia communiter tenetur, quòd in primo miraculo quod Christus fecit in nuptiis crediderunt in eum discipuli eius, sicut in Deum, ut supra habitum est. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, quòd non est certum, quod tunc ut in Deum crediderint. Secũdò quòd hoc dato, potest dici quod fidẽ non habebant firmam, sed uacillantem, ita ut modo unum, modo aliud crederent de Christo, secũdũ q̃ eis occurrebãt motiua, vñ in passione fidem perdiderunt, adeo quod in eum neque vt in Deũ, neque ut in redemptorem iam credebant. In hac parte habemus documẽtum in sensu mystico, partim quidem in anagogico, partim uero in morali. Quo ad primum Hiero. ym. sic dicit. Dicit autem eis, confidite ego sum. quia ui debimus eum sicuti est Cessauit etiam uentus & procella, Iesu sedente in naui, id est regnante in naui quæ est uniuersalis ecclesia. Hæc ille. Hoc autem regnum perfectè erit

post

post iudicium. Quantū verò ad secundum, Beda ait. In quocunque etiam corde per gratiam sui amoris, adest mox uniuersa vitiorum, & aduersitatum mundi, siue spirituum malignorum bella compressa quiescunt. Hæc ille. Et intēdit, ꝙ quiescunt Christo in aīa existente in perfecta possessione, q̄a scilicet omnia, quæ sunt in homine, mouentur secundum imperium Christi, vt in patria. Vel quiescunt tentationes & tribulationes, quia desinunt impedire, & conuertuntur in ventum prosperum, ac secundū. Vel quiescunt, quia non deijciunt asperæ victoriæ. Est autem sciendum, ꝙ hæc dies est dicata Virgini. Primò Virgo passa est martyrium mentis tota Feria sexta, & sabbatho. Ideo sicut martyrium filij recolitur Feria sexta: ita Virginis sabbato. Secundò quia sicut in sabbato quieuit Deus creando, ita in vētre Virginis recreando. Nā Spiritussanctus nunquam quieuit in puro homine, nisi in Maria, quia in alijs habuit aliquid repugnans, saltem veniale peccatum. Tertiò quia sicut Deus in sabbato compleuit creationem, ità in Virgine expleuit recreationem. Quartò, quia illa dies est benedicta inter omnes dies, & hæc inter omnes mulieres. Quintò, quia sicut illa dies mediat inter diem gaudiosum, & dolorosum, ita hæc Virgo inter Deum & hominē. Sextò, quia ea die in ea sola mansit fides. Igitur anagogicè ex intentione ecclesiæ ista nauis significat Virginem, quę fuit nauis onusta mercantijs virtutum de longe afferens nobis panem Christum, cuius arbor fuit Christus, iuxta illud Ezech. 27. Cedrum de libano tulerunt vt facerent tibi malum. Cedrus enim est arbor sublimis, cuius fructus habet saporem dulcem, acetosum, & medium in diuersis partibus, & significat triplicem substantiam Christi. Velum fuit ēt ipse Christus, de quo Ezech. 27. Byssus varia de ægypto cōtexta est tibi in velum. Nota, varia, quia triplicem habuit colorem, s. album in carne, rōne puritatis, rubeū in anima, rōne charitatis, aureum in deitate, rōne preciositatis. Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex milibus. Hæc nauis Christo existente in terra in securitate fœlicitatis post ascensionem remāsit in medio maris huius seculi, & in ea erant Apostoli, quia sub vmbra, & magisterio eius remanserunt. Vel per mare intelligunt peccatores pœnitentes repleti amaritudine peccatorum. Hæc nauis est in horum medio, quia est eorum mediatrix constituta ad Deum. Et inquantum mediatrix assimilatur auroræ, in qua bestiæ ad latibula, & homines ad opus vadunt. Et lunæ, q̄ lucet in nocte, & est vicina terræ, & efficit supra mare. Et soli, qui est inter tres superiores planetas, & tres inferiores. Vnde Cātic. 6. Quæ est ista, quæ progredit quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol. Auroræ quidem, quia adueniente aurora. i. Virginis gratia; bestiæ, id est tentationes, & dæmones ambulantes per mentē peccatoris dum erat in nocte peccati recedūt. Lunæ vero, quia influit lumen peccatorib. tenebrosis, & est eis vicina per subitū auxilium, & ostendit suam virtutem super afflictos & amaricatos. Soli verò, quia supra se habet Trinitatē, & infra se habet virgines continentes & coniugatos, quos reconciliat. Igitur circa finem noctis, id est tēpore mortis, venit Iesus ad deuotos virginis ambulans supra mare, quasi liber à doloribus, & illi turbantur in morte p̄p̄ phantasmata dæmonum vera, vel æstimata, & Deus eos confortat, & statim sunt in terra Genezareth, id est patriæ cœlestis, in qua cognoscitur, & sanat omnes infirmos.


QVANTVM ad tertium ponit consolatio infirmorum, cum dr̄ [Et cum transfretassent] id est lacum, seu fretum transiuissent [peruenerunt in terram Genezareth] id est cuiusdam regionis, quæ dicebat, secū dum Iosephū, Genezaria, à qua dicebatur, & mare Genezareth, scd̄m eūdē Iosephū. Et à qua Genezareni dicuntur, quæ regio est trans mare Galileæ, ex opposito ipsius Galileæ [Et applicuerūt. Cumq; egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum] s. ipsi Genezareni, & hoc secundū Bedam, vel ex signorū magnitudine, vel etiam quia pluribus erat facie notus, & ostenderūt isti magnam fidem ad dn̄m, secundū Bedā, in hoc ꝙ non fuerunt contenti salute præsentium infirmorum, sed miserunt ad alias per circuitum ciuitates, vt omnes currerent ad medicum. Vnde subdi: [Et percurrentes] i. ipsi Genezareni, secūdum Bedā, vniuersam regionē illam, [ceperunt in grabatis] id est in lectis infirmorum [eos qui se male habebant

bant circũ ferre vbi sciebant eum esse]ira q̃ vt dicit Tho. non inuitabant eum ad infirmos, sed deferebant ad illum[Et quocũque introibat in vicos aut villas aut in ciuitates in plateis ponebant infirmos, & deprecabãtur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tãgerent] Christus enim tanquam Iudæus & habitu Iudaico vtens, habebat fimbrias in angulis pallij sui, iuxta præceptum quod mandauerat dominus Num. 15. vt populus Israel sicut carne per circuncisionem, ita & vestitu per huiusmodi fimbriis ab aliis populis esset distinctus. Et quotquot tangebãt eum, salui fiebãt merito suæ fidei dispositiue, & potestatem Christi effectiue. In hac parte est documentum in sensu anagogico. quia Genezareth interpretatur initiũ natiuitatis & significat tẽpus quo quis ingreditur regnũ Dei, & nascitur vitæ æternæ. Et tunc videntes Christum cognoscent eũ quãtum ad omnia quæ nunc de illo credunt, quia visio erit in patria de his quæ credimus in via, & sanabuntur tunc perfectè omnes infirmi deuoti Christo. Hier. Quod autem dicitur quoquot tangebant eum salui fiebãt, implebitur quãdo fugiet dolor & gemitus. Hæc ille, id est in die resurrectionis.

Moraliter ista nauis significat pęnitẽtiã, quia pœnitentia hominem portat ad cœlũ & portum Paradisi continue, siue dormiat, siue vigilet, siue comedat, siue ieiunet, siue moueatur, quia uerè pœnitens omnia ista in Deum ordinat, & propter eũ facit. Ideo enim dormit, ut ad laudandum Deum exurgat, & consequẽter in omnibus talibus meretur. Qui in hac sunt naui patiuntur quatuor aduersa. Ventum tentationum a diabolo. Phãtasmata illusionum, seu uanitatũ a carne. Vndas persecutionum a mundo. Ignorantiam diuinorum a præsenti statu, quod notatur, quia erat sero. Sed contra ista pericula habent multa adiutoria. Primum est fiducia de Deo contra diabolum, quam Deus dat, quia dixit Christus, confidite. Secundum est oratio clamosa contra phantasmata malarum cogitationum, quia clamauerunt. Tertium est assidua meditatio dominicæ passionis, quod notatur cum dicitur quod sanabantur tangentes fimbriã uestimenti Christi, idest ultimum uestimenti siue corporis quod est passio, quæ fide & deuota meditatione tangitur, & tangit. Et hoc est contra amaritudinem mundi: Quartũ est illuminatio diuina cõtra ignorãtiã: quia venit quarta vigilia noctis i. cõfundit cognitionẽ mediã inter claram beatorum, & tenebrosam viatoribus naturalem.

Dominica 1. in Quadragesima.

Textus euang. Mat. 4.



Dvctvs est Iesus in desertũ à spiritu, ut tẽtaretur à diabolo. Et cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedẽs tentator, dixit ei. Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiãt. Qui respõdẽs dixit. Scriptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo qđ ꝓcedit de ore Dei. Tũc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatẽ, & statuit eũ supra pinnaculum templi, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptũ est enim. Quia Angelis suis mãdauit de te, & in manib. tollẽt te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedem tuum. Ait illi Iesus rursum. Scriptum est. Non tentabis dominũ Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in mõtem excelsum ualde, & ostẽdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit illi. Hęc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus. Vade Sathana: Scriptũ est enim, Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Tũc relinquẽs eum diabolus, & ecce Angeli accesserunt & ministrabant ei.

Dvctvs est Iesus in desertum à spiritu &c. Matth. 4.

Est sciendum ex doctrina Sancti Tho. 3. parte.

parte.q.41.quod conuenientissimum fuit Christum tentari. Primò, vt sicut sua morte nostram superauit, ita nostras tentationes. Secundo, ne etiam sancti credant se a tétatione immunes. Tertiò vt discamus in tétationibus vincere. Quartò vt confidamus de sua misericordia, cum & ipse sit tentatus. Debuit autem, vt dicit, tétari in deserto, q̃a voluntariè se obtulit tentationi. Ideo debuit ire ad campum certaminis, i. solitudinē, in qua diabolus magis audet inuadere. Nec tamen solum in deserto est tentatus, quasi imaginariè & nō realiter fuerit in Hierusalem. Debuit etiam tentari, vt dicit post ieiuniū. Primò vt nos cōtra tētationes discamus armari ieiunijs. Secūdò, vt discamus ieiuniū displicere diabolo. Tertiò, q̃a ꝑp esuriem diabolus sumpsit audaciam inuadendi illū, cū esset de diuinitate eius dubius. Quomodo autem illum diabolus statim tētauerit post baptismum & quare tunc voluit tétari, est multiplex ratio, vt patebit in hac parte. Quomodo autem illum cognouit esse Deum, & quomodo non, in hoc eodem euangelio dicetur. Cōueniēter ergo in principio nostri ieiunii proponitur nobis euangelium de ieiunio & tentatione Christi, in quo tanguntur tria puncta, iuxta tres tentationes Christi, quæ fuerūt circa gastrimargiam, inanem gloriam, & superbiam.

QVANTVM ad primum literaliter dicitur [Ductus est Iesus,] i. statim post baptismū suum [in desertum] quod, s. est inter Hierusalem & Hierico secundum Magi. histo. in quo figuraliter Adam incidit in latrones, secundum gl [a Spiritu] sancto secū dūm Greg. non quasi minor præcepto, aut potestate maioris, sed secundūm Chry. eo mō quo aliq̃s rationabili exhortatione placatur & hoc, i. inquantum homo [vt tentaretur a diabolo] quia enim vt ait Chry. diabolus contra Christum ire nō poterat, ideo Christus processit contra diabolum. Datur enim ei occasio tētandi, vt idem ait, per hoc ꝙ quis vadit ad solitudinem, quia maximè tunc tentando instat quando hominem solitarium viderit, vnde etiam aggressum est solūm. Gre. in home.

Sed sciendum nobis est, quòd tribus modis tentatio agitur. Suggestione, delectatione, consensu. Et nos cum tentamur plerunque in delectationē, aut in consensum labimur, quia de carnis peccato ꝓpagati, in nobis ipsis gerimus, vñ certamina toleramus. Deus vero qui in vtero Virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo ꝑ suggestionem potuit, sed eius mētem peccati delectatio non momordit, atq; ideo omnis diabolica illa tentatio foris, nō intus fuit. Hæc ille. Et intendit quòd Christus fuit conceptus sine peccato originali, & consequenter non habuit fomitem, idest habitualem concupiscentiam, seu malā inclinationem, sicut nos habemus. Vnde eius vires non prorumpebant in actum, nisi secūdum rationis imperiū [Et cum, ieiunasset 40. diebus] ita, s. ꝙ nullum cibū in toto isto tépore sumpsit, vt dicitur Lu. 4 immo nec esuriit, vt innuit hic beatus Mat. qui dicit, ꝙ, cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus [postea esuriit] quasi dicat non ante hoc tempus illū esurijsse, sicut secundum aliquos esurit Moyses & Helias. Non vltra transiuit secundùm Chry. in home. ne incredibilis videretur carnis assumptio, & etiam, vt alii dicunt, quatenus eius diuinitas diabolo celaretur. Nam etiā Moyses & Helias tanto tempore ieiunarunt, qui tamē puri homines fuerūt. Sed quare Moyses, Helias, & Christus 40. diebus ieiunarūt, & similiter nos tanto tempore ieiunamus. Ad hoc dico, ꝙ nos hunc numerum obseruamus in ieiunio multiplici causa. Primò, quia Christus illud multipliciter consecrauit, s. sua conceptione, quia quadraginta septimanis fuit in Virginis vtero: sua prædicatione, quia 40. mensibus prædicauit in mundo: sua ieiunii obseruatione, q̃a 40. diebus ieiunauit in deserto: sua passione, quia quadraginta horis iacuit in sepulchro: & sua resurrectione, quia post illā quadraginta diebus fuit cum discipulis in mundo. Secundò quia per hunc numerum seruimus Deo de corpore nostro. Quia enim corpus nostrum constat ex quatuor elemētis, & per voluptates eius transgredimur decem præcepta legis: ideo quater decies carnem nostram affligimus. Item tertiò, quia per hunc numerum seruimus Deo de tempore nostro dando decimam. Nam a præsenti die vsque ad pascha sunt sex hebdomadæ, a quibus si subtrahantur sex dies dominici, in quibus minimè ieiunamus, remanent 40. dies abstinē-

tiæ,

tiæ, qui sunt decima pars anni, qui habet 366. dies completos quidem, si sit annus bis sextilis, incompletos vero si cõmunis, quia annus solaris habet dies 365. & 6. horas. Itẽ quartò, quia per hũc seruimus Deo de operibus nostris, quia opera nostra debent esse circa adimpletionem decem præceptorum, & quatuor euangeliorum. Istæ tres vltimæ rõnes sunt beati Grego. in home. Itẽ Quintò, secundùm Augu. q. a partes aliquotę 40. sunt. 1, 2, 4, 5, 8, 10. & 20. q̃ simul iunctæ faciunt 50. Status autem beatitudinis etiã 50. diebus præfiguratur, s. à Pascha ad Penteco sten. In hoc ergo significatur, qd. part. 40. dies pœnitentiæ ad fœlicitatem æternã cõ scẽdimus. Christus autem numerum istum seruauit, vt daret formã & mensurã ieiunio nostro, scd'm Chry. super Mat. Vñ & secũdũ Magi histo. non ieiunamus statim post Epi phaniam vt Christus, sed circa 40. dies post, vt ostendatur ieiunium, nostrũ à Christi ieiunio deriuatũ. Moyses autẽ & Helias istũ numerum obseruarunt in figuram ieiunii Christi. Differebant autẽ ieiunium illorũ à ieiunio Christi. Primò secũdùm Augu. q. a. il li nõ ieiunauerũt ex virtute sua vt Christus, sed Moyses quidẽ sustẽtabatur eloquio Dei, vt patet Exo. 33 Helias aũt fortitudine cibi præassumpti 3. Regum. 19 Secundò iuxta Chry. quia illi ieiunando esuriebant: non autem Christus, sed post ieiunium, vt dicitur [& quadraginta noctibus] Hoc dicitur secundùm S Tho sup Mat. ne quis eũ crederet nocte comedisse, vt comedũt Saraceni tẽpore sui ieiunii [Postea esuriit] Et hoc secũdũ Chry & S. Tho. vt diabolus tentandi audaciã sumeret, quia esuries eũ verum hominem demonstrabat, sicut ieiunium 40. dierũ sine esurie arguebat diuinam virtutem.

Ad intellectum autem sequẽtium est sciẽdum ex doctrina S. Tho. 3. part. 3. q. 47. ꝙ maiores in populo Iudæorum cognouerũt Christum esse Christum, sicut & dæmones, vt dr̃ in libro noui & veteris testa. sed non cognouerunt Christum esse filium Dei per naturam, quia si cognouissent nũquã domi num gloriæ crucifixissent. 1. Corin. 2. ista ta mẽn ignorãtia fuit affectata quodammodo, quia perueniebãt euidẽtia signa, & nolebant verbis credere Saluatoris. Minores autem neque Dei filiũ, neque Christum eũ esse cognouerũt. Et si aliquando dubitauerũt ꝙ esset Christus propter signorum frequẽtiã, tamen à principibus decepti sunt. Sed cõtra, quia coloni cognouerũt eũ esse hæredẽ, id est Christum in lege promissum. Mat. 21. patet, ergo cognouerunt esse filiũ Dei, quia de eodem dicitur. Dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã & ego hodie genui te. Et Chry. etiam dicit Christum in cruce nõ orasse ꝓ eis, qui sciebant se filiũ Dei crucifigere. Ad hoc dicitur, ꝙ ista probãt, ꝙ eum cognouerunt filium Dei per gratiam excellẽtem inter homines omnes, non autem per naturã. Vel cognouerunt Dei filium illum esse, i. cognoscẽdi sufficientia signa habuerũt. Hęc ex S. Tho. Et videtur idẽ dicendum de dæmone, ꝙ non cognouit certè eum esse filiũ Dei, & si aliquando hoc dicebat per os obsessorũ, loquebatur suspicãdo, secũdũ beatũ Tho. 4. dis. 30. q. 2. ar. 2 & 3. par. q. 19. ar. 1. ad tertium. Sed cõtra Sanctum Tho. arguit Nicol. de Ly. quia in multis locis scripturæ expressè habetur, ꝙ Xp̃s esset Deus, ideoque cognouerunt eum esse Christum. Ad hoc dico solutionem patere ex dictis. Probat enim argumentum, ꝙ cognouerunt eũ esse filium Dei per gratiam, vel Deũ participatiuè eo modo, quo dicitur in Psal. Ego dixi Dii estis. Et ratio huius est, quia hebrei non solum moderni, sed etiam antiqui, existimantes impossibile esse vnionem diuinitatis ad humanitatem, crediderunt omnes scripturas asserentes deitatẽ Christi trãsumptiuè & metaphoricè loqui. Vnde secũdum eundẽ Nico. de Ly. Mat. 21. ex illis scripturis Iudæi non habebant notitiam euidentẽ de Christi diuinitate, sed coniecturalem. Et in quæstione contra Iudæos tenet, ꝙ scripturis non potest concludi efficaciter & insolubiliter diuinitas Christi, sed apparenter & rationabiliter tantum. Est autem in ista materia magna concertatio inter prædictum Nico. & Pau. Bur. & replicatorem quam vide si uis Mat. 21. Causa ergo quod diabolus voluit tẽtare Christum, secũdũ oẽs, vna fuit, vt eũ præcipitaret in peccatum, si posset, sed alia fuit vt cognosceret aliquid qđ ignorabat. Et secundùm Nico. de Lyra voluit scire si esset Christus, quia cum videret completas prophetias varias de tempore aduentus Christi, & videret sanctitatem Christi, dubitauit si ipse esset. Sed hoc non solum est cõtra Sanctum Thom. Sed etiam

est communiter contra omnes sanctos, qui dicunt, quòd voluit scire si esset filius Dei. Vnde Chrysostom. super hoc passu dicit, quòd sciebat eum esse Christum ex testimonio Angelorum ad pastores, & stellæ ad Magos, & Ioannis ad Christum. Est etiam, vt videtur contra euangelium: quia Luc.4. dicitur, quòd dæmones sciebāt eū esse Christū, quod licet sit dictū post tēpus ieiunij Christi, tamen nō est ratio quare etiam eo tempore, s. ieiunij scire non potuerint si Deus post voluit illos hoc scire, cū tūc iā habuissent omnē causam, & medium sciēdi illud, s. notitiam prophetarū & experientiā miraculorum attestantium Christi natiuitatem, cuiusmodi fuit illuminatio noctis, & apparitio stellæ, & euangelizatio Angeli ad pastores, & huiusmodi. Vnde & hic non dixit, si Christus es, sed si filius Dei es. Quod ideo dicit, secūdùm Magi. histo. q a audierat illā vocem. Hic est filius meus dilectus. Dicēdū est ergo, secūdū Mag. hist. & Chry. & Ambr. & Hierony. & S. Tho. & alios, ꝙ voluit scire si esset Dei filius, quod vsque ad Christi passionem nūquā sciuit. Et hoc est, quòd dicitur [Et accedens tentator] Diabolus, cuius officium est tentare homines ad malum, secūdùm Sanctum Tho. 2. dis. 21. q. 1. ar. 1. Ibi enim dicit, ꝙ solus diaboli est tentare ad nocendū, non quia semper immediate tentet, sed quia primum hominē tentauit, & vicit, ex qua tentatione parata est via aliis tentationibus. Vel quia ei soli, & membris eius conuenit impugnare virtutē cum intētione occidendi hominē. Vel quia mundo & carne tanquam instrumētis vtitur in tentādo. Hæc ille. Vide etiam de hac prima part. q. 114. & 2.2. q. 97. Accessit autem in humana effigie, secūdùm Mag. hist. vt colloqui posset cum Christo. Sed quare etiam Euam non est aggressus in effigie humana? Ad hoc dico, ꝙ secundùm S. Thō. 2. vbi supra fuit, q a Deus voluit, vt Eua eum magis abhorreret, & consequenter facilius vinceret. Dicit tamen Beda ꝙ serpens ille est de quodā serpētum genere quod faciem virgineam habet. Et Magister histo. dicit, quòd tunc serpens rectus incedebat, sed fuit in maledictione ꝓstratus. Quod tamen non est rationabile: quia verba Dei ad serpentem erat dicta ad diabolum, secundùm Sanctos. Sed quare sic diabolus suadebat, mouendo linguam illius serpentis ab extra? Dico quòd hoc fuit quia intus tentare non poterat per phantasiam, aut alias vires sensitiuas, quia omnes erant rationi subiectæ stante innocentia. Dixit ei. [Si filius Dei es] scilicet naturalis, & per consequens ei æqualis in potestate [dic vt lapides isti panes fiant] Luc.4. dicitur, dic lapidi huic, & idem est, quia si plures demonstrauit lapides, & vnum demonstrauit. Sed hic est vna quæstio, quia secundū Ambro. & Magist. histor. diabolus ex scripturis intellexerat filium Dei venturum. Aut ergo filium Dei per gratiam, aut per naturam. Si primum, quare vult scire an sit filius Dei per gratiam, cum sciret eum esse Christum? Si secundum, cum illæ scripturæ, quæ eum dicunt esse filiū Dei loquātur de Christo, & ipse cognouerit Christum, sequitur quòd eum etiam cognouit esse filium Dei per naturam. Videtur ergo quod supposito quòd cognouerit eum esse Christum, hæc quæstio solui non possit. Ad hoc dico, quòd cognouit venturū filiū Dei & credidit quod esset filius Dei per gratiam, sed nato Christo, ex multis dubitauit, an esset filius Dei ꝑ naturam, & hoc voluit scire, vt inuenisset eum filium Dei per gratiam tantum sperasset eum posse sicut cæteros superare. Et licet scripturæ de Christo loquentes dicant eum esse filium Dei & Deum, tamen & Iudæi & diabolus intelligebant hoc dictum per excellentiam gratiæ. Et licet de Christo aliquando dicantur in scriptura nomina quæ de solo Deo dicūtur, vt tetragrammatōn, tamen eis non constabat ista de solo Deo dici, sicut nos modo credimus. Sed contra hoc arguitur, quia dicit Mag. histo. quòd ex scripturis nouerat se per filium Dei venturum perditurum esse principatum: ergo cognouit eum esse talē quem superare non posset, & consequenter esse filium Dei per naturam. Ad hoc dico ꝙ non credidit se ab illo superandum propria eius virtute, sed diuina, sicut superatus a sanctis, & sicut idem Magi. dicit, non credebat se ꝑ illum perdere principatum nisi post iudicium, & ideo Interim credebat quod eū posset saltem per aliquod veniale superare, & ad purgatorium & lymbum perducere. Sed postquam timuit illum esse Deū in passione, procurauerat per vxorē Pilati ne moreretur. Sicut per Iudam oppositū quæsiuerat.

tat. Est et sciendum, ꝙ licet quo ad naturalia diabolus non fallatur, vt dicit S. Tho. 1. par. q. 58. & 2. di. 7. & magi. q. 16. secus quo ad gratuita, quæ ex voluntate Dei pendēt, Et in talibus, potest successiuè ad eundem finem ordinare opposita tentatiuè purè ad stabilitatem sui regni, vel ad finem suæ superbiæ ipsam mortem, & ipsam vitā Christi. Vnde dicit Chysosto. super Matth. ꝙ hic diabolus fuit excœcatus, quia ex ieiunio quadraginta dierum debuisset concludere Christi diuinitatem, potius quàm ex eius esurie humanitatē. Et vt dicit, quāuis Moyses, & Helias tanto tempore ieiunauerint, tamen ieiunando esuriebant, non aūt Christus, sed solum post ieiunium.

Sed iterum arguo, ꝙ diabolus ante Christi passionem cognouerit Christi diuinitatem. Nam Christus se Deum dicebat, & hoc miraculis probabat; ergo necessario diabolus hoc credebat, quia ipse scit Deū nō posse attestari falsitati, & scit si aliquod fit miraculū, fit a Deo in testimoniū doctrinę alicuius. Nam cum agnoscat totam naturam, siquid fiat supra naturā hoc nouit. Et ideo cogitur credere, non autem nos quibus nō constat, quod hoc miraculum, vel illud sit à Deo. Ad hoc dico, ꝙ argumentum forte cōcluderet si Deum per naturam Christus se clarè, & patenter dixisset, quod nō faciebat saltem quando miracula faciebat in testimonium suæ doctrinæ. Vel si aliquando hoc dixit clarè tūc prohibuit id dæmonem percipere, sicut & prohibuit eū scrutari virginitatem suæ matris, vt aliàs dictum est.

Item cōtra, quia Christus propria authoritate faciebat miracula, quod est Dei proprium. Ad hoc dico, ꝙ diabolo non constabat clarè de hoc. Potuit enim Christus etiā dato, ꝙ esset homo purus facere miracula ex ptāte, i. aliqua supernaturali virtute existente in eo ad tempus, vel ēt semꝑ si Deo placuisset, per quam effectum miraculi ꝑduxisset eo modò, quo nunc sacramenta nouæ legis per virtutem spiritualem in eis existentem agunt ad gratiam. Vnde Greg. dicit quòd sancti viri miracula faciunt aliquando orando, aliquando vero ex potestate, sicut beatus Benedictus aspectu oculorum rusticum duris loris alligatum absoluit. Et sic diabolus credidisse potuit Christum imperare ventis ex ptāte sua, quæ tū aliam maiorem præsupponeret. Vel dicendum, ꝙ potuit Christus in corde orare, & secūdum mentē suam facere præcepta dæmonibus, vel infirmitatibus per Dei virtutem, de qua tū in suis verbis non faciebat mētionē, & sic posse fieri diabolus sciebat. Potuit etiam Christus imperia & miracula sua celare diabolo. Ex dictis aūt patet, q̄d dicendum sit ad id, quod obiici posset, q̄a dicebat & probabat se habere authoritatē dimittendi peccata, quod est Dei propriū. Dicatur enim quòd diabolus prohibebatur ista audire, vel dubitabat vtrum illa authoritas esset principalis, vel subministratoria. Voluit autem Christus, secundùm Leonem Papam, ex humilitate, & non ex potestate aduersarium vincere, vt hominem plus honoraret, & diabolum plus cōfunderet. Ideo sequitur [Qui respondens] mansuete, & forte ac si eum non cognosceret [Dixit ei. Scriptum est] Deute. 8. [Non in solo pane] scilicet corporali [viuit homo, sed in oī verbo quod procedit de ore Dei] vt patet de Moyse, qui verbo Dei fuit quadraginta diebus spiritualiter, & corporaliter sustentatus. Et sic diabolus, neque potuit eum ad peccatū gulæ inducere, neque eius cognoscere diuinitatem.

Sed quare Christus diabolum repellit per scripturam? Ad hoc dico ꝙ fuit primo secūdum Gregor. vt doceat nos magis doctrina, quàm miraculis pugnare. Et secundò iuxta Ambro. vt ostendat quibus armis impugnet diabolus. Hæc ille. Sunt autem hæc arma ieiunium, oratio, doctrina. Et tertiò iuxta Rabanum, quia proponebat diabolum humilitate vincere non potentia, & nobis exemplū tribuere, vt quotiens a prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius, quàm ad vindictam. Tēperat autem responsum iuxta glo. ne Deū illum esse cognosceret.

In hac parte sunt multa documenta. Primum tangit Chry. in hom. dicens. Quisquis post baptismum maiores sustines tentationes, nō turberis, etenim ꝑꝑ hoc accepisti non vt non vaces, sed vt prælieris. Ideoq; tētationem Deus a te non prohibet. Primū vt discas quoniam multo factus es fortior. Deinde vt magnitudine donorum nō extollaris. Tertiò vt diabolus experientia cognoscat quòd perfectè ab eo recessisti. Quartò

vt per hoc fortior reddaris. Quintò, vt crediti thesauri signum accipias. Neque enim diabolus superueniret tibi ad tentandum, nisi te in maiori honore effectum videret. Hæc ille. Et idem est iudicium de quolibet sancto, & iusto. & redeunte ad pœnitentiam, sicut de baptizato dicente Remigio. In sanctificatis diaboli tentamenta grassantur. Hæc ille. Secundùm tangit idem ibidem, dicens. Vt autem cognoscas, quod magnum bonum est ieiunium, qualiter scutum est aduersus diabolū, Christus ieiunauit non eo indigēs sed nos instruens. Hæc ille. Tertium tangit idem dicens. Si ieiunaueris & tenteris, non dicas, quia perdidi fructum ieiunij mei. Nam & si nō profuit tibi ieiunium tuum vt non tenteris, tamen proficiet, vt a tentationibus non vincaris. Hæc ille.

Moraliter etiam sciēdum est quòd Christus semel esuriit, & ad comedendum non habuit nisi lapides, vt hic. Hi sunt viri duri, qui non possunt ad pœnitentiam frangi: & frigidi qui non possunt diuino amore inflammari: & aridi, qui non possunt rore diuinæ gratiæ aut lachrymarū infundi. Hi et non possunt incorporari Christo, sed diabolo. Alia et vice esuriit, & non habuit ad comedendū, nisi folia, vt Mat. 21. legitur de ficulnea. Sicut aūt Christus non comedit lapides, ita nec folia, id est verba, sed bona opera. Quotidie etiam esurit nostrā salutē, & conuersionem. Nam dicit Chrysosto. Sicut concupiscibile est nobis comedere, sic Christo saluare. Istum autem cibum tantum esuriit, quod ostiatim illum mendicat. Apocal. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuā, scilicet cordis, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum, idest ponemus ad scotū, siue ad symbolū ita quod peccator ponat contritionē, confessionem, & satisfactionem, & Deus remissionem culpæ, collationē gratiæ, & promissionem gloriæ. Sed multi vellent comedere solum de alieno, & tractari bene, & exponere parum.

QVANTVM ad secundùm sciendum est, ex doctrina Sancti Tho. 3. partē, quæstio. 41. Vnde sicut parentes primò tentauit de gula, quod diabolus tentando Christū talem ordinem tenuit, vt a læuioribus inciperet, quod semper facit secundùm Gotram in viris spiritualibus, dicens: Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis &c. Secundò de inani gloria, dicens: aperientur oculi vestri. Et tertiò de superbia, dicens, Eritis sicut Dii. Ita & circa Christū fecit. Chrysost. super Mat. Cùm ex præmisso Christi responso nihil certum discere diabolus potuisset, vtrum Christus Deus esset in homo, assumpsit eum ad aliam tentationem, dicens apud se. Iste qui fame non vincitur, & si non est filius Dei, tn̄ sanctus est. Valent enim homines sancti fame non vinci, sed postquā communem carnis necessitatē vicerūt per vanam gloriā cadunt. Ideo cœpit eum tentare in gloria vana. Hæc ille. Ideo sequitur [Tunc assumpsit eum diabolus] Assumpsit inquā secundū aliquos, id est portauit. Gregor. Quid mirū si se a diabolo permisit in montem duci, qui se permisit à membris illius crucifigi? Hæc ille. Quod cōiter exponitur, quod per assumpsit, intelligit portauit, quod & Chrysost sensit, qui dicit, quod diabolus voluit, ꝙ Christus videretur quasi volans, & inde inaniter eleuaretur. Et similiter idem sensit etiam Raba. Vel secūdū alios assumpsit, idest duxit secum cum ad se, id est ad societatem suam sumendo, sicut Christus dicitur assumpsisse Petrū, & Iacobū, & Ioānem, quos tamen non portauit, vt patet Mat. 12. [In sanctam ciuitatem] Rabanus. Sancta ciuitas Hierusalē dicebatur, in qua templum Dei erat, & Sancta Sanctorum, & cultus vnius Dei, secundùm legem Moysi. Hæc ille. Non ergo erat sancta ratione ciuium [Et statuit eum supra pinnaculum templi]

Ad intellectū huius sciendū est, ex Iosepho 6. de bello Iudaico, & aliis authoribus, quod templum dupliciter dicitur. Vno scilicet modo domus facta in vertice montis morta, de qua habes in Dominica prima Aduentus. Alio modo sumitur, templum pro atriis, id est plateis, quæ erant circa istam domum. Nam cum ille mons esset ex aliqua parte præruptus triplici muro erat circundatus quasi corona Papæ, & a primo muro ad secundū erat magna planicies, & similiter a secundo ad tertium, & a tertio ad templum. In prima platea potetant esse etiam Gentiles. In secunda vero

solũ Iudæi, & erat diuisa in duas partes pro viris & fœminis. In tertia vero soli Sacerdotes & Leuitæ, qui in ea sacrificabant & psallebant, & conuersi ad populum existentem in secunda platea prædicabant. Quid ergo sit pinnaculum templi non est clarũ, quãuis constet, ꝙ erat locus eminens. Glosa quædam dicit, ꝙ erat sedes doctorum. Alij verò, vt Ansel. & Raba. & Nico. de Lyra, & multi alij dicunt, quòd erat tectũ templi, siue quoddam deambulatoriũ, vel apodiamentum, vt ita dicam, ne ambulantes per tecti extremitatem, propter incautelam caderent. Tecta enim in regionibus illis erant plana sicut quoddam pauimentum. Beda vero dicit, quòd erat quoddam tabulatum, siue deambulatoriũ. Et omnia ista possunt esse consona. Pro quo sciendũ est, ꝙ istud pinnaculum, quicquid fuerit, non potuit esse in templo interiori, si fuit sedes doctorũ, vel locus propè, vt communiter tenetur ꝓ hoc, quia illa sedes erat locus accõmodatus diabolo de inani gloria tentare cupienti, tum quia tectum eius erat, teste Iosepho, plenum verubus acutissimis, ne aues super illo insiderent, ideo ibi non erant deambulatoria, tum quia, dato ꝙ ibi fuissent, cum illa domus esset alta cẽtum cubitis nõ poterat ibi esse locus, vel sedes doctorum. Et dato, ꝙ ibi potuisset esse sedes, talis in imo in aliquo tabulatum extra murũ templi, tamen ad plateam illam non intrabant laici, vt audirent verbum Dei, Vnde omnes dicunt, quòd in secundo atrio fiebant sermones ad populum. Dicamus ergo, quòd pinna est summitas cuiusque rei, sed propriè domus, aut muri. In muro ergo diuidẽte sacerdotes a laicis erat deambulatorium vel tabulatum, aut super muro, aut super extremitate alicuius porticus contiguè muro, & ibi erat sedes doctorum, quæ non dicebatur pinnaculum, sed erat in pinnaculo, idest tecto vel deambulatorio hic ergo diabolus eum statuit, id est deposuit, secundũ Chry. mentem, & Gregorij, vt dicitur. Vel statuit, idest vsq; illuc duxit ibi sistendo. Et secundũ glo. volens diabolus de inani gloria Christum tẽtare ibi eũ statuit, vbi multos se nouerat hoc vitio decepisse. Et nota ꝙ dicit Chry. diabolũ portasse illuc Christũ vt inani gloria eleuaretur dũ populus videret eũ quasi volantẽ, sed ipse egit vt a nullo videretur [Et dixit ei. Si filius Dei es mitte te deorsum] Hier. In oĩbus tentationib. hoc agit diabolus, vt intelligat si filius Dei sit. Hæc ille. Non dixit, ascẽde in cœlũ, aut uola per aerẽ, sed mitte te deorsum, secundũ Rabanũ, quia illa vox illi conuenit qui oẽs satagit præcipitare. Et idẽ dicit Chry. [Scriptũ est enim] de te in Psalmo [q. a Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ] Vbi sciendũ, secundũ Hier ꝙ diabolus male allegat scripturam, quia non intelligitur de Christo, sed de viro sancto Nõ enim, vt ait Chry filius Dei portatur ab Angelis, sed econuerso? Exponitur aũt illud, secundum glosam, quia Deus mandauit Angelis suis de iusto viro, vt in manibus, i. auxilijs suis tollant eũ, ne forte offendat pedem, i. affectum mentis ad lapidem, i. ad occasionem peccati, vel ruinæ. Christus vero scripturam conuenienter allegat, cum subditur. [Ait illi Iesus rursum Scriptum est] Deu. 6 nõ tẽtabis dominum Deum tuum. Est aũt sciendum ex sancto Tho. 2. 2. q. 97. quòd tentare Deum factis explicitè est committere se diuino auxilio sine necessitate, vel vtilitate, intendendo experimentum sumere de Deo. Interpretatiuè verò hoc fit quando non est talis intentio si sit tale factum; vt dictum est. Cum ergo Christus aliter potuisset descendere, & non esset aliqua vtilitas, quod se præcipitaret, si hoc fecisset tentasset dominum saltem interpretatiuè. Augu. contra Faustum. Pertinet aũt ad sanam doctrinam, quando homo habet quid faciat, non tentare Deũ suum. Hæc ille. In hac parte sunt aliqua documenta in sensu morali. Primum tangit Hieron. dicens. Dicit autẽ diabolus mitte te, quia uox diaboli q. semper homines cadere deorsum desiderat, persuadere põt, præcipitare non potest. Hæc ille. Ambrosius libro de paradiso Accepit quidem tentandi licentiam, sed non copiã subruendi, nisi sua sponte labatur infirmus animus, qui sibi auxilium non nouit accersire. Hæc ille, Secundum tangit Ambros. super Lucam dicens. Sathanas transfigurat se in Angelum lucis, & de scripturis ipsis diuinis laqueum fidelibus parat. Vtitur enim testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. Hæc ille. Tertium uerò tangit Rabanus dicens. Notandum est aũt, ꝙ Sal-

uator noster, licet permisisset se à diabolo supra pinnaculum templi portare, tamen renuit ad imperium eius descendere, nobis exemplum donans, vt quisquis imperauerit viam veritatis altam, nos ascendere ob temperemus. Siquis autem vult nos de altitudine veritatis & virtutum, ad ima erroris & vitiorum præcipitare, non illum audiamus. Hæc ille. Est autem & aliud documentum, scilicet quòd multum debemus de Christi pietate in tentatione confidere. Nam ipse licet propter multa voluerit tentari, tamen apostolus vnam rationem ad Hebræos 4. assignat, dicens. Non habemus pontificem, qui nō possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia: quasi velit dicere. Ideo tentari voluit, vt compati sciret. Nemo enim mouetur ad cōpatiendum, nisi passionem nouerit; quod tripliciter contingit, scilicet auditu, vt cum audio passionem illatàm esse grauem: & visu, vt cum video patientem eiulare, & tūc magis cognosco & compatior; & ꝑ experientiam quæ generat perfectam cognitionem & cō passionem. Igitur Christus ex experientia nostrarum miseriariaũ est factus valde misericors, iuxta illud Heb. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret. Vnde apostolus tandem ad Heb. 4. postquā dixerat pontificem tētatum &c. subiunxit. Adeamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ eius, scilicet Iesu Christi domini nr̄i.

QVANTVM ad tertium, sic dicit Chrysosto. Diabolus ex secundo respōso incertus, transit ad tertiam tentationem; Quia enim Christus rhetia ventris dirupe rat, rhetia vanæ gloriæ transierat, ponit ei rhetia auaritiæ. Hæc ille. Nec hoc est contra id, quod diximus, tertiam tentationem fuisse superbiam, quia secundum nomen licet auaritia videatur solum ad pecuniā pertinere, cū dicatur auarus quasi auidus æris. Vnde & græcè auaritia dicitur philargiria, id est amor argēti, tamen extensio nomine etiam auaritia est quādo supra modū sublimitas ambitur, vt dicit beatus Grego. Et probat, quia Paulus Phi. 2. dicit de Christo, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, arbitratus est ex hoc nihil rapuit alienum. q. d. Si non esset Deus, & se Deo æqualem crederet, rapinam committeret vsurpādo sibi quod Dei est; quia vero Deus est, nihil sic credens vsurpauit. Dicitur ergo [Iterum assumpsit eum diabolus] vel portando, vel quod rationabilius est, secūdùm S. Thom. eum ducendo [in montem excelsum valde] vt scilicet plura possent inde videri, secundùm Chrysosto. Quis autem fuerit iste mons non est certum, quamuis magister histo. dicat eum fuisse in Galilæa [Et ostendit ei omnia regna mundi] non determinatè secundùm Chrysost. sed sicut siquis extenso digito diceret, in tali parte est tale regnum, & in tali tale [& gloriam eorum] id est aurum, argentum, lapides preciosos, & temporalia bona, secundùm Raba. Remigius autem dicit, quòd ista ostēsio fuit subito & in ictu oculi, seu in momento temporis, vt dicitur Luc. 4. Et dicit, quòd fuit miraculosa, id est supra naturam hominis per aliquam prꝭstigiosam apparitionem diabolo mouente phantasiam, vel subijciēdo oculis aliquas imagines, sicut & beato Benedicto ostensus est totus mundus in quodam lumine. Sed vt dicit beatus Tho. super Mat. ista expositio nō est bona, quia hoc potuisset in valle fieri, & non fuisset necesse conscendere montem. Vnde secundùm Raba. diabolus ostendit loquendo, non autem visum amplificando. Non tamen est inconueniens dicere istam ostēsionem fuisse quidē in monte, & ē secundū visionē naturaliter homini possibilē, & secūdū expositionē factā verbotenus a diabolo, & vlterius ꝑ aliquod opus diabolicū ꝑ qđ supplebatur illud quod naturaliter visus Christi nō poterat, quia hoc vr̄ velle Lucas, qui dicit ista fuisse ostensa in momento temporis. Quo modo autem diabolus possit facere istas apparitiones miraculosas, id est mirabiles & præstigiosas, forte alibi dicemus diffusè. Sed nunc breuiter sciendum est, quòd sicut anima humana, quæ est infima inter spiritus immortales, aliquod corpus scilicet humanum mouet ad libitum, sed tamen ad illud est limitata propter suę virtutis exiguitatē, ita alij spiritus superiores creari possunt aliqua corpora ad nutū mouere localiter, non tamen vsquequaque, sed vsque ad certū terminū ꝑꝑ suæ virtutis limitationē q̄ finita est. Vn̄ nullus eorū posset mouere torū vnū elemētū, quia esset peruertere ordinē naturæ. Quilibet tamen eorum potest mouere omnia corpora generabilia & cor rupti-

ruptibilia, secundùm S. Thom. & Augu. & vnam partem elementi alicuius, puta montem vnum, quia si inferiores inter eos mouent corpora cœlestia, respectu quorũ ista ferè nihil sunt, multo magis possunt moueve ista, saltẽ illi, qui sunt superiores motoribus orbium ordine naturæ. Igitur diabolus pôt facere omnes effectus, qui fiunt per naturalia corpora, quia illa potest mouendo applicare ad effectum, puta sanitatis vel infirmitatis. Igitur pôt primò facere apparitiones in phantasia, imò rimendo ei nõ phãtasmata noua, sed antequam mouẽdo quæ sunt in spiritibus, i. quibusdam corporibus subtilib. sicut fit in somno. Et hoc tã vehementer, vt aliquis credat se ẽt exterioribus oculis videre, sicut apparet in dormientibus qui quãdoque se credũt ire ad ludum, & in freneticis. Et secundò quo ad oculos exteriores figurando & colorando aerem sub diuersis speciebus rerum, sicut beato Antonio apparuit sub forma argenti. Et tertiò eadẽ ratione faciendo apparere imagines in aliquo corpore terso puta vngue, vel aqua, sicut fit in pstigijs, quibus furta exquiruntur. In Christo aũt potuit locum habere secundum & tertium, sed nõ primũ, nec Christo volente, q̃a vires eius animæ subijciebantur omnino. Vnde dicit Greg. ꝙ omnis illa tẽtatio foris, non intus fuit [Et dixit ei, Hæc omnia tibi dabo] Præsupponit hic diabolus, ꝙ ipse possit ista distribuere ad libitũ. Vñ & secũdũ Lucã 4. dixit, cui volo do illã, sed mẽtitur Christo secundùm Hiero. & Chry. qđ patet, quia ista regna aliquãdo a Deo data sanctis hominibus legimus. Nec tñ est negãdũ quin permittẽte Deo diabolus possit aliquibus suggerere, vt aliquẽ regẽ faciant, & ei pbere auxiliũ in diuitijs, & hmõi cũ ipse sciat omnes thesauros absconditos, & de his habeat curã, vt eos reseruet Antichristo secũdũ aliquos. Ex hoc aũt loco Manichæi nõ aduertẽtes ꝙ diabolus mendax est, dixerunt eum omniũ visibiliũ sicut dominũ, ita & creatorem esse, quod falsum patet in Genesi, vbi ista a Deo condita leguntur [si cadens adoraueris me] Glosa. Ecce antiqua diaboli superbia. Sicut enim in cœlo voluit se similem Deo facere, ita nunc volebat diuinum cultum sibi vsurpare. Hæc illa.

Est autem sciendum ex doctrina S. Tho. allegata per Ioannem Capreolũ. 2. dis. 4. ꝙ diaboli peccatũ fuit, quia appetijt bonũ, i. supernaturalem felicitatẽ, sed malè siue indebitè appetijt, quia nõ cogitauit de modo habẽdi illam, cũ debuisset cogitare, ꝙ ex misericordia Dei illã accipere debuisset. Ideo diabolus nõ appetijt se esse Deum, quia sciuit hoc esse impossibile, neque esse æqualẽ Deo simpliciter, quia ẽt hoc sciuit naturaliter esse impossibile, sed appetijt se esse ęqualẽ vel similẽ, secũdũ q.d. q̃a scilicet Deus est beatus nõ ab alio beatificatus, ita ipse appetijt se esse beatũ non appetẽdo hoc ab alio. Nec quia propria virtute crediderit aut voluerit se fęlicitatem supernam habiturum, sed quia nec de sua, nec de diuina virtute cogitauit. Perseuerat autem semper in isto appetitu, quia post vnam eiectionẽ est in termino, & pœnitere non põt, sicut neque homo post mortẽ, vt patet ex Sancto Thoma vbique. Vnde dicit Damasc. Quod facit hominibus mors, hoc Angelis fecit casus, scilicet in peccatum. Addit autem multa peccata post istud, inter cætera peccatũ inuidiæ, vt patet per Sanctum Tho. 1. par. q. 63. Ideo uult quantum potest usurpare honorem diuinũ. Et quamuis idolatria, quã seminauit sit extincta, tamen quærit semper occultè q̃ eum uenerentur [Tunc dixit ei Iesus] iã uolẽs finẽ tẽtãdi ei imponere, secũdùm Chry. sup Mat. [Vade Sathana] Sathanas, secũdũ aliquos, latinè sonat aduersariũ: iõ Petrus, quia uoluit contradicere Christo, Mat. 16. uocatus est ab eo Sathanas. Sed secũdũ Hiero. beato Petro dixit, uade retro me Sathana, i. sequere me, ut uelis qđ uolo, & ne sis contrarius meæ uoluntati. Diabolo aũt tan quam obstinato non dixit, uade retro me, sed uade, scilicet in abyssum, seu ignẽ æternum. Remigius. Vel secundum alia exemplaria [Vade retro Sathana] idest reminiscere & recordare in quanta gloria conditus fuisti, & in quantam miseriam cecidisti. Hæc ille [Scriptum est enim] Deu. 6. [Dominum Deum tuum] id est sanctã Trinitatẽ, secũdùm Aug. [Adorabis] adoratione latriæ, q̃ debita est soli principio omniũ bonorum [& illi soli seruies,] i. cultũ latrię exhibebis, secũdùm Augu. 10. de de ciui. Dei. Nã latria interpretatur seruitus. Possumus autẽ & hominibus seruire, sed tali cultu & seruitute, seu possumus eos dulia venerari. Ego puto ꝙ sicut Christus celauit se esse filiũ Dei, ita

& dissimulauit se cognoscere Sathanã & ꝙ Sathanas transformatus est in aliquam effigiem sancti viri, puta eremitæ, vt aliqui dicunt. Nunc autem Christus ostendit se eũ cognoscere. Vnde diabolus statim cõfusus discessit tanquam deprehensus. Quamuis et posset dici, vt dicit Chry ꝙ Spiritussanctus excussit illum a Christo. Igitur [Tunc reliquit eũ diabolus] abiens tristis & confusus.

Notãdũ vero has tentationes fuisse tres, quia diabolus habet tria rhetia, scilicet præcipua super mũdum, vt quicunque euaserit de rhetibus gulæ, incidat in rhetia supbiæ, & qui hæc euaserit incidat in rhetia vanæ gloriæ. Et si quæras, Quare Deus permittat diabolũ habere tot rhetia? Respõdet Gorram, ꝙ expedit nobis vt per ea tẽtemur. Primò ad humilitatẽ & cautelam. Eccl. 34. Qui non est tentatus quid scit? Secundò ad cõpassionem addiscendã. Vnde Paulus ad Hebr. 4. postquam dixerat, ꝙ nõ habemus pontificẽ q̃ nõ possit cõpati infirmitatibus nostris; subiunxit, tentatũ per omnia pro similitudine absque peccato. Tertiò ad coronã promerendam. Iaco. 1. Beatus vir qui suffert tentationes. Notandum est etiam, ꝙ tunc reliquisse eum diabolus dicitur non simpliciter, sed ad tempus, vt dicit Lucas, q̃ scilicet tpe passionis regressus est ad eius mortem procurandam. Et quia victores consueuerunt honorari, ideo sequitur [Et ecce angeli accesserunt] quia cum semper essent in obsequtum Christi in terra, recesserãt ab eo vt darent diabolo locum & audaciam inuadendi [& ministrabãt ei] sicut serui domino suo, ex quo Christi diuinitas manifestatur. Greg. in hom. Homo est quem diabolus tẽtat, & idẽ ipse Deus est, cui ab angelis ministratur. Hæc ille. Statim autem post tẽtationem dicuntur angeli accessisse. Primò secũdùm Chry. vt ostenderetur dignitas Christi cui angeli semper in ministeriũ adessent. Secundò iuxta eundem, ad ostẽdendam angelicam custodiam fieri circa homines. Potest autem addi tertiò ad ostendendum, ꝙ ei qui diabolum vicerit statim adest spiritualis cõsolatio maior solito: & quartò ad ostendendum quòd dũ sumus in pugna adest quidem auxilium diuinum, sed tamen ad bonũ nostrum expectat Deus videre certamen, vt Christus dixit Antonio. Chrysosto. super Matth. In quibus autem rebus illi ministrabant scire non possumus, vtrum ad sanationes infirmitatum, an ad correctionem animarum, an ad effugationem dæmonum, q̃ omnia per angelos facit, vnde eis facientibus ipse facere videtur; tamẽ manifestum est, ꝙ nõ propter necessitatẽ impotentiæ eius ministrabant, sed propter honorẽ potentiæ ipsius. Nõ enim dicitur, quòd adiuuent eum, sed quod ministrent. Hæc ille. Sed quia in diuina scriptura frequenter per ministerium accipitur exhibitio alimẽtorũ, & quia Christus esuriebat, & erat solus in monte, credo quòd ministrabant ei, quia detulerunt ei cibum, & etiam ministrabãt ei eo modo, quo dicit Chrysost. Aduertendum est aũt, quòd sicut dicit Augusti. de consen. euang. Lucas non narrat istas tentationes factas isto ordine, quo Matt. sed dũmodo factæ sint, nihil refert, quia nec Lucas illum ordinem asserit, licet illo ordine ex aliqua causa narret. Sicut antẽ dicit glo. Matth. videtur considerasse ordinẽ tentationis Adæ, & illo ordine exposuisse tentationẽ Christi. Sed in rei veritate ordo, videtur fuisse, quem tetigit Lucas, vt scilicet prima fuerit de gula, secunda de superbia in monte, tertia de inani gloria in Hierusalem. Sanctus Tho. autẽ nec super Matth. nec in 3. parte quæst. 42. videtur determinare quis fuerit verus ordo, sed mihi videtur, quòd ille sit quem tenuit Mat. quia post increpationem Sathanæ nulla fuit tentatio, cum abscesserit à Christo: increpatio autẽ fuit quando ille tetigit honorem Dei, vt dicitur; hoc autem fuit in monte secundum Matth. & Lucam, & consequenter in monte fuit vltima tentatio.

1. Est et notãdũ, ꝙ ex scriptura colligimus quater angelos Christo seruisse & astitisse. Primò tẽpore tentationis, vt hic. Secundò tpe passionis seu tribulationis in orto, vt Luc. 22. Tertiò post resurrectionem, vt Mat. 28. Et quartò tẽpore ascensionis in cœlũ, iuxta illud, præuenerunt principes &c. Et hoc in signũ quòd debeamus eorũ auxiliũ maximè implorare tempore tẽtationis ne succumbamus, & angustiæ ne impatienter feramus, & tempore quo surreximus a peccato ne recidiuemus, & tempore mortis ne periclitemur, sed itinere recto ducant nos ad dominum. Adiuuant autem nos orãdo per eorũ passionem, & dirigendo per illuminationẽ, & inflammando affectum per interiorẽ locutio-

cutionem, seu exhortationem, & cōprimē do diabolicam potestatem ne sæuiat quantumlibet.

In hac autē parte, sunt adhuc multa documēta in sensu morali. Primū tangit Ambro. super illo verbo, hæc omnia, dicēs, Habet autē ambitio domesticū periculū. Vt enim dominetur alijs prius seruit. Priuatur obsequio, vt honori donetur, & dū vult esse sublimior fit remissior. Hæc ille. Secundū tangit Chry. super Mat. super illo verbo. Vade sathana, d. Videndum autem quia Christus passus fuit tentationis iniuriā, dicente diabolo. Si filius Dei es, mitte te deorsum, & nō est turbatus, nec diabolū increpauit. Nunc autem quādo diabolus Dei sibi vsurpauit honorem, exasperatus est, & eū repulit, dicens, Vade Sathana, vt illius exemplo discamus nostras quidem iniurias magnanimitate sustinere, Dei autem iniurias neque ad auditum sufferre, quoniam in proprijs iniurijs esse quempiam patientē laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare nimis est impium. Hæc ille. Tertium tāgit idem ibidem super illo verbo, tūc reliquit eum diabolus, dicens. Hoc ad nostram proficit consolationem, quia non tandiu homines, Dei diabolus tentat, quādiu vult, sed quamdiu Christus permittat paulisper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam. Hæc ille.

Feria secunda post Dominicam primam in Quadragesima.

Textus Euangel. Matth. cap. 25.



Vm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos abinuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis, Et statuet oues quidē a dextris suis hædos autem a sinistris. Tunc dicet, rex his, qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus & operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Tunc respōdebunt ei iusti, dicentes. Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus; sitientem, & dedimus tibi potum. Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te. Aut quādo te vidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respondēs rex, dicet illis. Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratrib. meis minimis, mihi fecistis. Tūc dicet & his qui à sinistris eius erūt. Discedite à me maledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & nō dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & nō collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus, & in carcere, & nō uenistis ad me. Tunc respōdebunt ei & ipsi, dicentes. Domine, quando te vidimus esuriētem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & nō ministrauimus tibi? Tunc respōdebit illis, dicens. Amen dico vobis, quamdiu nō fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibūt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

CVM venerit filius hominis in maiestate sua &c. Matt. 25. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Segregatio. Præmiatio, & Condemnatio.

QVANTVM ad primum Christus dicit quandoque fienda separatione malorum a bonis. Dicitur ergo [Cum venerit] scilicet in die iudicij generalis futuri. Sicut enim docet S. Tho. 4. di. 47. dupliciter aliqs potest iudicari. Vno modo vt hæc persona singularis, & sic iudicatur proprio iudicio. Alio modo vt pars ciuitatis, vel humani generis, & sic iudicatur aliquis iudicio generali, quādo iudicatur ciuitas, vel quādo iudicabitur humanum genus, quod fiet in extremis. Est enim futurum generale iudiciū, vt ibidē dicit. Sicut enim Dei operatio circa creaturas pertinet ad rerū principium, quo producuntur in esse, ita iudicium ad terminum, quo in suum finem perducuntur.

Distinguitur autem duplex Dei operatio. Vna scilicet, qua res produxit vniuersaliter in esse, à qua septima die quieuit. Alia qua res productas administrat etiā nō operādo. Similiter ergo debet duplex iudicium distingui, ordine tamen cōtrario. Vnum est in morte, quod respōdet operi gubernationis quo quisque iudicatur secundū q̄ competit sibi, & gubernationi vniuersi. Vnde p̄miatio vnius, secundum hoc iudiciū, differtur pro vtilitate aliorum: & pœnæ vnius sūt ad profectum alterius. Aliud est ex aduerso respondens primæ rerum institutioni, quo dabitur vltima completio mundo vno quoque accipiente quod ei debetur secūdū seipsum non ordine ad gubernationem, & erit vniuersalis separatio malorum a bonis, qa iam non erit opus vt boni per malos proficiāt. Sed in 3. pat. q. 59. assignat huius aliam rationē, dicens. Iudicium perfectum, i. verū & manifestum de aliqua re dari non pōt, nisi re finita & completa in se, & in suis effectibus. Ex effectibus enim actio quæ videbatur bona ostenditur aliquando mala fuisse. Vita autem hominis postquam terminata est in se, dependet aliquo modo ex futuris, quæ ad aliquod præmium, vel ad aliquā punitionem hominis pertinent. Primò quidem ex fama bona vel mala. Secundò ex filijs. Tertiò ex effectibus suorum operum, sicut ad præmium beati Dominici pertinēt omnia bona, quæ ex suo ordine proueniūt. Quartò ex corpore quod interdū honorificè sepelitur, interdum manet inhumatum. Quintò ex temporalibus, in quibus infixerat cor. Omnia autem hæc subijciuntur existimationi diuini iudicij, qd̄ fiet eis cōsummatis. Iudicatur tamē homo post mortē statim quo ad pertinentia aiam q̄a in talibus sortitur quēdā statū immobilē. Corpus aūt remanet mutabilitati subiectū, transiens de forma in formā vsque ad finē tēporū, & tūc recipiet primū. Et licet hoc iudiciū scd̄m diuinā scripturā sit futurū, incertū tñ est qn̄, quia non potest sciri ratione, cū a Dei voluntate depēdeat, neque ēt inuenitur Deus illud reuelasse. Et valet ista incertitudo secūdū S. Th. 3. vbi supra etiā supposita incertitudine mortis ꝓpter duo. Primò, quia a nescit homo an ante tp̄s mortis eius iudiciū veniat. Secūdò q̄a homo n̄ solū curā gerit sui, sed ēt suorū, & ciuitatis, & ecclesiæ, quibus hēt ꝓuidere, ne sint imparati [Filius hominis] Sic se vocat Chr̄s, vel q̄a est filius vnius tm̄, i. Virginis, vel ex humilitate, qd̄ melius est. Dicit vero filiū hōis venturū ad iudiciū propterea q̄ in forma humana iudicabit se cūdū oēs sanctos, q̄a cōpetit ei dominiū nō solū ratione creationis, sed ēt ratione redēptionis, q̄ cōuenit ei vt homo, scd̄m S. Th. vt supra [In maiestate sua] id est in diuinitate secūdū Remig. & intellige patenter. Patebit. n. eius maiestas insignis deitatis, quæ sunt societas angelorum & sanctorū, & effectus mirabiles tūc apparentes. Vel in maiestate, i. in gloria sui corporis, scd̄m Orig. vel scilicet talis appareat, qualis in trāsfiguratione. Iudicabit. n. secūdū S. Tho. vbi supra in forma humanitatis gloriosę, quia est mediator, & consequenter sicut in primo aduentu quando gerebat vices nostras reconciliando nos Deo apparuit in nostra infirmitate, ita quando exequetur iustitiam patris in secundo aduentu apparebit in gloria, quæ inest ei ex communione ad patrē, quæ gloria malis erit in suppliciū. Pro his scito, q̄ sunt quinque modi iudicandi, qui ex scripturis colliguntur. Primus est prima riæ authoritatis, quo iudicabit tota Trinitas. Secundus est sub authoritatis delegatæ quodam modo, & prolationis sententię, quo iudicabit Christus. Tertius est assessoriæ dignitatis, quo iudicabunt apostoli & quicunque paupertatem voluntariam sunt secuti.

Quartus

Quartus est approbationis, quo iudicabũt omnes electi. Quintus est comparationis facti melioris, quo iudicabunt minus facti melioris, quo iudicabunt minus mali, puta Niniuitæ Iudæos. Vnde de his omnibus supra Tho 4. dist. 47. vnde oĩa ista sumi possunt [Et omnes angeli eius cum eo] ad honorem iudicis, secundum aliquos, vel vt sint testes, secundum S.Tho. vt supra Chrys. in Home. omnes angeli eum ipso aderunt, testantes & ipsi quantum administrauerunt missi a domino ad hominũ salutem. Hæc ille. Non autem vt sint iudices, secundũ S. Tho. quia assessores debẽt iudici proportionari, qui erit Christus inquantũ homo, quo ad authoritatem acquisitam & secundariã. Et licet sit tota Trinitas quo ad naturalem & principalem, tamen iudiciũ attribuetur Christo, qui omnibus apparebit. Iudicabũt tñ approbando sententiam iudicis. Vel secundum Augu. lib. de pœnitentiã. per angelos intelliguntur homines, qui cum Christo iudicabunt, qui angeli, idest nuncij erũt, quia bonis æternam salutem nunciabunt. Iudicabunt autem aliqui homines cũ Christo, id est Apostoli, vt habetur Matt. 19. & q voluntariè fuerunt pauperes secundũ S.Th. vbi supra. Primò ratione congruitatis, quia cum relictis omnibus adhæreant Christo, non est quo à iustitia flectantur. Secundò ratione meriti, q a humilitati debetur exaltatio: paupertas aũt inter oĩa facit despectum in præsenti. Tertiò ratione dispositionis. Nam sancti iudicabunt inquantum habebunt cor edoctum omni diuina veritate, vt illam possint alijs manifestare, ducendo eos in notitiam diuinæ sententiæ, vt patet vbi supra. Prima autem dispositio ad perfectionẽ, id est ad tale cor, est contemptus diuitiarũ, quia vltimò acquiruntur, & consequenter primò deseruntur in motu ad perfectionem [Tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ] Ista sedes maiestatis metaphoricè dicitur, & secũdũ Orige. erit congregatio aliquorũ perfectorum hominũ, qui dicuntur sedes in iudicio: aut quædã virtutes angelicæ, siue throni sint, siue dominationes. Vnde & in Psal. dicitur sedere super Cherubim. Et siue sint homines, siue angeli, dicuntur sedes, secundũ S.Tho. super Matth. quia per illos Deus suum iudicium exercet. Alij verò per sedẽ intelligũt authoritatẽ iudicandi, q̃ duplex est, vt dictũ est. Vel sedes ista est illa gloriosa nubes, in qua venturus est, in qua non est irrationabile, Christũ iudicaturũ sedendo, vel saltem astare sibi sedem paratam. Sedebit aũt Christus in ista sede supra montẽ Olíueti, cui adiacet vallis Iosephat, secundum S.Tho. vbi supra, quia licet certe sciri nequeat, tamen ex scripturis probabiliter creditur, q ibi videbitur, vnde ascendit in cœlum. Multitudo autem hominũ in circuitu erit, vt possit Christum videre, quia longè videbitur, quia erit in aere, & fulgidus vt Sol. Ideo sequitur [Et congregabuntur ante eũ oẽs gentes] Oẽs inquam etiam pueri nihil præter originale habentes, vt videant gloriã iudicis. Et hæc congregatio erit, vt dictũ est in valle Iosaphat, secundũ Sanctos, & secũdũ scripturam Ioel. 3. Et licet Magister in 4 dist. 48. dicat ridiculosum esse, quòd Christus descendat in vallẽ, tamen ibi sentit qđ erit in aere supra montem Oliuarum, vt ẽt videtur velle scriptura. Zach. 14. vbi dicitur. Stabunt pedes domini in die illa supra montẽ Oliuarum. Congregabũtur inquam, vt omnes iudicentur quantum ad receptionẽ præmij vel pœnæ, no n aũt vt oẽs discutiantur, vt dicetur. Et notanter dicitur gentes, non angeli, quia non propriè iudicabuntur. Fiet aũt ista congregatio secundum Aug. ministerio Angelorum.

Pro his notandum est ex Sancto Tho. 3. parte, & 4. vbi supra, quòd Christo inquantũ homo competit potestas iudicandi angelos. Tum q a est propior verbo, tũ quia humilitas passionis meruit vt sibi omne genu flectatur. Tum quia ministrant circa homines, quorũ est caput. Iudicat aũt eos quantum ad tria, vt dicit. Primò quantũ ad dispensationem eorum, quæ agunt. Secundò quantũ ad præmia accidentalia, & accidentes pœnas, quibus hic dæmones affligũtur, aut excluduntur ab hoc mũdo in abyssum, quod eis valde displicet vltra suã essentialẽ pœnam. Tertiò quantum ad essentiale præmiũ. & essentialem pœnam, quod a principio factum est per Christum inquantum est verbum Dei. Non tamen, vt dicit, iudicabũtur directè, quia non discutiẽtur, cum in bonis angelis non sint mala admixta bonis, neque in malis bona admixta malis, neque etiam præmiabuntur pro

meritis proprijs, cũ a principio fuerint præmiati. Sed iudicabuntur indirectè secundũ præmiationem, quia recipient accidentale præmium, pro his quæ procurauerunt, quia s. boni amplius gaudebunt de salute eorũ quos iuuerunt, & econuerso mali dolebunt de his quos subuerterunt. Iudicabimus tamen angelos 1. Cor. 3. scilicet comparatione, inquantum quidam homines, quibusdã angelis erunt superiores. Sed de hominibus loquendo, oẽs quidem ante Christũ cõparebunt, non solum 12. tribus Israel, sed & omnes gẽtes per 12. tribus acceptæ, & significatæ, vt omnes videant exaltationem eius, qui pro omnibus sanguinem fudit. Et omnes etiam adulti iudicabuntur quantũ ad receptionem præmiorum. Aliqui verò boni discutientur, s. qui cum bonis, & meritorijs operibus habebunt, mixta notabilia mala. vt omnibus pateat iustitia iudicãtis; Aliqui vero non, scilicet reliqui. Similiter erit in malis. Aliqui enim mali iudicabuntur discussiuè, scilicet qui fidẽ habuerũt, cuius actus laudabilis est, & de se ordinatus ad merendum, ideoque sicut ciues salrẽ numero, etsi non merito, non condemnabuntur morte, siue discussione, sed infideles nõ habent mixtionem talem bonorũ, & malorum, quæ discussionem requiret. Sublato enim fidei fundamento, omnia sequentia opera carent rectitudine intentionis perfectæ. Et ideo, vt hostes sine audientia condẽnabuntur. Omnia prædicta sunt S. Tho. doctrina vbi supra, vel alibi. De ista autem discussione dicitur infra [Et separabit eos abinuicem] & hoc secundum Orige. inquantum cuilibet erit manifesta iustitia, vel iniustitia cuiuslibet. Vnde ista prima separatio non erit secundum situm, sed eo modo quo albi a nigris dicuntur separati, etiam si localiter sint commixti. Ista autem separatio licet modo sit, tamen non constat nobis, sed tunc constabit: ideo dicet fieri: vel dice. fieri habito respectu ad separationẽ situalẽ, quæ ad istam sequitur; & fiet tunc, de qua etiam dicitur, secundũ alios, idem mer, scilicet & separabit eos abinuicẽ, s. situaliter quod secundum S. Tho. super Mat. dupliciter potest intelligi. Vno modo, q̃a boni habebunt nobiliorem situ, quia erunt in aere, vel quia ad literam erunt in dextera iudicis. Ego autem credo, quòd utrunque erit, vt intelligamus iustos esse ante faciem iudicis in nobiliori loco, etiam si nõ essent in aera eleuati [sicut pastor segregat oues] id est iustos sic dictos, secundũ Orige. propter mansuetudinem, secundum Chryso. vero propter vtilitatem, vel innocentiã. Homo enim iustus instar ouis est mansuetus in tolerando, est vtilis in fructificando verbo, & opere, ita quòd quicquid eius est, totũ est vtile. & ædificatorium, & innocens in offendendo [ab hædis] id est iniustis sic dictis secundum Origẽ. quia per saxa dura, & peccatorum præcipitia gradiuntur, secundum Chryso. quia infructuosi sunt, vel secundũ Hiero q̃a hædus semper feruet coitu, ideo etiam pro peccato principis offerebatur [Et statuet oues quidem a dextris, hædos autem a sinistris] vel ratione nobilioris, & ignobilioris situs, vel quia ad literã sic fiet, vel propter vtrunque, vt dictum est.

Ad intellectũ tamen horũ vide in Euangelio de Ascẽsione Domini. In hac parte est literaliter vnũ documentum, quod beatus Paulus tangit, dicẽs 2. Corin. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.

QVANTVM ad secundum tangitur præmiatio iustorũ. Ad intellectum aũt sequentium sciendum est, q̃ S. Tho. 4. vbi supra dicit, non esse certum vtrum iudicium illud quo ad accusationem, & disceptationem, seu discussionem. & sententiã fiat vocaliter, vel mẽtaliter, sed probabilius creditur, quòd fiet mẽtaliter quo ad illa omnia, quia si singulorum facta oretenus deberẽt enarrari, nimis prolixum tempus requireretur. Sed cap. 3. distin. 46. ad argumenta contra quartam conclusionem dicit, q̃ duplex erit sententia, ibi. scilicet, Vna singularis, qua quisque seipsum videbit tantæ pœnæ, vel gloriæ destinatum. Alia generalis, quæ duplex est, vna scilicet pro bonis, alia pro malis. Et ista non exigit multum tempus, & vocaliter fiet. Sed videtur esse dissonantia inter illũ, & S. Thomam, qui post prædicta subiũgit, quod ea quæ dicuntur Matth. 25 id est in præsenti Euangelio, sicut mentaliter, & tamen constat, quòd ad generalem sententiam pertinent. Soluitur autem sic. Primò. Nã ista quæ hic narrantur, scilicet discussio, & sententia dupliciter fiet. Primò

circa

circa singulos seorsum. Et secundò generaliter circa multos. Et primum erit menta le ratione prolixitatis temporis. Secundum autem erit vocale non solum quo ad sententiam, sed etiam quo ad illud examen. Esuriui &c. Et secundo sic. Nam San. Tho. vt ex sua ratione patet, loquitur de his quæ circa singulos fient, seu de examine. Beatus autem Mat. ponit aliqua, quæ fient circa singulos scilicet discussionem, seu examen quo ad opera misericordiæ, per quæ omnia alia intelliguntur. Quædam verò, quæ fient generaliter quo ad omnes, vt illa sententia. Venite &c. & illa. Ite &c. Et de istis loquitur Capreolus. Et licet istæ sententiæ ponantur ante examen, tamen hoc est anticipatiuè dictum, vel his illa dicentur, vel sententia vocaliter præcedet, & discussio sequetur mentalis. Primò igitur Christus discutiet singulorum conscientias, deinde sequetur apud singulos propria sententia quam Matth. tacet, & rectitò cuilibet diuina virtute fiet manifesta conscientia cuiuslibet, eo modo quo beato Benedicto est totus mundus ostensus, vel alio. Et quartò sequetur generalis illa sententia & vocalis, ex duabus cathegoricis composita. scilicet, Venite & Ite, & discussio scilicet Esuriui &c. quæ etiā erit vocalis, iuxta primum modum soluendi, vel saltem sententia iuxta secundum: ideo dicitur [Tunc] facta discussione & particulari sententia [dicet rex] vocaliter loquēdo, vel mētaliter [his qui a dextris eius erūt. Venite benedicti patris mei] id est a patre meo, quia imperatiuè benedicit efficiendo in benedicto bonum quod ei dicit, homines autem benedicunt secundum S. Tho. Rom. 12. lect. 2. indicatiuè laudando, vel optatiuè desiderando; non autem imperatiuè, nisi inquantum ministri Dei. Sunt autem iusti benedicti actu ratione gratiæ in via & benedicendi ratione gloriæ, ideo sequitur [Possidete paratum uobis regnum ab origine mundi.] Vbi notandum quòd non dicitur accipite, sed possidete, id est intrate in possessionem Secundum S. Tho. enim super Matth. dicitur possessio, in quam habetur ius. Habemus autem in hoc regno ius ex ordinatione diuina, & ex acquisitione Christi. Item secundum eundem dicitur possessio. quia pacificè habetur cum plenario dominio. Sed secundùm Chrysosto. dicitur possidere, quia sunt hæreditaria bona cum simus filij Dei, & nobis antiquitus præparata, ideo subditur [quod vobis paratum est ab origine mundi] immo ab æterno quia secundùm Hieron. hoc intelligitur secundùm prædestinationem. Est autē hoc regnum quod nobis paratur ipsa sanctorū societas, quod regnum dicitur possidere quilibet beatus multipliciter. Primò ratione regnantis, de cuius regno gaudet, ac si ipse, vt ita dicam, regnaret. Bona enim amicorum nostra dicimus. Secundò ratione societatis, cuius ipse est membrum, eo modo quo dicimus Italos possidere regna Italię. Sequuntur autem aliqua, quæ saltem quo ad singulos mentaliter fient, cum dicitur [Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Sitiui & dedistis mihi bibere. Hospes eram & collegistis me. Nudus. & co. me. Infir & vi me. In car. & ve. ad me.] Est autem aduertendū quod opera misericordiæ corporalia sunt septē iuxta doctrinam S. Th. 2. 2. qō 32. & continentur in isto versu.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Et ratio est, quia septem sunt corporales defectus hominis, ad quos alij reducuntur, scilicet famis, sitis, habitaculi, nuditatis, sanitatis libertatis & defectus sepulturæ. Omisit autem dominus sepulturam, secundum San. Tho. ibi, quia enarrabat opera necessaria, vt quo ad damnatos euidentior eorū damnatio fieret, tamen in alijs locis scripturæ commendantur sepelientes cadauera hominum, vt Thobias [Tunc respondebunt ei iusti dicentes] Ex quo patet quòd ista discussio erit mentalis, quia si totus mundus vocaliter Christo respōderet, aut omnes iusti, esset confusio vocum Et sic secundus modus respondendi supra dictus est melior, quāuis dici possit, quòd Christus vocaliter loquetur, & alij mentaliter respōdebunt [Domine quando te vidimus esurientem & pauimus, sitientem & dedimus tibi potum? Quando autem vi. hospi. & colle. te. aut nu. & cooperuimus te? Aut qn̄ te vi infir. aut in car & ve ad te?] Ista interrogatio non procedit ex ignorantia, quia iusti certitudinaliter scient quòd opera misericordiæ facta membris Christi, Christus sibi reputat fieri & se pro talibus saluari. Sed secūdum S. Tho. super Matt. & Raba. procedit ex admiratione magnitudinis gratiæ datæ a Christo, &

paruitatis boni facti ab eis[Et respondens rex dicet illis, Amen] id est vere [dico vobis quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis] fratres dñi, secundũ S.Tho.super Mat. sunt non solum boni per gratiam, sed etiam mali per naturam, quibus etiam dandum est in necessitate, sed cæteris paribus magis dandum est meliorib. quia & verius sunt fratres domini, quia fratres sunt, qui Dei faciunt voluntatem, Mat. 12. Vnde & Hiero. dicit, ꝙ de talibus loquitur, qui & secundum Chryso. dicuntur minimi, quia sunt hi miles, qui a pauperes, q a abiecti. Nõ autem hic fit mentio de 7. operibus misericordiæ spiritualibus, quia ille pro maiori parte pertinent ad prælatos. Sunt autem; Prima oratio; Secunda doctrina in speculatiuis. Tertia consilium in practicis. Quarta consolatio in tristitijs. Quinta correctio in delictis, Sexta remissio in iniurijs. Septima supportatio in fastidijs. Et continentur in hoc uersu.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Ita tamen, quod sub eodem intelligatur consilium, & doctrina. Vide 2.2.q.32. Sed si fratres dñi sunt omnes, & maxime iusti, quæritur quid in verbis dñi demonstret ly, his cum loquitur iustis. Et dicendum, quòd ista locutio omnibus fiet in singulari, & tunc ly his, demonstrat alios iustos, & iniustos, quia pro operibus misericordiæ exhibitis etiam iniquis facti percipient retributionem a domino, secundum doctrinã sanctorum. Sed si omnibus in singulari loquitur, quare dicitur, dicet illis. Dico, quòd q a singulis seorsum dicetur, ideo pluraliter dicitur, dicet illis, & ly his, non demonstrat aliquid seorsum ab omnibus iustis, & iniustis, sed a singulis. Vel potest dici, quòd ista verba, quæ discussionem sonant, non dicentur omnibus iustis, sed his solum, qui discutientur. Et tunc ly ijs, demonstrat reliquos sanctos, maxime assessores pauperes, q. speciali ratione dicuntur fratres Christi, quia eandem vitam, seu conuersationem duxerunt, scilicet pauperem, & maxime mendicam, & similiter demõstrat omnes alios iniustos. In hac parte est literale documentũ, quod opera misericordiæ sunt in præcepto, quia de his fiet discussio in iudicio, vt damneris, vel salueris. Remi. Et notandum, quòd in hoc loco opera misericordiæ a domino connumerantur, quæ quicunque implere studuerit, regnũ a constitutione mundi præparatũ electis, percipere merebitur. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur malorũ condemnatio, quando dicitur [Tũc dicet & ijs qui a sinistris eius erunt. Discedite a me male. in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius] Hæc verba, aut dicet iudex bis, aut dicet vocaliter post ea quæ sequuntur, quamuis antepósita sint, vel si dicet ea vocaliter, & ante ea quæ sequuntur, tunc quæ sequuntur dicet mentaliter, vt videtur. Ex ijs autem patet, vt dicit Aug. 21. de ciui. Dei, quòd ignis idem dæmones, & homines cruciabit. Quomodo aũt corporaliter ignis possit affligere spiritum, aut corpus, sine eius corruptione, vide Domin. 1. post festum Trin. [Esuriui enim & non de. mi. ma. Si. & nõ de. mihi po. ho. eram. & non cole. me. Nu. & nõ cooper. me. Infir. & incar. & non visi. me, aut si. aut hospi. aut nu. aut infir. aut in car. & non ministra. tibi] Ista interrogatio nõ potest procedere ex admiratione magnitudinis pœnæ illatæ, sicut & de iustis dictum est, suo modo, & etiam ex ignorantia qua iniqui non intellexerũt se Christum in suis pauperculis contempsisse [Tũc respondebit illis di, Amen dico vobis, quandiu nõ fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis] & ly his, potest hic referre aliquid seorsum malis, de quibus est sermo [Et ibunt] nõ sponte, sed coacti ab angelis malis exequentibus sententiam iudicis. vt S.Tho. 4. vbi supra videtur velle, quamuis aliqui dicant, quòd sua sponte, veluti desperati recedẽt a Deo [ij] scilicet mali [in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam] id est ibunt ad visionem Dei, secundum Augu. quia contemplatio promittitur nobis actionũ omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum. Hæc ille. Ibũt autem, tunc sancti ad vitam æternam, duobus modis, secũdum quod vita sumitur dupliciter, scilicet pro essentia uiuẽtis, & pro operatione vitali. Resurgent enim ad vitam immortalem, & eleuabuntur ad illam visionem, quæ & est vita & est æterna, nõ solum quia semper durabit, sed quia in ea nulla est variatio, ita quòd sancti in æternum nõ plus videbunt in Deo, q in primo instanti quo videbunt, secundum

San.

S.Tho. vbique, & hoc virtute prædictæ visionis, cum quo tñ stat, q videntibus Deũ continuè aliqua noua reuelentur, quandiu durant illuminationes Dicitur aũt vita beatorum potius æterna, q̃ damnatorũ, quãuis vtraq; semper duret, quia inuariabilior est, maximè quo ad ipsum intelligere beatum, quòd semper vnum numero erit, & æquè intensum semper: & dicitur vita cũ sit operatio vitalis. In hac parte est documentũ morale, quod Greg tangit 25.mor. di. Si tantã pœnam minatur ei, qui sua non dedisse conuincitur, qua pœna feriẽdus est, qui redarguitur abstulisse aliena? Hæc ille. Est autem iterum aliud documentũ. Nam ex hoc euangelio patet, quòd iudex primò opera examinabit, cum dicitur esuiiui, &c. Examinabit autem quantum ex scriptura colligitur omnia cogitata, & dicta & facta, & commissa nobis circa quæ omiserimus. Ista autem commissa sunt quatuor, s. tempus de quo malam rationem reddent ociosi: & res temporales, de quibus malam rationem reddent auari; & corpus de quo luxuriosi, & anima de qua superbi, qui abiecta Dei imagine super induxerunt diabolicam. Patet secundò, quòd examinata ponderabit, quia dicet. Amen dico vobis quãdiu, &c Michael igitur ponderator animarum, secundum representationem ecclesię, aliquas inueniet nullius ponderis, quæ nulla bona habebunt. Cuilibet tali dicetur, illud Daniel. 5. Appensus est in statera, & inuetus es, ante quidem minus, vt ibi dicitur, sed nihil habens, & proijcietur in fornacẽ. Quædam autẽ erunt semiplenæ, quæ s. pœnitentes non compleuerunt satisfactionẽ. Istæ inuenientur minus habere, & ibunt ad purgatorium. Quædam verò erunt plenæ, & satis habentes, quæ scilicet quantum deliquerunt, tantum satisfecerunt. Quædam vero super plenæ multum habẽtes. Ambo autem ista genera animarum, ab illo campsore ponentur in thesauro cœlesti. Tertiò ponderata sententiabit, quia dicit discedite. Quartò sentẽtiata exequutioni mandabit, quia ibunt, &c. ita quod non euadent per appellationem aut supplicationem, aut per querelam falsi, aut per satisfactionem, quin damnentur iniqui.

Feria tertia post Dominicam primam in Quadragesima.

Textus Euang. Matth. 21.



VM intrasset Iesus Hierosolymã, commota est vniuersa ciuitas, dicẽs. Quis est hic? Populi aũt dicebãt. Hic est Iesus propheta a Nazareth Galileę, & intrauit Iesus in templũ Dei, & eiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mẽsas numulariorum, & cathedras uẽdentiũ columbas euertit. Et dicit eis. Scriptũ est. Domus mea domus orõnis vocabitur, uos aũt fecistis illã speluncã latronum. Et accesserunt ad eum cœci, & claudi in tẽplo, & sanauit eos. Videntes aũt principes sacerdotum, & Scribę mirabilia, quę fecit, & pueros clamãtes in tẽplo, & dicẽtes Osanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autẽ dixit eis. Vtique. Nunquam legistis, quia ex ore infantium, & lactẽtium perfecisti laudẽ. Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, Ibique docebat eos de regno Dei.

CVM intrasset Iesus Hierosolymam &c.] Mat. 21. In præsenti euangelio tangũtur tria puncta, quæ sunt, Commotio, Electio, Indignatio.

QVANTVM ad primum sciendum est, q vt in textu euãgelij patet, iste ingressus domini in Hierusalem, de quo in Euangelio est sermo, fuit quando cum tanta gloria descẽdit de monte Olueti, vt habetur dominica prima Aduentus. Ideo ad intellectũ præsentis euangelij oportet præsupponere ferè omnia, quæ in illo dicuntur. Procedebat ergo Christus stipatus cateruis populorum magnificantium cum vocibus

& ramis lętitiæ, & cum tanta gloria intrauit ciuitatē[Et cum intrasset Hierosolyma] scilicet cum solenniate de qua ibi dictū est [commota est]id est conturbata ex inuidia, vel commota est,id est admirata secundum alios, vel forte fuit vtrunque[vniuersa ciuitas] id est principales ciuitatis,quia dolebāt & mirabantur,de honore exhibito Christo, quia homo laudabatur quasi Deus. Et tamē vt dicit Chriso.etiam ipsi laudantes non intelligebant, quę dicebāt,sed Spiritus sanctus ingressus in eos verba formabat. Vel mirabantur de suscitatione Lazari. Item de doctrina propter quam etiam ascenderat Christus in templū, licet de hac nō mirarentur in ingressu ciuitatis[dicēs.Quis ē hic?] quasi dicerent.Iste non est vel saltem non videtur talis ac tantus, vt has laudes mereatur [Populi autem]id est vilis plebs secundum Hiero.[dicebant.Hic est Iesus propheta]nō quicunque secundum Hier. sed quem singulariter suscitādū prædixerat Moyses [a Nazareth Galileæ]qui ibi fuerat educatus.Pro intellectu autē eorū quæ hic dicuntur,notandum est secundū Aug. quòd Christus nō operatur cōtraria, sed pro temporū cōgnitate diuersa.Vnde prius se occultauerat,q̄a nondū venerat hora eius,& nunc se manifestat.Item prius honorem regiū refutauerat, & nunc illum suscipit, primo secundū Raba.vt ostendat se sponte passurum, secundo iuxta Chrys. vt ostēderet quis sit ille rex, de quo ante ꝓpheta clamauerat. Ecce rex &c. tertiò iuxta eundē vt amplius in se iudæorū inuidia insaniret,sed vt mihi ui Chryso. capit. ly vt, consequutiue non causaliter,& quantō ad humilitatis exemplū,quia quanto maior fuit eius honor in Hierusalē tanto,et maior fuit subsequens ignominia passionis. In hac parte est vnum documentum in sensu morali,q̄ Iesu intrante Hierusalē, id est animam peccatricem post peccata, tota ciuitas,id est ipsa. quantum ad omnes eius potentias commouetur,& ingemiscit, & aliter conuersatur,quàm prius.

Quantum ad secundum,tangitur eiectio eorum qui tēplum prophanabant, cum dicitur[Et intrauit Iesus in tēplū Dei]Chrys. Hoc erat proprium boni filij vt ad domum curreret patris,& illi honorem redderet. Et tu imitator Christi factus,cum aliquam ingressus fueris ciuitatem,primum ad ecclesiā curras.Hoc etiā erat boni medici,vt ingressus ad infirmam ciuitatē saluandam,iam primum ad originem passionis intenderet. Nā sicut de tēplo omne bonū egreditur, ita de tēplo omne malū procedit.Si enim sacerdotiū integrum fuerit,tota ecclesia floret;si autē corruptū fuerit,omniū fides marcida est, Sicut enim cum videris arborē pallentibus folijs, intelligis quia vitiū habet in radice; sic cū videris populū indisciplinatū,sine dubio cognosce quia sacerdotiū eius nō est sanū, hæc ille. Est aūt notandū q̄ nō intrauit Iesus in tertiū atrium,cū nō esset sacerdos aut leuita,sed solū in secundū,vbi fiebāt orationes & sermones. Oues aūt & boues vendebantur in primo,vt credo rationabiliter. De ijs autē atrijs habes dominica præcedenti[Et eijciebat oēs vendentes & ementes in tēplo , & mensas numulariorum & cathedras vendentiū colūbas euertit]Sup his verbis sic dicit Hier. Sciendū est, q̄ iuxta mādata legis venerabili in toto orbe tēplo Dei, & de cūctis pœnè regionib. Iudæorū illuc populo confluente,innumerabiles immolabātur hostiæ,maxime festis diebus,taurorū;arietum, hircorū: pauperibus , ne absq; sacrificio essent, pullos colūbarum & turtures offerentibus. Accidebat autem eos qui de longe veniebant,victimas nō habere. Excogitauerunt igitur sacerdotes quō prædā de populo facerent,& omnia animalia quibus opus erat ad sacrificia vendebant, & vt venderent nō habentibus,& rursus ipsi empta susciperent. Hanc ergo strophan, id est, fraudē se in diuersa vertentē crebro venientium inopia dissipabat,qui indigebant sumptibus,& nō solū hostias nō habebant, sed nec vnde emerent. Posuerūt itaque,& numularios,qui mutuo sub cautione darēt pecunias.Sed q̄a erat lege præceptū,vt nemo vsuras acciperet,& prodesse non poterat pecunia fœnerata,q̄ cōmodi nihil haberet, & interdum perderet sortem , excogitauerūt vt pro nūmis colibistas,id est vilia munuscula susciperent vel ibi gratia,frixi ciceris,vuarumque passarum, & poma diuersi generis vt quod in nummis nō licebat, in his rebus exigerent, quæ numis emuntur . Istiusmodi dominus in domo patris cernens negociationē,seu latrociniū, ardore spiritus concitatus tantā hominum multitudinē eiecit de templo . Hæc ille quasi formaliter. Dicit

autem

aũt hic Mag. hist. ꝙ secũdũ hoc, rectè faciũt, q facies cereas in ecclesia vẽdi nõ ꝑmittũt; nisi dicatur, ꝙ dñs eiecit de tẽplo vendẽtes, ꝑp mysteriũ. Hæc ille. Verũtamen quia ista venditio non est mala de se, dico ꝙ duobus modis est illicita. Vno modo qñ fit ad deci piendum, seu immoderatè lucrandũ. Hoc. n. est facere spelũcã latrocinij ipsam ecclesiã. Alio modo, qñ fit causa mercãdi, ita ꝙ finis talis venditionis est vendendo moderatè lu crari. Mercari. n. in ecclesia est prohibitũ ex tra de immu. ecclesiæ. c. Domum tuã. lib. 6. Sed si principalis intentio sit, vt populus ha beat ad offerendum, licita est, etiam si secũ dario moderatũ lucrũ intendatur, sine quo tamen nihilominus fieret venditio si cõsta ret de indemnitate vendẽtis. Omne. n. opus ad Dei gloriam factibile, est licitum in ec clesia, nisi sit prohibitum [Et dicit eis. Scri ptum est] scilicet Isai. 56. [domus mea, do mus orationis vocabitur] Vnde Aug. in re gula. In oratorio nemo aliq d agat, nisi ad quod factũ est, vnde & nomen accepit. Hæc ille [Vos autẽ fecistis illam speluncã latro num] Hiero Latro est, & templũ Dei in la tronum conuertit spelu: qui lucra de religio ne sectatur. Hæc ille. Sed quare non restite runt ei? Ad hoc sic dicit idẽ. Mihi inter om nia signa quæ dominus fecit, hoc videtur es se mirabilius, ꝙ vnus homo, & illo tẽpore contemptibilis, in tantum vt postea crucifi geretur, Scribis & Pharisæis contra sæuienti bus, & videntibus lucra sua destrui, potue rit ad vnius flagelli verbera, tantam eiicere multitudinem. Igneũ. n. quiddam, atque sy dereũ radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Hæc ille. Vel po test dici ꝙ aderat ei populi multitudo, quæ fauebat ei etiam cum eo quod dicit Hiero nymus [& accesserũt ad eum] adiutorio mi nistrorum suorum [cœci, & claudi in tẽplo, & sanauit eos] In hac parte est documentũ in sensu morali, ꝙ qui vult in ecclesia recipe re sanitatem, caueat symoniacos. Hiero. Ni si autem mẽsas nummulariorum subuertis set, cathedrasque vendẽtium columbas, cœ ci & claudi lucem pristinam, & cõcitum gra dũ, non meruissent accipere Hæc ille Est & aliud. Nam cùm ista contigerint die palma rũ, quando Christus fuit in Hierusalẽ cũ ma gno honore susceptus, Christus propter re uerentiam sibi exhibitã nõ omisit iustitiã, sed mox intrauit tẽplũ, illudque purgauit, eiectis inde mercatoribus malis, nec pro pter seueram iustitiam omisit misericordiã, quia lãguidos curauit, significans iudices & prælatos idẽ facere debere. Est & aliud. Nã cùm Christus intrauerit animam mouendo ipsam ad contritionem, mox etiã illam pur gat per confessiones. eiiciendo de tẽplo cor dis columbas, i. luxuriã, est enim animal libi dinosũ. & nũmularios, idest auaritiã. & bo ues cornibus vẽtilãtes, i. superbiã & oues, i. accidiã & inertiã, vel hypocrisim. Vel pvẽdẽ tes colũbas itelligunt simoniaci, vt dictũ est.


QVANTVM ad tertiũ, tangitur indigna tio principũ, sacerdotũ, & scribarũ, quum dr [Vidẽtes autem principes sacerdo tũ, & scribę]. i. legis doctores [mirabilia q̃ fe cit] ex q bus debuissent ad fidẽ, & deuotionẽ ad Christũ prouocari [& pueros clamantes in tẽplo. & dicentes. Osanna filio Dauid, in dignati sunt] vtpotè qui odiũ & rancorẽ ad uersus Christum iam conceperant [Et dixe runt] calumniando opera, sc'm Hier. q a in eũ manus non audebãt imponere. Nã Luc. 9. dicitur, ꝙ quærebant eũ apprehendere, sed non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspẽsus erat audiens illum [Audis quid isti dicunt] quasi dicerent. Ho mo purus non debet sustinere laudari vt Deus. Chry. sicut colũna si modicũ obliqua ta fuerit, accepto pondere amplius vadit in latus, sic & cor hominis cũ ꝑuersum fuerit, si alicuius viri iusti opera videat vel audiat, non confirmatur, sed magis ad inuidiã con citatur. Hæc ille. Hiero. Sed Christi respon sio moderata fuit. Nõ. n. dixit ꝙ scribę audi te cupiebãt, benè faciunt pueri ut mihi testi moniũ perhibeant, nec rursum erant, & pue ri sunt. vnde debetis ætati ignoscere, sed ꝑ fert exemplum de octauo Psalmo. Vt taceã te domino testimonium scripturarum, pue rorum dictum cõfirmaret. Hæc ille. Vnde se quitur [Iesus autem dixit eis. Vtique] scilicet audio, & intelligo quid dicant dicendo me esse Christum. Nã & de hoc extat prophetia [Nunq̃ legistis] in scriptura diuina [ex ore infantium]. i per os infantiũ nõ ratione æta tis secundùm Chryso. sed simplicitatis [& la ctentiũ] qui scilicet (vt idẽ dicit) mirabilibus Christi tanquam lacte nutriebantur, & dele ctabantur. Vel lactentes sumuntur hic pro paruulis, secundũ cõmunem loquẽdi modũ

N quo

quo dicitur, hic adhuc lac habet in ore[per fecisti laudem]. i. perfectam fecisti laudem Christi filii tui, ò pater æterne. Chrys. super Mat tanquam si dicat. Esto, culpa est quia isti clamant, sed nunquid mea culpa est, q̃a ante tot milia annorum futurum propheta prædixerat. Hæc ille[Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatē in Bethaniam] quæ erat post monte Olıueti, secundò miliario ab Hierusalem. Chrys. Hinc intelligendum est. quod dominus tantæ fuit paupeitatis, & ita nulli adulatus sit, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inueniret mãsionem. Hæc ille. Iuit igitur Bethaniã, primò, quia non habuit inuitantes in Hierusalem, secundò iuxta etiam Chrys. vt ibi corporaliter quiesceret, vbi etiam spiritualiter quiescebat; s. apud Lazarum, & sorores se diligentes, relicta infideli ciuitate. tertiò propter exemplum nostrum. Chryso. Sanctorū virorum est non ibi quærere mansionem, vbi clariores sunt viri, sed vbi fideliores, nec gaudent vbi epulæ laigæ sunt, sed vbi sanctitas floret. Hæc ille. Sed contra primam rationem videtur esse, quia Christus habebat in Hierusalem illum amicum, apud quem manducauit Pascha. Sed ad hoc posset dici, quod licet ille acceptauerit Christū seipsum inuitantem, non tamen ipse inuitauit eum, consulens saluti Christi, quem nolebat hospitari intra eos, quos in mortem eius sciebat conspirasse, vel timens saluti suæ propter inuidiam Phariseorum, vel alia rationabili causa. Si autem Christus fuisset Pharisæis adulatus, & hic, & alii eum fortè inuitassent, hic ratione amicitiæ alii ratione laudis concupitæ [Ibique mansit] nocte apud Lazarum & sorores eius [& docebat eos de regno Dei] vt semper aliquid boni faceret contra quosdam prædicatores, qui solum hora sermonis dicunt verba Dei, & per totam diem vacant nugis. In hac parte est vnum documentum in sensu morali, quod Chrys. tangit dicens. Malum hominē melius locum dando, quàm respondendo potest aliquis vincere quia malitia non instruitur sermonibus, sed excitatur. Et ideo Dominus recedendo compescere studuit, quos respondendo non compescuit, vnde dicitur. Et relictis illis abiit foras. Hæc ille.

Feria quarta post Dominicam primam in Quadragesima.

Textus Euang. Matth. 12.



Accesservnt ad Iesum Scribæ, & Pharisęi dicentes. Magister, volumus à te signum videre. Qui respondēs, ait illis. Generatio mala, & adultera signum quærit, & signū non dabitur ei, nisi signū Ionę prophetę. Sicut. n. fuit Ionas in vētre Cœti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniuitę surgēt in iudicio cum gñatione ista, & condemnabūt eam, quia pœnitētiā egerūt in prędicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum gñatione ista, & condēnabit eam, quia venit à finibus terrę audire sapiētiam Salomonis. Et ecce plusquàm Salomon hic. Cum autem immūdus spiritus exierit ab hoie, ambulat per loca arida & inaquosa, quærens requiem, & nō inuenit. Tūc dicit: Reuertar in domū meam, vnde exiui. Et veniēs, inuenit eam uacātem, scopis mūdatám, & ornatam. Tunc vadit, & assūmit septē alios spiritus secū nequiores se, & intrātes habitāt ibi. Et fiunt nouissima hoīs illius peiora prioribus. Sic erit & gñationi huic pessimæ. Adhuc eo loquēte ad turbas, ecce mater eius & fratres stabāt foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidā. Ecce mater tua, & fratres tui foris stāt, quærētes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quæ est mater

mea,

mea,& qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea,& fratres mei. Quicunque enim fecerit uoluntatē patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

ACCESSERUNT ad Ieſum Scribæ, &c.] Matth. 12. In præſenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ ſunt poſtulatio, cōminatio, & conſolatio.

QVANTVM ad primum ſciendum eſt, quòd vt ex textu Euangelij patet, Chriſtus fecerat miranda, & eiecerat dæmonē de obſeſſo, ſed Phariſæi dixerunt quòd in Belzebuth eijciebat dæmonia. Chriſtus autem rationabiliter oſtēdit ſe virtute Dei eijcere dæmonia: deinde acriter eorum maliciā increpauit, & tunc vt hic dicitur q̃dam eorum ſimul cum Scribis petiuerunt ſignū, non quodcūq; ſed circa cęleſtia corpora, vt dicitur Luc. 11. Quia ſignum de cœlo quærebant ab eo, puta ꝙ ſol firmaretur vt tēpore Ioſue, vel retrocederet, tempore Ezech. Et in hoc tentabant dominum vt dicit idem Luc. quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo quia tentabant vt deciperent, alio modo vt experirentur potentiā Chriſti. Dupliciter enim detrahebant miraculis Chriſti, vno modo dicendo quòd ea faciebat virtute maioris dæmonis, qui poteſt expellere minorem, & procurare aliquas ſanitates mirabiliter. Et ſic petiuerūt ſignū in cœleſtibus corporibus, in quibus diabolus miracula non videtur poſſe facere, vt ſic appareret Chriſtus virtute diaboli operari, cum in talibus corporibus nihil poſſet, ſed ſolum circa ea, ad quæ diaboli poteſtas ſe poteſt extendere. Alio modo detrahebāt dicentes, quod erant miracula parua, quia communiter erant circa hominum ſanitates, ideo volebant experiri ſi poterat maiora. Dicitur ergo[Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ]id eſt legis doctores non a ſcribendo dicti, ſed à docendo ſcripturas [& phariſæi] id eſt quidam religioſi, dicti à phares quòd eſt diuiſio, eo quod diuiſi eſſent per religioſam conuerſationem quantum ad exteriora à cæteris. Ad Ieſum autē vterque acceſſerunt vt deciperent eum, vel vt ſumerent experimentum de eius poteſtate[dicentes] adulatoriè loquendo ſecundum Chry.[Magiſter volumus à te ſignum]id eſt miraculū quod vt in pluribus dicitur ſignum veritatis rei, ad quam aſſerēdam, fit, vel ſanctitas eius, per quem fit [videre] de cœlo, ſcilicet quaſi priora miracula non fuiſſent quæ viderant, & quaſi iſta non poſſent calumniari. Hiero. Qui calumniaris ea quæ vides oculis, manu tenes, vtilitate ſentis, quid facturus es de his, quæ de cœlo venerint? Vtique reſpondebis & magos in Egypto multa ſigna feciſſe de cœlo. Hæc ille. Vide autē phariſæorum Scribarumque ſuperbiam, & quā imperiosè loquuntur, dicentes volumus, & non vellemus, aut præcamur [Qui reſpondens]durè & acriter. Chryſo. Et quidem cū ei conuiciabantur manſuetè reſpondebat, cùm autē adulabantur, conuicioſè, demonſtrans, ꝙ vtraque paſſione erat ſuperior, & neque conuicijs in irā deducitur, neque adulatione mollitur. Hæc ille [ait illis. Generatio mala]Chryſ. Mala inquam, quoniā ingrati ſemper facti ſunt circa benefactores, & benefaciētes, vnde & deteriores fiūt, q̃d eſt vltimæ malitiæ. Hæc ille[Et adultera]id eſt idolatra, vel ex idolatris deſcendēs; idolatria enim in ſcriptura dicitur adulteriū, ſecundum Hiero. eo quod relicto viro proprio, id eſt Deo, anima ſequatur alienū, id eſt diabolum[ſignum quęrit]bonis verbis, & malo fine; id eſt vt me decipiant, vel ꝓbent. Ideo vt dicit Rabanus, indigni erant videre ſignum de cœlo, vnde datur eis de profundo inferni. Diſcipulis autem(ſecūdū eundem)dedit ſignum de cęlo, prius oſtendendo cœleſtē gloriam, dum transfiguratus eſt in monte Tabor, & deinde aſcendendo in cœlum cum magna gloria, ideo ſubditur[Et ſignum non dabitur ei]nunc de cœlo, vel de terra, vel de abiſſo[niſi ſignū Ionę prophetæ]quod eſt de abiſſo, cùm de cœlo non mereantur accipere. Et licet poſtmodū Chriſtus fecerit multa miracula, puta in ſuſcitatione Lazari, illuminatione cœci nati, & obſcuratione Solis, tamen illa non ſunt data iſtis, id eſt ad eorum petitionem exhibita: Et dato ꝙ eis fuerit data, nō fuerunt data tūc. Vel ſcd'm S. Th. ſuꝑ Mat. nō eis datū ſignū quale petebant, neq; ad eorū vtilitatē. In hoc aūt ꝙ dat ſignum Ionæ ſecūdū Chryſ. latenter minatur ruinā ſuæ ciuitatis,

propter mortē Christi quā erant exequu turi. Ac si diceret. Ita estis rebelles, & increduli ꝙ omnino oportet impleri figurā quę pcessit in Iona, eo ꝙ iniqua morte me cōdēnabitis, sed væ vobis, quia resurgā Et sic Christus dedit eis signū pronosticum, qđ semper est de futuro. Dedit etiā eis signum rememoratiuum, quod est de præterito. Sicut enim actio Ionæ fuit signum futuræ sepulturæ Christi, ita sepultura Christi fuit signum commemorans præteritā actionem Ionæ. Est enim vt ad præsens pertinet triplex signum, scilicet ostensiuum de præsenti, pronosticū de futuro, & rememoratiuū de præterito. Sacramenta enim nouę legis primò modo significant effectū suum, puta baptismus ablutionē a peccatis, secūdò modo autem significat suum finē, id est gloriam & tertiò modo significant principalē suam causam, id est Christi passionē, vt patet per S. Tho. 4. dist. 1. q. 1. ar. 1. Ideo sequitur [Sicut enim fuit Ionas in ventre cęti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribos noctibus] Sed contra quia sepultus est Feria 6. ad vesperam, & resurrexit die dominico de mane. Ad hoc dicunt quidam vt testatur Aug. de consen. Euan. ꝙ ille tres horæ quibus sol obscuratus est Christus existēte in patibulo. à 6. vsque ad 9. horam computantur pro vna nocte, & reliquæ à 9. vsq; ad occasum pro vna die. Sed isti non intelligunt modum loquendi scripturarū, vt idē dicit, quæ à parte denominant totū. Soluit ergo August. ibi, & similiter. 10. de Trini. & Hier. & S. Tho. super Mat. quod dies naturalis est 24. horarū, & diem artificialē simul cum nocte tanquam partes comprehendit. Christus autem tetigit in sepulchro de tribus diebus naturalibus, de fine scilicet Feriæ 6. & principio dominicæ, & de toto Sabbato. A parte ergo extrema Feriæ sextæ, cōputatur tota illa dies, & consequenter nox pręcedens. Et sic fuerunt tres noctes, scilicet quæ pręcessit Feriam sextam, & quæ præcessit Sabbatum, & illa quæ dominicā. Et similiter tres dies artificiales vt patet. Sed contra hoc arguitur, quia pari ratione, ab extrema parte diei dominicę id est à mane debuit ipsa tota denominari, & consequenter computabit nox sequens, & sic erunt quàtuor noctes. Ad hoc dicitur, quod dies tunc incœpit computari à sero, ideo nox quæ dominicam sequebatur non erat pars dominicæ. Vnde August. 10. de Tri vbi supra. Sicut inquit primi dies propter futurum hominis lapsum à luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem à tenebris in lucem computantur. Hæc ille. Videtur autem secūdum eum iste ordo mutatus quando fuit Saluator captus. Secundum alios autem in nocte resurrectionis, ita quod secundum eos illa nox dominicæ computatur cum die præcedente, inquantum finis prioris ordinis, & cum sequente inquantum initium sequentis. Et sic secundum eos vna dies naturalis fuit parascęues cum nocte sequente, tertia autē dominica cum nocte præcedente. Sed primum est melius. Et nota secundū Chrysostom. quod Christus non dixit se resurrecturum manifeste, quia eum derisissent, sed occultè, vt crederent quos præsciuit credituros. Et non dixit in terra, sed in corde terræ, vt & sepulchrum ostendat, & nullus solam mortis apparentiam suspicetur. Sed & tres dies propter idem posuit. In hac parte est documentum in sensu morali, quod si volumus aliquid obtinere à Christo, oportet cum humilitate non cum superbia postulare, neque ad malum finem sed ad bonum. Iacobi quarto. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, id est rem postulatam, & gratiosè exhibitam. Est & aliud. Nam quantum ex hoc euangelio colligitur tria sunt genera malorum. Primi sunt curiosi, qui nec credere, nec conuerti volunt nisi videant signa, qui considerare deberent quòd miracula Christi, & Apostolorum ipsi vident si volunt in effectu suo, qui est mundi conuersio, & sedes Petri, subiugatio Romæ, reliquiæ, & templa sanctorum, sepulchrum domini & huiusmodi, & quod non debent modo fieri, eadem miracula, quia fides iam est plantata & roborata, non autem tempore Christi. Secundi sunt duri, qui non volunt conuerti propter efficaciam dominicæ mortis, quod notatur cùm datur signum de CHRISTI sepultura in corde terræ. Isti sunt duriores petris quæ passionis tempore scissæ sunt. Nec similiter volunt conuerti propter verba Dei, ut Niniuitæ, sed ea fastidiunt. Nec propter odorem famæ CHRISTI, ut Regina

Austri pp famam Salomonis. Hic autem odor Christi in scripturis assimilatur odori cedri, qui fugat serpentes, & est odor suæ paupertatis, qui deberet fugare serpentes terram comedentes, id est motus auaritiæ. Et odori myrræ, qui fugat vermes, & est odor suæ humilitatis, qui debet fugare motus superbiæ, qui corrodunt omnia interio ra animæ merita. Et odori vineæ, qui fugat buffones, & est odor suæ puritatis, qui debet fugare motus luxuriæ. Buffones enim ad literam dicuntur sæpe nasci de genitali bus mortuorum. Tertii sunt sæpe recidiuā tes, quod notatur cū dicitur. Cum immundus &c. Sed caueant isti malum finem, scilicet ne fiant nouissima &c.

QVANTVM ad secundum, sciendū est ꝙ Christus comparat Iudæos Niniuitis, & comminatur eis, quia erant in breui casuri nisi pœniterent. Sed nè aliquis crederet, quod pæniterent sicut Niniuitæ audito Iona, ita isti visa Christi resurrectione, ideo secundū Chrys. subditur [Viri Niniuitæ surgent in iudicio] id est in die iudicii, vel in iudicio. i. ad iudicium, siue vt iudicentur [cū generatione ista] ex quo patet secundū Remi ꝙ non solum boni, sed etiam mali resurgent, & simul, id est in eodem tempore resurgent contra quosdam hæreticos, qui dixerunt vnam esse bonorum, & aliā malorū resurrectionem. Et similiter secundū eum, hic excluditur Iudæorum error; qui consueuerunt dicere, quod ante diem iudicii celebrabitur resurrectio, & quod reædificabitur Hierusalem. Et similiter secundùm S. Tho. error millenariorū, id est eorum, qui dixerūt iustos, & martyres per mille annos ante iudiciū surrecturos, quia iusti Niniuitæ surgent cum generatione ista iniusta [Et condemnabunt eam] secundum Hiero. nō sententiæ potestate, sed cōparationis exemplo. Nam sequitur [Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ] cùm tñ essent ipsi prius infideles, & ille, id est Ionas, vt dicit Remi. simplici voce, sine attestatione signorum loqueretur, & tantummodo trib. diebus prædicasset. Isti autē non pœnitent, qui sunt populus Dei, visis tot miraculis. & auditis tot sermonibus, & præsente tāto viro, immo & Deo [nā ecce plusquam Iona] id est plusquam homo [hic] id est in isto loco, secūdùm Hier. quia ly hic, vt dicit non est pronomen sed aduerbium loci. Deinde adducit Saluator aliud exemplū. quod magis viget, di. [Regina Austri] id est Regina Sabba, cuius regnum est in parte Australi respectu Hierusalē [surget in iudicio cū generatione ista. & conde. eā, quia venit a fi. ter. au. sa Sa. & ecce plusquā Sa. hic] Istud plus fuit, quam factū Niniuitarū, vt dicit Chrysosto. quia Ionas iuit ad eos, ista autem venit mulier Barbara & remota, non formidans mortem cupiditate sapiētiæ. Et sicut dicit Hieron. in hac Regina, & Niniuitis, fides nationum præfertur Israeli. Et quia isti fuerunt nequam, ideo subiungit pœnā, idest excæcatio, & possessio à diabolo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod circa istum textum de exitu spiritus immundi, sunt duæ opiniones, vt testatur beatus Tho. super Matth. vna est beati Hierony quòd hic non sit comparatio inter diuersas res gestas, sed solū quod Christus narrer, quid Iudæis acciderit, & quid futurum esset & hoc non ponendo exemplum ex re gesta, sed ex parabola, id est ex re quæ fuisse potuit, quam tamen non est necessè fuisse. Alia est Aug. & aliorum multorum, quod hic adducatur exemplum ex re gesta, & sit comparatio diuersarum rerum gestarum, vel gerendarum. Secundum primam ergo uiam exponitur sic [cum spiritus immundus exierit ab homine] id est populo Iudaico, qui nomine hominis hic signatur. Nam potestas diaboli fuit eiecta ab eo, quando legem suscepit, secundùm Hierony. quia lex Dæmonū cultum destruebat. Tunc secundùm eum [ambulat per loca arida] id est gentilium corda, quæ secundū Remig. arida erant ab humore gratiæ, & salutaris aquæ, id est scripturæ. Et ista diabolus plenius abinde possedit [Quærens requiem] In his enim quæsiuit requiem secundū Remig. qui putauit se in Gentili populo perpetuam habere quietem, vel si hoc non putauit saltē appetiit, & procurauit [Et nō inuenit] sed inde fuit repulsus secundùm Hierony. & Remig. quando ad prædicationē Apostolorū gentes abiecta dæmonum cultura, domino crediderunt [Et tunc dicit. Reuertar in domū meā, vnde exiui] id est in gentē Iudaicā, sedm eosdem Hieron & Remigiū, quia scilicet credentibus Gentilibus infideles remanserunt Iudæi, & ad eos

regessum parauit spiritus immundus [Et veniens inuenit eam vacantem] id est vacuam fide,& bonis operibus. Vel secūdum Hiero. quia carebat Christo hospite, & angelorum præsidio, dicētium. Surgite eamus hinc. Sicut enim Iosephus testatur, sacerdotes post Christi mortem, nocte in templo audierunt strepitum, deinde voces dicētiū, transeamus ab his sedibus. quas voces Hiero. hic, Angelorū esse testatur [Scopis] idest superfluis & exterioribus obseruationibus legis, & traditionibus pharisæorum secundùm Hiero. [mundatam & ornatam] exterius [Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se] id est assumit vniuersitatem vitiorum [& ingressi habitāt ibi] possidentes gentem illam [Et fiunt nouissima hominis illius] id est gentis vel populi huius [peiora prioribus] quia sunt in peiori statu, quam ante legem datam. Hiero. Multo nunc maiore dæmonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Iesum Christum, quàm in Aegypto possessi fuerant ante legis notitiam, quia aliud est venturum esse non credere, aliud non suscepisse qui venerit.. Septennarium autem numerum adiunctum diabolo, vel propter sabbatū intellige, vel propter numerū Spiritussancti. Hæc ille. Qui videtur velle ꝙ ideo dicuntur assumi 7. spiritus, quia Iudæi superstitiosè obseruāt diem septimū, vel quia septē sunt dona Spiritussancti, quibus aduersanē, illa extinguēdo si possunt. Vel secūdū alios, vt designetur vniuersitas vitiorū, qa septennarius est numerus vniuersitatis temporis. Dicuntur aūt isti spiritus nequiores (secundùm Bedam) ratione effectus, quia scilicet grauiora sunt peccata sequentia, quàm priora. Et idem videtur dicere Greg. super illud Iob 39. procul odoratur bellum [Sic erit] id est sic eueniet, sicut dictum est [& generationi huic pessimæ] Erit inquam vere & realiter sicut ficticiè accidit homini, de quo composita est parabola.

Sed exponendo secundum aliam viam, quidam (vt testatur Hieron.) istū locum de hæreticis dictū putant, ꝙ immundus spiritus, qui in eis ant habitauerat, quando Gentiles erant, ad confessionem veræ fidei eijciatur; postea vero cùm se ad hæresim transtulerint, & simulatis virtutibus ornauerit in domū suam, tunc alijs 7. nequam spiritibus adiunctis, reuertatur ad eos diabolus, & habitet in illis, fiantque nouissima eorum peiora prioribus. Multo quidem peiori conditione sunt hæretici, quàm Gentiles; qa in illis spes fidei, & in istis est pugna discordię. Hæc ille. Sed contra hoc, arguit idem Hiero. quia ex eo quod sequitur, sic erit & generationi huic pessimæ, compellimur non ad hæreticos, sed ad Iudæos referre parabolā. Ad hoc dicitur quod verum concluderet argumentum si esset parabola, secus si est res gesta in hæreticis, quibus assimilātur Iudæi. Sic enim oportet hoc intelligere de vtroq;, non autem de hæreticis tantum, vt fortè qdam intelligebant, contra quos procedit argumentum. Secundum alios autem puta Grego. & Raba. & Aug. intelligitur hoc nō de hæreticis tantum, sed de quolibet peccatore, à quo exit diabolus in iustificatione, & ambulat per loca arida, id est iustorū corda, arida ab omni humore carnalis concupiscentiæ, sed non inueniens requiem, redit ad illum ꝑ recidiuum, & inuenit talem animam secundùm Raba. vacantē per negligentiā, mundatā per priorē iustificationē, & ornatā simulatis virtutibus, & efficitur peior q̄ prius. Et scd'm Aug. de q. Euan. hoc est qa non solū habebit 7. vitia capitalia, vt prius, sed etiam per hypocrisim se simulabit habere virtutes oppositas, ideoque dicuntur 7. spiritus nequiores assumpti. Sed secūdùm Chryso. intelligitur hoc de eo, a quo expellitur diabolus corporaliter, quia si talis efficiatur segnior, grauiorem trahit aduersus se phātasiam, id est si mereatur vt secundo diabolus inuadat eum, grauius torquetur. In hac parte est documentum, vt pœniteat quilibet vt Niniuitæ, & caueat Iudæorum recidiuū, quia consuetudinem faciens in ea morietis, nisi quid magnum accidat. Greg. Tenent malæ consuetudines quem semel cœperint, & non nisi cum peccatoris vitā finiuntur.

QVANTVM ad tertium, ponitur confortatio & consolatio eorū, q Christo acquiescūt, cū dr̄ [Adhuc eo loquēte ad turbas, ecce mr̄ eius & fratres] Sicut dicit B. Hier. Heluidius hæreticus hic sui erroris fomentū sumpsit, vt dixerit B. Virginē, post Chr̄m, alios filios habuisse ex Ioseph, nō intelligens ꝙ secundū scripturā quatuor modis aliqui dicūtur fratres, scilicet Natura, vt

Iacob,

Iacob, & Esau: Gente, vt oẽs Iudæi: Cognatione, vt Abraham & Loth de eadẽ familia existentes: & Affectu, vt omnes Christiani. Fuerũt ergo isti fratres dñi (secũdũ sanctos) Consobrini Christi, idest filij sororũ matris domini, non aũt filij Ioseph ex Maria, neq; ex alia vxore Melca vel Elea nomine, qua q̃dã fingũt, vt dicit Hier. sectãtes apocrypha [Stabant foris quærentes loqui ei] Stabant inquam foris secũdum aliquos, quia nõ poterãt intrare præ turba. Vel secũdũm. Chry. isti volebant humanũ fauorẽ captare, ex eo quòd tantus prædicator, & propheta ad eos pertineret, & hoc notatur quia potuissent ingredi, & audire cum turba, & expectare finẽ sermonis, & tamen extra eum vocant coram omnibus. Vbi aduertendum est quod Chrysost. non solum hic, sed etiam Ioannis secũdo, vbi in nuptiis beata Virgo inuitauit filium, vt miraculum in vino faceret, notauit eam de peccato inanis gloriæ, saltem veniali, dicens quod per filium volebat se reddere clariorem. Sed S. Tho. 3. parte. q. 27. dicit quòd excessit Chry. in verbis illis, quantum ad virginem duntaxat, quicquid fuerit de fratribus eius. Vnde sancti communiter tenent, ꝙ nunquam venialiter peccauit. Quidã tamẽ tenẽt aliud extremũ, & non solũ sentiunt contra Chry. qui eã voluit peccasse actualiter, sed tenent contra Chry. & oẽs alios doctores sanctos, q̃ eam tenent (nullo discrepante) fuisse in originali cõceptam, & priuilegiũ Christi, s ꝙ solus sit sine peccato conceptus, ex quadã fatua deuotione volunt attribuere virgini. Restat ergo vt superueniant aliqui dicentes quòd fuerit de Spiritusancto concepta. Hoc. n. videtur sequi ad illud, quia de Christo dicit beatus Ambro. vt refert Aug. 4. lib. contra Iulianum. Christus non aliter potuit expers esse delicti, nisi expers fuerit illius conceptionis quum commixtio viri & mulieris operatur. Hæc ille [Dixit aũt ei q̃dã] non ex simplicitate loquendo sed'm Hiero. sed insidiando, volẽs experiri si spirituale exercitiũ ꝑdicationis, ꝓ affectũ carnalẽ interrumperet [Ecce mater tua & fra. tui foris stãt, quærentes te] Sed statim Christus illũ cõfutauit. Vnde sequitur [At ipse respõdens dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea & qui sunt fratres mei?] Sicut autem dicit Hu. in his verbis non est fastidiose de matre sua sentiẽde existimandus, de qua tantam in cruce positus habuit curam, imo si voluisset negare matrem, vt ait Chryso. tunc negasset, quando Iudæi exprobabant ei de matre dicẽtes Mar. cap. 6. Nonne hic est faber, & Mariæ filius? Nihil ergo aliud voluit dicere secundũ Hiero. nisi quod spiritualia carnalibus præferebat. Vnde subditur [& extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea, & fratres mei] quasi diceret. Non cognatio sed deuotio, mihi reddit aliquem propinquum. Vnde subditur [Quicunque enim fecerit vo. pa. m. qui. in cę. est ipse] per caritatem, & amorem [meus frater, & soror, & mater est] Est autem notandum circa ista ꝙ aliquis efficitur mater, vel frater, vel soror Christi dupliciter, vno modo faciendo Dei voluntatem, inquantum quilibet eorum diligitur affectu fraternali vel sororio, vel materno, & alio modo habendo eandem naturæ conformitatem cum eo ꝓpter quod Christus homines fratres suos vocat, dicens, narrabo nomen tuum fratribus meis in Psal. Sed quia is qui est frater pro modo inter homines, est etiam secũdo modo, nõ econuerso, ideo simpliciter frater d'. Vtraque autem fraternitas simul iuncta, debet nobis præbere fiduciam in iudicio, iuxta illud Bernar. ad Christum. Puto qui iam me spernere nõ poteris, os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vnde in iudicio dæmones uidebunt eum ut iudicem punientem, angeli ut dominum possidentem, nos ut Deum creantem, ut dominum & regem gubernantem, ut redemptorem redimentem, ut fratrem de nostro sanguine descendentem. Præbebit etiam magnam fœlicitatem in regno. In signũ cuius, Ioseph Beniamin fratri suo ex parte patris & matris, dedit partem duplicẽ Gen 43. Angeli n. sunt fratres Christi, ex parte patris cęlestis solum à quo imaginem habent Dei. Nos autem etiam ex parte matris. Ideo dabit nobis refectionem intellectus in deitate, & sensuum in humanitate, sed Angelis non dabit secundum. In hac parte tangit Chryso. documentum dicens. Multę mulieres beatificauere sanctam Virginẽ illam, & eius uterum & optauerunt fieri tales matres. Quid est igitur ꝙ prohibebat? Ecce latam constituit nobis uiam, & licet non mulieribus solum, sed & uiris, fieri matrem Dei. Hæc ille. Amen.

Feria 5. post Dominicam 1. in Quadragesima.

Textus Euang. Ioan. c. 8.



ICEBAT Iesus ad eos qui crediderũt ei Iudæos. Si vos mãseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. Respõderũt ei. Semẽ Abrahę sumus, & nemini seruiuimus vnquã. Qũo tu dicis liberi eritis? Respõdit ei Iesus. Amen ãmẽ dico vobis, qa omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus aũt nõ manet ĩ domo in ęternũ, filius manet ĩ ęternũ. Si ergo filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Scio qa filij Abrahæ estis. Sed q̃ritis me interficere, q̃a sermo meus nõ capit in vobis. Ego ꝙ vidi apud patrem meũ loquor, & vos quę vidistis apud patrẽ vestrum facitis. Respõderũt, & dixerũt ei. Pater noster Abrahã est. Dicit ei Iesus. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nũc aũt q̃ritis me interficere hominẽ, qui veritatẽ locutus sũ vobis, quã audiui à Deo. Hoc Abrahã nõ fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerũt itaq; ei. Nos ex fornicatione non sumus nati, vnũ patrem habemus Deum. Dixit ergo ei Iesus. Si Deus pater vester esset, diligeretis vtiq; me. Ego. n. ex Deo processi & veni. Neq; enim à meipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meã nõ cognoscitis? Quia nõ potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria pr̃is vestri vultis facere. Ille homicida erat abinitio, & ĩ veritate nõ stetit, q̃a nõ est veritas in eo. Cũ loquitur mẽdacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Ego autem q̃a veritatẽ dico, non creditis mihi.

DICEBAT Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos, &c. Ioã. 8. In p̃senti euãgelio tãgũtur tria pũcta, q̃ sunt magistralis admonitio, curialis rep̃hẽsio, finalis obiurgatio.

QVANTVM ad primum; Christus aliquos Iudæos credentes in eũ, & se tã quam discipulos Christi quodammodo gerentes, magistraliter seu paternaliter admonuit, vt starent in veritate, seu in vera fide. Vbi aduertẽdũ est, ꝙ Christus multa docuerat in tẽplo die quadã, & multi crediderunt ei. [Dicebat ergo Iesus ad eos q̃ crediderunt ei Iudæos] qui imperfectè crediderãt sc̃d'm Chryso. & cõfirmationẽ indigebant [si uos mãseritis in sermone meo]. i. in fide quã ex meo sermone cõcepisti, ita ꝙ neq; fallacijs hominũ, neque tentationibus dæmonum, inde moueamini. primo [vere discipuli mei eritis] Perfectum discipulum facit tria secundùm S. Tho. super Ioan. s. præparatio vel bona dispositio ad percipiẽdum verba magistri, & assensus ad credendum, & stabilitas ad retinendum, seu perseuerãdum in doctrina magistri, ita. s. ꝙ non faciliter omni uento flectatur [Et] secundo [cognoscetis veritatem] idest meipsum qui sum veritas secundum glo. Vel veritatem quam per fidem tenetis, secũdum Aug. quia quæ nunc credimus in via, visuri sumus in patria. Vel secundum Sanct. Thom. cognoscetis veritatẽ meæ doctrinæ, quæ multis videtur obscura, & meæ gratiæ, quæ gratia dicitur veritas comparatiuè ad figuras, & meæ æternitatis, iuxta illud Psalm. In æternum domine permanet verbum tuum, in generatione & generationem veritas tua, quæ multis videtur obscura [Et] tertio [veritas liberabit vos] primò à terrore, & secundo à peccato secundùm Theo. & tertio a morte & corruptibilitate, & mutabilitate secũdùm Aug. & hoc inquantum ad patriam finaliter ducit. Dicit autem Sanct. Tho. quòd liberare hic, non importat ereptionem à quacũque angustia, prout sonat in latino, sed est libe-

rum facere. Et hoc tribus. s. ab errore per veritatem doctrinæ, & seruitute peccati per veritatem gratiæ. & à corruptione per veritatem æternitatis hæc ille. Qui æternitatē dicit veritatē, quia quantū aliquid participat de æternitate, tantū participat de entitate, siue existētia, & cōsequenter tantū de veritate. Insinuat aūt Christus eos sine doctrina carere notitia veritatis, & libertatis honore, de quibus tñ se præcipuè iactabāt. Erant. n. serui peccatorum, & ēt in lege nō habebāt veritatē, sed figuram. Veruntamē secundum Chry. conuenientius fuisset eos conturbari, cùm dixit cognoscetis veritatē, quasi tunc non cognoscerent, quàm cùm dixit, veritas liberabit vos. Quod non fecerunt, quia plus de minoribus curabant, id est de mundana seruitute, quam solam nouerant, quàm de ignorando veritatem. Vndè irati, vel indignati [Responderunt ei Iudæi] illi. s. qui prius crediderant, secundùm Chry. vel scdm Aug. alii de turba, qui nōdū crediderāt [Semen Abrahæ sumus] Est aūt notandum, secundùm Chryso. ꝙ qui in se nihil habet præclarum, de parentibus gloriantur. Vnde istę sunt gloriationes Iudæorum, semē Abrahæ sumus, Israelitæ sumus, & huiusmodi. His aūt similes sunt, qui inanitè gloriantur de nobilitate parentum, & in se sunt viles [Et nemini seruiuimus vnquam] & in hoc ostendunt secundū S. Th. se esse hebetes, & rudes. quia dictū de seruitute spūali, intelligunt de carnali: & mendaces, quia serui erant Romanorū, & Imperatoris Augu. Secundū huius t pis libera tē, qūo verū dixistis? Ioseph non est venundatus? Prophetæ sancti non sunt in captiuitate ducti? O ingrati, quid est ꝙ Deus vobis assiduè imputat, quod vos de domo seruitutis liberauerit si nemini seruiuistis. Vos aūt qui loquimini qūo tributa soluebatis Romanis, si nemini seruiuistis; Hæc ille. [Quomodo ergo tu dicis liberi eritis. Respondit eis Iesus] ostendens, quod nō de carnali, sed de spirituali loquebatur seruitute, à qua non nisi per ipsum poterant liberari [Amen amen dico vobis] Secundum August. est quasi iuramentum iste loquendi modus. Amen enim, vt ait, Hæbraicum est, & interpretatur verè, vel fiat, sed neq; græcus. neque latinus interpres est ausus interpretari, vt honorem haberet in velamento secreti. Non tamen est iuramentum, quia Christus non ita frequentasset talem modū loquendi. Geminatur autem ad maiorem animi excitationem [Quia omnis qui facit peccatum] id est qui committit, vel omittit, quia omissio ad commissionem reducitur [seruus est peccati] Seruus autem, & liber differunt secundùm Philosophū, quia liber mouetur motu proprio, seruus autē alieno. Quomodo ergo homo dicitur seruus peccati, cum post peccatum adhuc habeat liberum arbitrium, & motum proprium? Ad hoc dicit Sanct. Tho. vbi supra quòd hoc est propter duo. Primò quia homo peccans nō mouetur motu proprio hominis inquātum homo est, idest rectus ratione, sed motu alieno, idest sensualitatis, & quanto minus qui motu rationis participat, tanto magis est seruus peccati. Secundò, quia admisso peccato homo nō potest se a peccato liberare, nisi per auxilium gratiæ, ideo quo ad hoc non est liberi arbitrii [seruus autem spiritualis] id est peccator non manet, idest non habet ius manendi in domo, idest in ecclesia, vel in societate Sanctorum, secundum San. Tho. & alios [in æternum] & si aliquando ibi fit ad tēpus. Vnde tandem sine veste nuptiali deprælensus, in tenebris exterioribus recluditur [Filius autem naturalis] idest Christus [manet] idest habet ius manendi, tanquam dominus omnium [in æternum] quia sine peccato est, & consequenter potest ipse solus alios à peccato liberare [si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis] August. de verbis domini. Non à Barbaris, sed à diabolo, nō à corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate. Hæc ille. In hac parte est documentum in sensu literali, quod tangit Augu. dicens. O miserabilis peccati seruitus. Seruus hominis, aliquando sui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit; seruus peccati quo fugiet? Sequitur enim hunc quocunque ierit. Peccatum enim quod facis intus est, voluntas transit, peccatum non transit. Præterit quod delectabat remansit quod pungat. Hæc ille. Et intellige quod peccatum manet quo ad reatum pœnæ, transeunte actu, qui est peccatum, & manet quo ad effectum, cui est deordinatio, & mala inclinatio virtū animæ, & vermis ac remorsus cōscientiæ, iuxta illud

Augustini. Iussisti domine & ita est. vt sibijpsi sit pœna inordinatus animus.

QVANTVM ad secundum sciendū est, ꝙ quia fortè isti potuissent dicere, nos sine peccato sumus, ideo nō sumus serui spirituali seruitute, hoc Christus vult excludere. Vndè curialiter, & gratiosè eos reprehendit, ostendens, ꝙ peccatores erant, ideo dicitur [Scio ꝙ filij Abrahæ estis] Aug. Carnis origine non cordis fide, ideo subditur [sed quęritis me] innocentē [iterficere] iniustè, & iō serui estis peccati. Sed quō credebāt in eū, si eū volebāt occidere? Rñdet Chry. ꝙ erāt ex cōuersis factis pueris. Vel vt dicit Aug. Christus multitudini loquebatur, in qua erāt qdā credētes & quidā nō, q ista perpetrare cogitabant. Et eā subdit [q a sermo meus nō capit in vobis]. i. nō capitur. Aug. i. nō capit in cor vestiū, q a nō recipit a corde vestro. Sic. n. est sermo Dei fidelibus tanquā pisci hamus, tūc capit qñ capit. Nec fit iniuria illis q capiūtur. Ad salutē quippè nō ad perniciē capiūtur. Hæc ille Vel nō capit scđm S. Th. i. nō cōgruit. Iuxta illud Lu. 13. Nō capit ꝓphetā perire extra Hierusalē. Et eā huius secūdū Chry. erat altitudo doctrinæ, quā illi tanquā rudes capere nō poterant, & ex hoc tanq̄ blasphemū volebāt occidere illū. Sed q a potuissent dicere, tu ista finxisti quæ ꝑ dicas, sequit [Ego qđ vidi apud patrē meū] .i. Deū patrē, q filio omnē noticiā cōicauit ante secula [loquor] Vnde non solū audita, sed ēt visa loquor [& vos qđ vidistis apud patrem vestrum] id est diabolum, quem tamen non nominat, quia curialiter loquitur apud quem Iudæi videsūt oculo fidei, & experientia teste, esse omnē iniustitiā, cùm sēper illū populum prouocauerit ad sanctorū insecutionem [facitis] scilicet voluntate, facturi etiam opere, quādo venerit hora mea secundū Chry. alia litera habet [Et vos quæ vidistis apud patrem facite] id est seruate legem & prophetarum monita, quæ per eos Deus ē locutus, & ꝑ eos vos audistis a Deo. Sed prima litera magis consonat sequentibus, cùm dicitur [Responderunt & dixerunt ei] Quia enim dominus eos arguerat ꝙ facerent mala opera patris sui, intelligens de diabolo. Ipsi secundum Augu. iterato gloriantur de patre Abraam, vt inducant eum ad aliquid dicendum contra Abraā, & consequenter habeant occasionē faciēdi quòd cogitabant. Vnde dicit [Pater noster Abraā est] quasi dicerent. Quid vis dicere de illo. Sed ipse laudauit Abraam, & ostendit illos esse degeneres, dicens [Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite] quasi diceret. Non estis filij Abrahę sicut neque opera eius facitis, q a illa secundū Chrysost. fuerunt. Fides, obediētia, mansuetudo. Vestra autem sunt, Infidelitas, impietas, & crudelitas. Non tenemur autem secundum S. Tho. facere omnia opera Abrahæ secundū speciē operis, quia duxit plures vxores, sed secundum radicem operum eius, quæ est charitas. Ex qua omnia fecit, omnia debemus imitari.

Sed contra, quia supra dicit [scio q a filij &c. Ad hoc dicitur primo secundum Aug. quòd id quod supra dominus affirmauit de carnali ꝓpagine, hoc negat hic de spirituali, quæ est per imitationem, secūdū quā isti non erant Abrahæ filij. Dicitur secūdo quòd secundū Orige. in græco dicitur, quod semē Abrahæ estis. Semen autem (vt idem dicit) est quid imperfectū habens naturam generantis solum in potētia. filius autem est quid ꝑfectum habens illam in actu. Erant ergo semen Abrahæ, quia aliqualiter retinebant aliquam rationem eorum, quæ Deus infunderat Abrahæ. Credebant enim ex Abraam processurum semen benedictionis. Sed nō erāt filij qui non peruenerant ad perfectam similitudinem eius. Nam habentes ipsum benedictionis semen ante oculos, illud nō agnoscebant [Nunc autem quæritis mē interficere hominem] quòd ideo secūdum S. Th. dē & non filium Dei, quia si cognouissent nūquam dominū gloriæ crucifixissent. Et ne dicatur qđ hoc meruerat, sequitur [Qui veritatem locutus sum vobis] hanc scilicet veritatē secundū Chrysost. quod esset patri æqualis, propter quam voluerunt occidere illum [quam audiui a Deo] per scientiam inditā, & beatam, inquantū homo sum, & per diuinā, quā [inquātū Deus] accepi à patre cōmunicante mihi illā. Hoc. n. accipere, metaphoricè est audire. Ex his patet ꝙ dominus pro veritate docēda sit passus. Duo .n. docuit, ex q bus isti sunt moti, scilicet suā deitatem. Vnde Ioan. 5. dicitur, quod voluerunt eum interficere, quia patrem suū dicebat Deū, & iniquitatem scribarum & pharisæorū quā acriter reprehēdebat [hoc Abraā non fecit] quia nunquam occidere quæsiuit

inno-

innocentē, nisi Deo iubente vt immolaret Isaac [Vos facitis opera patris vestri] id est diaboli, quem tacet ratione prædicta.

In hac parte est documentū literale, qđ si volumus peruenire ad sinū Abrahæ, id est ad vitā æternā, debemus esse eius filij imitādo virtutes eius, quas Ambr. lib. de offi. narrat, dicens. Abraam fide primus, iustitia pcipuus, in prælio strenuus, in victoria nō auarus, domi hospitalis, vxori sedulus. Hæc ille. Est & aliud morale, scilicet quòd qui vult esse magnus coram Deo, fit paruus corā se, & econuerso. In cuius signū isti dixerunt se habere libertatē propagationis, quæ est ex patre libero dicentes Abraā patrem suū, & libertatē quæ causatur ex animi virtute cum dicunt [Nemini seruiuimus vnquā] quasi dicant hoc esse ratione suæ magnanimitatis & virtutis, & libertatē diuinæ filiationis, & adoptionis dicentes. Vnum patrē habemus Deū, sed ostendit Christus, nullā harū eos habere. Non quidem primā, quia ab Abraā degenerauerant, non imitando opera eius. Nā ille Dei præcepto voluit filium immolare, & isti contra Dei præceptū Christum occidere. Ille obediuit dicēti. Egredere &c. Gen. 12. isti non capiebant verbū Christi, nec ab eo capiebantur. Ille credidit Deo dicenti. Semini tuo dabo terram hanc Gene. 12. isti Christū veritatē dicentem occidere volebant. Nec secūdam, quia erant serui peccati. Nec tertiā, quia diligerent filiū Dei, si Deus esset pater eorū. Vnde quidā sanctus pater requisitus quomodo esset orādū, pauperes inquit me docuerunt, qui eleemosynā petentes, non robur, sed plagas, & infirmitates ostendunt, quasi diceret. Qui aliquid vult obtinere à Deo, coram eo recognoscat & confiteatur infirmatem suam.

QVANTVM ad tertiū postquam vidit dominus quod sua curialis reprehensio non prodesset, finaliter fortius adhibuit medicamen, id est apertam obiurgationem. Dicitur ergo [Nos ex fornicatione] i. idololatria, seu ex parētibus idolatris secūdū Augustinū [non sumus nati] Iam enim intelligūt quod Christus de carnali generatione non loquitur [Vnum patrē habemus Deū] Vbi secundū Chrysosto. admiranda est Iudæorū stultitia, nam ipsi dicunt Deū suum patrē esse, & quando Christus idem vult de se dicere, volunt eum tanquam blasphemum lapidare. Dicunt autē Deum suum esse patrē secundū aliquos, vt prouocēt eū ad aliquid dicendū contra Deū, & consequenter occidant [Dicit ergo eis Iesus. Si Deus pater vester esset] per gratiam adoptionis [diligeretis vtique me] quia signū infallibile talis filiationis est charitatiua dilectio ad proximum, & multo magis ad verum Deū, cuiusmodi erat [Ego enim ex Deo] patre [pcessi] per æternā generationem in identitate naturæ & distinctione personæ [& veni] per temporalem incarnationem secundū Augustinū [Neque enim a meipso veni] propria scilicet, & singulari authoritate, quia inquātum Deus non sum sine genitore, & mittente, & inquantum homo non sum sine mittente.

Est autem aduertendum ex doctrina S. Tho. 1. distin. 14. quòd ad missionem tēporalē diuinæ personæ duo requiruntur, primū scilicet qđ persona missa sit ab aliquo, ideo pater vel Trinitas non mittitur. Secundū q per nouum effectum sit in creatura. Ad hoc autē q vna persona mittat aliam, nō oportet q sit principium eius, sed sufficit qđ sit causa illius effectus, secundū quē fit missio. Et ideo eadē persona potest seipsam mittere, dummodo sit ab alio. Filius ergo Dei misit se & venit, sed non venit a seipso, idest ppria authoritate quasi nullus eū miserit, sed authoritate sua, & patris & Spiritus sancti, qa tota Trinitas operata est illū effectum secundū quem venit, idest incarnationē, & vltra hoc pater specialiter est ei principium essendi. Sed quia potuissent dicere, nos non credimus quod sis à Deo missus, qa hoc nō pbas, ostendit quod ex doctrina potuissent eū cognoscere, dicens [Quare loquelā meā non cognoscitis] id est modum & efficaciā & rationabilitatem doctrinæ meæ. Non. n. doceo nisi consona rationi & honestati, & prophetis, & q̃ dico miraculis & prodigijs affirmo, sed vos nō aduertitis [quia non potestis audire] idest scrutari, examinare, & cōferre ad dicta prophetarum [sermonē meū] ex odio & superbia, & mala voluntate. Vel secundū Augusti quia non vultis corrigi, iuxta normā mei sermonis, ideo illum audire non potestis. Cōsequenter autē acriter eos increpat dicens [Vos ex patre diabolo estis] per imitationem, nō p originē, & existimauerunt Manichei de quorum opinione hoc

solum

solum nunc dico, quod crediderunt Deũ esse conditorem inuisibilium, diabolũ vero visibilium. Nam sequitur [Et desideria patris vestri vultis facere] & hoc ẽ vnde erant filii diaboli, vt dicit August. [ille homicida erat ab initio] creationis mũdi, ex quo fuit homo qui posset occidi. Homicida inquam non ferro, sed verbo, vt ait August. Et nõ solũ Adam, sed & totũ genus humanum, ad mortẽ perduxit, vt dicit Orig. [& in veritate non stetit] Cũ enim sicut dicit S. Tho. veritas sit duplex, s. oris, vt cùm vera dicuntur, & operis, vt cùm fiunt congruentia naturæ operantis, iuxta illud Ioannis 3. Qui facit veritatem venit ad lucem, diabolus nõ stetit in prima, quia mentitus est, dicens. Eritis sicut Dii. Gen. 3. neque etiam in secũda, q a non seruauit ordinem suæ naturæ a Deo præfixum, vt esset per humilitatem, & reuerentiam subditus Deo, & ab eo gloriã, & benedictionem suam haberet. Et nota secundũ eundem, quod diabolum non stetisse in veritate dupliciter intelligitur. Vno modo quia nunquam fuit in veritate operis authoris. Et hoc primò, quia naturaliter est malus, quod est Manichæorum error. Deus enim fecit cœlũ, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, vt dicit Psal. omnis autem creatura Dei bona est, 1. Tim. 4. Vel secundo, quia vt alii dixerunt, licet non natura, sed voluntate sit malus, tñ semp fuit malus, quia in primo instanti peccauit. Et hoc ẽt vt dicit S. Tho. alibi, putatur hæreticum, iõ est quia operatio, quæ consequitur rem in primo eius instãti attribuitur facto rei, sicut motus ignis sursum generãti ignẽ, Deus ergo esset causa peccati. Alio modo intelligitur, quia fuit quidem aliquando in ea, sed non permansit, quia in primo instãti sui esse, habuit rectitudinem, saltem naturalem; sed post morulam statim declinauit ab ea per peccatum. De hoc vide 1. parte quæst. 63.

Sunt. n. circa hoc multæ & subtiles disputationes, & opiniones in sacra Theologia, sed planior, & iudicio meo verior est, qđ in primo instanti sui esse habuit operationẽ naturalẽ, quia se cognouit, & amauit Deũ vt principium boni naturalis, quæ operatio fuit quidã meritoria, quia fuit associata gratia, sed nõ perfecte, quia nõ fuit libera. In secũdo vero peccauit, & boni meruerũt. In tertiò aũt isti fuerũt in gloria, & illi in miseria. Nec est contra hoc quod S. Tho. vi detur dicere, & dicit, quod si malus angelus non peccasset in secũdo instãti, in eo accepisset beatitudinem, quam meruerat in primo & consequenter vr velle, q illud meritũ primi instantis fuit perfectum, quia intendit, quòd in secundo instanti ea accepisset in sua dispositione necessaria & infallibili, id est in merito perfecto. quod habuisset sic. Et iõ sequitur [Et veritas in eo nõ est] quasi diceret. Non dr nõ stare, quia vacillet & dubitet, non tñ totaliter auertatur à veritate, sed quia sponte, & totaliter auersus est. Est tamen in eo aliqua veritas, sicut & aliqua natura, sed non est in eo veritas oris, quantum ad suam intentionem, quia & si aliqñ veritatẽ dicit, tamen intendit tandẽ fallere: nec operis, quia oẽ opus eius est malum, id est ad malum finem ordinatũ. Vel hoc dicitur ad ostendendum, q non solum cecidit, sed etiam quod non surrexit, vel pœnituit. Et quia non habet in se veritatẽ operis, etiam caret veritate oris, quantum est in se. Ideo subditur [Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur] Vbi aduertendum, secũdùm S. Tho. quod solus Deus est ipsa veritas, & sapientia essentialiter: omnis autem veritas, & sapientia creaturæ, est participata ex prima. Ideo solus Deus dicit veritatem ex propriis, omnis autem creatura ex participatione diuinæ veritatis, veritatẽ cognoscit, & loquitur: ex propriis aũt loquitur mendacium. Vnde. Omnis homo mendax, vt dicit Psal. s. ex se, seu ex propriis. Licet autem homo semper dicat mendacium cum loquitur ex propriis, tamen econuerso, vt dicit S. Tho. cùm dicit mendaciũ non dicit illud ex propriis, sed aliquãdo hoc ab alio accipit, i. ex diaboli suggestione. Vnde loqui mendacium ex propriis attribuitur diabolo principaliter, quia fuit primus mẽdax, omnes autem alii loquuntur mendaciũ, vel eius suggestione, vel eius imitatione [Quia mendax est] scilicet quo ad se [& pater] id est inuentor, vel suggestor [eius] s. mendacii, quo ad alios. Manichæi autẽ (teste S. Tho.) hoc malè intelligentes, & credentes diabolum patrem eius mendacis id est diaboli, ponunt dæmonũ adinuicem generationem. Sed intelligendũ est, inquit, pater eius, s. mendacii sui. Non enim omnis,

qui

qui mentitur est mẽdacij pater, secundũ Augus. sed diabolus est eius pater, quia primo illud inuenit. Et quia supra ostenderat eos filios esse diaboli, inquantum erat homicidã, ostendit nunc idem, inquantũ erat mẽdax, cum subditur [Ego autem qui veritatẽ dico vobis, non creditis mihi] quasi diceret. In hoc vos diaboli filios probatis, quòd improbatis veritatem. Sed si crediderunt ei, vt supra dictũ est, quomodo dicitur non creditis mihi? Ad hoc dicitur: secundum Chrysosto. quia erant peruersi secundum Augu. vero quia erant alij de turba secundũ Orig. vero quia credebant aliqua, puta ea quæ videbantur signorum factorũ, sed aliqua non credebant, puta profunda quæ loquebatur.

In hac parte est documentum in sensu literali, quòd sicut imitatores Dei dicuntur filij Dei, ita imitatores diaboli dicunt eius filij, & consequenter sicut filij Dei dicuntur dij, iuxta illud. Ego dixi dij estis. & filij excelsi omnes, ita filij diaboli, dici possunt diaboli Augu. de consen. Euange. Diabolus nõ speciale est nomen sed commune. In quocunq; enim diaboli opera fuerint inuenta, diabolus est appellandus. Operis enim nomen est, nõ naturæ. Hæc ille. Est etiam aliud scilicet audiendi libenter verbũ Dei, quia sicut dicit Ambrosi. super Beati immaculati. Verbũ Dei habet triplicem virtutem, s. inflammatiuã Hiere. 23. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis &c. Et illuminatiuã Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et mundificatiuã. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundã &c. Et vt patet in hoc euangelio habet in nobis triplicẽ effectũ. Primum quia facit hominẽ disci pulũ Christi. Vnde dicit [Verè discipuli] &c. Cuius discipulatus signũ est quantum ex euangelijs habetur, primo ipsa auditio verbi Dei, & secũdo, ipsa respuitio triplicis amoris illiciti, scilicet domestici quo ad parentes, carnalis quo ad alios & terreni quo ad mundana, & appetitio amoris diuini. Et secundum, quia facit cognoscere veritatẽ. Et quia vt dicit Augustin. veritas opponitur falsitati, duplicitati, & vanitati, facit nos in mundanis ista tria, cognoscere. Sunt enim falsa, quia promittunt delectationem, & dant tandem amaritudinem, & duplicia, id est mixta scilicet gaudium dolore, sapientia obliuione &c. & vana ratione principij, quia de nihilo, & medij, quia mutantur, & termini, quia cito deficiunt. Et tertium quia facit animum liberũ in arguendo & in non peccando, quia veritas inquit liberabit vos.

Feria 6. post domini. 1. in Quadrag.

Textus euang. Ioan. 5.



Rat dies festus Iudęorum, & ascẽdit Iesus Hierosolymã. Est autẽ Hierosolymis ꝑbatica piscina, q̃ cognominatᷣ Hębraicè Bethsaida quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum: Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinã, & mouebatur aqua. Et q prior descendisset ĩ piscinã post motionẽ aquæ, sanus fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem qdam homo triginta & octo annos habẽs ĩ ĩfirmitate sua. Hũc cũ vidisset Iesus iacẽtẽ, & cognouisset qa multũ iam tp̃s haberet, dicit ei. Vis sanus fieri? R̃ndit ei lãguidus Dñe hoiẽm nõ habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me ĩ piscinã. Dũ venio. n. ego aliꝰ ante me descẽdit. Dicit ei Iesus. Surge tolle grabatũ tuũ & ambula. Et statī sanus factus ẽ hõ, & sustulit grabatũ suum, & ambulabat. Erat aũt sabbatum in illo die. Dicebant ergo Iudæi illi q̃ sanatus fuerat. Sabbatũ est, nõ licet tibi tollere grabatũ tuũ. R̃ndit eis. Qui me sanũ fecit, ille mihi dixit, tolle grabatũ tuũ & ambula. Interrogauerũt ergo eũ. Quis est ille hõ q̃ dixit tibi, tolle grabatũ tuũ & ambula? Is ãt q̃ sanꝰ fuerat effectꝰ nesciebat qs eẽt: Iesus aũt declinauit à tur-

turba constituta in loco. Postea inuenit eũ Iesus in templo, & dicit illi. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo & nunciauit Iudęis quia Iesus esset qui fecit eum sanum.

ERAT dies festus Iudæorum] &c. Ioan. 5. in præsenti euangelio fit mẽtio de miraculo celebri, quod Saluator circa lãguidum quendam exhibuit. Et circa hoc tanguntur tria puncta, quæ sunt, Miraculi præparatio, Miraculi perpetratio, & Miraculi publicatio.

QVANTVM ad primũ dicitur [Erat dies festus Iudæorum].i. Pentecostes secundũ Chry. & mag. hist. licet hoc nõ sit certũ [& ascẽdit Iesus Hierosolymã] ne videretur legi contrarius, & vt simplicẽ multitudinẽ, q̃ tunc maximè concurrit pasceret doctrina, & miraculis, sc̃d'm Chryso. [Erat aũt Hierosolymis probatica] id est ouilis, Græcè.n. probaton, sc̃d'm Alchuinũ, latinè dicitur ouis [piscina] p antiphrasim sc̃d'm mag. hist. q̃ dicit ꝙ collecta aqua pisces nõ habẽs consueuerit dici piscina. Erat aũt secũdũ S. Th. propè tẽplũ, ex aquis pluuialibus collecta. In ista piscina secũdũ Alchuinũ lauabãtur cadauera Deo offerenda, nõ solũ ouiũ, sed ẽt omniũ hostiarũ. Et hoc intellige primo. Nã lauabantur ẽt secundo in lateribus templi [Quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida.i. domus ouium, eo ꝙ inter hostias notabiles oues magis frequentabantur. Ideo enim ab ouibus probatica.i ouilis, & Bethsaida, id est domus ouiũ nũcupata est [quinque porticus habens] opertas tecto ad loci commoditatẽ [In his] porticibus [iacebat multitudo magna lãguentium, cœcorũ, claudorũ, & aridorum expectantium aquæ motum] vt tunc se in piscinã proijcerent, & causa subditur cũ dicitur [Angelus autem domini secundũ tẽpus] determinatum, & non continuè [descendebat in piscinã] applicando virtutẽ suam aquæ, vel alteri corpori ibi existenti, & vt credo inuisibiliter. Est autem sciendum, quòd angelus caret quantitate corporea, cũ sit spiritus, & consequenter indiuisibilis est, & ex se ab omni loco separatus, & independens, & ideo potest esse nusquam, id est in nullo loco, sicut intellectus dormientis & nõ somniantis in nullo est obiecto, sed tamen est angelus in loco quando in eo operatur. Mouetur autẽ localiter solum quando suã virtutem applicat alicui corpori primo, deinde alteri, ita quod ipse motus eius localis nihil est aliud, quã diuersæ eius operationes sib inuicẽ succedentes, seu vicissitudo operationũ sibi inuicẽ succedentiũ: Et dupliciter mouetur: Vno modo continuè, sicut angelus ducens Thobiã, & iste motus non est hic imaginandus, sicut si indiuisibilẽ (vt punctus) fluat, nã realiter indiuisibiliè moueri non potest per se, vt probatur 6. Physi. Sed dupliciter fit iste motus. Vno modo, quia angelus per accidens mouetur moto corpore cui est coniunctus, sicut mouet aĩa nostra motis nobis. Alio modo q̃a angelus applicat virtutẽ suã alicui corpori, non secũdũ vnũ pũctũ indiuisibile, sed secundũ vnã partẽ eius diuisibilẽ quã successiuè relinquit, & successiuè occupat aliã æqualẽ. Licet enim ipsa virtus angeli in se, & ex parte angeli sit indiuisibilis, tamen recipiuntur ex parte obiecti diuisibiliter, id est applicatur diuisibili corpori. Et ideo ipsa virtus diuisibiliter, id est indiuisibili suscepta, vel ei applicata ad illud comparatur, sicut aliud corpus dicto diuisibili coextensum. Vnde stante tali corpore, ipsa potest moueri, vel Angelus secundũ ipsum, vnam partem deserendo, & aliã occupando. Alio modo angelus mouetur motu discreto composito ex pluribus, quorum singulum est pars motus, & nõ est motus, sed taliũ successio est motus, vt cũ nunc applicat se huic corpori, puta.a. & simul semel relinquens totum.a. applicat se corporib. Istæ.n. applicationes sunt partes motus, & successio eorum est motus, nõ autem ipsarum aliqua est motus. Est autẽ angelus vt dictum est, in se absolutus ab omni loco, & potest cui vult se applicare ex omnibus corporibus, sicut cogitatio mea in se absoluta ab omni obiecto, ideoque dum desino cogitare vnum, possum omne aliud q̃d uoluero cogitare, & appetitus meus desinens mouere vnum digitum, potest omnẽ aliũ quem voluerit mouere. Et ideo cũm angelus relinquit. a, remanet quantum in se est absolutus ab omni loco, & consequenter potest se applicare.b. vel.e. vel d. vt vult. Hinc est quod ab extremo ad extremũ potest

test moueri non transeundo medium, & in vno instāti potest esse in cęlo, in alio in terra; seu in probatica piscina. Hæc doctrina est de mente Sancti Tho. 2. par. q. 53. Quomodo autem anima separata moueatur, vide in die paschæ, & dominica 1. post Trin. [Et mouebatur aqua] vel ab Angelo imme diate, vel ab Angelo mediante quodam ligno quod ibi dicebatur esse. Sicut enim recitat Magister histo. quidam tradunt quod regina Saba lignum viderit in domo saltus libani in Hierusalem cùm visitasset Salomonem, in quo ligno diuinitus cognouit suspēdendum fore quendam, propter cuius mortem interiret regnū Iudæorū, & hoc ipsum Salomoni significauit cū discessisset. Quod Salomon ueritus, durabilitati regni sui consulēs, infodit lignum illud iuxta templum, ubi magna præcipitia replebat aggeribus. Sed processu temporis facta est ibi piscina, & appropinquante Christi tempore, lignū illud diuinitus ascendit cū esset in aqua, eo moto ab Angelo, aqua mouebatur. Indè autem Iudęi ex illo ligno crucem domini fecerunt. Sed vt idem ait, hoc non est certum. In quadam enim historia sanctæ crucis dicitur, quod Seth filius Adæ ex præcepto patris iuit ad paradisum vnde fuerat eiectus, & petiuit ab Angelo custode oleum misericordiæ. Qui dedit illa tria grana ligni vetiti, quæ plantauit super sepulchrum Adæ, & in tres virgulas coaluerunt, quæ postmodum coierunt in vnam arborem quæ succisa fuit in ædificium templi, licet nūquam potuerit operi congruere. Semper enim quantūcunque variæ truncaretur, aut prolixior nimis, aut breuior erat quàm necesse foret, vñ tādem relicta est veluti inutilis in atrio templi. Ceperunt autem homines instinctu diuino lignum illud reuereri qua propter sacerdotes indignati, ac veriti ne qua superstitio idolatriæ suboriretur, proiecerunt illud in vicinam piscinam & madefactum aqua descēdit ad fundum, donec Christi temporibus enatauit, & accidit vt supra. Sed neque hoc certum habetur, quamquam probabilè fiat ex Angeli descensu, & aquæ mirabili motione, nec non à sanatione infirmorū aliquid magni in illa piscina latuisse [Et qui prior descēdisset in piscinam] per se vel proiectus ab alio [post motionē aquæ] etiā fortè si iam cessasset aqua moueri [sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate curabili, vel incurabili per naturam. Causa autem quare Deus hoc mirabile per aquā operabatur assignatur à doctoribus & pcipue à Chrysostom. Voluit enim Deus homines assuefacere, & inducere ad baptismū q. incipere debebat. Vnde præcesserūt multæ figuræ, vt puta aqua, quæ in lege purgabat immunditias corporales, non veras, sed opinatas, quæ erant irregularitates quædā, puta eas quæ erant à cadauere tacto, vel lepra, vel huiusmodi. Deinde dedit expressiorem; vt aquam istam quæ leuaret corporis sordes, & expelleret infirmitates eorūdē, occulta quadam virtute. s. passionis Christi, per aquam abluit animæ sordes, & aliquando etiam confert corporalem sanitatem. Veruntamen quia figura deficit à figurato, ista aqua non sanabat nisi corpus, & nisi vnum corpus: baptismus autem sanat animas infinitas. Habebat autem efficaciam sanandi ista aqua, secundum aliquos. Primò ab hostijs sacratis, vel sacrandis quæ ibi lauabantur. Et secundo a prædicto ligno, si illa vera sunt. Et tertio a motu Angeli mouentis. Sanctus Tho. autem super Ioan. dicit quod sanabat virtute Angeli, sed non est intelligendum virtute eius naturali, quia nequiuisset sanare infirmitates per naturam incurabiles, cùm non operetur nisi per causas naturales, puta adhibēdo naturales medicinas, sed à virtute Angeli supernaturali, qua vt minister de illa, miracula operabatur ex potestate, sicut faciūt aliquādo sancti viri, quomodo etiam sacramenta per virtutem in eis intentionaliter existentem à Deo operantur ad iustificationem animarum.

Sed pro his aduertēdum est, quod ista miracula à duobus possunt dici fuisse facta immediatè. Primò. s. à virtute Dei, ita quod nec in aqua, nec in Angelo esset ad hæc aliqua virtus, sed solum signum, & commitantia diuinæ virtutis, sicut tuba est signum belli, quod non exercetur per tubam, sed per regem, & milites. Et secundo à virtute existente à Deo in Angelo, & aqua, sicut in instrumentis intentionaliter. Et hoc est verius, & doctrinæ sanctorum conformius, vt sicut in aqua baptismi est virtus ad sanandum animam, ita in aqua piscinæ illius, esset virtus ad sanandum corpora. In

hac

hac parte habemus ex sensu allegorico documentum, quemadmodū nouæ legis sacramenta reuereri debeamus: quia gratiam cōferunt, & sanant consequenter infirmos. Nā secūdùm Aug. & piscinæ ouilis aqua populū significat Iudæorū, q. etiā, vt ait Beda, nomine ouium appellatur, iuxta illud. Oues pascuæ eius. Quinque aūt porticibus, i. quinque libris Moysi, secūdùm Aug. clauditur, in quibus infirmi quidam iacent, sed non sanātur. quia lex peccatores cōuincebat sed nō absoluebat, quia illa sacramenta non cōferebant gratiam, vt habes in die circuncisionis. Ista aqua turbata fuit secūdùm Augustinū quando fuit in Christi passione concitata, & Christi doctrina, & cōuersatione, & miraculis, sed occultè Christus eam turbauit, quia si cognouissent nūquā dominū gloriæ crucifixissent. Sanabatur ergo descēdens in aquam turbatā id est credens in Christi passionem virtute cuius per fidem sanabantur infirmi. Adueniente autem Christo sanantur infirmi verbo eius, id est per sacramenta nouæ legis, quæ ex verbis constant, & signis, id est corporeis elementis.

Moraliter autem ista piscina significat pœnitentiam, in qua sanātur infirmitates spirituales. Est autem tunc ista piscina virtuosa ad sanandum peccata, quando in ea inuenitur primo hostia salutaris, id est mortificatio carnis, iuxta illud Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiā sanctā. Et secundo lignū crucis, id est meditatio passionis Christi q̄ sanat lāguidos, id est desides; in cuius signū terra mota est in passione, & cœcos, i. peccantes ex ignorātia, in cuius signum gutta sanguinis purificauit oculū obtusum Lōgini, tanquā collyrium, & claudos, idest peccātes ex infirmitate, in cuius signū Christus in passione Petrū sic peccantem sanauit, & aridos, idest peccantes per malitiā, sicut patet in dextro latrone, & illū q. 38 annos habebat in infirmitate, qui scilicet habet cōsuetudinem peccādi. In cuius signū multa corpora putrida in passione surrexerūt. Et tertio, quando inuenitur in ea motus angeli, quia scilicet anima quantum ad omnes suas potentias mouetur secundum angeli inspirationem, quia scilicet mouetur memoria ad ruminandum propria maleficia, & diuina beneficia, intellectus ad credendum, voluntas ad amandum &c.

QVANTVM ad secundum, post præparationē miraculi tangitur eius perpetratio, cum dicitur [erat aūt ibi quidam homo] Sicut dicit Chrysosto. hunc quidā esse putāt paralyticum, de quo refert Matth. sed nō est ille quia iste ministrum non habebat qui proijceret illū in piscinam, ille habebat multos sui curam agentes. sed & locus vtrumque, vt ait, diuersus est [38. annos habēs in infirmitate sua] quæ propter sua peccata acciderat ei, vt patebit, vnde diu fuerat punitus. Sed tamen quia patienter Dei flagellum tolerauit, congruum fuit, vt sanaretur &c.

Est autem sciendū quod ly habes, potest construi cum ly ibi, & est sensus, quòd in illis porticibus infirmi 38 annis iacuerit. Potest construi, aut legi cū ly in infirmitate, & sensus est, q̄ fuerat infirmus 38. annis ibi, vel alibi. Primus sensus est dubius quamuis videatur esse Chrysost. Secūdus vero certus [hūc cùm vidisset Iesus iacentē, & cognouisset] non solum inquantum Deus, sed etiam inquantum homo ex se, vel ex relatu eius, vel astantiū [quia multum tempus haberet] scilicet in infirmitate, vel forte in loco illo [dicit ei. vis sanus fieri?] Vbi est aduertendū secundùm Chrysosto. & Sanctum Thomā, q̄ non statim eum à principio sanauit, sed primò sibi familiarem fecit, vt ad fidem futurā disponat. Nec vt idem dicit exigit ad eo p̄sentem fidem, vt aliquādo fecit à quibusdā dicendo creditis quod hoc possim &c. Iste enim nondum nouerat manifestè q̄s esset. Requirūtur autem de fide, qui eum cognoscebant. Nec etiam vt idem dicit, quærit si vult sanari, ex ignorantia, quia esset superfluum, sed vt ostenderet alijs eius patientiā, & quod dignior esset sanari q̄ triginta octo annos habens, per vnumquemque annū cripi ab ægritudine expectans, assistebat & nō desistebat. Et secundū Sanctū Tho. sic interrogauit, vt magis excitaret animū eius ad sanitatē, & consequenter gratius ei foret diuinum beneficiū [Respondit ei languidus] tranquillè & quietè, in quo etiam eius patientia ostenditur secundum Chrysost. quia scilicet non est exasperatus, Christo dicente, vis sanus fieri, cùm tamen talis interrogatio derisoria videri potuisset [domine hominem non habeo] seruitorem [vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā] ante alios [Dum venio enim ego] ex quo patet

quod

quod se mouebat, sed tardè, vnde subditur [alius ante me descendit] quasi diceret. Si me velles iuuare, & esse hic in obsequium meũ, vsq; ad aquę motionẽ, semp tibi obligarer. Nam scd'm Chry. nesciebat quis esset Christus, vel quid factutus esset, sed sperabat eũ fore sibi vtilem ad salutem per corporale ministerium. Sed Christus maius aliquid ei contulit. i. perfectam & integrã sanitatem animæ & corporis, ideo subditur [Dicit ei Iesus. Surge, tolle grabatũ tuum] id est lectum in quo iacebat, secundũ Mag. histo. qui dicit, quod grabatũ est lectus pauperum, in quo capiti tantum supponitur aliquid. Et dr̃ à graba ꝙ est caput [& ambula] vt miraculum sit euidens, vt ait Chrys. & non videatur phantasia. Istæ autem nõ deri sit, vt dicit Chryso. dicens, nunquid es maior angelo, vt imperio tuo me velis sanare, sed credidit iubenti. Et statim sanus factus est homo. Ex quo patet, secundùm Bed. ꝙ sanatio Christi differt ab ea, quam faciunt medici, quia illa est in tempore longo, & mediantibus medicinis, hæc aũt statim, & solo verbo. Vndè ista miraculosa est, etiam si talis infirmitas per naturam esset curabilis, quia natura curare nõ potest illo modo, .s. statim. Aliquid enim est supra naturã quantum ad rem factam, vt statio, vel retrocessio solis, aliquid quãtum ad rem factam in hoc non simpliciter, vt conferre vitam mortuo: natura enim potest vitam infundere, sed non cadaueri, aliquid quantum ad modum faciendi solum, vt conferre subito sanitatem ei, qui naturaliter erat sanabilis processu temporis. Prima sunt miracula maxima, secũda media, tertia infima, vt patet 1. par. q 105. [Et sustulit grabatũ suum, & ambulabat] in signũ perfectæ sanitatis, & ad Dei gloriam, & honorem.

Et tñ notãdum, secundùm Aug. ꝙ cũ tot ibi essent languidi, non sanauit Christus nisi unum, quia sanabat corpora scd'm ꝙ congruebat animabus. In hac parte est documẽtum morale, ꝙ qui patienter tolerant Dei flagella, tandem merentur à Deo cõsolari, qui vero impatienter ferunt a præsentibus tormentis ad futura ducuntur. Aug. 1. de ciuitate Dei. Patientia Dei ad pœnitentiã inuitat malos, sicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Itaque misericordia Dei fouendos amplectitur bonos, sicut seueritas Dei puniendos corripit malos. Placuit quippe diuinæ prouidentiæ præparare in posterum bona iustis, quibus non fruentur iniusti, & mala impiis quibus nõ excrutiabuntur boni. Hæc ille.


Moraliter etiã significatur modus quo Deus spirituales infirmitates curat. Primò .n. exhibet medicinã purgatiuam à malis humoribus dicens: surge. s. per contritionẽ & confessionem. Deinde secundò, confortatiuam, quæ est spes veniæ, dicẽs, tolle grabatum tuum, i. spem mentalem. Dicitur enim grabatum a graba, quod est caput, vt dictum est. Et tertiò melioratiuam, quæ est satisfactio, dicens, & ambula. Et quartò prę seruatiuam, quæ est cautio circa occasiones peccandi, dicens: iam noli peccare ne deterius &c. Periculosa enim est recidiuatio. Primò ex parte Dei, quia grauius offenditur ratione ingratitudinis. Et secũdò ex parte diaboli, quia tanquàm miles castrum perditum, & recuperatum cautius munit. Et tertiò ex parte hominis, quia postquam se frequenter labi videt, iam ex quadam consuetudine peccare pro nihilo ducit, iuxta illud Prouer. 17. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.

QVANTVM ad tertium, ponitur miraculi publicatio, cùm dicitur [Erat autẽ Sabbatum in illa die] in quo non licet opera seruilia, seu corporalia facere, & in quo facilius poterat multitudo confluere ad videndum prodigium istud [Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanus fuerat factus, & videbatur non obseruare festum portando grabatum [Sabbatũ est, non licet tibi tollere grabatum tuum] Isti secundùm Aug. non calũniabantur domino, ꝙ languidum sanasset in sabbato, quasi eis potuisset respondere, ꝙ si ipsi curabant, & abstrahebant de puteo sabbato pecora, ipse posset homines curare, sed illum reprehendebant qui grabatũ portabat, quasi diceret. Si sanitas non erat differenda, nunquid & opus fuerat imperandum? Decipiebantur autẽ Iudæi, quia opus corporale ad gloriam Dei factũ cuiusmodi erat hoc, non soluit sabbatum, vt patet, quia sacerdotes sine peccato in templo occidebant, & lauabãt, & offerebãt hostias. [Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatũ tuũ, & ambula] quasi diceret, secundùm Augusti. Quare non ac-

ciperem iussionem à quo accepi sanitatẽ? Ille.n. vt dicit San. Tho. per opus miraculi ostendit se habere authoritatẽ, & virtutem diuinam, qua iussit sanatũ deferre grabatũ. Iste sc̄dm Chrys. cognouit iudæos nõ esse principaliter motos ex Sabbati solutione, sed ex infirmitatis sanatione. i. ex inuidia, & iõ ipsam sanationẽ publicauit, & in medium adduxit dicens, [qui me sanũ fecit.] Sed illi malignè interrogauerũt, cũ subdit [Quis est ille homo, qui dixit tibi tolle grabatũ tuũ, & ambula?] Non dicunt secũdum Chrys. quis te sanauit, sed quis iussit, & hoc ex eadẽ inuidia, vt dicit, & liuore moti. Nolebant.n. confiteri miraculum factũ à Christo, sed de ipso diminutiuè loquebantur] Is aũt qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset, quia diu languidus iacuerat, nec Christũ cognoscebat[Iesus aũt declinauit à turba constituta in loco] Et hoc sc̄dm Chrys. primò, vt testimonium lãguidi esset credibilius de sua liberationẽ. Secundò, vt non plus Iudæorum furor accenderetur. Tertiò secundũ aliquos, vt daret exemplum aliquã do fugiendi calumniatores, & iactantiã de operibus gloriosis[Postea inuenit eum Iesus in templo] ad quod accesserat gratias Deo rediturus. Ex quo patet, ꝙ ẽt aĩa eius erat sanata. Cum enim Christus esset principaliter medicus animarũ, nunq̃ vt dicit S. Tho. attulit salutẽ corpori, quin prius tp̄e vel natura attulerit ẽt animæ [Et dixit illi. Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare] Vbi patet sc̄dm Chrys. quod illa ægritudo ex peccatis eius prouenerat, quamuis plerunq; ab aliis causis oriatur. Dedit etiã Christus, vt idem dicit, signum suę deitatis, quia ostendit se eius peccata sciuisse. Sanct. Tho. autem dicit Christum ideo quibusdã sanatis talia dixisse, & non aliis. Primò p̱p̱ rõnem, quam tangit Chryso. quia s. aliquæ infirmitates proueniunt à peccatis prioribus, aliquæ vero non. Secundò quia aliqui erant paratiores ad correctionem, secundũ illud Prouerb. 9. Noli arguere derisorẽ &c. Vel tertiò, quia in istis hoc mandauit omnibus aliis[nè deterius tibi contingat] id est nè incurras grauiorẽ pœnam. Vel quia, vt dicit S. Tho. recidiuans grauius punitur rõne beneficii præacceptí, vel rõne p.ioris pœnæ, quæ illum non emendauit. Chrysost. Si grauem sustineamus pœnam pro prioribus peccatis, deinde in eadem incidimus, grauiora patiemur, & hoc est decenter. Qui enim neq; supplicio factus est melior, vt sensibilis de reliquo, & contemptor, ad maius ducetur tormentum. Si autem hic non oẽs pro peccatis torquentur, non confidamus. Nihil hic nos pati pro peccatis, signum est maioris illic futuri supplicii. Hæc ille[Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis] Secundùm aliquos iste nunciauit iudæis malignè tanquam Christi accusator, & isti dicũt, ꝙ p̱p̱ hoc Christus tanquam præmonens dixerit ei, iam amplius noli peccare &c. Sed Augu. dicit, quod hoc fecit vt euangelizaret dñm, & similiter Chryso. qui hoc argumentatur ex hoc quòd non dicit iudæis, quod Iesus esset qui iusserat eum tollere grabatũ, sed dixit quod eũ sanauerat, tacens de grabato. Vnde sequitur[Quia Iesus esset q̃ fecit eum sanum] Et S. Tho. dicit non esse probabile, quod post tantum beneficiũ ingratus extiterit, maxime quia vt dictũ est, fuit etiam in anima sanatus. In ista parte est documentum in sensu morali, secundũ August. quod Iesus cognoscitur in templo, sed non in turba. Alcui. Si, gratiam redemptoris cognoscere volumus, & ad eius visionem venire, fugienda est turba cogitationum, & affectuum prauorum, declinanda sunt conuenticula. Fugiendum est ad templum, nosipsos templum Dei studeamus facere, quos Deus inuisere, & in quibus manere dignetur. Hæc ille. Amen.

Sabbato post 1. Domi. in Quadrag.

Textus Euang. Matth. c. 17.



ASSVMPSIT Iesus Petrũ, & Iacobum, & Ioãnem fratrẽ eius, & duxit illos in mõtem excelsum seorsum, & trãsiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies sicut sol, uestiméta autem eius facta alba, sicut nix. Et ecce apparuerunt eis Moyses, & Helias cum eo loquẽtes. Respondens autem Petrus, dixit

ad Iesum. Domine, bonũ est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: Tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui; Ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suã, & timerunt valde. Et accessit Iesus & tetigit eos, dixitque eis. Surgite noli te timere. Leuantes autẽ oculos suos neminem viderunt, nisi solũ Iesum. Et descẽdẽtibus illis de mõte pcepit Iesus, dicẽs. Nemini dixeritis visionẽ donec filius hoĩs a mortuis resurgat.

ASSVMPSIT Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem &c. Matth. 17. In præsenti euãgelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Exultatio, Conturbatio, & Confortatio.

QVANTVM ad primum, tãgitur magna exultatio, quæ fuit in discipulis, q a viderunt gloriam Christi in transfiguratione. Est autem sciendum quod Christus, vt patet ex textu euangelij. ante suã transfigurationem, vt habetur Matth. 16. promiserat discipulis, dicens. Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videãt filium hominis venientẽ in regno suo, id est apparẽtem eis in forma gloriosa, qua regnabit in regno suo. Et subiungit beatus Matthęus, quòd post dies sex apparuit gloriosus in transfiguratione aliquibus. Sed beatus Lucas c. 9. dicit post fere dies octo. Soluit autem beatus Hieronym. quia Matthæus nõ computat diem promissionis, neque diem transfigurationis, sed medios, Lucas autem omnes. Factum est autem hoc conuenienter post dies aliquos à promissione, secundùm Chrysosto. vt mitigaret inuidiam eorum qui fortè erant cõturbati, quia se nõ putabant esse de illis quibusdam, qui visuri essent ante mortem gloriam Christi, vel vt interim maius accenderetur desiderium. Fuit autem hoc post dies sex secundum Sanctum Tho. & Raban. quia post sex ætates futura est resurrectio. Vel secundùm Origen. quia non videbit gloriam resurrectionis, qui non eleuatur super omnia facta sex diebus. Dicitur ergo [Assumpsit Iesus] scilicet post dies sex, vel octo prædictos [Petrum, & Iacobum, & Ioãnem fratrem eius] Sed contra, quia Ambro. super Lucam dicit, quod fuit Iacobus qui primus inter apostolos sacerdotale solium ascendit, & August. super epistolam ad Galatas dicit, quod fuit Iacobus episcopus & consequenter videntur velle quòd fuit Iacobus Alphæi, nõ Iacobus Zebedæi, qui fuit frater Ioãnis. Ad hoc dicitur quod in rei veritate fuit Iacobus Zebedęi frater Ioannis, seu Iacobus maior sic dictus, quia fuit prior vocatus quam alius Iacobus & familiarior Chr̃o, & primus inter oẽs apostolos martyrio coronatus. Ambrosius autem sicut dicit Hugo cardinalis per sacerdotale solum accipit cœlum, in quo omnes sunt sacerdotes, quod Iacobus maior ante omnes apostolos tenuit, licet non ante Stephanum, quia inter apostolos primus occubuit morte. Augustinus autem non loquitur assertiuè, sed ex aliquorũ opinione. Non autem assumpsit Christus omnes apostolos, ad significãdũ secũdùm Hierony. & Raba. quod non omnes vocati eligentur ad gloriam: eliguntur tamen tres, secundũ eosdem ad significãdum quod nulli ad gloriam peruenięt, nisi per fidem sanctæ Trinitatis. Assumpsit aũt hos tres præ cæteris secundùm Chrysosto. quia erant cæteris peritiores, vel secundùm S. Thom. quia Petrus feruentior erat, & Ioannes purior, & Iacobus aduersus inimicos Christi maior erat bellator, vnde habuit secundum eum. 3. par. 45. primatum martyrij inter apostolos. Occidit. n. eũ Herodes, credens se aliq d magnũ facere atque præstare Iudæis, si talẽ eorũ ꝓ sterneret hostẽ [Et duxit illos in mõtẽ excelsum]. i. in mõtẽ Thabor distãtẽ à Nazareth tribus miliaribus secũdum Mag. hist. Et hoc primo ad significãdũ ꝙ qui Deũ cõtẽplari volũt, in infirmis voluptatib. iacere nõ debẽt, Secũdo, vt ostendatur gloriã diuinæ claritatis nõ esse in huius seculi ꝓfundo qrendã, secũdũ Bed. vel secũdum Hier. & Rab. in signũ ꝙ resurrectionẽ beatã expectantes, dñt habitare in excelsis. Vel ẽt forte ideo, quia ille locus erat secretus [seorsum] à turba, ad significãdũ secũdum Remig. & S. Tho. ꝙ sancti viri nũc à malis sunt corde separati, sed ĩ gloria eiũt

separati oīno.i.corde, & corpore, seu loco [& trāsfiguratus ē]cū eēt ī orōne scd'm Lu. nō mutādo figurā,vel liniamēta,scd'm Hiero.sed mutādo claritatē[ante eos] i.ipsis videtib. Ad euidētiā aūt horū sciēdū est ex S. Th.3.p.q.45.ꝙ cōueniēs fuit Xp̄m trāsfigurari,& ondere apostolis gloriā corporū futurā, q̄a debuit apostolis ondere finem ad quē ipsū sequēdo ꝑueniret. Cuilibet.n.viatori dēt finis esse aliqualiter ꝑcognitus, maxime qñ via ē laboriosa,& finis lætus. Per figurā tñ accipit,vt dicit in Xp̄i trāsfiguratione, nō ipsa figura sed color vel existēs in extremo corporis,vbi ēt ē figura. Et scd'm hoc,vt ibi dicit,mutauit figurā.i. claritatē scd'm q̄ solā dr̄ trāsfiguratus ĭter quatuor gloriosi corporis dotes,q̄a hęc sola ꝑcipit in ꝑsona. Aliæ.n.ꝑcipiunt in aliquo actu. Nō tñ decuit scd'm aliquos Xp̄m ꝑmōstrare pœnas futuras iniquorū, sicut iustorū ꝑmia, q̄a venerat prīcipaliter ad saluādū,& nō ꝑdēdū, & iterū q̄a isti q̄ testes debebāt eē visionis, nō erāt mali sed boni,nec ĭdigebāt ĭduci timore pęnarū q̄ ducibiles erāt amore ꝑmiorū.Ad denotādū āt ꝙ Xp̄s nō mutauit figurā,sed claritatē,subiūgit ꝙsit trāsfiguratus, cū dr̄[Et resplēduit facies eius sicut sol]imo plusq̄ sol,sed nō potuit aliud lucidius exprimi.Vnde Rem.Si facies dn̄i resplēduit sicut sol,& sācti sicut sol fulgebūt, nūq̄d erit æqualis claritas dn̄i & seruorū? Nequaq̄,sed q̄a nihil ĭuenit lucidius Sole,idcirco ad manifestādū exēplū futuræ resurrectiōis, & facies dn̄i resplēdere, & iusti fulgere dicunt sicut sol.Hæc ille. Est āt notādū scd'm S.Th. vbi s̄.ꝙ illa claritas fuit claritas gloriosa. i. quā habebūt sācti ĭ gloria,& hoc q̄tū ad essentiā q̄a scd'm Damas. fuit deriuata in corpus ab aīa Chr̄i,q̄ ab instanti conceptionis fuit gloriosa, sed nō glorificauit corpus ex diuina dispositione, vt posset ꝓ nr̄a salute pati,sed tūc glorificauit illud ꝑ modū transeūtis,Chr̄o volēte.Iō nō fuit gloriosa claritas q̄tū ad modū hn̄di illā,q̄a nō fuit qualitas immanēs ꝑ modum habitus, vt noīat dos.Iō ēt ille fulgor fuit miraculosus,sicut & miraculosū fuit ꝙ sup mare ambulauit, nō aūt est miraculū ꝙ corpus gloriosū fulgeat,q̄a immanētē & ꝑ modū habitus hēt fulgorē.Hæc ex S.Th. Dn̄s tñ Petrus de scala,sensit ꝙ illa claritas nō fuit gloriosa, nisi dicat gloriosa.i.similis gloriosæ, sed fuit, in q̄t,formata in corpore Chr̄i à diuinitate,& discipuli ꝑ illā visibiliter aꝑ prehensā intellexerūt sensu interiori claritatē gloriæ,quā nō videbāt. Facit aūt aliqua argumēta nullius momēti [Vestimēta āt eius] q̄ scd'm S. Th.signabāt sāctos [facta sunt alba, velut nix] In quo vr̄ notari gradus claritatis iter sāctos & Xp̄m,cū ille sol,isti niui cōparent, & ille splēdere,isti albere dicant[Et ecce apparuerūt] i. discipulis [Moyses & Helias] q̄ venerūt, vt testimoniū redderēt Chr̄o. Est āt aduertēdū ex S.Th.vbi supra,ꝙ isti Chr̄i testes nō debuerūt eē angeli,sed hoīes,quia ibi manifestabat gloria corporis tm̄, q̄ angeli carēt.Et debuerūt ipsi eē q̄dā ex his, q̄ Chr̄m sequebant,vt apostoli,&q̄ illū ꝑcesserūt,vt Moyses & Helias,q̄a ꝑ Chr̄m adducūtur ad gloriā isti & illi. Qūo āt Moyses, & Helias ibi fuerint,docet idē ibidē dicens,ꝙ glosa q̄dā dicit ꝙ nō fuerūt ibi verè,neque quoad aīam neque quo ad corpus, sed illa gl.ē sūpta ex libro de mirabilib. scripturæ, q̄ autēticus nō ē & Aug.falso attribuit.Hie. vero sup Mat.dicit Heliā vn̄ erat descendisse,Moysē aūt resurrexisse,i. aīam eius apparuisse in assūpto corpore.Et sic scd'm S.Th. Helias erat ibi ī corpore & aīa,Moyses āt ī aīa,sed nō ī corpe suo, q̄d viuificauerat añ, sed in assūpto eo mō apparēs, quo & angeli in corporib. assūptis apparēt.Sed contra, q̄a Hier.dicit nullā aīam ab inferis ascendisse,donec Xp̄s ad inferos descēderit. Sed ad hoc dr̄,ꝙ ꝑ infernū accipit priuationē diuinæ visionis,à qua nulla aīa ē liberata nisi ꝑ mortē Chr̄i.Glo.aūt Lucæ,q̄ dicit ibi,verè nō fuisse illas aīas,sed illas apparationes fuisse formatas angelico ministerio in subiecta creatura,i.in corpe,aut est abolita aut abolēda,vt patet ex S.Th. Et multo magis illa opinio, quæ dixit illos duos apparuisse imaginariè tm̄,q̄a expsse Lu.9.dr̄,ꝙ apostoli erāt vigilātes qñ viderūt maiestatē eius.s. Chr̄i & duos viros cū eo.Quidā āt dixerūt ꝙ ibi nō fuit aīa Moysi sola sine suo corpore,q̄a nō potuisset dici vir,& tñ Lucas dicit apostolos vidisse duos viros. Dicunt ergo aliq̄ eorū,ꝙ fuit ī suo corpore,sed illud nō viuificabat,q̄a fuisset in statu merendi,sed tm̄ mouebat. Alij vero dicūt ꝙ illud viuificabat,& tñ nō erat in statu merēdi,q̄a ad illud nō fuerat suscitata,vt Lazarus,sed ad testificādū de Christo. Sed q̄d sit de opinio-

nibus,

nibus hoiū tā motiuū est nullū q̄a illa aīa appellata est vir̄ eo mō, quo angelus apparēs in assumpto corpore sæpe dictus est vir, scilicet quia in specie viri videbatur[Loquētes cū eo]. Quid aūt loquerentur exprimit Lucas dicēs. q̄ loquebantur de excessu quē expleturus erat in Hierusalē. i. de excessiuo dolore passionis eius. Ipsa enim Christi passio excessus dr̄, p̄p̄ excessiuum dolorem, pudorem, & amorem, quia nunquam fuit, vel erit passio tanti doloris, tanti dedecoris, & tanti amoris, sed omnes alios excessit.

Quare autem isti magis quā alii prophetæ apparuerint in testimoniū Christi, est multiplex ratio secūdùm S. Tho. & Chrysost. Prima quidem ratio est hæc. Quia enim turbæ dicebant eū esse Heliā vel Hieremiā, aut vnum ex prophetis, capita prophetarum secum ducit vt saltem hic videatur differētia seruorum ad eum. Et licet Lucas dicat q̄d fuerūt visi in maiestate, tamen intelligitur in maiestate Christi, qui apparebat gloriosus, non in maiestate sua propria. Alia ratio est. Quia enim continuè Iudæi accusabant eum tanquam transgressorem legis, & blasphemum patris sibi gloriam vsurpātem, vt ostendatur ab vtraque accusatione innoxius, eos qui in vtroque fulserunt in mediū ducit. Etenim Moyses legē dedit, & Helias pro gloria Dei emulator fuit. Alia ratio est vt discāt homines quoniam mortis & vitæ potestatem habet, siue quod iudex est viuorū & mortuorū. Propter hoe enim & Moysen qui in morte defecerit, & Heliam qui nondum mortem passus fuerat in medium ducit. Sūt & multæ aliæ, puta secūdùm Hierony. vt ostendatur ille esse quem lex & p̄phetæ annunciant. Helias enim fuit inter p̄phetas celeberrimus in miraculis, & zelo & autoritate, vt patet ex scriptura, licet fortè in aliquo horum habuit excelsiorem. Et alia secūdùm Ambr. vt ostēdatur omnis veritas esse suspecta, quæ non legis, vel prophetarum, aut euangelii veritate firmatur. Item quia fortè volebat discipulos informare, vt essent mansueti sicut Moyses & feruentes, vt Helias. Cognouerunt autem nos apostoli ex interna inspiratione secundum aliquos, vel forte verius, quia apparebant in habitu vel effigie tali, qualem de eis fama spargebat, puta Helias cum zona pellicea, & Moyses facie cornuta.

Sed quare non voluit Christus habere testimonium alicuius eorum qui fuerūt in lege naturæ, puta Enoch? Ad hoc dr̄ secundum aliquos q̄ tempore legis naturæ non erat expressum an redemptio humana esset futura per angelum, vel hominem ideoque tantum implicitè credebatur in filium Dei venturum, sed Abrahæ explicatū est hoc. ideo consequenter non debuit apparere Enoch, vel alius. Sed quia cōmuniter tenent doctores quod Adam cognouit mysterium Christi, cū dixit, hoc nūc os ex ossibus meis Gene. 2. ideo forte dici pōt quod isti duo sufficiebant fini intēto à Christo, iuxta rationes supra allegatas, nec oportebat adesse alium, alioquin pari ratione argueretur q̄ ibi fuisset aliquis de statu innocentiæ, puta Adam, & aliquis angelus. [Respondens autē Petrus] id est loquēs [dixit ad Iesum. Domine bonū est nos hic esse] Hæc dixit cùm discederent illi duo vt dicit Lucas. & ad duo referuntur. Chrysosto. enim dicit quod Petrus ante fuerat hortatus dominum ne vellet mori, sed Christus increpauit eum appellans eum Sathanam, i. aduersarium. & nunc Petrus idem fecit. sed cautè ne denuo increparetur. Voluit ergo quod dominus lateret ibi, & quod ibi essent illi duo quorum societate Christū gaudere videbat, scilicet Moyses & Helias. Sed Remi. & alii dicunt, quod ideo sic dixit quia gloria humanitatis Christi in qua est nostra fœlicitas accidentalis sicut essentialis est in diuisione diuinitatis ita fuit delectatus quod voluit ibi perpetuò esse [si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum] in quo scilicet volebat & ipse manere [Moysi vnum & Heliæ vnum] cū quibus volebat morari socios. Sed vt testatur Luc. loquebatur nesciens quid diceret. Sed secundùm Chryso. nō est reprehēsus à Christo sicut filii Zebedei quibus dixit. Nescitis quid petatis, quia non improbè locutus erat sed imprudenter. Sicut. n. ex magnitudine iræ, vel timoris homo prorumpit in verba non præmeditata, sic & Petrus ex nimia suauitate quam experiebatur, prorumpit in verba non rationabilia. Non est enim substantia nostræ fœlicitatis in terra, Vel Christi humanitate, sed in visione deitatis. Remigi. Errauit quia voluit vt regnum electorum cōstitueretur in terra, quod dominus p̄miserat dare in cœlis. Errauit etiam quia oblitus est

se & socios suos esse mortales, & absq; gustu mortis voluit subire æternam fœlicitatem. Et in eo quòd cœlesti cõuersatione tabernacula faciēda putauit in qua domus necessaria non erat cùm scriptum sit. Templũ non vidi in ea. Hæc ille. In hac parte habemus documẽtum in sensu literali, quòd Remig. tãgit, di. Visa domini maiestate, & duorũ seruorum; Petrus adeo delectatus est, vt cuncta temporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuum vellet manere. Si autem tunc Petrus sic accensus est, quanta est suauitas, & dulcedo videre regem in decore suo, idest interesse choris angelorum, & omnium sanctorum. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum, tangitur discipulorum, cõturbatio. Ad cuius intellectũ sciendum est ex doctrina S. Tho. 3. parte vbi supra, quod conuenienter in trãsfiguratione sicut & in baptismo pater testificatus est naturalem filiationem Christi, dicens. Hic est filius &c. Et ratio est, quia adoptio filiorũ Dei consistit in cõformitate ad naturalẽ filiũ, cui cõformamur imperfectè per gratiã in baptismo, & perfectè per gloriã quæ in trãsfiguratione monstrata est, iõ tãhic quàm ibi, debuit manifestari naturalis Xp̃i filiatio. In baptismo aũt vt dicit apparuit Spiritus sanctus in colũba, q̃a ibi datur innocẽtia, sed in trãsfiguratione apparuit in nube lucida, q̃a cũ gloria dabitur claritas & refrigeriũ ab estu concupiscẽtiæ. Dicitur ergo [Adhuc eo loquente] scilicet Petro [Ecce nubes lucida, i. Spiritus sanctus,] secũdùm Orig. obũbrauit eos] i. occupauit [& vox] paterna, secũdùm Hier. sed tñ angelico ministerio formata [de nube] vt ista vox credatur esse à Deo secd̃m Chry. q̃a semp solet apparere Deus in nube, iuxta illud Nubes, & caligo in circuitu eius [Dicẽs, hic est filius meus] naturalis [dilectus] inquantum Deus: quia summa bonitas, & in quãtũ homo nõ, q̃a summa bonitas, sed q̃a summæ bonus, scilicet inter hoĩes, & angelos, & creaturas [in quo mihi cõplacui], in quo placitum, seu propositũ meum cõplebitur de redemptione generis humani [ipsum audite] Contra videtur quòd hoc debuerit dici in baptismo: quia tunc incepit prædicare. Ad hoc dicit S. Tho. vbi supra, q̃d Christus venerat gratiam quę in baptismo cõfertur dare actu, non autem promittere verbo, econtrario gloriam quæ in trãsfiguratione monstrabatur venerat non dare, sed promittere verbo, ideo congruè dictũ est ipsum audite, scilicet promittentem cœlestia [Et audiẽtes discipuli cecciderũt in facies suas] quod secũdùm Remig. fuit iudiciũ sanctitatis, q̃a sancti in faciem cadere dicuntur, impij vero retrorsum [& timuerunt valde] Fuit aũt cõueniens q̃ timerent, secd̃m S. Tho. vbi supra, ad ostẽdendũ q̃ illa gloria excedit humanum sensum. Sed quare timuerũt? Ad hoc sic dicit Hieron. triplicem ob causam pauore terrentur, vel quia se errasse cognouerant, vel q̃a nubes lucida operuerat eos, aut q̃a Dei patris vocẽ loquentis audiuerant. Humana enim fragilitas conspectum maioris glorię ferre nõ sustinet, ac toto animo & corpore contremiscẽs ad terram cadit. Hæc ille. Euãgelista tamen videtur hoc paternæ voci attribuere, in hoc q̃ dicit, & audientes ceciderunt. Sed quare in baptismo audita tali voce nullus timuit sicut mõ.? Chrys. Quia & solitudo, & altitudo, & silẽtium erat multum, & trãsfiguratio stupore plena, & lumẽ purum, & nubes extẽsa, ex quibus omnibus stupor in eis congregabatur. Hæc ille. Sed si erant grauati somno, vt dicit Lucas: quomodo ita timebant? Ad hoc dñt aliqui, q̃ ille somnus veniebat à magnitudine visionis, quasi velint dicere q̃ sit somnus improprie pro alienatiõne sumptus. Sed forte melius dr̃, q̃ q̃n Christus fuit in monte non subito est trãsfiguratus, sed posuit se i orõne, & iterim illi obdormierũt, & ipse trãsfiguratus est, & deinde illi euigilarũt, & viderũt visionẽ. Istum aũt sensum clarè innuit Lu. 9. In hac parte est documentum literale, vt q̃libet diligenter audiat verba Christi, & eis assentiat, quia hoc nobis cõsulit ille q̃ nec falli, nec fallere põt. Ambr. Crede quia veritas est, acquiesce quia medicus est. Hæc ille.

QVANTVM ad tertiũ tangitur eorũ cõfortatio cum dicitur [& accessit Iesus, & tetigit eos] familiariter ad consolandum, & confortandum [dixitque eis] cõfortãdo verbo, sicut prius fecerat manu [surgite, nolite timere. Leuãtes autem capita sua neminem viderũt, nisi solum Iesum] & hoc rationabiliter secũdùm Hier. quia si adhuc alij duo affuissent testimoniũ patris videretur incertũ, an esset de xp̃o intelligẽdũ, vel de alio [& descendentibus illis de monte p̃cepit

cepit eis Iesus, dicens. Nemini dixeritis visionē, donec filius hominis] id est ipse Christus, sic se vocans, eo quod vnius tantū hominis.i. Virginis sit filius, vel melius causa humilitatis [à mortuis resurgat] Et hoc secundùm Hieron.ne res præ magnitudine videretur incredibilis, & cùm dominus pateretur maius scandalum fieret. Vel secundū Remig. ne populi impedirent eius passionem.


Est autem sciendum, quòd hoc Euangelium legitur in die dicata Beatæ Virgini, quia in sensu allegorico, vel secundū quandam similitudinem, tota secunda pars competit ei.

Pro quo sciendum, quod vt patet ex lib. Metheororū, nubes ex terra & aqua generantur, inquantum virtute solis à terra humectata vapores eleuanť, qui rursus in pluuias, vel aliquid tale resoluunť. Vnde significant viros sanctos, qui de terra fiūt, & super terram per affectum, & contemplationem eleuantur, & deinde spargunt pluuiam doctrinæ, ac miraculorum. Quædam igitur nubes sunt albæ significātes virgines, & quædam rubeæ solis radiis illuminatæ, & inflāmatæ, significantes martyres qui sanguinē ex charitatis ardore fuderunt, quædam vero tenebrosæ maximā pluuiam afferentes, apostolos ac reliquos prædicatores significātes, quædā vero sunt lucidæ, significātes, aut Deum, aut homines participātes deitatem. Hæ autem vt reperi fuerunt tres, scilicet illa quæ castra Dei præcedebat in deserto, quæ in die tenebrosa, & in nocte lucida videbatur, significans deitatē quæ in die, id est eo modo quo maximè est visibilis, Idest quantum in se est hominibus tenebrosa est, sed in nocte.i.in creaturis visa nobis est clara. Secunda vero fuit illa de qua secundum sanctos dicitur Gen. 1. & facta est lux, id est nubes lucida, & significat humanitatē Christi, quia secundùm San.Tho. illa post fuit assumpta ad formam solis, sicut illa humanitas fuit assumpta ad participādum esse Dei in persona Christi. Tertia verò est, de qua habetur hic, & significat beatā Virginem, quæ in participatione deitatis fuit super oēs creaturas eleuata, non solum per gratiam, sed per veram maternitatem, habēdo in vtero verū Deum. Hæc nubes obumbrauit Apostolos splendoribus suarū virtutum & sanctitatis, & de ea venit talis vox. Hic est filius meus.s.ione humanæ naturæ. Fuit .n.vera mater Christi, vt aliàs dictū est, [dilectus] Nam Christum dilexit dulciter, sic q̄ sicut aurum liquescit ad ardorē ignis, ita & anima eius liquefacta est ad diuini amoris ardorem. Et tam dulcis fuit ille amor, q̄ extasim fecit in filio, qui in Cruce sua vulnera oblitus de matre cogitabat; & in matre, quæ stabat in medio carnificum inter arma & cruorem mulier, nec eos expauebat. Dilexit ēt eum fortiter, sic q̄ ei facilius fuit mori, quàm non amare. Nā tempore passionis quidam fuerūt fortes in amore, sed debiles in associatione ad mortem, & similiter in fide, vt apostoli ferè omnes. Quidam quo ad duo prima, sed non quo ad fidem, vt sanctę mulieres. Beata autem Virgo fuit fortis in omnibus. Dilexit ēt eum sapiēter, q̄ patet. Primò, quia nō pepercit teneritudini eius, quin eum duceret ad ea quæ Dei sunt, idē ad templum in diebus festis. Secundò, quia ei nunquam voluit deliberatè, & serio suadere, quin ascēderet pro omnibus patibulū Crucis. Tertiò, quia eidem nunquam suasit vt de Cruce descenderet, quamuis ibi sciret eum grauissimè pati. In quo mihi &c. quia in tota sua vita nihil sibi placuit, nisi Chrs vel propter Christum [Ipsum audite] Hæc est vox Virginis ad Apostolos, quibus suadebat Christi veritatem, vt patet in epistola quam scripsit Ignatio. Discipuli autem corruerunt in terram præ reuerentia tantæ sanctitatis, & nihil viderunt in Virgine nisi solum Iesum, quia s.tantum fuit in eum transformata per amorem, quòd quæcunque eius verba, & facta, & vestimenta amorem Christi redolebant.

In hac parte est documentū in sensu morali. Isti enim discipuli significant eos, qui visa per fidem magnitudine gloriæ, & audita voce præceptorū Dei, & considerata censura, & austeritate sociorum Christi, id est sanctorum, cadunt per pusillanimitatem & desperationem, sed Christus eos confortat tactu Spiritussancti, & verbo suo, dicens. Iugum meum suaue est, & onus meum leue &c. Matth. vndecimo.

Dominica 2. Quadragesima.

Textus Euang. Matth. 15.



GRESSVS Iesus secessit in partes Tiri, & Sydonis. Et ecce mulier Canança a finibus illis egressa clamauit dicẽs. Miserere mei dñe fili Dauid, filia mea malè a dæmonio vexatur. Qui non respõdit ei verbum. Et accedẽtes discipuli eius rogabãt eũ dicẽtes. Dimitte eã quia clamat post nos. Ipse aũt respondẽs ait. Non sum missus, nisi ad oues quæ perierũt domus Israel. At illa venit & adorauit eum dicẽs. Domine adiuua me. Qui respondẽs ait. Non est bonũ sumere panem filiorũ & mittere canib. At illa dixit, Etiã domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadũt de mẽsa dominorum suorum? Tunc respondens Iesus ait illi, O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

EGRESSVS Iesus secessit in parte Tiri, & Sydonis &c. Mat. 15. In præsenti Euãgelio tanguntur tria puncta. quæ sunt, Supplicatio, Continuatio, Impetratio.

QVANTVM ad primum ponitur supplicatio facta Christo à muliere Cananea, cùm dr [Egressus Iesus] de terris Iudaici populi. Nam sicut ex textu Euangelistarũ patet. Christus fuerat reprehensus a Pharisæis, ꝙ discipuli sui aliquando manducabant non lotis manibus, quibus ipse respõdit, ꝙ hoc non erat peccatum, nec reddebat hominem coinquinatum, coram Deo, quãuis non negauerit esse quandam inciuilitatem, quam tñ in Chr̃o notare nõ potuerũt. Illi aũt scandalizati fuerunt, & Christus eos acriter reprehendit dicens, quod erãt hypocritæ facientes grauem casum de minimis, non aũt de magnis. Et tandem vt ex deuotione Gentilium ostenderet quãta esset iniquitas Iudæorũ, egressus est ab eis & [secessit in partes Tiri, & Sydonis] quæ secũdùm Remi. erant ciuitates Gentilium, quia Tirus fuit Metropolis Cananęorũ, & Sydon erat terminus, vt idem dicit. De his ciuitatib. vide Dñica 12. post festum Trini. Sed contra arguit Chrys. quia hoc vr̃ esse contra illud præceptũ Mat. 10. in viã gentiũ ne abieritis, vbi prohibuit Apostolis, ne gentib. prædicarent. Et soluit idẽ Chry. dupliciter. Primò. s. quia ipse non erat subiectus illi præcepto. Et ex hac solutione prima Chry. haberi põt ꝙ Christus non fecit quæcunq; præcepit. Quod aũt dr̃ Actuũ 1. Cœpit facere. & docere, intelligitur ꝙ cœpit facere oĩa quæ docebat, si erant congruentia personæ, & statui suo. Sedõ soluit. quia nõ iuit ad ꝑdicandũ. Vnde & Mar. 7. dr̃, ꝙ ingressus domum neminẽ voluit scire, nõ voluntate beneplaciti q̃ semper implet, sed signi, quia inhibuit discipulis ne eũ manifestarẽt. Et tamẽ vt idẽ dicit non potuit latere. s. ꝑtãte congruẽtiæ, secus ꝑtãte absoluta. Ad quid vero iuerit docet Remi. dicens ꝙ iuit ad sanandũ Tiros, & Sydonios, vel filiã huius mulieris, vt per eius fidem cõdemnaret Pharisæorũ, & Scribarum nequitiã. De hoc tamẽ plura habentur Dominica vbi supra: ita ꝙ aliter solui põt [& ecce mulier Cananæa] Cananæi terram promissionis incoluerunt ante Iudæos, sed ab eis partim fuerunt occisi, partim in seruitutem redacti, & partim in terra promissionis relicti in aliquib. locis quæ euertere aut nõ potuerunt, aut neglexerũt. Samaritani autem eandẽ terrã incoluerunt post Iudæos. i. post captiuitatem decem tribuum missi à Nabuchodonosor rege Babylonis. Hæc autem mulier fuit Cananæa, & non Samarites. Et secundùm Beatum Mar. fuit syrophenissa genere, id est de Syria phænicis. Est enim Syria nomen generale prouinciæ, phęnix autem nomen cuiusdam specialis contratæ, ideo dicitur syrophenissa de tali contrata, vel parte Syriæ oriunda. Quidam tamen vt recitat Magister histor. legunt Tyrophęnissa, vt in hoc exprimatur patria & regio, quia sic erat de phęnissa regione quòd etiam erat de Tyro ciuitate, sicut & Dido [A finibus illis egressa] Christum enim sequebatur in via, vt impetraret sanitatem filiæ Marcus, tamen

dicit

dicit quod ad Christum accessit existente in domo, quod verum est primo secundum Augu quia tamen eam ibi nō exaudiuit, sequebatur eum in via. Chryso. Chananaei qui expulsi fuerant vt nō peruerterent Iudaeos, hij Iudaeis apparuerunt prudentiores, vt exirent à terminis suis, & accederent ad Christum. Cùm autem haec mulier accessisset nihil aliud quā misericordiam postulauit. Haec ille. Vnde sequitur [clamauit] tanquā vehementer anxiata [dicens Iesu] [miserere mei domine fili Dauid] & in hoc secundū glos. ostenditur magnitudo fidei eius, quia Christū confessa Deum di. Miserere mei Domine. Non enim dicimus miserere mei ad sanctos, sed ora pro me beatae Paulae, aut Petrae, ad Deū autem, miserere mei secundum S. Tho. vnde etiam vt dicit. 4 dist. 15. q. 4. ar. 6. quaestio. 2. ad primū, non dicimus, Christe ora pro nobis, licet inquantum homo oret, sed Christe miserere nostri quia Christus supponit suppositū ęternū cuius nō est orare, & ēt ad euitandū errorē Arrij, vt dicit ibi. & iterum in dist 45. q 3. ar. 2. ad tertiū. Quāuis etiā dici possit ꝙ eo tēpore tali modo loquendi etiā ad homines puros misericbantur. Et hominē cùm subdit, fili Dauid. i. Christi. Nā vt elicitur Matth. 12. Iudaei Christū quē ex Dauid semine expectabant, appellabant antonomasicè filiū Dauid. Et vt magis eum ad misericordiam flectat, fundit [filia mea male à daemonio vexatur] In hac parte documentū est, quòd Orige. tangit dicens. Vide prudentiā foeminae. Non iuit ad homines seductores, nō quęsiuit inanes ligaturas, sed oēs relinquens diaboli cultus, venit ad domū. Haec ille. Est & aliud, quia ista mulier petens misericordiam, non dixit miserere mei Deus, sed, fili Dauid. Licet enim Deus semper fuerit misericors, tamen quātum ad effectū (& si non in se) magis fuit postquā filius Dauid sumpta humanitate effectus est, quia oleo Spiritussancti fuit sic inūctus vt effectus sit mollis, & māsuetus. Esa. 61. Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. Illa vnctio mollificauit quatuor olim durissima, & inflexibilia. s. coelū qui nullū hominē volebat suscipere, & angelū qui nullā animā volebat in coelū portare, & Deū qui humanū genus sibi nolebat recōciliare, & mortē quae bonos & malos ad inferos deducebat. Et quia hominibus erat odiosa nunc est sanctis amicabilis prae mansuetudine; & nulli eorum dominatur. Itaque confidamus valde in Christo secundū illud Haeb. 4 Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae eius, id est gratiosum.

QVANTVM ad secundū tangitur perseuerantia mulieris in petendo, Christo eā nō exaudiente statim. Vnde subdit [Qui nō respondit ei verbū] non ex superbia, vel indignatione, sed vt nobis ostēderet patientiā & perseuerantiā mulieris secundum glo. Hiero. autē ait Non autē de superbia pharisaica nec Scribarū supercilio. s. haec proficiscebantur, sed ne ipse sententiae suae cōtrarius videretur, per quam iusserat in viam gentiū ne abieritis. Nolebat enim calumniatoribus occasionē dare. perfectamque salutem gentiū passionis & resurrectionis tēpori reseruabat. Haec ille Et tertiò nō respondit ei verbū, vt desiderium mulieris accēderet. Et quartò quia volebat discipulos pro ea exorare, ad significandū quòd peccator aliquādo indiget sanctorū orationibus ad veniā promerendā. Et quintò vt eius orationis instantiā commendaret, & nos ad idem prouocaret exemplo [Et accedentes discipuli] Hiero. Vel quia ignorabant mysteria domini, vel quia fuerant misericordia moti, vel quia voluerunt eius importunitate carere rogabant eū dicentes [dimitte eam] secundū Chry. voluerunt dicere vt exaudiret eam, sed per contrarium sunt locuti. Vel possumus dicere quòd locuti sunt propriè vt eā dimitteret s. consolatam, ac si diceret. Expedias eā dādo quod petit [quia clamat post nos] quasi di. Non recedet nisi exaudiatur [Ipse aūt respōdens ait] In domo nihil dixerat propter calūniatores Iudaeos, ne ei improperasset ꝙ Gētiles curabat, vel docebat. Non fuit missus. i. ad curādū. & praedicandū personaliter secundum Rem. Vel nō sum missus primo principaliter secundum Hier. sed secus ex rationabili & particulari cā [nisi ad oues quae perierūt domus Israel] Iudaei olim fuerūt oues de quibus Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, sed modo sunt effecti canes de quibus Psal. Circūdederūt me canes multi Aliquando tū Christus gētibus praedicauit vt Samaritanis. Ioan. 4. ad significandū ꝙ etiā in gentibus ecclesia fundaretur, sed ad eas Christus non accessit personaliter, nisi per trāsitū vel ex alia speciali causa. Ad eas autem accessit

cessit per Apostolos suos post passionē,& resurrectionem. suam[At illa venit]quādo scilicet videbatur angustiata recedere,scd'm Chrys.[& adorauit eū,dicens] Dñe adiuua me.Chry.Instat Chananitidis, pseuerantер, primo filiū Dauid,deinde dūm vocat,& ad extremū Deū adorauit Hæc ille.Sed quātò plus illa petebat, tanto plus Chrs negabat, vt accederetur eius desideriū , & perseueрā-tē patientiā manifestaret. Vnde sequitur [Qui respondens,ait.Non est bonum]; regulariter & vniuersaliter [sumere panē]id est doctrinam & miracula [filiorum]id est debitū filijs seu Iudæi scd'm gloss.generalis,& educatis sub cultu vnius Dei,cuius filij dicebantur[& mittere canibus]ideft Gentilibus cuiusmodi erat ista,qui secundū Hilariū canes dicti sunt,q̄a esui sanguinis dediti erāt, velut canes. Chryso. Vide etiam mulieris prudentiam qualiter , neque contradicere ausa est , neque tristata est in aliorum laudibus, neque molestata est in proprio conuicio.Hæc ille.Vnde sequitur[At illa dixit. Vtique Domine]id est bonum est aliquando, scilicet in casu date panem filiorum canibus propter petentis deuotionē,vel in signum fundationis ecclesię in gentibus futuræ.Et in hoc se canē vult appellari non contradicentes Christo [Nā & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorū suorum] Vnde se minus q̄ canē, idest catellū, seu paruū canē dicit,scd'm Chry.Iudæos autē plus q̄ filios,i.dominos.Ac si dicat,scd'm eūdē.Si canis sum,tñ nō sum aliena.Canem me dicis, ergo nutri me vt canē,Non possū relinquere mensam domini mei. Hæc ille . Vnde scd'm Hier.siquis consideret verba & gesta huius mulieris videbitur suisse magnę fidei in credendo,& patientiæ in tolerando repulsam, & humilitatis vbi micis,seu reliquijs se contentā dicit.Est autem mica,parua,seu minima reliquia vel fragmētū panis. Sed quare ita rigidus stetit fons pietatis Christus hucusque?Ad hoc dicitur primo secundū Chryso. q̄ hoc fecit ad nostrā vtilitatem , quia sciebat mulierem ita esse dicturam vt dixit,& secundo iuxta Hiero.ne daret Iudæis cām calumniandi , vt dictū est.

In hac parte est documentum morale,vt si quid vis obtinere à domino, non statim desistas in prima vice si non exaudiaris.Vnde Grdecgo.26.moral. Nemo q̄a tardius auditur , credat quod à superna cura negligatur. Sæpe enim nostra desideria quia celeriter fiunt,non exaudiuntur quod impleri cō citè petimus ex ipsa melius tarditate prosperatur.Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur impetratio quā fides,humilitas,patiētia, & perseuerantia meruit.Vnde dr[Tunc]visa omni eius virtute[respondens Iesus]fons pietatis & clementiæ,qui omnes cupiebat a se discedere consolatos[Ait illi, O mulier magna est fides tua . Fiat tibi sicut vis]ac si dicat scd'm Chryso. Fides tua maiora his audire potest, verum interim fiat tibi sicut. Hæc ille [Et sanata est filia eius ex illa hora] quia Christus tanquam Deus vbique est,& vbique operatur.

In hac parte est morale documentum, q̄ mulier, id est persona cuius filia, id est anima vexatur à diabolo per peccatum mortale,non debet confidere tantum in auxilio Apostolorum,id est seruorum Dei,sed ipsamet debet adire Christum, & misericordiā petere. Chrysosto.Intendant qualiter Apostolis non impetrantibus impetrat illa,tam magnum quid est instantia orationis.Et.n. pro nostris noxi à nobis vult magis rogari, quam ab alijs pro nobis.

Allegoricè autē ista mulier significat ecclesiam sanctā, vel humanam dignitatem , quæ ex ipsa sua humilitatem supplicat Christo,ne per idolatriam & varia peccata vexetur à diabolo sua filia,id est Gentilitas, quā tandem Christus curauit quantum ad sufficientiam per suam passionem.

Anagogicè vero,significat ecclesiæ triūphantē quæ supplicat pro filia, i.pro militāte,vt eā Deus educat d' hoc sæculo i quo eā multipliciter p culpas,& pę.a diabo.vexat.

Moraliter verò significat quamlibet personam supplicantem pro anima, vel etiam ipsam ecclesiam cuius singulæ animæ sunt filiæ generatæ per baptismū quæ lamentabiliter plorat peccata & transgressiones animarū . Anima autem peccatrix aliquando vexatur malè dū in psperis est intēperans, & i aduersis impatiēs.Aliqñ aūt peius i peccatis.s.superbiæ,auaritiæ,& luxuriæ,quia si eut colligi ex dictis Salomonis tria sunt q̄ non sinunt hominem quiescere in domo sua.s.fumus.i.superbia, & stillicidiū.i. auaritia quæ.stillat anxietates varias in cor, & mala

mala vxor.i. concupiscētia carnalis. Aliquādo pessime quando s.iam consueuit peccare, quia secundùm Aug. consuetudo est fortissima catena, necessitans ad malum.

Feria 2.post Dominica 2.in Quadragesima.

Textus Euang. Ioan. c.8.



Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos nō potestis venire. Dicebant ergo Iudęi. Nūquid interficiet semetipsum? Quia dicit quo ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos deorsum estis, ego de supnis sū. Vos de mūdo, ego nō sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis, q̄a moriemini in peccatis vestris. Si.n.nō credideritis q̄a ego sū, moriemini i peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu q̄s es? Dixit eis Iesus. Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis & loqui & iudicare. Et qui misit me, verax est. Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerūt, quia patrē eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus. Cū exaltaueritis filiū hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et q̄ me misit, mecū est, & non reliquit me solū, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

Ego vado, & quæretis me. Ioan. 8. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Comminatio, interrogatio, prænunciatio.

Quantum ad primum. Christus comminatus est Iudęis si non crederent quia est, magnā pœnā, id est mortē in peccato mortali, & consequenter gehennā. Dicitur ergo [Dixit Iesus turbis Iudæorū] in publica prædicatione [ego vado] ad cœlū per mortē secundū Bedā. Vado inquā.i.nō impellor aut trahor, sed sponte vado.i. morior. Vado inquam de præsenti.i. in proximo est vt vadā [& quæretis me] Contra, q̄a si quæsiuissent, quomodo dicitur quòd morientur in peccato vt sequitur? Ad hoc dicitur secundū Chry. & Aug. q̄ non erant eū quæsituri desiderio, sed odio: quia cū post mortē persecuti sunt in membris, sicut ante mortē in persona, occidendo Apostolos, & de ciuitate in ciuitatē persequendo [& in peccato vestro] in singulari secundū Bedā: vt ostendatur q̄ illud scelus erat omnibus commune. s. infidelitas [moriemini] Contra: quia multi eorū crediderunt in eū, vt post dicit Chry. quòd iste sermo ad illos dirigebatur, quos nouerat Christus non esse credituros. Vel potest dici q̄ loquitur comminatoriè & cōditionaliter. s. si non pœniterent. Vel aliter secundū Chry. [quæretis me] .s. tēpore destructionis Hierusalē oppressit [& non inuenietis] quia non ferā vobis auxiliū. Erant enim tempore illius destructionis quidam memores Christi, quia facta est circa 13 annum à passione eius, & poterāt cogitare quod propter sanguinē Christi desolabatur ciuitatis infidelis. [Et in peccato vestro] .i. in infidelitate, vel scelere mortis meæ [moriemini] mort e. s. a'iæ & corporis, & morte gehennæ. Dicitur aūt quis in aliquo peccato mori, vel quia in eo sine pœnitentia finit vitā, vel quia p̄p impunitionē eius moritur in peccato & ita sit mori propter peccatū. Et vterq; sensus congruit in proposito. Et nota quòd Christus mortuum pro peccato, scilicet delendo, sancti aūt moriuntur in peccato illud in se mortificando, scelerati vero in peccato ei subijciēdo, sicut vestitus moritur in vestimento, vel in peccato, idest propter peccatū. Est etiam notandū secundū S.Tho. quòd si intelligatur hoc de morte corporali, In peccatis suis moritur, qui vsque ad mortē in illis perseuerat. Si vero intelligatur de morte peccati de qua in Psal. Mors peccatorū pessima, hanc mortem præcedit quædā infirmitas, sicut & mortē corporalē. Nā quandiu peccatū est remediabile, est quasi q̄dā infirmitas,

tas, sed quãdo est irremediabile simpliciter vt post hanc vitã vel quo ad ipsum vt peccatũ in Spiritumsanctũ tunc causat mortẽ. 1. Io. 5. Est peccans peccatũ ad mortẽ, nõ pro illo dico vt roget quis: vt secundũ hoc pronunciat dominus Iudæis infirmitatẽ peccatorũ esse ad mortẽ. Hæc ille. Est vero notandum pro his quod vt elicitur. 2.2 q. 83. ar. 7. ad tertiũ, immo vt ibi expressè dr, orationes nostræ non habent efficaciã in præscitis vt saluentur sed solũ in prædestinatis, & ideo dicitur. 1. Ioan 5. Qui scit fratrẽ suum peccare peccatũ non ad mortẽ, petat & dabitur ei vita peccanti peccatũ non ad mortem &c. Sed quia reprobatos à prædestinatis hic distinguere non possumus, secundũ Aug. de cor. & gra. quandiu viuunt orationis suffragiũ nullis subtrahẽdũ est. Hæc ille. Dupliciter ergo scitur aliqs peccare peccatum ad mortẽ. s. quia scitur dãnatus, vel quia scitus præscitus ex reuelatione Dei, & neutro modo pro eo orandum est. Quod ergo videtur Sanctus Thomas hic dicere nõ esse orandum pro peccante in Spiritumsanctum idest per finalẽ impœnitentiã intelligendũ est, si sciatur quod in tali impœnitentia sit moriturus, non aliter, sicut. 1. Reg. 16. dixit dominus Samueli. Vsque quo tu luges Saulẽ cũ ego abiecerim eum. Lugebat autẽ eũ, qui nesciebat an Deus illũ comminatoriẽ, vel diffinitiuẽ repulisset.

Sed contra, quia videtur dominus ei prædicere suã damnationẽ, & consequenter cogit eos desperare. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo quod hoc non fuit prædictum secundum Chry. absoluté, sed comminatiuè, vel conditionaliter, si non reliquissent propositum in quo erant. Et sic intelligitur illud Ionę 3. Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur. Et similiter etiam cuicunque reuelaretur φ esset dãnandus, intelligeretur secundũ Sanctum Tho. conditionaliter, si moreretur impœnitens. Secundò, secundum Sanctũ Tho. φ dominus generaliter loquebatur omnibus, non autem alicui singulariter, ideo oẽs habebant quidem timere, sed nullus debebat desperare [quo ego vado] ibat enim ad gloriam [vos non potestis venire] non poterant secundũ Chrys. vel quia non volebãt, vel quia nõ poterat tales, quales erant. Vel secundum S. Tho. & idem est, quia nolebãt & quia impediebantur a cœlesti gloria, ratione contrarietatis, propter sua peccata, sicut & Petrus & quilibet iustus viator ratione imperfectionis, quia scilicet erat peregrinus in carne, quando ei dictum est Ioan. 13. Non potes me modo sequi. Audiis autem his carnaliter iuxta suam consuetudinẽ secundum Aug. cogitauerunt [Dicebant ergo Iudæi. Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit quo ego vado vos nõ potestis venire] Hoc autem dupliciter exponitur. Vno modo secundũ Aug. vt sine ratione loquerentur. Vnde ait. Stulta verba & omnino insipientia quid enim, non poterant illi venire quo ipse perrexisset si interficere semet ipsum, nunquid ipsi non erant morituri. Ergo, ego quo vado dixit nõ quo irut ad mortem sed quo ipse ibat post mortẽ. Hæc ille. Alio modo secundum Orig. vt aliqua sint ratione locuti. Quia enim scripturæ & præcipuẽ Esa. 53 dicunt quod Christus traderet animam suam in mortem, audierant quod sua voluntate & propriã potestate Christi anima relinqueret corpus. Et quia suspicabantur quod Christus iste esset, hoc voluerunt illis verbis significare, sed in dedecus Christi, non dixerunt nunquid quando ipsẽ voluerit eius anima exibit, quod vtrique ipsi facere non poterant, sed [nunquid interficiet semetipsum] Et dicebat eis [vos deorsum estis] i. terrenã habetis originem, & sola terrena sapitis, unde uerba mea spiritualiter intelligenda semper carnaliter intelligitis [Ego de supernis sum] idest à patre quo nihil superius, secundum Aug. ideo sursum uado habens cœlestem à patre originẽ & hoc secundum deitatem, à Spiritusancto autẽ, immo à tota Trinitate, & non solũ ea ratione qua omnis creatura à Deo est, sed etiam spirituali ratione, quia illud humanum corpus formatum non fuit ut cæterã, sed sine viri semine de Spiritusãcto, ideo dicit de supernis in plurali, quia pater, & filius, & Spiritussanctus sũt plures superni adiectiuè, licet vnus supernus substantiuè. Si tamen dicatur esse de solo patre, dicitur de supernis, sumpto plurali pro singulari Vel sumendo totum pro parte, quia Deus pater est quidem supernus spiritus, sed cũ eo etiam Angeli dicuntur superni. Alia tamen litera habet de supernus sum. Exponit autem quomodo essent deorsum, dicẽs [Vos de mundo hoc estis] quia postmodum creati

el fuerant secundum Bedā. Omne enim qđ non fuit factum in principio, est factum per ea quę tunc facta sunt, vel secundum totū, vel secundum partē. Vel quia habebant mundanas affectiones secundum Chryso. [Ego nō sum de hoc mūdo] quia per ipsum factus est mundus secundum Bed. Vel quia nō habebat mundanos affectus secundum Chrysosto.

Hic autem duplex est cauendus error ex istis verbis insurgens. Primus est Apollinaris, qui dixit quod corpus Dñi de cęlis fuit allatū, & idē sensit Valentinus. Secūdus est Manichæorū qui dicunt duas esse creationes, vnā boni Dei qui inuisibilia creauit. Alterā diaboli, qui creauit visibilia. Vnde dixerūt Christum non habuisse veram carnē, ne videretur aliquid habere a diabolo creatore visibiliū, sed phantasticam, nec vere comedisse, aut bibisse, sed apparenter tantum. Contra primū errorē arguitur, quia eodē modo Apostoli habuissent cœlestia corpora, vt dicit Theo. quia de eis dicitur Ioā. 15. Vos non estis de hoc mundo. Contra secundum arguitur ex 1. c. Gen. vbi narrantur visibilia esse à Deo creata. Ad motiuū autem eorum dicit S. Tho. & est mens Theo. quod in scripturis, esse de hoc mundo aliquis dicitur dupliciter. Vno modo, quia habet mundanā originem. Alio modo, quia habet mundanam affectionē. Primo modo vere fuit de hoc mūdo Christus inquantū homo, & quantū ad originē passiuā siue maternā, quia originē de Virgine traxit. Nō aūt secūdo modo neque Christus neq; aliquis sanctus. Nihil n. sancti amant in mundo sicut vltimū finē, immo dicūtur non esse in mūdo, isto modo, quia nr̃a cōuersatio in cęlis est Phil. 3. Neque in carne, quia qui in carne sunt, Deo placere nō possunt. Ro. 8. Vel aliter dicitur, quia Christus secundum duplicē suā naturā. s. diuinā & humanā, duplicē habuit originē. s. a patre cęlesti, & à matre, sed quia mater sola non potuit generare, sed necessaria fuit virtus Spiritussācti, ideo secundum vtrāq; originē Chr̃s fuit de supernis saltē quantū ad principium effectiuū, quia quod actiuè facit in alijs hominibus sperma masculinū, hoc fecit, ī Christo Spiritussanctus [Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris] in plurali, quia infidelitati, vel morti Christi addiderūt multas alias iniquitates. Et ne illi qui erāt postmodum credituri desperarent, addidit secūdum Chrys. [Si enim non credideritis, quia ego sum] scilicet per essentiam, quæ est ipsum esse primum, quod est Deus: Creaturæ enim non sunt per suam essentiam, sed per esse superadditū essentiæ & participatū. Per hoc ēt quod dicit sum, & non fui, ostendit suā æternitatē: quā Aug. ostendit exēplo ignis, quia nō pōt esse sine splēdore, & virgulti nascētis super ripam aquæ, quod nō posset esse sine imagine, & similiter nec Deus pater sine suo verbo, alioquin nihil intelligeret [Moriemini in peccato vestro] per excellentiā dicto, idest infidelitate vestra, vel i scelere meę mortis, quam ex infidelitate cogitatis. In hac parte est morale documētum, quod multi tarde quærūt Christū, & ideo nō inueniūt, quia iusto Dei iudicio permittitur quod perfectè non quærant. Vnde Greg. Qui nō vult cùm potuerit, iustum est vt infligatur ei nō posse cùm voluerit. Hæc ille. Et intendit quod cū non possumus sine Dei auxilio perfectè quærere Deū, aliquando Deus non vult illud auxiliū dare, & dicitur infligere nō posse, quia. s. nō dat posse. Si tamen quis perfectè vellet, iā posset, quia velle benefacere nō solū est posse, sed ēt est facere benè. Aliqui tamen volētes benefacere non possunt, quia nō perfectè volūt, nec possunt perfecte velle, supposita sua indispositione, & diuina desertione. Est & aliud, quia incedētes per viā contrariā viæ Christi, vt isti Iudæi, quo ipse vadit, ire non possunt, nisi viam mutent. Iuit autem Christus per viam humilitatis & paupertatis, & puritatis, & obedientiæ, & patientiæ, & omnium virtutum.

QVANTVM ad secundū ponitur interrogatio Iudæorū volentiū scire, vt dicit Aug. in quē credere deberent, ne in suo peccato morerētur, cū dr̃ [Dicebāt ergo ei, tu quis es] quasi dicerēt secundum Aug. Dicis indeterminatè, quia tu es, quis ergo es tu? .i. secundū Chry. cuius authoritatis & sapientiæ es, vt credamus tibi sicut suades [Dixit eis Iesus. Principiū] s. sum. i. Deus [quia & loquor vobis] quia sum factus verus hō. Est aūt notādū quod cū de rōne principij inquātū principiū, sit ue sub rōne principij primi sit quod nō sit ab alio, & alia sint ab ipso, solus pr̃ cęlestis isto modo d. in natura diuina primū principiū i. principiū nō de principio. Vñ & secundum Diony. 2. de di. no. est fons deitatis Filius āt dr̃ principium non quia non sit ab alio, cùm

sit

sit a patre, sed quia alius est ab illo. s. Spiritussãctus, cuius pater & filius sunt vnũ principiũ, vnde est principiũ de principio. Spiritussanctus aũt nullo modo est principiũ in natura diuina, quia nulla persona est ab eo, & ipse est ab alio, sed tamen est principium primũ respectu creaturarum, sicut & tota Trinitas. Appropriatur tñ nomẽ principij effectiuè patri, qui non est ab alio exemplariter. Tho. 1. par. q. 46. eo ꝙ sit sapientia patris, per quã agit sicut artifex per artẽ, vel per conceptionẽ suã, & hoc ad excludendũ errorẽ eorũ qui dixerũt eũ esse purã creaturã. Si enim hoc esset, non posset esse principium creaturarũ [Multa habeo vobis] sine ly de, vt quidã textus habent [loqui] ad eruditionem vestram, quæ si credere nolueritis multa habeo [& iudicare] Sed cõtra, quia filius non iudicat quẽquã. Ad hoc dicit Aug. ꝙ aliud est iudicare, aliud habere iudicare, id est habere potestatem iudicandi. Primũ non conueniebat tunc Christo, sed benè secundum [Vel multa habeo de vobis] vt alij textus habent [loqui & iudicare] in futuro iudicio, vt dicit Aug. Dicit autem S. Tho. quod loqui vobis, est loqui ad vestrã vtilitatem, non autem loqui de vobis, sed est loqui ad iustitiam Dei. Sed quare tunc non iudicabat? Respondet ipse dicens [Sed q me misit verax est] immo veritas, & consequenter scd'm Chrys. expectat diẽ quam statuit, & prius vult redimere mundũ, sicut promisit: scd'm Theo. Et si vos infideles estis tñ pater meus verax est, qui diem stabiliuit, in qua vobis retributio fiet. Hæc ille [Et ego q̃ audiui ab eo] id est accepi per æternã generationem inquantũ Deus, aut per beatificam visionem inquantũ homo comprehensor, aut per sciẽtiæ infusionẽ inquantũ homo viator. Quæ inquam sic accepi loquenda [hæc loquor in mundo] quæ scilicet non ad cõdẽnationẽ, sed ad saluationẽ ꝑtinent.

Hic habemus morale documentũ vt admiremur patientiam Dei, quia cum multa habeat iudicare de nobis, patiẽter expectat. An ignoras ꝙ benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Ro. 2. Et timeamus iudiciũ futurum. Nam vt dicit Valerius Maxi. lento quidem gradu ad sui vindictam diuina procedit ita, sed tarditatem supplicij grauitate compensat.

QVANTVM ad tertium tangitur quædã prænunciatio, qua Christus prænunciauit eis, scilicet ꝙ post mortem suam cognoscerent aliqua quæ tunc non cognoscebant. Dicitur ergo [Et non cognouerunt] scilicet Iudæi [quod patrẽ eius dicebat Deũ] scilicet esse, vt cum dicebat qui me misit. Sed tamẽ secundũ Augu. propter quosdam quos ibi Christus videbat postea credituros subditur [Dicit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis] in Cruce eleuando [filium hominis] & non hominũ, id est Christũ, qui ex vna homine sola, id est Virgine conceptus est. Vel filium hominis se ex humilitate dicit [tunc] scilicet me patiente, cùm sol obscurabitur, & petræ scindentur, & reuertemini percutientes pectora vestra, vel tunc, id est post resurrectionem secundum Chry. [cognoscetis] aliqui vel omnes secundum S. Th. per miracula visa, & pœnam à Deo per Romanos inflictam [quia ego sum] primum & simplex esse, & verus filius Dei. Prædicantibus enim Apostolis aliqui sunt conuersi, & ista cognouerunt per fidem. Et quia dixerat ego sum, ne quis per hoc crederet quod non esset ab alio, subiungit [Et a me ipso facio nihil] quasi di. Secundùm Augu. A me ipso non sum. Nam vnumquodque eo modo quo est, eo modo operatur. Filius autem non est à se, sed à patre, ideo à se nõ operatur, vnde Ioan. 5. Non potest filius à se facere quicquã [Sed sicut docuit me pater] communicando mihi sapientiã, nõ expellendo ignorantiã. Filius enim Dei nunquam fuit ignorans, cùm sit sapientia genita ab æterno, sed tamen pater dicitur eum docuisse, quia ab æterno communicauit ei essentiam seu deitatem, quæ est idem, quod sapientia Dei, quia ibi omnia sunt vnũ simplicissimum. Sic autem docuisse est doctũ genuisse. Vel sicut docuit me, id est doctrinã tradidit in mea conceptione tã inditã, quã beatificã [Et qui me misit] per incarnationem, scilicet Deus pater, & Spiritussanctus [mecũ est] per essentiæ, & naturæ, & voluntatis identitatem. Vnde non sum ei contrarius vt putatis. Et in hoc ostendit Christus quantũ erat securus. Nos nec in vita nec in morte nec post mortẽ sumus securi, sed Christus fuit in omnibus securus, q a pater fuit cũ eo ĩ vita, mirãda ꝑ eũ faciẽdo, & in morte dæmones per eũ debellando, & post mortẽ, ipsum resuscitando [Et non relinquit

quit me solum] etiam in quantum homo
sum, quia semper virtus & gratia eius mihi
assistit, & hoc [quia quæ placita sunt ei fa-
cio semper]ac ꝑ hoc nūquā me eius gratia
derelinquit. Christus.n.nihil vnquam faciē-
dum omisit, nihil negligēter egit. Psal. Exul
tauit vt gigas &c. Nihil etiā aliquando con
tra Deum commisit. Vel ly, quia secūdum
S.Thom. non ponitur pro causa meritoria,
sed ꝑ signo, quasi diceret. Hoc ipsum quod
semper sine intermissione facio Deo placi-
ta, est signum quod non me derelinquit. In
hac parte est morale documentum. ꝙ Deus
amicos suos nunquam deserit, nisi desera-
tur ab eis. Vnde ipse de viro iusto loquitur
in Psalmo. Quoniam in me sperauit libera-
bo eum, protegam eum, qm̄ cognouit no-
men meum. Clamabit ad me, & ego exau-
diam eum, cum ipso sum in tribulatione,
eripiam eum & glorificabo eum. Est &
aliud. Christus.n voluit crucem in ea exal-
tandus scandere, pro tanquam magistra-
lem cathedram, in qua docuit nos lectio-
nem magnæ pietatis ad parentes, dum ma-
trem cōmendauit discipulo. Et magnæ cha
ritatis ad inimicos, dum orauit pro suis oc-
cisoribus. Et magnæ cōpassionis ad ipsum
patientē, dum discessum propinquorum, &
discipulorum tādem dixit, se etiam à patre
derelictū, vt videbatur & nihil ei restabat ni
si sola mater, cuius dolor & gemitus forte
erat ei grauior vulneribus proprijs. Et le-
ctionem magnæ deuotionis ad Deū, dicēs.
Pater in manus &c. in quo significabat ho-
minē in morte omissis omnibus debere so-
lū de sua aīa curare. Et secūdo ascēdit cru-
cem tanquam specula, i. turrim custodiæ, in
qua clamat nobis viatoribus vt caueamus
ab hostibus. Et ibi clamauit clamore vali-
do, s. oris & lachrymarum, vt patet. Hebre. 5.
Et clamore sanguinis melius clamātis quā
Abel. eiusdē. 12. quia. s clamabat misericor-
diā vt ille vindictā. Et clamore etiā cordis
quod aperto latere patefecit. Et tertio tan-
quam spectaculum, vnde nos tāquam aues
euolātes, ad se reuocet, ostensa carne cruē-
ta. Et quarto tanquā passiliū in quo anti-
quo more, omnia perdita bona, inuēta esse
monstrauit, gratia Dei, & facultatem rein
trandi ad regnum cœleste. Olim enim con-
sueuerant inuenta suspendi in passilio, vt
ea viderent qui ea perdidissent. Amen.

Feria 3. post Dominicam 2. in Quadragesima.

Textus Euang. Matth. c. 23.



LOCVTVS est Iesus ad
turbas & ad discipu
los suos, dicens. Su-
per cathedrā Moysi
sederunt Scribæ &
Pharisei. omnia er-
go quæcunque dixerint vobis, serua
te & facite. Secundum vero opera
eorum nolite facere. Dicunt enim,
& non faciunt. Alligant autem one-
ra grauia, & importabilia, & īponūt
in humeros hominum : digito autē
suo nolunt ea mouere. Omnia vero
opera sua faciunt vt videantur ab ho
minibus. Dilatant enim philateria
sua, & magnificant fimbrias. Amant
autem primos recubitus in cœnis, &
primas cathedras ī sinagogis, & salu
tationes ī foro, & vocari ab homini-
bus Rabi. Vos autem nolite vocari
Rabi. Vnus est.n. magister vester.
Omnes autem vos fratres estis. Et
patrē nolite vocare vobis super ter-
rā: Vnus est enim pater vester, qui in
cœlis est. Nec vocemini magistri,
quia magister vester vnus est Chri-
stus. Qui maior est vestrum erit mi-
nister vester. Qui autem se exaltaue-
rit humiliabitur, & qui se humilia-
uerit exaltabitur.

LOCVTVS est Iesus ad turbas & ad di-
scipulos suos &c.] Matth. 23. In præsen-
ti euāgelio Christus vult prælatis dare tres
regulas. Prima est ꝙ subditos verbis, & exē
plis instruant. Secunda quod sibi ipsis for-
tia, & subditis leuiora imponant. Tertia ꝙ
de potestate sibi collata non glorientur vel
superbiant. Cōtra primā faciunt prælati ver
bosi, & contra secundam superstitiosi, & cō-
tra

tra tertiam ambitiosi. Igitur in codē præsenti euangelio tanguntur tria puncta, q̄ sunt admonitio, reprehensio, & exhortatio.

QVANTVM ad primū tangitur admonitio. quia Christus admonet discipulos & oēs fideles, vt qñ prædicator benè dicit, & malè facit, doctrinæ, & non operibus attendamus. Pro quo sciendū est, ꝙ qñ Saluator ista dixit, Scribæ & pharisei magnas persecutiones ostēdeiāt contra eū, detrahētem doctrinæ, & miraculis, & vitæ eius. Et sicut dicit Chrys. peccabant ex malitia, & erant incorrigibiles. Christus ergo dicebat publicè eorū iniquitates, quia auertebāt populum à fide. Dr ergo [Loquutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos dicēs. Super cathedram Moysi] Ista cathedra dupliciter accipit. Moyses.n. fuit doctor populi & iudex, & sic duplicē habuit cathedrā.s. docendi, & iudicandi. Sedere ergo super cathedrā Moysi, secundā est succedere ei in auctoritate iudicandi populū, sicut successerūt q.dā Scribæ, & pharisæi. Nā à tēpore Moysi fuerint constituti a Deo 70. senes ætate, & sciētia prouecti, q eū Moyse haberēt curam populi. Et dicebat iudices ordinarii, q a ad ipsos fiebat recursus in dubiis causis, & sine eis magnæ causæ nō tractabant. Et istud apud Iudæos fuit obseruatū q̄diu fuerūt in sua ptāte, vt patet in lib. Cauhædrim Hierosolymitano in cap. de iudiciis pecuniariū, & in libro abodozara cap. primo. Sedere vero super cathedrā Moysi primā, est habere officiu docēdi legem & doctrinā Moysi. Et sic loquit Saluator hic, quia super istā [sederūt Scribæ] i. legis Mosaicæ doctores dicti non à scribēdo, sed a docēdo scripta [& pharisæi] i. religiosi quidā, qui ēt habebant officiū docendi, & exhortādi populum [Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis] cōsona legi Moysi [seruate & facite] opere exequendo, quia vt dicit Chrys. nō docent sua, sed quæ Deus per Moysen mandauit. Sed hic mouet Origenes qōnem, quia isti docebant esse seruāda legalia, puta ꝙ circuncidamur, & sacrificemus Tauros, & Hircos, & huiusmodi, quę obseruare in noua lege est peccatū. Ad hoc dicit idem Orig. & S. Tho. ꝙ doctrina istorum debebat obseruari quo ad legalia, vsque ad Christi passionē tantum, quia vsque tunc obligabantur omnes Iudæi seruare legalia, sed præcepta moralia semper erāt ob seruanda, quia non erant vmbra futurorū, vt legalia & cerimonialia. Sed de pertinentibus ad mores, hic loquitur Christus secundùm Orige. simpliciter: de alijs vero ad tēpus iuxta intentionem legislatoris. Itē contra quia isti dicebant quædā quib. filii retrahebant̄ à debito honore parentū, vt patet Mat. 15. itē docebāt doctrinas hominū, vt dr ibidem. i. doctrinas talmudicas, in q̄bus multa continetur dissona moribus bonis. Ad hoc dico, ꝙ Saluator loquit̄ de his, quæ docebāt ex persona Moysi, quæ. s. erāt à Moyse dicta, vel consona dictis eius, sicut si ego dicam quòd prædicatores nouæ legis sunt audiendi, intelligendū est inquātū prædicant consona nouæ legi & nō aliter. [Secundùm vero opera eorū nolite facere] quia opera eorū mala sunt, & doctrina bona. Chrys. Sicut aurum de terra eligit̄, & terra relinquitur, sic auditores & doctrinā accipiant, & mores relinquant. Frequēter.n. & de homine malo, bona doctrina ꝓcedit, Hæc ille. Sed quare Chrs ita patenter corā oī populo, viros religiosos, i. pharisæos diffamabat? Ad hoc dicitur, secundū S. Tho. 3. q. 42. ꝙ hoc ideo fecit, quia erant impedimentum salutis populo, verbis impugnādo eius doctrinam, & factis vitā populi corrūpendo. Et iō detegēda erat eorū simulatio & malitia, quæ in damnum populi vertebatur. Sed contra. Seniorem ne increpaueris, vt dicit apostolus primæ Thi. 4. Ad hoc dr̄ à S. Tho. vbi supra, ꝙ vetiū est de sene ætate ac honestate, iuxta illud Numeri. 11. quos tu scis, ꝙ senes sint, sed si auctoritatē senectutis vertant in instrumentum malitiæ publicæ peccando, sunt publicæ & acriter reprehēdēdi, iuxta illud Dan. 13. inueterate dierū malorum Hæc ex illo. Peccata aūt istorum erant publica, puta detractio ad doctrinam Christi, licet non esset publicum omnibus, quod malè dicerent. Ideo Christus habuit declarare, ꝙ ei iniustè detrahebant, quod facere non potuit, nisi eos infamando. Infamabant ergo eos ad finē bonū, & licitum [Dicunt enim] bona [& non faciunt] bona, sed mala. In hac parte est documentū quod tangit Chryso. dicens. Sicut sacerdotes melius iudicant, ꝑꝑ bonos, malos ēt docere, quā ꝑꝑ malos, bonos negligere, sic & subditi, propter bonos sacerdotes, ēt malos honorare debent, ne propter malos, boni etiā con-

contemnantur. Melius est enim malis iniusta præstare, quàm bonis iusta subtrahere. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum ponitur reprehensio vitæ Phariseorũ, & scribarũ, qui propterea quod boni videbãtur multos auertebant à fide, cùm dicitur [Alligant enim onera grauia, & importabilia], i. mandata legis Mosaycæ secundùm Chrysost. super Matth. quæ lex a beato Petro act. 15. dicitur iugum quod patres nostri portare nõ potuerunt. Ista autẽ mãdata acriter & scrupulosè docebant, ꝙ est onera alligare. Sed contra, quia secũdùm Hierony. Deus nihil mandauit impossibilè, & consequenter neque importabile. Ad hoc dico, quod mãdata legis dicta sunt importabilia per exaggerationem, quia difficulter erant portabilia, maxime eo modo quo isti docebant. Vel secundum Sanctum Tho. ista onera sunt superfluæ ordinationes & statuta, quæ isti superaddebant legi, fingẽtes quod fuit Moysi data quædam lex, quæ ab eo nõ est redacta in scriptis, sed postmodũ fuit per talmudistas scripturæ mandata. Allegatur autem spiritualiter onus cùm fit statutum. Prima ergo onera alligabant isti, quia alligata declarabant scrupulosè: secũda vero alligabant simpliciter, ipsi vel patres eorum [Et imponũt in humeros hominũ] Metaphoricè loquẽdo, inquantum asserunt homines ad huiusmodi statuta esse obligatos [Digito autem suo nolunt ea mouere] idest nõ volunt minimam partem oneris sentire, & multo minus volunt supponere eis humeros totum portando. Et per hæc vult innuere Saluator, quod non sunt sancti, sed hypocritæ, & hoc ne credatur eis quãdo detrahunt sibi, & euangelicæ doctrinæ. Sed nunquid discipuli & turbæ, debebant portare ista importabilia onera. Dico quod sic, si erant onera legis recte tradita, q̃a nõ peccabãt. Illi in hoc quod imponebant humeris hominum, nisi aliud addidissent, sed peccabant in hoc quod ipsi eadem non portabant. Secus autem de oneribus talmudicis & farisaicis, quia erant fictiones. Et quia non solum isti cessabant à portandis oneribus, idest à bonis operibus exercendis, sed etiam mala faciebant, & erant non solum non boni, immo etiam mali, ideo subditur [Omnia vera opera sua faciunt, vt videãtur ab hominibus] & cõsequenter sunt cupidi inanis gloriæ. imo valde cupidi, q̃d notatur secundum Chrysosto. quia non tãtum quædam, sed omnia opera sua faciunt propter hominum applausum, & fauorem [Dilatant enim philateria sua] vt melius videantur ipsa philateria. Breuia scilicet, vel cartulæ, in quibus scripta erant decẽ præcepta legis. a philaxe, quod est seruare, & thorath, lex. quasi quædam memorialia seruandæ legis. Nam secundùm Hierony. Dominus cum dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit Deut 6. ligabis ea manu tua, & erunt semꝑ ante oculos tuos, per hoc volens significare, quod corde quisque meditaretur in eis & opere compleret. Sed hoc, vt dicit, Pharisei male interpretantes, scribebant 10. præcepta legis in cartulis, litteris magnis, vt quidam alij dicũt, & ligabant in fronte in modum coronæ, vt semꝑ ante oculos mouerẽtur, & similiter ligabãt in brachiis [Et magnificãt] idest præ ceteris magnas faciunt [fimbrias] vt sanctiores ceteris videantur. Iudæi enim vt non solum carne per circuncisionem, sed etiã vestibus, ab aliis distinguerentur præcepto domini, fimbrias in quatuor angulis palliorum portabant, in quibus Pharisei, Hiero teste, ligabant spinas, acutissimas, vt dum ambulãdo vel stando pungerentur præceptorum Dei memorarẽtur. Et re vera in his omnibus, vt idem ait, fauorem populi & lucra muliercularum sectabantur. Reprehendit autem hic Chry. eos, qui verba euangelii suspensa ponũt ad collũ, ꝓpterea ꝙ virtus euãgelii nõ est in figuris literarũ, sed in intellectu, ac ꝑ hoc melius in corde, quã in collo reponuntur, sed creditur hoc non esse peccatum cũ sine superstitione fiat, secundùm S. Tho. q̃a de beata Cecilia legitur, ꝙ semper euãgeliũ gerebat in pectore. Sanctus ẽr Barnabas ꝑ euangeliũ beati Matthæi sanabat infirmos, & meretrix super Nicolaum senem habentem euangelium vidit mirabilia, vt patet in legenda San. Andreæ. Ad rationem Chrysosto. dico ꝙ verum dicit, quod melius reconduntur in corde verba sancta, quã in collo, sed non possunt semper in corde teneri, ideo melius est habere in collo. & in corde, quã in corde tãtum vel in collo tantũ, quã neque in corde, neq; in collo. Nec est incõueniẽs, ꝙ in signis & figuris gratia significatorum,

torum, sit aliqua spiritualis virtus intentionaliter, & diuinitus infusa. Sicut enim secundum sanctos, Deus eam dedit verbis sacramentalibus, quid prohibet credere quod et dederit eam figuris, maxime cùm etiam dederit eã fimbriæ vestimẽti Christi, & quod est fortius vmbræ Petri, idest aeri in quo erat vmbra Petri? Nõ enim est verisimile, ꝙ omnes infirmi qui ad vmbram Petri sanabantur, orationibus Petri sanarentur, sed fiebat illa miracula ex potestate, id est ꝑ virtutem à Deo colatam Petro, & à Petro per subiectum vmbræ eius vsque ad infirmãtiũ corpora deriuatam. Quod vero Pharisei opera sua agant propter inanem gloriam, probat iterum dominus à signo cùm dicit [Amant autem primos accubitus in cœnis] idest primas sedes ad mensam. Quia enim antiqui comedebant in lectis, comedentes dicũtur recumbere, vel accumbere, & sedes mensæ dicuntur accubitus [& primas cathedras in sinagogis, & salutationes] cum inclinatione capitis, & flexione genuum, secũdùm Chrysostom. [in foro] vbi sunt multi potius, quàm in priuato, licet vbique hoc appetant, & vbique sit culpa, secundùm Raba. [Et vocari ab hominibus Rabi] idest magister, siue doctor. In omnibus tamẽ his secundùm Chrysostom. non vituperatur factum, sed ambitio. Non enim est malum recumbere in primo loco, sed ipsum primatum ambire, & sic de aliis. In hac parte habent documentum confessores imponentes excessiuas pœnitentias. Dicit enim Chrysostom. loquens de alligantibus onera grauia. Tales, inquit, sunt, qui graue pondus venientibus ad pęnitentiã imponũt, & sic dùm præsens pœna fugitur, contẽnitur pœna futura. Si enim fascem super humeros adolescentis quem non potest baiulare posueris, necesse habet, vt aut fascem reiiciat, aut suscipiens dùm plus ferre non potest, scandalizatus amplius peccet. Deinde si erramus modicam pęnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiã reddere rationẽ, quàm propter crudelitatẽ? Vbi paterfamilias largus est, dispẽsator nõ debet esse tenax. Si Deus benignus, vt q̃d sacerdos eius austerus? Vis apparere sãctus? circa vitam tuam esto austerus, circa aliorum benignus. Audiant ne homines parua mandantem, & grauia facientem. Talis autem est sacerdos, qui sibi indulget & alios exigit, quemadmodum malus descriptor tributi in ciuitatibus qui se releuat, & onerat impotentes. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium hortatur nos Christus ad humilitatem, cùm dicit [Vos aũt nolite vocari Rabi] Vbi aduertendum est secundùm Chrysost. quod multa reprehẽderat in Phariseis minima, de quibus discipuli non indigebant turbari, ideo illa Christus prætermisit, sed quod erat omniũ malorum causa, s. tronũ appetere magistralem, hoc adducit in medium. Sed contra, quia apostolus secundæ Thi. primo. appellauit se magistrũ, dicens. In quo positus sum ego ꝑdicator, & Apostolus, & magister. Ad hoc dicit S. Tho. in libro contra impu. rel. ꝙ dominus hic ꝓhibuit solũ ambitionem circa magisteriũ, non autem prohibuit officium magistri quod est docere, vel etiã nomen magistri, quod confert ad vtendũ sciẽtia iam habita in docendo. Aliter idem soluit super Matthæũ & Chryso. ibidẽ, & Hier. quia magister ꝓprie, & simpliciter est qui à se hẽt doctrinã, nõ autẽ ille qui eã habet ab alio, & aliis dispergit quia est discipulus eius qui sibi tradidit illã. Solus autem Deus habet a se doctrinã. Item magister est proprie qui docet. Homo autẽ non docet proprie hominẽ, alioquin omnes habentes doctores addiscerẽt, sed Deus docet interius ꝑ intellectũ, & homo coadiuuat exterius proponẽdo aliqua eo mõ quo medicus adiuuat naturã. Est ergo homo vt dicit S. Tho. in q. de veritate q. 11. magister ministerialiter tãtũ, tanq̃ instrumẽtum, uel adiutor magistri principaliter, & essẽtialiter dicti, de quo subdit [Vnus enim magister uester] proprie & principaliter, & simpliciter, & essentialiter [omnes aũt uos fratres estis, q̃a filii Dei ꝑ adoptionẽ uel creationẽ [Et patrem nolite uocare uobis super terrã] Sed cõtra hoc est consuetudo antiqua monasteriorum, in quibus seniores patres appellantur. Ad hoc dicitur secundum mentem Hiero. & S. Tho. ꝙ super terram non debemus cognoscere patrem principalem nisi Deum, qui omnium patrum pater, & animam nobis dedit, abusiuè tamẽ & secũdariò possumus aliquos appellare patres, ratione ætatis, uel et corporalis generationis. Nam ut ait Hiero. sicut unus filius Dei per naturam nõ præiudicat

cæteris quin possint dici filii Dei ꝑ adoptionem, ita & unus pater & magister, non præ dicat aliis quin abusiue uocentur, & patres & magistri, licet unus sit principaliter de quo dicitur [Vnus est enim pater uester qui in cœlis est. Nec uocemini magistri] contra, quia iã hoc superius dixit. Ad hoc dñt quidam, quod replicat idem, propter periculũ magnum ambitionis & elationis circa magisterium. Alii autẽ dicunt & melius. ꝙ supra dictũ est de magistro docẽte uerbo, hic autẽ de docente exemplo sanctitatis. Christus autem est, qui datus est omnibus in exẽplum uiuẽdi, ut dicit Sanctus Tho. 3. par. q. 40. non autem alii sancti, nisi quatenus fuerũt imitatores Christi, unde subditur [Quia magister uester unus est Christus] Non dicit Deus, quia Deum quem non uidemus, imitari non possumus. Aug. Homo imitandus erat qui videbatur, Deus imitandus erat qui non uidebatur. Vt ergo Deus exhiberet homini eum, qui & ab homine uideretur, Deus factus est homo. Hæc ille. Et quia hactenus dominus induxit ad fugã elationis, nũc inducit ad amplexum humilitatis, dicẽs [qui maior est uestrum, erit uester minister] quod S. Tho. dupliciter exponit. Primò sic. Erit uester minister, id est se dẽt exhibere ministrũ. Vel secũdò, erit, uester minister in sua existimatione. Aug. Qui præest non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fœlicem. Hæc ille. Vel aliter secundum alios. Qui maiorem, idest uult esse in ueritate, erit vester minister, se in utilibus exercendo, secundum decentiam suæ personæ & officii [qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur] Remig. Quod sic intelligitur. Omnis q de suis meritis extollit, apud Deũ humiliabitur, & q se de beneficiis humiliat, apud Deũ exaltabitur. Hæc ille. Vel aliter. Qui se exaltat ambiendo primatum. humiliabit̃ ab hominibus, uel a Deo, uel ab utrisque. Et qui se humiliat appetens subesse, & fugiens elationem, exaltabitur ab hominibus, uel à Deo, uel ab utrisque.

Moraliter, sciendum est euidens signum esse quod aliquis sit cęlestis patris filius, vel terreni primo respicere cœlum, uel terram, & secundò esse album per puritatem, uel nigrum per operationem: Filii enim assimilãtur patri. Vnde & secundum glo. super illud pullis coruorum &c. Filii corui quãdiu sunt albi erectis ad cœlum rostris pascũtur a Deo, sed ubi sunt nigri per plumas, pascũtur à parentibus. Et tertiò honorare parentes. Vnde & filii ciconiæ parentes pascunt, sed filii uiperæ eius latera disrumpunt, quia dicta est uipera, quia ut pariat in partu ipso ruptis lateribus moritur.

Feria 4. post Dominicam 2. in Quadragesima.

Textus Euang. Matth. c. 20.



ASCENDENS Iesus Hierosolymã, assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius hoĩs tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte. Et tradent eum gẽtibus ad illudendũ, & flagellandũ, & crucifigendũ. Et tertia die resurget. Tũc accessit ad eum mater filiorum Zebedęi cum filijs suis, adorãs & petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeãt hi duo filij mei vnus ad dexterã, & vnus ad sinistram tuã in regno tuo. Respondens autẽ Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum? Dicũt ei. Possũmus. Ait illis. Calicem quidem meũ bibetis, sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram, nõ est meum dare vobis, sed q̃bus paratũ est à patre meo. Et audiẽtes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & q maiores sunt, potestatẽ exercẽt in

eos. Nō ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter uos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animā suā, ī redemptionē ꝓ multis.

ASCENDENS Iesus Hierosolymam, &c. Matth. 20. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt prænunciatio, postulatio, & indignatio.

QVANTVM ad primū tangitur prænunciatio passionis Christi, quū dicitur. [Ascendens Iesus Hierosolymam]. i. Hierusalē quæ erat in montibus. & eminebat in terra promissionis[assumpsit 12. discipulos suos] Ex quo patet quod inter eos erat Iudas. Forsitan enim adhuc erat dignus, vt dicit Orige. audire cum alijs. Et S. Thom. dicit quod nondum cōceperat malum, quòd videtur intelligēdum de proditione: verū autem iā esset latro, credo quòd sic, sed erat ocultus[secreto] Primò, secūdùm Chrysost. quia passio Christi est præciosissimus thesaurus, cùm vt ait, nihil sit propter qđ magis debeamus Deo gratias agere, ideo in vasis electis erat recondendus. Et intendit ꝙ propter reuerentiam passionis Christus primo eam debuit publicare dignioribus personis, idest apostolis familiaribus Christo. Secūdò, secundū eūdē, quia cæteri erant imꝑfecti, & cōturbati & auersi ab eo fuissent, si eius mortem audiuissent & mulieres etiā tumultū fecissēt. Et tertiò, sc̄dm eūdē Chryso. quia sciebat matrē filiorum Zebedei aliquid petiturā, & ideo declinauit à via, vt ei daret locū ad petēdum, & inde discipulos instrueret. Et quartò vt elicitur à Cipriano in exemplum tuū, ꝙ si vis ascendere ad crucē religionis, nō manifestes multis consiliū tuū. Et quintò, ad condēnandā hypocrisim quæ ad crucem pœnitentiæ nō vadit secretò sed patenter[Et ait illis] prædicendo passionē suā, & resurrectionē, sc̄dm Cyri. vt scirēt eū voluntariè pati, & ꝑ alia, quæ dicetur[Ecce ascēdimus Hierosolymam & filius hominis]. i. ipsemet sic se appellās, vel quia vnius tm̄ sit filius, s. Virginis, vel humilitatis cā, cū se posset dicere filiū Dei[tradetur] à Iudæ[principibus sacerdotū] Forte isti principes sunt q̄ successerūt illis 24. quos ordinauit Dauid, de q̄bus habes dominica quarta aduētus[Et scribis] idest legis doctoribus [& condēnabunt eū morte] quia dixerūt & iudicauerunt eum reum mortis, sed nō potuerūt exercere iudicium, quia potestas sanguinis eis fuerat à Romanis ablata. Vn̄ dixerunt. Nobis non licet interficere quēquā [Et tradent] ipsi principes & scribæ eū à se prius ad mortem sentētiatū, & durissime vt creditur flagellatū[gentibus]. i, Pilato Gētili, & potestati Romanorum, & sc̄dm Raba. [ad illudēdū & flagellandū & ciuci affigendū] Et in his verbis secūdum S. Tho. ostēditur Christus fuisse priuatus tribus, q̄ maximè appetunt hoīes, honore, quiete sensuū, & vita [Et die tertia resurget] computādo eam in qua passus est. Hoc aūt dicitur secūdùm Chryso. vt cùm tristitia viderēt, resurrectionē expectarent. Prædixit aūt Christus discipulis passionē, primo secundū Grego. Hiero. & Chrysost vt fortiores essent in die parasceue, quia iacula præuisa minus lędūt. Vel secūdò, secūdùm Hiero. vt ex reuelatione mortis de resurrectione nō dubitēt. Vel tertiò, sc̄dm. Chryso. vt ex hoc cognoscant præscientiā Christi, & ex præscientia deitatē voluntariā, & nō coactam passionem. In hac parte est documentum Rabani, dicētis. Ideo aūt dominus in mundo noluit prosperari, sed grauia pati, vt ostenderet nobis qui per delectationē cecidimus, eū qua amaritudine redire debeamus. Hæc ille. Vnde & Augusti. de ciui. Dei, ait. Passione ostendit quid substinere pro veritate, resurrectione, quid sperare in ueritate debeamus. Hæc ille. Vide etiam de his supra in dominica in quadragesima.

QVANTVM ad secundum tangitur postulatio filiorū Zebedei, id est Ioannis euangelistæ & Iacobi maioris, qui fuerūt filii Mariæ sororis Mariæ matris Domini, ex Zebedeo patre. Sicut enim dicit Magist. histor. filii Zebedei audita morte & resurrectione Christi, crediderunt eum illico regnaturum in populo Iudaico, & suggesserunt matri, vt peteret Christo gratiam vnam, illam non exprimendo, qua ob tēta, exprimeret illam de qua dicitur supra. Et sicut dicit Hiero. & & mater eorū similiter credidit Christum illicò regnaturū, ideo

consensit

consensit filiis. Et idō dr̄ [Tūc] audita s. morte, & resurrectione Christi dicta mulier [accessit ad eum] suggestione Ioannis, & Iacobi, vt dicit Magi. histo. & Hieron. Sed quare non accesserunt ipsi filii Zebedæi? Respondet Chryso. Ne, inquit, cæterum discipulorum corda contererent, volentes sibi prouidere de regno. Dixerunt ergo. Submittamus matrem, vt suo noīe deprecetur pro nobis. Si. n. res fuerit reprehensibilis, facilè merebitur veniam, quia mulier. Si aūt non fuerit, facilius impetrabit mater pro filiis rogans, q̄a Deus facilius exaudiet maternū affectum [Mater filiorū Zebedæi] Nota, ꝙ beata Anna mater Virginis Mariæ, tres habuit viros, & ex singulis singulas habuit filias, quarū quamlibet appellauit Mariam, & q̄libet habuit virū, & genuit filios, aut ex viro, aut sine viro. De hoc sunt versus tales.

Anna solet dici tres concepisse Marias,
Quas genuere viri, Ioachim, Cleophas, Salomeq;
Has duxere viri, Ioseph, Alphæus, Zebedæus.
Prima parit Christum, Iacobū secunda minorē.
Et Ioseph iustū, pperit cum Simone Iudam.
Tertia maiorem Iacobum, volucremq; Ioannem.

Sed contra ista, quæ communiter vera tenentur, videtur esse dictum Chrysosto. qui dicit super Matt. quòd ista mulier dicta est Salome, & idem dicit San. Tho. qui addit, quod Salome est nomen mulieris. Ad hæc potest dici, ꝙ intendit Chryso. & S. Tho. ꝙ ea persona, quæ in euangeliis exprimitur per ly Salome, est mulier, & non masculus, sed tamen quotiens in Euangelio dr̄ Salome subauditur Maria, vt dicatur Iacobi, & Salome, idest Maria Iacobi, & Maria Salome, sic dicta à patre Salome appellato, cū ipsa Maria diceretur [Cum filijs suis] prædictis [adorans] idest reuerentiam faciens, vt obtineret, quod optabat [& petens] Beatus Mar. dicit. quod petiuerunt filii sed sicut dicit S. Tho. filii petiuerunt matre [aliquid ab eo] non exprimendo quid vellet, sed dicendo volo, vt des mihi vnum. In hoc videtur manifestum, quod ista mulier multum posset apud Christum, quia duo ex 12. posuerunt eam exoratricem pro se, & tamen illi erant Christi secretarii. Et sicut dicit Chryso. ista sequebatur Christum cōtinuò, siue maritus viueret siue non, quod certum non habetur. Dicit autem sanctus Tho. ꝙ talis petitio, in qua non exprimitur petitū non est admittenda, & qui eam admittit stultè admittit. Vnde Herodes stultè promisit puellæ, & tanquam stultus non reuocauit. Salomon aūt promisit quidem matri stultè, sed tanquam sapiens reuocauit postquam ipsa petiuerat pro Adonia, qui latenter insidiabaē regi Salomoni. Christus aūt sapientior Salomone, non voluit promittere nisi exprimeretur res petita. Vnde sequitur [qui dixit ei. Quid uis] Secundū Chryso. non interrogat ex ignorantia, sed vt ex responsione ostendat irrationabilem esse petitionem [At illa. Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo] Pro quo aduertendū est, ꝙ Iudæi scripturas de Christo loquētes carnaliter intelligebant, ideo eum corporaliter regnaturum putabant in Hierusalem: Apostoli quoque tanquam rudes idem credebant, existimantes, quod rebellare faceret Christus populum, & auferret dominiū à Romanis, restituens illud Israeli. Vnde & Act. 1. Christo ascensuro interrogabant. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Vnde secundùm Hieron. & Orige. petiuerunt isti aliquid carnale, vt scilicet essent collaterales Christo, & nullum haberēt maiorem. Volebant enim Petrum deiicere de primatu. Idem sentit Chrysostom. qui ait. Videbant seipsos honoratos præ aliis, & audierunt quod super 12. tronos sedebitis. Vnde primatum ipsius cathedræ petebant accipere. Et quidem quod plus aliis honoris apud Christū habebant, nouerant: timebant vero Petrum sibi præferri. Vnde manifestū est, ꝙ nihil spirituale petebant, neque intelligētiam superioris regni habebant. Hæc ille. Vel aliter potest dici secundùm Chryso. quod petebant aliquid spirituale, puta primatum in cœlesti regno [Respondens autem Iesus] non quidem matri quæ supplicauerat, sed filiis, tum quia filii fuerunt primi motores, tum ad innuendū quòd non est honor homini cōtendere cū muliere, tum quia erat vetula, & consequēter pium erat eam consolari, impium vero eam conturbare, tum quia erat amita, & consequenter erat ei deferendū, tū quia erat mater, & cōsequenter ei erat cōpatiendū si pro filiis supplicabat. Respōdēs igitur ad discipulos, ex quorū suggestione secūm Hiero. nouerat matris supplicationē processisse,

fisse [dixit nescitis quid petatis] & hoc ideo quia nihil spirituale petebant secūdū Chryso. vel quia si petebant spirituale, vt idem dicit, si nouissent quid petebāt, non ausi fuissent tantū quid petere, quòd superexcedit superiores virtutes. Nulli enim creaturæ cōpetit sedere à dextris, vt dicit Sanctus Tho. Vnde & regina dicitur in Psalmo non sedisse à dextris, sed astitisse. Vel hoc ideo secundū eundē, quia à sinistra ad dexterā etāt vocati, vnde ad sinistrā non debebant velle redire. Et intēdit Chryso. quòd esse in sinistra, est malorū. Vel hoc ideo secūdū Hila. quia de gloria apostolorū nō erat ambigēdū, cū iudicaturi essent cū Christo, vt iam poterat ex dictis eius esse manifestū. Vel hoc ideo secundū Magi. hist. quia regnare petebāt qui non meruerant, & prælationē volebant in cœlo, vbi non est [Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum] Beatus Marcus dicit dominū addidisse [aut baptismo quo ego baptizor] idest baptizabor in proximo [baptizari] Per baptismū autē dominus significauit mortē ad similitudinē lanæ secundū Magi. hist. quæ dū baptizata mergitur, extrahitē post cū alicuius nobilioris coloris splendore. Sic & nos per mortē mergimur in terrā, sed clariores & nobiliores resurgemus. Per calicē vero significauit, secundum eundem, passionem, circa mortem tamen. Est autem calix vt dicit Macrobius genus poculi, quod Cilices inuenerunt, & dictus est quasi cilix mutata i. in a. Significabant vero amaritudinem tribulationis, quia vt dicit idem Magister, est ciphus quo calidā potionē i. medicinā sumimus. Vnde & secūdū aliquos dictus est calix, quia caleat, calore amarę potionis. Vel secundū Cassi. super Psalmo, significat passionē, quia est genus poculi, quo potus distribuitur bibentibus mensuratus. sicut tribulationes à Deo nobis immittuntur secundum mensurā possibilitatis nostræ ad sufferendū. Secundū tamē alios, puta Hier. Hilarium, & multos alios idē significatū est nomine calicis, quod & nomine baptismi, martiriū. s. seu passio ad mortē vsque protracta & terminata. Cū autem dominus sciret ꝙ isti poterant suā passionē imitari, interrogat tamen si id possunt, secundū Chryso. vel vt significet neminē posse eum Christo regnare. nisi passionē Christi fuerit imitatus, saltem contra peccati certamen, vel vt tacitè increparet eos, ac si diceret. Vos de honore & coronis loquimini, ego vero de agonibus & sudoribus cogito. Non. n. hoc præmiorū est tēpus [dicunt ei, possumus] respondendo scilicet & de passione & de morte, seu de calice & baptismo. Sic autē respōdent secundū Hila. quia iam martyrij constantiā habebant. Vel secundū Chryso. hoc dicunt non tā ex fiducia suæ fortitudinis, ꝙ ex ignorantia. Inexpertis enim leuis videtur esse tentatio passionis & mortis. Hæc ille. Vel secundum eundem hoc dicunt ex desiderio eius quòd petiuerant. quia nisi sperassent exaudiri, non sic dixissent. Vel secundū S. Tho. ex intenso amore ad Christū, sicut & Petrus dixit, paratus sum tecum & in carcerem, & in mortem ire. Sequitur [Calicē quidem meū bibetis] Et in hoc secundū Hila. collaudauit fidē eorū. Secundum Magi. autē histo. dominus respondet de calice & tacet de baptismo, quia Ioannes multa quidē propter dominū passus est, sed nō mortē violentā. Sed secundum alios qui per calicem mortem accipiunt, etiam ipse Ioannes calicem bibit, sicut prædixerat dominus. Et hoc secundū Hierony. secundū animū & voluntatē, quæ non defuerunt martyrio, vt testatur feruentis olei doliū. de quo narratur in ecclesiastica historia, & flagella quæ pertulit, vt legit in actibus Apostolorum. Martyriū igitur nō defuit eius animo, licet in pace vitam finierit. Vel secū alios actu, & non solo animo bibit calicem mortis, sed non complctè & perfectè, sed solum secūdū passiones ad mortē dispositiuas, vel secundum exilium, quod substinuit in Pathmos insula. Est enim exiliū mors ciuilis insti. quibus. mo. in. p. po. sol. religati. §. si mortuo. De reliquo fratre dubiū non est, ꝗa vt habetur Act. 12. ab Herode Agrippa gladio occisus est. Christus autem vt dicit Hiero. neque negauit quod postulabāt, ne eos tristes efficeret, neque etiam spopondit, ne. 10. alios irritaret, sed ait [sedere autem ad dexteram meā, vel ad sinistram, non est meum] idest nō pertinent ad me [dare vobis] subaudi secundum Magi. histo. & Remigi. talibus quales estis, quia ambitiosi estis. Vel secundum S. Th. & Magi. histo. non est meum dare vobis, pro vobis, seu ratione personarum vel propinquitatis, quia dignitas in regno cœlorum consequitur solum copiam meritorum.

torum. Igitur Christus eis discretè respondit, quia non dixit, ne alii indignarentur, nec, non dabo, ne isti confunderentur, sed dixit virtualiter non dabo, quia estis mihi propinqui, sed dabo si fueritis digni. Vnde subditur [Sed quibus paratum est à patre meo] ex prædestinatione, secundùm quam non personæ propinquitas, sed charitas pẽsatur. Et in hoc secundùm Hierony. etiam ipsos ab hoc quod postulabant non excludit, quia si meritis & operibus tales fuerint, vt digni sint regno cœlorũ, accipient illud. Sed hic est duplex quæstio. Prima quam facit Arrius hæreticus. Si enim non est Chri, inquit, dare istis regnum, sed quibus pater parauit, sequitur quod filius non sit patri æqualis. Ad hæc autem dicitur, primò quidem quod filius nõ est æqualis patri, secundum naturam qua istis erat propinquus, & secundum quam isti credebant obtinere postulata, secus autem secũdum diuinitatem. Et præterea Christus nõ negat se daturum regnum cœlorum, immo affirmat se daturum illud, non quidem istis, sed iis, quibus pater parauit illud. Et si instetur, q̃a ex hoc habetur, quod pater præparat regnum aliquibus. & non filius. Dico quod verum est, secundùm humanitatem, non autem secũdum diuinitatem, qua vnũ est cum patre, vt ipsemet dicit Ioan. 10. Sic enim ipse præparat illud cum patre prædestinando. Alia quæstio est, quia Christus innuit, quod aliquibus hoc sit concessurus, vt ad dexteram eius sedeant, quod nullius videtur creaturæ esse secundum prædicta. Ad hoc dr̃ secundum Chrysost. ꝙ non intendebat dominus dicere, ꝙ hoc aliquibus sit dãdum secundũ quod verba sonant, quæ importare videntᷓ æqualitatem in deitate, sed secundum ꝙ illi duo credebant, qui per hoc nihil aliud intelligebant, nisi eminentiã super omnes alios in regno Dei. Sic etiã sedere ad sinistram non est accipiẽdum hic vt sonat in malum, sed vt importat consistere personæ regis; quia sic isti intelligebant. In hac parte est documentum moraliter, vt caueamus ne dicatur nobis, nescitis quid petatis. Si. n. petẽtibus regnũ cœli dictum est sic, multo magis hoc poterit dici petẽtibus tẽporalia nisi sanè petant. Chrys. Ideo dicit nescitis, q̃d petatis, quia non solum debemus cogitare qualem gloriam consequamur, sed quomodo euadamus ruinam peccati, quia & in seculari bello, q̃ semper de præda victoriæ cogitat difficile vincit. Ideo petendum erat. Da nobis auxiliũ gratiæ tuæ, vt omne malum vincamus. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur apostolorum indignatio, quum subdiᷓt [Et audientes decem] sententiam domini, prædictos duos increpantis, secundùm Chrysost. [indignati sunt] quod alij se eis vellent anteferre. Et hoc secundùm S. Tho. ex quadã elatione, & sicut & illi ex elatione petiuerunt. Erant enim omnes adhuc carnales, secundùm Chryso. & ista carnaliter gesserunt [De duobus fratribus] Sed quare sunt indignati, cùm illi non petiuerint, sed mater? Ad hoc dicunt Chryso. & Hieron. quod ex domini responsione, qui ad filios, non ad matrem respõdit. intellexerunt matrẽ submissam fuisse a filijs. Sed quare non sunt indignati statim cum dixit, nescitis quid petatis? Ad hoc dicit Chrys. Donec Christi sententia incerta erat, non tristabantur alij discipuli, sed tunc tristati sunt quando illos increpauit. Hæc ille. Intendit autẽ Chryso. quod non sunt ante indignati. i. non ante ostenderunt indignationem suam, p̃p reuerentiam Christi. Vnde dicit idem in Hom. Quando autem eos à Domino præhonoratos viderunt in transfiguratione, & si secũdum mentem dolebant, venerantes doctorem. Hæc ille [Iesus aũt] aduertens eorũ indignationem, & volens eos blandè consolari [vocauit eos ad se] tanquam magister dulcis, ac pius; qui nullum tristem videre voluisset. Chrys. Quia enim turbati erant, vocauit eos & consolatur, de propinquo eis loquẽdo. Etenim duo à societate 10. seipsos esparãtes, proprius stabãt seorsum domino loquentes. Hæc ille [Et ait] Ad euidentiam autem sequentium, sciendum est, quòd Gẽtiles erant horrori Iudæis, iuxta illud. Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Ideo Christus inducit exemplum de Gẽtilibus ad maiorem horrorem, vt ostendat q̃ hoc exemplum non est imitandum. Sciendum est etiam secundùm S. Thom. quod dominari dupliciter sumitur, vno modo vt est idẽ q̃ præesse ad bonũ subditorũ. Et sic dominiũ verum est, & ad hoc fiunt principes. Alio modo, vt correlatiuè dr̃ ad seruum esse, vt dicatur dominus, qui seruiliter subdit si-

bi aliquem ad bonum suum propriũ. Hoc autem est degenerare à vero principatu in tyrannidem. Secundum ergo beati Tho. & Chrysosto. mentẽ, quæ sequuntur sic exponenda sunt [Scitis quia principes] qui scilicet ex officio præsunt [gentium] id est Gẽtilium [dominantur eorum] non vero dominio ad bonum eorũ, sed tyrannizando ad bonum suum, & hoc & si non semper, tamẽ frequenter [& qui maiores sunt] id est nobiles & potentes, qui sunt maiores nõ dignitate principatus vel officij, sed potentia diuitiarum & amicorum [potestatem exercẽt in eos] non adiuuando, sed opprimendo plerunque. Si tamen exercent potestatẽ in beneficium minorum, dicerẽtur benefici [Nõ ita erit inter vos] in ecclesia mea, vbi maiores non debẽt esse quasi dominaturi [sed q̃cunque voluerit inter vos maior fieri] idest habere præsidium Spiritus sancti quo sit tã quam potens & si non primus [sit vester minister] exhibendo alijs quæ accepit à Deo, & sua potestate vtendo in bonum, & nõ in malum aliorum [Et quicunque voluerit inter vos] idest in ecclesia [Primus esse] idest habere primatum vel prælaturam, eo modo, quo in Gentibus sunt principes [erit vester seruus] quod dupliciter potest intelligi. Primo sic. Erit vester seruus, idest per seruitutem & humilitatem alijs exhibitam, disponetur vt alijs sit prior merito & prælatione, non autem armorum aut diuitiarum potentia, vel sanguinis nobilitate, vt in mundano principatu, Chrysosto. Primatus fugientem se, desiderat, desiderantem se, horret. Conuersatio ergo melior desideranda est, non melior gradus. Hæc ille. Secundo melius sic. Erit vester seruus, id est sciat, quod habere primatum in ecclesia, non est habere dominium, sed seruitutẽ. Serui enim est, quod se totum ad seruitium domini impendat. Sic etiam prælati ecclesiæ totũ & quod habent & quod possunt, & quod sunt, subditis debẽt, Chrysosto. volens ergo dominus & duorum filiorum Zebedæi & aliorũ indignationẽ extinguere, introducit differentiam inter principes mundiales & ecclesiasticos, ostendens quia primatus in Christo nec ab aliquo appetendus non habẽte, nec alteri inuidendus est habenti, quia principes mũdi ideo sunt, vt dominentur minoribus suis & eos seruituti subijciant, & expolient, & vsque ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem, & gloriam. Principes autem ecclesiæ fiunt vt seruiãt minoribus suis & ministrent eis quæcunque acceperunt à Christo, vt suas vtilitates negligant & illorum procurent, & mori non recusent pro salute inferiorum. Primatum ergo ecclesiæ concupiscere, neque iustum est, neque vtile. Qui enim sapiẽs vult vltro se subijcere seruituti, & periculo tali, vt det rationem pro omni ecclesia? nisi forte qui non timet Dei iudicium, abutens primatu suo ecclesiastico seculariter, ita vt conuertat illud in secularem. Hæc ille. Consequenter dominus ꝓponit se in exemplum humilitatis, dicens. [Sicut filius hoĩs nõ venit ministrari] id est vt sibi ministretur. Et si aliquando ei ministratum est ab angelis vel hominibus, non tamen propter hoc venit, secundum Orig. & Sanctũ Tho [sed venit [ministrare] verbum Dei, & gratiam eius, & gloriam [& dare] idest exponere [animam suam] idest vitam corporalem [in redemptionẽ pro multis] efficaciter, & pro omnibus sufficienter. Licet enim Christi passio sufficiens præciũ fuerit ad redimendum omnes homines, qui fuerunt, sunt, & erunt, & esse possunt tamẽ non habet efficaciam nisi in ijs qui coniunguntur Christo. Chrysosto. in homel. quantumcunque ergo tu humiliatus fueris, non poteris tantum descendere quantum dominus tuus. Hæc ille. In hac parte Orig. tangit documentum vnum moraliter, dicens. Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum accessibilem, & mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantem, vt & ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus, vt etiam principum excedere superbiam videamur, vel non intelligentes, vel contemnentes mandatum Christi, & quærimus sicut reges acies præcedentes, & terribiles ad nos, ac accessu difficiles, maximè pauperibus nullam exhibemus affabilitatem. Hæc ille. Est etiam sciendum moraliter quod Deus in hac vita habet tres calices, vt colligitur ex scripturis. Primus est plenus balsamo, idest innocentia & gratia, in quo bibit Christus & omnes Sancti. Et vt colligitur Ioan. quarto ex illis verbis qui biberit, & cæt. signum quod aliquis biberit

de isto calice est, primo, mundanæ sitis extinctio, & secundo, est mente in cœlestibus habitatio, & tertio est mẽtis exultatio. Sicut enim supra nubes semper est serenũ, ita & semper est gaudium in mente eleuata. Secundus autem est plenus absinthio pœnitentiæ, in quo bibit Magdalena, & oẽs pœnitentes, qui perdiderunt gratiam potatam in primo, & eam inuenerunt per potum secundi. Tertius est plenus sanguine, & est ea lix dominicæ passionis, de quo hic dr, in quo bibit Christus & omnes martyres. Hic sanguis dealbat, sicut alij maculãt, quia habet naturam lactis. Sicut enim lac est sanguis bis coctus, scilicet in venis, & in mamillis, cuius decoctionis virtute versus est in albedinem, sic sanguis Christi est albus vt lac, quia fuit bis coctus, igne amoris & igne duræ passionis ac dolorosæ imaginationis. Nã Christus mox vt fuit conceptus, in quãtum homo suam passionem totam vidit. Vnde semper eam in memoria sic retinuit, quòd nec vnam diem, vel noctem sine dolore transiuit. Psalm. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Habet etiã post hanc vitam tres alios. Primus est plenus mero, idest cœlũ, in quo est gloria sanctorum, in quo bibunt sancti in patria, nos vero aliquas guttulas prægustamus. Secundus est plenus vino mixto, vt purgatorium, in quo bibunt aliquę animæ, & ibi immiscetur gratia pęnæ, & spes timori dilatoris gloriæ, & consolatio cum dolore. Tertius est plenus fece, idest infernus, in quo bibũt alíqui cum mortali decedẽtes, in quo sunt vel erunt secundũ aliquos feces omnium elementorum, & mixtorum, purgato mundo die iudicij. Amen.

Feria quarta post Dominicam secund am in Quadragesima.

Textus Euangel. Luc. cap. 16.



Omo quidam erat diues & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie, &c.

HOmo quidam erat diues &c. Luc. 13. Vide dominica 1. post festũ Trinitatis.

Feria quinta post dominicam secundam in Quadragesima.

Textus Euan. Matth. c. 21.



Omo erat pater familias qui plantauit vineam, & sepẽ circũdedit ei, & fodit ĩ ea torcular, & ędificauit turrim, & locauit eã agricolis, & peregrè profectus est. Cùm autẽ tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas ut acciperẽt fructus eius. Et agricolę apprehensis seruis eius, alium cęciderunt, aliũ occiderunt, alium vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures priorib. & fecerunt illis similiter. Nouissimè aũt misit ad eos filiũ suũ dicens. Verebuntur filiũ meum. Agricolæ autẽ uidentes filiũ, dixerũt ĩtra se. Hic est hæres. Venite occidamus eũ, & habebimus hæreditatẽ eius. Et apprehẽsum eum eiecerunt extra vineã, & occiderunt. Cũ ergo venerit dominus vineę, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos malè perdet, & vineã suã locauit alijs agricolis, qui reddant ei fructum tẽporibus suis. Dicit illi Iesus. Nũquam legistis in scripturis, lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificantes, hic factus est in caput anguli, à domino factum est istud, & est mirabile ĩ oculis nostris? ideo dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Et q ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cùm audissent principes sacerdotum

tũ & pharisęi parabolas eius, cognouerunt, qđ de ipsis diceret. Et quærẽtes eũ tenere timuerunt turbas, quoniã sicut prophetam eum habebãt.

HOMO erat pater familias, qui plãtauit vineam &c. Mat. 21. In præsenti euãgelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Locatio, Exactio, & Exterminatio.

QVANTVM ad primum tãgitur locatio vineæ, q̃ pater familias locauit malis agricolis. Et quia euangelium est parabolicum, oportet sensum literalem sumere iuxta transumptiua significata dictionum. Christus ergo volens declarare, ꝙ principes & maiores Iudæorum erant occisuri Christum, non ex ignorantia, quasi eum non cognoscerent, sed ex malitia peccantes, & ꝙ pro tali, ac tanto scelere meritò erant perituri, dixit parabolicè [Homo erat pater familias] id est Deus, secundũ Chrys. Qui homo dr̃ nomine, nõ natura, similitudine nõ veritate. Et intellige de Deo patre. Pater vero familias dictus est, quia vt ait Lactãtius, Deus homines pro liberis his quos produxit nõ generatione, sed creatione [Qui plãtauit vineam] id est populum Iudaicum secundùm Hierony. quem plantauit in terra promissionis translatum de Aegypto, iuxta illud Psalmi, vineam de Aegypto transtulisti. De hac vinea dicitur Isai. 5. Vinea domini Sabaoth, domus Israel est [& sepem circundedit ei] ad custodiam vineæ. Est autẽ sepes huius vineæ, secundùm Hierony. vel murus vrbis, vel angelorum præsidium. Et loquitur Hierony. de vrbe regia, id est Hierusalem, quã septa muro potest dici tota vinea septa quia ipsa erat caput & principalis. Secundùm Chrysosto. vero est custodia Sanctorum Patrum, qui pro muro fuerunt illi populo. Secundùm Orig. autem est Dei custodia, sed hæc consueuit esse per angelos, seu mediantibus angelis, maximè secũdùm Hug. car. qui dicit, quod Deus habuit immediatam custodiam populi, vsque ad conflationem vituli, & abinde eam commisit Michaeli. Nota, tamẽ quod aliud est custodia, aliud regimen populi. Deus enim secundum Sanctũ Tho. in 12. regnauit super populum immediatè, vsque ad petitionem regis, tempore Samuel. [Et fodit in ea torcular] i. altare holocaustorum, secundum S. Tho. & Hieronym. & fortè mouentur hac ratione, quia sicut per torcular exprimitur sanguis vuarum. i. vinum, ita per altare exprimebatur sanguis hostiarũ non effectiuè, sed finaliter, quia propter hoc iugulabantur effuso sanguine, vt in altari offerri potuissent. Secundùm Hylar. vero, est prophetarum doctrina, in qua magis exprimitur, id est declaratur virtus verborum Moysi in lege. secundùm Chrysost. autem, est verbum Dei, quod hominem cruciat cõtradicente carnis natura. Verbum autem Dei copiosum fuit in populo, tàm vocale, quàm scriptum [Et ędificauit turrim] id est templum, secundùm Chrysost. quod in scripturis appellatur turris, iuxta illud Mal. 4. Et tu turris nebulosa filiæ Syon. Vel cognitio nominis Dei, secundum S. Tho. Vel secundùm Hyla. in turre eminentia legis exprimitur, eo quod in coelum proueheret, & ex ea posset quis aduentũ Christi speculari [& locauit eã] idest sub certa mercede constituit [agricolis] idest Moysi, & Aaron secũdùm S. Tho. & successoribus eorum, quorũ erat regere populũ, & vineam gubernare: Chrys. Tunc vineam locauit, qñ per legem cõstituti sunt Sacerdotes, & Læuitæ, [& pro curationem regendi populum susceperunt: Hæc ille. Intendunt ergo isti dicere, ꝙ dñs curam populi commisit Sacerdotibus, hac lege, vt ipsi sacerdotes ex vinea. i. populo haberẽt decimas, & primitias, & alias oblationes tẽporales. Deus vero haberet in gloriam suam, opera bona, quæ produceret vinea, mediante sacerdotum cultura, quæ cõsistebat in exhortando populum verbo, & ædificando exemplo, & adiuuando orationis, & sacrificiorum suffragio [Et peregrè profectus est] nõ mutando locũ, cùm vbiq; sit, sicut & vbiq; operatur, sed secundũ Hieron. & S. Tho. relinquendo vinitoribus liberum arbitrium operandi, vel ociandi. Vel secundùm Chrys. in hom peregrè profectus est, id est longanimitatem habuit, nõ semper inducens pœnam pro peccatis eorum. Vel secundùm Orig. quia dominus, qui in deserto, vbi legem dedit & locauit vineam, cum eis erat in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctẽ, nequaquã postea similiter apparuit illis. In hac parte est documẽtũ allegoricè pro Sacerdotibus no

uæ legis, quod Chryso. tangit, dicens. Sicut colonus, quamuis de suo munere obtulerit domino, nō sic eum placat quomodo si de vinea eius reditus ei obtulerit, sic & sacerdos nō tantum propter suam iustitiam placet Deo, quomodo si populum Dei in sanctitate docuerit, quando ipsius iustitia vna est. populi autem multiplex. Hæc ille. Et nō intendit Chryso. quod plus placeat Deo sacerdos malus faciēs populum esse bonum, quàm bonus habens populum malum, sed qđ Deus plus lætaꝭ in bono populi quàm in bono sacerdotis, quia communiora sunt meliora. Intendit etiam Chryso. quam allegoricè ista intelligūtur dicta de Christianitate, sicut literaliter de synagoga. Huius vineę palmites sunt homines, quorum aliqui hærent viti, id est Christo per fidem, sed nō fructificāt per charitatem, vt mali Christiani. Alii vero nec hærent, nec fructificant, vt hæretici & omnes infideles. Quidam vero hærent & fructificant, vt sancti. Sepes est angelica custodia. Torcular est crux, in qua Christus est calcatus vera vua nata de vite, quæ est Virgo. Quæ vua fuit alba in natiuitate per puritatem, rubea in cruce per cruorem, & nigra in sepulchro per mortis liuorem. Turris est ipsa fides, qua resistitur hostibus, & qua futura præuidēs antequā fiant.

Moraliter autem ista vinea est anima, vites potentiæ, palmites sunt virtutes, & opera sepes liberum arbitrium. torcular timor, turris spes, agricola homo, serui requirentes fructum, sunt prælati & angeli. Ista vinea secundùm Chrysostom. producit gemmas bonarum cogitationum, & flores bonarū volitionum, & fructus bonarū operationū. Est autē plantata in corpore. Primo vt non deesset vniuerso subiecta q̄ simul esset corporalis & spiritualis, secundò vt per corpus acquirat scientiam & virtutes, quibus naturaliter est priuata, sic quod huiusmodi non habet nisi in quibusdā principiis, & tertiò vt glorificetur in contemplatione deitatis per intellectum, & humilitatis per sensum.

QVANTVM ad secundum tangitur exactio fructuum a colonis. Vbi aduertendum est quod Deus à colonis huius vineæ vt erant coloni, nihil aliud exigebat q̄ vt populum erudirent, & tenerent in timore, & amore Dei, inquantum vero erant q̄dam personæ, exigebat ab eis non sanctitatē populi, sed propriam. Vbi ergo tales coloni auertebant à Deo, non solum non reddebant fructum de vinea, sed illum negabant quod peius est. pessimum autem cedere fructuum exactores. Dicitur ergo [Cū autem tempus fructuū appropinquasset] istud tempus, secundùm S.Tho. est tēpus sequenś legem datam & plantationem vineæ in terra promissionis [Misit seruos suos] id est ꝓphetas secundum S.Tho. & Chrys. & Hyla. [ad agricolas] id est sacerdotes & rectores populi [vt acciperēt fructus eius] scilicet vineæ. Est autem sciēdum quòd fructus isti expectati a domino de vinea, vt dictum est, nihil sunt aliud quàm timor & amor populi ad Deum. Isti autem potissimum dependebant à sacerdotibus. Vnde Chryso. sacerdotium assimilat stomacho, quo languēte, infirmantur omnia membra, & radici quauiciata pallescunt folida. Ad hoc ergo quod ista vinea fructificaret secundum beneplacitum Dei, requirebatur primo q̄ sacerdotes essent in se boni & iusti, secundo quod docerent populū in via veritatis arguēdo quo ad mala, & exhortando quo ad bona verbo & exemplo, tertiò quòd orarent & sacrificarēt pro illo. Quando ergo prophetæ arguebant sacerdotes in aliquo horum trium negligentes, exigebant ab eis fructum vineæ inde dependentem. Hoc autem fecerūt multi ex primis prophetis, sed fuerunt malè tractati. Vnde sequitur [Agricolę autem] id est rectores populi [apprehēsis seruis eius, aliū occiderunt, alium vero lapidauerunt] Nam secundùm Hier. Hieremias fuit cęsus. Isaias occisus, immo vt tradunt Hebræi fuit tanq̄ lignum serratus ad præceptum regis Manasse, & Zacharias lapidatus inter templū & altare ad preceptum scilicet regis Ioas, vt patet 2.Paralip.24. [Iterū misit alios seruos plures prioribus] quia secundùm Hylarium, post prædicationem primorum, prophetarum numerum misit. Nam vt patet ex libris Regum, erāt in populo Dei, prophetarū collegia sicut modo sunt in sancta ecclesia monasteria religiosorum. Et sic Deus nō abstulit ab eis suam misericordiam propter occisionem primorum prophetarum, sed auxit sec̄dm Chrys. & aucta Dei misericordia augebatur Iudæorum malitia. Vnde vt idem dicit, contra Dei clementiam malignitas humana certabat. Hæc ille. Ideo sequitur [Et fecerunt

fecerunt illis similiter] Quidam tamen, vt Raba. volunt per primos seruos posse intelligi Moysen & Aaron, qui cæsi fuerunt linguæ flagello: per secūdos vero prophetas. Sed ista expositio non multum cōgruit textui[nouissime autem misit ad eos filiū suū, dicens]Chryso. in Homel. Quare autem nō confestim misit? Vt ex his, inquit quæ ad alios feceriāt seipsos accusarent, & furorem dimittentes verecundarentur propter filiū venientem. Hæc ille. Vnde sequitur[Fortè verebūtur filium meū]. Dicit autem fortè, secundùm Chryso. non quia ignoret paterfam. quid futurū sit, cùm ipse sit Deus, sed vt ostendat arbitrii libertatem. Poterant.n. agricolæ vereri filium, & non vereri. Dicit autem verebūtur. secundum eūdem, vt ostēdat quod ad præsentiam Christi sibi promissi, debuissent confundi & erubescere, quia peccatū eorum magnum erat, & omni excusatione priuatum. Quidam autem eorū, secundùm Orige. veriti sunt filiū, vt qui in eum crediderunt, sed tamen maior pars verita nō est, de quibus sequitur[Agricolæ autem vidētes filium, dixerunt intra se. Hic est hæres]cui, s. nō solū vinea sinagogæ Iudæorum, sed etiam Gentes sunt promissæ in hæreditatem, tanquam omnium regi à Domino. Ex his patet secundùm Hiero. & Chrys. quod Iudæorum principes non p ignorantiam, sed per malitiam & inuidiam peccauerunt, quia cognouerunt illum quem crucifixerunt esse filium Dei. Non est autem intelligendum quòd Hiero. & Chrys. dicunt s. ꝙ illi cognouerint Christum esse filium Dei per naturam, & verum Deum, vt patet per S. Tho. 3. partis. q. 47. si enim cognouissent nunquā Dominū gloriæ crucifixissent. vt dicitur. primæ Cor. 2. sed dicunt quod cognouerunt illum filium Dei per excellentiam gratię. Dicit tamen S. Tho. super Matthæ ꝙ cognouerūt eum Dei filium, scilicet per naturam ex coniecturis. sed nō certe. Vide de hoc dominica prima in Quadragesima. Ex verbis tamen patrisfamilias cōcludit Chryso. quod sit filius Dei per naturam, & non p gratiam solum, alioquin & prophetæ possent dici filii Dei. Sed tamen, vt dicit Chry. postquam intrauit in templum & eiicit vēdentes, & ementes sic cogitauerunt. Iam cessabit cōsuetudo hostiarum, quæ ad lucrum nostrum pertinēt, & incipiet populus offerre sacrificium iustitiæ quod ad gloriam pertinet Dei, vnde iā non erit populus iste noster possessio. Vnde tunc cogitauerunt illū occidere dicentes[Venite occidamus eū, & nostra fiet hæreditas] idest nos fructum ex populo percipiemus, secūdum mentē Chryso. Vel secundùm Raba. nostra fiet hæreditas, id est stabit fides nostra, quæ est secūdū legem, & non illa quæ est secūdum eum. Et intendit Raba. id quod dicit S. Thom. scilicet, quia timuerunt perdere dominium populi, quod habebant ex lege. Vnde & propter hoc conspirauerūt in mortem Christi, ne venirent Romani & auferrent eis locum ipsorum[Et apprehēsum eum]in horto[eiecerunt extra vineā] id est extra Hierusalem secundùm Hyla. Vel secundùm Orige. hoc dicitur, quia habuerunt eum quasi alienum à vinea, & à colonis. Sed nota quod Matth. dicit, eiecerunt & occiderunt, in signum ꝙ primò eiecerūt extra cor suum, deinde, crucifixerunt. Mar. uero dicit, occiderunt & eiecerunt in signum scilicet, quod post mortē eiecerunt eum, dum Apostolos ad gētes ire compulerūt[& occiderunt] in ligno Crucis suspendentes. In hac parte documentum allegoricè est pro sacerdotibus auaris, & malis, de quo dicit Chrysost. Hæc cogitatio, & nostra erit hæreditas communis est omniū sacerdotum carnalium, qui non sunt soliciti quomodo populus viuat sine peccato, sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur, & hoc existimāt sacerdotii sui lucrū. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur exterminatio, quæ fienda erat de ingrato contumaci populo, quùm dicitur[Quum ergo venerit dominus vineæ ad faciendum cōputum & vindictam de illis agricolis, quod tunc fuit quando Titus obsedit Hierusalē, vel secundùm Orige. quādo Christus à mortuis resurrexit [quid faciet agricolis illis?] Orige. Interrogat quidem dominus, non ꝙ ignoret quid responsuri sint, sed vt propria responsione damnentur Hæc ille[Aiunt illi. Malos]colonos[malè]id est acerbè[perdet] gladio, fame, & captiuitate[& vineam suā] id est populum suum. vel eos qui ex Iudæis crediderunt [locabit aliis agricolis] id est Apostolis secundùm S. Tho & Orig. qui eu ram susceperūt regendi populum Domini, non solum eum qui ex Iudæis, sed etiam eū qui ex Gentibus credidit, quia factū est vnū

ouile, & vnus pastor[Qui reddāt ei fructum tēporibus suis]id est qui conseruent populum Dei in timore & amore ad Deum, culturando vineā modo præexposito. Apostoli enim vniuersum mundum subiecerunt timori & amori Iesu Christi, subuersa & destructa penitus nephandorum demonū cultura. Sicut autem dicit Chryso. isti verū respōderunt, quia veritas ipsis violentiam fecit. Hæc ille. Et vt dicit Orige verum dixerunt contra se, sed non ex se, sicut & neque Cayphas. Sed hic est quæstio, quam mouet Aug. de con. euange. quia Mar. dicit illa verba, malè perdet, dixisse dominū. Matth. vero dicit illa dixisse Iudæos. Ad hoc dicit Augu. vbi supra du pliciter. Primò quod verba ista, in Marco taliter sunt posita qđ possunt intellegi dicta à domino, & à Iudæis, qa post Chri interrogationē, qua dixit q̄d faciet dominus vineæ, statim sequitur perdet malos colonos. Et licet ibi non dicatur quod illi hoc dixerit, tamen potest subintelligi. Secundò quòd ista verba primo protulerunt Iudæi, & secundo ipse Christus ea resumpsit, & sic attribuūtur potius domino, qa verū dixerunt, & Veritas etiā dixit eadem resumendo. Et isto secundo modo soluit etiam Chrysosto. & S. Th. scilicet quòd illa verba bis fuerunt prolata. Sed est alia quō, quam etiam mouet August. quæ vt dicit magis viget. Nā beatus Lucas dicit quòd prædicta verba dixit dominus, Iudęi vero dixerunt[Absit]idest nō occidemur cultores, vel ipsi non occident Christū, vt consequenter etiā talia non patiantur. Ergo nullo modo Iudæi illa verba dixerunt, sed contrarium. Ad hoc dicit Aug. vbi supra, & Chrysost. & S. Tho. quod ibi multi erant, & quidam dixerunt, malos malè perdet, scilicet amici Christi, secundū Aug. vel qui non intelligebant parabolam secundum Chryso. quidā vero dixerunt absit, scilicet illi qui contra se intellexerunt dictā esse parabolam, secundū August. & Chrysosto. Vel secundū Chrysosto. & Magist histo. illi met ore dixerunt, absit, corde vero dixerunt, malos malè perdet, & beatus Matth. retulit eos dixisse quod mente dicebant. Vel secundū S. Tho. primo dixerunt malos malè perdet post videntes hoc esse contra se dictum dixerunt, absit. Qualitercunque tamen fuit, dominus approbauit sententiam dicentiū malos malè perdet, & per scripturā probat, quod ipsi erant reprobaturi Christū, & consequenter perituri. Ad huius ergo euidentiam sciendū est, quod quidam dicunt quod ad literā lapis fuit in templo Salomonis multotiens reprobatus, sed post in fine ædificij in angulo, omnibus stupentibus, mirabiliter est coaptatus. Hoc videtur sentire Magist. hist quāuis hoc non affirmet, sed recitet. Quidā vero dicunt hoc nō esse verū. Vnde Hebræi apud Iudæos autentici, exponentes passum illū, nunquā tale aliquid retulerunt, sed illū lapidē metaphoricè sumunt. Et hoc videtur rationabilius, quia secundū istam viam dictū Psalmistæ quod allegatū est, fuit parabolicū; & cōsequenter literaliter exponitur de Christo, & Christus allegauit ad literā, secundū ꝙ consueuit facere. Secundū aliam vero, dictū illud est historicū, & Christus allegauit in sensu spirituali, & consequenter non arguit vel probat efficaciter. Quamuis etiā ista ratio non cogat, dicitur ergo[Nunquā legistis in scripturis]id suple quòd dicam. Quasi dicat. Vtique legistis in Psalmo[Lapidē].i. Christū secundū Chrysost. & Raba. [quem reprobauerunt ædificantes].i. prædicti agricolæ & doctores Iudæorū secundū Hiero. & Raba. Dicti sunt aūt ædificantes qa ad ipsos pertinebat construere tēplū spirituale i. sinagogā, quam docendo legem, ampliabant, & reparabant. Et secūdū Chryso. quia sicut ędificator dolat nodosos lapides, ita doctor corrigit vitia circa homines [Hic factus est in caput anguli].i. vt sit caput anguli. Hyla. Est. n. caput anguli factus, quia est inter legē atque gētes, lateris vtriusque coniunctio. Hæc ille. Vtrūque. n. populū Iudaicū scilicet & Gentilē, in sua fide cōiunxit vt dicit Raba. [à dño factū est istud] qui misit filiū suū, ad redemptionē & conuersionē mundi[& est mirabile]caput ecclesiæ, secundū Chrysosto. [in oculis nostris] id est ante oculos nostros, qui eum possumus videre per fidem, vt idem dicit. Vel hoc istud, non demonstrat persōnā capitis, sed factionem eius, id est prælationem qua factus est caput, vt sit sensus. An non factum est istud? non quidē istud caput, sed istud, quòd hic lapis sit caput, quòd fuit mirabile in oculis Iudæorum. qui ita gentes patuifaciebant, vt non modo cū eis non

dia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Dixitque ei filius. Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. Citò proferte ſtolam primam, & induite illum,& date annulũ in manu eius, & calciamenta in pedes eius, & adducite vitulum ſaginatum, & occidite,& manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit,perierat & inuẽtus eſt. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro. Et cùm veniret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniã,& chorum. Et vocauit vnum de ſeruis ſuis, & interrogauit quæ hęc eſſent.Iſq; dixit illi. Frater tuus venit,& occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia filium illum recepit.Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cœpit rogare illum. At ille reſpondens dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi,& nunquam mãdatum tuum præteriui, & nunquã dediſti mihi hædũ, vt cũ amicis meis epularer. Sed poſtquam filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuã cum meretricibus,venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili,tu ſemper mecũ es, & omnia mea tua ſunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit,perierat,& inuentus eſt.

HOMO quidam habuit duos filios &c.] Lu 15.in præſenti Euangelio tangũtur tria puncta quæ ſunt: Prodiga diſſipatio, Benigna miſeratio,& ſtolida ſeu inuidioſa Indignatio.

QVANTVM ad primum tangitur diſſipatio,prodiga iuuenis laſciuientis. Eſt autem Euangelium hoc totum parabolicum,ſecundùm Mag.hiſto.& alios, ideo literalis ſenſus ſumendus eſt iuxta Metaphorica dictionum ſignificata. Agitur ergo in toto iſto Euangelio, ſecundùm aliquos de duobus populis,Gentili ſcilicet, & Iudaico ad literam,ſed hoc non placet Cyrillo, q̃a nõ potuiſſet verè dicere filius ſenior, id eſt populus Iudaicus, nunq̃ mandatum tuum prætetiui. Eſt ergo ſecundum eum literalis ſenſus parabolæ, vt p̱ duos filios intelligantur iuſtus,& peccator;& hoc videtur eſſe verum, quia iſtam parabolam dixit dominus contra phariſæos murmurantes,ꝙ ſuſciperet peccatores,& cum eis manducaret, contra quos etiam dixerat immediatè ante parabolam de cẽtum ouibus,& decem drachmis,de quibus conſtat quod ad hoc propoſitũ ducuntur.Poteſt tamen dici,quod etiã ille ſenſus eſt literalis, vt videntur quidam velle. Et ad argumẽtum Cyrilli dico,quòd ſecundùm Chryſo. in parabolis non oportet omnia ſcrutari tanquam vera, ſed ſufficit attendere ad id, quod intẽdit parabolæ fictor. Sed tamẽ exponamus primò modo ſicut & S.Tho.in Catena aurea, & dicamus [Homo quidam]id eſt Deus,dictus homo, quia cum eo conuenit homo in habere intellectum, vel ratione aſſumptæ humanitatis[habuit duos filios]vnus eſt numerus iuſtorũ ab initio iuſtitiam ſequentium,ſecundùm Cyrillum, alius eſt numerus peccatorum per pœnitentiam quandoque redeuntium [& dixit adoleſcentior ex illis] id eſt peccator,qui eſt iunior, ſecundùm Cyril.& Baſi.nõ defectu ætatis,ſed ſenſus & intellectus[patri]id eſt Deo[da mihi portionem] id eſt partem[ſubſtantiæ]tuæ [quæ me contingit]id eſt quæ ad me pertinet hæreditario iure. Sicut autem dicit Titus do.homo petit id quod cõtingit & competit ei,quando petit,vt nõ ex neceſſitate ſeruiat,ſed ſit in ſua poteſtate,cũ ſit rationalis & liber.Secundùm Aug autem iſta pars.ſunt illa quæ dantur nobis a Deo immediatè,& non ab agente naturali,anima ſcilicet,& potentiæ eius. Intellectus.n id eſt anima intellectiua eſt ab extrinſeco,vt dicitur in lib.de animalibus, id eſt non educitur de potentia materiæ ab agente naturali, ſed a Deo immediatè

te datur per creationē : vnde ait, aīa ptāte sua delectata, id quod est illi uiuere, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere pe tit quæ diuina sunt munera. Hæc autē sua ptāte accepit per liberū arbitriū. Hæc ille. Sed est hic qō, qūo homo possit ista petere quæ ei danē a Deo, cū ab instāti cōceptionis suæ, quo primum verū est dicere, ꝙ est homo, habeat aīam & oēs eius potētias. Ad hoc dico dupliciter. Primò quod parabola est similitudo q̄dam, vel cōparatio similiū. Omnia aūt similia sunt dissimilia, & differentia. Nam similitudo est terū differentiū eadē qualitas, i. forma. Non ergo in parabolis oportet, quo ad oia accipere similitudinē, & conuenientiā. Dico ergo, ꝙ filius hominis pōt à patre suo petere, quæ ei debentur tēporalia bona, & pōt ēt ea accipere: filius aūt Dei per creationē pōt quidē naturalia bona à patre suo Deo accipere in sua conceptione, sed non pōt ea petere tōne iā dicta. Est ergo vtrobiq; similitudo quo ad accipere, sed non quo ad postulare. Secūdò dico, ꝙ oē quod ad aliquid est ordinatum, seu est in potentia, vt habeat illud appetit illud, sicut materia appetit formā ad quā est in potentia. vt patet 2. Phy. Omnia. n. appetunt suum bonum, bonū aūt potentiæ est actus ad quem ordinaē. Oē aūt appetēs aliquid, petit illud interpretatiuè ab eo cui suus appetitus, seu suū desideriū est patens, si talis pōt implere talē affectum, sicut dicimus infantē uagientē petere mammillas. Homo ergo gn̄atus anteq̄ habeat tōnis vsum & arbitrii libertatē, est in potētia ad ista. Ergo & illa appetit non quidem appetitu rōnali. vel animali, sed natuali. Ergo interpretatiue petit à Deo, cui appetitus ille est patēs. & qui illum pōt implere. Hoc est petere partem suam, i. animā, & potentias. Non ꝙ tunc petat homo, vt illa fiāt, & sibi dentur, sed vt iam facta sibi dentur, & sint sua, i. possit eis libere vti, sicut & filius hominis non petit a patre, vt pars suæ substantiæ fiat, sed vt iā facta, sibi deē, vt sit sua, i. in sui potestate. Possumus tñ ēt dicere ꝙ ipse homo anteq̄ suscipiat rōnalem animā, iam est in potentia ad illā per suum corpus, & consequenter illam appetit, & cōsequenter ēt interpretatiuè petit[Et diuisit illis substātiam]quia secundum Chryso. substantia rationalis æqualiter oibus nascentibus datur & sciētia boni & mali [Et non post multos dies]a susceptione libertatis[adolescentior filius peregrè].i. peragrādo, vel ad peragrādū regiones[profectus est]à patre. Chryso. Profectus est, nō localiter à Deo recedens, qui vbique est, sed affectu. Fugit. n. Deū peccator, vt à longinquo stet. Hæc ille. In quo scd̄m eundē ostendiē libertas arbitrij. quia pater istum exire, vel stare, neq; prohibuit, neq; coegit[in regionem longinquam].i. vsque ad obliuionē Dei. scd̄m Aug. vel vsque adeo, vt extra se iret, scd̄m Amb. Nam infra dī ꝙ reuersus fuerit Ambro. Quid. n. longinquius q̄ à se recedere, nec regionib sed moribus separari? Etenim qui se à Chro separat, exul est patriæ & eiuis mundi. Hæc ille. Hoc aūt scd̄m Aug. factū est nō post multos dies à constitutione gn̄is humani, vt accideret. s Dei obliuio. Vel posset dici, quòd post multos dies à susceptione vsus liberi arbitrij q a plei ūq; & si nō semp in ipsa pueritia, vel adolescētia incipiūt vitia, vsus autē arbitrij in principio pueritiæ, i. in septennio vel ēt aliqñ ante à Deo. nobis conferē secū dūm S. Tho. in 4. Notādum ēt ꝙ triplex est regio. Prima longinqua respectu paradisi, vt status huius mundi ēt si quis sit sanctus. Psal. Aduena ego sum apud te, & peregrinus Secunda longinquior vt status peccati, Psal. Longè à peccatoribus salus. Hæc est regio vmbræ mortis, de qua Esa. 9. Tertia lōginquissima, vt status infernalis. Est. n. ita lōginqua ꝙ nullus sufficit inde reuerti, nisi miraculose, vt Traianus [& ibi dissipauit substantiam suā].i. naturales aīæ suæ vires, quas malis habitib. peccator dissipat, & assuefacit ad malū appetendū quo ad appetitiuas, & reddit hebetes quo ad percipiēdū ipsas cognoscitiuas. Vnde & cœcitas mētis filia est luxuriæ. Tho. Dissipauit substantiā suā. i. intellectū tectū, castimoniā, documenta, veritatis notitiā, genitoris memoriā, creatoris sensum. Hæc ille. [viuēdo luxuriosè].i. prodigè & turpiter. Nā scd̄m gl. luxuria cōsumit oia bona naturæ. Et si dicaē. ꝙ scd̄m Dion. nihil existentiū corrūpitur per malū. Dico iuxta Glos. & S. Tho. sententiam, ꝙ bonum naturæ sumitur tripliciter. s primò intransitiuè pro bono qđ est natura & transitiuè pro bono, quòd inest naturæ, vt sunt habitus vel accidentia, & tertiò medio modo quodammodo pro habilitate naturæ ad

bonum

bonum accidentale seu aptitudine subiecti ad bonum accidẽtale. Luxuria primum nullo modo tollit nisi forte per accidens, secundum vero tollit totaliter processu tẽporis, & inducit contrarium habitum. s. vitij, tertium vero diminuit sequi, non totaliter aufert. Hic tñ sumitur luxuria, ꝓ luxuriã simul alijs vitijs adiunctis, sicut solet cõiter accidere, ꝙ luxuriosi ẽt in aliis vitijs occupantur Aug. de cõ. euan. luxuriosam vel ꝓdigã vitã vocat amantẽ fundere ac spatiari exterioribus pompis inanescentem, cùm ea quisq; sequitur, quæ ad alia procedunt, & relinquit eum q̃ sibi est interior. Hæc ille[Et postquã cõsummasset omnia facta est fames valida ĩ regione illa] idest indigentia verbi veritatis, scd'm Titum. Non. n. sumitur hic fames proprie pro appetitu, sed largè ẽt pro indigentia. Vel scd'm Ambro. facta est in regione illa fames, nõ epularum, sed bonorum operũ, atque virtutum, q̃ sunt miserabiliora ieiunia. Etenim q̃ recedit a verbo Dei esurit, q̃ a nõ ĩ solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Qui recedit a thesauro eget. Vñ sequit[Et ipse cœpit egere] Merito enim egere cœpit q̃ thesauros sapiẽtię & sciẽtię Dei diuitiarumque cœlestiũ derelinquit. Egere ergo ideo cœpit, quia nihil prodigæ satis est voluptati. Hæc ille[& abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius] Iste ciuis scd'm Ambro. est pri ceps huius mundi, i. lucifer scd'm Aug. est aliquis princeps dæmonũ commorantium in aere, q̃ ad militiã diaboli pertinet. Dæmones. n. sunt in regione peccati & longè distant à Deo, & sunt ciues in ea, q̃a ab initio mũdi illã incolunt regionẽ; & sũt quasi domini hominũ iniquorũ, immo diabolus omnium malorum est caput, scd'm Greg.[& misit illum in villã suam] Per hãc villam intelligitur aliquod speciale peccatũ inter septem peccata capitalia Nã lucifer septem habet principes iuxta numerum p̃dictorum vitiorum, q̃ singuli de singulis tẽtant, & in eis occupant homines. Videt au tẽ ista villa fuisse luxuria, & iste ciuis vel prĩceps fuisse Asmodeus, q̃a iste luxuriosè viuebat. Misit autem istum in villã suã tanq̃ dominus quando irretiuit eum peccato vel cõsuetudine mala tanq̃ vinculo seruitutis [vt pasceret porcos] i. immundos spiritus q̃ erãt sub isto principe scd'm Aug. Nã sicut lucifer hẽt duces, ita duces habent milites suos. Vñ & Beda ait. Porcos pascere est ea q̃bus immundi spũs gaudẽt operari. Hæc ille. Theo. Hos ergo pascit qui alios pellit in vitio, vt sunt lenones, archipredones, archipublicani, qui alijs sunt doctores operationis obscenæ. Hæc ille. [& cupiebat implere ventrẽ suum de siliquis] Siliqua quatuor significat. Primò folliculos & purgamenta leguminum. Secũdò quoddã genus leguminis, quo in Aphrica sues reficiuntur de quo ait Ambro. Siliqua genus est leguminis, intus inanis, foris mollis, quo corpus non reficit sed impletur. Hæc ille. Tertiò est quædam arbor habens fructum dulcem, qui est porcorum cibus, Quartò siliqua dicitur arbor, siliquæ fructus. Secundò ergo vel quartò modo sumitur hic, & significat aliquid quo dæmones delectantur & stulti, siue sint poetarum carmina, vt Hierony. ait, siue corporis voluptates[quas porci mãducabant]. i. quibus dæmones delectantur, non propter eas, cùm non habeant earum sensum, sed q̃a per eas homines lucrantur. Chryso. Iunior filius spiritualibus destitutus opibus quasi prudentia & intellectu porcos pascere dicitur, hoc est sordidas & immundas in anima sua cogitationes nutrire, & edit escas irrationabiles prauæ conuersationis, dulces qui dẽ egenti bonorum, quia suaue peruersis videtur esse opus carneæ voluptatis, quæ virtutes animæ penitus enetuat & perimit. Huiusmodi cibos quasi porcinos, & malè dulces, idest carnalium delectationum illecebras siliquarum nomine scriptura designat. Hæc ille[& nemo illi dabat] scilicet voluptates ad saturitatẽ, scd'm Theo. Studẽt. n (vt ait) dæmones ne vnquã saturitas malorum proueniat. Vel secundum glo. hoc dr̃, quia diabolus postq̃ viderit aliquẽ esse suum, iam non procurat ei abundantiam[in se autẽ reuersus dixit] attritus. s. seruitute & laboribus & porcino cibo stomachatus, secundũ Grego. Nazian. & Aug. de consen. euan. In se autem reuersus est cum ab eis, quæ forinsecus frustra illiciunt & seducunt in conscientiæ suæ interiora suam intentionem reduxit. Hæc ille.

Ad intellectum vero sequentium, sciendum est, ꝙ secundũ Basilium aliqui faciunt bonũ timore pęnæ, aliqui gratia mercedis, & intelligit de temporali, aliqui ꝑ amorẽ legis, & ipso bono opere delectati. Primi

sunt serui, secundi mercenarij, tertij vero vt ait filij. Nam secundū Amb. Filius qui habet sancti Spiritus pignus in corde, secularis mercedis lucra non quærit, sed ius seruat hæredis. Hæc ille. Notat autē Ambros. duo genera mercenariorū. Nā vt ait, quidā sunt boni qui conducuntur ad vineā. Isti non siliquis, sed panibus abundant. Hæc ille. Et in hoc innuit ꝙ quidā sunt mali, qui. s. seruiūt Deo pro temporalibus, in quibus finē operis sui boni cōstituunt, & consequenter siliquis pascuntur quantū ad suā finalē intentionē, licet abundent & ipsi panibus quantū ad substantiā operū bonorū & bonarum cogitationū. Faciunt enim & cogitant ea q̄ sunt bona de genere suo, sed illa ex intētione peruertunt. Sic ergo exponendus videt tex. [Quanti mercenarij] id est homines seruientes Deo pro temporali mercede [in domo patris mei]. i. in exercitio operū bonorū quantū ad ipsam substantiā operū vel ex genere suo, sicut. n. luxuria est villa Asmodei, ita sancta conuersatio est palatium Dei, in quo multæ sunt mansiones secundū genera diuersa virtutū [abundant panibus] id est operibus bonis ex genere, quæ sunt cibus animæ rationalis, qua homo est homo, & consequenter sunt cibus hominis in quantū est homo, tanquā panes, sicut siliquæ cibus porcorū sunt [ego autē] qui sum filius [hic fame pereo] factus peior mercenario, quia ille saltē habet substantiā bonorū operū, & si recta intentione careat, ego autē neutrū habeo, q̄a careo veritatis cognitione quantū ad rationalē vel apprehensiuā virtutē, charitatis dilectione, & maiestatis venerationē quantū ad appetitiuā, id est volūtatē. Sed hic est quæstio, quia iste videtur se præferre mercenario tanquā filius, & tamē mercenarius æque est filius sicut ipse, quia vterque est Dei filius per creationē, neuter vero per gratiā, cū vtriusque finis sit creatura. Ad hoc dico dupliciter, primo ꝙ in ista parabola non oportet accipere similitudinē quantū ad hoc ꝙ sit aliqua creatura rationalis seu aliqua persona, quæ seruiat Deo in domo Dei, & sit vilior homine filio ꝑ creationē, & peregrè profecto per peccatū, sicut in domo hominis est dare mercenariū minorē filio contumaci. Non enim est inuenire talem personā, quia sub homine peccato re immediatè sunt bruta & irrationabilia iumenta. Sed accipitur similitudo in hoc ꝙ sicut ille filius hominis cùm posset abundare panibus, comedebat siliquas, ita filius Dei per creationem cum possit abundare bonis operibus, conuersatur in malis & turpib. Dico secūdò ꝙ licet tā homo filius Dei ꝑ creationem, q̄ homo mercenarius Dei propter peruersam intentionē sint æquales in natura, immo et præcedat mercenarius quo ad substantiā operū, tamen filius secundū suā naturā & maximè scd'm ꝙ pōt habere gratiā patris mediante eius auxilio, dignior est mercenario, inquantū est mercenarius, q̄a vt sic, est peccator. Dicit ergo [Quanti mercenarij in domo patris mei abundāt panibus] id est habent desideria sua, vel faciunt bona malo fine, quia seruiūt Deo ꝓ tēporalibus, quæ Deus ei largitur: ego autē q̄ habeo naturā liberā & possum me ad Deū patrē meū eius auxilio conuertere, & habere desideria mea hic & in futuro seculo, & sū adeo demens ꝙ hic fame pereo nunquā potens meū satiare desideriū. Deinde secundū Aug. incipit de cōfessione peccatorū suorū cogitare, quā post modū facturus est cū dicit [Surgā] à peccato in quo iaceo [& ibo ad patrē meū] à quo longe disto [& dicā ei] id est eius vicario [Pater peccaui] recedendo à te, & dissipando bona quæ mihi dedisti [in cœlū & coram te] qđ scd'm Aug. intelligit vt sit idē peccare in cœlū .s. contra summitatē patris & peccare corā te. Vel vt idē dicit, in cœlū, i. corā sanctis animab. corā te vero, i. in ipso penetrali conscientiæ [Iam nō sum dignus vocari filius tuus] quia quantum in me est mereor perdidisse gratiā tuā, cū te offendi, & mereor ꝑdere ipsam naturā quā à te accepi, cū ea malè & in contemptū tuū vsus sim. Nō sum dignus inquā vocari filius tuus. Primo quia recedendo te contristaui, contra illud Prouer. 10. filius sapiens lætificat patrem. Secundò quia prodige viuendo, extra disciplinam tui, contra illud. Hebræo. 12. si estis extra disciplinam iam non filij. Tertiò quia peccādo seruum diaboli me feci, contra illud. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt. Quartò quia pascendo porcos degeneraui, contra illud Roma. nono. Non qui filij Dei hi filii carnis. Quintò quia te contemnendo ingratus apparui, iuxta illud Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me [Fac

me]

me] ex tua pietate, quia ego nihil sum, nec mereor [sicut vnũ de mercenariis tuis] Nõ autẽ dicit iste quasi nollet in gradu filii habendo gratiam Dei, si hoc Deus vellet, sed in hoc ostendit ꝙ ex peccato hoc non meretur. Et quia etiã sine Deo adiuuãte nõ potest facere opera de genere bonorũ, q̃bus est aliqua retributio annexa, puta ipsa temporalia quæ Deus largitur interdum ꝑpter talia, & etiã ipsa animi consolatio, quæ ex talibus peruenit, ideo rogat, vt eum pater ponat in statu mercenarii, id est adiuuet ad exercẽdũ opera bona. In hac aũt parte sunt multa documenta, sed tñ vnum literaliter tangit Greg. Nazan. dicens. Hunc aũt filiũ prodigũ Spiritussanctus nobis descripsit vt instruamur qualiter debeamus cordis deplorare peccamina. Hæc ille.

QVANTVM ad secũdum tangitur benigna miseratio, cum dr̃ [Et surgẽs] per cõtritionem [venit ad patrem suum]. i. ad vicarium patris sui, scilicet sacerdotem, vt confiteretur [Cũ aũt adhuc longè esset] quia, scilicet de tribus partibus pœnitẽtiæ, quæ sunt, cõtritio cordis, cõfessio oris, & satisfactio oꝑis, non habebat nisi vnã, scilicet cõtritionẽ, & sic per desertũ pœnitẽtiæ nõ fecerat iter nisi vna die, cum haberet facere ꝑ tres, iuxta illud Exo. 5. Eamus viã triũ dierũ in solitudinẽ [vidit illum pater suus] oculo misericordiæ. Chry. Sensit aũt pater pœnitentiã, nec expectauit recipere confessionis verba, sed præuenit petitionem, misericorditer agẽs [& misericordia motus est] Cõfessionis enim meditatione placuit Deo patri, vt obuiam ei iret & oscula collo conferret. Hæc ille. Sequitur [& accurens cecidit sup collum eius, & osculatus est eum] suscipiendo ad gratiam suam.

Est autẽ sciendũ ad intelligentiam doctorũ, quòd sicut dicit S. Tho. 4. dist. 17. q̃õ. per contritionẽ verã & perfectã, remittitur peccatũ, ita quod contritus iam non est in peccato mortali. Dicitur tamen confessio quæ sequitur contritionẽ, remittere peccatũ dupliciter. Vno mõ vt est in proposito, & voluntate. Nã quicunque est contritus habet propositũ confitendi, quod si non haberet, non iustificaretur, neque esset verè contritus. Ipsa ergo cõfessio in proposito habita iustificat. Alio modo quia perficit attritionem si nõ præstetur impedimẽtũ clauibus. Pro hoc nota ꝙ contritus est, qui perfectè dolet, ita quod tãtũ sibi displicet peccatũ, quantũ debet placere Deo, id est super oĩa: Attritus vero qui dolet quidẽ, sed non perfectè dolet, quia scilicet non super omnia odit peccatũ, quãuis doleat de præterito & velit cauere de futuro. Iste sic attritus cũ subiicit se clauibus ecclesię, de attrito fit verè cõtritus, ita quòd ille suus dolor (si ipse non impediat ponẽdo obicẽ Spiritui sancto) perficitur, & attritio efficitur vera contritio. licet nõ sentiatur fortè ista mutatio. Ante confessionẽ ergo Deus mouetur misericordia super contrito, quia ei peccata remittit, & amplexatur eum in filiũ. Similiter ẽt super attrito monetur misericordia inquãtũ vult quantũ in se est iustificare eũ per claues, & osculatur aliquo modo eũ, nõ quidem remittẽdo peccatũ, quia adhuc est in eo, sed adiuuãdo eũ, vt conteratur & cõfiteatur, & ꝓponẽdo eũ iustificare si se clauib. ecclesiæ sine impedimẽto subiecerit, & sic videntur intelligẽda verba Ambrosii dicentis. Occurrit igitur tibi, quia audit te intra mentis secreta tractantẽ. Et cũ adhuc lõge sis, occurrit ne quis impediat. Cõplectiẽ quoq; in occursu, & quasi quodam amoris patrii affectu supra collum cadit, vt iacentẽ erigat & oneratũ peccatis atque in terrena deflexum reflectat ad cœlũ. Hæc ille [Dixitque ei filius. Pater peccaui in cęlum & corã te, & iam nõ sum dignus vocari filius tuus] Ecce ergo cõfessionẽ peccatorum. Sed quare non repetiit fac me sicut vnum ad mercenariis tuis? Quia vt dicit Aug. post osculũ patris iã generosissimè dedignabatur esse mercenarius [dixit aũt pr̃ ad seruos suos] Chrys. Pater autem ad filium sermonẽ non dirigit, sed ministris loquitur, quia q̃ pœnitet orat, sed respõsum verbo nõ accipit, misericordiã vero efficaciter in effectu intuet. Hæc ille. Sũt aũt isti ministri & serui scd̃m The. vel angeli vel sacerdotes, q̃ in baptismate & doctrina aĩam vestiũt ipso Christo [Cito ꝓferte stolam]. i. vestẽ primã. i. pulchrã & electã ĩter oẽs. Est aũt ista stola prima scd̃m The. Xps, scd̃m Aug. de cõse. euãg. dignitas quã ꝑdidit Adã, scd̃m Ambr. vero, ẽ sapiẽtia diuinorũ. Sed qũo põt dignitas Adæ dari pęnitẽti? vt dicit Aug. Ad hoc dico ꝙ daẽ ei imperfectè, i. quo ad gratiã gratũ faciẽtẽ, quã iustitia originalis icludebat,

sed in resurrectione dabitur aliquid maius [Et dae annulū in manu eius] id est fidem in operibus secūdùm Bedā & Chry. Fide.n. sit animæ dispensatio. Vel pignus Spiritusſancti secundùm Augu. pp gratiæ participationē quæ digito signatur. Hæc ille. Et intendit Augu. quod digitus sit gratia, sed annulus sit Spiritussanctus, quē per gratiā habemus[Et calciamenta in pedes eius, i. exēpla sanctorū præcedētiū, quibus sine offensa gradiatur. Calciamenta enim ex mortuis fiūt animalibus[Et adducite vitulū saginatū]id est impinguatū, & significat sacramētū eucharistiæ, in quo Christus continetur, qui est vitulus saginatus propter pinguedinē gratię. Vel secūdū Chry. significat ipsum Christum, qui fuit immolatus & occisus nō à patre, sed ab alijs, non eo iubente, sed per mittēte. Hūc ergo ò vos angeli per inspirationem, & vos sacerdotes per exhortatiuā admonitionem adducite ad memoriā pœnitentis[& occidite]id est occisum prædicate pro peccatis eius[& manducemus & epulemur] id est gaudeamus simul, ego quidē de recuperatione filii, ille vero de amicitia patris & gratia mea[quia hic filius meus]p creationē [mortuus erat]per peccatum[& reuixit]per gratiam [perierat]recedendo à Deo[& inuentus est]redeundo ad illum[Et cœperūt omnes] scilicet Deus & angeli & peccator conuersus[epulari]idest lætari. Et in hoc est documentum ꝙ Deus vult quantū in se est oēs saluari, non tamen vult cogere voluntates, sed quādo aliquis reuertitur ad eum, lętanter suscipitur. Vnde ipse dicit Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.

QVANTVM ad tertium tangitur stulta indignatio quorundā, vtpote Pharisęorum, contra quos ista dicuntur, qui indignabantur contra Christum suscipientē alacriter & piè homines peccatores, cū dicitur [Erat autem filius eius senior]id est iustus [in agro]id est in exercitio plantandi arbores spirituales secundū Titū, id est virtutes. Vel secūdùm Theo. erat in agro, i. in mundo, colens terrā sui corporis, vt pducat fructū boni operis, & semināis in lachrymis, vt in gaudio metat[Et cū veniret, & appropinquaret domui]id est ecclesiæ[audiuit symphoniā & chorū]id est solēnitatē quā ecclesia, & sancti angeli in cōspectu Dei faciunt p cōuersione pcōrū[Et vocauit vnū de seruis & interrogauit q̄ hæc essent] Per istum aliquē possumus intelligere angelum, quia seruiunt nobis pp Deum & deferunt nobis reuelationes. Cōsulimus aūt eos qn̄ cōsulimus scripturā quā Deus p illos nobis tradit[Isq; dixit illi. Frater tuus venit, & occidit pr̄ tuus vitulū saginatū, quia saluū illū recepit]Tradit.n. nobis scriptura ꝙ Deus gaudet & angeli eius sup salute peccatorū[Indignatus ē aūt & nolebat intrare]ad simul gaudēdū. Sed contra, quia videretur ꝙ iusti doletēt de pœnitētia iniustorū. Ad hoc tripliciter dici pōt. Primò.n. dicit Chryso. sic. Quæritur aūt si afficit iustus passione liuoris dolēs in psperis aliorū ? Dicēdū est aūt ꝙ nullus sanctorū dolet in talibus. imo bona aliorū sua existimat. Nō aūt oportet oīa quæcūq; parabola cōtinet ad literā pertractare, sed sensum elicietis, cuius causa componitur, & nihil aliud pscrutari. Hæc ergo parabola ad hoc ē cōposita ꝙ peccatores nō diffidant reuerti, scientes quod magna consequētur. Vnde introducit alios turbatos in eorū bonis, non vt indicet eos liuore tabescētes, sed tāto decore honoratos reuertentes, vt etiā inuidiosi possint alijs fieri. Hęc ille. Secūdò dicit Theo. ꝙ dn̄s in pñsenti parabola cōtra Phariseos loqtur, quos noīe filii iusti vult intelligi, nominās ex hypothesi siue ex suppositione, quasi dicat. Esto ꝙ vos sitis iusti, ꝙ tn̄ nō est verū, & nunq̄ excesseritis in mādatis dn̄i, nunq d pp hoc nō debetis gaudere de cōuersione malorū? Tertio pōt dici ꝙ p filiū seniorē intelliguntur iusti vel apparenter, seu in sua existimatione tm̄. Sicut autem dicit Greg. vera iustitia compassionē habet, falsa dedignationem. Pharisæi aūt quib. dn̄s loquitur in hac parabola apparenter erant iusti, verè autem iniquissimi, vnde magni fuerūt hypocritæ[Pater ergo illius egressus cępit rogare eum]vt & ipse simul congauderet. Hoc autem facit Deus & per scripturam & per internā inspirationem nos admonens [At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi & nunquam mandatum tuum præterii]Mentitur autem iste filius iustus apparens, vel ex hypothesi, ista verba accipienda sūnt secundum mentem Theo. id est supposito quod ita esset vt dicit, respondēdum esset, vt respondebat pater. Vel non sunt per

scrutanda secundum mentem Chry. [& nunquam dedisti mihi hædum, vt cũ amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiã suã cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum].i. aliquod gaudium ostendis in conuersione istius, quod nunquam uoluisti ostẽdere in mea innocentia. De hoc vide Dom.3. post festũ Trin. [At ipse dixit illi. Fili, tu semper mecum es, & oĩa mea tua sunt] Iste tñ textus eodem modo tripliciter exponitur. Primò, vt accipiatur secundum mentem Chryso. id quod Christus intendit. s. quod iustus nõ hẽt causam, vt doleat de salute iniusti, quia ex hoc nihil sibi deperit de sua parte, immo accrescit sibi consolatio, si gaudeat super fratre, & patre suo. Secundò secundum mentẽ Theo. vt ex suppositione sit sermo iste, quasi dicatur. Si ita est vt dicis, tu semper mecũ es, & oĩa mea tua sunt. Tertiò, vt sit sensus. Tu semper mecũ es apparẽter, & secundum existimationẽ tuam, & eodẽ modo oĩa mea debes credere esse tua, sicut credis te iustũ. Quare ergo tristaris cũ sit tibi gaudẽdũ? [Epulari aũt & gaudere oportet, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est] In hac aũt parte est literaliter documentum, de quo ait Aug. Quid vero sibi vult illud, & omnia mea tua sunt, quasi non sint & fratris. Sed sic à perfectis & immortalibus filiis habentur omnia, vt sint & omnium singula, & omnia singulorũ. Vt enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cũ angustia charitas tenet. Sed quõ omnia, cùm enim beatitudinem illam obtinuerimus nostra erũt ad uidendum superiora ad conuiuendum æqualia, ad dominandum inferiora. Congaudeat igitur securissimus maior frater. Hæc ille.


Allegoricè aũt secundum quosdam, & secundum alios (& fortè verius) ad literam exponitur hęc parabola de duobus populis, s. Iudaico & Gentili. Iudaicus aũt est filius senior. Dicitur aũt senior multiplici causa. Primò propter cultus antiquitatem, quia aliis ad idola declinantibus tenuit cultum antiquorũ patrum. Secundò propter prærogatiuã sapientiæ. Eccle.9. In sensu seniorum verbum. Deu. 4. En populus sapiens. Tertiò morum honestate, de qua Sapiẽ. 4. Senectus venerabilis non diurna, &c. Quartò hæreditaria portione, quia accepit partem egregiam, i. terram promissionis egregiam inter oẽs terras, vt patet Deu 4. Vnde & dictus est primogenitus Dei. Exo.4. Populus.n. Hębraicus v[illegible] dici multitudo iustorum a principio mundi, vsq; ad Chrm. Vnde & Greg. dicit in quadã hom. & Hębraicus populus hora prima, i. à principio mundi conductus sit ad vineam. Iunior aũt est Gentilis, qui constitutus est per declinationem à cultu Dei per idolatriã, quod tpe Abrahæ factum est. Hic filius petiuit & cõsumpsit substantiã suã eo modo, quo de peccatore expositũ est, superaddita idolatria. Secundum hanc ergo sniam quædã euãgelii verba exponemus. quæ expositione indigent. Passus Gentilis populus est famẽ, i. penuriam scripturarũ diuinarũ, quia nullam habuit [In se est reuersus] s. prædicãtibus Apostolis [quanti mercenarii]. i. Iudæi, qui Deo pro terreno regno, & diuitiis seruiebant [panibus] sanctarũ scripturarum [stolã primã] Eadem. n. gratia dabatur Gẽtilibus conuersis, sicut & Iudæis [Erat filius senior in agro] occupatus in terrenis [appropinquaret domo]. i. ecclesiæ per cõuersionẽ [symphoniã, & chorum]. i. gaudium, quod erat de conuersione Gentiliũ, & gratiã qua Deus illos Iudæis pares effecerat [Interrogauit vnũ de seruis]. i. Apostolis & ille pro omnibus respondit [nolebat introire ad fidẽ, quo ad Iudæos infideles, vel con gaudendum, quo ad aliquos iã conuersos, qui disceptabant aduersus Petrũ, quod ad Gentiles declinasset, vt patet Act. 11. & videbantur saltẽ secundum sensualitatem dolere, quod Gentes eis æquarentur [Pater vero egressus rogabat eũ] per Apostolos [seruio tibi] sub lege Moysi [& nunquã mandatũ tuũ præteriui] Sed cõtra, quia populus fuit duræ ceruicis, Exo.32. Ad hoc dicit primò, quòd non est necesse omnia scrutari. Secũdò, quòd mentitur iste filius senior. Tertiò, quod nunquam præteriuit mãdatũ de cultu vnius Dei, quo ad aliquos, nã semper in hoc populo fuerunt aliqui, & multi Deũ colentes [Et nunquam dedisti mihi hædũ] id est nunquã tũ beneficiũ contulisti mihi sub lege, quantũ modo isto filio tuo prodigo, & dissipatori [semper mecũ es] quia aliqui eorũ semper adhæserũt Deo. Cætera oĩa exponant, vt supra.

Est autẽ sciendũ quod hoc euangeliũ recitatur in die, quæ est Virgini Mariæ consecrata. Primò, quia ipsa est mater misericordiæ, & aduo-

aduocata peccatorũ, qui dissipata sua substantia volũt ad Deũ reuerti. Secundò, quia ei ad suum filium optimè cõgruunt verba illa patris ad filium iustum. Fili, tu semper mecum es, & oĩa mea tua sunt. Et in eis tãgitur primò vera maternitas, ibi; Fili, nam beata Virgo respectu Chri fuit vera mater, quia dedit materiã carnis, & conueniẽs nutrimentum. q̃ tria faciunt veram matrę, & ad hoc sufficiunt scd'm mentẽ Arist. in libr. de Animalibus. Fuit ẽt solicita, & studiosa mater adeo, ꝙ scd'm Bernar. oĩa opera misericordiæ filio exhibuit, quia illũ induit carnis indumento, & collegit in ventris hospitio, & pauit ac potauit lacte virgineo, & infirmũ ætate puerili fouit, & in carcere Crucis alligatum visitauit, atq; eius interfuit sepulturæ. Fuit ẽt pia mater tota pietate plena, quia nouem mensibus plenis in ventre eius pietas habitauit. Tangitur ẽt cohabitatio ibi, tu semper mecum es. Nam fuit cum ea in vtero eam sanctificando, & in vita eã ab oĩ actuali, & veniali conseruando, & in morte in corpore, & aĩa glorificando. Tangitur ẽt bonorũ cõicatio ibi, oĩa mea tua sunt, & similiter econuerso. Nam cùm filius habuerit tria. s. carnem, animam, & deitatẽ. illa caro fuit Virginis per generationem, & aĩa per amorem, & deitas per fruitionẽ. Et similiter omnia quæ fuerunt in matre, fuerunt filii, i. à filio, scilicet humilitas, quæ tãta fuit, vt Deũ ad se traheret: & virginitas, quæ etiam in aliis malos motus extinguebat, quia vt dicit S. Tho. licet esset corpore pulchra, tamen à nullo potuit vnquam cõcupisci: & fecunditas quæ tanta fuit, ꝙ totum mundũ satiauit suauissimo illo fructu, qui est Dominus Iesus Christus.

Dominicam 3. in Quadragesima.

Textus euang. Luc. 11.



Rat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutũ. Et cũ eiecisset dæmoniũ, locutus est mutus, & admiratę sũt turbę. Quidã aũt ex eis dixerunt. In Belzębub principe dæmoniorum, eicit dæmonia. Et alii tẽtantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse aũt vt vidit cogitationes eorũ, dixit eis. Omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domũ cadet. Si aũt & Sathanas in seipsum diuisus est, quõ stabit regnum ipsius? Quia dicitis in Belzebub eicere me dæmonia. Si aũt ego in Belzebub eicio dęmonia, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porrò si in digito Dei eicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnũ Dei. Cum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si aũt fortior illo superueniẽs vicerit eum, vniuersa arma eius aufert, in q̃bus cõfidebat, & spolia eius distribuet. Qui nõ ẽ mecum, aduersum me est. Et q̃ non colligit mecũ, dispergit. Cũ immundus spũs exierit ab hoĩe, ambulat p loca inaquosa, quærens requiẽ, & non inueniẽs, dicit. Reuertar in domũ meã, vnde exiui. Et cũ venerit, inuenit scopis mundatã, & ornatã. Et tunc vadit, & assumit septẽ alios spiritus secũ nequiores se, & ingressi habitãt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius, peiora priorib. Factum est aũt cum hæc diceret, extollens vocẽ quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati q̃ audiũt verbũ Dei, & custodiunt illud.

ERAT Iesus eiiciens dæmoniũ &c.] Lu. 11. In præsenti euangelio tangũtur tria puncta, quæ sunt Malignatio, Confutatio, & Comminatio.

QVANTVM ad primũ aduertendũ est, ꝙ miraculis Christi pharisæi duplicitex

ger detrahebant. Vno modo ascribendo ea potestati diabolicæ. Dicebant enim Christum habere dæmoniū principem dæmoniorum sibi familiarē, & virtute eius expellere dæmones inferiores. Potest enim superior dæmon inferiorē expellere & alligare, vt patet quol. 2. q. 7. & quol. 3. q. 10. Forte idē dicebant de curationibus infirmitatū, s. ꝙ eas efficeret per dæmonē illum, sed hoc nō habetur expresse. Alio modo detrahebant, quia dicebant ea esse parua, quia erant cōmuniter circa curationes infirmorū. Vnde petebant ꝙ faceret signū in corporibus celestibus. Vtraque autē calumniatio tangitur in præsenti euangelio. Dicitur ergo [Erat Iesus eijciens dæmoniū] id est eijciebat dæmonē de humano corpore [& illud erat mutum] Non dicitur autē dæmoniū mutū, secundū Titū, quasi ipse habeat in se hāc passionē, sed quia eam inferat homini obsesso. Erat ergo iste homo mutus & similiter erat cæcus, vt habetur Mat. 12. Quidā etiā dicūt quòd fuit surdus, & hoc expresse dicit Tho. & Chry. & idē innuit etiā Magister hist. qui dicit quòd in græco melius sonat surdus q̄ mutus. Quidā autē huius rationē assignāt, quia in euangelio dicitur fuisse mutus, omnis autē naturaliter mutus, naturaliter est surdus. Sed ista ratio nō valet propter duo. Primò quidē, quia non habetur autenticè ꝙ fuerit iste naturaliter mutus. Secundo, quia vt dicit S. Tho. super lib. de sen. naturaliter surdus, est etiā naturaliter mutus, quia homines non addiscunt loqui, nisi audiēdo loquentes, non tamen, vt ait ibidē, est necesse ꝙ naturaliter mutus sit etiā surdus. Sicut enim aliquis audiēs potest esse balbutiens, ita & elinguis. Ideo dicendū, ꝙ verè fuit surdus, sicut dicūt supradicti, quia vt dicit Theo. mutus dicitur, & qui non loquitur & q̄ nō audit, sed magis propriè qui nec audit nec loquitur. Sed quare diabolus ingressus hominem impedit hos sensus. Ad hoc dicit Chry. quod impedit auditum, ne conuertatur, & linguam ne confiteatur [Et cùm eiecisset dæmoniū, locutus est mutus] Beda ēt dicit quòd recepit visum, & hoc rationabiliter, quia non est verisimile ꝙ Christus eum imperfecte sanauerit, & consequenter habemus etiā dicere, quòd recepit auditū. Ideo ibi fuerunt quatuor miracula, quia eiectus dæmon, restituta loquela, & visus & auditus. Beda tamē dicit quod fuerunt tria; quia de auditu non facit mentionē [Et admiratæ sunt turbæ] attolentes Christū laudibus, quia scilicet nulla inuidiæ passione aduersus Christum tenebantur [Quidā autē ex eis] Isti, vt dicitur Mat. 12. fuerunt pharisæi qui hic dicuntur fuisse ex eis, idest de turba, nō quia simul cū turba credantur laudasse factū, sed quia cū turba erāt permixti, & alijs laudantibus ipsi dicebant [in Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia] ac si dicant, Iste Iesus non eijcit dæmones virtute Dei quasi sanctus homo, sed in Beelzebub .i. virtute Beelzebub principis dæmonū. cui alij dæmones obediunt imperanti. Est autē notandū ex Magistro histo. & alijs authoribus ꝙ primū nomen idoli fuit Belus. Fuit enim Belus pater Nini regis Babylonis, cui Ninus idolū & diuinos honores instituit. A Belo autē primo idolo variæ gentes, secundū idiomata sua appellauerunt idola sua, Babylonij quippe dixerūt Bel. Moabitæ Beel. Palestini Baal, & quādoq; aliquid superaddebāt vt Beel phegor, i. Deus tentiginis, q. est priapus: quādoq; Baalim q. ē Deus Sidoniorū. Beelzebub autē nullus idoli nomē erat, sed Iudæi vicinū sibi idolū acharonitarum dicebant Beelzebub irrisoriè, qui sonat idem quod Deus muscarū, sequentiū scilicet sanguinē immolatarū bestiarū, quas fortè illi nō aut non benè lauabant, sicut sacerdotes domini in Hierusalē qui erant mundiores; lauabāt hostiā bis. s. in probatica piscina & in lateribus tēpli. Sciendū est ēt ꝙ ly dæmō ex vsu sonat in malū, sed ex institutione significat tā bonū q̄ malum Angelū. Nā græce dæmon, latinè dicitur sciens. Vnde græcus dicit eudemon, id est bonus vel felix dæmon & cacodæmon, id est malus vel infelix dæmon. Idem est autē iudiciū vt videtur de hoc nomine diabolus. Est enim idem quod accusator vel criminator, & dicit à diabolo verbo græco, idest accuso. Vnde cū dicunt sancti quod nō est nomē naturæ, sed culpæ, quia scilicet dicit naturā vt peccato deformis est, fortè debet intelligi ex vsu, non ex institutione, quia iusti & sancti raro accusant [Et alij tētantes signū de cœlo] idest in corporibus cœlestibus [quærebāt ab eo] quasi ea quæ viderant fuissent exigua. Et isti etiā fuerunt pharisei simul cū scribis, vt patet Matth. 12. Isti autem tentabant Christum, idest

idest volebant sumere experimentũ de eius potestate si posset cęlestia corpora immutare. De hoc ait Cyri. Alij vero paribus stimulati liuoris aculeis petebant ab eo cęleste videre portentum: quasi dicerent. Quãuis ab homine dæmoniũ eieceris, non tamen hoc est diuinę operationis argumentũ. Nondũ enim videmus aliquid prioribus miraculis simile. Moyses .n. traduxit populũ per mediũ maris, Iosue vero successor eius solẽ retardauit in Gabaon. Tu vero nihil horum ostendisti. Quærere enim prodigia de cœlo innuit quòd huiusmodi cogitationibus tũc temporis afficiebãtur erga Christũ. Hęc ille.

In hac parte est morale documentũ, ꝙ diabolus intrãs in cor peccatoris qui ꝑ istũ hominẽ significatur, facit tanquã latro ingrediens domũ ad spoliãdũ, quia extinguit lumẽ ne videatur, & silẽter ingreditur ne q̃s auxiliũ vicinorũ inuocet & ita diabolus extinguit lumen fidei, & claudit auditũ cordis ne audiat verbũ Dei, & claudit os ne q̃s cõfiteatur, & ingredit̃ intus, & spoliat omnes bonas cogitatiões, & exit foras & tollit omnia bona opera. Oseę. 7. Fur ingressus est spolians, latrunculus foris.

QVANTVM ad secundum tangitur quomodo Christus eos confutauerit. Est autem aduertendum ꝙ cũ suspitio pharisęorũ esset irrationabilis non audebant eã propalare secundũ Chryso. eo ꝙ turbã cauebant, sed eã in corde suo vertebant. Et hoc notatur cũ dicitur [Ipse autẽ vt vidit cogitationes eorũ] non autem dicitur, vt audiuit verba [dixit eis] arguendo contra eos. Probat enim Christus quod non erat verũ quod cogitabant per quatuor rationes.

Sed quare contra eos non arguebat ex scripturis? Ad hoc dicit Beda ꝙ ideo est. q̃a non attendebant eis, sed falso exponebant. Prima ergo ratio est talis [Omne regnũ in seipsum] idest contra seipsum [diuisum [per bella intestina & ciuilia [desolabitur, & domus supra domum cadet] Hoc enim docet experientia, est etiam ratio, quia pax in regno est sicut sanitas in homine, quæ facit ꝙ homines stẽt in ordine suo. Ergo sicut abeunte sanitate destruitur homo, ita abeunte pace desolatur regnum, & ciuitas, & domus. Beda. Firmat enim regna & domos, subditorũ concordia. Hæc ille. Sed si Sathanas eijcit alium sathanam, vt isti dicebant, erat discordia in regno diaboli, ex quo sequebatur quod regnum eius stare non posset. Et hoc est quod dicit [Si autem] sc. pro quia, secundum istos [& Sathanas in seipsum] idest contra seipsum [diuisus est] dum vnus dæmon alium violenter & contra eius voluntatẽ eijcit, vt experientia docet [quo modo stabit regnum ipsius? Quia dicitis in Beelzebub eijcere me dæmonia] q. d. Nullo modo posset stare, si esset verum quod dicitis. Et tunc subiungendum est secundum Hier. quod cùm stet regnum diaboli & stabit vsque ad diem iudicij super peccatores, sequitur quod non sit contra se diuisus, nec vnus diabolus eijciat aliũ, sed Christus eijcit omnes virtute propria. Est tamẽ sciendũ ꝙ regnũ diaboli cõsistit principaliter in possessione humanarũ voluntatum, & non humanorum corporũ, ideo nunquã vnus diabolus quærit expellere alium ab anima seu voluntate hominis, quia poneret diuisionẽ in regno suo, quod nunquã facit. Potest tamen cũ pace regni sui aliũ expellere de corpore ad illudendũ homines, vt credat eũ sanitate date languentibus. Christus autẽ expellebat ab anima & à corpore simul, ideo illa expulsio non poterat esse à diabolo nisi cum scissura regni sui atque discordia. Et ꝙ expelleret ab anima testabatur cõuersatio liberatorũ, & ẽt ipsa conuersatio & prædicatio Christi, quæ erant scd̃m virtutẽ. Secũda aũt rõ tãgit̃ ibi [Si aũt ego &c.] Pro qua aduertendũ est, ꝙ tria genera hominũ tunc inueniebant̃, qui dæmones effugabãt. Primò ipse Chri discipuli, qui Christũ inuocabant, & virtute nominis eius præualebat in dæmone. Secundò quidã exorcistæ, de quibus habetur Actũ 19. inter quos Magi. histo. dicit fuisse ẽt magos. Vñ dĩ ubi supra, quòd libros cõbusserunt. Isti ut facilius eijcerent dæmones adiurabant eos in nomine Iesu quẽ Paulus prædicabat, & diabolus semel adiuratus dixit, Iesum noui, & Paulũ scio, uos aũt qui estis. Et aggressus est eos dęmoniacus & spoliauit & uulnerauit. Et licet tũc ita fecerit, tamen ut dicit Mag. hist. multi dæmones eijciebãt inuocato nomine Christi. Isti etiam uiuente Christo sic faciebant. Vnde dicitur Luc. 9. ꝙ apostoli uiderunt quendam in nomine Christi eiicientẽ dæmonia, qui tamen non adhęrebat Christo

Tertio exorcistæ exercentes exorcismos

Salomo-

Salomonis, & per illos dæmones fugantes maximè si radix cuiusdā herbæ ponebať in narib. obsessi. Vnde & Iosephus dicit, tpe quo Vespasianus Iudæā vastabat, se vidisse quēdā exorcistā captū, & ad Vespasianū ad ductū. q annulū sub cuius gēma radix erat posuit in narib. cuiusdā obsessi, & adiurauit dęmonē, & egressus est. Vt aūt probaret eie ctū dæmonē posuit peluim plenā aqua in medio, & adiurauit dæmonē, vt subuerteret peluim, ꝙ & fecit. Et licet aliqñ isti exorci stæ essent illimet q inuocabāt Chri nomē, vt facilius eiicerent, sicut Mag. hist. dicit, tñ nō est absonū quin & alii, vtpore magi, vel curiosi hoc facerent. Est ergo scđa rō talis. Multi eiiciunt dæmones in nomine meo, vt de se manifestū est in meis apostolis, & in vestris exorcistis & magis; ergo multo magis ego possum illos mea virtute expel lere. Cyril. Quando alii in noīe meo Satha nā conterunt, qūo non hēt multā amentiā dicere me à Beelzebub habere virtutē? Hæc ille. Vel secundùm S. Tho sic formatur rō ista. Multi eiiciunt dæmones in noīe meo, & tñ illis non detrahitis, dicendo ꝙ virtu te dæmonis hoc faciant, ergo neq; de me debetis hoc dicere, vel suspicari. Air ergo [si aūt ego in Beelzebub eiicio dæmonia] vt dicitis, [filii vestri] .i. apostoli, secundum Chryso. & Hierony. quos dicit eorū filios, quia de Iudæis secūdùm carnē sunt exorti, non aūt eos dicit apostolos secūdùm Chry sost. & Sanctum Tho. volens eorū mulcere furorē, vel filii vestri, i. exorcistæ a vobis na ti secundum eosdē, vel filii vestri. i. omnes Iudæi eiicieťes dæmones, ēt si nō erāt exor cistæ [in quo]. i. virtute cuius [eiiciunt] quasi diceret secundum Cyril. Constat ꝙ virtute mea eiiciūt. Vel quasi diceret secū dum S. Tho. Cōstat ꝙ nō dicunť eos eiicere virtute diaboli, sicut dicitis de me pp inui diā & liuorē [ideo ipsi iudices vestri erunt] Apostoli quidē erunt eorū iudices in iudi cio authoritate. & ptāte secundùm S. Tho. quia cum Christo iudicabunt, sed eorū ex orcistæ. vel magi erunt eorum iudices, non ptāte, sed comparatione, secundùm Bed. dum illi expulsionē dæmonum ascribunt Deo, & virtuti nominis Christi, pharisæi aūt ascribunt Beelzebub. Facta aūt ratione sua Christus, & probata conclusione iam duabus rōnibus, infert correlatiuum vnū dicens [Si autem] si pro quia [in digito Dei] id est in Spiritusancto, secundum Augu. de consen euan. qui probat ꝙ per digitū intel ligitur Spiritussanctus, quia vbi Luc. dicit, si in digito, dicit Matth. si in Spiritusancto, qui ideo dř digitus secundū eundē ibidem, qa partitur dona sua hominibus & ange lis, partitio aūt magis in digitis, q̄ in aliis nostris mēbris apparet. Vel scđm Cyrill. iō est, quia filius dictus est brachiū & manus, eo ꝙ per filiū operatur pater. Vnde eodem modo cū filius per Spiritūsanctū operetur, dř digitus originē ducens à filio, sicut digi tus à manu. Dicit aūt Christus se virtute Spi ritussancti expellere dæmones scđm Atha na. pp suam humanitatē, quæ ex se dæmo nes expellere nō posset. Dicit ergo [Si in di gito Dei] .i. in virtute Spiritussancti [eiicio dæmones] imperando propria authoritate, vt patet & probaui [profectò peruenit in vos regnum Dei] .i. Christus, secundū Cyril lū & S. Tho. qui erat rex, & prædicator re gni Dei, in quo debebat esse deitas p quā ille homo expelleret dæmones imperatiuè & non deprecatiuè. Vel per regnū Dei, se cundū S. Tho. intelligitur dñium Dei sup cordibus hominū suppeditato diabolo. Et nota ꝙ secundū S. Tho. ista expulsio fiebat à tota Trinitate, sed tñ attribuitur Spiritui sancto, qa ei ēt attribuiť bonitas ad quā vř pertinere expulsio inimici obsidētis aīam. Tertia aūt rō tangitur ibi, [cum fortis ar matus] Ad cuius intellectū sciendum est, ꝙ diabolus ante Christi aduentū dñs huius mundi dicebatur. Ioan 14. Venit princeps mundi huius &c. Et hoc ideo, quia tyrāni dem exercebat in oēs homines, & oēs ad infernū captiuos ducebat, & ēt tentando fa cilius superabat, quàm tēpore gratiæ. Chri stus aūt venit in hunc mundū pugnare, cū eo per gladium sanctæ prædicationis expel lendo eū de audientiū cordibus, & etiā de corporibus virtute suæ diuinitatis. Expellē do autem Christus diabolum de corde, ex pellebat non solum inferiores, sed etiam su periores dæmones omnes & Beelzebub & alios, quia iustificabat homines per gra tiam, cum qua in corde hominis nullus po test dęmon habitare. Quod autem omnem diabolum expelleret ab anima testaban tur opera eorum quos sanabat, quia quan tumcunque fuissent flagitiosi videbantur

post-

postmodum bene operantes. Est ergo ratio talis. Ego sum fortior Beelzebub, quia expello eũ, & omnes dæmones à cordibus hominum, ergo opera mea nõ sunt per virtutem Beelzebub, sed ꝑ fortiorem, id est diuinam. Hanc ergo rationem tangit, dicens [Cum] supple homo [fortis] idest diabolus significatus per hominẽ fortem secundũ omnes sanctos ratione cõuenientiæ in intellectu, & ratione suæ magnæ potentiæ [armatus] telis omniũ peccatorũ, secũdũ The. quibus tẽtat, vel armatus astutia & dolo, & nequitia secũdùm Bedam [custodit atrium suũ] idest hũc mũdum secundũ Bed. quem custodit nõ vt canis gregem, sed lupus prædam ad deuorãdũ, scilicet [in pace sunt ea quæ possidet] id est sine contraditione dominatur hominibus. Cyril. Erat autem ante Saluatoris aduẽtum violẽtia multa rapiens alienos greges, scilicet Dei, & quasi ad proprium ducẽs ouile. Hæc ille. [Si aũt fortior illo superueniens vicerit eum] propria virtute sicut ego facio [vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat] illuminando corda scientia Dei secundum Cyril. vel prohibendo peccata per suam exhortationem & gratiam, vel reprimendo potentiam eius ne tantum possit cõtra genus humanũ, vt prius secundũ mentẽ Theo. [& spolia eius distribuet] Spolia q̃ diabolo Christus rapuit, sunt sancti qui erãt in carcere lymbi, de quibus dr̃ in Psalmo. Ascẽdens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem. Hos ergo sublatos de faucibus diaboli, describunt diuersis ordinibus angelorum, vt eos haberent conciues. Vel sunt ipsi iusti qui fuerunt peccatores quos ecclesiis destribuit in pastores & doctores. Vnde ibidẽ subditur. Dedit dona hominibus. Beda. Victor Christus spolia distribuit, ꝙ est insigne triumphantis, quia captiuam ducẽs captiuitatem dedit bona hominibus, quosdã quidem apostolos, alios autem euãgelistas, hoc prophetas, illos pastores ordinãs & doctores. Hæc ille. Quarta ratio tangitur ibi [qui non est mecum &c.] & est confirmatio præcedentiũ rationũ. Posset enim aliquis dicere, ꝙ ideo Christus superauit fortẽ, & spoliauit armis, quia ille sic voluit cũ esset eius amicus. Sed contra arguit sic Christus. Quicunque sunt contrariarũ voluntatũ & contrariarum actionum non sunt concordes & amici. Sed ego, & Beelzebub habemus contrarias voluntates & actiones, quia ego diligo bonam vitam, & charitatem, & ad illam colligo homines quãtum possum, ille vero appetit malam vitam & odium, & dispergit homines ab vnitate dilectionis quãtum potest. Hanc ergo tangit, dicens [Qui non est mecum] per concordiam voluntatis, secundùm Chry [cõtra me est] siue est contrarius & inimicus meus [& qui nõ colligit mecũ] homines ad fidem veram & dilectionem, iuxta suum modũ & posse [dispergit] per falsas opiniones & odia. Cætera quæ sequũtur scilicet immundus spiritus &c. sunt supra exposita. Sed contra ista uidetur esse quod dicitur Mar. 9. Qui non est contra vos, est pro vobis. Nam ibi loquitur Saluator de quodã eijciẽte dæmones in nomine Christi, qui tamen nõ adherebat apostolis, & creditur fuisse malus, quia apostoli prohibuerunt eũ expellere dæmones in nomine Christi, vt ibi dicitur. Iste ergo nõ erat cum Christo, quia erat malus: ergo erat contra Christum per ea quæ hic dicuntur. Ergo non erat ꝓ Christo contra ea quæ dicuntur Mar. 9. Ad hoc dico quòd quando dicitur ille nõ erat cum Christo cùm esset malus, negatur hoc. Dico enim ꝙ erat cum Christo quantum ad substãtiam operis, quia bona operabatur, & sic non erat contra Christum, sed pro Christo. Non autem erat cum Christo quantum ad intentionem, & sic erat cõtra Christum. Et quando dixit Christus quod erat pro se, intelligitur quantum ad substantiam operis. In hac parte est documẽtum morale, quod non est mirandum si interdum iustis bene operantibus detrahatur, peruertendo intentionem aut modum faciẽdi quando ipsum opus peruerti nõ potest. Sic enim accidit capiti nostro Christo, vt dicitur in p̃senti euãgelio, quia bona operabatur, & dicebant q̃dam hæc esse virtute diabolica. Contra tales dicit Aug. de occultis alieni cordis temere iudicare peccatum est. Etenim cuius opera nõ videntur nisi bona, iniquum est ex sola suspitione reprehendere. Hæc ille. Est & aliud, scilicet qđ debemus esse vigiles & obseruatores nostri, quia ex illo uerbo principe dęmoniorum &c. & ex illo cùm fortis armatus &c. colligitur quod est unus dæmon princeps aliorum, qui ordinat alios ad pugnam contra nos. Et secundum quod ex uariis locis scripturæ colligitur, ipse quidem

uocatur

uocatur lucifer, & præest superbiæ, vt patet Esa.3. & sub se habet alios principes, scilicet Asmodeum, q̃ præest luxuriæ, vt patet Iob 3. & Mammona q̃ a auaritiæ, vt patet Matt. 6. & Beelzebub, id est vir muscarum, q̃ præest muscis malarum cogitationũ odii & rãcoris. Cùm igitur in scripturis diabolus dicatur serpens, isti quatuor principes expellun tur modo quo serpens. Qui expellitur primo per odorem vineę quĩ significat humilitatis odorem fugantem luciferum. Secũdò p̃ sputum ieiunãtis, quod secũdùm Ambr. in hexa. est venenum serpentis, & significat carnis mortificationem, qua fugatur Asmodeus. Et tertiò per hominis denudationem, quia vt dicit histo. schol. serpẽs vestitum hominẽ inuadit, nudũ fugit, & significat paupertatem, & cõtemptũ temporalium, quo fugatur Mammona. Et quartò per carmina incantatoris qui eum mouet, vt vult. Vnde cùm sentit se incantari claudit aurem vnam terra, & aliam cauda. Iuxta illud Psal. Sicut aspidis surdæ &c. significat ista incãtatio absolutionẽ sacerdotis, qua expellitur Beelzebub. Et quia diabolus scit se per cõfessionẽ & absolutionem expelli, ideo ipsam cõfessionem nititur impedire, ad similitudinẽ lupi, qui nunc capit ouem, i. hominem per pedem, quia eum dimittit ecclesiam adire, neque per aurem, quia eum verba Dei permittit audire, neque per manum, quia dimittit eũ eleemosynas facere, sed p̃ guttur ne possit confessionem emittere. Habet aũt secundũ Sanctos diabolus alios principes præter istos uariis iniquitatibus præfectos, sed de eis nõ ita clare exprimitur in libris sanctis.

QVANTVM ad tertium tangitur cõminatio facta incredulis Iudæorũ, & patet ista pars ex his quæ dicta sunt fer. 4. post primã dominicam Quadra. usque ibi [factũ est autẽ &c.] Scribis enim & Pharisæis dominũ tentantibus & blasphemantibus, quædã mulier ad eorũ cõfusionem publicè & altè laudauit Christum, adeo, vt matrẽ eius beatam ex filii sanctitate diceret & prædicaret. Est autem sciendum quod secundũ sanctos doctores ista dicitur fuisse beata Marcella pedissequa Marthæ sororis Mariæ Magdalę. & Lazari. Ex quo sequitur quod irrationabile nõ est Magdalenam interfuisse huic prædicationi, & in ea secũdũ aliquos fuisse conuersam. Vnde & Magi. hist. dicit secundum quosdam dominum fuisse tunc inuitatum à Symeone Pharisæo in Nazareth, & Magdalenam ad eũ lachrymis suffusam uenisse. Sed ista certa nõ sunt quæ de Magdalena dicuntur, sed rationabilius est quod in Hierusalem fuerit conuersa, licet huic sermoni potuerit interesse, quia iam eius conuersionem Lucas recitauerat. Dicitur ergo [Factũ est, cùm hæc diceret [cum gratia populi in confusionem Pharisæorum [extollẽs uocẽ] in altũ, ut clare ab hominibus posset audiri [quædam mulier] sexu quidem fœmina, sed animo uirili [de turba] quæ exultabat in gloria Christi inuidos cõfutantis [dixit illi, Beatus uẽter, qui te portauit. & ubera quæ suxisti] Sicut autem dicit Beda, sicut Christus tunc cõfutauit Iudæos Christum Dei filium negãtes, ita hæc confutat nunc hæreticos qui dixerunt eum carnẽ nõ sumpsisse de matre. Si enim, inquit, est eius lacte nutritus, quare negatur eius semine cõceptus, cùm ex eodem fonte secundũ physicos uterq; humor emanare probetur? Hæc ille. Per semen tamen Beda sanguinem siue materiam generationi necessariam accipit. Virgo enim non ex semine sed ex sanguine concepit purissimo, ut patet 3. part. q. 31. ar. 5. [At ille dixit, Quinimmo, beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud] Et in hoc secundum Chry. nõ repudiat matrẽ, sed ostendit non ei profuisse, si fuisset mater sine iustitia & sanctitate.

In hac parte est documẽtum literale. q̃d tangit Chrys. d. Si Mariæ non proderat sine dotibus animæ Christum ab ea ortum traxisse, multo magis siue patrem siue matrẽ siue fratrem siue filium uirtuosum habeamus, nos autem absistamus ab eius uirtute, nequaquam hoc prodesse ualebit. Hæc ille.

Feria 2. post Domi. in Quadrage.
Textus euang. Luc. c. 4.



VANTA audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In

ueritate

veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israel, quãdo clausum est cœlum annis tribus & men sibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra, & ad nullã illarũ missus est Hælias nisi in Sareptã sydomiæ ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erãt in Israel sub Heliseo ꝓpheta, & nemo eorũ mũdatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sũt oẽs in synagoga ira hęc audiẽtes. Et surrexerunt & eiecerũt illũ extra ciuitatẽ, & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis super quẽ ciuitas illorũ erat ędificata, vt pcipitarent eũ. Ipse aũt trãsiẽs p mediũ illorũ ibat.

QVANTA audiuimus facta in Capharnaũ &c. [Luc. 4. In præsenti euãgelio tanguntur tria puncta, quæ sunt, Inuitatio, Excusatio, Indignatio.

QVANTVM ad primum tangitur inuitatio quam fecerunt Christo sui compatriotæ ad prodigia facienda. Pro hoc ergo aduertendum est, quod istã inuitationẽ non fecerũt Pharisæi ore, sed corde. Nã Saluator cùm ingressus fuisset synagogã sabbato in Nazareth, dederunt ei librũ legẽdũ, in quo legit prophetiam Esa. 61. Spiritus domini sup me &c. Et cùm legisset eã, postea sedit, dixitque illam in se cõpletã, & oculi omniũ erant versi ad eũ, & valde gratiosè prædicauit, ita qđ vt dicit Lucas [omnes dabant testimoniũ, & mirabãtur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius] Dicuntur autem Christi verba esse verba gratiæ. Primo originaliter, quia erant à gratia Esa. c. 61. Spiritus domini super me ꝓpterea quòd vnxit me, euãgelizare pauperibus misit me & hoc secũdum translationẽ 70. interpretum. Secũdò materialiter q̃a erant de gratia. Vnde dicitur ibidẽ. Prædicare captiuis indulgentiam &c. Tertiò formaliter, quia erãt gratiosa. Io. 7. Nunquam sic locutus est homo. Psal. Diffusa est gratia in labiis tuis. Quartò finaliter, q̃a erant propter gratiam habẽdam. Io. 14. Iam vos mundi estis propter sermonem quẽ locutus sum vobis. Quinto causaliter quia erant gratiæ collatiuę Io. 6. Verba q̃ ego loquor spiritus & vita sunt. Multi autem sunt qui habent, q̃dã gratiam verborũ, quia sunt eloquentes, sed nõ verba gratiæ, id est gratia & ad gratiam ordinata. Contra quos Eph. 4. Omnis sermo malus de ore vestro nõ procedat, sed si quis bonus est ad edificationẽ fidei, vt det gratiam audienti [Et dicebant] Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis [Vtique dicetis mihi hãc similitudinẽ medice cura te ipsũ] Est aũt notandũ quod Christus assimilatur se medico corporali, sanãti corpora per naturales medicinas, quia ipse fuit verè medicus corporis & animæ, habens multas medicinas. Nã medicatiua sunt primo eius verba Esa. 61. Ad annunciandũ mansuetis misit me, vt mederer cõtritis corde, quo ad animam scilicet, Et Matth. 8. Dic tãtum verbo & sanabitur puer meus, quo ad animam scilicet & corpus simul, quia neutrũ sine altero sanabat, maxime corpus sine anima, q̃a principaliter erat medicus animarum. Et secundò eius vestimẽta. Matth. 9. Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero. Erat. n. in eius humanitate virtus deriuata à deitate, & in vestibus ac verbis, & forte in omnibus corporibus mediis inter ipsum & infirmum quemlibet ab eo curãdum. Et tertiò eius amor tam actiue quàm passiue. Eccl. 6. Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis. Et quartò eius dolor. Esa. 53. Disciplina pacis nostræ super eum cuius liuore sanati sumus. Et quintò eius caro. Matth. 8. Tetigit eum, dicẽs. Volo, Mundare. Et sexto eius aspectus. Luc. 22. Respexit Petrũ, & fleuit amare. Quædam tamen horũ sanabant meritoriè, vt suus dolor, quædam effectiue, vt sua caro & vestis & quædam vtroque modo, vt cruor passionis, vt diffuse in die resurrectionis ĩ digressione pertractabitur. [Quãta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua] Ex q̃bus patet, ꝙ nõ inuitauerunt eum sui compatriotæ, sed inuitare volebant, ipse vero assumpsit verba quæ illi dicere volebant & ea protulit ore suo. Etiam sciendum est, quod vt quidam dicunt conciues eius non voluerunt ista dicere illa die quando prophetiam legit, tunc enim libenter audiuerunt illũ, sed alia die. Nam Saluator frequenter ibat, vt euangelistæ dicunt Capharnaum, & redibat in Nazareth,

zareth, sed in Capharnaum faciebat mirã-da & nõ in Nazareth, propter quod quadã die cœperunt despicere eũ & dicere. Nõne hic est filius Ioseph &c. Quidam tamen alii dicũt quod eadem die factũ est, & quod dicitur. Omnes testimonium illi dabant, i. laudabãt eum, intelligendũ est, ꝙ oẽs, i. maior pars. Quod vero sequitur, & dicebant, nõne &c. intelligẽdũ est quod quidã inuidi sic dicebant. Qualitercunque autem fuerit, dicit tamen ecclesia Phariseos id dixisse quod dicere cogitabant. Dicitur ergo [dixerunt] id est dicere voluerunt, sed Christus eos preoccupauit, dicendo id quod illi dicere volebãt [Pharisęi] inuidi ad Iesum, [Quãta] mitacula [audiuimus facta] per te [in Capharnaũ] quæ erat ciuitas ꝑncipalis Galileæ [fac & hic in patria tua] vbi es nutritus. Et hoc est idẽ quod dicere, medice cura teipsum, i. si faceres uera miracula, vt dr̃, libentius ea dẽres facere inter tuos, ꝙ̃ inter extraneos, sicut, & medicus magis de se, & suis ꝙ̃ de alijs curat. Et sic secũdũ aliquos detrahebãt eius miraculis, secũdũ alios tñ hoc dicebãt volentes, vt honoraret patriã suã, & vt ipsi quoque possent videre quæ audiuerãt ꝑ famã. In hac parte est morale documentũ, ꝙ Deus dat gratias suas variè, secundũ varias animorum preparationes. Est enim tanquã sol, qui tantũ illuminat quantũ aperis fenestram. Et si dicas, Nõ possum me disponere nisi ille dederit. Dico quòd verũ est, sed ipse sem ꝑ est paratus te adiuuare & nulli deficit, sed nolumus consentire eius motioni. Apo. 3. Ego sto ad ostium, scilicet cordis, & pulso. Et licet ipse posset si vellet tuã voluntatem mutare, tamen vult quod libere ei assentias, quia hoc requirit natura tuę voluntatis, sicut vult ignem calefacere, quia hoc requirit sua natura. Ideo ait August. Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te. Hæc ille. Et intelligitur, ꝙ non saluabit te sine te cõsentiente, quãuis saluet te sine te saluãte.

QVANTVM ad secundum tangitur excusatio quã fecit Saluator, & intendit dicere, ꝙ nõ ideo nõ facit miracula, qa nõ possit, aut quia cõtẽnat patriã, sed quia ipsi erãt indispositi. Dicitur ergo [Ait aũt. amẽ] idest verè [dico vobis, qa nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua] Cyrillus. q. d. Vultis multa prodigia inter vos à me fieri penes quos sum nutritus, sed nõ latet me qđã cõmunis q̃ cũctis accidit passio. Cõtẽnũtur. n. quodãmõ semper ẽt optima quæque, quãdo nõ raro contingunt alicui, sed suppetũt ad velle, & sic etiã cõtingit in hominibus. Familiaris enim qui semper præsto est debita reuerentia priuatur à notis. Hæc ille. Probat autem Saluator sententiam suam duplici exẽplo scripturæ, cùm subditur [In veritate dico vobis] Iste modus loquẽdi est iuramentũ, si intentio loquentis sit ipsam primã veritatẽ inuocare, vt sit sensus. In veritate, i. Deo, vel ꝑ Deũ, seu sc̃d'm Deũ dico vobis. Põt ẽt nõ esse iuramẽtũ si nõ prima veritas quæ Deus est, sed ipsa veritas in eõi accipit, vt sit sensus vero dico vobis. Et vtroq; mõ hic põt accipi, sed tñ credo ꝙ Saluator nõ iurauerit, q̃a non erat necesse, cùm ea q̃ dicebat cõstarẽt ex scripturis [Multæ viduæ erãt in Israel]. i. in populo ĩ quo Helias erat nutrius & natus [in diebus Heliæ] i. in q̃bus Helias hic cũ hoibus conuersabatur. Chry. Helias terrestris angelus, cœlestis homo, q̃ nec tectũ, nec mẽsam, nec amictũ hẽbat, vt multi clauẽ cœlorũ gerit in lingua. Hæc ille. Vñ sequitur [Quando clausum est cœlũ] ad orationẽ Heliæ 3. Reg. 17. [& facta est fames in omni terra] Basi. Vt. n. aspexit Helias ex saturitate non modicũ generati opꝓbriũ, per famẽ illis ieiunium attulit quo culpã eorũ quæ in immensum crescebat, cohibuit. Corui aũt facti sunt iusto illi ministri, q̃ cõsueuerunt aliorũ pabula vsurpare. Hæc ille [Et ad nullã earũ] viduarũ q̃ erãt de populo suo [missus est Helias] qñ fuit compulsus exire desertũ, & hoc quãtũ ex scriptura hr̃, secũdũ quã loqtur Saluator, Sicut. n. habetur vbi supra cũ Helias lateret in quodã torrẽte à facie regis Israel, ibi pascebatur à coruis & bibebat aquam torrentis, sed eo exiccato dominus misit eum ad quandã viduam Gẽtilem deuotiorem viduis Israeliticis. Iõ subditur [Nisi] pro sed [in sareptã Sydoniorũ]. i. ad quandã ciuitatem, vel terrã Gẽtiliũ [ad mulierẽ viduam] Hoc ẽt, vt dicit Chry. factũ fuit nõ solũ ꝑꝑ viduæ huius fidẽ & deuotionẽ, sed ẽt diuina misericordia, vt. s. Helias dũ longa spatia terrarũ trãsiret, videret mundi calamitatem, & pluuiam à domino postularet [Et multi leprosi erant in Israel sub Helisco propheta] id est in diebus Helisei [& nemo eorum mundatus est] ab Helisco [nisi Naaman syrus] qui scilicet,

ect, non erat de populo Helisęi. Et in oībus his vult Saluator inferre, ꝙ ipse non faciebat ipsis miracula, quia non habebāt ad eū debitam reuerentiam, & deuotionē, & fidē, immo ei inuidebant. Vnde dr̄ Marci. 6. Et non poterat ibi virtutem vllā facere. Non poterat inquam, secundū congruentiam, quamuis potuisset absolutè. In hac parte est morale documentum, quantum malū sit inuidia. Ambr. Hoc autē exemplo declaratur, quòd frustra opem misericordiæ cœlestis expectes, si alienæ fructib. virtutis inuideas. Aspernator n. Deus inuidorum est, & ab his qui diuina beneficia persequūtur in aliis, miracula suæ ptātis auertit. Dominicæ quippe carnis actus diuinitati, exēplū est, & inuisibilia eius nobis per ea, q̄ sunt visibilia demonstrantur. Videte igitur, quid mali inuidia afferat indigna, propter inuidiam patria iudicatur, in qua ciuis operatur, quæ digna fuit in qua Dei filius nasceretur. Hæc ille.


Et nota ꝙ cū duplex sit natiuitas. s. in vtero, quæ est conceptio, & ex vtero, Amb. loquitur de prima. Est & secūdū documentū. Nam ex historia Heliæ quæ habetur 3 Regū 17. vbi patet, ꝙ dū erat in deserto Deus vespere, & mane per coruos mittebat ei panē & carnes, & bibebat aquam torrentis, instruimur ꝙ fugiētes mūdanos strepitus, & vacantes solitudini diuinæ contēplationis pascuntur à Deo pane deitatis, & carnibus humanitatis, sed tñ bibunt aquā torrentis, quia suæ cōsolationes sunt admissæ in via doloribus, & pascuntur mane, & vespere, nō in meridie, in quo est perfectus calor, q̄a eorū consolationes sunt imperfectæ. Et aliquando ad tantā miseriā deueniunt, ꝙ indigent bucella panis, q̄a eis consolationes diuinæ subtrahuntur aliqñ, vt nō su phabeāt, & vt eas diligentius inquirāt, & cautius custodiāt. Est & tertiū, quia ex historia viduæ instruimur eleemosynas facere, quia ꝑ paruis magna recipiūtur ēt temporaliter si expedit, quia ex quo vidua cœpit Heliam pascere, non defecit, nec diminuta est hydria farinæ, nec olei lechitus. Est & quartū, q̄a ex historia Naamā instruunt, ꝙ si lauemur septies in Christi sanguine ab oī lepra mūdabimnr. Lauamur autē septies, si deuotè meditemur qūo septies sanguinem fudit. Primò in circūcisione contra luxuriā. Secūdò in sudore cōtra gulā. Tertiò in coronatione cōtra superbiā. Quartò in lanceatione cōtra irā, quæ. s. est accēsio sanguinis circa cor. Quintò ī flagellatione cōtra īuidiā: inuidi. n. sunt sicut canes mordentes. Si igit timet leo, qñ flagellatur canis, multò magis debēt isti canes timere, qñ vidēt leonē .i. Christū flagellatum. Sextò in manuū perforatione contra auaritiam. Et septimò in pedum crucifixione contra accidiam.

QVANTVM ad tertiū tāgitur indignatio ciuiū de Nazareth, cū dr̄ [Et repleti sunt oēs in synagoga ira hæc audientes] Et hoc scd̄m Græc. ver. quia prauā intentionē eorū redarguerat, q̄a de inuidia eos notauerat, quæ inter pares regnare solet, vel quia in eo, qđ dixerat illā prophetiā in se cōpletā, arbitrati sunt ꝙ seipsum ꝓphetis cōpararet, vel scd̄m alios, q̄a Christus deuotionē Gētiliū, puta Naaman, & viduę Sareptanæ pferebat deuotioni iudæorū, qui tñ ipsos Gentiles abhominabātur, vt canes. Prouer 15. Nō amat pestilens eū, qui se corripit. Fuerunt ēr irati, scd̄m Goriā ꝑ mysterium, qđ in dictis exēplis innuebatur, ꝙ. s. beneficiū prædicationis esset transferendū ad Gentes. Vnde act. 22. hac de cā volebāt Iudæi occidere Paulū, quia dixit, dictū fuisse sibi, ad nationes longè mittā te [Et surrexerunt, & eiecerūt illū extra ciuitatē] tanq̄ dignum morte. Ambro. Cum dn̄s per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Hæc ille. [Et duxerunt illū, vsq; ad supercilium montis, super quo ciuitas illorū erat ædificata, vt pcipitarent eū] In hoc maximè apparet, quam bestialis, & feralis sit ille populus, q̄a certū est, ꝙ tota regio dn̄m magnificabat, & ipsi hoc nouerūt, & audierant eūm libenter, saltem maior pars eorū, & nullā dixit eis contumeliā, nec reprehendit eos de aliquo vitio apertè, nec aliquā habuerunt iræ causam, nisi ꝙ eos notauit sibi esse minus deuotos, q̄ alii forent ex irreuerētia, & inuidia quæ regnare solet in patibus, & in tātum exarserūt furorem, vt à furore populi vellent præcipitare, quē nouerant piè conuersatum cum eis. Beda. Peiores sunt Iudæi discipuli, diabolo magistro. Ille verbo ait: mitte te deorsum, isti facto mittere conantur. Hæc ille. [Iesus autē trāsiens] virtute suæ diuinitatis [per mediū illorum] visibiliter, vt vī aliquibus, nam di-

dicit Beda quod quęsiuit latere postquã elapsus est de manibus eorum. Dicit aũt S. Th. super Ioann. 8. c. quòd cùm vellent Christũ Iudæi lapidare, abscondit se, id est se inuisibilem reddidit, & exiuit de tẽplo. Et subiũgit, Simile fecit Luc. 4. qñ voluerunt eum pręcipitare. Qui tũ tenet quod visibiliter trãsiuit per istos, dicat ad S. Th. qđ intẽdit hoc factũ fuisse simile illi quantũ ad recedere ab inimicis, non quantũ ad modũ recedendi. Cùm autem vt Bed. ait & testatur Magi. hist. dominus de manibus eorum elapsus descenderet de monte, & sub rupe vellet latere in eo loco, q̃ nunc dicitur saltus domini subito ad tactũ dominicæ vestis saxum illud subterfugit, & instar ceræ solutũ quendam sinum, seu receptaculum efficit, in quo dominicũ corpus reciperetur. In quo loco omnia lineamẽta & ruge vestis & ruge calciamentorũ eius (vt dicit idem Magister hito.) apparent adhuc, & sic etiam modo testanť q̃ viderũt vt dicit Nico. de ly. In hac parte est documẽtũ qđ nõ debemus vindictã facere de his q̃ nobis mala aut appetũt, aut inferre conantur, exẽplo Christi, q̃ declinauit inimicos, cũ illos potuisset occidere. Amb. Malebat Iudæos adhuc sanare quàm ꝑdere, vt inefficaci furiosi exitu desinerent velle quòd implere non possent. Hæc ille.

Feria 3. post dominicam 3. in Quadragesima.

Textus euang. Matth. 18.



SI peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ. Si autẽ te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos vt in ore duorũ vel trium testiũ stet omne verbũ. Quod si nõ audierit eos, dic ecclesiæ. Si aũt ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amẽ dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis. Et quæcunq; solueritis sup terrã, erunt soluta & in cœlo. Iterũ dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint sup terrã de omni re quamcunq; petierit fiet illis à patre meo, qui ĩ cœlis est. Vbi. n. sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ĩ medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eũ, dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus, dimittã ei? Vsq; septies? Dicit illi Iesus, Non dico tibi vsq; septies, sed vsque septuagies septies.

SI peccauerit in te frater tuus &c. Mat. 18. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt, Fraternalis admonitio, cœlestialis iurisditio, & paternalis miseratio.

QVANTVM ad primum tangitur admonitio seu correctio fraterna quantũ ad suum ordinem secundũ quem fiẽda est. Pro quo notandum est, quòd quãdo Christus dixerat ista verba, ꝑcesserat sermo eius de oue perdita, & in fine concluserat dicẽs. Sic non est voluntas ante patrem vestrũ qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis. Et statim subiungit [Si autẽ peccauerit &c.] quasi volens nos exhortari, immo & nobis præcipere vt patebit, quod de salute fratris simus semper soliciti. Ista autem verba fuerunt dicta omnibus apostolis audientibus, vt innuit textus, nec ibi erant turbæ vt videtur, ideo ecclesia pro introductione euangelij, dicit, Respiciens Iesus in discipulos suos. Ista enim non sunt verba euangelij, sed vt dictũ est, sic dicit ecclesia vt introducat euãgeliũ. Et vere ita fuit, quia Christus ad apostolos loquebatur [dixit Simoni Petro] ista etiã nõ sunt verba euangelii, nec ab eo habeť quod loqueretur soli Petro, sed ecclesia sic dicit Christus [vade corripe] singulariter loquens singulis apostolorum. Vnde quia inter eos Petrus primus erat, & ꝑlatus primus ad quẽ spectat zelus de proximi salute, ideo ecclesia dicit eum Simoni Petro locutum. Secundò, quia in fine euangelij dicitur, quod Petrus singulariter interrogauerit Christũ, in persona omniũ, ex quo satis est rationabile, quòd etiam ei ante in persona omnium loqueretur.

quereretur. Sequuntur deinde verba Christi.

Pro quibus sciendū est ex doctrina Sancti Th. 2.2.q.33.& 4.di.16 & q.de verita.q.3.quod duplex est correctio. Vna quæ est ad peccantis punitionē propter conseruationē iustitiæ, & ista nō semper ordinatur ad correctionē delinquentis, cū aliquādo sibi infligatur pœna mortis, sed ad conseruationē iustitiæ & terrorē aliorum, & pertinet solū ad superiores, & est actus iustitiæ, & nō charitatis elicitiuè, & si interdū imperatiuè. Alia est quæ ordinatur ad bonū & emendationē peccantis, & est actus charitatis & pertinet ad oēs. Et de ista principaliter est sermo Christi in præsenti euangelio. Dicit ergo [Si peccauerit] .s. in præteritū. Dicit.n.S. Tho. super Matth. ꝙ in peccatis quæ imminent in futurū nō est necesse seruare ordinē, quē habemus in præsenti euangelio. Sed cōtra, quia 2.2. dicit, ꝙ quando peccatū hēt inferre in futurū aliquod dānū proximo corporale, vt proditio, vel spūale; vt cū q̄s vult aliū trahere ad peccatū, licet statim denunciare prælato, nisi firmiter sperē correctio. Et q. de veritate. q.3. dicit nisi periculū sit in mora. Ergo ēt in futuris oportet ꝙ seruet iste ordo secretæ monitionis, qñ cessat periculū moræ, vel quando est firma spes correctionis. Ad hoc dico, ꝙ ī ista materia de correctione fraterna S.Tho. hēt vnā regulā, secundū quā mensurat omnia q̄ dicit. & tradit eā de verita. vbi supra arg.2. est hæc, Proximus noster habet duo q̄ cōseruare tenemur quantū possumus, cōscientiā .s. & famā, sed principaliter tenemur ad conscientiam, quotiescunq; ergo possumus vtrunq; cōseruare, debemus hoc facere. Si vero oportet alterum periclitari, contēnenda est fama ꝓ salute cōscientiæ. Dico ergo ꝙ peccatum futurum dupliciter possumus publicare. Vno mō ita vt nulla sequat̄ infamia de ꝑterito, vt puta, si ego scio aliquod periculū imminere fratri meo, q̄ iustus & innocēs est, qđ forte ipse nō credit periculum, ego sine peccato statim dicere possum ꝓlato peccatum qđ futurum video, & omne aliud. Sic.n. saluat̄ cōsciētia, & nullum dānum infert̄ famę. Nō.n. infamia est aliquē esse in periculo cū hoc nō sit peccatum. Alio mō ita ꝙ publicādo futurum, ego infero infamiā de ꝑterito. Primo mō loquitur sup Mat. secundo modo in alijs locis [In te] .i. ubi soli iniuriā aut dānum faciēdo, & te solo sciente. Ista enim duo requirunt̄ ad hoc vt sit in te, & deficiente altero eorum nō est in te. Sicut.n. dicit S. Th. in locis præallegatis, quādo peccatum est publicum nō est solū in te, & si alijs est illatuū nocumētū, nō est solū in te, ideo publicum pōt statim denunciari sine secreta monitione, & similiter occultū nocens, nisi speretur correctio ratione prædicta. Et nota quòd in peccato publico læditur cōscīa peccantis, & quantum in se est, lædit ēt cōsciētiā astantium, q̄ inde possunt occasionē ruinæ sumere, ideo tunc est fiēda denunciatio, vt succurratur vtriq; cōsciētiæ. Siquis tū speraret emendare peccantē, & satisfacere scādalo, æquebenè ꝑ oīa vt ꝓlatus, deberet vt credo ēt cōseruare famā peccantis apud ꝓlatum & alios q̄ nesciunt ꝓp regulā pdictā. Si tū prælatus exigeret & de hoc veritatē, tenetur eā cōfiteri, quia aliter derogaret iuri eius cùm sit iudex publicorū [frater tuus] .i. oīs quē tenemur diligere, ēt si sit ꝓlatus, scđm S.Th. vbi supra. Tamē cum reuerētia est corrigendus, vt idē dicit, quia ista correctio est charitatis effectus [vade corripe eū] Loquitur dominus imperatiuè, quia hoc ē ꝓceptum. Est enim fraterna correctio sub ꝓcepto, vt docet S.Th.2.2. vbi supra, quia sicut tenemur diligere proximum, ita & quærere bonum eius secundum quod congruit.

Sciendū tamē ꝙ vt idē & Aug. docet, qñ debemus aliquid determinatæ personæ, puta decem aureos Petro tenemur illa quærere, quando vero debemus quidem, sed non Petro vel Ioanni, vtputa si elemosynā pauperi debeo, nō tenemur quærere, sed qui nobis occurrerit ille est cui debemus. Licet ergo teneamur corrigere delinquentes, nō tenemur tamen illos inquirere.

Omittere quoque illā quando corrigendus occurit, non semper est mortale. Nā vt dicit S.Tho. vbi supra. Omittitur vno modo vt alio tempore oportunus fiat. Secundo ex quadam negligentia, & tepiditate vel alio respectu, quē tū non præferimus charitati, quia.s. licet ista retardēt à fraterna correctione, tū non totaliter retrahunt, quia si firmiter speraremus emendationē, efficerēmus correctionē. Tertio omittitur propter timorē mundanū, aut cupiditatē quæ præferuntur charitati, ita ꝙ si speraretur emendatio, nihilominus propter ista omitteret̄ correctio,

rectio,

rectio. Primo modo est bonũ. Secũdo uenia le. Tertio mortale. Tẽpus ergo in quo obligamur sub pœna peccati mortalis corrigere scd'm S. Th. est cũ occurrit corripiẽdus cũ cõmoditate corripiẽdi & spe emẽdationis, & deest superior q corrigat, uel si adest, negligens est [inter te & ipsum solũ] id est secretè, & de hoc est præceptũ sicut & de corrigẽdo, scd'm S. Tho. Vnde quotiescũq; publicas peccatum, qđ est in te, sine ista monitione secreta, facies contra pceptũ Christi.

Sed cõtra. Nã scd'm hoc, qui ex loquacitate reuelaret occultum, peccaret mortaliter, contra doctrinã S. Thom. 2. 2. q. 72. Ad hoc dico, ꝙ reuelans peccatũ occultũ dupliciter põt mortaliter peccare. Vno modo ex peruersa intẽtione, puta ad infamandũ, vel qualitercunq; iniustè nocẽdo proximo, & sic mortaliter peccat ẽt qui dicit aliquid prælato prẽmissa omni secreta monitione. Alio modo non ex intentione, sed ex ipso facto, quia s. infert notabile damnum proximo iniustè, licet leui, vel bono fine moueatur, & sic mortaliter peccat, qui reuelat aliquid notabile prælato, vt prælatus est, s. qui habet vlterius procedere ad iudiciũ cõtra subditum. Et sic dicit S. Tho. ordinẽ correctionis esse in præcepto. Peccat ẽt mortaliter isto modo, scd'm S. Tho. 2. 2. q. 73. quicunque prælato, vt est priuata persona, vel cuicũnque alii dicit aliquid quod notabile damnum infert honestati, & famæ proximi, vtputa si diceret eũ esse lenonem, vel sodomitam & huiusmodi, ẽt si non malo fine, vel si incautè faciat, sicut & qui incautè occideret virum. Debuit enim & potuit aduertere. Qui vero diceret prælato, vt est priuata persona aliquod mortale occultũ, non multum dehonestans ex loquacitate, vel læuiter, non peccat mortaliter. Si ergo prælatus præcipiat alicui, vt reuelet crimen fratris, quod in se est, contra prædictum ordinem peccatum esset ei obedire, saltem extra iudicium. ꝙ dico, quia S. Tho 4. dist. 19. q. 2. ar. 3. q 1. ad quintum vř dicere, ꝙ in iudicio vbi accusator hoc exigeret, prælatus posset pcipere, & teneref appellare, vel obedire, si pcipiẽs seruet ordinẽ iuris: Sed hoc dictũ S. Tho. ego intelligo, qñ non solum prælatus pcipit, scd'm ordinem iuris ex parte sui, sed ẽt ex parte accusantis procedẽtis iuridicè. Si. n. calumniator imponendo crimina falsa, non procedit iuridicè, vt valet 2. 2. q. 68. Falsa inquam ẽt secundũ opinionem suam, licet verè ita sit. Vnde si omnino occultum sit peccatum meum, vel proximi, ita quod nec adest testis, nec infamia, ego non teneor dicere verum ẽt conuictus per testes, licet verum à casu dicẽtes. Vnde & ipse docet in 5. quodli. q. 8. ar. 2. ꝙ mulier accusata de adulterio, penitus occulto, in iudicio verum dicere nõ debet. Sed quid si persona, quæ peccauit sit occulta, & factum publicum. Videtur. n. quod tũc subditus teneretur obedire prælato præcipienti super dicenda veritate. Primò, quia peccatum est publicum. Secundò, quia oportet satisfacere conscientiæ eorum, qui scandalizantur, ꝙ semper subditus facere non põt. Tertiò, quia eo casu prælatus potest præcipere: ergo subditus tenetur obedire.

Ad hoc dico, quod legitur S. Tho. qñque in quodam generali capitulo, cũ esset baccalarius sensisse, ꝙ tenetur subditus obedire, sed oẽs magistri fuerunt contra eum. Secundùm vero ea quæ S. Tho. scripsit, dicendum est, vt videtur, quòd non tenetur secundum regulam supra assignatam. Nam salua fama peccatoris eo casu satisfieri conscientiæ eius per admonitionem secretam, & ẽt conscientiæ eorum, qui scandalizantur per modum qui dicetur. Non ergo tunc est proximus infamandus.

Ad primum contra hoc dico, ꝙ stultitia est dicere, quod peccatum sit publicum, & velle habere eius notitiam per præceptũ. Dicitur. n. peccatum publicum, vt patet per Pet. de Palu. 4 dist. 19. q. 4. quando est publicum, quis fecerit peccatum, non autẽ si est publicus effectus peccatoris, vel peccati. Peccatum enim nõ est id quod in tali casu videtur, puta cadauer, sed est actio occidentis hominem, quæ non videtur.

Ad secundum dico, ꝙ eo casu prælatus debet præcipere super dicenda veritate, & procedere ad inquisitionẽ peccatoris. sed suum præceptum intelligendum est saluo charitatis ordine: ex tali autem inquisitione debent ẽdificari scandalizati cum res sit iam punita, quantum est in voluntate iudicis, & si vlterius scandalizantur, est scandalum pharisæorum, & non pusillorum.

Ad tertium dico, quod eo casu aliquis indeterminatè. i. hic vel ille, est infamis ex

ipsa euidentia facti. Et idō prælatus indeterminatè pōt p̄cipere, nō aūt specialiter, nec sit specialiter aliquis de hoc infamis, aut se miconuicius. Tenetur aūt subditus obedire q̄ncunq; p̄latus specialiter ei p̄cipere pōt secūdū aliquos, licet ēt hoc sit falsū, vt alii negant vniuersaliter. Tenetur ēt q̄ñ pōt in determinatè p̄cipere si subditus sit infamis de hoc, licet non apud p̄latum, vel semiconuicius, quia. s. vnus est testis. Si aūt cessent oīa ista, puta, quia est oīno occultus, puta, quia aliquis solus scit peccatū suū, vel alterius, & nullatenus peccator est infamis ea infamia, quæ requirit̄ ad posse procedere cōtra aliquem, nō tenet̄. Et tñ p̄latus licitè p̄cipit, sed p̄ceptum intelligitur quantū se pōt extendere eius authoritas. Sicut ēt licitè p̄cipit, q̄ñ accusator procedit maliriosè contra aliquem falsa crimina imponēdo, aut imponendo vera, quæ nescit esse vera, nisi fortè per leues coniecturas, & tñ non est ei obediendum, nisi adsit vnus testis, vel infamia, vt dictū est [Si te audierit, lucratus es fratrē tuū] Ex quo patet scd̄m Chrys. ꝙ discordia est malum non solum offendentis, sed offensi, & ꝙ amicitia est commune bonum. Non enim dicit, quod ille lucratus sit se, sed fratrem tuū [Si autem te non audierit adhibe tecum vnum, vel duos]

Est aūt aduertendū, ꝙ scd̄m S. Th. testes in fraterna correctione debent induci, ante publicam denūciationem, & post secretam monitionē tādiu factā, quādiu sperat̄ emēdatio probabiliter, vt ab extremo ad extremū per mediū eatur. Inducunt̄ aūt testes, secundū Hiero. ad ostendendū, ꝙ malū sit, id de quo frater arguitur, & cōsequenter facilius corrigatur. Vel scd̄m Aug. ad conuincendū de actu si iteretur. Vel scd̄m Chrys. vt sint testes, ꝙ corrigens fecerit debitū suū. Si tñ crederetur ꝙ ex testiū inductione peccator proficeret in peius, non essent inducendi, scd̄m S. Tho. Sed cōtra ista vr̄ esse dictum Augustini in regula dicentis. Si admonitus. s. secrete, neglexerit corrigi, prius præposito debet ostēdi ne &c. Ad hoc dicit S. Tho. ꝙ dēt ostendi præposito, siue prelato, vt est quędam singularis persona, de qua p̄sumitur, quod melius poterit prodesse, q̄ alius testis. Vnde subiungit. Nec idest si fortè possit secretius correctus non innotescere cæteris. Non aūt intendit, ꝙ debeat dici ei per publicam denūciationem, vt iudex est [Vt in ore duorum, vel trium testiū stet omne uerbum] scilicet ad conuincendum, ꝙ malum sit, id quod facit, vel quod aliqd̄ malum fecit, vel ꝙ tu debitū fecisti [Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ] id est, his qui ecclesiæ præsident, secundùm Chrysost. vel secundum glo. ecclesiæ. i. vniuersitati fidelium, vt magis erubescat [Si autē ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus]. i. Gentilis, vel infidelis [& publicanus] id est publica vectigalia exigens, quod genus hominum solet esse vitiosum. Hier. Publicani vocantur qui seculi sectantur lucra, & exigunt vectigalia per negociationem, & fraudes, ac furta parant pecuniam. Vnde sensus est secundū glo. quod excommunicetur & euitetur ab omnibus. Vel secundum Augu. iam non computetur in numero fratrū, & idem est.

In hac parte est documētū literale, quod Aug. tangit dicens, lib. de verbis do. Admonet nos Deus noster non negligere inuicē peccata nostra nō quærēdo, quod reprehēdas, sed videndo quod corrigas. Debemus .n. in amando corripere, non nocēdi auiditate, sed studio corrigendi. Si neglexeris peior eo factus es. Ille iniuriā fecit, & iniuriā faciendo graui seipsum vulnere percussit, tu vulnus fratris contēmnis. Peior es tacendo, quàm ille conuiciando. Hæc ille.

QVANTVM ad secundū tangitur iurisdictio data Apostolis, & successoribus eius, & hoc ne quis leue putet, se esse excōicatum. Hier. Quia dixit si ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & poterat cōtemptoris fratris hæc esse responsio, vel tacita cogitatio. si me despicis & ego te despicio, si me contemnis, & mea sñia cōdemnaberis, ptātem tribuit Apostolis, vt sciant quia qui à talibus condemnantur, humanam sñiam diuina sñia corroborari. Hæc ille. Vnde dicitur [Amen]. i. verè, vel fideliter [dico vobis quæcunq; ligaueritis super terram] scilicet condēnando [erūt ligata, & in cœlis] quia sic ligati, vt exponit Chrysostom. æterno alligantur supplicio, [& quæcunque solueritis super terrā, erunt soluta & in cœlo] Est autem notandum, sicut dicit Sanct. Thom. in quarta distinct. 18 quod sacerdos est minister, & instrumentum Dei, ideo ligat & soluit, sicut & Deus.

Deus autem circa pœnam operatur, & eam remittendo, & eam infligēdo: circa culpam vero solum eam remittendo. Ideo sacerdos virture Dei & instrumentaliter vel ministerialiter absoluit à pęna, quam remittit & ligat ad eā quā imponit. Similiter & absoluit à culpa, sed non ligat nisi ostendēdo ligatū. Et ideo non potest sacerdos pro libero arbitrio ligare & soluere, sed solū inquantū operatur conformiter Deo, q a fine principali mouente nihil potest instrumentū. Sciēdū est etiā ꝙ hic data est omnibus apostolis simul potestas ligandi & soluendi, sed Matt. 16. data est soli Petro, vt dictum est. Et tibi dabo claues regni cœlorū, ad ostendēdū secundū S.Th. ꝙ in ecclesia authoritas omniū ab vno depēdet. Non solū aūt Christus dicit esse ratā excōicationē ecclesiæ, sed & oēm petitionē consentientiū in vnitate ecclesiæ, scđm Glo. Ideo dr̄ [Iterum dico uobis, q a si duo ex vobis cōsenserint] i. simul senserint per vnionē voluntatum [sibi inuicē remittendo iniurias, & recipiendo pœnitentē, & abijciendo superbum scđm glo. de omni re quamcunque petierint] pro se, & ꝑ seueranter & piè ad salutē, vt dicit S.Tho. in 4. di. 15. q. 4. a. 2. q. 13. 3. contra gen. ca. 96. [fiet illis à patre meo q in cœlis ē] Vel secū dū Hiero. in his verbis vult ostendere præmium & fructū concordiæ, ad quam supra fuerat hortatus [Vbi. n. sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo]. i. se amando ꝑ ꝑ me, secundum Chrys. [ibi sum in medio eorum] ideò non est mirum si exaudiā eos. Et in hoc est documentum, de quo Hylar. Ipsa enim pax atque charitas est sedem atque habitationē in bonis, atque pacificis voluntatibus collocauit. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangit paternalis miseratio Christi, qui vult qđ nobis dimittantur peccata multoties, quia. n. dixerat dominus, vt ait Hiero. remittendas esse iniurias, & præmium etiam concordiæ demonstrauerat [Tunc accedens ad eum Petrus] prouocatus ad interrogandum [dixit, domine quoties peccabit ī me frater meus, & dimittam ei?] Et cū interrogatione, vt ait Hiero profert sententiam dicens [vsque septies] putans se aliquid magnum dicere, vt ait Chry. [Dicit ei Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagiesseptíes]. i. toties quoties secundum Aug. Chry. & Hiero. quia ponitur numerus determinatus ꝓ indeterminato. Sed quare magis ponit hic numerus determinatus quàm alius? Ad hoc dico scđm Aug. de verbis domini, qui vult quod septuagiesseptíes sit idē ꝙ septuaginta septem vicibus, & hoc est quia iste numerus significat omnia peccata. Nam ꝑ decem significatur lex, quæ decem cōtinet pręcepta, per vndecim vero peccatum quod est transgressio legis, per septem vero totū, q a septem diebus omne tēpus voluit. Septies autem vndecim, id est omnia peccata sunt septuagiesseptíes. Secundum Hiero. vero, q vult ꝙ septuagiesseptíes sit idem quod quadringentis nonaginta vicibus, quia scilicet ducit vnum aduerbiū in aliud, hoc ideo est vt significetur quod toties in die remittendum est peccatū fratri quoties peccare nō potest. In hac parte est documentum literale, de quo ait Aug. li. de verbis domini. Si septuagiesseptíes peccauerit, ignosce, & si centies & omnino quoties peccauerit, ignosce: si. n. Chrs milia peccatorū inuenit, & oīa donauit, noli subducere misericordiā: ait. n. apostolus, donātes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet quærelam, sicut Deus in Christo donauit vobis. Hæc ille.

Feria 4.post dominicam 3. in Quadragesima.

Textus euang. Matth. 15.



CCESSERVNT ad Iesū ab Hierosolymis Scribę, & pharisęi dicentes, quare disci puli tui transgrediūtur traditiones seniorū? Non. n. leuant manus suas cū panē manducant. Ipse aūt respondēs ait illis. Quare & vos trāsgredimini mandatū Dei propter traditionē vestram? nam Deus dixit, Honora patrē tuū & matrē, & qui maledixerit patri vel matri morte moriat, vos aūt dicitis, Quicūq; dixerit patri vel ma

tri munus, quodcunq; est ex me tibi proderit,& non honorificabit patrē suum,aut matrē suam. Et irritum fecistis mandatū Dei pp traditionē vestram.Hypocritæ,benè prophetauit de vobis Esaias,dicēs.Populus hic labijs me honorat,cor aūt eorū longè est à me.Sine cā aūt colunt me,docētes doctrinas,& mādata hominū.Et conuocatis ad se turbis,dixit eis. Audite & intelligite.Non qđ intrat in os coinquinat hoīem, sed qđ procedit ex corde, hoc coinquinat hominē.Tunc accedētes discipuli eius dixerūt ei.Scis q̃a pharisęi audito hoc verbo scādalizati sunt. At ille respōdens ait. Oīs plantatio,quā nō plantauit pater meus cęlestis eradicabit. Sinite illos.Cæci sūt & duces cæcorū. Cæcus aūt si cæco ducatū pstet, ambo in foueā cadunt. Respondens aūt Petrus dixit ei.Edissere nobis parabolā istam.At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis?Nō intelligitis,quia oē qđ in os intrat in ventrē uadit,& in secessum emittitur.Quæ aūt pcedunt de ore,de corde exeunt & ea coinquinat hoīem. De corde .n.exeunt cogitationes malæ, homicidia,adulteria,fornicationes,furta, falsa testimonia,blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquināt hominē. Non lotis autē manibus manducare non coinquinat hominem.

ACCESSERVNT ad Iesum ab Hierosolymis &c.Matth.15.Marc.7.In præsenti euangelio tanguntur tria puncta q̃ sunt. Pharisæorum confutatio, populorum confirmatio,& discipulorum informatio.

QVANTVM ad primum sciendum est,ꝙ à tempore Moysi de voluntate Dei constituti sunt septuaginta senes ætate & moribus maturi, & scientia præditi, super quos erat Moyses, & sic erant septuaginta vnus. Et ex illo tempore statutum est quod tot essent ad regimen populi ordinati, q. & dicebantur iudices ordinarii, & per impositionem manuum instituebantur, & residebant in Hierusalem, & ad eos fiebat recursus in quæstionibus difficilibus, & eorum determinatio habebatur p lege firma,quā transgredi non licebat, vt habetur Deutero no.28. Isti etiam statuebant aliqua tanquā necessaria, & quædam sub monitione tanquam decentia & honesta. De talibus autem erat statutum quod hic tangitur,quòd scilicet accedentes ad mensam prius lauarent manus. Veruntamen scribæ & pharisæi hoc mandatum trahebant ad falsitatē, quòd scilicet per talem lotionem acquireretur aliqua munditia spiritualis. Et mouebantur ad hoc, quia in lege per corporales ablutiones aliquæ immunditiæ dicebantur aboleri. Et quia discipuli Christi illa quæ non erant necessaria, sed magis secundum istorum intellectum superstitiosa non seruabant, Christum in suis discipulis arguebant tanquam contemptorem doctrinæ seniorum,vt sic redderent eum populo odiosum. Omnia hæc testatur Nicol. de lyra. Forte tamen quòd illi seniores qui fecerūt hoc statutum non fuerunt illi iudices ordinarii,qui videntur fuisse magnæ authoritatis,sed fuerunt talmudistæ,vt videtur velle Paulus Burgen. hebræus,qui finxerunt multa vana & inutilia, & irrationabilia, quia vt ait Bed.scripturas nō sane intelligebant. Verbi causa.Cùm dicitur Esa.1. Lauamini, mundi estote, hoc accipiebant de lotione corporali.Et inde, vt ait, venit ista superstitionum diuersitas. Ista etiam statuta communiter est forte non fuit lotio, quæ communiter est in vsu hominum, sed quædam lotio secundum specialem ritū,vt innuitur Mar.7.vbi dicitur.Pharisæi & oēs iudæi nisi crebro lauent manus, non manducant,tenentes traditiones seniorum,& à foro scilicet venientes nisi baptizētur,idest lauentur, nō comedūt. Existimabant.n.se fieri immundos ex conuersatione cū aliis.Pharisæi ergo & scribæ tenentes hoc statutum tanq̃ legem, voluerunt confundere Christū,super & adhoc ab Hierosolymis in terra Genezareth venerunt. Et licet Marcus videatur innuere, ꝙ simpliciter venerūt,tamē nō est sic,sed maliciose

litiosè venerunt, & secundū doctores præcipuè Chry. & Remig. eorum malitia aggrauatur ex multis, cū dicitur [Tunc] siue vt ait ecclesia [in illo tempore, quando. s. Christus miranda multa fecerat, quibus conuerti debuissent secūdū Chry. [accesserūt ad Iesū] malo animo, vt pugnarēt cū eo scd'm Rab. ad reprehendēdū eū, scd'm Remi. [ab Hierosolymis] quæ erat metropolis & ciuitas sancta, & consequenter scd'm Remi. debebant isti alijs esse meliores & scd'm Chry. erant peiores, q a maiorem superbiam possidentes [Scribæ]. i. legis doctores, secundū Remigiū [& pharisæi]. i. seniores populi, secundū eūdem, vel secundum veritatem & senes & viri religiosi ac magnæ authoritatis in populo. Seniores autem populi possunt dici generaliter senes, & specialiter iudices ordinarii [Dicentes. Quare discipuli tui transgrediūtur traditiones] idest ordinationes [seniorū] idest sacerdotum, secundum Chry. qui multa noua inducebant vt essent terribiliores, dum & ipsi viderentur legislatores, sicut & Moyses. Vel seniorum, idest iudicum ordinariorum, qui fortè omnes aut maior pars erant sacerdotes [Non enim lauant manus suas cùm panem manducant] O magnam quærelam & dignam, vt primates regalis ciuitatis fatigentur. Et hoc secundū Chrys. & Bed. intelligitur de lotione manuū quæ est in vsu communi, quam omittebāt apostoli secundum Chryso. propter duo. Primo quia attēdentes necessarijs, de superfluis parum curabant, ideo lauabant manus vel non lauabant secundū ꝙ contingebat illis. Secundò quia vt dicitur Mar 6. tātum erant occupati circa prædicationē & responsiones dādas ꝙ non habebant spatium manducandi. Secundum Remi. aūt possunt prædicta intelligi non de lotione communi manuū, sed de superstitiosa quam adinuenerant seniores, & hoc intellige qualitercunque sumantur seniores, quia lotio ista aut erat superstitiosa in se, aut secūdū intellectū & vsū pharisæorū. Christus aūt nō dixit lotionem manuū esse malam, neque excusauit apostolos quasi bene facerēt, sed secundū Chry. statim reaccusauit pharisæos, ostendens qm̄ eū q magna peccat, pro paruis peccatis aliorū solicitū esse non oportet. Vnde sequitur [Ipse autem respondens ait illis. Quare & vos transgredimini mandatum Dei?] scilicet de honore parentum. Nec attēdit Christus ad excusandū apostolos secundū Chry. sed ad obiurgandū pharisæos, vt ostendat eos friuola dixisse, & quòd propter homines hoc facerent [ꝑ ꝑ traditionē vestrā] q. d. secundum Hiero. Cùm vos propter traditionem hominū præcepta Dei negligatis, quare discipulos meos arguēdo creditis ꝙ seniorum iussa paruipendant, vt Dei præcepta custodiāt. Hæc ille. Declarat aūt quō transgrederenē præceptū Dei, dicens [Nam Deus dixit] idest præcepit [honora patrem tuum, & matrem] non solum quo ad reuerentiam secundū S. Tho. sed quo ad vitæ necessaria. Hier. Honor in scripturis tn̄, non tantum in salutationibus & officijs deferendis quantū in eleemosynis & oblatione seruat. Hæc ille. [Et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur] in quo secundū Chry. multo magis ostendit morte dignos istos, qui non verbo sed opere dehonorabāt parētes, & alios hoc ipsum docebant. Ad intellectum aūt sequentiū quia valde sunt obscura nunc in nostro idiomate, credo autē in Hębraico fuisse clara, tunc qñ talis loquendi modus erat in vsu. sciēdū est primo quod vbi in latino habetur munus, in Hębreo habetur corbā q̃d significat non tantū munus, sed munus votiuū, scd'm Mag. hist. i. rem quā quis Deo vouit vel cōsecrauit. Dicere ergo, munus quodcūq; est ex me tibi proderit, est dicere, id q̃d ego consecraui vel voui Deo proderit tibi, & hoc dicebāt filij patri & matri ex doctrina pharisaica ad eum finem qui dicetur.

Est sciēdum secūdo, ꝙ pharisæi auari suæ studentes cupiditati, sicut testatur Hiero. & Magister histo. dicebant, q̃d filius quilibet pōterat vouere Deo ea quæ erāt suo patri, vel matri necessaria, quia Deus est principalis & verus pater, & quòd postquā sic fuissent aliqua re uota Deo parentes non poterāt eis vti in suis necessitatibus, vnde vt sacrilegij crimen euitarēt, egestate cōficiebātur.

Est etiam sciendū tertio quòd filij qui se vouebant Deo significabāt parētibus se vouisse, & tūc erant secūdū pharisæorū doctrinā absoluti ab obligatione qua tenebantur parentum necessitatibus subuenire. Significabant autem hoc multis modis, sed vnus erat dicendo [munus quodcunq; est ex me tibi proderit] siue hoc quod ego voui Deo tibi proderit. Dicebāt ergo pharisæi q̃d sic

 licitè

licite poterant filij dicere & tunc erãt absoluti, vt dictũ est. Hęc ergo obscure significãt verba sequẽtia, quæ secundũ S. Th. possunt habere duplicẽ constructionẽ. s. perfectã, & defectiuã, in qua oportet supplere. Perfecta est talis [Vos aũt] ô hypocritæ pharisæi [dicitis] dicendo falsitatẽ [quicunque]. i. q. libet filius [dixerit] i. sine peccato cũ bona cõsciẽtia poterit dicere [patri vel matri] hoc dictũ scilicet [munus]. i. votiuũ, seu Deo deuotũ [quodcũq; est ex me]. i per me supple Deo cõsecratũ tibi proderit. Alia est defectiua talis [Vos aũt dicitis quicũque dixerit patri vel matri munus, & supple, satisfecit pcepto Dei, & est absolutus] vt supra. Est autẽ sciendũ q quando filij dicebant patri, id qđ ego uoui Deo pderit tibi, illud filiorũ dictũ poterat tres sensus hẽre. Primus est scđm Glo. legẽdo interrogatiuẽ seu admiratiuẽ, quasi diceret filius. Id qđ ego cõsecraui Deo tibi pderit? i. tu audebis conuertere in necessitates tuas? Et consequẽter patres credebãt se sacrilegij reos ex doctrina pharisaica, si talia in suos vsus conuertissent. Secundus est secundum Hieron. ẽt legendo interrogatiuẽ, quasi diceret filius. Munus quod Deo offerre debeo in tuos ne vsus cõsumant? q. d. nõ. Tertius est secundum Aug. de conse. euãg. legendo plane, quasi dicat filius [Munus qđcunque est ex me] idest quod tu ô pater pp me offerre cõsueuisti Deo [tibi proderit]. i. iam habeto illud pro te, & nõ vltra offeras pro me, quia iam sum in tali ætate vt ego pro me offerre possim. Cùm autem filius sic dixisset secundum pharisæorum doctrinã, erat absolutus vt supra [Et non honorificabit] filius propter vestras suasiones [patrem suum] prouidẽdo ei de necessarijs in egestate [& irritum fecistis mandatum Dei] de honore parentum [propter traditionem vestram] idest à vobis factam, & ad vestrã auaritiam ordinatam. Deinde Saluator ostẽdit per scripturam quod malitia istorum cõtra eum, & eorũ falsa doctrina erat prophetata, dicens [Hypocritæ] idest simulatores, qui sub specie cultus diuini coaceruatis diuitias [bene] idest vere [de vobis prophetauit Esaias] ex persona mea loquens, secundũ Raba. vel ex persona Dei. secudum Remi. [Populus hic] scilicet Iudæorum secundũ Remig. quod intelligendũ est potissimè quo ad pharisæos [labijs] idest verbis [me] Christũ, honorat quando volunt decipere secundũ Raba dicentes Magister scimus quia verax es. Vel [me] Deum secũdum Remi. quia huius Dei cultum se habere gloriantur [cor autẽ eorum longe est à me] quia secundum Remig. visis miraculis quæ diuinitatem Christi asserebãt, nec diuinitatem agnoscere neque Christum suscipere voluerunt. Vel secundũ mentem Raba. cor eorũ longe est à me, q a Christũ morti tradere libẽtissime voluissent [Sine causa autẽ colunt me]. i. sine fructu & merito scđm Raba. Et quare. Quia sunt [docẽtes doctrinas & mãdata hominũ]. i. seniorũ, ptermissis, & irritatis mandatis Dei. In hac parte est morale documentũ contra quosdam laico, quia sunt homines pessimi pleni omni vitio, & tamẽ quædam minima obseruant quæ non sunt necessaria, vt nõ comedere carnes in quarta Feria, vel oua vel lacticinia in die veneris, & siquis religiosus cauens mortale peccatũ de huiusmodi non curauerit, scandalizantur tanquam pharisęi qui Christum volebant occidere, & reputabãt apostolos irreligiosos, quia manus non lauabãt. Vnde ait Greg. I. q. I. Multi secularium hominum cùm plus sacerdotum vitã quàm suam discutiunt, magnum contemptus diuinorum sacramentorum crimen incurrunt. Magna enim trabe vulneratos oculos habentes, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum oculis inspiciũt, quam dum incaute euellere festinant, in erroris foueam dilabuntur. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tangitur populorum vel turbarum cõfirmatio. Licet enim Christo crederent, quia tamen pharisæi erant magnæ famæ, ingerebant eorum mentibus aliquam titubationem. Dicitur ergo [Et conuocatis ad se turbis] q̃ forte passim seorsum de hoc musitabãt, hęsitantes an bene, vel malè facerent discipuli Christi [Dixit eis. Audite] corporis aure [& intelligite] mente. Dicit autẽ hoc vt firmius imprimant dicta sua [Non quod intrat in os] corporis [coinquinat hominem] Beatus Mar. ca. 7. dicit communicat. Et sicut dicit Hierony. propriè scriptura sic consueuit loqui. Iudæi enim communes cibos vocant, quibus omnes vtuntur, exceptis ipsis vt est caro suilla, & lepus, & ostreũ, & istiusmodi animalia q̃ vngulã nõ scindunt, nec rumināt, nec sũt squamosa in piscibus.

Idem

Idem tñ est sensus q a secundũ Iudæos cibi cõmunes coinquinabant manducantẽ[Sed quod procedit ex ore]cordis secũdũ Magistrũ histo. nã & vomitus pcedit de ore corporis. Vnde & quidã libri habent quod pcedit de corde [hoc coinquinat hominem] Sed contra arguit primo Aug. contra Faustum. Si cibus nullus inquinat hominẽ, quare Deus prohibuit in lege veteri multos cibos, puta carnẽ suillã & huiusmodi: Secũdò arguit Hier. Si, inquit, quod intrat in os non coinquinat hominẽ, quare nõ vescimur idolotitis, id est his quæ idolis fuerint immolata. Ad hæc dr secundùm Aug. & Hie. ꝙ Christus loquitur de cibis in se, & in sua natura consideratis. Sic enim omnis creatura Dei bona. 1. Timo. 4. Ad primũ ergo dicit Aug. & S. Tho. ꝙ aliqua erant in veteri lege animalia immũda, non in se sed ratione sui significati, vt porcus q luxuriã significabat, sicut agnus innocentiã. Adueniẽte aũt veritate in lege noua debebant cessare illæ obseruationes signoꝝ. Ideo dixit Christus, ꝙ non coinquinant. Sed contra, quia qñ Christus sic dixit, adhuc durabant illæ obseruationes, quæ vsque ad Christi passionẽ durauerũt scdm sanctos. Ad hoc dico ꝙ licet durarẽt tñ cũ hoc stat, ꝙ nullus cibus de se coinquinet hominẽ, sed coninquinat solũ rõne significanti, vel ex eo ꝙ cõtra obedientiã Dei mãducatur. Ad secundũ dicit Mag. hist. & Hier. & Remi. ꝙ nõ est prohibitum vesci idolo immolatis secũdũ se, sed solũ rõne scãdali, qñ homo ex hoc daret proximo infirmo scandalũ, vel ratione conscientiæ erroneæ, qui hoc crederet peccatũ. Ex istis autẽ verbis Christi valde fuerunt Pharisæi scandalizati, & consequenter & forte Apostoli aliqualiter, vt turba supra, vacillabant, sed Christus eos cõsolidauit in fide, & forte cũ Apostolis simul & turbã. Dicitur ergo[Tũc accedẽtes discipuli eius dixerunt ei. Scis q a Pharisæi audito hoc verbo,]s. quo dñs oẽs eorũ obseruationes subuertebat scdm Hiero. vel scdm Mag. hist. quo dicebat ꝙ cibus nõ coinquinat hominẽ, ꝙ videbat cõtra legẽ dixisse[scãdalizati sunt]Sed tñ nihil sũt ausi cõtradicere secundũ Chrys. q a vehemẽter illos conuicerat non redarguendo solũ, sed & dolum eorum propalando. Hæc ille.

Est aũt sciẽdũ scdm Hier. ꝙ scãdalũ significat offendiculũ, ruinã, vel impactionẽ pedũ. & scãdalizare est dare occasionẽ ruinæ. Scandalizari vero, est accipere occasionem ruinæ. Et innuit Hier. ꝙ scãdalũ dr ipsa impactio, & res ad quã impingit, puta scãnũ aut lapis. Et ita est scdm S. Tho. 2. 2. qõ. 43. Est ergo duplex scãdalũ scdm S. Tho. super Mat. & 2. 2. vbi supra. s. actiuũ & passiuum, Actiuũ est dictũ aut factũ minus rectũ pbẽs occasionẽ ruinæ. Nõ dr cogitatũ, q a oportet, ꝙ cõstet. Nec dr malũ, sed minus rectũ, quia sufficit si habet speciẽ, vel apparẽtiam mali. Passiuũ vero est ruina ex tali dicto, vel facto. Aliquando ergo vt dicit est actiuũ sine passiuo, aliquando econuerso passiuum sine actiuo, vt in proposito, quia Christus docebat veritatẽ, & illi ex inuidia & malitia sumebant occasionẽ ruinæ, & cõcitabãt seditionẽ in populo quantũ in se erat [At ille respondens ait. Omnis plantatio] id est falsa doctrina & superstitiosa obseruatio, secũdũ Hilariũ & Remigiũ[quam nõ plantauit pater meus cœlestis eradicabitur] Hæc secũdũ Manichæos de lege dicta sunt vt di. Chrys. sed nõ aduertunt quomodo superius dominus pro lege pugnauerit, dicens. Quare vos transgredimini mandatũ Dei, s. in lege propter traditionẽ vestram?[Sinite illos] Quasi diceret. Si scandalizantur non curetis. Plura de ista materia habentur 2. 2. vbi supra, & 4. dist. 38. Tamen quãtum ad præsens ptinet, sciendum est secundùm S Tho. quod cum scandalo actiuo nihil est faciendum, propter scandalum autem passiuum alioꝝ non sunt omittenda spiritualia, & ea quæ sunt de necessitate salutis puta eleemosyne tempore necessitatis, quia quilibet tenetur plus se, quàm alium diligere. Si vero non sunt de necessitate salutis, vt puta aliqua oratio, vel exhortatio ad bonum, distinguẽdũ est, quia aut ex hoc aliqui scandalizantur ex infirmitate, vel ignorantia, & tunc ista sunt differenda, vel occultanda donec reddita ratione auferatur ab eis scandalum. Quòd si reddita ratione perseueiãt in scandalo, iam ex malitia scandalizantur. Cum autem, quis ex malitia scandalizatur non est curandum, id est non sunt spiritualia bona dimittenda propter hoc. Sic autem scandalizabantur Pharisæi de doctrina Domini, scilicet ex malitia, vt eam impedirent. Temporalia autem, quæ de necessitate salutis sunt conseruanda, vt deposita, & cõmis


sa prælatis & rectoribus, non sunt propter scandalum relinquẽda, ratione supradicta. Alia vero sunt dimittenda propter scandalum pusillorum.i. qui ex infirmitate scãdalizantur, non autem ꝑ scandalũ pharisæorũ, qui ex malitia scandalizantur, quia hoc non expedit homini communi, neq; ipsis raptoribus. Hæc ex S.Tho. vbi supra [cæci sunt] carẽtes.s. vero intellectu legis, secũdũ Rabanũ [& duces cœcorũ] alios in errorẽ mittentes, & ad peccatum ducẽtes [Cœcus aũt si cœco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt] Et hic est documentum contra quærentes sacerdotes ignorantes, ne cogant eos restituere, quæ per occultas fraudes acquisiuerunt. Aug. Qui vult confiteri, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotẽ sciẽtem soluere, & ligare.

QVANTVM ad tertium sciendum est, ꝙ quia Christus multoties parabolicè loquebatur Apostoli existimauerunt cũ parabolicè etiam locutum quãdo dixit, quod intrat in os non coinquinat hominem, vnde Petrus pro se, & pro omnibus quæsiuit intellectum parabolæ. Dicitur ergo [Respõdens autem Petrus].i. interrogãs dixit [Edissere nobis parabolam istam] Sed quia in ꝑsona omnium loquebatur, cum omnib. est reprehensus a Christo, dicente [adhuc & vos] sicut.s. pharisæi [estis sine intellectu] Interpretat aũt eum dñs (inquit Hieron.) eo ꝙ parabolicè dictum putet, ꝙ perspicuè est locutus. Et animaduertimus vitiosum esse auditorem, qui aut obscura manifestè, aut manifestè dicta, obscurè velit intelligere. Hæc ille. Vel increpatur secũdũ Chry. quia nõ erat ex incertitudine ꝙ quærerat, sed quia & ipse & alii apostoli cũ pharisæis erant scandalizati, & à principio quasi pro pharisæis interrogare volebãt, sed retracti fuerũt, q̃a dixit, ois plãtatio &c. Petrus tñ, q̃a vbiq; feruens est nõ ita silet, vt cæteri [Nõ intelligitis quia oẽ qđ in os intrat in ventrẽ vadit, & in secessum emittit] Hic autẽ vt dicit Hiero. obijciunt quidam dñm ignarũ fuisse naturalis philosophiæ, quia nõ totũ alimẽtũ in secessum mittit. Quidã aũt, vt magister histo. ad hoc dicũt, ꝙ nihil de alimento cõuertitur in veritatem humanæ naturæ, sed id quod ab Adã tractum est, augetur, & id solũ resurgit. Sicut aũt aurifices in igne apponunt plumbum, ne consumatur argentũ vel aurũ, ita dicũt assumi cibos, vt calor naturalis consumat eos & relinquat id quod ab Adam tractum est. Sed hoc stare nõ potest, quia hominẽ crescere nihil esset aliud quàm hominẽ rarefieri. Et præterea homo animam vegetatiuam habet communem cum brutis & plantis, in quibus augmentũ fit ex alimento. Vide de hoc 1.par. q.119.& 2.dist.30.& 4 dist.44. & quodlibet.7.qõ.5. Ideo an hæc obiectio benè dicitur. Primò, ꝙ omne quod ex cibis aduenit emittitur per secessum processu temporis, ita tamen vt per secessum secũdũ Hiero. intelligamus omnem modum expellendi superflua. Nõ .n. manet caro hominis, secũdũ materiã, sed secũdũ speciem, sicut ignis in quo successiuè subiiciunt ligna manet idẽ numero secũdũ speciẽ, vel formã, nõ secũdũ materiã, q̃a cõtinuè vna pars abiicitur, & alia generatur, & ita est in homine. Vnde multos sumit cibos, q̃ q̃nque ex toto elabũtur ab eo. Et si obiiciatur, ꝙ in morte aliquid reperitur in hoĩe ex cibis gñatum & nondũ resolutũ. Dicẽdũ est, secũdũ istã expositionẽ, ꝙ iõ est, quia homo finit. Si.n. perpetuo duraret, nulla esset in eo pars materialis gñata, quę nõ corrumperet aliquãdo. Secundò dicitur, ꝙ accipitur ibi totũ pro parte, vt sit sensus, ꝙ de oĩ cibo, aliquid vadat in secessum, quantumcũq; sit purus & nobilis, vnde nõ dicit totum, sed oẽ. Licet n. oĩs humana caro, q̃ nũc est in hac ecclesia sit intra vestes, quia .s. nullus est nudus, non tñ est tota, q̃a manus sunt extra. Vnde ly oẽ distribuit supposita, & ly totũ partes. Et hoc est arguere sic. Si cibus inquinaret hoĩem hoc esset maximè quãtum ad fęces, & superfluitates quæ sunt in illo. Sed illæ non coinquinãt hominem, quia natura separat illas, & expellit ꝑ secessum, ergo multò minus aliæ partes ciborum inquinant. Tertiò posset fortè dici, quòd Saluator non loquit de omni, quod intrat in os. sed de omni immundo. Tale enim expellitur à natura. Et similiter quãdo dicit, ꝙ id quod exit de ore coinquinat hominẽ, hoc intelligitur sit sit immundũ. Bona.n. verba non coinquinant. [Quæ aũt procedunt de ore, & corde] id est de mente [exeunt, & ea coinquinant aĩam] si sint mala, quia non expelluntur à corde, sicut superflui cibi expellũtur à natura per secessum, vt inde cor remaneat purum, sed remaneat

nent in eo quantum ad suam radicem quę est mala volũtas [De corde enim exeũt cogitationes malæ] ex quibus proueniũt mala verba & mala facta. Vnde subditur [homicidia adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt, q̃ coinquinant hominem] coram Deo [Non lotis autem manibus manducare nõ coinquinat hominem] coram Deo siue spiritualiter. In hac parte est documentum ꝙ diabolus non est qui immittat in nos malas cogitationes, id est malos consensus, quãuis possit inflãmare concupiscentiam & possit malas reprehensiones & apparitiones immittere, & hoc habes t. 2. q. 80 de malo. q. 3. ar. 3. Hiero. Arguendi sunt ex hac sententia q̃ cogitationes à Diabolo immitti putant, & nõ ex propria innasci voluntate. Diabolus adiutor esse & incentor malarum cogitationum potest, author esse nõ potest. Si autem semper in insidijs positus leuẽ cogitationum nostrarum scintillam suis fomentis inflammauerit, non debemus opinari eum quoque occulta cordis rimari, sed ex corporis habitu, & gestibus estimare quid versemus intrinsecus, Verbi gratia. Si pulchram mulierẽ nos crebrò viderit inspicere, intelligit cor ab oculis vulneratum. Hæc ille.

Feria 5. post Domi. 3. in Quadrag.

Textus Euang. Luc. c. 4.



SVRGENS Iesus de synagoga introiuit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simonis tenebatᷣ magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illã imperauit febri, & dimisit illã, & cõtinuo surgẽs ministrabat illis. Cùm sol autem occidisset, omnes q̃ habebãt infirmos varijs lãguoribus ducebãt illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis, clamãtia & dicẽtia, quia tu es filius Dei. Et increpãs nõ sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta aũt die, egressus ibat in desertum locum & turbæ requirebant eũ. Et venerũt vsque ad ipsum, & detinebãt eum ne discederet ab eis. Quib. ille ait. Quia & alijs ciuitatib. oportet me euãgelizare regnũ Dei, q̃a iõ missus sum. Et erat p̃dicãs in synagogis Galileæ.

SVRGENS Iesus de synagoga &c.] Luc. 4. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt. Specialis liberatio. Vniuersalis curatio, & Spiritualis contemplatio.

QVANTVM ad primum tangitur specialis liberatio, quam fecit Christus circa socrum Simonis in Capharnaũ, eũm dicitur [Surgens Iesus de synagoga] in qua miranda fecerat, scilicet dæmoniacum liberando [introiuit in domum Simonis] sc̃d̃m Chrys. vt reciperet corporalẽ refectionẽ. Licet aũt Petrus esset de Bethsaida, tñ vt dicit Mag. hist. potuit hr̃e domũ in Capharnaũ rõne vxoris suæ [Socrus aũt Simonis tenebatᷣ magnis febrib. & rogauerũt illũ ꝓ ea. Et stans sup̃ illã imperauit febri & dimisit illã] scilicet statim. Vñ sequitur [& cõtinuo surgens ministrabat illis] & in hoc apparuit miraculũ. Licet.n. illã infirmitas fuisset forte curabilis à natura, nõ tñ erat isto modo curabilis sc̃d̃m Chry. & Hier. vt subito & fortis surgeret. Ideo miraculum fuit hoc quo ad iẽ factã. Vñ dicit glo. ꝙ sanitas quæ domini cedit imperio, tota simul redit, Et si obijciatur, quia Matt. 8. dicitur, ꝙ cœcus in cuius oculis Christus expuit primo vidit homines quasi arbores ambulantes, & postea iterum impositis manibus cœpit clare videre. respondent quidam, ꝙ dictum huius gl. est verum solum aliquando, sed nõ vniuersaliter. Et intendunt, vt mihi videtur, ꝙ tũc est vera glo. quando non appareret miraculum, nisi sanitas subito rediret, ut in ꝓposito de ista febre, secus in cęci illuminatione, quia siue statim siue nõ statim fiat, est miraculosa euidẽter, cùm natura hoc non possit nec subito, nec magno tempore perficere.

Est aũt in hac parte documentũ in sensu morali.

motali. Ista.n.mulier febrieitans moraliter est aia peccatrix, quæ non pōt moueri ad bene operandum, & hēt palatum infectum ad gustandum dulcia.i.diuina quæ ei videntur amara. Hæc dēt dum Christus imperat febri.i. vocat à peccato statim surgere, & ministrare Christo, alioqui infirmitas faciet profectum, & de peccato cadet in peccatum. Pimò quia peccatum est ponderosum. Secundò quia peccator excœcatus est vt alter Sanson perditis capillis.i. gratia, & virtutibus, in quib. erat sua fortitudo, & cōsequenter ligatus huc illucq; detrahitur illudens, Et tertiò quia peccata sunt cōnexa, quia auaritia trahitur ad rapinam, gula ad luxuriam, & sic de alijs. Est ēt in hoc, ꝙ dicuntur aliqui rogasse pro ista, documentū morale, vt peccatores adhibeant iustos ꝓ se rogātes, qa ipsi de cōgruo merent alicui peccatori veniam interdum, & impetrant. Hieron. super Mat. Modo Saluator rogatus, modo vltro curat ægrotos, ostēdēs se contra peccatorū quoq; passiones semper precibus sæpe annuere fidelīū, & ea quæ ipsi minime in se intelligūt, vel intelligēda dare, vel nō intellecta dimittere. Hæc ille. Et vr̄ innuere ꝙ ista mulier excessum mentis, ac frenesim ab infirmitate pateretur.

QVANTVM ad secundū tangitur vniuersalis curatio infirmorū, cū dr̄ [Cum sol aūt occidisset oēs q habebāt infirmos variis languorib. ducebāt eos ad eum] Sed quare expectauerūt solis occasum? Ad hoc dicit Orig. ꝙ hoc iō fuit, quia verecūdabantur in die; vel qa timebant pharisæos, vel quia de die inrēti erāt circa alia, vel qa putabant, ꝙ cū esset sabbatū sanare infirmos esset illicitum nisi trāsacta die. Et hanc vltimā rōnem assignat ēt Theo. addens, ꝙ in hoc apparet turbarum deuotio, ꝙ ab incōmoditate tp̄is non repellebant. Immo dicit beatus Marc. ꝙ tota ciuitas erat congregata ad ostiū [At ille singulis manus imponēs curabat oēs] Beatus Mar. dicit, quod curauit multos, non quasi velit dicere, quòd aliquos non curauit, sed quia curauit omnes in veritate, vt dicit Lucas, cum tamē essent multi, vt dicit Mar. Hic no. Gorra insaniam Judæorum, quia & si nolebant Christum habere vt Deum, debuissent tamen eū sustinere, vt medicum sanantem omnem infirmitatem. Apparet etiam negligētia nostra quia illi erant magis soliciti ducere ad Iesum suos infirmos in corpore, q̄ nos infirmos nostros in mente, immo aliqui à Christo prauis consiliis retrahunt, vtpotè suadēdo ne quis intret religionem, & huiusmodi, cōtra illud Prou 3. Noli prohibere benefacere illum, qui pōt. Apparet ēt virtus manuum Christi, quæ ex suo tactu omnē morbum curarent. Pro quo nota, quòd manus Christi apparet virtuosissima. Primò in morborum curatione, vt dictum est. Secundò quia ex sua prauisione obstupescere ꝓphetam fecit. Zachar. 13. Quæ sunt plagæ istę in medio manuū tuarum? Et tertiò qa ille manus ex suppositione mortuos suscitabant. Mat. 9. Filia mea modo defuncta ē, sed veni impone manū &c. Et quartò, qa per eas Petrum apprehensum eripuit Christus de naufragio. Mat. 14. Et quintò qa tactu manuum auriculam abscissam restituit seruo Pōtificis. Luc. 22. Et sextò qa ex suarum manuum crucifixione diabolum prostrauit. Iob. 26. Obstetricāte manu eius eductus est coluber tortuosus, s. de cordibus fidelium. Et septimò quia ex palpatione, vel inspectione Thomam incredulum credere fecerit. Io. 20. Nec mirandum, quia erāt organum deitatis [Exibant autem dæmonia à multis] ad imperium Christi, qui ex sua persona imperabat eis. Vnde & B. Marcus dicit ꝙ mirabantur dicentes, quia in potestate spiritib. immūdis imperat, & obediūt ei [clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei] Nec tñ ista confessio fidei à diabolo, vel consimilis erat Deo grata, quia nec ꝓp Dei amorem facta, sed aliquo malo fine, puta timore maioris pœnæ, vel vt Christū per inanem gloriam eleuaret, si posset. Sicut autem dicit Beda, diabolus videns Christum ieiunio fatigatum verum hominē intellexit, sed quia tentatio non præualuit, vtrum Dei filius esset dubitabat. Nunc aūt per signorum potentiam, vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filium Dei. Non ergo ideo iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum, siue Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non præuidit esse damnandum. De hoc enim mysterio dicit Apostolus, ꝙ nemo principum huius seculi cognouit. Si.n. cognouissent nunquā dominū gloriæ crucifixissent. Hæc ille. Qui nō audet asserere diabolum cognouisse

se

se Christi deitatem, sed magis declinat adhuc vt suspicando diabolus loqueretur. Igitur secundum S. Tho. veritas est, quod diabolus ista dicebat per coniecturas, vel tentatiuè. Veruntamen nō cognouit certè, quod esset Dei filius per naturam, vsque ad Christi passionem. Sciuit autem eum esse Christū, vt dicit hic beatus Luc. Dicit autem Nicol. de ly. super isto passu Mar. primò, quod diabolus nūquam cognouit eum esse filium Dei vsq; ad mortem, & tamē idem tenet quod a principio pharisæi hoc cognouerunt contra S. Tho. Est mirabile, quod isti melius à principio cognouerint illum, quàm magister eorum, & pater diabolus in tota vita eius. Vide de hoc Dom. 1. in Quadrag. Et licet Beda videatur dicere, quod in passione cognouit eum esse Deum, tamen hoc non dicit, sed verba eius significare videntur, quod erat perplexus. Et de facto in passione videns ordinē eius, & patiētiam Christi, & Sanctos Patres exultantes in limbo, voluit eam impedire, vt magister histo. testatur, quia. s. magis declinabat ad hanc partem, quod Deus esset, vel quia erat perplexus, & partem securiorem eligere volebat. Statim vero egressa anima illa sancta de corpore uirgineo, atque Deifico, cognouit eum diabolus [Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse Christum] Chry. Nō enim decebat Christi mysterium lingua fœda publicari. Hæc ille. Vel secundùm Theo. quia nolebat accēdere inuidiam iudæorum, ex hoc quod ab omnibus laudaretur. Vnde & secundum Bedā ēt ipsi apostoli præcipiuntur reticere de illo, quando eum viderunt in Transfiguratione gloriosum, ne diuina maiestate publicata, passio differretur. Sed cōtra, ratione Chrysostomi arguit, quia Mar. 9. noluit, quod prohiberetur eiectio dæmonū, ei, qui nō erat eius discipulus. Vnde Phil. 1. Siue per occasionem, siue per veritatem annunciet Christus, in hoc gaudeo, & gaudebo. Ad hoc dicit Gora, quod ista procedūt de eo, qui errat in via, sed non in doctrina. Sed cōtra, quia ēt ista dæmonia non errabāt in doctrina, sed dicebāt veritatē. Ad hoc dicit ipse, quod ideo istis prohibuit, primò ne veritati falsitatē immisceret, & secūdò, ne verbis eorū daret auctoritatē si ea loqui permitteret, & tertiò, vt instrueret, nō ab alio laudari. Vnde post ista miracula facta, recessit de loco in quo ea fecerat. Hæc ex illo, qui videtur velle dicerē. quòd nō est simile de homine, cuius nō est proprium velle semper inducere ad falsitatem, etiam cùm verum dicit, & diabolo, qui sic semper intendit, ideo cōpescitur vnus ne loquatur, etiā si in doctrina nō erret, & non reliquus. Et sic patet, quod propter quinque rōnes dæmonia ista cōpescit Christus. Est aūt in hac parte, in sensu morali documentum, quod varia sunt peccatorum genera, diuersam exigentia medicinam, sicut sunt diuersi corporales lāguores. Est n. quædam febris quotidiana significans gulam, quæ quotidie hominē inuadit. Quædā vero dicitur ab effimera pisce, qui eodē die nascitur, & moritur, & significat subitum iræ motum, qui debet finiri ante solis occasum. Quædam etiam est erratica, quæ accidit horis incertis, & significat inuidiā, quæ recedit quando aliquis vituperat, sed quotiens audit laudationes totiens innouātur accessiones. Quædam etiam dicitur tertiana, qua laborant contriti, & confessi, sed satisfacere non volentes. Quædam etiam dicitur continua, qua laborant auari, & maximè vsurarii, qui spoliant pauperes continuè nocte & die, etiam in diebus festis, quia semper currit interesse. Quædam est etiam quartana significans superbiam, quæ quatuor species habet, vel significat peccatum ex cōsuetudine: vt prima dies sit suggestio, secūda cōsensus; tertia opus; quarta cōsuetudo. Ista difficulter curatur. Quædam etiā est ethica quæ fundatur, & radicatur in mēbris & naturalē humiditatem consumit, & significat tristitiam illam, de qua dicitur 2. Cor. 7. Seculi tristitia mortē operatur. Aliud etiam est morale documentum, vt nūquam credamus diabolo, etiam si vera loquatur, qui semper ad decipiendū loquitur. Et ad hoc significandum Christus eum tacere iubebat.

QVANTVM ad tertiū tāgitur spiritualis contemplatio, cùm dicitur [Facta autem die, egressus] extra frequentiam populi [ibat in desertum locum] ad orandum, sicut dicit beatus Mar. & ēt vt dicit Chryso. quia oportebat post miracula facta cū aliquando absentari, quia maiora putantur (vt ait) miracula, post absentiam operantis [Et turbæ requirebant eum] Ecce in quanta erat veneratione, quia multitudo exibat

ad

ad cũ in desertũ, et nesciendo vbi esset, sed requirendo[Et venerũt vsq; ad ipsum] Cõtra, quia dicit Mar. ꝙ apostoli sunt, qui venerunt vsq; ad illum, & dixerunt, quia oẽs quærunt te Ad hoc dicit Greg ꝙ post apostolos etiam populi peruenerunt ad illum, apostolorum sequendo vestigia[& detinebant eum]quantum in se erat [ne discederet ab eis]& hoc quia attrahebantur dulcedine aspectus, & verborum eius, & miraculorum gloria. Isti autem, vt ait Chrys. neq; Scribæ, neq; pharisæi erant, quia illi in miraculis eius scandalizabantur [Quibus ille ait, quia aliis ciuitatibus oportet me euãgelizare].i. prædicare[regnum Dei].i. euãgelium, siue annunciationẽ regni Dei [qa iõ missus sum]Beatus Mar. dicit, quia ad hoc veni, sed virumque verum est. Non.n. repugnat aliquẽ mitti ab alio, & ipsum venire consentiẽdo missioni, immo dico, ꝙ filius Dei seipsum misit, ut dictum est. Fer. 5. post primam Dom. Quadrag. [& erat prædicãs] assiduè, & feruenter[in sinagogis Galileæ] in hac parte habet prædicator morale documentum, vt post sermones suos ad desertum contemplationis secedat, vt hauriat à Deo, ꝙ spargat populo. Psal. Dominus dabit verbum euãgelizantibus. Multi autem nunquã bona loquuntur, nisi in ꝑdicatione, tota die vacantes, nugis aut leuitatibus, & consequenter non hauriunt contẽplando, quæ docent, sed legendo, & consequenter docent insipidè, quia illa verba non veniunt à corde, sed à codice. Amen.

Feria 6. post Domi. 3. in Quadrag.

Textus euang. Ioan. cap. 4.



Enit Iesus in ciuitate Samariæ, q̃ dr̃ Sichar, iuxta ꝑdiũ quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat aũt ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora aũt erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquã: dicit ei Iesus. Da mihi bibere. Discipuli autẽ eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Qũo tu iudæus cũ sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non.n. coutuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Dñe neq; in quo haurias habes, & puteus altus ẽ. Vnde ergo habes aquã viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum hũc, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius? Respõdit Iesus, & dixit ei. Oĩs qui biberit ex aqua hac, sitiet iterũ. Qui aũt biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eũ mulier. Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neq; veniam huc haurire. Dicit ei Iesus. Vade voca virum tuũ, & veni huc. Respondit mulier, & dixit. Non habeo virum. Dicit ei Iesus. Benè dixisti, quia nõ habeo virum. Quinque .n. viros habuisti, & hunc quem habes, nõ est tuus vir. Hoc verè dixisti. Dicit ei mulier. Dñe video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus. Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neq; in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, qa salus ex iudæis est.

Sed venit hora & nũc ē, qñ veri ado
ratores adorabunt patrem in spũ,&
veritate. Nam & pater tales q̃rit qui
adorent eũ. Spũs est Deus, & eos qui
adorant eũ in spũ, & veritate opor-
tet adorare. Dicit ei mulier. Scio ꝗa
Messias venit,qui dr̄ Christus: Cum
ergo venerit,ille nobis annunciabit
oĩa. Dicit ei Iesus. Ego sum q̃ loquor
tecum. Et continuo venerũt discipu
li eius,& mirabantur quia cum mu-
liere loquebatur. Nemo tñ dixit,q̃d
q̃ris,aut quid loqueris cum ea. Reli
quit ergo hydriam suam mulier, &
abijt in ciuitatem , & dicit illis ho-
minibus. Venite & videte hoĩem,ꝗ
dixit mihi oĩa quæcunq; feci . Nun-
quid ipse est Christus ? Exierunt de
ciuitate,& veniebant ad eũ. Interea
rogabant eũ discipuli dicentes. Rab
bi manduca. Ille aũt dixit eis. Ego ci
bum habeo manducare, quē vos ne-
scitis. Dicebant ergo discipuli adin-
uicē. Nũquid aliquis attulit ei man-
ducare ? Dicit ei Iesus. Meus cibus
est vt faciam volũtatem eius qui mi
sit me, vt perficiam opus eius. Nõne
vos dicitis, ꝙ adhuc quatuor mēses
sunt, & messis venit ? Ecce dico vo-
bis, Leuate oculos vestros, & videte
regiones,quia albæ sunt iam ad mes
sem . Et ꝗ metit mercedem accipit,
& congregat fructũ in vitam æter-
nã, vt & qui seminat simul gaudeat,
& qui metit. In hoc.n.est verbũ ve-
rum,quia alius est qui seminat,& a-
lius est qui metit. Ego misi vos mete
re,q̃d vos non laborastis. Alii labora
uerunt,& vos in labores eorũ introi
stis. Ex ciuitate autem illa multi cre
diderunt in eum Samaritanorum,
pp verbum mulieris testimonium
perhibentis, ꝗa dixit mihi oĩa q̃cun
que feci. Cũ venissent ergo ad illum
Samaritani,rogauerunt eũ vt ibi ma
neret,& mãsit ibi duos dies. Et mul
to plures crediderũt pp sermonem
eius. Et mulieri dicebant, quia iam
non pp tuam loquelam credimus.
Ipsi.n. audiuimus & scimus , quia
hic est verè Saluator mundi.

VENIT Iesus in ciuitatē Samariæ &c.] Io.3. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Christi cognitio. Dubii propositio, & Populi illuminatio .

QVANTVM ad primum tangitur quõ mulier Samaritana Christum agnouit esse prophetam, cùm dicitur [Venit Iesus] non ex principali intentione, sed ꝗa volens a iudea declinare, pp pharisæorum inuidiã,& ire in Galileam, oportebat eũ, vt dicit beatus Io. transire per mediã Samariã, i. per mediã regionem ciuitatis, q̃ olim Samaria (nunc aũt Sebaste) dicebatur. Vnde & S. Th. dicit euangelistam prius dixisse, oportebat eũ transire per mediã Samariã, vt ostenderet, ꝙ non ex proposito, sed ex necessitate illuc, & consequenter non videretur contrarius sibiipsi dicenti Mat. 10. In viã gentiũ ne abieritis [in ciuitatē Samarię]. i. regionis sic dictę a Samaria ciuitate [q̃ dr̄ sichar] corrupto vocabulo, vt dicit magister histo. ꝙ secundũ linguã Samaritanorũ. Ná secundùm linguã hebraicã dicebatur sichem , & secundũ Chry. & S. Th. locus in quo Symeõ & Leui fecerunt vindictã pro Dina sorore sua vi oppressa, vt dr̄ Gen. 24. Hanc ciuitatē secundũ Theo. desertã factã ab iisdē filiis Iacob, dedit ipse Iacob Iosephextra fratres suos. Et hoc est, quod subditur [Iuxta prædium ꝙ dedit Iacob Ioseph filio suo] Nota vt dicit S. Tho. ꝙ ista ciuitas non fuit illud prædiũ , sed fuit iuxta illud prædium, i. agrũ secundũ S. Tho. vel villã secundùm Chry. Et reuera sunt idē ager seu villa, i. ager habitatus & prædiũ aliquod, quia tunc villa, seu ager sumitur rõne prædii , quando præ aliis bonis datur, siue vt vulgo dr̄, ante partē. Pro hoc nota , ꝙ Iacob veniens de Mesopotamia emit agrum ab Emon principe ciuitatis Sichem, vt habetur. Gen. 33. sed propter

raptum

raptū Dinę filiæ suæ fuerunt habitatores ciuitatis occisi à filijs Iacob, & sic ciuitas esset in possessionē eius. Vtrūque ergo agrū, & ciuitatē dedit Ioseph, filio suo ante, seu pter, vel vltra partē suā. De prædio habetur hic, de ciuitate vero Gen. 48. [Erat aūt ibi fons Iacob] idest puteus, secūdùm Aug. Omnis enim puteus fons est, nō ecōtrario, nisi sit in profundo terræ. Sicut autem testatur Magister histo. Quidam dicūt hunc locum esse in quem semel in anno radius solis directe descendit in puteum. Sed hoc est impossibile, quia extra tropicum est, idest in quartò climate, in quo est Hierusalem. Sed quare euāgelista facit mētionem de istis? Ad hoc dicit Theo ꝙ est. Primò vt nō mireris quādo infra mulier dicet Pater noster Iacob dedit nobis hunc fontem. Secundò vt intelligas Iudæos per infidelitatem perdidisse, qđ Patriarchæ per fidem acquisierunt, & Tertiò secūdùm S. Tho. vt detur occasio disputādi de fonte spirituali q̄ est Spiritussāctus, de quo Christus disserere volebat [Iesus ergo fatigatus ex itinere] Sed quare fatigatus? Quia siue iumēto & velociter incessrat scđm Chry. Sed quare velociter? Vt suggeret Pharisæorū inuidiā, & Samaritanorum ꝓcuraret salutē [sedebat sic supra fontem] lassus propter laborem, & sitiēs ꝓpter calorem, & vtrunque volēs releuare sedēdo iuxta fontē. In hoc autem scđm S. Tho. dat nobis exemplū nō fugiendi laborē ꝓ salute aliorū, q̄ fatigatus, & exemplū pauptatis, quia sedebat sic, i. super nudā terram. Hæc ille [hora autē erat quasi sexta] i. erat quasi media dies. Nam dies artificiales habet 12 horas, sed inæquales, q̄ hora scđm Isid. est ascensus dimidij signi zodiaci. Ascēdunt autem in die, siue longa, siue breui, sex signa, & sex in nocte secūdùm Ptoleme. & omnes astrologos, nō autem omnia signa æque velociter, aut tarde ascendunt, iō variatur quantitas horarum. Sedit ergo Christus propter laborē, & propter calorē, & ut expectaret discipulos qui iuerant in ciuitatem, & mulierē quam sciebat uēturam, ad quam uolebat effundere sapientiā suā [Venit mulier de Samaria] id est Samaritana siue de Sichar, quæ est ciuitas Samariæ, nō autem de Samaria, idest ciuitate sic dicta [haurire aquam. Dicit ei Iesus] sitibundus ex itinere & calore, sed magis ex charitatis ardore, q̄rens occasiones salutis eius [Da mihi bibere] Sed quia posset aliquis dicere, quare non magis imperabat discipulis ut haurirent. Respondet euangelista quòd solus erat, dicens [Discipuli enim eius abierāt in ciuitatem ut cibos emerēt] & super fontem tāquam pauperes comederēt propter humilitatem, uel ut declinarēt hospitia Gētilium. Sed quare dominus solus remāsit? Ad hoc dicit Chry. & S. Thom. ꝙ hoc fecit ad exemplum humilitatis discipulorū. Sed contra quia cùm fuerint uilis conditionis, non erat necesse eos assuescere humilitati. Sed dicit Sāctus Tho. qđ huiusmodi piscatores repente facti sunt reuerētiores omnibus regibus, facundiores Philosophis, & domini orbis terrarum, & tales sic repente ꝓmoti consueuerunt superbire, utpote tanti honoris expertes. Sed quomodo emebant cibos Gentiliū, cùm essent cibi immundi secundum legem. Ad hoc dico. Primò secum habebant dominum qui poterat dispēsare. Vel secūdò dico ꝙ licitum erat uiatoribus aliquos cibos emere, scilicet mūdos. Vnde noluit discipulos mendicare, quia mendicātis est omnē accipere cibū mundum & immundum, qđ si fecissent, scādalizassent Samaritas tanquam legis trāgressores. Et iterum, ne uiderētur uerbum pdicationis sub commodo temporali ponere. Vel forte, q̄ non inuenissent gratis. Vnde & Luc. 9. dr̄ ꝙ discipuli intrauerunt ciuitates Samaritanorum ut pararēt illi, & nō receperunt eū. Sed quare tunc Chrs habuit pecuniā, cum dixerit Matt. 10. neque pecuniam in zonis? Ad hoc Chry. & Hiero. dicunt, ꝙ pecuniam habuit ꝓpter necessitates pauperum. Et secundùm Augu. in hoc voluit dare exēplum ecclesiæ seruādi necessaria, ne propter inopiam fideles iustitiam deserant. Quod autem dr̄ Matth. 10. dico secundum ea quæ diximus dominica 4 aduentus, ꝙ in illis uerbis Christus nihil pcepit secūdùm Aug. sed licentiā dedit accipiendi sumptus ab auditoribus. Dato tñ ꝙ fuerit ibi præceptum, ut dicit Hieron. dico ꝙ illud intelligebatur quo ad singulos apostolorum ut scilicet nō haberēt pecunias, cum quo stat, ꝙ haberēt in cōi, sicut in religionibus patet, & hoc quandiu prædicabant in populo Dei, q̄ cōsueuerat doctoribus prouidere. Vnde tempore passionis quando missurus erat eos

paulo

paulo post ad agentes ista reuocauit dicēs, qui habet sacculum, id est bursam, tollat similiter & peram. Luc. 22. c. [Dicit ergo ei illa mulier Samaritana] Vbi notandum est ex sacra scriptura & varijs chronicis & doctoribus, quòd Iudæorū populus, id est decē tribus Israel propter suas iniquitates ab Assyriorū Rege captiuatus, in Babyloniā aduectus est. Sed ne terra redigeretur in solitudinē sublatis inde cultoribus, missi sunt Gentiles ab eodem rege in Samariam, vt in colerēt regionem, à qua & Samaritani uel Samaritæ dicti sunt. Tunc uero dominus Deus ut ostenderet populum suum non ꝓpter suam impotentiam, sed ꝓꝑ eius nequitiam fuisse captiuatum, immisit leones qui istos Samaritas idolatras passim uastabāt. Habito uero consilio conclusum est hoc iō illis accidisse, quia non seruabant legitima Dei terræ, id est Dei omnipotentis, qui terram illam dederat populo suo. Quamobrē misit Rex aliquos ex Dei sacerdotib. vt populum istum docerēt Deum cœli colere, & ipsi quidē legem, id est quinque libros Moysi receperūt, & dominum simul idolaq; colebant, saltem à principio. Post spatium uero temporis etiā reliquus Iudæorum populus, id est duæ tribus sunt captiuatæ & in Babyloniā ductæ ubi per 70. annos fuere in dura seruitute, suorū criminū pœnas exoluētes. Post quod tempus, ipsis reuersis à Babylone in Hierusalem, semper infesti fuerunt Samaritæ, & tanta inter eos fuit discordia & inimcitia ut nunquam benè conuenirent. Iudæi etiam Samaritanos exosos habebant propterea quod tanquam Gentiles immundos cūcæteris reputabāt & tanquam excōmunicatos. Tum quia colebāt idola. Tum quia adorabant Deum extra templum Hierosolymitanum, id est in mōte Samariæ qui dicebatur Garizim. Tum q̄a priuauerant eos hæreditate Iacob patris sui, i. in prædio prædicto Vnde nec vasculis eorū vtebantur. Quamobrem ista mulier ex loquela & habitu cognoscens Christum esse Iudæum, dixit ei [Quomodo tu cū Iudæus sis bibere a me poscis, q̄ sum mulier Samaritana] Quòd vero sequitur [Non coutuntur Iudæi Samaritanis pōt & esse verbum mulieris & Euangelistæ, & sensus est, q̄d Iudæi non vtuntur vasis samaritanorū. Hic mouet Chryso. quæstionem. Quomodo scilicet Christus ab ista petiuit bibere lege non concedente? Ad quam dicitur, ꝙ in tali necessitate cuilibet licuisset necessaria à gētibus accipere, & quòd ipse erat dominus legis, vt dicit S. Tho. Vnde aliquādo legalia obseruabat, ostēdēs ea fuisse bona, aliquando nō obseruabat ostendens, quia in breui deficerent. Possumus forte etiam dicere ꝙ nunquam hoc fuit in diuina lege expresse prohibitū, quamuis interdicta fuerit Iudæis amicitia & fœdus cū talibus [Respōdit Iesus & dixit ei. [Si scires donū Dei] id est quanta gratia, & quātum donum sic hoc quod ego volo bibere aquam tuā. Vel si scires donum Dei, id est gratiam Spiritus sancti, qui est primum donum, in quo alia dona donantur. Vnde secūdum Aug. donū Dei est Spiritussanctus. Vel secūdum eundē est gratia facta mundo illo tempore, quando Deus sic dilexit mundum, vt filiū suum vnigenitū daret. Si scires, inquit, donū Dei [& quis est qui dicit tibi da mihi bibere] q̄a est creator aquarum, & dominus vniuersorum, licet gerat formam mēdici [forsan petisses ab eo] q̄ in gratia & misericordia est copiosus, [& dedisset tibi] Ex quo notat August. neminem accipere diuinum donum nō exquirētibus illud. Ipsum enim Saluatorem iubet pater petere, vt det illi, iuxta illud. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam. Et Saluator dicit. Petite & dabitur vobis. Hæc ille. Dicit autem forsan secundùm S. Tho. ad innuēdum arbitrij libertatem, qua cognoscentes Dei donum possunt id petere, & non petere. Sed est dubitatio in verbis Augu. Paulus enim in sua conuersione accepit donum Dei quod nō petebat, sed impugnabat, & similiter multi peccatores. Sed dicendum est, quod nunquam Deus homini suam gratiam infundit secundum modum consuetum iustificandi, nisi illam desideret habere, quod est petere donū Dei, cùm apud Deum ipsum desideriū sit oratio & petitio quædam. Sed tamen istud desiderium habēdi donum Dei quod ex nostra libertate stante Dei generali influentia procedit, aliquando Deus statim mentibus infundit, vel ad illud mouet, vt in Paulo. Aliquādo paulatim nos ad illud prouocat. August. ergo loquitur secūdū consuetū modum iustificandi, non secundum miraculosum, qui fuit in Paulo, quāuis etiam Paulus

non

nō fuerit iustificatus nolēs sed volēs, q̄a q̄ fecit te sine te, scilicet faciente & consentiē te, non saluabit te sine te consentiēte, licet saluet te sine te saluante. Et idē videtur de iustificatione adulti, quòd verum est de habituali, vel actuali cōsensu. De Paulo tamē sanctus Tho. in 2. dist. 18. arti. 4. ad tertium tenet quod ipse ad gratiam se præparauit, sumpta occasione ex luce corporali, quæ illum deiecit, ac terruit. Et tamen hoc nō obstante illa conuersio fuit miraculosa, vt patet 1 2. q. c. 3. arti. 10. Et hoc quātum ad duo vt ibi innuitur, scilicet quantū ad ipsam exteriorem occasionem, & quātum ad subitā perfectionem magnam gratiæ, ad quā Paulus statim ex statu peccati mortalis peruenit, quòd est contra consuetum modū iustificādi [Aquam viuam] idest gratiā Spiritussancti quæ abluit à peccatis, refrigerat a carnalibus desiderijs, & fecundat in productione bonarum herbarum, id est bonarū cogitationum, & locutionum, & actionum. Dicit autem aqua viua secundum Augusti. super Ioan. quæ continuatur & coniungitur suo principio vnde manat. Mortua vero omnis aqua collecta, etiam si de fonte manasset, dūmodo sit meatus interruptus. Gratia autem Spiritussancti coniungit Deo tanquam omnium bonorum fonti, cùm nunquam sit in anima, nisi Deo ea specialiter inhabitante, ideo aqua viua est, sed fides & alia dona sine gratia non coniungunt Deo, vnde mortua dicuntur [Dicit ei mulier] quæ nondum intelligebat secundum Aug. q̄ de aqua spirituali, & non de corporali loquebatur [Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est] Hæc mulier ex locutione Christi paulatim ad altiora eleuatur. Nam primo recognouit eum tanquam Iudæum. Nūc autem exhibens ei reuerentiā, dominū eum vocat, & se ad eius doctrinā humiliat, nec audet ei contradicere, sed ostendit q̄ ei de puteo illo aquam dare non potest, & quærit quomodo eam dare possit dicens [Vnde ergo habes aquam viuam] scilicet ista meliorem, quasi diceret. Libenter hanc haberem, sed nō video quomodo possis tribuere. Augu. Pulsat vt aperiat magister, quod clausū est. Hæc ille. [Nunquid tu maior es patre nostro Iacob] qui fuit ista aqua contentus, & [qui dedit nobis puteum istum] quasi di. Meliorem aquam Iacob vtique dedisset si eam habuisset. Et ne quis dicat quòd Iacob retinuit meliorem pro se, ideo secundum Chryso subiūgit [Et ipse ex ea bibit, & filij eius & pecora eius] In quo secūdū Theo. & preciositas & abundantia notatur aquarum.

Sed quare ista cùm esset Gētilis Iacob dixit patrem suum? Ad hoc dicitur secundum Chrysost. Primo quod Samaritæ se in nobilitatem iudaicā impellebant, idest faciebant se de domo Iudæorum, & Abraam dicebāt patrem suum, quia fuit Chaldæus, & ipsi ēt de Chaldęa fuerunt adducti in Iudæam per Regem Assyriorum. Sed & Iacob etiam patrem vocabant, quasi Abraam nepotem. Secundo, secundum S. Tho. & Bed. quia Deū Iudæorum colebāt, & legem Moysi quātū ad ritus & sacrificia seruabāt, licet simul cū hoc idola colerent & adorarent. Tertiò secundum S. Tho. quia continuę beneficia Iacob experiebantur, quia bibebant aquam & inhabitabant terram quæ fuerat Iacob [Respondit Iesus, & dixit ei] volens iam eam ad spiritualem aquam eleuare [omnis qui biberit ex aqua hac] corporali [sitiet iterum] scilicet nisi mors cito interuenerit, q̄a ista nō habet effectū perpetuum [Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei] idest gustauerit gratiā Spiritus sancti [non sitiet in ęternum] Quasi diceret secundum Chry. Si mirabilis fuit Iacob, qui hanc aquam dedit, si dabo tibi multo hac potiorem, quid dices? Nō autem ab accusatione, sed ex superemineniia comparationem facit. Hæc ille. Et intendit quod Christus non vilificauit aquā Iacob, sed ostēdit suam esse meliorē. Quod est cōtra illos, qui comparationes facere nesciunt nisi detrahendo.

Sed contra ista videtur illud Eccl. 24. Qui bibūt me adhuc sitient. Ad hoc dico q̄ sitis spiritualis tripliciter accipitur. Vno modo prout sitire sit idē quòd cum auiditate, siue sine fastidio bibere, & sic beati Deū sitiunt videre. Secundo pro appetitu melius & perfectius habendi id quod imperfectè habetur & sic qui bibunt Deū per gratiam, adhuc sitiūt illum per gloriam. Qui autem sunt in gloria non sitiunt isto modo, quia contenti sunt nō solum de re habita, sed etiā de modo habendi, quasi totaliter conformes diuinæ voluntati. Et istis duobus modis loquitur Ecclesiasticus. Tertio modo dicitur sitis appetitus alterius rei ab ea quæ iam est habita.

bita. Et sic qui biberit ex aqua gratiæ, stãte illa non sitiet, quia non desiderabit rem finaliter, siue tanq̃ vltimum finem aliam ab ea, q̃ per gratiam bibit. i. aliam à Deo, quia talium appetitus quiescunt in Deo, tanq̃ in suo fine, ꝙ est quiescere quiete desiderij, & non quiete motus in desideratum [Sed aqua]. i. Spiritussanctus, secundùm S. Tho. [quam ego dabo ei] per gratiam gratum facientem [fiet in eo fons] Sicut. n. ex fonte continuo emanant aquæ, ita ex mente habente Spiritumsanctũ continuè profluunt bonæ cogitationes. Et sicut habens fontem in stomacho sitire non posset, ita secundũ Chry. qui hanc hẽt aquam in corde, nõ põt aliud sitire [aquæ salientis]. i. salire faciẽtis [in vitam æternam] Primò per desideriũ. Aqua. n. tantum põt ascendere quantũ descendit. Vnde quia gratia Spiritussancti de cœlo descendit, facit in cœlum cõscendere. Secundò per meritoria opera, quibus æternam vitam meremur, vt sunt facta in gratia Spiritussancti. Tertiò per gustũ, & quandam præmii participationem. Est. n. tanq̃ pignus & arra, & consequenter pars æternæ fœlicitatis: nihil aliud est gloria, quàm gratia consummata, & gratia est gloria inchoata. Et hæc dico sumendo gloriam, vt pertinet ad essentiam animæ gloriosæ, q̃ a sic est gratia. Vt vero pertinet gloria ad potentias animæ gloriosas quasi habitus, est essentialiter lumen gloriæ existens in intellectu, & quasi actus, est ipsa beata visio per illum habitum, & speciem increatam elicita, quia visio est tota merces, secũdũ Aug. scilicet essentialiter, licet consequatur gaudium magnum. Vt vero gloria pertinet ad corpus gloriosum, est claritas, & aliæ dotes eius [Dixit ad eum mulier] necdum s. plenè illuminata, sed carnaliter intelligens, scd'm Aug. ea quæ dicebantur. Veruntamen secũdũ Chryso. iam præponebat Christum ipsi Iacob: quia hanc aquam superiorem sensibili credebat, attamen quid esset ignorabat [Domine da mihi hanc aquam vt non sitiam, neque veniam huc haurire] Vtrũque enim erat ei onerosum, scilicet sitire, & deferre aquam [Dixit ei Iesus. Vade, voca virum tuum]. i. illum quo, vt viro vteris, qui est tuus per vsum, non per matrimonium [& veni huc] Quod secundum Chryso. dixit Christus, vt ẽt vir particeps eẽt huius doni. scd'm alios vero, quia ista mulier non plenè capiebat verba Christi, voluit eam eleuare per hoc. ꝙ secreta, & occulta scire se posse demonstraturus erat. Ista enim adulterum tenebat, qui maritus putabatur. & hoc Christus se scire volebat ostendere. Illa vero secundũ Chry. auida habendi illud donum, & volẽs occultare adulterium quasi ad hominem loquitur, dicens [Non habeo virũ] in quo secundum Chrys. mentitur. Contra q̃ a statim sequitur [Dicit ei Iesus. Bene dixisti, quia nõ habeo uirum. Quinque. n. viros habuisti] legitimos coniuges [& nunc quẽ habes, non est tuus vir] In quibus verbis Christus ostendit se scire secreta, & mulierẽ uera dixisse, contra Chry. Ad hoc dici põt. ꝙ mulier non habebat virũ verè, sicut dicit Christus, sed tñ habebat illum secundum hominum opinionem, ꝙ ipsa negare voluit, credens ꝙ Christum lateret, tam hoc, q̃ illud. Chry. Mulier aũt a Christo reprehensa non contristata est, neq; dimittens fugit, sed admiratur magis, & immoratur, vnde subdit. [Dicit ei mulier. Domine video, quia propheta es tu] quasi diceret. In hoc, quod mihi occulta dicis, ostenderis propheta esse. Hæc ille. In hac parte est documentum morale, ꝙ Chrysosto. tangit, dicens. Christus in Samariam accedens, facilẽ, & delitiosam vitam abijciens, dolorosam vero sequens non subiugalibus vtitẽ, sed ita difficulter incedit, vt ex itinere fatigetur, erudiẽs nos ita à superfluis alienos esse debere, vt multa necessaria abscindamus à nobis. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum punctum euãgelij tangitur dubij propositio: quia mulier agnito, ꝙ Chrs esset propheta, statim proposuit ei dubiũ spũale de salute animæ. Sciendum est autem secundum Augu. ꝙ contentio fuit inter Iudæos, & Samaritas de loco adorationis. Sicut enim Iudæi in Hierusalem habebant templum Salomonis, ita & isti habebant templum similiter in mõte Garizim. Causa vero huius templi in monte Garizim secundùm aliquos fuit, q̃ Iudæi reuersi à captiuitate Babylonica, noluerunt Samaritanos socios habere in reædificatione templi, vt habetur 1. Esd. 4. ideo illi fecerunt sibi locum adorationis alium in dicto monte. Sed secundùm Iosephum causa fuit: quia quidam Iudæus nomine Manasses duxit vxorem filiam princi

pis Samaritanorum. Et quia apud Iudæos summum sacerdotium erat valde honorificum, rogauit socerum ædificare templũ in monte garizũ vbi sacerdotio fungeretur, vt habetur 11. antiqui. Iudæi ergo, vt dicit Augu. in templo à Salomone facto adorandũ Deum esse dicebant, Samaritani econtra adorandũ dicebãt in monte, vbi adorauerãt Patriarchæ, de quibus constabat ꝙ Deo placuerũt. Hęc ergo mulier agnito, ꝙ Christus Propheta esset, statim hãc ei ꝓposuit, quæstionem. Vnde sequitur [Patres nostri] idest Abraam secũdùm Chrys. & alij Patriarchæ [in monte hoc] qui dicebatur Dñs videbit, secundùm Chryso. in quo scilicet Abraam obtulit Isaac. Vel secundùm Magistrum historia loquitur de monte garizim in quo adorauerunt filij Iacob, vt habetur Deutero. 11. Sciendum aũt, ꝙ mons in quo Abraã obtulit Isaac, secũdùm Magistrũ histo. fuit mõs moria, in quo post fabricatum est templũ secundùm Hebræos, vnde non potuit fuisse in Samaria, cũ esset intra muros Hierusalẽ. Chry. autem non loquitur assertiue, sed dicit, quod aiunt, hoc, scilicet ipsi Samaritani. Ideo iste mons fuit garizim [adorauerunt] & consequenter videtur, quod locus sit adorationis [Vos autem] scilicet Iudæi [dicitis quia Hierosolymis est locus vbi oportet adorare] Quasi diceret. Dissolue mihi hanc quæstionem. Erat autem ista veritas, quia si per adorationem intelligamus omnes actus latriæ etiam sacrificium sicut videbãtur isti intelligere, sic Iudæi erant pro veritate, quia post ędificationem templi solum in Hierusalem erat licitum sacrificare populo Dei, & eadem ratione, vt videtur omnibus aduenis qui incolebãt terræ Dei, & subiecerant se legi Moysi vt Samaritæ. Nam Deutero. 12. expresse hoc lex mandauit. Dato tamen quod potuissent forte licite sacrificare in garizim Samaritani, conuenientior tamen locus erat electus à Deo, idest templum in Hierusalem. Si vero per adorare intelligantur actus latriæ circa sacrificium, vbique licebat adorare. Vnde Iudæi habẽtes vnicum templum habebant multas synagogas. Sed Christus non dissoluit quæstionem, vt alterũ locum præferret, sed ostẽdit, quid esset futurum, & etiam Iudæos ꝑferr Samaritis. Vñ sequitur [Dicit ei Iesus. Mulier crede mihi] Fidem exigit secundum Fulgentium, quia quædam spiritualia erat ei dicturus [quia venit] idest in proximo est vt veniat [hora] idest tempus euangelicæ doctrinæ secundùm Rabanum [quãdo, neque in monte hoc, neque in Hierosolymis] plusquam in alijs locis [adorabitis patrẽ] Quasi diceret. Hucusque, fuit quæstio de loco adorationis, sed modo in ianuis est tempus, vt vbiqꝫ adoretur Deus congruè, & in toto mundo sacrificetur. Vel hoc dicit, quia in breui Gentilium cultus erat destruendus & templum in Hierusalem comburendum, vt ex vtroque populo fieret vnus, scilicet Gentium, & Iudæorum. Dominus tamen neutrum locum prætulit, veruntamen reuerentiores Iudæos iudicauit secundùm Chryso. non à loco, sed à fide & mente, cùm dicit [Vos] scilicet Samaritani [adoratis quod nescitis] quia, vt dicit Chrysost. duplicem circa Deum habebant errorem, quia Deum corporeum credebant, & consequenter in vno loco tantum adorandum. Et iterum Deos plures credebant, vnde etiam forte tũc idola simul cum Deo colebant [Nos aũt] scilicet Iudæi, quibus Christus scd'm Chryso. se connumerat, quasi vnus ex adorantibus propter mulieris opinionem [adoramus quòd scimus] quia tales errores non habemus, immo apud Iudæos est vera Dei cognitio [quia salus] totius mundi [ex Iudæis est] Tripliciter autem est salus ex Iudæis. Primò quantum ad doctrinam veritatis, quia acceperunt legem, per quam idolatria, & omnis error circa Deum condemnatur. Secundò quantum ad dona spiritualia, quia prophetia, & alia dona Spiritussancti primò data sunt eis, idest apostolis & fidelibus primis, qui omnes, vel quasi omnes fuerũt Iudæi, & ex eis deriuata ad gentes. Tertiò quantum ad ipsum authorem salutis qui ex eis secundum carnem ꝓcessit. Veruntamen, quia etiam ille modus adorandi Iudæorum, & sacrificandi habebat cessare, subditur [Sed venit hora] idest veniet tempus gratię, & ne estimes quod in longum prophetem, vt alij prophetæ secundùm Chrysost. Ideo addo quod [& nũc est] idest in proximo secundùm Chrysost vel in præsenti, secundùm Augu. quia iam aliqui spiritualiter adorabant perfectè credentes, vt apostoli, & Symeon, & Anna. Sed melior est expositio Chrysostq. vt patet cũ subditur

tur. Quando veri adoratores, idest Christiani, qui veri dicuntur adoratores respectu Samaritanorum, quorum adoratio erat ex parte diabolica, & respectu Iudæorum secundùm Chrysostom. quorum adoratio erat vmbratica, & figuralis, cum Deum quibusdam carnalibus sacrificijs colerent. Vel veri adoratores secundũ eundem Chrysostomum sunt, qui pro veris, id est æternis bonis adorant, vt Christiani maxime [adorabunt] in futurum, per adorationem etiã intelligendo sacrificiũ [in spiritu & veritate] idest spiritualiter & veraciter, & non carnaliter, neque vmbraticè, vt Iudæi [Nam, & pater] idest Deus [tales quærit, qui adorent eum] scilicet spiritualiter, & vere. Nam sicut dicit Chrysostomus & Sãctus Thomas immo & Rabbi Moyses Iudæus. Carnalia sacrificia veteris legis Deus non instituit quasi sibi essent grata, sed ne ille populus qui ad talia pronus erat offerret ea idolis iuxta consuetudinem totius mundi, iussit Dominus ea offerri sibi. Assignat autem Dominus rationem, quare Deus spiritualẽ diligat cultum dicens [Spiritus est Deus] idest spiritualis substantia, omnis autem spiritualis substantia non est in loco, vel nõ dependet à loco secundùm Boe. & communem sapientum conceptionem, & similiter est immaterialis secundum seniorum opinionẽ, & similiter immixta, & separata à phantasmatibus, & cõcupiscentijs. Quia ergo Deus est spiritus non circũscriptibilis loco, non debet in vno tantum loco adorari. Et quia immaterialis, non debet carnaliter coli. Et quia immixtus, debet cum puritate coli cõtemplationis, & affectionis, sicut colũt Christiani, ideo subditur [Et eos q̃ adorant eum in spiritu] idest spiritualiter, ac per hoc excludunt tria p̃dicta [& veritate oportet adorare] idest veraciter, non vmbraticè, ac per hoc excluduntur specialiter carnalia Iudæorum sacrificia, quæ vmbra erant futurorum. Sed contra, quia videntur secundũ ista male facere Christiani, constituẽtes ecclesias ad orãdum & vocaliter & cãtibus. Ad hoc dico, ꝙ aliquæ sunt orationis bonę conditiones essentiales, vt recta intentio, & iusta petitio, quædam accidentales, vt tempus, & locus, & voces. Dominus ergo non voluit dicere locum esse abijciendum quasi super fluum, sed non esse quærendum quasi necessarium, q̃a veri adoratores vbique habẽt Deum præsentem, & possunt vbiq; orare, aptior tñ locus est ecclesia. Et rationẽ huius vide supra Feria 6. post caput ieiunij. Et adde illis rationib. ꝙ homo ab alijs ibi orãtibus prouocatur & orationibus vniuersalis ecclesiæ sociatur. Impossibile est aũt multorũ orationes nõ exaudiri sec̃m Hier. Possumus tñ & aliter dicere, quia & dato ꝙ solũ in ecclesia sit orandũ, vel solũ in altari celebrandum, tamen ex hoc nõ est determinatus locus orationis, vel sacrificii, quia vbiq; põt ecclesia cõstrui, & fundari altare quantum est ex uigore legis, si loci natura requirat, uel patiatur. Sed quia ista mulier ad plenũ Christi uerba capere nequibat, uel etiã quia forte sibi non placuerunt, quia uoluisset eũ dixisse, ꝙ in illo monte esset adorandũ, ideo dicit se & alios tẽpore Messiæ magis de hoc instruendos, eùm subditur [Dicit ei mulier. Scio, q̃a Messias] Hæbraicè, i. Christus græcè, sec̃m Augu. & latinè unctus [uenit] i. in proximo est ut ueniat, uel iã uenit sed adhuc nõ est manifestatus. Sed uñ sciuit cùm prophetã Samaritani non recipiãt, ꝙ ueniret Christus? Ad hoc dicit Chrys. ꝙ ex lege scire potuerunt, q̃a Iacob Gen. 49. dederat signũ aduentus eius ablationem principatus à Iuda. Et si idẽ Chry. & Aug. dicant hoc eos ex prophetis sciuisse, per ꝓphetas accipiũt Abraam, Isaac, & Iacob. Possumus etiam dicere quod licet à principio Samaritani tãtũ quinque libros Moysi recepissent & idola colerent, tamen processu temporis susceperunt prophetas, & forte colebãt dominum tñ omnes, aut multi. Vnde sicut testatur Iosephus asserebãt se Iudæos, quãdo Iudęi prosperabãtur, & sicut enim habetur Esdræ 1. lib. c. 4. quando populus Dei reuersus est de captiuitate babylonica, uoluerũt habere partem in ædificio tẽpli domini. Et quia ista mulier in uerbis Christi intellexerat quod cessare debebant sacrificia carnalia, & consequenter ꝙ alibi quam in Hierusalẽ coleretur Deus, dixit [Cum ergo uenerit, ille nobis nunciabit oĩa] s. necessaria ad salutem. Vnde etiã Samaritani sperabãt saluari per Christum [Dixit ei Iesus] tunc, postquam eam in memoriam reduxerat Christi, nõ aũt à principio, quia uisus fuisset ex uanitate loqui sec̃m Chry. [Ego sum] scilicet Messias [q̃ loquor tecũ] Et ne forte mu-

ret ideo non crederet eum Christum esse quem solum videbat, sequitur[Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur, quia cum muliere loquebatur] Non mirabantur secundùm August. & Chrysost. propter suspitionem, sed propter clemētiam, & humilitatem eius. Videbatur enim eis mirum, ꝙ tantus doctor quē etiam magnates vsque in desertum sequebātur, vt audirent, loqueretur cum vna paupere muliere & Gentili. Nō enim videbāt vtilitatem, quæ inde erat secutura[Nemo tamen ipsorum]scilicet discipulorum[dixit]ad mulierem[Quid quęris] aut ad Christum [aut quid loqueris cū ea] Licet enim, vt ait Chrysost. Christum plene non cognoscerent, tamen habebant eum pro magno viro, nec audebant facta eius scrutari.

Contra, quia multoties leguntur eū confidenter interrogasse. Respondet Chrysost. quòd verum est de pertinētibus ad eos, nō autem de aliis, cuiusmodi erant ista. In hac parte est morale documentum quod multi sunt, qui non curant de aqua spirituali gratiæ & gloriæ, nec curant cōscientiam suam puram coram Deo seruare, quia nesciūt donum Dei. Qui enim est amicus Dei habet in isto mundo partem paradisi, & in futuro totum. Nam cùm gloria æternæ vitæ sumatur pro gratia consummata, quæ est in essentia animæ, & pro habitibus existentibus in potentijs, cuiusmodi sunt lumen gloriæ in intellectu, & charitas patriæ in voluntate, q à gratia fluunt, & pro operationibus, q̄ ab illis habitibus eliciūtur, quæ sunt visio Dei, atque fruitio, serui Dei habent hic omnia prędicta inchoatiuè, idest gratiam inchoatā in anima, & fidē in intellectu, quæ est luminis illius scintilla, & charitatem ac spem in voluntate, & cognitionem ac suauissimam diuini amoris cōsolationem Ideo Psal. Gustate. & videte quoniā suauis est dominus, idest seruitium domini. Et Saluator, Matth. 11. Venite ad me oēs, qui laboratis & onerati estis peccatis, scilicet & aduersitatibus seculi. Tollite iugum meum super vos, idest obseruantiam meæ legis, & discite à mē q a mitis sum, & humilis corde. Et sequitur, & inuenietis requiem animabus vestris. Et ne credas, ꝙ loquatur de requie futura, subditur. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue, scilicet ad portandum.

QVANTVM ad tertium tangitur illuminatio populi huius ciuitatis Sichar, quæ tunc sc͂dm Iosephū erat Samaritanorū Metropolis cùm di[Reliquit ergo hydriam suam].i. aquarū vasculū, sc͂dm Aug. Græcè enim hydor, latinè aqua dicitur. Inde hydria quasi aquaria [mulier] inebriata suauitatē verborum Christi, vt expeditior ad ciuitatē curreret [Et abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus. [Venite, & videte] nō dicit: credite, q̄a sciebat si potarēt de fonte vnde ipsa potauerat, ꝙ ipsi quoq; inebriarētur[hominem] non dicit aūt prophetam, vel messiā sc͂dm Chry & Alchuinū, vt paulatim illos edoceret sicut paulatim fuerat edocta p Christū[qui dixit mihi omnia quæcūq; feci].i. adulteria mea cum falso viro, & sic nō erubescit, ꝑpter gloriam Christi sua peccata publicè fateri. Chryso. Non verecundata est hæc dicere. Anima enim cùm ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorum, quæ sunt in terra de reliquo inspicit, neque ad gloriam, neque ad verecundiam, sed ad vnam solam quæ detinet eā flammam. Hæc ille. Vel omnia quæcunque feci, i. totā seriem vitæ meę cū quinque viris. Et sic dedit eis euidens signū, ꝙ ipse esset Messias, nec tamen se fatetur adulteram. Et cōsequenter etiam vt eos magis ad credēdū prouocet requirit de hoc eorum sententiam, dicēs [Nunquid ipse est Christus] Si enim aperte dixisset illum Christum esse, forte viri fuissent indignati p mulierem doceri, & exire noluissent [Et exierunt de ciuitate, & veniebant ad eum] Discipuli autem circa magistrum succēsi amore, secundùm Chy videntes eū itinere & calore fatigatū, & etiam secundùm Orig. timentes ne è ciuitate superuenieētes ciues, eius refectionem impedirent, voluerunt eum prādere, ideo sequitur [Interim] scilicet dum mulier prædicaret in ciuitate magnalia Xpi [rogabant eum] cum magna reuerentia[discipuli eius, dicentes. Rabbi].i. magister[māduca] Ille aūt sciēs sc͂dm The. ꝙ illa mulier totam ciuitatē ad se traheret[dicit eis. Ego cibum habeo manducare] id est Samaritanos p amorem. & fidem mihi incorporare [quem vos nescitis] secundùm The. uel q̄a nescitis, ꝙ salutem hominum cibum appello, uel quia nescitis, ꝙ Samaritani sunt credituri. Vel secūdū alios, q a nescitis quantū sit desiderium meum de salute populorū. Il

lud autem desiderium potest patere hic aliqualiter. Nã labore itineris & estu solis debilitatus, hora et comedẽdi transacta, non curat de corporali cibo, sed desiderat Samaritanorũ salutẽ. Chrysost. Sicut cõcupiscibile est nobis comedere, sic & Christo saluare. Hæc ille [Dicebant ergo discipuli adinuicem] non interrogantes magistrum p p reuerentiam, sed m Chryso. [Nũquid aliquis attulit ei mãducare?] Aug. Quid mirũ si mulier Samaritana non intelligebat aquã. Ecce discipuli nondum intelligunt escã. Hæc ille. Ex hoc aũt sicut dicit Chryso pater, q Christus oblatos sibi cibos ab aliis accipere solebat, vt illi mererẽtur, & vt daret paupertatis exemplum, quod non esset nobis graue ab aliis enutriri. Hoc (inquit) proprium, & necessarium est doctoribus, alienos habere procuratores ciborum, vt ipsi de nullo curantes, verbi ministratione curent solicite. Hæc ille [Dicit eis Iesus] apertè eos doces & non per circuitum, vt mulierem; secũdũ Aug. [Meus cibus est, vt faciam volũtatem eius, qui misit me] quæ voluntas est [vt perficiam opus eius] quod mihi imposuit, s. illuminationẽ infidelitũ, & conuersionẽ peccatorum. Quod secundum Chry. expressius declarat, subdens exemplũ de messe materiali, dicẽs [Nonne vos dicitis, q adhuc quatuor menses sunt] i. futuri extant: erat n. tunc qñ Christus ista dicebat hyems, secundum Magi. histo. & de mense Decembri vel Ianuario vt vr, quia in Pascha offerebant nouas fruges [& messis] corporalis. i. tẽpus congruum ad metendum [venit. Ecce dico vobis] Adaptat similitudinem ad proposi. tum [Leuate oculos vestros] i. mentis considerationem, & cogitationem secundũ Orige. & Chryso. Et secundum eundem Chry. vltra oculos mentales iubet leuare et corporales, vt videant multitudinem Samaritanorum ad se venientẽ [Et videte regiones] i. multitudines animarum, & turbarũ, secũdum Chrys. [quia albæ sunt ad messem] i. dispositæ, & paratæ ad credendum, vt per fidẽ congregentur in domum ecclesiæ & tribulationibus trituratæ purgentur grana, & tandem cœlesti horreo collocentur. Chrys. Sicut enim spicæ cum dealbatæ fuerint ad messem sunt paratæ, ita & hi ad salutem sunt parati. Hæc ille.

Sed quare Christus non loquitur apertè sed per similitudinem. Ad hoc dicit Chry. q hoc facit primò, vt melius intelligatur, q ipsa similitudo est quasi scriptura in qua legere possumus. q dicitur Secundò quia & narratio est dulcior, & melius retinetur ex consonantia similitudinum congruarum. Deinde inuitat Apostolos ad metendũ spiritualiter, dicens [Et qui metit] i. conuertit animas prædicando [mercedem accipit] in pñti tempore s. gratiam, & consolationem conscientiæ [& congregat] sibi ipsi [fructum] i. gaudium de fruitione Dei [in vitã æternam] terminandum, & perficiendum. Vel [congregat] ad ecclesiam [fructũ] i. animas conuersas [in vitam æternam] reponẽdas [vt & qui seminat] i. Patriarchæ, & Prophetæ sedm Chry. quia seminauerũt diu ante fidem. q Apostoli collegerũt [simul gaudeat & qui metit] i. apostoli congregantes ad ecclesiã infideles & eorũ sequaces. Est n. hoc gaudium vtrorũq; cõe. Et in materiali quidem messę, qui seminat tristatur si alius metit, sed non in spirituali. Temporalia n. bona ex participatione minuuntur, nõ aũt spiritualia, sed augentur, saltem accidentaliter, quia vnusquisq; gaudet de bono proximi, ideo quanto plures sunt beati tanto quilibet eorum magis gaudet extensiuè, quia de pluribus gaudet. & fortiter & intẽsiuè accidentaliter. Vide hoc 2.2 q.4. ar.5. ad quintum & 4 dist.49 q.i. ar 4 q.10. [In hoc enim] i. p p hoc [est verbum] vestra prædicationis [verum] i. magis apparens verũ, & credibile [quia alius est qui seminat] i. christus prophetarũ, qui alii fuerũt ab apostolis non fide cũ eadẽ fuerit vtrorumque, sed cõuersatione cum sub legalib. cerimonijs conuersarentur [alius qui metit] i. chorus apostolorũ. Quanto n plures attestant idem, illud apparet verius. Prophetæ aũt seminando prædixerunt quæ apostoli metẽdo completa esse dicebant. Vel aliter. Erat n. prouerbiũ apud iudæos vt diceret, alius seminat, alius metit, qñ ex labore vnius alius reportabat fructũ. Dicitur ergo [In hoc enim] i. in messe spirituali [est verbũ verũ] i. verificatur vsitatum prouerbium, quod sequitur, s. [quia alius est qui seminat, alius qui metit] Et hæc expositio magis consonat sequentibus. Ad quorũ intellectũ sciendum est, q messis ista spiritualis, tripliciter sumi potest. Vno modo p populo iudæo-

rum. Alio modo pro populo Gentiliū Samaritanorum, & tertiò modo ꝓ alijs populis Gentilibus. De prima & secunda nō est dubium, ꝙ Patriarchæ & Prophetæ eā seminauerunt, saltē scripto exortando, & ad suscipiendū Christū per fidē disponendo. Sicut enim hoc spirituale metere est conuertere ad fidē Christi, ita spirituale seminare istud, est ad hanc fidē populos præparasse. Tertiā vero messem seminauerūt Prophetę, in quā tū dicta eorum ad conuersionem Gentiliū conferebant. Facilius enim credebant, vidētes ea quæ sunt fidei fuisse ante pdicta. Ad primā messem cōgregandam, missi fuerūt apostoli ante Christi passionem, vt habetur Matth. 10. sed non ad secundā, & tertiā; q̄a dixit eis tunc vt ibidem habetur; in viā gentiū ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis, sed misit illos ad secūdā & tertiam post resurrectionem suam, q̄n dixit eis actuū primò, eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. & Mar. vltimò, euntes in mūdum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, omni homini indifferenter. Sequitur ergo [Ego misi] de præterito quo ad messem Iudaicam, nō autem quo ad reliqua, nisi secundum prædestinationem, & intentionem suam [metere] idest ad fidē cōuertere [quæ non seminastis] idest animalia rationalia, quæ ad fidem non disposuistis. [Alij] idest Patriarchæ, & Prophetæ [laborauerūt] vt mundus ad Christū disponeretur [& vos in labores eorū]. i. in fructus laborum [introistis] quia iā præparatos ad conuersionem per prophetarum labores habetis conuertere. Videtur autem hic innuere Dominus, ꝙ grauiores fuerunt prophetarū quā apostolorum labores, & forte verum est quoad populū Iudaicum, tum quia diutius circa illum occupabantur, tùm quia sine fructu laborabant quod est graue, tùm quia non habebant gratiam, & charitatem tam abundanter, quæ faciunt labores dulces, tùm quia fructum quem sperabant, expectabant in longinquum, id est tempore Messiæ percipere. Nec tamē sequitur, quòd maiora essent eorum merita quàm apostolorum. quia meritum nō mensuratur essentialiter secundum laborem, sed secundum charitatem, quam apostoli habuerunt maiorem, vt patet par. S. Tho, 12. q. c. 6. veri. q. 12. Roma. 8. vel 5. Redit aūt Euangelista ad narrandum de muliere, dicens [Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorū [Ex quo patet quod regio erat parata ad messem [propter uerbum mulieris], cui dominus efficaciam loquendi dedit [testimoniū perhibentis, quia dixit mihi omnia quęcunque feci [Existimabat enim secūdū Chry. ꝙ nequaquā mulier gratanter audiuisset eū, quia adulterā illā dixerat, nisi aliquid magnū fuisset in illo, ꝙ potuisset secreta cognoscere. Vel forte existimabant Christū magistrū ex hoc, ꝙ absentis mulieris vitā cognouisset. In hoc aūt Samaritani Iudæis præferūtur, in credendo, ꝑꝑ duo. Primò, quia ad eos nō erat Christus personaliter missus, sicut ad Iudæos. Secundò quia nō viderant tot eius miracula Iudæi [Cum venissent ergo ad illū Samaritani, rogauerūt illum, vt ibi maneret] reputātes se fœlices si eius præsentia potirentur, nec mirum, quia eius conuersatio erat honesta, doctrina fructuosa, societas iucunda, & nulli ꝑꝑ quæstū onerosa [Et mansit ibi duos dies] vt eis ex parte satisfaceret, & nō plus, ne Iudæi murmurarēt, & dicerēt; eū esse factū ciuē Sichar, & Samaritanū [& multo plures crediderūt ꝑꝑ sermonem eius] quàm propter sermonem mulieris. Sermo enim Christi erat efficacior, & gratiosior, & sapientior [& mulieri dicebant, quia iam nō ꝑꝑ loquelā tuam credimus] quia habemus efficacius lumen. [Ipsi enim audiuimus & scimus]. i. certi sumus. Amb. Fidei simplicitas argumētis omnibus antecellit [quia hic est Saluator] spiritualis & vniuersalis [mundi] & non solū Iudæorum. In hac parte est documentum morale contra quosdam, qui dicunt, se nō ideo bene viuere, quia miracula nulla viderunt. Mentiuntur enim. Ecce Iudæi visis tot miraculis dominum perdiderunt, immo tepuerunt, vt ita dicam. Samaritani vero cum tanta facilitate crediderunt, & hoc, q̄a sine inuidia, & superbia erant. Vnde Luc 16. Si Moysen, & prophetas nō audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexit credent. Igitur non ideo malè viuunt, quia signa non viderunt, sed quia volunt. Est & aliud in toto hoc euangelio notandum. Nam Christus fecit mentionem de duplici aqua, & vnam docet contemnere, reliquam appetere. Prima est quæ sitim excitat, de qua dicitur.


Qui

Qui biberit ex aqua hac sitiet iterum,& significat amorem mundi,idest amorem diuitiarum,delitiarum , & honorem. Ista aqua est turbida, iuxta illud Hieremiæ 2. Quid tibi in via Egypti vt bibas aquam turbidam, & consequenter non est apta ad speculãdũ siue cognoscendum defectus suos, quia turbida, nec ad bibendum, quia amara, si turbida nec ad lauandum, quia immunda. Secunda vero est quæ sitim extinguit, illa scilicet quã ipse dat, idest Spiritus sanctus q̃ est dulcis ad bibendũ, clara ad speculandũ seipsũ, & mũda ad lauandum, quia Spiritus sanctus in corde facit lixiuiũ ex aqua lachrymarum & cineribus peccatorũ,& sic illud emũdat.

Est etiam & hic notandum ꝙ allegoricè loquẽdo, hora sexta. i. ętas seculi sexta, Christus venit ad putei profunditatem, idest ad terras. Et eo super illo quiescente, idest dormiente in cruce, venit ad eum mulier Samaritana. i. Gentilitas, cui ipse offert aquam viuam, i. sacramentũ baptismi & alia sacramẽta, quæ de latere dormientis in aqua & sanguine emanarũt, & illa in ipsum credẽs, à se hydriã. i. terrenorũ cupiditatẽ repellẽs, Xp̃m cupit prædicare, sed iubet vocare virũ. i. adducere rationem, qua in omnibus suis operibus dirigatur. In figurã etiã huiusmodi, de latere dormientis Adæ, Eua formata est.

Sabbato post dominicam 3. in Quadragesima.

Textus euang. Ioan. cap. 8.



ERREXIT Iesus in montem Oliueti,& diluculo iterum venit in tẽplũ. Et oĩs populus venit ad eũ. Et sedens docebat eos. Adducũt autem Scribæ & pharisęi mulierẽ in adulterio deprehensam, & statuerũt eam in medio,& dixerunt, Magister, hęc mulier mõ deprehensa est in adulterio. In lege autẽ Moyses mãdauit nobis huiusmodi lapidare, tu ergo qd dicis? Hæc autem dicebãt tentãtes eum, vt possent accusare eum. Iesus autẽ inclinãs se deorsum digito scribebat in terra. Cũ autẽ perseuerarẽt interrogantes eũ, erexit se,& dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illã lapidẽ mittat. Et iterũ se inclinans, scribebat in terra. Audientes aũt vnus post vnũ exibant, incipientes à senioribus. Et remãsit Iesus solus,& mulier in medio stans. Erigens aũt se Iesus, dixit ei. Mulier, vbi sũt q̃ te accusabãt, Nemo te condemnauit? Quę dixit. Nemo domine. Dixit autem Iesus. Nec ego te condemnabo. Vade, & amplius noli peccare.

PERREXIT Iesus in Montẽ Oliueti &c.] Ioan. 8. In præsenti euãgelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Insidiatio, Confutatio,& Miseratio.

QVANTVM ad primum tangit insidiatio phariseroum aduersus Christum.

Est aũt sciendum, ꝙ Saluator noster post suũ aduẽtum in Hierusalem vltimũ, qñ. s. ad passionẽ venit in die palmarũ hoc obseruauit vt in die quidẽ prædicaret in tẽplo, nocte vero exiret in Bethaniam. Die ergo dominico post doctrinam, serò exijt extra ciuitatẽ Hierusalẽ, & iuit in Bethaniam, similiter fecit die lunæ & die martis. Die aũt mercurij fuit in Bethania, vt Iudæi haberẽt locum consiliandi de morte sua, sicut volebãt facere & fecerunt. In vna aũt horũ dierũ cõtigit historia de qua in præsenti agitur euãgelio,& traditur fuisse die lunę. Et licet beatus Ioan. narret eã ante vltimũ aduentũ prædictum, tamen hoc dicit quidam dici anticipatiuè. Vnde Magister Hist. ponit secundũ ordinem historiæ hanc quæ hic narratur factã post vltimum aduentum prædictum.

Sciendũ est tamẽ ꝙ de hac historia adulteræ mulieris Chrysosto. nullam penitus facit mẽtionem, & causam assignat traductor eius, quia ipsa in antiquis voluminibus græcis non habetur, nec in græcis ecclesiis recitatur. Vnde græci eam dicũt apocripham, & ita Ioãni additam, sicut Danieli fabula dra-

conis,& Susannę historia. Sed quia Sancti la tini eam tanquam de Ioannis textu exponūt & in ecclesijs latinorū recitatur, dicēdū est Grecis, ꝙ potuit ipse Ioānes eā opēri suo iā cōpleto inseruisse & propterea in quibusdā antiquis voluminibus nō habet. Quis n. est, sci tātæ temeritatis vt ea fingere voluisset? Et si q̄s eā voluisset fingere, q̄ eā potuit suis se? Dicit ergo[Perrexit Iesus in montē Oliueti]. i. ī Bethamā secūdū Alanū, q̄ vt ex euāgelistis patet est in Monte Oliueti sita in latere orietali distans ab Hierusalē 15 stadijs, in qua hospitaba. in domo Marthæ & Mariæ sororū Lazari. Sed quare nō remāsit in Hierusalē vbi prædicauerat,& in crastinū pdicaturus erat? Ad hoc dicit Chry. ꝙ nullus inuitauit eū & forte causa fuit, quia nulli magnatū adulabatur, vel quia licet ibi habēret amicos vt pater de eo qui fecit ei cœnā in quinta Feria sequenti, tū ipsi non erant magnates. Vn̄ & ipse Nicodemus qui erat vnus de principibus & credebat in eū nō est ausus se ei iungere, sed venit occultè de nocte ad eū[& diluculo], i. diei luculo siue par ua luce ante.s solis o tū[iterū venit in templū]. s. ad prædicādū. in quo eius solicitudo in docendo patet. Sed ex hoc videtur ꝙ malū sit post prandiū prædicare. Ad hoc dicit secūdū quosdā, ꝙ prædicatio ad duo ordinat scilicet ad retrahēdū hoīes à malo,& ad ꝓuocādū ad bonū Rōne primi tūc magis cōgruit qn̄ hoies sūt proniores ad vana, i. post prandiū. Rōne vero secundi qn̄ sunt magis sobrij[Et omnis populus venit]qui erat in tēplo ad orandū, secūdū aliquos. Vel secūdū alios oīs populus ciuitatis, i. maior pars, & hoc ē rōnabile q a euāgelistæ innuūt ꝙ illis diebus pdicationes mirabiles faciebat. Vn̄ Lu. 21. dr. Et oīs populus manicabat i. mane ueniebat ad eū in tēplo. Et Ioan. 12. dixerūt inimici eius. Ecce totus mūdus post eū abiit[ad eū] vt audiret sermonē eius. Nā die alia pcedēti fecerat sermonē ita mirabilem, ꝙ milites q venerāt cōprehēdere eū stupefacti in verbis eius, nihil ei dixerūt, sed reuersi ad eos q miserant illos, dixerūt. Nunq̄ sic locutus est homo. Vn̄ populus memor, libentius denuo veniebat. Vel cā fuit, quia ī populo erat dissēsio quibusdā dicētibus, q a bonus est, quibusdā negantibus, ideoque vt ex verbis eius deprehēderēt qualis esset veniebāt ad eū [Et sedēs]in cathedra vel loco doctorū, vel sedēs. i. assiduus existēs[docebat eos]& nō tenebatur. quia nondū pati digna batur[Adducūt autē eē Scribę]famosi i sapiētia q a legis doctores[& pharisęi]famosi in vita q a plusquā cæteri rel giosi erant apparēter & vtrique maxi mo zelo inuidiæ cōtra Xp̄m cōcitauit[mulierē in adulterio dēprehēsam]. Isti pessimi viri videbāt secūdū Augu. ꝙ dn̄s māsuetudinē habebat, & laudabat & pdicabat misericordiā, & ob hoc populo amabilis reddebatur. Ideo ꝓposuerūt ei casum, in quo videbatur eis ꝙ necessario aut cōtra mansuetudinē, aut cōtra legē diceret & cōsequenter odiosus populo redderetur, qui & mansuetudinē & legē amabat 5 credebāt tū vt ait ꝙ ꝓ māsuetudine resōderet vt populi sibi fauorē conciliaret. vnde sequitur[Et statuerūt eā in medio]. i. in publico nō vt seruarēt formā iudicij q a Christus secūdū m existimationē eorū nō erat iudex sed quia putabant quæstionē insolubilē,& Christum publicè confundere cogitabant. Sed quare non adduxerunt simul & adulterum, cū quo erat cōprehensa? Ad hoc dicitur ꝙ huius potuit esse multiplex ratio. Primò, quia forte volebant ponere in corde populi ꝙ esset aliquis discipulorū eius: vel secūdō, forte erat diues, & pecunia corrupit eos: vel tertio forte aufugit[Et dicunt ei. Magister hæc mulier modo]cū sint dies facti[deprehēsa est]ita quod res est certa[in adulterio]quòd lex valde abhorret. Vnde sequit [In lege autem Moyses]id est dominus per Moysen[mandauit nobis huiusmodi]peccatores, fidem matrimonij violātes[lapidare] Leui. 20. Per lapidationem tamen potest intelligi omne genus mortis,& ꝑ mortē lapidatio. Vnde aliquando lex dicit hmōi occidendos, aliquādo lapidandos. Sed quare in legē noua adulteri non lapidantur? Ad hoc dicitur ꝙ lex vetus data est hoībus quasi imperfectis, & paruulis, & promissione temporalium inducebat ad sui obseruātiam, iuxta illud Esai. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, & per cōminationē temporalium malorum reducebat à peccatis. Lex vero euangelica data est hominibus quasi pfectis, & promittit spiritualia, & spirituales siue æternas pœnas principaliter cōminat, ideo in ea adulteri æternæ pœnę reseruantur, & non occiduntur tēporali morte. Sed quare magis lapidatur mulier adul-

terra, q̃ vir adulter? Ad hoc dr̃ scd'm Aug. in Enchir. quod mulier habet plura se à malo retrahentia, s. custodiam viri, confusionẽ mundi, terrorem legum, & Dei timorẽ: vir aũt hẽt vltimum tantum. Vel põt dici, ꝙ hoc fit, quia magis est contra certitudiné prolis, si fornicetur mulier, quàm si vir, & cõsequenter sequit maius malũ ipsi proli, q̃ nescit parentẽ suũ à quo habeat nutrimentum & doctrinã. Vnde nunq̃ vna vxor habuit duos maritos sicut ecõtrario [Tu ergo quid dicis?] vtrum sit lapidãda, vel nõ [hoc aũt dicebant tentãtes eum] scilicet. p.p habendam opinionem de mansuetudine consuleret contra legem, vt appetebant, & credebant [vt possent accusare eum] Pilato p̃si di quasi transgressorem legis diuinæ. Vel vt possent accusare eũ populo, cuius timore eum capere non audebant.

Moraliter est in hac parte documentum pro peccatoribus qui iniusta agũt confidẽtes, quia se occultè operari putãt. Deus.n. permittit eos aliquando publicari, vt tõne confusionis resipiscãt. Et licet hoc homini sit bonum, tamen melius esset vt conseruares famã tuam, & spõte delicta corrigeres. Greg. 2. mora. Qui sæpe volens cadit in culpam, quandoq; nolens capitur ad pœnam. Hæc ille.

QVANTVM ad secundũ tangitur confutatio istorũ hypochritarũ, q a Christus ita respondit ꝙ in iustitia seruauit, & misericordiã, & illi qui volebant eum confundere penitus sunt confusi. Dicitur ergo [Iesus autem inclinans se deorsum] Non enim statim ostendit. Primò, vt ostenderet maturitatem seruandam in iudiciis. Sene. Optimum iudicem existimo, qui cito intelligit, & tardè iudicat. Secundò, vt daret eis spatium resipiscendi à malitia. Tertiò vt ostenderet se neq; ad hanc q̃onem libẽter respondere, neque quærere confusionẽ eorum [digito scribebat in terra] In terra scribebat secundùm Aug. vt ostenderet, ꝙ omnes praui scribentur in terra, iuxta illud Hiere. 17 Recedentes à te in terra scribẽtur, sicut iustorum nomina scribi dicuntur in cœlo. Et secundò, scd'm S. Th. vt ostẽderet se traditurum legem dulciorem, & molliorem, siue mitiore antiqua, quæ fuit in duro lapide scripta, quia irritã faciẽs quis illam absque miseratione occidebatur, vt patet Heb 10 Scribebat aũt digito scd'm eũdem, vt ostẽdat se esse illũ, cuius digito lex dr̃ scripta & ꝙ cõsequẽter frustra tẽtant accusare eũ de lege, eũ sit legislator. Quid vero scriberet incertum est. Sed tñ diuersi diuersa dicũt probabiliter. Nã scd'm Amb in quadã epistola ad studiosum scribebat. Terra absorbe hos viros abdicatos. i. digne cõdẽnandos. Et sumit Hier. 22. Sed scd'm eũ in epist. ad Ireneum scribebat. Terra terrã accusat. i. peccator peccatorem, scd'm Augu. vero, scribebat ꝙ postea protulit. Sed scd'm glo. scribebat istorũ crimina, & faciebat aliquã literam figuralẽ, in qua vnusquisq; sua tantum peccata, & suam dignam condẽnationem videbat, vt sic cõsequenter misericordiam peterent, & scirent aliis misereri.

Sed quare nõ potius apertè dicebat? Ad hoc dr̃ ꝙ nolebat occulta publicare. Vel possumus dicere, ꝙ secuta fuissent in astãtibus infinita mala spiritualia, pura appetitus pperrãdi similia, & odia, & inimicitiæ, & homicidia. Forte.n. ibi erant multi viri quorũ vxores ab eis erãt violatæ. Quid aũt horũ verius sit, incertũ est. Veruntñ secũdũ S. Tho. dictũ Augu est probabilius primo Ambr. sed vtroq; illius glosæ dictum vr̃ mihi probabilius. Nam si scripsit, terra absorbe, quare non sunt absorpti, aut ẽt quare illud scripsit? Terra.n. etiã cogitationi obedisset Christi. Si dicatur ꝙ scripsit p.p eos, vt viderant se digni absorberi. Dico ꝙ hoc redit in opinionem illius glosæ, q iæ dicit, ꝙ faciebat aliquam figuram in quo scelera viderent, quia ista figura potuit esse scriptura, vel alia. Et similiter non scripsit, terra terram accusat, nisi in ista scriptura aliquid mirabiliter apparuisset, quia facilius poterat ista verba dicere eis. similiter neque id quod postea protulit, quia superfluè aut protulisset aut scripsisset. Christo aũt scribẽte & non respondente, illi valde instabant, vt responderet, credentes eũ esse perplexũ, & nescire quid responderit [Cum aũt perseuerarent] continuè [interrogantes eum] quid vellet respõdere [erexit se] forte indicãdo digito, ea quæ scripserat, & tacitè monẽdo vt legerent [& dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidẽ mittat] O gloriosa responsio. Ambros. ille iudicet de alterius errore qui non habet in se, quod condemnet. Hæc ille. Augusti-

Si diceret nõ lapidaretur adultera, iniustus conuinceretur, si diceret, lapidetur, mansuetus non videtur. Dicat ergo quod dēt dicere mãsuetus, & iustus. Qui sine peccato &c. Hæc vox iustitiæ est, puniat peccatrix, sed nõ à peccatoribus, impleatur lex, sed non à præuaricatoribus legis. Hæc ille.

Sed nunquid peccator potest aliū peccatorē corrigere? Ad hoc dicendū ē, ex doctrina San. Tho. a. 2. q. 53. & 4. di. 19. cū distinctione. Aut. n. loquimur de correctione fraterna, aut de iudiciaria, quæ ad superiores pertinet. Nã de prima dicendū est, ꝙ si peccator cum humilitate, & gemitu corrigit quasi hortãdo, vt simul ambo corrigãt sua delicta nõ peccat, quamuis se condemnet, idest cõdemnabilem ostẽdat in sua cõsciencia vel fratris: secus si ex superbia, cõtemnẽdo sua peccata vellet aliena reprehendere. Est. n. triplici rõne peccator indignus corrigere. Primò rõne præcedentis peccati, maximè si sit maius peccator fratris. Hoc autē intelligo qñ peccator de suo peccato nõ dolet, & intelligo ēt si nõ sit maius, sed æquale. Secundò rõne scandali, puta si suum peccatum sit publicū. Non. n. præsumitur odisse peccatū. ꝙ intellige, nisi ēt publicè ostenderet se de suo dolere. Tertiò rõne supbiæ, vt dictum est. Hęc ex. 2. 2. Si vero loquamur de secunda, sicut vr̄ ipse loqui in 4. Dicendū est, ꝙ existens in veniali peccato potest corrigere, quia non reddit hominem indignum executione officij, nec ita est cū scandali vt mortale, vt cùm sine eo nullus vitã ducat. Si vero sit in mortali ēt occulto, secus, quia reddit hoĩem inhabilē ad executionem officij cuiuslibet. Posset tñ corrigere non vt minister ecclesiæ exequens. s. officium, sed vt priuata persona, nisi rõne scandali. Loquitur aūt San. Thom. de existẽti in mortali actualiter, quia. s. non est cõtritus, & loquitur de ministris ecclesiæ, seu prælatis quantū ad spiritualia. De iudice vero laico dicendū vr̄, ꝙ existens actualiter in mortali si corripit aliquem motu proprio peccat, quia non mouetur zelo Dei cõtra peccatum, quia illud nõ corriperet, maximè si suū sit æquale vel maius, sed vr̄ moueri ex superbia. Si verò iudicat lege exigente, & ex mente legis non peccat, vt aliqui dicũt, nec condemnabilem se ostendit in eo, ꝙ fert sñiam, sed in eo ꝙ facit id, per ꝙ sentẽtiam similē meretur. Et hæc determinatio vr̄ conformis doctrinæ S. Tho. 3. q. 64. & 4. di. 5. & di. 19. & dis. 24. & quodli. 7. q. 4. vbi tenet, ꝙ exhibens se ministrum ecclesiæ in aliquo spirituali, & exhibẽs in mortali, peccat mortaliter, quia non se conformat dño cuius est minister. Ista aūt rõ non tenet in ministro laico, vnde ipse super Ioan. expressè sic determinat, vt hic determinatum est [Et iterum se inclinans scribebat in terra] Iterato se Christus inclinauit, secundum glo. parcens eorum verecundiæ, ne. s. tantū erubescerent de aspectu eius, scd̄m Alchuinum vero, vt libere possent exire, secundū Aug. vero, vt ostenderet, ꝙ erant indigni videre vultū eius, & ab eo videri. Vel hoc fuit vt ostenderet primam sñiam esse immutabilem, quia Deus non mutatur. Sed q̄d scribebat secūda vice? Ad hoc dico, ꝙ scribebat idē quod prius, vt videtur. Et credo ꝙ sicut scribebat aliquid in quo diuinitus videbãt sua peccata, ita scribebat ordinatè, ita ꝙ vnus post vnum illa cognoscebant, ideo sequitur [Audientes aūt] id quod dixerat, & supple videntes, id quod scripserat erubescentes de turpitudine suorum peccatorum [vnus post vnū exibãt] sicut vnus post vnū scripturam forte legebãt incipiẽtes à senioribus, vt qui primi fuerant in culpa, primi essent in pœna, & quorū forte peccata erãt grauiora. Augu. Sic igitur illi voce iustitiæ tanq̃ trabali telo percussi sese inspicientes, & reos inuenientes, vnus post vnum oēs recesserunt. Hæc ille. In hac parte est morale documẽtum, quãta erit in die iudicii peccatorum erubescentia, cū non solū ipsi, sed totus mūdus videbit eorū peccata, si isti tãtū erubuerũt videtes ea ipsi solum simul cum Christo. Iusti aūt tūc nõ erubescent, sed erit eis gloria, q̄a pęnituerūt, sicut nec nūc erubescit Magdalena ꝙ sua peccata publicè p̄dicant. Hie. Dicat vnusquisque quod velit, ego interim ꝓ sensus mei paruitate iudicaui melius esse confundi coram prætoribus super terram, quàm coram angelis sanctis in cœlo, vel vbicunque dominus iudicium suum voluerit demonstrare. Hæc ille.


QVANTVM ad tertiū tãgitur miseratio q̄ peccatrici Christus exhibuit, cū dr̄ [Et remansit Iesus solus] .i. sine Scribis, & Pharisæis, non autē sine discipulis & plebe, quia dictio exclusiua, vt dicit San. Tho. hic

hic non excludit oes, sed posita est respectu extraneorum, idest inimicorũ. Oportet et dicere ꝙ ibi remãserint aliqui Iudęi, immo aliqui pharisæi, quia sequitur immediate post istã historiam, qđ Christus alloquutus est Iudæos, & ꝙ aliqui pharisæi cõtradixerũt ei, vt patet infra sabbato ante dominicam de passione. Aug. relicti sunt duo, misera & misericordia. Hæc ille [& mulier in medio stans] discipulorũ & plebis, vel in medio, id est in ambiguo, secundùm S. Tho. ignorans quid sibi futurum esset. Vnde secundũ Aug. timuit se ab illo puniri, q̃ sine peccato erat [Erigens aũt se Iesus] scilicet à scribendo postquam omnes aduersarij recesserãt [dixit ei] temperando rigorem iusticiæ per misericordiã. Mulier vbi sunt qui te accusabant? Non quærit quasi ignorans, sed vt consoletur. Ad hoc mulier stupefacta nõ respondit timore mortis, ideo statim dominus vt eam respirare faciat, & secure responderet, subiungit [Nemo te cõdẽnauit?] Quæ dixit. [Nemo Domine] Dixit ei Iesus [Nec ego te condemnabo] Sed ne videretur fauere peccatis, adiunxit secđm Aug. [Vade & iam amplius noli peccare] S. Tho. autẽ dicit Christum istam absoluisse à culpa, nulla imposita pœna, quia cùm absoluendo exterius, iustificaret interius, potuit eã tãta cõtritione immutare, vt ab omni pœna efficeretur immunis. Nullus tamen exemplo Christi sine confessione, & pœnæ iniunctio ne quemquam debet absoluere, quia Christus tantum in sacramentis habuit excellentiam potestatis, vt sine sacramento effectũ sacramenti conferre potuerit, quod nullus purus homo potest efficere. Cum autem in ista muliere duo essent, scilicet natura & culpa, vtrumque potuit Christus condemnare, naturam quidem iubendo eam lapidari, & culpam eam non absoluendo, & vtrunque absoluere, puta si licentiã peccandi tribuisset spondens se eam de cætero non condẽnaturum. Sed Deus odio habens culpã & amans naturam, damnauit alterum tantũ dicens, amplius noli peccare, vt sic appareat quam rectus est Deus per veritatem, & quã dulcis per mansuetudinem. Hæc ille virtualiter. Est autem sciendum quòd in die virgini dedicata conuenienter legitur hoc euangelium. Primò quia opposita iuxta se posita magis elucescunt, ideo magis commendabilis apparet innocentia virginis. Secũdò quia ex hoc commendatur misericordia Christi, quòd existens virgo, & filius virginis, & virginum sponsus, adulteræ non horruit pœnitentem. Ideo in die virginis hæc historia recitatur, vt hoc cogitemus. Tertiò quia ad propositum virginis, sunt illa verba Iesus inclinãs se &c. & hoc in sensu quasi allegorico. Nam virgo in scriptura appellatur terra propter suam stabilitatem, & foecunditatem, iuxta illud. Rorate cęli desuper &c. Inclinatio vero Christi est eius incarnatio, q̃ cùm in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit Iesus, igitur se inclinans, id est humanitatem assumere disponẽs, digito, id est virtute Spiritussancti scribebat i terra, idest in beata Virgine. Sed quid scripsit? Respondeo. Aliqua quibus illa pulcherrima charta decoraretur. Nam Deus pater in ea scripsit, & impressit suam potentiam, faciẽs eã potentem nos adiuuare in vita, iustis conseruando gratiam, & iniustis obtinendo misericordiam, & in morte nos defendendo à diabolo, & post mortem nos suscipiẽdo in cœli palatio. Ideo dicitur Maria mater gratiæ, mater misericordię, tu nos &c. Filius uero scripsit in ea suam sapientiam, ut pro nobis sciret aduocare, ideoque significata fuit per illam mulierem, quæ apud regem Dauid aduocauit sapienter pro filio Absalon, exulante 2. Reg. 14. Spiritussanctus sua bonitate faciens eam clementem ad miserandum. Vnde ipsa de se dicit Eccle sia. 14. Quasi oliua speciosa in campis. Ex quo patet, ꝙ sua misericodia est excellens sicut oleum eminet omni liquori. Et congruens, quia speciosa in tempore opportuno, id est tribulationis. Eccle. 35. Speciosa misericordia in tempore tribulationis. Et patens omnibus iustis, & iniustis, quia in campis. Est autem in hac parte morale documentum, quòd q̃ in præsenti habet punire, debet attẽdere solum, uel saltem principaliter ne de cætero committantur scelera. Pœnæ enim præsentis uitæ sunt medicinæ præseruatiuæ. Ideo secũdum Platonis sententiam, nulllus sapiens punit: quia peccatum est, sed ne peccetur.

Amen.

Dominica 4. in Quadrage.

Textus Euan. Ioan. c. 6.


BIIT Iesus trans mare Galileæ quòd est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna &c.

ABIIT Iesus trans mare Galileæ &c.] Ioan. 6. Vide dominicam ultimam post festum Trinitatis.

Feria 2. post Dom. 4. in Quadrag.

Textus Euang. Ioan. c 2.


ROPE erat Pascha Iudęorum & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in tẽplo vendẽtes oues & boues, & columbas, & nummularios sedentes. Et cũ fecisset quasi flagellum de funiculis oẽs eiecit de templo. Oues quoque, & boues, & nummulariorũ effudit ęs, & mẽsas subuertit. Et his qui colũbas vẽdebãt, dixit. Auferte ista hinc, & nolite facere domũ patris mei domũ negotiationis. Recordati vero sunt discipuli eius, q̃a scriptũ est, zelus domus tuæ cõmedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis, quia hęc facis? Respõdit Iesus. Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta, & sex annis ædificatũ est tẽplum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de tẽplo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset ex mortuis recordati sũt discipuli eius q̃a hoc dicebat. Et crediderũt scripturæ & sermoni quẽ dixit Iesus. Cùm autẽ esset Hierosolymis in die festo, multi crediderunt in nomine eius vidẽtes signa, quæ faciebat. Ipse aũt Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset oẽs, & quia opus ei non erat vt quis testimoniũ perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

PROPE erat Pascha Iudæorum &c.] Ioã. 2. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt. Expulsio, Interrogatio, & Conuersio.

QVANTVM ad primũ sciendũ est, quod multa ad hoc euãgeliũ pertinentia habentur supra dominica 1. quadragesimæ, & feria 3. sequẽti. In primo igitur pũcto tãgitur quomodo Christus eiecit de tẽplo vẽdentes & emẽtes. Pro quo sciendũ est, quod ista eiectio de qua Euãgeliũ loquitur facta fuit inter conuersionẽ aquæ in vinũ & Pascha quia scilicet fuit post prædictũ miraculũ & ante Pascha. In Euãgelio aũt Ioan. fit mẽtio in tribus locis de Pascha scilicet hic & 6. c. vbi recitatur miraculũ de panibus & c. 13. vbi dicitur ante diẽ festũ Paschæ. Secũdũ hoc ergo à miraculo cõuersionis aquæ vsque ad mortẽ Christus duobus annis prædicauit, & tantũ plus quantũ ab illo vsq; ad Pascha fluxit. Nã præsens eiectio fuit facta vt hic dicitur. Et sequenti anno eodẽ tẽpore fecit miraculũ de panibus, & Io. fuit decollatus. Vnde Ioannes fuit decollatus prope Pascha, quia vt dr̃ Mar. 14. statim post decollationẽ Ioannis Christus secessit in desertũ, & ibi fecit miraculum circa panes, quod fuit factũ prope Pascha, vt patet Io. 6. Festũ tamen decollationis eius tali die celebratur quo caput eius inuentũ est. Et sequenti anno eodẽ tẽpore fuit dominus crucifixus. Secundũ eos ergo qui dicunt Christũ fecisse miraculũ conuersionis aquæ. & ea quæ hic narrantur eodẽ anno, quo fuit baptizatus Christus, & tãtũ duobus annis cũ dimidio p̃dicauit, qui ab eius mortẽ fluxerũt. Sed cõmuniter tenetur quod prædictum miraculũ

conuer-

conuersionis nō fit factū in anno baptismi, sed post baptismū reuoluto anno, eadem die, & hoc secūdm mag. histo & S. Tho. tenet ecclesia. Nā vt aiūt secūdm sniam eius ea die qua Magi Christū adorauerunt, eadem die reuolutis 30. annis Christus est baptizatus, & eadē die reuoluto anno Christus aquam mutauit in vinū, & sequēti anno prope Pascha decollatus ē Ioānes, & sequenti Chrs crucifixus. Sic ergo inter Christi baptismū, & conuersionem aquæ fluxit vnum pascha, de quo nullus euāgelista facit mentionem. Et sic secūdm q ecclesia tenet, Christus tribus annis ac dimidio pdicauit. Oīa supra dicta quasi de verbo ad verbum sunt S. Th. in sua postilla super Ioan. Et similiter idem dicit mag. hist. excepto q vbi dicit S. Th. reuolutio 30. annis, ipse dicit reuolutis 30. vel 31. annis. Dicitur ergo [Prope erat pascha] Est aūt Pascha nomē Hæbraicum, secūdm Aug. & interpretatur transitus, tunc.n. angelus dñi transiuit per Aegyptū percutiens Aegyptios & saluans Hebræos. Et idē significat phase. Secūdm Amb. vero est græcum, & significat passionem [iudæorum] q non dr quasi aliæ nationes pascha celebrarēt, sed iudæorū dr secūdm S. Th. vel q a nō erat dñi, sed hominis, quia nō sancte & ad Dei gloriā, sed ad hominum voluptatem illud celebrabant, vel vt dicit ad dñm nostri paschæ in quo nō figuralis, sed verus agnus ē immolatus [Et ascēdit Iesus Hierosolymā] vt legē impleret, q̄ ipse tulerat. Iubebat.n. q ter in anno. i. in Pascha, in Penthecoste, & in Scenophegia oē masculinum de gñe iudæorū apparerêt coram dño in Hierusalem. Cum re motioribus th dispensabat secūdm aliquos, quo ad Penthecosten, & Scenophegiam.

Est aūt sciendū secūdm Alchui. q bis legit in euangeliis Christus post baptismū Hierosolymā ascendisse. s. semel ante incarcerationē Ioannis, & semel ante passionem, & vtraq; vice purgauit tēplum, eiiciendo vendentes, & ementes de illo Vnde sequit [Et inuenit in templo]. i. in atrio templi. Nam tēplum habebat triplex atrium. i. spatiū circa se, & eorū vnum diuisum in duo, vnum immediatè circa tēplū, q erat sacerdotum, aliud virorū mūdorū aliud mūdarū mulierū, aliud immundorū, & Gētilium. De hoc eiecit dñs vendentes. patent autem ista ex dictis supra Feria 4. post primam Domin. Quadragesi. exceptis quæ sequuntur [quasi flagellum de funiculis] Quæ sunt hic aliq, scilicet Nicol de Lyra quomodo Christus in tēplo funiculos inuenerit? Et soluunt, dicētes q pbabile ē cū vsum fuisse funiculo p zona, sed multo pbabilius est, q ibi essēt funes qbus iumēta ibi vendenda ligabant. Nā apostoli leguntur zonas habuisse. Mat. 10. Et est multo probabilius de Christo, q datus fuit i exēplum omniū, ppq & sicut cæteri est conuersatus & indutus, vt patet ex his q docet S. Th. 3. parte. q. 11. [Auferte ista hinc] Leuius aūt corripuit vēditores columbarū q a non ita dehonestabāt tēplum. Notādum vero q Chrs nunquā fuit ita seuerus in puniendo sicut hic, q a erat illud factum in iniuriā Dei patris, quā nullo modo ferebat, licet sufferret suā [Recordati vero sunt discipuli eius] s. post eius passionē, vel tunc secūdm Chry. qn ista viderunt [q a scriptū est] in Psal. 68. [Zelus] vt in bonum sumit, qui secūdm Alchuinū est feruor animi, quo mens relicto humano timore p defensione veritatis, accenditur. Hæc ille [domus tuæ] .i. quē habui p honore domus tuæ siue tēpli tui, ô pater [comedit me] .i. vehemēter accēdit, vel comedit me idest cōsumit per mortem zelus enim Christi p Deo prouocauit maganates Iudæorum vt illum occiderent. In hac parte est morale documentum, qđ Aug. tāgit di. Comeditur zelo domus Dei q oīa quæ vidit ibi peruersa cupit emendare, & si emēdare nō potest, tolerat & gemit. Si ergo in domo tua ne quid puersum fiat satagis, in domo Dei vbi salus proposita est debes pati quantum in te est, si quid puersi videris. Amicus est, admoneat leuiter. vxor est seuerissimè frenetur, ancilla est etiā verberibus compescatur. Fac quicquid potes pro persona quantum portas. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tangitur interrogatio, quā Iudæi Christo fecerūt, cum dr [Responderunt ergo Iudæi] facto. s. eius nō verbis, quia magis grauabant eius facto, q̄ dicto [qđ signum] .i. qđ miraculū [ostēdis nobis, q a hoc facis] .i. quia habeas potestatē istā faciēdi, seu authoritatem? In correctione.n. secundū S. Tho. duo requiruntur. s. zelus, & authoritas. Et q a in facto Christi de primo nō apparebat dubiū, de secundo quæsiuerūt, ac si diceret. Quo miraculo pbas q habeas authoritatē imutādi quę ordi-

ordinauerunt sacerdotes, quasi principalis dñi tẽpli, vel quasi propheta missus à Deo. Et quia dicit S.Tho. insidiosè signum quęrebant, quasi desperantes de exhibitione signi, vt calumnias inferrẽt non vt scirẽt, iõ, dat eis signũ occultũ, quo non illuminãtur magis, sed magis excœcantur. Vnde sequit [Respondit Iesus & dixit eis. Soluite tẽplũ hoc & in trib. diebus excitabo illud] Augu. in glo. sic vr̃ continuare. Ego nõ do vobis signum meæ ptãtis, sed expono vobis, qd significet hoc, ꝙ ego feci. Et tunc intelligit [Quod signũ ostẽdis nobis, quia hæc facis] .i. vis significari, vel intelligi in hoc facto [Et ille. Soluite &c.] id est sicut tẽplũ hoc corporale vos inquinatis, & ego emundo, sic corpus meũ vos dissoluetis, & ego resuscitabo [vel soluite &c.] id est hoc argumẽtum, & signum do vobis meæ authoritatis [Soluite] .i. vos soluetis, me permittente & non soluente, neq; soluente natura. Non.n. dixit soluam, vel soluetur, sed soluite [tẽplũ hoc] .i. corpus meum [& ego] mea virtute secundùm Titũ [in tribus diebus] .i. post triduum [excitabo illud] à somno mortis ad vitã. Hoc aũt fuit infallibile signũ deitatis. Appellauit aũt Christus corpus suũ tẽplũ, q̃a in eo habitauit plenitudo diuinitatis, non solũ ꝑ gratiã, vt in aliis, sed corporaliter, vt dr̃ ad Coloss. 2. c. per vnionem in persona, qua & aĩa & corpus deitati fuerunt vnita. Ex hoc aũt credidit Apollinaris, ꝙ sicut templum est res inanimata, ita Christus corpus sine aĩa assumpserit, & ꝙ in eo diuinitas loco aĩæ fuerit. Sed si hoc esset verũ Christus nõ fuisset homo, plusq̃ cadauer sit homo. Secundò ẽt non habuisset humanã carnẽ, nec consequenter aliquid pertinens ad naturã humanã. Est aũt deceptus in hoc quod Christus, corpus, tẽplum dicit metaphoricè, & consequenter non oportet similitudinẽ quãtum ad oĩa intelligere, ꝙ autẽ Christus animã habuerit, patet: quia dicit, ptãtem habeo ponendi aĩam meam, Io. 10. quod de diuinitate non põt intelligi, quia eam deponere non põt [Dixerunt ergo Iudæi] hoc signum nõ intelligẽtes, & ꝑ pea reprobare uolentes; quadraginta & sex annis ædificatum est tẽplum hoc, & tu in tribus dieb. excitabis illud? quasi dicerẽt. Impossibile uis facere. Non autẽ intelliguntur ista scd̃m Chry. de tẽplo Salomonis, ꝙ septẽ annis cõpletum est, vt hr̃. 3. Reg. 7. & à Nabuchodonosor fuit destructus, sed intelliguntur, vt dicit de eo, ꝙ post captiuitatẽ Babylonicã filii Israel ædificauerunt. ꝙ multis annis ædificauerunt, quia à finitimis impediebantur, vt patet in lib. Esdr. Idem cum Chry. tenet Alchuinus, & oẽs ferè expositores. Sed hic est magna qõ de qua nullus expositor facit mentionem. Si.n. ista non possunt intelligi de templo Salomonis, q̃a destructum erat, eadẽ rõne nec de scd̃o tẽplo ædificato post captiuitatẽ sub Zorobabel possunt intelligi, quia vt dicit Iosephus 15. antiqui. c. vlti. Herodes destruxit illud, & ędificauit aliud, ꝙ octo annis cõsummauit. Ad hoc dico primò, ꝙ ista verba esse vera nõ est necesse, quia nõ sunt uerba Christi, vel Euangelistæ, sed iudæorum. Dico secundò, ꝙ habent veritatem de tẽplo Salomonis, nõ quò ad ædificationẽ tm̃, quæ septẽ annis consummata est; scd̃m ꝙ loquuntur prædicti doctores, sed quã tum ad materiæ præparationẽ, & actualẽ ædificationem simul. Nam Dauid præparauerat materiã, & Salomõ fabricauit, vt patet. 3. Reg. 7. Sicut autẽ dicit Orig. A tp̃e quo Nathan propheta consuluit Dauid, vt tẽplum fabricaret, & Dauid cœpit sumptus præparare, vsque ad tp̃s quæ Salomon illud tẽplum cõsummauit, fluxerunt 46. anni. Nec tñ, quia illud erat destructum, iõ de eo ista nõ possunt intelligi quia ly hoc, põt impropriè demonstrare, demõstrando aliquid in eadẽ specie cum eo, ꝙ tunc videbatur, sicut & cum dr̃. Hæc herba crescit vbique. Dico tertiò, ꝙ ẽt intelligi possunt de secundo templo, vt dictum est eadem rõne; & tanto amplius, quãtũ in tẽplo, ꝙ demonstrabãt, erat materia multa prioris. Nõ autẽ intelliguntur de tertiò, quod ædificauit Herodes. Primò, q̃a ipse minori tp̃e ædificauit. Secundò, quia propria illa nõ fuit totaliter noua fabrica, q̃a nõ præparauit torã materiã. Habuit.n. lapides, & ligna tẽpli, ꝙ deposuit, quãuis superaddiderit multa. Posset tñ dici ꝙ ipse octo annis substantiam fabricæ cõpleuit, sed tamen post per multos annos aliquid modicum fuit semper fabricatum ad decẽtiam pertinens. Quamuis autem Iudæi prædicta referrent ad tẽplum materiale, tñ Aug. lib. 80. q. dicit esse vera de templo corporis Christi. Formatio enim & cõceptio

vt

vt ait humani corporis 46. diebus perficit. Primis enim sex diebus habet similitudinē lactis, nouē alijs conuertitur in sanguinem. 12. aliis solidatur in carnē. 18. alijs perficit organizatio quantū ad oīa liniamenta. Istis aūt si addatur vnus propter sacramentū vnitatis, faciunt. 46. Vnde versus. Tres bis lacte dies, tres sūt in sanguine terni. Bisseni carnē tresseni mēbra figurant. Deinde autem est puer in vtero matris cōmuniter vsq; ad cōplementum noni mensis, & initiū decimi, dicente Verg. in Bucco.

Matri lōga decē tulerunt fastidia mēses. Vnde illa verba. 2. Macha. 7. matris ad filiū, scilicet te nouem mensibus in vtero portaui, videntur corrupta quia libri correctiores habent decē & non nouē, sumendo scilicet totū per partē. Ista tamē sanè sunt intelligenda. Nā simul in Christo fuerunt formatio corporis, creatio animæ. & vnio animæ ad carnē; & vnio verbi ad carnē & animam. Quāuis aūt in ipso instanti vnionis, corpus Christi fuerit perfectū quantū ad integritatē omniū mēbrorū, ad quantitatē tamen humano corpori debitā peruenit in prædicto numero dierū. Est enim sciēdū ꝙ in ipsa cōceptione est maioris quātitatis qui futurus est maior. Cū igitur Christus fuerit mediocris staturæ, ī ipsa cōceptione debuisset etiā esse mediocris quantitatis. Sed istā quātitatē tunc non habuit, sed eā quā tunc habent illi, qui futuri sunt parui, & deinde. 46 dieb. peruenit ad illā mediocrē quā habuisset tūc si fuisset naturaliter cōceptus. Vide de hoc S. Tho. 3. parte. q 33. [Ille autē dicebat de tēplo corporis sui] id est de corpore suo quod est tēplū propter deitatis vnionē, seu inhabitationē, & propter reconciliationē, quia sicut in tēplo, ita & in Christo homines recōciliantur Deo & propter fabricationē 46. diebus perfectā, & propter sacramentorum administrationē, & propter excellentē sanctificationē [Cum ergo resurrexisset à mortuis recordati sunt discipuli eius] id est intellexerunt, quia secūdum Alchuinū tunc aperuit illis sēsum vt intelligerēt scripturas. Lucæ 6. & clarius ēt ex resurrectione cognouerunt eū esse Deū. qui in illo corpore habitabat velut in templo [quia hoc dicebat de corpore suo] quod viderunt tertia die excitatū [Et crediderunt] per euidentiam facti magis solidati in fide [scripturæ] prophetarū quæ multipliciter hoc prædicit [& sermoni quem dixit Iesus] scilicet soluite &c.

In hac parte est documentū morale, quia Christus in hac sua iustitia quæ eiecit de tēplo oues & boues dedit documentū prælatis. Nā seruauit seueritatē eiiciens ea q̄ templū sedabant vt oues & boues, & lenitatem in hoc, ꝙ non sic eiecit colūbas, quæ sic nō sedabant, sed vendentibus, leniter dixit, Auferte ista hinc. Et discretionē, quia non est vsus gladio aut baculo sed flagello, innuēs ꝙ prælatus in corrigendo debet esse seuerus malis, mā suetus bonis, & discretus omnib. Vnde in arca quæ prælatū significabat erat virga & māna & tabulæ, in quibus sapiētia Dei erat inscripta, vt patet ad Hæbre. 9. Et eadē ratione in basibus tēpli quæ significabant prælatos, erant sculpti leones & boues & cherubin. 3. Reg. 7.

Anagogicè autem istud tēplū significat cœlum siue cœleste tēplū quod est Christus vt patet Apoc. 21. de quo eiiciuntur boues cornibus ventilantes, id est superbi, & nummularii, idest auari, & colūbę quæ sunt aues libidinosæ, id est luxuriosi, & oues, i. hypocritæ qui sunt in uestimentis ouium. Eiiciuntur inquā vt excōmunicati, iuxta illud Apoca. 21. Foris canes &c. Vnde cū eis nō participabunt sancti in loquela, nec officio, nec salutatione, id est salutis exoptatione.

Allegoricè vero significat ecclesiam, de qua eiiciuntur eadē genera peccatorū, sed alio modo. Est autē in hoc sensu allegorico documētū morale quod tangit Alchuin. dicens, Quotidie Deus spiritualiter ecclesiam suam intrat, & qualiter vnusquisque ibi cōuersetur attendit. Caueamus ergo ne in ecclesia Dei fabulis vel risibus vel odiis vel cupiditatibus vacemus, ne improuisus veniēs nos flagellet, & de ecclesia sua eiiciat. Hæc ille.

QVANTVM ad tertiū tāgitur conuersio multorū cum dī [Cum autem esset Hierosolymis, in Pascha in die festo] id est solennitate quem septem diebus durabat [multi crediderunt in nomine eius] credentes scilicet ꝙ esset Christus [videntes signa] Sicut enim doctrina humana fit nota ꝑ resolutionem ad principia prima, ita doctrina fidei ꝑ resolutionem ad signa quæ fiunt in testimoniū eius. Cū enim miracula solus Deus faciat, oportet dicere, vel ꝙ talis do-

ctrina sit vera, vel q Deus esset testis falsita tis, quòd absurdũ est. Sed si miraculũ ita cõ uincit, quare videntiũ, idẽ miraculum alius credit, alius vero nõ credit. Ad hoc dico q iõ est, quia aliqui non credunt miraculũ il lud esse verè à Deo i testimoniũ talis doctri næ. Vnde dæmones quibus constat miracu la esse verè miracula. i. diuina virtute facta, eo q totã virtutẽ naturalẽ seu creatã cõpre hẽdunt, si miraculum aliquod fieri viderint credere cõpelluntur[q faciebat]Contra q a nulla tunc legitur fecisse signa. Ad hoc di cit Orige q non oĩa facta Saluatoris sunt scripta, vt patet Ioã. 20. Non enim intendẽ bant Euãgelistæ scribere omnia gesta Chri sti, quia non sufficiebant, sed ex multis vo luerunt aliqua scribere, quibus probaretur vera diuinitas, & humanitas. Vel dicendum est secd̃m eundẽ q mirabile signũ visum est eis ipsa eiectio vedentiũ, vt dictũ est, vbi su pra[Ipse aũt Iesus non credebat semetipsũ eis] id est non cõfidebat in eis secd̃m Chrys. Sed si credebant in eũ, quare ipse non cre debat eis? Ad hoc dicit Chry. q isti erãt ru diores. Nã propter signa crediderant quod pertinet ad rudes, rationabiles autẽ per do ctrinam & prophetas trahebantur. Quia er go erant rudes & imperfectè credebant, nõ credebat se eis exhibendo familiarẽ, & se creta fidei reuelando, sicut apostolis facie bat. Vnde vt euangelista insinuet eos imper fectè credidisse, nõ dixit, crediderunt in eũ, quia. s. necdũ credebant eius deitatẽ. sed di xit, crediderunt in nomine eius idest credi derunt id quod de eo dicebatur nomine te nus, i. eum esse iustum & bonum. Vel secd̃m alios hoc est, q a illi erãt imperfectè credẽtes. & eum hoc eis q dã fictè se immiscebãt. Vel secd̃m Aug. Ista sunt pp mysterium facta. Nã vt dicit, isti gerunt formã cathecumino rum in ecclesia eorũ. s. q credunt, sed adhuc nõ sunt baptizati, sed instruuntur, vt bapti zentur. Etsi n. isti credunt in nomine Chri sti, Iesus tamen non credit se eis, q a eccle sia Christi talibus non exhibet corpus Chri sti quod sicut nullus nisi sacerdos potest cõ ficere. ita nullus nisi baptizatus potest susci pere. Non ergo talibus exhibebat se familia rẽ[eo q ipse nosset oẽs]quo ad interiora, immo secd̃m Aug. plus nouerat de eis q̃ ip simet, q a & ipse Petrus non nouit fragili tatẽ suã qñ p Chro mori volebat, quã tñ sci uerat Chrs[& q a opus ei non erat]id est nõ erat necesse[vt quis testimonium phiberet de homine]dicendo Chro qualis esset aliqs homo[Ipse. n. sciebat q d esset in homine] immo quid futurum esset, & quid accidere potuisset. In hac parte est morale documẽ tum, de quo ait Bed. Qua pp monemur vt nũquã de nostra cõsciẽtia securi simus, sed sem p soliciti formidemus, q a qd̃ non latet ęternũ arbitriũ, latere non valet. Hæc ille.

Feria 3. post dominicam 4. in Quadragesima.

Textus euang. Ioan. cap. 7.



IAM die festo mediante ascendit Iesus in templũ, & docebat. Et mirabantur Iudęi dicentes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus & dixit. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit vo luntatem meam facere, cognoscet dę doctrina mea vtrũ ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriã propriã quærit: qui autem quærit gloriã eius qui misit il lum, hic verax est, & iniustitia in illo nõ est. Nonne Moyses dedit vobis le gem, & nemo ex vobis facit legẽ: qd me quæritis iterficere? Respõdit tur ba & dixit. Dæmoniũ habes, quis te quærit interficere? Respõdit Iesus & dixit eis. Vnum opus feci & oẽs mi ramini. Propterea Moyses dedit vo bis circuncisionẽ, non quia ex Moy se est, sed ex patrib. Et in Sabbato cir cũciditis hominẽ. Si circũcisionem accipit homo in Sabbato vt nõ solua tur lex Moysi, mihi indignamini q a totum hominẽ sanum feci in Sabba to?

to? Nolite iudicare ſecūdum faciē, ſed iuſtum iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidā ex Hieroſolymis. Nonne hic eſt quem quærunt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dn̄t. Nunqd vere cognouerūt principes, q̄a hic eſt Chriſtus. Sed hūc ſcimus vnde ſit, Chriſtus verò cùm venerit, nemo ſcit vn̄ ſit. Clamabat ergo Ieſus docens in tēplo, & dicens. Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, & à meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis. Ego ſcio eū, q̄a ab ipſo ſum, & ipſe miſit. Quærebant ergo eum apprehēdere, & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autē multi crediderunt in eum.

IAM die feſto mediante &c.] Io. 7. In præſenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ ſunt Admiratio, Reprehenſio, & Dubitatio.

QVANTVM ad primum tangitur admiratio, qua (Chriſto docente) Iudęi tenebantur. Circa quam ſciendum eſt, ꝙ ea q̄ in præſenti Euangelio narrantur, cōtigerūt in feſto ſcenophegiæ, vt dicit B. Io. Erat aūt ſcenophegia feſtum tabernaculorū, quo ſeptē diebus comedebāt in vmbraculis frondium, in memoriā beneficiorū, quæ à Deo receperunt ambulando per deſertum. Dicitur autem à ſcenos, quòd eſt vmbraculū, & phagin quòd eſt comedere. Ad hoc feſtum fuerat Chriſtus cū ſuis fratribus inuitatus, vt habetur infra Feria 3. poſt Dominicā de Paſſione, ſed noluit ire ad feſti principium, licet aſcendit circa medium eius, i. quarto die. Dicitur ergo [Iam die feſto] Sumitur aūt hic dies feſtus ſecundum Chry. & Aug. pro toto tempore ſolennitatis, quod 7. dies cōtinebat [mediante] id eſt exiſtente in medio, quia ſcilicet, vt ait Aug. tot dies præterierant de feſto, quot futuri erant [aſcēndit Ieſus in tēplū & docebat] publicè, & patenter, nō obſtante, ꝙ vellēt eū Iudæi occidere. Sed quare nō incepit a principio feſti docere? Ad hoc dicit Chry. ideo ſic eū feciſſe, vt attentiores haberet auditores. Nā in principio feſti fuit quæſitus, & quidā dicebant ꝙ bonus erat, q̄dā vero ꝙ nō, ſed ſeducit turbas. Repente autem eum præſentem videntes, vtrinque magis ei intendebant dicenti illi, vt aliquid lucrarentur, & iſti, vt illū cōprehenderent Theo. autē dicit, ꝙ in principio feſti, magis erant intenti his quæ erāt feſti, ideo ita attenti non fuiſſent. Quid vero doceret incertū eſt, ſed tn̄ talia & taliter docebat, vt dixerunt, ſeducit turbas, ſcd̄m Chry. mirarentur. Nā ſequitur [Et mirabantur Iudæi] Auguſt. Et vnde admiratio? Quia multi nouerant vnde natus, quēadmodum fuerat educatus. Nunquā cū viderunt literas diſcentē, audiebāt tn̄ de lege diſputātē, legis teſtimonia proferētē, quæ nemo ꝓferre poſſet niſi legiſſet, nemo legeret niſi literas didiciſſet. Et iō mirabātur dicētes [Quō hic literas ſcit, cùm nō didicerit?] Hæc ille.

Eſt aūt ſciendū ſcd̄m S. Tho. 3. p. q. 12. ꝙ Chriſtus licet habuerit ſcientiā experimentalē, & acquiſitā ſcd̄m quā profecit, tn̄ nihil ab homine didicit. q̄a fuit à Deo conſtitutus caput in gratia, & doctrina conferenda hoībus, quia ideo venit vt doceret veritatē. Nullum aūt primū mouens mouetur ea ſpecie motus, qua mouetur ab aliquo eorū q̄ mouet. Fuit autem Chriſtus ſecūdū iſtam ſciētiā edoctus à Deo, qui per creaturas ſenſibiles docet, ſicut alij magiſtri ꝑ verba. Sed cōtra, q̄a ſecūdū iſtā ſciētiā non oīa ab initio ſciuit: ergo ſi ab alio audiuiſſet ſermonē de re quā neſciebat, illam didiciſſet. Ad hoc dicit S. Tho. vbi ſupra ꝙ cū in illa ſcientia ſicut in ætate ꝓficeret, nō accōmodabat auditum ſciētiæ, niſi vt cōgruebat ætati, & tūc iā didicerat quæcunq; audiebat. Iſtā tn̄ quæ dicit S. Tho. intelligo q̄tū ad artes, & ſcientias, & oīa quæ docentur ſuppoſita vocū impoſitione. Ipsā aūt impoſitionē vocū, & lectionē literarū, aut non didicit ꝑ experientiā, aut didicit audiēdo alios loquētes, & legentes, vt videtur, nō audiēdo docētes. Sed cōtra hoc, q̄a dicit Aug. ꝙ Iudæi nunq̄ eū viderunt literas diſcentē. Ad hoc dico, ꝙ ſic dicit Aug. quia non viderunt eū literas, ſcholas, & magiſtros frequentantē, cū quo ſtat ꝙ aut per experientiā iſtam nō didicit. aut didicit audiendo loquentes, & legētes, putā matrem, vel alium. Ipſa enim experimentalis ſcientia Chri fuit naturalis. Natu-

raliter autem nullus scire pôt prædicta, nisi ꝑdicto modo. Nullus tamen nec mater, nec alius ex intentione docuit eum ista, qa cùm adeat ætas côueniẽs, vt disceret à matre verba formare iam propter eminẽtiam suæ imaginationis, & ingenij, cuiùs vsum semꝑ habuit. ista didicerat, loquente matre ad aliũ finẽ, quàm ad filium docẽdũ. Sed eo casu mater non se habebat, vt magistra, sed vt res scibilis, sicut & leo visus ab eo, vel auditus. Ab angelis quoque (vt habetur vbi supra) nihil didicit Christus [Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me] quasi dicat. Non miremini, quia ista doctrina est mihi data à Deo. Contra hoc arguit Aug. quia ista sententia implicat contradictionem, scilicet mea nõ mea. Soluitur aũt. Primò, secũdũ eundẽ sic. Quæ est, inquit, doctrina patris, nisi verbũ patris? Ipse ergo Christus est doctrina patris, si verbum patris est. Sed quia verbum nõ potest esse nullius, sed est alicuius, & suã doctrinam dixit seipsum, & non suam, quia patris est verbum. Quid enim est tã tuũ q̃ tu, & quid tam nõ tuum, q̃ tu, si alicuius est, quod es. Hæc ille. Ista autem solutio videtur obscura, sed est pulcherrima, & sub alijs verbis sic ponitur a S. Tho. Aliquid dicitur esse tuum dupliciter. Vno modo per identitatẽ, & sic tu, es tuus. Alio modo per causalitatẽ, vel originem, & sic tu, non es tuus, quia nõ causasti teipsum, sed filius quem genuisti est tuus, qui tamen non est tuus ꝑ identitatẽ. Christus ergo qui est doctrina, cùm sit verbum, dicit. Doctrina quæ est mea per identitatẽ, id est ipsum verbũ, nõ est mea ꝑ originẽ, quia à meipso nõ sum, sed à patre. Mea ergo, & non mea diuersimodè, non sunt opposita. Vnde Aug. post prędicta cõclusit, di. Breuiter ergo hoc mihi dixisse videtur. Ego non sum à meipso. Hęc ille. Chrysos. vero sic soluit, quia doctrinã dixit suã, quia eã docebat, & non suã, qm̃ patris erat doctrina, qui eam tradiderat filio. Sed cõtra, quia Omnia, quæ sunt patris, sunt etiam filij. Ad hoc dicit ipse, ꝙ cùm dicit filius, nõ est mea, idem est acsi dicat, non habeo aliquid diuisum à patre. Et intendit Chrysosto. ꝙ Christus sic vult dicere. Doctrina mea, i. quam ego prædico, non est mea propria, sed est eadẽ cum scientia patris mei, & patri mihi quòd communis. Absoluta enim in diuinis, sunt communia. Ista autem non contradicunt. Iterũ aũt Augu. in 1. de Trini sic soluit, vt sit sensus. Doctrina quæ est mea, inquantum sum Deus, nõ est mea, inquantũ sum homo. Sed contra omnes istas solutiones arguitur. Nã doctrina acquisita in Christo, erat sua per causalitatẽ, cõtra primam solutionẽ, & per ꝓprietatẽ, cõtra secũdã, & secũdũ humanitatem, contra tertiam. Ad hoc dico tria. Primò ꝙ Christus cõmuniter, docebat ea quæ fidei sunt, quę per scientiam experimentalẽ nõ cognoscuntur, & verisimile est tũc, quãdo mirabantur illũ aliqua de spiritualibus docuisse. Dico secundò, ꝙ per scientiam experimentalem non potuit per seipsum prę- eisè addiscere literas legere, quia per istam scientiam nõ possunt sciri ea, quæ ab alicuius voluntate dependent, cuiusmodi est significatio literarũ, nisi alio docente, vel loquẽte, vt supra dictũ est. si ergo ista ab hoĩe docẽte, vel loquẽte nõ didicit, etiã ista expeṛiẽdo nõ cognouit, sed per infusionẽ. Si aũt ea didicit ab homine loquente, nõ aũt docẽte, vt verũ est, habuit quidẽ istã scientiam à proprio, & in proprio ingenio humano, sed tũ fuit à Deo, vt à prima eã, & fuit Dei, vt effıciẽtis, & si nõ Dei, vt ꝑ eã formaliter sciẽtis. Aliquid. n. est alicuius, vt subiecti, sicut albedo Socratis, est eius. Et aliq̃d vt causæ, & principij actiui, sicut filius Socratis dr esse filius eius. Id ergo de quo Iudæi mirabantur, non pertinebat ad experimẽtalẽ scientiam, vel si pertinebat, ipsa scientia non erat propria Christi, nisi vt subiecti, nõ aũt vt principij primi. Tertiò dico. ꝙ oẽs prædictæ solutiones loquuntur de doctrina Chri diuina, qua docebat quæcũqꝫ docebat, quia omnia q̃ nouerat sciẽtia experimẽtali, nouerat & sciẽtia diuina, nõ ecõuerso. Si qua ergo eius doctrina erat experimentalis, & diuina, erat sua, & nõ sua trib. modis ꝑdictis, inqũantũ erat diuina, nõ inquantũ erat experimẽtalis. Probat aũt Xp̃s suã doctrinã esse a Deo, & non esse suam propriam, quasi ipsam finxerit, ex hoc, ꝙ deponẽtes passiones contra Christũ, clarè videbant lumine fidei illã doctrinam esse à Deo. Vñ dicit [Siquis voluerit volũtatẽ eius] scilicet qui misit me [facere] deponendo, vt dicit Chry. oẽm inuidiã, & omne odiũ cõtra me, & credẽdo in me, ꝙ ẽ volũtas Dei secũdm Aug. [cognoscet de doctrina] mea, s. [vtrũ ex Deo sit] tãquã cõotmi

mis diuinæ voluntati, immo tanquã mihi cõmunicata à patre quo ad diuinitatẽ, & tã quam indita, quo ad humanitatẽ[an ego à me ipso]. i. ex proprio capite loquar. Et hoc dicit, quia licet verè in aliquo à patre discor dare nõ possit, poterat tñ scd'm opinionẽ il lorũ. Quod autẽ ex suo capite non loquaſ, ꝓbat à signo dicens[Quis à semetipso loq- tur]id est, q. vult proptiã instruere doctrinã, relicta illa quã Deus reuelauit, gloriã pro- priam quærit [Qui autẽ quærit gloriã eius, qui misit illũ]. i. Dei [hic verax est] quia nõ fingit vanam doctrinam[& iniustitia in illo non est] Præsupponit autem Christus in his verbis ꝙ eis esset per signa notũ, ꝙ ipse pro priam gloriam non quærebat, sed tantũmo do Dei, & cõsequenter ꝙ non fingebat mẽ- dacia. In hac parte est literale documentũ de quo Aug. ait. Si quis autẽ parum intelle- xerit, audiat consiliũ quod dominus dat, di cens.[Si quis voluerit]&c. Quid est? Si q̃s vo luerit voluntatẽ eius facere, hoc est credere in eũ. Ipse enim supra dixit. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quẽ ipse misit. Quis autẽ nesciat hoc esse facere voluntatẽ Dei, operari opus? Cognoscere autem, hoc est in telligere, vt credas, sed crede vt intelligas, quia nisi credideritis, nõ itelligetis. Hæc ille. Et videtur velle ꝙ qui aliquid credit, intelli- get illud in patria, videndo illud in se, in via vero intelliget illud, quantũ postquã semel crediderit illud, apparebit ei credibilius quã prius.

QVANTVM ad secundum tangitur quæ dã reprehẽsio, quam Christus fecit Iudæis, & in ea vult se excusare de vno, de quo criminabanſ eũ. Sicut enim dicit Chry. duo Christo obijciebant Iudæi. Primò ꝙ sol ueret Sabbatum, & consequenter legẽ. Secũ do ꝙ se æqualem faceret Deo. hic ergo ex- cusat se de primo, ostendens ꝙ ipsi potius soluunt legẽ, dicens [Nonne Moyses dedit vobis legẽ]& non Gẽtilibus, ita ꝙ vos estis qui tenemini illam adimplere [& nemo ex vobis facit]id est implet[legem] quia estis homicidæ, Ideo subdit [Quid]. i. quare[me q̃ritis ĩterficere?] quasi diceret scd'm Chry. Et si ego dissolui legẽ hominem sanãs, trãs gressio n. fuit in salutẽ. Vos autem trãsgre- dimini in malũ. Et nota qualis fuit Iudæorũ stultitia. Existimabant enim licitum homi- nem in Sabbato lapidare, non autẽ sanare, quòd patet, quia quãdo lutũ fecit Christus ex sputo, & infixit oculos cæci, erat Sabbatũ & tamẽ eadẽ ferè hora voluerunt eũ lapida re, vt patet Io. 9. & certũ est, ꝙ est magis ser uile opus hominẽ lapidare, quàm illumina re oculos. Etsi dicant ꝙ bono fine faciebãt, dicẽdũ est, quòd multo melius potest bono fine hominis salus, quàm hominis mors ꝓ curari[Respondit turba]turbata[& dixit, dę monium habes]ideo tãquam amens loque- ris[Quis te quærit interficere?] quasi dice- rent. Nullus. Putabant enim fortè quòd late rent illi cogitatus. Christus autẽ non reddi- dit maledictũ pro maledicto, neque etiam conuicit eos quòd eũ quærerent interficerẽ sed tranquillè respondit, & quærit dissolue- re id q̃d ei de Sabbati solutione obijciebãt. Dr ergo [Respondit Iesus, & dixit. Vnum opus]id est vnã sanationẽ[feci in Sabbato] quando. s. sanaui languidum in probatica piscina, vel fortè aliàs sanãdo alium[& om nes miramini]id est turbamini, & tumultua tis, secundũ Chry. Arguit autẽ quòd licebat ei curare in Sabbato, & intendit tale argu- mẽtũ. Si sanare hominẽ in Sabbato esset cõ tra legem, etiam & circuncidere hominẽ es set cõtra legem. immo multo fortius, quia est opus magis seruilẽ. Nã sanatio fiebat so lo verbo interdũ. Non autẽ est contra legẽ secundum, eo q̃d ad gloriã Dei fiat, ergo ne que primũ. Etsi dicas, quòd secũdũ. s. circun cisio erat ad gloriã Dei, vel salutẽ circunci- si spiritualiter, idem dicã de sanatione. Et hoc est quòd dicit[Propterea Moyses dedit vobis]id est præcepit in lege[circuncisionẽ, non quia ex Moyse est]id est non quia ipse eã accepit à Deo primò, & immediatè[sed] supple quia est[ex patribus]ad Moysen deri uatam, quia data fuit Abrahæ. Gen. 17. Et Sabbato circunciditis hominem] scilicet si Sabbatũ fuerit dies octauus nati infantis, vt dicit August. Lex enim sicut Sabbatũ cu stodiri, ita & octaua die puerum circunci- di mandabat [Si ergo circuncisionem]quæ non iustificat animam, sicut neque gratiam confert ex opere operato, vt dictum est in die circuncisionis, sed solũ est signaculũ sa- lutis secundum Augusti. [accipit homo in Sabbato] s. sine solutione legis, immo[vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini qui totum hominem sanũ feci in Sabbato] totum inquam, i. quantum ad corpus & ani

mam, secundum Sanctum Tho. & Aug. Sūt autem prohibita seruilia opera in Sabbato. Nūquid seruile opus est hominē sanare Sabbato? Manducatis quidem & ē bibitis Sabbato, quia pertinet ad salutē, per quod ostēditis opera salutis nullo modo esse omittēda Sabbato. Hæc ille. Licet autem secundū Chry. Christus non dicat apertè, sanando, se aliq d maius fecisse circuncisione quæ erat particularis sanitas, tamē narrat factum, deinde hortatur vt rectè iudicent, dicens [Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate] quasi diceret secundum Chrys. Non quia apud vos Moyses est maioris gloriæ, quàm sim ego, ex personarum dignitate feratis sententiam, sed ex rerū natura quòd est iustè iudicare. Nullus autē incusauit Moysen, quòd iussit Sabbatum solui propter mandatum circuncisionis, quòd nō ex lege, sed aliundè erat. In hac parte est moralė documētum de Christi patientia in iniurijs, de quo Bed. ait. Christus nobis patientiæ reliquit exemplum, vt quoties nobis ab aliquibus falsa obijciuntur conuitia, patienter toleremus, & vera q̄ possumus nō obijciamus, sed salutaria monita prædicemus. Hæc ille. Sunt autem secundū Seneca quatuor remedia contra illatas iniurias. Primū est esse magnanimum, & cōsequenter se recepisse iniuriam non reputare. Senec. Quid faciet sapiens colaphis percussus? Quod fecit, inquit, Cato qui percussus in ore, negauit se iniuriam recepisse. Secundo est dissimulare se non audire, vel videre. Seneca. Non expedit omnia audire aut videre. Non vis esse iracundus non sis curiosus. Tertium est in ludum & solatiū iniurias conuertere. Sene. Circunscribenda est iniuria vt in ludū iocū que vertatur. Sic secundum eum Diogenes consputus à Lentulo. Affirmabo, inquit, ò Lentule falli, eos qui negant te os habere. Quartum est obliuio. Senec. Iniuriarū remedium obliuio est.

Allegoricè tamen iste homo toto sanatus ī Sabbato, i. in requie mortis Christi, est humanū genus, vel principium eius Adam, in quo fuerunt quatuor infirmitates, s. causata ex nimia comestione, s. pomi vetiti, q̄ Christus curauit ieiunio 40. dierum. Et alia causata ex nimio frigore, seu carentia charitatis, quàm sanauit sudore ex immenso caloris amore prodeunte. Et quædam causata ex abundantia, & corruptione sanguinis, i. copia terrenorum, quam sanauit per minutionem qua totum sanguinē suū effudit. Et quædam quæ causatur ex humorum. i. vitiorū corruptione, quam sanauit per amatam potionis, i. fellis & aceti sumptionem.


Anagogicè vero significat idem. Sanabit autem totum hominem perfectè in resurrectione corporum gloriosa.

QVANTVM ad tertiū tangitur dubitatio quæ fuit in populo, an Christus esset Christus, cùm dicitur [Dicebant ergo quidā ex Hierosolymis] scilicet oriundi, vel q̄ Hierusalem inhabitabāt, & melius nouerāt consilia principum, secundum Chryso. ij magis erant Christi signis potiti, & tū erant miserabiliores aliis, quia vidētes signa deitatis eius, omnia peruertebāt iudicio corruptorū principū [Nonne hic est quē quærūt Iudæi]. i. principes Judæorū [interficere? Ecce palā loquitur & nihil ei dicunt] Aug. Nouerant enim qua sæuitia quærebatur, mirabantur qua potētia nō tenebatur. Igitur nō plenè intelligentes Christi potentiam, putauerūt esse principū sciētiā q̄ ei pepercerūt. Hæc ille. Vnde subdunt [Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus] Quasi dicerent, Fortè pœnitent, quia cognoscunt istum esse Christum. Sed eis occurrebat argumētum ad contrarium, vnde dicūt [Sed hūc scimus vnde sit] q a de Nazareth Galileę [Christus aūt cū venerit, nemo scit] idest sciet [vnde sit] Quærit autē Aug. Vnde isti habebant hāc credulitatē de Christo, cū sciptura pronūciet q̄ Nazareus vocabit, & q̄ in Bethleē Iudæ nasci deberet. Et dicit, q̄ scriptura de Christo prędixit vnde esset quā tum ad humanitatē, sed quantū ad diuinitatē dictū est per Esa. Generationē eius quis enarrabit? Et hinc processit hæc opinio. Christus aūt scd'm Aug. declarauit q̄ & scirēt vnde esset, & nescirent vnde esset, cùm subdit [Clamabat ergo Iesus docens in templo] vt oēs eum possent audire, qui de hac re musitabāt, & vt eos faciat verecūdari scd'm Ch. [dicens. Et me scitis]. s. scd'm humanitatem [&] eodē modo [vnde sim scitis] quia scd'm quòd dicit Aug. in hac re solus latebāt Virginis partus, quo excepto totū nouerunt in Iesu, quòd ad hominem pertinet. s. patriam & parētes, & effigiem quā gerebat, sed quantum

tū ad diuinitatē subiungitur, secūdū eundē Aug. [& à meipso non veni] quia, s. à seipso nō est, scdm S.Tho. [sed est verus, qui misit me] quasi dicat. Nō sum de numero eorū, q sine causa venerunt, nō missi, s. à Deo, scdm Chryso. Iste autem mittens est Deus pater, qui misit Christum ratione noui effectus in creatura, & ratione originis diuinæ simul. Spiritus autem sanctus ratione primi tm. Immo & ipse, & seipsum misit. Vide S.Th. 1. dist. 15. Quia autem verus est pater, verè misit filiū, scdm Chry. i. in vera carne, & nō phantastica, scdm q dixerunt hæretici [quē vos nescitis] & consequenter, vt dicit Hila. 6. de Trini. nescitis vnde, i. à quo sim. Nesciebant autem isti Deum, neque comprehensiuè, neq; beatificè. Primo enim modo, solus Deus, nouit Deum. Secundo autem modo soli beati. Sciebāt autem de Deo quia est, vel saltem scire poterant, sed de Deo patre, vt sic, nihil penitus sciebant, quamuis per fidē scire potuissent, q in diuinis erat Pater, Filius, & Spiritussanctus, q a de hoc scripturæ loquebantur, vt dicetur fortè in die Trinitatis, vel aliàs [Ego scio eum] ideo si vultis eum scire à me quærite. Patrem enim nemo nouit nisi filius [& si dixero, q a nescio eū, ero similis vobis mendax] Quamuis autē sit impossibile Christum esse mendacem, si tamen diceret mendacium, esset mendax. Nihil. n. prohibet verā esse conditionalē, cuius omnes partes sunt falsæ, & impossibiles. Vnde Deus potest peccare si vult, quamuis velle non possit. Si enim vellet peccare, peccaret, & consequenter posset peccare [Sed scio eum] comprehēsiuè, & beatificè. Primū patet per S.Tho. 1. q. 14. Secundum vero 3. parte. q. 34. Fuit eum ab instanti suæ conceptionis semper comprehensior simul & viator vsque ad mortem [quia ab ipso sum] id est procedo per generationem diuinam ab eo in identitatē deitatis, scdm Hila. & consequenter eandem habeo scientiam cum eo [& ipse me misit] in hunc mundū, scdm carnē, vt dicit August. Sed quare dicit, ab ipso sum in præsenti, & ille me misit in præterito? Ad hoc dico, q filium esse à patre nihil aliud ē, quā filium generari à patre, quæ generatio in æternitate fit, & nō in tempore. Aeternitatis aūt est infinita duratio, ideo licet indiuisibilis sit, tū coexistit omni tpi. Non est ergo intelligendū, q aliquando filium generauit pater, nunc autem nō generet, quia semp generauit, & semp generat, & semper generabit, sicut semper dicit verbum suum. Si enim aliquando non generaret, non diceret tunc verbum, & cōsequēter non haberet cōceptū, & consequēter nihil intelligeret. Filium vero mitti à patre, dicit duo, s. filium originari à patre & nouo modo esse in creatura, quorū secundū est in tēpore. Ideo ita aliquando fuit Christus incarnatus in præterito, quòd non incarnatur in præsenti sed incarnatus est [Quærebant ergo eum apprehendere] Sed quare? Videbātur enim benè de eo dubitare an esset Christus. Ad hoc dicit Chryso. q fuerunt irritati in eo, q dixerat, quem vos nescitis tanquā superbi. Vel fortè, quia eos dixerat mendaces, vel possumus dicere, q alij fuerunt qui erant ad eum dispositi, & alij qui cōtra eū. Et nemo misit in illum manus] q a ipse noluit [q a nondū venerat hora eius] in qua, s. vellet pati, secundùm Aug. non in qua fato vigente cogeretur pati [De turba autē multi crediderunt in eum] quia non ira odio, & inuidia præpediebatur, vt principes. In hac parte est documentum, q multi sunt q bus vitia placent, & correctio vel obiurgatio displicet, sicut isti fuerūt irritati, q a Chrs eos notauit de mendacio. Ber. Esse peccatores volumus, & nolumus existimari. Hæc ille.

Feria 4. post dominicam 4. in Quadragesima.

Textus euang. Ioan. cap. 9.



RAETERIENS Iesus vidit hominem cæcum a natiuitate. Et interrogauerunt eū discipuli sui. Rabbi, q s peccauit hic, aut parētes eius, vt cęcus nasceretur? Rñdit Iesus. Neq; hic peccauit, neque parētes eius, sed vt manifestētur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius, q misit me, donec dies ē. Venit nox q n nemo poterit opari.

Quandiu in mūdo sum, lux sum mūdi. Hęc cùm dixisset, expuit in terrā, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei. Vade laua in natatoria siloę, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & venit uidēs. Itaq; vicini, & q̃ viderāt illū prius quia mendicus erat, dicebāt, nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est: alij autem nequaquam, sed similis est eius. Ille vero dicebat quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo ergo aperti sunt tibi oculi? Respōdit. Ille homo, qui dicitur Iesus, lutū fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoria siloę, & laua, & abij, & laui, & video. Et dixerunt ei. Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducunt eū ad Phariseos, q̃ cęcus fuerat. Erat aūt sabbatū qn̄ lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt eum Pharisæi, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit mihi super oculos, & laui, & video. Dicebāt ergo qdā ex Phariseis. Non est hic homo à Deo: q̄ sabbatū non custodit. Alij autem dicebant. Quomodo pōt homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicūt ergo cęco iterū. Tu qd dicis de eo, q̄ aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia Propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo: quia cęcus fuisset, & vidisset, donec vocauerūt parētes eius, qui viderat. Et interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius vester, quem vos dicitis, q̄a cœcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderūt eis parētes eius, & dixerūt. Scimus quia hic est filius noster, & quia cœcus natus est: quomodo autem nunc videat nescimus, aut q̄s eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerūt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conspirauerāt Iudæi, vt siquis eū confiteretur esse Christū, extrā synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerūt, q̄a ætatē hēt, ipsum interrogate. Vocauerūt ergo rursum hominē, qui cęcus fuerat, & dixerūt ei. Da gloriā Deo. Nos scimus q̄a hic homi peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio, vnū scio, q̄a cęcus cùm essem, mō video. dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi, quomodo aperuit tibi oculos? Respōdit eis. Dixi vobis iā, & audistis. Quid iterum vultis audire? Nunq̄d & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerūt ei, & dixerunt. Tu discipulus eius sis. Nos aūt Moysi discipuli sumus. Nos scimus q̄a Moysi locutus est Deus, hūc āt nescimus vn̄ sit. Rn̄dit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos. Scimus autem q̄a peccatores Deus nō audit, sed siq̄s Dei cultor est, & volūtatē eius facit, hūc exaudit. A seculo nō est auditum, q̄ aperuerit oculos quis cęci nati. Nisi esset hic à Deo, nō poterat facere q̄c quā. Responderunt, & dixerūt ei. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eū foras. Audiuit Iesus quia eiecerūt eum foras. Et cū inuenisset eum Iesus, dixit ei. Tu credis in filiū Dei? Rn̄dit ille, & dixit. Quis est Domine, vt credā in eū? Et dixit ei Iesus. Et vidisti eū, & q̄ loquitur tecum, ipse est. At ille ait. Credo Domine. Et procidens adorauit eū.

PRAETERIENS Iesus vidit hominem cę cum &c.] Ioan. 9. In præsenti euangelio tangitur historia cœci nati, & illuminati. Et diuiditur ia tria puncta, quæ sunt Oculorum miraculosa restitutio. Pharisæorũ rigorosa concertatio & malignorum opprobriosa maledictio.

QVANTVM ad primum, sciendum est ꝙ præsens historia à beato Ioãne narratur post absolutionem adulteræ, quæ creditur facta in diebus passionis post domini cã palmarũ; sed quia illud fuit anticipatiuè dictum, quo tempore hæc historia contigerit ignoratur. Sciendum rursus est, quod die quadã Christus fuit in longa disputatione cũ Iudæis in tẽplo, vt dicit beatus Ioannes c. 8. quam disputationem Iudæi voluerunt lapidibus concludere, sed Christus abscõdit se & exiuit de tẽplo, & in ipso egressu cõrigit præsens historia, quæ in hoc Euangelio recitatur. Et hoc scd'm Chry. & glo. duplici cã. Iudæi enim volẽtes lapidare Christũ, & crudeles erãt, & increduli. Recessit ergo ab eis vt mitigaret eorũ furorẽ, & recedẽdo fecit inauditũ miraculũ, vt expelleret eorũ incredulitatem. Dicitur ergo [Et præteriẽs Iesus] in ipso suo egressu de templo, secundũ Chry. [vidit hominẽ] oculo corporis, & oculo misericordiæ, & pietatis, vel scd'm Chry. vidit, i. diligẽter inspexit, vt discipulos ad inspiciendũ induceret, & interrogandũ de causa infirmitatis eius [cæcum à natiuitate] Iste vt dr̃ in legẽda Beatæ Mariæ Magda. dictus est Cedonius, & fuit tunc cum ea in naui, quãdo Masiliam venit. Tunc autem quando Christus eũ sanauit sedebat pro eleemosyna ad ianuã templi. Discipuli vero Christi vidẽtes, ꝙ Christus ita eum aspexisset, secundùm Chryso. & quia paralytico dixerat, iam noli peccare, crediderunt ex aliquo crimine ista cæco contigisse, ideo sequitur [Et interrogauerunt eum discipuli eius] compatiẽtes longæ cæcitati, secũdũ Chry [Rabbi] idest magister [qs peccauit, hic, aut parentes eius, vt cœcus nasceretur?] Quasi dicerent. Omnino ex aliquo peccato hoc ꝓuenit. Et iste fuit error amicorum Iob, q crediderũt homini omnia incommoda ꝓpter aliquod peccatum actuale euenire. Vñ dixit Eliphã. 4. c. Quis vnquam innocens periit? Erat autẽ apostolis ambiguitas circa hoc, quia videbatur eis, ꝙ ante natiuitatẽ peccare non debuerit, nisi forte secundum errorem, quem Orig. tenuit dicẽs, animas præextitisse corporibus, & secundum diuersitatem meritorum diuersis corporibus alligari. Quem tñ errorem secundũ Tho. Apostoli nõ habuerũt, sed mouebãtur ex verbis dictis paralytico, vt dictum est. Ipsum aũt errorẽ destruit Apostolus dicẽs de Iacob, & Esau cùm nõdũ nati essent, nec aliquid boni egissent. Videbatur ẽt eis ꝙ peccato parentum iste puniri non debuerit, quia filius non portabit iniquitatẽ patris, Ezech. 28. est aũt sciẽdum ex doctrina S. Tho. 1. 2. q. 81. & 2. 2 q. 108. & 2. dis. 33. & super Ioãnẽ, ꝙ duplex est pœna. Vna scilicet spiritualis, qua homo punitur quantũ ad animã, q̃ nunquã infligitur, nisi propter proprium peccatũ. Sicut enim anima filii nõ ẽ ex anima patris, sed a Deo ꝑ creationẽ, ita nec ꝓp patrẽ punitur filius ista pœna, de qua & loq̃tur Ezechiel, vbi supra Vnde ibi dicitur anima quæ peccauerit ipsa morietur. Alia est pœna corporalis, q a ẽt filius puniẽ ꝓ patre. q a secũdũ corpus ẽ aliq d patris. Vñ & cũ sodomitis sunt eorũ paruuli occisi. Gen. 19. & similiter cũ Dathã & Abiron. Num. 16. & secũdũ leges humanas iustè exhæredãtur filij committẽtiũ crimẽ læsæ maiestatis, licet nõ punianẽ in ꝑsona. De omnibus aũt ꝑdictis diffusè agitur vbi supra [Respõdit Iesus. Neque hic peccauit, neque parentes eius,] vt scilicet cęcus nasceretur. Vbi secũdùm Aug. aduertendũ est ꝙ Christus non negauit simpliciter istũ habuisse peccatum ante natiuitatem, cùm fuerit in originali cõceptus, sed negauit ipsum & parẽtes eius habuisse peccatũ quod fuerit causa cęcitatis. Quod intelligendum est, non quia originale fuerit huius causa sine qua non, sed quia non est ei à Deo illata hęc infirmitas ad puniẽdũ illud peccatũ [sed vt manifestentur opera] idest miracula [Dei in illo] idest inde glorificetur Deus. Et sicut dicit Chry. quidã dicunt. ꝙ ly vt nõ stat causaliter, sed consecutiuè. sicut dr̃ Rom. 5. Lex subintrauit, vt abundaret delictum, sed hoc nõ benè dicitur, quia discipulis quærẽtibus causam cęcitatis, Xp̃s secũdũ hoc nullã cãm assignasset, iõ dicẽdũ est ꝙ scd'm ꝓuidentiã diuinã principalis cã cęcitatis fuit vt Christus istũ illuminãdo sanaret. nec tñ Deus iniuste egit cũ isto, si ꝓ sui gloria hãc ei calamitatẽ inflixit, quia vt dicit Chryso.

nulla fuisset iniustitia et si illũ nõ creasset. Fuit ergo ei beneficium, ꝙ natũ, quamuis cœcum esse voluit, quia etiã cœcitas corporalis, fuit causa ei visionis spiritualis. Est aũt notãdũ ꝙ culpã Deus nunquã facit, sed tñ permittit ꝙ etiam non faceret secundũ Augu. nisi inde posset elicere bonũ. & nisi intẽtione alicuius boni, secundũ S. Tho. sicut ꝑmisit seuire tyrannos, vt clarerẽt martyres. Pœnã aũt Deus ꝑmittit, & facit, sed semꝑ propter aliquod bonũ. Quinque autem causis Deus hoĩem flagellat, scđm S. Th. de q̃bus habes 4 dis 15. & 2. dis 31 Vide Dñica 19. post Trin. Iste aũt Deus, cuius gloria in cœco isto debuit manifestari, scđm Chrys. est ipse Christus vnde subditur [Me oportet operari opera eius q̃ misit me], i. miracula scđm Chry. q̃ diuina virtute fierẽt ab eo, vt gloriã suã i. deitatem, & æqualitatem ad patrẽ mõstraret [donec dies est [. i. scđm Chry. donec hominibus credere licet. & aspicere, seu conuerti ad solẽ iustitiæ, ex quo est dies spũalis, sicut ex materiali sole materialis est dies [Veniet nox qñ nemo poterit operari] idest tps futurę vitę post mortẽ scđm Chry. Est autẽ duplex nox spũalis, vna quæ est ꝑ subtractionẽ actualẽ gratiæ & consequẽter ꝑ veri solis amissionẽ. Alia est ꝑ subtractionẽ gratiæ & possibilitatis cõuertendi se ad gratiã. In prima est omnis existens in mortali, nec talis potest operari meritoriẽ respectu æternæ vitæ. Valẽt tamen talia bona facta in mortali ad multa. Primò quia disponunt ad pœnitẽtiã de pœni. dis. 5. Falsas. Secũdò ad tolerabilius iudicium futurum, de pœ. di. 4. Siquis. Quòd nõ est sic intelligẽdũ quasi pœnam debitã minuant, sed quia impediũt, ne quis eam mereatur, quia scilicet non omittit. Hæc patent per Sanct. Thom. 4. dist. 15. artic. 2. Tertiò ad temporalẽ prosperitatẽ, de pœ. dist. 3. Cauendũ. & 2. 2. q. 2. Si q̃libet. Quartò ad assuefaciẽdũ bonis moribus. sicut olim baptismus Ioãnis de cõse. dis 4. Nõ regenerabat. Quintò q̃a diabolus nõ hẽt sup eo tãtã ptãtẽ, vt patet de Iudæo signato cruce in diabolo. Gre. Sextò, quia si ibis ad vitã æternã semꝑ gaudebis te talia fecisse. De his tñ fortè alias diceẽ diffusius. In alia aũt sunt dãnati, q̃a nec mereri pñt ĩ illo statu, neq; se ad gratiã ꝑparare, sed sũt in malo obstinati, cũ sint in termino [Quãdiu in mũdo sum, lux sum mũdi] quasi diceret. ego sum sol faciẽs diẽ q̃ diu sum in mũdo. Est aũt scđm Aug. nobiscum vsq; ad cõsummationem sæculi, vt ipse dicit Mat. vltimo, s. ꝑ possibilitatẽ habẽdi gratiã, & vsq; tũc durat secũdũ eũdẽ ista dies existẽtibus in via, seu in isto mũdo [Hæc cũ dixisset expuit in terrã] vt faceret lutũ quo sanaret; & hoc scđm Chry. vt se ostẽderet illũ q̃ hoĩẽ de limo fecit [& fecit lutũ ex sputo] nõ ex aqua alia scđm Chry. ne crederetẽ illuminatiua virtus in illa aqua fuisse q̃ in terra esse nõ cõstat [& liniuit sup oculos eius] q̃ sunt nobilissima pars humani corporis, q̃bus et a a in scientiã ꝑficitur, potissimẽ inter oẽs sensus in inuẽtione sciẽtiarũ, sicut ꝑ auditũ in addiscẽdo ab alio. Iõ in hoc & animæ, & corporis voluit se declarare creatorẽ. Chry. vt velle ꝙ iste careret organo visus, qđ ei ꝑ limitationẽ datũ ẽ [& dixit ei. vade. & laua in natatoria Siloæ, ꝙ interpretatur missus] Sicut dicit Mag histo. syloa est fons ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, sed certis hoĩs ebullit, cuius aqua cũ exciperet quasi stagnũ non longe ẽ fonte constitutũ erat, quam collectionem modo piscina, modo natatoria vocat scriptura Hæc ille. Et nota scđm aliquos ꝙ idem sunt natatoria syloæ, & probatica piscina qđ ex dictis verbis Magistri histo. haberi videtur. Erat aũt iuxta tẽplũ. Sicut aũt testatur S. Tho. super Esa. triplex piscina fuit in Hierusalẽ. scilicet ꝑbatica, ꝑ sacrificiis: & munda ꝑ cõitate, & immunda extra, ad lauandũ. Sed quare dñs istum non curauit statim? Ad hoc dicit Chry. qđ fecit primò, vt ostenderet cœci patientiã, & fidẽ, qui non cogitauit ꝙ lutũ solet excœcare, & ꝙ multoties lauerat in syloe. & nihil ei profecerat. Secũdò, vt fieret miraculum clarius, & manifestius. Multi eñ illum viderunt oculis linitis euntẽ, & redeũtẽ statim clarissimo visu conspiciendo. Sed hic est quæstio, iuxta mentem Chry. quia si non debuit ex aliqua aqua facere sputum, ne crederetur aqua contulisse visum, quare mittitur ad natatoria syloæ? Ad hoc dr̃ secundum ꝙ idẽ dicit ꝙ timendũ non erat de aqua syloæ, quòd sibi hãc gloriã vsurparet, quia multi ibi lauabant oculos & nõ potiebantur tali beneficio, secus de aliqua aqua, q̃ nõ ita fuisset in vsu. Nec obstat quia omnis ĩfirmitas in syloa, seu natatoriis eius curabatur, quia hoc erat solum certo tpe, & unus

vnus tantum sanabatur singulis angeli motionibus [quod interpretatur missus] quòd addit euangelista, vt insinuet mysteriū Christi. Per hoc n. significabat, φ syloa, i. Chrs missus à Deo in mundū, cœcū humanū genus illuminauit [Abijt ergo & lauit, & venit vidēs] vt gratias ageret Christo. In hac parte est documentum morale in sensu literali, de quo Apostolus Gal. 6. ait. Dum tēpus habemus operemur bonū ad omnes. Et Eccle. 9 Quodcūque potest facere manus tua, instanter operare. Chry. cùm viuis fac si q̄d facturus es vltra enim neque fides est, neq; labores neque pœnitentia. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tangitur rigorosa concertatio, quā fecerūt pharisæi, cùm dicitur [Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia medicus erat, dicebāt. Nonne hic est qui sedebat] ad ianuā templi [& mendicabat] Vnde scd'm Chry. Christus sicut discipulos non insignes elegit, sed viles, ita beneficia sua maxima & præcipua pauperibus exhibuit. Venerat enim pro salute omnium. Vnde quia diuites aliam habebant viam, scilicet abundantiam diuitiarum, pauperum miserias per miracula sublenabat. [Alij dicebant, quia hic est] considerantes diligenter notam prius effigiem [Alij autem nequaquā, sed similis eius est] q̄a scd'm Aug aperti oculi vultū mutauerat [Ille aūt dicebat quia ego sum] non veritus Iudæorū furorē [Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi] scd'm aliquos isti ex malo animo interrogant, vt quia factū reprehendere nō poterant, reprehendāt modū [Respōdit] nesciens modū, sed factū [ille homo] Ex quo patet, φ non credebat perfectè, quia non credebat eius diuinitatē [q̄ dicitur Iesus] quem ex voce cognouit scd'm Chry. quando ante factū cū discipulis conferebat. Fortè enim (licet Chry non dicat) multoties eū audiuerat prædicantē in templo [lutum fecit] nō dicit ex sputo, quia hoc non cognouerat visu sicut lutū perceperat tactu, scd'm Chry [& vnxit oculos meos] id est oculorū loca, si carebat organis, vel oculorum organa si habebat [& dixit mihi. Vade ad natatoria syloæ, & laua. Et abij, & laui, & video] Aug. Cœcus ille confitebatur & cor impiorum stringebatur, quia non habebant in corde quòd iam ille habebant in facie. Hæc ille [Ex dixerunt ei. Vbi est ille?] Non exprimunt nomen eius scd'm Chrys. quia sicut ad videndū, ita & ad nominandū erat eis grauis. Vnde ista dicunt scd'm eādē occasionē meditantes aduersus illū [ait, Nescio] Redditur per hoc insuspicabile testimoniū cœci, q̄a non perhibet testimoniū Christo quasi adulator. Christus etiā multitudinem seruorum secum non ducebat vt gloriam inanem doceret declinare. Interdum tamen aliquos ex speciali causa sequi se p̄mittebat. Quia vero Christū inuenire nequiuerunt, scd'm Chry. [adducunt eū ad pharisæos, qui cœcus fuerat] id est ad quosdam religiosos famosissimos, & superbissimos; vt scilicet acrius eum interrogarent. Vnde subditur [Erat autem Sabbatum quando lutū fecit Iesus, & aperuit oculos eius] quòd subdit Euangelista scd'm Chry. vt demonstret eorum malā voluntatē, & causam, propter quam eum quærebant, vt scilicet occasionē contra eum inuenirent & detraherent miraculo per existimatam vel apparentem legis transgressionem. Vel fortè adduxerunt eū ad eos vt territus ab eis, qui multa poterāt, non auderet fateri tale miraculum fuisse à Christo perpetratum [Iterum autem] post interrogationem vicinorum [interrogabāt eum pharisæi quomodo vidisset] vt calumniam inferrent modo; Nam quòd Sabbatū esset, iam certi erant [Ille autem] non timēs excommunicari extra synagogā [dixit eis, Lutum posuit mihi super oculos, & laui & uideo] Breuius istis respondet, quàm plebi. Primò quia iam audiuerant. Secundò quia nō interrogabant vt scirent veritatem. Tertiò ne facilius caperetur in verbo [Dicebāt ergo quidam ex pharisæis] non omnes, sed quidam, quia aliqui iam intrus iungebantur, secundū Chry. [Nō est hic homo à Deo qui Sabbatum non custodit] Non dicunt q̄ Sabbato curat, sed qui Sabbatū non custodit, quia ex malitia quantū possunt prauo faciunt opera Christi scd'm Chry. & erant isti stulti zelatores legis falsē apparenter. Opera enim seruilia ad Dei magnificentiam ordinata, cuiusmodi fuit ista linitio oculorū, non soluebant Sabbatum, sed sanctificabāt. Vnde [Alij dicebant] q̄ rationabiliores erat, sed tamen imperfectè dispositi, sc. m Chry. Vel, q̄a ambiebant principatū, vel q̄a nōdū videbant φ iste esset Deus, q̄ posset soluere Sabbatū si voluisset, & cōsequenter non a- debant

debant clare dicere mentem suam, sed dicebant[Quomodo potest homo peccator hęc signa facere]Timebant enim excõmunicari à pharisæis alijs. Sed contra, quia miracula etiam mali faciunt, vt patet Mat. 7. Ad hoc dico quod miracula Deus tripliciter facit, scilicet primò in testimonium veritatis, sicut Moyses fecit signa corã filijs Israel in Egypto, ad probandum ꝙ Deus illũ misisset. Exo. 4. Secundò in testimoniũ sanctitatis, sicut cadauer proiectum in sepulchrũ Helisæi, vt eius ossa tetigit reuixit, vt patet 4. Re. 13. Tertiò ad consolationem fideliũ, sicut Deus populo suo aperuit mare, in quo submersit Pharaonẽ cum populo eius. Exo. 14. Nunquam autẽ Deus inuenitur miracula facere per malos ad consolationem bonorũ, neque in testimonium sanctitatis, q̃a testificari non potest falsum, sed solum in testimoniũ veritatis mali fecerunt miracula, vt fides probaretur. Christus autem quia prædicabat se Deum, siue faceret miracula ad cõsolationem bonorum, siue in testimonium sanctitatis, siue veritatis, sequebatur omnino quod esset bonus, quia sequebatur si faciebat in testimonium veritatis, ꝙ esset Deus & consequenter sanctus. vel potest dici quòd hoc dictum non oportet esse verũ, quia non est Christi, neq; Euangelistæ, sed pharisæorum[Et schisma erat inter eos]scilicet pharisæos, secundum Chrys. sicut prius fuerat in populo, quibusdã dicentibus illũ esse bonũ, quibusdam vero negantibus[Dicunt ergo cæco iterum]illi scilicet qui erãt pro Christo, secundum Chrysostom, Glosa. vero dicit quod fuerunt aduersarij Christi qui quærebant aduersum istum calumniam vt eũ extra synagogã expellerẽt. Sed primũ videtur probabilius, vt patebit[Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos?]Nõ dicũt secundum Theo. quid dicis de eo qui soluit Sabbatũ, sicut faciebãt alij, sed cõmemorãt miraculum quasi concitantes eum ad dicendum pro Christo[Ille autem dixit, quia propheta est]non quicunq; sed antonomaticè, id est de quo scripsit Moyses, & q̃ expectaẽ vt mũdũ saluet. Et sic iste cæcus in fide ꝓficit, quia quẽ prius hominẽ dixerat, nũc appellat prophetã. Chry. Quia vero Iudæi cæcum attonitũ facere non valebãt, sed videbant eũ cũ omni ꝓpalatione benefactorẽ suũ prædicantẽ, per parentes putabant anni hilare Christi miraculũ. Hæc ille. Vnde sequitur[Non crediderũt ergo Iudæi de illo q̃a cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parẽtes eius q̃ viderat]post cęcitatẽ, qđ fuit Deo ordinãte, vt magis publicaretur, & certificareẽ miraculũ scđm Chry.[Et interrogauerunt eos dicẽtes]cũ magno furore scđm Chry.[Hic est filius vester quẽ vos dicitis]i. fingitis in fauorẽ Christi[quia cæcus natus est. Quõ ergo nunc videt?]Quasi dicerent scđm Chry. aut falsum est ꝙ nũc videat, aut ꝙ prius fuerit cæcus[Responderunt parentes eius, & dixerunt. Scimus q̃a hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quomodo aũt nunc videat nescimus, aut quis eius aperuerit oculos nescimus]Et sic scđm Chry. interrogati de tribus, ad duo prima tantũ respondent, & tertium se dicunt ignorare, dispensante Deo, vt is qui fuerat curatus, & certissimè illud nouerat iterum de hoc interrogaretur, vt idem ait. Vnde dicunt[Ipsum interrogate, ætatem habet]ad testimonium ferẽdum[Ipse de se loquatur]ex quo loqui potest, & scit[Hæc dixerunt parentes eius]semiplenè confitẽtes veritatẽ[quia timebãt Iudæos. Iã enim conspirauerãt]vel ꝓposuerant[vt siquis eũ cõfiteretur Christũ extra synagogã fieret]idest esset excõmunicatus à societate Iudæorũ, & priuatus omni honore, & officio, ꝙ valde opprobriosum fuit Iudæis. Per hoc autem volebant extinguere nomen Christi. Aug. Iam nõ erat malum fieri extra synagogã. Illi expellebant, Xps suscipiebat. Hæc ille. Ambr. Synagoga perfidiæ locus, impietatis domus, amẽtiæ receptaculum. Hæc ille[Propterea parentes eius]imbecilliores cæco scđm Theo. qui in trepidè veritatẽ fatebatur[dixerunt, ætatem habet. ipsum interrogate]timentes de synagoga expelli, sicut etiam dicitur Ioan. 12. ꝙ multi ex principibus crediderunt in eũ, sed propter pharisæos non confitebantur illũ, vt de synagoga non eijcerentur[Vocauerũt ergo rursum hominẽ q̃ cæcus fuerat]nihil valentes ex parentibus extorquere. Non autem vt ait Chry. dicunt ei apertè, nega Christum, sed sub prætextu religionis ad hoc eũ volunt inducere. Vnde dicitur[& dixerunt. Da gloriã Deo]i. secundum Chry. curationẽ tuã diuinę ascribe virtuti, quasi Christus ad hoc nihil sit operatus. Vel da gloriã Deo idest cõfitere veritatẽ. Dicit enim Glo. Ioã.

7. quòd dare gloriam Deo, est veritatem de aliquo, Deo quasi præsente dicere. Vnde videtur fuisse modus exigẽdi iuramentū, vel quasi iuramentum. Volebāt ergo quòd cõfiteretur veritatem, idest id quod ipsi volebant, & illud diceret esse veritatem, puta ꝙ malè dixisset. dicendo eum esse prophetā, vel quòd fuisset magicè curatus, vel huiusmodi. Sic aūt loquuntur sicut qui dicit Potestati. Domine faciatis ius, sed detis mihi victoriā. Et vt magis ad hoc alliciant dicunt [Nos] qui sumus bonæ cõsciētiæ. vt puta religiosi, & qui scimus legem [scimus] certè, & exploratissimè [quia hic homo] q. scilicet Sabbatum soluere videbatur secundùm Chrysost. [Peccator est] Chryso. Quare nō arguistis, eum dicentem. Quis me arguet de peccato? Hæc ille [Dixit ergo ille] quasi attediatus, & fatigatus verbis eorum [Si peccator est nescio]

Sed contra, quia dixerat, quòd propheta est, nunquid est factus timidus? Absit, secūdùm Chryso. Sequentia enim non indicant eum timuisse, sed ut idem dicit, voluit ipso facto declarare, quòd erat iustus, & sanctus, non autem suo testimonio. Vnde subditur [Vnū scio, quia cæcus cùm essem, modo video] quasi diceret, Istud est signū quòd nō est peccator, sicut dicitis. Vel iō sic dixit ut imponeret finem quæstionibus eorum, quibus erat tædio plenus. Si enim apertè dixisset, ꝙ iustus esset Christus, visus fuisset eis velle cōtradicere, & nouum bellum verborum fuisset exortū. Vel sic dixit eos irridendo, quia enim dicebant se scire quòd Christus homo peccator esset, ipse negat hoc se scire, & latēter, & irrisoriè dicit se scire oppositum, cùm dicit se scire quòd post cæcitatem, per eum receperat visum. Quia ergo miraculū infringere nō poterant, rursus cō uertuntur ad modum curationis [Dixerunt ergo illi. Quomodo aperuit tibi oculos?] Nūquid aliquo præstigio, inuocādo Beelzebub, aut aliū Dæmonē. Sed vt ait Chry. quādiu res egebat inquisitione, cæcus remissæ loquebatur, quia vero iam vicerat, audacter de reliquo eis loquitur. Vnde sequitur [Respondit eis. Dixi vobis iam, & audistis, q. d. iterum vultis audire?] quasi dicat secundū Chrysosto. Vltra non respondeo vobis inaniter interrogantibus, & nō uolentibus adiscere, sed calumniari, quæ dicuntur. Hæc ille.

[Nunquid & vos] Nam vt ait Aug. Iam ipse implicitè se discipulū Christi asserit [vultis discipuli eius fieri] Augu. Hæc loquebatur iam stomachatus aduersus duritiam Iudæorum, & ex cæco videns, non ferens cæcos. Hæc ille.

In hac parte literali est documentum, ꝙ homo pro se habens veritatem est constans & animosus. Chry. Ita quid forte ē veritas, vt imbecille mendacium. Nam veritas quidem & si despectos assumpserit, claros eos facit, & ostendit. Mēdacium autem, & si cū fortibus fuerit, imbecilles eos monstrat. Hæc ille.

QVANTVM autem ad tertium tangitur opprobriosa maledictio secūdm mentem maledicentium, reuera autem fuit gloriosa. Dicitur ergo [Maledixerunt ergo ei] idest maledictionē legis imprecati sunt super eum, tāquam super blasphemū. Vel maledixerunt, idest imprecati sunt ei malū secundum suam opinionem. Et quid sit illud malum statim subiungitur [Et dixerunt. Tu discipulus eius sis] O grande malum. Vtinā mūdus totus sub tua sit disciplina Iesu Christe Saluator. Aug. Maledictum est si cor discutias, non si verba perpendas. Tale maledictum super nos, & super filios nostros. Hæc ille [Nos autem Moysi discipuli sumus] Voluerunt per hoc ostēdere Christum contrarium Moysi quasi non possit quis esse vtriusque discipulus. Quòd contradicit dominus Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Ex quo patet secundùm Chry. quòd nec Christi, nec Moysi erant discipuli [Nos scimus ꝙ Moysi locutus est Deus] in hoc verum dicentes, vt patet Exo. 30. & Nume. 12. [hunc autem nescimus vnde sit] Chryso. Ea quæ per visum cognoscitis, auditu minora existimatis: Illa. n. quæ vos nosse vos dicitis à progenitoribus audistis. Sed nonne fide digniot est qui certificauit quòd à Deo venit per miracula, quæ nō solum audistis sed vidistis. Hæc ille.

Sed cōtra, quia Ioan. 7. dixerunt, hūc scimus, vñ sit. Ad hoc potest dici primò ꝙ mētiuntur. Secundò quòd dicunt se nescire vnde sit, idest vnde habeat authoritatem, vel si sit à Deo missus. Tertiò quòd despectiuè loquuntur secundum quòd tunc erat loquendi modus [Respōdit ille homo, & dixit eis] cum quadam indignatione, & impatientia

super

super eorum stoliditate[In hoc enim mirabile est, ꝙ vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos]Chry. Vbique signū inducit; quia hoc deprauare nō poterant, sed ab eo conuincebantur. Hæc ille. Et quia aliqui eorum dixerant. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere, secundum Chry. decætero assumit sententiam eorū, & dicit[Scimus autem quia Deus peccatores nō exaudit]hæc & mea, & vestra communis est.

Sed contra, quia secundū quòd dicit Augu. publicanus peccator rogauit veniam, & obtinuit iustificationē à Deo. Ad hoc dicit Aug. ꝙ adhuc non erat plenè illuminatus, quia Deus peccatores exaudit, vt de publicano patet. Fortè autē posset aliquis ad probationē Aug dicere, quod publicanus erat contritus & petebat non remissionem culpæ, sed pœnæ, ratione cuius dicebat se peccatorem, idest obligatum ad pœnam pro pecca tis præteritis.

Sed contra, quia dicit Saluator quòd descendit iustificatus, scilicet ex humilitate, & oratione: iustificatio autem non opponitur pœnæ, sed culpæ, quia & iusti aliquando puniri dicuntur à sanctis. Ad idē dicit Theo. quòd intendit dicere, quòd Deus peccatoribus facere miracula non concedit. Cùm vero veniam implorant de commissis, iam nō peccatores, sed pœnitentes sunt, vt scilicet Deus exaudiat pœnitentes, sed non in peccatis persistentes, vt dicit S. Tho.

Sed contra Theo. arguitur, quia etiā mali leguntur fecisse miracula, vt patet Mar. 9. de eo qui eijciebat dæmones & nō sequebatur Christum. Act. 19. iuxta notata ꝑ Magistrum histo. aliqui Magi inuocato Christo dæmones expellebāt. Ad hoc dico (vt patet ex dictis) quòd Deus peccatoribus facere miracula non concedit propria eorū authoritate, vt Christus faciebat, sed vel ad consolationem bonorum, vel in testimonium sanctitatis suæ, sicut Christus faciebat, secundū Tho. Cùm enim Deus non possit esse testis falsitatis, cùm sit miraculum in testimoniū personæ, necesse est quod sit bona, sicut cū fit in testimonium doctrinæ, necesse est ꝙ sit vera. Hæc ille. Nec etiam hoc eis cōcedit ad petitionem ipsorum, quasi eos exaudiendo: Miracula enim q̄ fiunt per malos, fiunt ad confirmandam veritatē, propter ipsam veritatem prædicatam, nō propter orationem peccatorum. Ad idē dr̄ secundum S. Tho. quòd dupliciter exauditur peccator. Primò vt dicit 2. 2. q. 53. quando orat ex bono desiderio naturæ. Licet enim ipse nō mereatur exaudiri, tamen exauditur interdum, quia impetratio, vel exauditio non fit ex iustitia deprecantis, sed ex misericordia Dei. Si tamen, vt ibi dicit, orat et ex desiderio peccati, scilicet petendo aliquid conferens peccatum, nunquam exaudit, nisi ad vindictā & punitionem vt amplius labatur. Secundò exaudit vt dicit. 4 dist. 15. & 3. parte. q. 82. propter deuotionem eorum pro quibus fit, vel ex quorū persona fit, vt cùm malus orat in persona ecclesiæ. Iste autem qui cœcus fuerat omnino adhuc non bene videbat, secundū Glo. Licet aūt peccatores impetrēt interdum, nunquam tamen orando merentur. Iusti autē merentur semper, & interdū impetrāt[Sed siquis Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit]semꝑ obseruato quod pie & ad salutem & perseueranter, & pro se petat, vt habes 4. distin. 15. q. 4. arti. 7 q. 3. Si autē hæc omnia non obseruātur, exaudit quidem Deus aliquando, sed nō semper[A seculo]id est ab initio mundi[nō est auditum, qđ aperuerit quis oculos cœci nati]quasi diceret: Sicut res noua est & mirabilis sic noua & mirabili virtute est facta[Nisi esset hic homo à Deo non poterat facere quicquam]tale ad consolationē seruorum Dei, vel in testimonium ꝑsonæ, & propriæ bonitatis. Et quia erant obstinati nō receperunt persuasionē, vnde ad peiora sunt prouocati, & ad opprobria conuertuntur. Ideo sequitur[Respōderunt & dixerunt ei. In peccatis natus es totus]In hoc autem exprobrant ei cœcitatem, quod de se est peccatū mortale, scilicet dicere opprobrium. Nā secundum Aug. ideo dicunt totus, quia oculis clausis natus est, secundum Chry. verò dicunt totus, ac si dicant, à prima ætate habuisti insignia peccati, idest cœcitatē[Et tu doces nos]quasi dicerent. Superbus & temerarius es, qui talia præsumis. Beda. Solet maiorum consuetudo à minoribus aliquid discere dedignati. Hæc ille.[Et eiecerunt enim foras]extra synagogā, & excommunicauerunt, quia nō dixerat, quod voluissent, quāuis iterrogatus ab eis sit professus veritatē [Audiuit Iesus]aliis referentibus, quamuis omnia sciret[quia eiecerunt eum foras] & cùm

cũ inuenisset eũ] Ex quo, scd̃m Chrys. patet ꝙ Christus iuit eũ quærere. Nã q̃sitũ inuenio, reperis quod sors parat vltro [Dixit ei. Tu credis in filiũ Dei]. s. q̃ aperuit tibi oculos. Nõ aũt interrogat scd̃m Chry. quasi ignorãs, sed vt se ei notũ faciat [Respondit ille] paratus iãdiu ad credendũ in eũ [& dixit. Quis est dñe, vt credã in eũ] Sicut. n. dicit Chry. Adhuc psonaliter non cognoscebat Christũ, q̃a postq̃ fuerat illuminatus, ita fuit à iudæis detentus, ꝙ Christũ videre non potuit [Et dixit ei Iesus, Et vidistis eũ] scd̃m Theo. reducẽs ei ad memoriã, ꝙ ab illo acceperat vidẽdi ptãtem [& qui loquitur tecũ ipse est] Aug. Modo lauat Christus faciẽ cordis eius. Deniq; facie cordis lauat, & mundata conscia, agnoscit illum non filiũ hominis tantũ, ꝙ ante crediderat, sed iã filium Dei, scd̃m carnem susceperat. Vnde sequitur [At ille ait. Credo dñe] Parũ est aũt credo. Vis videre qualẽ credat? [Et pcidẽs adorauit eum] Hæc ille. In hac parte est morale documẽtum, de quo Chry. ait. Qui pp veritatem, & Christi confessionem iniuria opprimuntur, ij maximè honorantur. ꝙ in cęco factũ est. Eiecerunt. n. eum de tẽplo iudæi, & inuenit eum dñs templi, & eum suscepit, sicut agonotheta athletam multum laborantem, & coronauit. Hæc ille.

Allegoricè hic cęcus natus significat humanũ genus ĩ suo principio, i. patre cęcatũ, sed sanatũ p saliuã, & lutũ, i. deitatẽ, & humanitatẽ, q̃ ad inuicẽ cõiuncta sunt, posita tali mixtione in oculis, i. in cordib. seu intellectibus fidelium, & facta lotione in piscina Syloæ, i. missi Iesu Christi, quæ piscina ẽ fons sancti baptismatis. Anagogicè vero significat idem, vt illuminatum est, non iam ad fidẽ, & gratiam vt prius, sed ad visionẽ, & gloriã, virtute eiusdẽ mixtionis, sed lotũ in piscina mortis per expoliationẽ carnis, vel in piscina deitatis missi per abiectionẽ luti existentis in oculis, i. credulitatis incarnationis. Cum. n. quis Deum viderit, statim elabitur fides, visioque succedit.

Moraliter vero significat peccatorẽ qui cœcatur à tribus. Primò à stercore hirundinũ, vt Thobias, eiusdẽ scd̃ò, i à puluere terrenarũ cupiditatũ. Secũdò ex igne carnalis cõcupiscentiæ, eo modo quo visus cœcatur ad aspectum peluis candentis. Tertiò ex tumore superbiæ, dicẽte Greg. Tumor mẽtis obstaculum est veritatis. Ista est cœcitas nobiscũ nata. Vnde in paradiso cœlesti statim superbuit Lucifer, & in terrestri Adã, & in hoc mũdo Caym. Prima cœcitas dẽt curari p collyriũ dulcissimũ, i. Iesum cõsideratum in regno, eo modo quo gustu mellis sunt oculi Ionathæ illuminati. 1. Re. 14. q̃a secundum Aug. oẽs diuinæ deberent contẽni, vt saltem vna hora Dei facies posset videri. Secunda vero per collyrium amarissimũ eo modo, quo Tobias p fel piscis est illuminatus, Tob. 11. & significat Christum in cruce tanq̃ piscem assatum. Tertia verò per collyrium mixtum ex saliua dulci, & terra amara, i. Christum consideratum in iudicio, vbi dulcis bonis, & malis erit amarus. Signum aũt restitutæ lucis est ire per viam rectam, idest uirtutum, & videre in se maculas, etiã paruissimas peccatorũ, & si cognoscit, seu discernit ea quæ sibi obiiciũtur, vtrum sint bona, vel mala. Amen.

Feria 5. post Dom. 4. in Quadrag.

Textus Euang. Ioan. c. 7.

IBAT Iesus in ciuitatẽ quæ vocat Naim, & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autẽ appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suę, &c.

Feria 6. post Domi. 4. in Quadrag.

Textus Euan. Ioan. c. 11.

IBAT Iesus in ciuitatẽ, quæ vocat Naim, &c. Vide Dom. 15. post festum Trini.

ERAT quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Marię, & Marthę sororũ eius. Maria aũt erat q̃ vnxit dñm

vn-

vnguēto, & extersit pedes eius capil lis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores eius ad eū, dicētes: dñe ecce quē amas infirmatur. Audiēs aūt Iesus dixit eis. Infirmitas hęc non est ad mortē, sed ꝓ gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eā. Diligebat aūt Iesus Marthā, & sororem eius Mariā, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidē mansit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hoc dicit discipulis suis. Eamus in Iudęā iterū. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nūc qrebant te Iudęi lapidare. Et iterū vadis illuc? Respondit Iesus. Nonne duodecim horae sunt diei? Siquis ambulauerit in die non offendit, quia lucē huius mundi videt. Si aūt ambulauerit in nocte offendit, qa lux non est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitē eū. Dixerunt ergo discipuli eius. Dñe si dormit, saluus erit. Dixerat aūt Iesus de morte eius. Illi aūt putauerunt, quia de dormitione somni diceret: Tunc ergo dixit eis Iesus manifestè. Lazarus mortuus est, & gaudeo pp vos, vt credatis qm̄ nō eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dr̄ didymus ad condiscipulos. Eamus & nos, & moriamur cum illo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iā in monumento habentem. Erat aūt Bethania iuxta Hierosolymā quasi stadijs quindecim. Multi aūt ex iudæis venerāt ad Marthā, & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo, vt audiuit, q̄a Iesus venit, occurrit illi. Maria autē domi sedebat. Dicit ergo Martha ad Iesum, Dñe si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed nunc scio, quia quæcunq; poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio q̄a resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me et si mortuus fuerit, viuet, & oīs qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi. Vtique domine. Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hūc mundū venisti. Et cum hæc dixisset, abijt, & uocauit Mariā sororem suā silētio, dicens. Magister adest, & uocat te. Illa vt audiuit surrexit cito, & venit ad eum. Nondum. n. venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi igitur, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cū vidissent Mariā, ꝙ cito surrexit, & exijt, secuti sunt eam, dicentes, quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat Iesus, uidēs eum cecidit ad pedes eius, & dixit ei. Dñe si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Iesus ergo vt vidit eā plorātem, & Iudæos qui venerant cum ea plorātes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit. Vbi posuistis eum? Dicūt ei: Dñe veni, & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerūt ergo iudæi. Ecce quomodo amabat eum. Quidam aūt ex ipsis dixerunt. Nunquid non poterat hic q̄ aperuit oculos cœci nati, facere vt & hic nō moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum: Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus,

Iesus, tollite lapidē. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Dicit ei Iesus. Nonne dixi tibi, quoniā si credideris videbis gloriā Dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit. Pater, gratias ago tibi quoniā audisti me. Ego aūt sciebā, quia semper me audis, sed propter populum qui circunstat dixi, vt credāt quia tu me misisti. Hæc cū dixisset, voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dicit eis Iesus. Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex iudęis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit, crediderunt in eum.

ERAT quidam languens &c. Io. 11. in p̄senti euangelio tanguntur tria puncta, quę sunt, Inuitatio, Profectio, & Suscitatio.

QVANTVM ad primū tangit inuitatio, qua sorores Lazari infirmantis ad eum visitandum, & sanandum, Christum inuitarunt.

Est aūt notandū, ꝙ historia de qua in euangelio agitur, facta fuit per dies 15. ante Christi passionē, i. tali die qualis est hodierna. Nam scd̄m Mag. hist. eadem die hoc factum creditur, qua in ecclesia recitatur.

Est ēt sciendū, ꝙ iste Lazarus, & sorores eius fuerunt nobilissimi, & vt tradunt histo riæ de stirpe Regia descēderūt. Fuerūt ēt diuites, q a habebant duo castella. s. Bethaniā quæ est secundo miliario ab Hierusalem, & Magdalum, ꝙ est secundo miliario à Nazareth, & magnā partē ciuitatis Hierusalem. Fuerūt ēt oēs Christo valde dilecti, vt patebit. Ipse. n. erat pauper, & isti de suis diuitijs prouidebāt ei. Cū ergo vt tradit B. Ioānes. Chr̄s in festo dedicationis tēpli esset in Hierusalē in tēplo, in porticu Salomonis, iudæi circūsteterunt eum rogantes, vt diceret eis veritatem si erat Christus. Quibus ille r̄ndit taliter vt viderent quòd se dicebat Deū. & statim voluerunt eū lapidare, sed ille fugit trans Iordanem dimissa Iudæa. & cùm esset extra Iudæam. Lazarus in Iudæa infirmabatur. Dicitur ergo [Erat quidam languens] Languor propriè est infirmitas grauis, & vt dicūt quidam, incurabilis per naturam [Lazarus à Bethania]. s. oriundus. Additur aūt [de castello Mariæ, & Marthæ sororū eius]. secūdum aliquos, vt intelligamus quòd nō fuit à Bethania, quæ est circa Iordanē, sed de ea quæ est propè Hierusalē. Et quia istæ eius sorores erant notiores in Euāgelio. & familiariores Christo, per eas notificatur frater earū minus notus. etiam dato quòd castrum esset commune. Vel potest dici, ꝙ additur de castello, ad denotandum quòd erat nobilis, quasi dicatur quòd nō erat natus in villa illa, sed in castello, i. in arce. In quibusdam enim locis nobiles dicuntur de castro ad differentiam subditorum, sicut & de terra ad differentiam forensium, & hoc quando sunt domini habentes, s. homagiū, sicut Marchiones Cenæ, dicuntur de Cena, & de castro. Additur autē sororum eius, ratione prædicta. Et quia plures fuerunt Mariæ, ne erremus in nomine. vt dicit Alchuinus, ista describit ex notissima actione [Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguēto, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur] Ad horū autem euidentiam sciendum est, quod Chryso. & Hiero. & Orig. dicūt quòd hæc Maria soror Lazari nō est illa, quæ Lu. 7. appellatur peccatrix, quia ista, vt dicunt, fuit nobilis & honesta domina. Et illa quidem peccatrix vnxit Christū bis. s. in domo pharisæi, vt habetur Luc. 7. & in domo Simonis leprosi, vt habetur Matth. 26. Hæc autē soror Lazari vnxit eum in domo sua, vt habetur Ioā. 12. licet dicat hoc idem. c. 11. Maria autem erat etiam, quia vt dicunt anticipatiuè loquit. Et secundum istos duæ fuerunt quæ vnxerunt Dominum, & vna earum vnxit eum bis. Sed Orige. dicit, quod sicut ter Christus vnctus fuit in vita, ita tres fuerunt mulieres vngentes, scilicet peccatrix in domo pharisæi, & soror Lazari in domo sua ante sex dies paschæ, vt dicit Ioannes, & alia in domo Simonis leprosi. & per biduum tantum ante pascha, vt dicitur Mat. 26. Istæ autem duæ vltimæ fuerunt, vt dicit, quæ vnxe-

runt

runt illum post mortem. Augu. autem de cōs. Euan. & Greg. tenet, q̄ nō fuit nisi vna de qua omnes Euangelistæ narrant, & illa vnxit eum tantum bis, scilicet quando cōuersa est, & peccatrix dicta à Pharisæo Luc. 7. & alia vice instante passione in domo Simonis leprosi de qua referunt Mat. Mar. & Io. Nec fuit vnctus tertia vice in domo Lazari, & sororum, quia licet hoc Ioannes videatur dicere, tamen non dicit. Vnde illa vnctio fuit eadem cum ea, q̄ fuit in domo Simonis leprosi, quòd patet ex hoc: quia de vtraque subditur quòd discipuli murmurauerunt de perditione vnguēti. Sumit autem Aug. argumentum, quia antequam Maria dominum instāte passione perungeret, Euāgelista dicit. Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento. Ista ergo est veritas, & vna fuit, quæ vnxit in vita Christū, & tātum bis vnxit, & ista fuit peccatrix & soror Lazari, vt ecclesia cātat, dic. Maria soror Lazari, quæ tot commisit crimina. Motiua aūt aliorum ad oppositum nō sunt efficaciam habentia. Nam ad id quod obijcitur de dissonantia temporis, dicit Augu. quòd reuera ante sex dies paschæ facta est vnctio, vt dicit Ioan. Matthæus autem, & Marcus per recapitulationē loquuntur, ita quòd nō intēdunt dicere q̄ per biduū solū ante pascha sit facta vnctio, sed q̄ ante biduū Christus prædixit suam proditionem, cui annectunt vnctionem ex qua sumpsit exordiū. Quòd vero obijcitur de domo Simonis leprosi, q̄ erat auunculus Lazari, dicendum, q̄ forte erat vna domus eius. & Lazari, & sororum eius, tanquam communis, & ipse Simon erat paterfamilias, vt dicit Sanctus Thom. Vel erat cōtiguitate, & ab vna in aliam erat transitus immediatè. Quòd vero de vnctione capitis, & pedum solet obijci, q̄ a scilicet vna pedes, & alia caput inunxit, dicit Augu. & eadem mulier vtrūque vnxit. Nec obstat, quòd dicit Mar. q̄ fracto alabastro effudit super caput eius, quia nō fuit ita fractū quin aliquid pro pedibus potuerit remāsisse. Vel forte, vt dicit S. Thom. prius vnxerat pedes. Posset tamen breuius dici ad omnia quod fuit eadem persona, sed non eadē vnctio. August. de verbis domini. Inuaserat Lazarum pernicies inimica languoris miserandi hominis corpus, quotidie edax febris incendium assumebat. Adorant autem duæ sorores languentis, & casum dolēter, iuuenis ægrotantis, lectulo iugiter inhærebant. Hæc ille. vnde subditur [Miserunt ergo] & non iuerunt personaliter sicut Regulus, & Centurio, secundum Chrysost. quia ex familiaritate ad Christum multam habebant in eo confidentiā. Secundò, secūdū eundem, quia erant in luctu & in infirmi seruitio. Vel secūdū Theo. quia non decet mulieres extra domum faciliter vagari. vel q̄ a timebant quòd euenisset, scilicet mortē fratris sine sua præsentia aduenire [sorores eius] idest Lazari volentes se à dolore, & fratrem à languore liberare [ad eum] id est Iesum existentem vltra Iordanem, de quo & si in hoc euangelio nō sit facta mentio, facta tamen erat ante, dicentes [Domine ecce quē amas infirmatur] quasi diceret secundū Augu. super Io. sufficit vt noueris. Non enim amas & deseris Amanti tantummodo fuerat nunciandum. Hæc ille. Vnde nihil petierunt, confidentes in amore Christi. Per hoc autem sicut dicit Chrys. volunt Christū ad misericordiam flectere [audiens autem Iesus dixit eis] scilicet sororibus Lazari per internuncios [Infirmitas hæc nō est ad mortem] vt. s. detineatur ad mortē [sed pro gloria Dei]. i. Christi secundum Theo. Ordinabatur autem hæc mors ad resurrectionē p̄ Christū, fiendā, ex qua Christus fuit glorificatus, ideoque subditur [vt glorificetur filius Dei p̄ eā] resuscitando mortuū. Vbi aduertendum scd'm Chry q̄ cum ly vt, aliqū causaliter, aliquādo consecutiuè teneatur. hic stat secundo mō. Nam illa infirmitas euenit aliunde. sed ea Chrs est vsus in gloriam Dei. Hæc autem verba Chry. sunt, vt dicit S. Tho. vera in ordine ad causas naturales, quæ illam infirmitatem in gloria Dei p̄ resurrectionem nō ordinabant, non autem in ordine ad prouidentiam diuinā, quæ illā infirmitatem ad gloriam Christi ordinauit. Dicit. n. S. Tho. q̄ Deus omnia mala pœnæ ordinat in aliquos fines bonos. Admiranda est autem secundum Chryso. istarum mulierum fides, quæ cùm fratrem ex verbis Christi intellexerint nō moriturum, cùm postea viderunt illum mori, non sunt scandalizatæ, nec crediderunt illum fuisse mentitum, sed parabolicè locutum, vel sperabant illū ab eo resuscitandum [Diligebat autem] spirituali, & speciali affectu [Iesus Mattham, & sororem

rorem eius Mariam,& Lazarū] O beatæ sorores, atq; felices, q̄ gaudium mundi Christum ēt in exilio familiariter possederunt. Hæc autem scd̄m Chry. interponuntur, ne miremur si amici Dei aliquādo tribulātur. Aug. Ille languens, illæ tristis,& omnes dilecti. Habebāt ergo spem, quoniam diligebantur ab eo, qui est dolentiū consolatio, languentium sanator. Hæc ille.

In hac parte est documentum, ꝙ ēt iusti viri flagellantur. Vnde Grego.9. Moral. Ab electis suis Deus iniquitatum maculas studet temporali afflictione detegere, quas in eis in perpetuum non vult videre. Hæc ille.

Moraliter aūt hic significaᵗ, ꝙ sunt tres uiæ veniēdi ad cœlū Christo dilectæ. s. via cōtēplatiua significata per Mariā,& actiua significata per Martham, & via pœnitētiæ siquis per peccatum mortale perdiderit aliquam illarum, significata per Lazarum.

QVANTVM ad secundum tangitur profectio Christi ad Iudæam, eo ꝙ exaudierit supplicantes, cū dr̄ [Vt autē audiuit, quia infirmabaᵗ, tunc quidē māsit in eodē loco]. s. trans Iordanē [duobus diebus] vt. s. cum inueniret quatriduanū in monumento. Quidā aūt dicūt, vt. s. Theod. ꝙ Lazarus ea die mortuus est, qua venerūt ad Christū nuncii,& post Christus quieuit duob. dieb. & quarto die inuenit eum in monumēto. Non aūt Christus ad eum iuit statim, scd̄m Aug. vt eum inueniret mortuum,& resuscitaret. Nam vt dicit S. Tho. non haberet locum mors, vbi esset vita præsens. Secundū Chry. verò ne miraculum aliquam calūniā pateretur. Si enim statim mortuus, fuisset resuscitatus, dixissent fortè pharisæi illum verè mortuum non fuisse, sed aliquo accidente factū insensibilem [Deinde post hæc dicit discipulis suis. Eamus in Iudæam iterum] vnde. s. discesserat, vt ait Aug. penè lapidatus. Dicit autem Chry. nunquam Christum dixisse discipulis, quo vellet ire nisi modo, quia plures fuerant in Iudæa cum Christo, quasi lapidati, ideo formidabant, & Christus non uoluit ꝑ hoc eos improuisos illuc ducere, ne nimis timerent [Dicunt ei discipuli] pro eo, & pro seipsis formidantes, vt ait Chry. [Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare,& iterū vadis illuc] Sic autem loquuntur, quasi soli magistro timerent, sed reuera timebant etiam sibi ꝑ

sis scd̄m Chry. [Respondit Iesus. Nonnē duodecim horæ] inæquales [sunt diei] artificialis. De hoc dictum est Domin. in septuagesima. Sicut enim dicit S. Tho. horæ inæquales sumuntur, scd̄m ascensum Zodiaci, ita ꝙ hora est ascensus signi dimidij. Sunt autem omni tempore 12. diei artificialis,& 12. noctis: quia semper ascendunt sex signa in die,& sex in nocte. Horæ autem æquales, quæ scd̄m æquinoctialis ascensum mensurantur non sunt semper 12. diei,& 12. noctis, sed solum in æquinoctio. Causa verò, ꝙ illæ inæquales, istæ verò æquales sint, est, quia partes Zodiaci super Orizontē diffor-miter, æquinoctialis aūt partes vniformiter ascendunt. Hæc ille virtualiter. Exponiᵗ aūt hoc tripliciter. Primò, q. a dicunt quidā ꝙ erat tunc, sicut & modo prouerbium, ꝙ volens dicere hoīes esse mutabiles, dicebat. Nonnē 12. horæ sunt diei. Sensus est ergo. Licet nuperrimè vellēt me lapidare Iudæi, tn̄ sunt mutabiles, ideo sequimini me securè. Huic autem expositioni etiam Chry. cōsentit. Secundò exponit Chryso. sic [Nonne 12. sunt horæ diei] in quib. s. securè homines incedunt. Fortè enim Apostoli suadebant ire noctu. Tertio exponit Aug. Nōne 12. sunt horæ diei, id est 12. Apostoli Christi. Sic n. appellat diem, cum sit lux. Nā dies sumitur pro motu cœli: quia est eleuatio solis,& pro tempore mensurante illū, quia est pars anni, & pro præsentia lucis; q. a qn̄ Sol est super terram, dies est. Apostolos aūt dixit horas. Est ergo sensus, scd̄m August. Dies cōtinet horas, sed non ecōuerso, sic & vos debetis me sequi, non econtra [Siquis ambulauerit in die non offendit, quia lucē huius mundi videt: si quis autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo] Secundum primā expositionē est sensus ꝙ Iudæi poterant esse aliter dispositi ꝑ maiori parte, & econuerso nullum erat periculum ambulare in Iudæam per diē, sed solum per noctem, vel non quieuerant omniū furores, vel alia erat causa. Secundum, secundam vero, est idem sensus, & vlterius est sensus, ꝙ qui ambulat in die. i. in serenitate,& luce conscientiæ, siue qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Chrysost. Qui sibi nihil conscius est nequitiæ, nihil patitur versutiæ. Itaq; nō oportet formidare. Nihil n. dignū morte gessimus. Hæc ille.

V Secun-

Secundùm Chry.verò, qui secūdò mō exponit est etiam prędictus sensus. Et vlterius alius talis Si videns lucem huius mundi est securus,multo magis qui mecū est nisi amouerit se à me. Et idem sensus est secundū tertiam expositionem. Theo.tamen etiā quartam expositionem tangit,vt per diem metaphoricè Christus signauerit præsentiam sui in terra vsque ad passionem,in quo tempore Apostoli habuerunt timorē. Vnde in passione dixit. Si ergo me quæritis, finite hos abire. Per noctem verò tempus sequens passionem. Et secundum hanc est idē sensus q & tertiæ,ad quam reducitur. vel illa ad istā. [Hæc ait, & post hæc dixit. Lazarus amicus noster dormit] Et in hoc secundùm Chryso. alio modo confortat discipulos ex hoc,scilicet quod non habebant ascendere in Hierusalē, sed in Bethaniam. Mortem autem dixit somnum, & dormitionem. Primò ,ppter futuram resurrectionem, & secūdò propter facilitatem resuscitandi, secundū Aug. Tertiò propter meliorationem post resurrectionem. Mortui enim boni resurgūt melius se habentes [Sed vado, vt à somno excitem eū] non autem, vt dispute cum Iudæis [Dixerūt ergo discipuli eius] volentes eum retrahere ab instituto suo, secundùm Chryso. vel quia solet somnus in ægrotantibus signū esse salutis, secundum Aug. Vel fortè reuera propter vtrūq; [Domine, si dormit, saluus erit] quasi dicerent. Sine tua præsentia liberabitur [Dixerat autem Iesus de morte eius, illi verò putauerūt, q de dormitione somni diceret] Sed quomodo erant ita rudes, vt crederēt Christum tantum iter velle perficere, vt à corporali somno languidum excitaret? Ad hoc dicit Chryso. q existimauerunt eum parabolicè locutum. Sed hæc responsio patitur difficultatem; quia dicit textus, quòd putauerūt quod de dormitione somni diceret. Ideo alij dicunt, quòd erant in tanto timore, quòd nō benè capiebant quæ dicebātur. Alii vero, & quasi redit in idem, dicunt quòd cōsiderauerunt id quod dictū est dormit, sed nō illud, vado, vt à somno excitem eum [Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste. Lazarus mortuus est] Sed quare nō est aperte locutus in principio? Ad hoc dicitur, q nō fecit hoc ne videretur iactanter, & superbè loqui de sua potentia resuscitandi, sed postquam discipuli erant tardi ad intelligēdum manifestat eis mortem, & resurrectionem [Et gaudeo propter vos] de hoc, quod vobis possum absentia patefacere, secundū Aug. vel secundum alios, gaudeo, quia non eram ibi, & sic secuta est mors, & ego eū resuscitabo, vt firmius credatis [,ppter vos] inquam id est propter vestrum profectū in fide [vt credatis] in me firmius, & robustius quàm prius: secundum Augu. [quia non eram ibi] & tamen mortem vidi, quod est argumentū meæ deitatis. Vel secundum aliquos, ly quia, reddit causam gaudii, vt dictū est [Sed eamus ad eum, vt suscitem eum] & consequenter habeatis aliud deitatis argumentum [Dicit ergo Thomas] Thomas est Hæbraicum, & interpretatur geminus, sed græcè interpretatur didymus, quod latinè sonat dubius.

Sed quare Euangelista post nomen eius subiunxit [qui dicitur didymus] idest geminus, vel dubius, quòd idem videtur, quia scilicet dubius ad vtranque partem contradictionis habet argumētum? Ad hoc dici potest. Primò, q à græcè dicebatur didymus, & proprium eius nomen Hæbraicum nouerat vulgatum, sciretur de quo Euangelista loqueretur, ideoque expressit nomen, quo in græco nūcupabatur, dicēs, qui dicitur apud græcos passim didymus. Secundò dicitur secundum mentem Chryso. quòd hoc fit: quia cæteris erat infirmior in fide, & magis timebat. Nam q sequitur [Eamus & nos, & moriamur cum illo] secundum Chrysost. ex timore dictū est ab eo. Et videtur velle Chrysosto. quòd ironicè loquitur, quasi diceret. Nunquid si magister vult non debemus eū sequi? Sed secundum Aug. est ista vox magnæ constantiæ, & hortantis alios, & non retrahentis. Idem cum Aug. sentit Beda, & gl. quæ dicit. Ecce verus amantium affectus. vel cum eo viuere, vel cum eo mori. Hæc ille [Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem] completos, vel incompletos [Erat autē Bethania iuxta Hierosolymā [idest iuxta Hierusalem, quasi stadijs quindecim, idest ferè duobus miliaribus. Nam octo stadia complent miliare vnum. De hoc vide dominicā primā aduentus. Hoc autem dicit Euangelista secundum Chrysosto. vt intelligatur, quòd congruum erat multos ex Hierosolymis cōuenisse illuc, cum essent nobiles.

Vnde

Vnde subditur[Multi autem ex Iudæis, venerant ab Hierusalem ad Mariam, & Martham, vt consolarentur eas de fratre suo.]

Contra, quia erant inimici Christi, & statuerant vt extra synagogam fieret, qui eũ cõfitebatur Christum. Quomodo ergo consolabantur istas, de quibus notum erat eas esse Christo dilectas? Ad hoc dicit Chryso. quòd fuit, vel propter magnam earum calamitatem cui compassi sunt, vel quia eas, vt nobiles reuerebantur, vel quia isti Iudæi nõ erant mali, multi enim ex ipsis credebant. [Martha autem, vt audiuit] per nuncios præcedẽtes: quia Iesus venit, id est quia esset in ueniendo, [occurrit illi] antequã ingrederetur castellum. Erat.n. magis circa exteriora domus occupata, ideo citius, q̃ Maria percepit rumores de aduentu Christi, secũm S. Tho. Non autem assumpsit secum sororem secundũ Chriso. quia voluit Christo secretè nunciare factũ. Vnde postquã verbis Christi concepit spem de resurrectione fratris, vocauit eam. Vel secundũ Theo. hoc fecit: q.a si eam vocasset, Iudæi eam fuissent cõcomitati, & cognouissent aduentum Christi, quòd Martha nolebat [Maria autẽ domi sedebat. dixit autẽ Martha ad Iesum] lachrymis ꝓfusa, quamuis non eiularet morẽ stultarũ, [Domine si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus] Sicut aũt dicit Chry. Ista nondũ credebat, vt debebat. Nã, ut dicit Theo. diffidebat, ꝙ Christus existens trans Iordanem potuisset mortem fratris impedire distantis. Et iã secundũ Chryso. nondũ credebat, quòd Christus propria uirtute posset. Vnde subditur[Sed & nũc scio: quia quæcũque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.] scilicet loquens de Christo, sicut de aliquo homine sancto. Non autẽ est ausa secundũ Aug. fratris petere resurrectionẽ: quia ignorabat, an ei foret vtile unde Christo causam commisit. Et ideo, [Dicit ei Iesus. Resurget frater tuus,] Non autẽ dixit secundũ Chry. petam, ut resurgat. Neque etiam dixit, mea uirtute resuscitabo; quia fuisset hoc graue mulieri, sed medium tenuit. Veruntamen secundũ Augustinum: quia nõ dixit, resurget modo, & ambiguã fuit sententiã, sequitur, [Dicit ei Martha. Scio] secura sum secũm Aug. q. edocta erat per Christum, uel ꝓphetas secũm Chry quia resurget in resurrectione generali omnium in nouissimo die, sed suppleo nescio dulcis magister, & domine an de tali resurrectione loquaris. Sed Christus sumpta occasione paulatim instruit eam de sua deitate. Vnde sequitur[Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio & uita] scilicet effectiue, quia, sine alterius adiutorio possum iuxta placitum meum uiuificare, secundum Chry. & Alchui. quasi diceret. Tu quidã scis resurrectionem, sed nescis me esse resurrectionis causam. Quæ uero sequuntur sic exponuntur secundũ Aug. [Qui credit in me] perfectè, & fide formata [etiam si mortuus fuerit] in carne [uiuet] in anima, donec resurgat caro nũquã postea moritura [Et omnis qui uiuit] in carne & credit in me [etiam si moriatur ad tempus] ꝓpter mortẽ carnis [nõ morietur in æternũ] scilicet propter uitã gratiæ, & immortalitatẽ resurrectionis, secundũ mentẽ eiusdẽ Augusti. & sententiã Alchui [Credis hoc?] Verba sunt Christi interrogantis, non ex ignorantia, sed vt mulier confiteatur, quod credebat, secundũ Augu. [Ait illi] scilicet Martha [Vtique domine] scilicet credo prædicta omnia.

Et nota, & secũm Chry non intellexit verba Christi. Et si enim intellexit aliquid magnum, nõ tamen intellexit quid esset, ideo interrogata de vno, respõdet de alio di. [Ego credidi: quia tu es Christus filius Dei uiui, qui] in hunc mundum venisti] secundùm Aug. verò optimè intellexit, & assignãs causam quare vera credebat esse verba Christi, dixit, ego credidi &c. [Et cùm hæc dixisset] exhilarata sermone Christi, & soluto luctu secundum Chry. [abiit, & vocauit Mariam sororẽ suam silentio] idest silẽter. Aug. Suppressam vocẽ silẽtium nuncupauit. Nã quomodo siluit cum subditur [dicens mag. ster adest] Ideo autẽ secundũ Chry. silenter vocauit, ne Iudæi propter odium ad Christũ recederet, & consequẽter miraculi testes nõ essent [Et vocat te] Hoc autẽ addidit Martha, quãuis sufficeret dixisse magister adest, vt Mariæ tristitiam subleuaret, quæ non solum adesse dilecti magistri præsentiam, sed etiam se ab illo quasi amico dulcissimo euocari percepisse. Euangelista tamẽ non dixit, quòd Christus vocauerit eam, secundũ August. sed causa breuitatis in verbis Marthæ voluit illud intelligi. Vel secundũ Theo. ipsam Christi præsentiã, Martha vocationem appellauit, quasi diceret. Inexcusabile est. vt

eo præsente non exeas obuiam. Chry. Omnibus aũt assidentib. illa lugẽs, & plangẽs, non expectauit ad se venire magistrũ, neq; dignitatẽ seruauit, neq; a luctu detẽta est, sed surgens confestim obuiauit. Hæc ille. Vnde sequitur[Illa aũt vt audiuit, surrexit citò, & venit ad eũ] Ex quo patet, scd̃m Augu. quod si notus ei domini suisset aduentus, Martha eam non præuenisset [Nondũ enim venerat Iesus in castellũ, sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha] dominus enim, vt dicit Chrysost. morosius ibat ne ad faciendũ miraculum se ingerere videretur, & hoc vult Euangelista insinuare. Vel hoc dicit ad ostendendũ feruorem Mariæ, quam nihil potuit retinere, vt dictum est [Iudæi igitur, qui erant in domo cum ea, & cõsolabantur eam, cũ uidissent Mariam, quia cito surrexit, & exiit] crediderunt eam nouo dolore, s. ex fratris morte occupatam, & ideo ex reuerentia nobilitatis eius, & ex compassione [secuti sunt eã, dicentes] quia vadit ad monumentũ, quod sic scd̃m Isidorum dicitur, quia moneat mẽtem, s. vt simus memores mortis. & funderet preces pro defuncto, & imitari virtutes eius [vt ploret ibi] Ista aũt (secundũ August.) interponit Euangelista, vt intelligamus quæ fuerit occasio, ꝙ multitudo Iudæorũ interfuerit miraculo [Maria ergo cũ venisset vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius] Chry. Feruentior hæc sorore erat. Non.n. turbam verecundata est, nec suspitionem timuit, q̃ de Christo Iudæi habebant, cũ aliqui inimicorum ibi interessent, sed omnia contempsit humana præsente magistro, & soli se dabat ad honorãdũ magistrum. Hæc ille. Tamen secundùm Theo. etiam ista imperfectè credidit. Ideo sequit̃ dicens [Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus] Ex hoc aũt ꝙ vtraq; soror similia dixit, elicitur ꝙ hunc sermonem super morientẽ frequentabant, Christi præsentiam exoptantes. Non autẽ dixit Maria omnia quæ dixerat Martha secundũ Bedam, eo quod lachrymis, & gemitu fuerat præpedita.

Est aũt in hac parte documentũ in sensu anagogico. ꝙ amici Christi in hac vita tribulant̃, sed cõfugiendo ad auxiliũ Christi, & eo interius ꝑ illustrationẽ, & amoris excitationẽ adueniente, & spe futuræ resurrectionis consolantur consolandi, multo fortius ĩ ipsa resurrectione Lazari. i. corporis in terra iacẽtis. Vnde ait Greg. Si cõsideremus, quæ nobis promittũtur in cœlis, vilescũt aio oĩa quæ habent̃ in terra. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur miraculi perpetratio, seu resuscitatio Lazari, cũ dr̃ [Iesus ergo vt vidit eam plorantem] quã diligebar [& Iudæos qui uenerãt cum ea plorantes] nihil dixit tale quale dixerat Marthæ, quia secundũ Chry. nõ erat tempus. Si enim aliqua sublimia dixisset recessissent Iudæi, & miraculum nõ uidissent [infremuit] Fremitus est effectus, & signũ iræ, & uidetur esse uox confusa, quàm iratus tacitè secum loquens emittit.

Est aũt sciendum, ꝙ passiones animæ in Christo fuerunt, sed nunq̃ præueniebãt iõnis iudicium, sed sequebantur; ꝙ est laudabile, nisi rõ malè imperaret. Nam sicut dr̃ 4. eth. ira à fortitudine imperata actũ fortitudinis adiuuat. Et sic intelligit illud Esa. 42. Non erit tristis, neq; turbulẽtus, s. scd̃m ꝙ istæ passiones præueniũt iudiciũ rõnis. Infremuit ergo Iesus, sed [spiritu] i. uoluntate, & rõne. Spiritus.n. dicitur mẽs. Hic fremitus fuit contra diabolũ, qui mortẽ induxit, quẽ cito erat debellaturus [& turbauit] i. commouit scd̃m affectum sensitiuũ [semetipsum] ex iudicio rõnis, scd̃m Aug. ut ueram ostenderet humanitatem secũdũ Theo. Vel secundò, vt doceret modũ seruandum in aduersis dũ tristatur, & tũ se cohibet. Dicit.n. hic S. Tho. ꝙ stoici dixerunt nunq̃ sapientem tristari, sed est (inquit) inhumanũ nõ esse tristem in morte alicuius. Quidã vero in tristitia excedũt. Dominus aũt tristari uoluit contra primos, & modũ seruauit contra secundos; secundum illud Thes. 4. Non contristemini sicut & cæteri, qui spẽ nõ habent̃. i. inconsolabiliter, scd̃m glo. Vel tertiò scd̃m eundẽ, ut doceret nos corporaliter tristari ꝑ mortuis. Vel quartò scd̃m alios, vt cohiberet lachrymas donec cõpleret interrogationẽ, de qua sequit̃ [Et dixit, Vbi posuistis eũ?] Non interrogat ex ignorãtia, sed scd̃m Aug. vult astantiũ fidẽ approbare, idest confirmare, dũ s. Lazarus affertur mortuus, & sepultus. Vel melius approbare fidem, quàm de resurrectione habuerunt tumulatores cadaueris Vel secundùm Chrysosto. ne videatur se ad miraculum

lum ingerere, sed rogetur ab astantibus [Dicunt ei] scilicet Iudæi, & astãtes [Domine veni, & vide] Inuitãt aũt eũ secũdum Chry. vt ploret, non vt resuscitet [Et lachrymatus est Iesus] ex pietate, & cõpassione secũdùm Aug. quia erat fons pietatis secũdum S. Tho. Petrus Chrysogolus. O, vis, ò, potentia lachrymarũ, quæ cœli, & terræ dominũ ad lachrymandi humilitatem deposuerunt. Hæc ille.

Sed quare fleuit quem statim volebat viuificare? Ad hoc dicitur, ꝙ fleuit secũdũ gl. vt ostẽderet quantũ homo debeat pro se flere qui mortẽ meruit. Secundò fleuit secũdum Hiero. q̃a eũ ad ærumnas sæculi reuocabat. Tertiò põt dici, ꝙ flebat peccatũ, vñ hõ cõtraxerat mortẽ. Quartò quoque fleuit motus ex pietate sororũ, nec patrẽ, nec matrẽ, nec fratrẽ habẽtiũ, & dilectæ Mariæ lachrymis [Dixerunt ergo Iudæi] credentes eũ secũdũ Bedã more humano sup charo lugere [Ecce quo amabat eũ] pro quo, s. luget, & cuius vult videre sepulchrũ. Per hoc ẽt secũdũ Tho mysticè datur intelligi, ꝙ Deus ẽt hoĩẽ existẽtẽ in peccatis amat, secũdum illud Hie. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Aliter. n. nõ dixisset. Nõ veni vocare iustos &c. [Quidã aũt ex ipsis dixerũt] volentes, s. ostendere ꝙ nõ vere eũ amabat. Vel vt alij dicunt volentes ostẽdere, ꝙ si potuisset tenuisset ipsum viuũ, & cõsequenter per hoc volẽtes annihilare miraculũ de cœco nato. Erant. n. secũdum Chry. isti de numero inimicorũ Christi [Nõ poterat hic qui aperuit oculo cœci nati facere, vt & nõ moreretur?] Aug. Potuit q̃ dẽ, sed noluit quia plus est mortuũ resuscitare, q̃ ne moreretur facere. Hæc ille. Dñs aũt ad ista non r̃ndit secundum Chrys. quia cõtinuo volebat respondere per opus mirabilius, q̃ sit vitæ conseruatio [Iesus ergo rursus fremẽs in semetipso] indignatus contra Iudæorum malitiam. Virtuosum enim est cõtra malos indignari obstinatos ex rationis iudicio, sicut, & bonis applaudere. Vel secundum S. Tho. infremuit ex misericordia, & compassione ad Iudæos. Sed hoc redit in idẽ, q̃a sancti aduersus iniquos, nec misericordiã, sine indignatione, nec indignationem sine misericordia habẽt, vt vnum peccatum, & aliud naturam respiciat [venit ad monumentũ] ostẽsurus veritatem diuinæ naturæ, sicut in fremitu, & lachrymis ostenderat veritatem humanæ [Erat autem] ipsum monumentũ [spelunca] id est fossa magna effecta in rupe ad sepeliendum omnes de parentela [& lapis suprapositus erat ei] ne inde fœtor exhalaret [Ait Iesus. Tollite lapidẽ] Christus enim vt ait Chrysost. voluit ad monumentum venire, & voluit, ꝙ ipsi Iudæi auferent lapidẽ, & viderẽt cadauer, ne miraculo aliquã possent inferre calumniã, quòd forte fecissent si absens suscitasset, aut lapide non sublato [Dicit ei Martha soror eius qui fuerat mortuus. Domine iam fœtet, quatriduanus enim est] secundum Bedam ista sunt verba admirantis, secũdùm Theo. vero, & San. Thom. sunt verba desperantis fratris resurrectionem. Licet enim inquit S. Thom. Christus alios suscitasset, tamen hunc suscitari credebat impossibilẽ propter diuturnitatem.

Sed contra, quia non videtur rationabilẽ, cùm sit professa Dei filium esse Christũ, quòd sit oblita fidei suæ tam cito, & consequenter, quòd miraretur, vel desperaret suscitationẽ fratris. Ideo fortè dici posset, ꝙ credebat Christum velle videre cadauer, & timuit ne ex fœtore grauaret, sed nõ credebat, ꝙ Christus vellet eũ suscitare, credẽs tamẽ, quòd potuisset si noluisset, & sic aliquo modo desperabat, quia nõ sperabat. Et ista videtur esse mens Chry. qui dicit ꝙ erat oblita eorũ quæ sibi dixerat Christus Sed contra, q̃a nõ est verisimile, ꝙ promissum qualẽ est suscitatio fratris fuerit tã cito oblita. Ad hoc dicitur ꝙ Christus sibi expresè hoc nõ promiserat, s. ꝙ frater resurget tunc, sed occultè, & erat oblita verborũ eius, & sic sẽtit Chry. Sed S. Tho. vt dictũm est dicit ꝙ illam suscitationẽ credidit impossibilẽ Christo. Nec obstat ꝙ eũ sit professa filium Dei, quia credidit eum Dei filium per excellentiam gratiæ, non per naturã. Et huic consonat quod subditur [Dixit ei Iesus. Nõne dixit tibi q̃a si credideris, videbis gloriã Dei?] quasi dicat. Quare non credis, vt videre merearis? Sed nõ dixit, gloriam meã, ne Iudæi egrescerẽt, cũ tamen supra dixerunt, vt glorificetur filius Dei. Vel per gloriã Dei intelligitur operatio gloriosa. Sed cõtra, q̃a Christus non legitur ista dixisse. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò quia Christus ista supra dixerat, sed Euãgelista illa nõ supra posuit, q̃a ea hic habebat replicare. Vel secundò dicitur, ꝙ ista Christus nõ dixit explicitè, sed implicitè


plicite[Tulerunt ergo lapidē]ad præceptū Christi,[Iesus aūt eleuatis sursum oculis]ut daret nobis formā orādi, eleuata ad Deū mente[dixit,Pater gratias ago tibi,quoniā audisti me]Ex hoc arguunt, quòd sit filius patre minor, quia orando impetrauit, vt posset mortuum suscitare. Quibus dicitur, quòd licet inquantum homo orare, & impetrare potuerit,tñ inquantum Deus poterat concedere quod postulabat, & propria authoritate poterat omnia facere,sine impetratione. Quòd ex duobus patet. Primò ex modo quo sæpe fecit miracula.s.imperā do,nulla oratione præmissa, vnde Ioan.5. Surge tolle grabatum tuum,& ambula. Et Luc.7.Adolescens tibi dico surge.Secundò idem patet, quia apostoli sine orōne, inuocato nomine Christi miracula faciebant,vt Act.3.in nomine Iesu Christi Nazareni surge,& ambula. Ergo etiā multo minus ipse Christus oratione indigebat. Orauit ergo non pp se.sed pp astantes. Quod patet cū subditur [Ego aūt sciebā, quia semper me audis] secundum & inquantū homo oro. & inquātum sum Deus, secūdū Chry. quia vt dicit S.Tho. is auditur cuius volūtas impletur. Filius ergo ēt inquantū Deus dicit semper se audiri à patre. Quasi dicat scdm Chrysost. Oratione non egeo,quia una est mea & tua voluntas. Ideo adhuc subditur [Sed propter populum qui circunstat dixi] Orauit ergo vt ostenderet se Deo non esse contrarium, secundum S.Tho. Augusti. & Chrysost.ideo sequitur [vt credant quia tu me misisti]

Est aūt sciēdum, φ in miraculis magnis Christus nō consueuit orare,vt dicit S.Th. 3 q.43.vt.s.Deum se probaret,orauit tamē tunc ex speciali causa,quia aliqui astātium non credebant eum nec Deū, nec Dei amicum.Vt ergo se probaret amicum Dei,orauit, vt aūt se probaret Deum Lazaro impetrauit. Vnde sicut dicit Chry. ita fuit sapientia Christi in verbis humilitatem ostēdere, & in operibus ptātem.Sequitur.n.[Hæc cū dixisset, voce magna clamauit] vt omnes qui aderant possent audire, & intelligere, φ solō imperio suscitare[Lazare] Nomen dicit secundùm Augu. ne omnes cogantur exire [Veni foras] extra infernum quo ad aīam,& extra sepulchrū, quo ad animam & corpus; per infernum tamen intelligendo oēm locum aīarum subterraneū [Et statim prodijt,qui fuerat mortuus] q a sermo Christi erat ptāte plenus. Quid vero mirū si verbum verbo viuificat φ de nihilo cuncta creatat. [ligatus manus,& pedes institis].i.lineis fasciis Vnde ibi duplex fuit miraculum secundùm Chry s. quia mortuus vixit,& q aligatus prodijt [Dicit eis Iesus. Soluite eum]vt.s.appropinquādo,& attractando videant quia Lazarus est,& nō phātasma scdm Chrys. [& sinite abire]In quo secundum Chry. apparet humilitatis Christi.Si.n.superbus fuisset,secū illud ad ostentationem duxisset [Multi ergo ex iudæis q̄ venerant ad Mariam,& Martham,& viderant quæ fecerat,crediderunt in eum]

In hac parte est morale documētum, de quo ait Aug.super Ioan. Intelligimus tres mortuos quos in corporib. dñs suscitauit, aliquid significare de resurrectionibus aīarum.Hęc ille.Et Greg.4.moral.Puellam.n. in domo,puerum extra portā, ī sepulchro autem Lazarum suscitauit. Adhuc quippe in domo mortuus iacet, qui iacet in peccato. Iam quasi extra portam ducitur, cuius iniquitas vsq; ad inuerecundiam publicæ perpetrationis operatur. Sepulturæ vero agere præmitur,qui in perpetratione nequitiæ etiam vsu consuetudinis præssus grauatur. Sed hos plerunq; diuina gratia respectus sui lumine illustrat.Hæc ille. Et intendit Greg.illū iacere præcisè in peccato, qui adhuc illud opere non compleuit.

Sabbato post Dom.4.in Quadrag.

Textus euang. Ioan. cap.8.



ICEBAT Iesus turbis Iudæorum: Ego sū lux mundi, qui sequit me non ambulat in tenebris, sed habebit lumē uitæ. Dixerunt ergo pharisęi. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verū. Respōdit Iesus, & dixit eis. Etsi ego testimonium

nium perhibeo de meipso, verũ est testimonium meum, quia scio vnde venio, aut quo vado: Vos aũt nescitis vnde venio, aut quo vado. Vos scdm carnem iudicatis, ego non iudico quẽquam. Et si iudico ego, iudiciũ meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hoĩum testimonium verũ est: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium phibet de me, qui misit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus. Neq; me scitis, neque patrẽ meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hęc verba locutus est Iesus in Gazophylatio docens in tẽplo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

Dicebat Iesus turbis Iudæorum. Ego sum lux mundi &c.] Io. 8. In præsenti Euangelio agitur de quadã Christi disputatione ad iudæos habita, de quã tanguntur tria puncta, scilicet Contradictio, Confutatio, & Interrogatio.

Quantum ad primum tãgitur quõ cõtradixerunt Christo Iudæi. Est autẽ sciendum, ꝙ illa quæ hic narrãtur, contigerunt statim post absolutionẽ adulteræ mulieris. Dicitur ergo [Dicebat Iesus turbis Iudæorum] Ista verba non habentur formaliter in textu Euangelii, quamuis sit ibi ista snĩa. Mutauit aũt ecclesia verba, vt melius introduceret euangeliũ præsens. Verus aũt textus, postq̃ dixerat Iesus. Noli peccare, hic est [Iterũ ergo locutus est eis] s. Iudęis, qui remanserunt, abeuntibus pharisæis cõfusis ex scriptura, q̃ viderant [Iesus dicens] Quia. n. poterant astantes mirari, ꝙ ei peccata sine satisfactione dimisisset, & dicere, vnde iste talem hẽt ptãtem, ideo dñs voluit suã excellentiam declarare, & suam deitatem, & secundum Alchuinum, ostendẽs se esse Deum, id est lucem expellẽtem omnes tenebras. Sũt aũt scdm S. Tho. triplices tenebræ. s. ignorantiæ. Psal. Nescierunt nec intellexerunt, in tenebris ambulãt. Et Culpæ. Eph. 5. Eratis aliqñ tenebræ. Et pœnæ. Mat. 25. Inutilem seruũ proiicite in tenebras exteriores [Ego sum lux mundi] inquit, quia per Christũ fugantur peccatorũ, & errorũ, & tormentorũ tenebræ, & feræ, i. dæmones recludunt in cauernã abyssi expulsi de hoc mundo, & oĩbus ostenditur via veritatis, & iustitiæ, expansis vbique terrarum radiis doctrinæ. Non aũt dixit lux Galileæ, vel Palestinæ scdm Chry. sed mundi. Est aũt sciendum, ꝙ sicut dicit Aug. Manichæi delirantes sicut Deum crediderunt esse quandã lucem corpoream infinitam, ita Christũ crediderunt esse solem istum, quem oculis carnis aspicimus. Sed isti non intelligunt, ꝙ Christus sit spiritualis, & nõ corporalis lux [Qui sequitur me] credendo, & imitando [non ambulat in tenebris] errorũ, vel peccatorum, vel pœnarum infernalium. Nam Chrs cum sit prima veritas non põt mentiri, & cum sit prima voluntas non põt peccare, vt patet per S. Tho. 1. par. q. 25. & 1. di. 42. & cum sit ipse, qui est caput in gloria, mẽbra eius nõ possunt esse in miseria. Vel aliter scdm S. Tho qui sequitur me nõ ambulat in tenebris ignorantiæ, quia sum veritas. Nec culpæ, quia sum via: nec damnationis æternæ, quia sum vita [sed habebit lumen] fidei. & gratiæ. Quorum primũ dirigit intellectum, secundum vero per charitatem dirigit affectum, i. voluntatem, vtrunque vero dicitur lumen vitæ. i. quod est à uita infusum. i. à Deo, & ad vitam æternam perducens. Vel ideo vitæ, quia principaliter est operationis vitalis, quæ dr vita. i. intellectionis secundũ S. Tho. [Dixerũt ergo pharisæi]. i. quidam religiosi magnę opinionis apud Iudæos. Sed quare magis isti, quàm alii volunt contradicere? Quia Christus dicens se lucem, dixit se Deum, vel aliquid magnum, vt putabant vltra alios homines, ipsi autem erant, qui volebant videri magni, & sancti, ideoque tanquam inuidi contradicunt. Sed quomodo ibi fuerunt pharisæi? Nam de eis dictum est ante, immediatè, ꝙ adduxerunt adulteram cum Scribis, & ꝙ vnus post vnum exierunt, & ꝙ Iesus remansit solus, & mulier in medio stans. Dico ꝙ quidam mulierem adduxerunt, &

quidam ante ibi erāt audientes Christum, & isti etiam remanserunt, illis abeuntibus, & isti fuerūt. qui nunc Christo contradicunt dicentes[Tu de te ipso testimonium perhibes]Potest autem hoc legi interrogatiue,& sonat indignationem, & remissiue & sonat irrisionem, quasi dicant. Malos habes vicinos,qui te laudibus efferre non curant[Testimonium tuum nō est verum]Quia enim natura humana prona est ad laudes, proprium testimonium suspectum est,ideo dicitur non esse verum,id est firmum & stabile, vel auctenticum. Est autem in hac parte literale documentum, ꝙ quilibet debet conari sequi Christum, quia sine errore conducit ad requiē. 1.Pet.2. Christus passus est pro nobis vobis relinquēs exemplum,vt sequamini vestigia eius &c.

QVANTVM ad secundum tangitur confutatio Pharisæorum, cùm di[Respondit Iesus,& dixit eis.Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimoniū meum]Quasi dicat.Multi aliā me, testimonium perhibent de me, vt Ioannes & Prophetæ.Dato tñ ꝙ ita sit, ꝙ ego solus mihi perhibeam testimonium, adhuc verū dico[quia scio vnde venio]q̄a Deus sum, à patre missus per originem, & incarnationem, & consequenter testimonium meum idoneū est, q̄ꝛ Deum nemo nisi Deus pōt sufficienter commendare[& quo vado]q̄a homo sum tendens ad mortē, vt per crucē acquiram mihi omnē potestatem in cœlo, & in terra super homines,& angelos,& omnem creaturam, ideo sum dignus fide. Vel sec̄d̄m Chry.sensus est.Ex eo sum, & Deus, & Dei filius.Redit autem in idem cū prioribus[Vos autē nescitis vnde venio, aut quo vado]quia scilicet hominem videbant, & Deum non credebant,vt dicit Aug.ideo nesciebant à quo processerat æternaliter, vel missus fuerat tēporaliter [Vos sec̄d̄m carnē iudicatis]id est iniustè sec̄d̄m Chrysost.sicut & secundum carnem viuere,est iniuste viuere. Vel secundum apparentem,& visam humanitatem,secundum Theo.& Aug.dicentem. Quia enim Deum non intelligitis, & hominem videtis, ideo vobis arrogans video,quia de me testimoniū perhibeo.Omnis.n.homo quando de se vult perhibere testimonium laudabile superbus, & arrogās videtur.Homines enim infimi sumus, verū dicere,& mentiri possumus,ille mentiri, nō potest.Hæc ille[Ego non iudico quemquā] quòd secūdùm Aug.dupliciter intelligitur. Vno modo subaudiendo nunc vel modo, quia non venit in primo aduentu iudicare, sed liberare.Alio modo subaudiendo secundum carnē.quia non iudicabit sec̄d̄m carnē. sicut ab hominibus iudicabatur.Et videtur velle Augu.ꝙ Christus quia non iudicabat secundum carnem.i. secundum extrinsecus apparētia,iudicabat sec̄d̄m veritatē[Etsi iudico ego]idest posito,ꝙ iudicarē,sec̄d̄m August.vel quando iudicabo, secundum alios [iudicium meum verum est]id est esset,vel erit[quia nō sum solus] Si in Deo esset tm̄ vna persona,esset solus,dato,ꝙ milia angelorū assisterent ei, quia solitudo nō tollitur per consortium differentis naturæ Vnde & homo solus dicitur in orto,etiam si ibi sint mille herbæ.Quia ergo in diuinis est pluralitas personarū in essentiæ identitate.iō nulla diuina persona dicitur sola, vt patet per S.Tho.1.dist.21.& 1.q.21.[Sed ego,& qui misit me p̄[illegible]imo & Spiritussanctus. Et deinde arguit ad propositū suū,dicens[Et in lege vestra] i.vobis data,& male seruata[scriptū est] Deute.19 [quia duorū hominū]& multo fortius quarū personarū diuinarū[testimoniū verū est] idest pro vero in iudicio habēdū est,vt videtur velle S.Tho.& Aug. quāuis falsum esse possit[Ego sum q̄ testimoniū perhibeo de meipso] Ecce vnū testē [& testimoniū perhibet de me,q̄ misit me pater]Ecce aliū.Sed contra arguit Chrysost. quia non est, quis idoneus testis in propria causa, nec propriè tunc duo testantur, sed vnus.Non ergo Christus efficaciter arguit. Ad hoc ergo respōdet idē Chry. ꝙ Christus p ista nihil aliud facere voluit,q̄ seipsum asserere patri æqualē in perhibendo testimoniū per miracula. Sed ista nō videntur consonare literæ, in qua Saluator videtur velle arguere modo dicto.Ideo alij dicūt,ꝙ Chrs inquantū persona diuina reddebat testimoniū sibi, inquātū homo erat,& sic duæ personæ ibi testificabantur. Sed hoc nihil est, quia non cōstabat Iudæis in diuinis esse duas personas,sed hoc negabant,ideo argumētū erat inefficax.Et præterea illud cui testimoniū perhibeatur,per ly me,quòd pro persona tenetur cū sit pronomē & nō p natura. Ergo eadē erat persona testificās,& cui testimo-

ſtimoniũ reddebat, ergo idem quod prius. Ideo dicendum eſt, ſicut dicit Alchuinus, quòd Chriſtus intendit arguere à minori af firmatiuæ ſic. Si duobus hominibus credit, qui mentiri poſſunt, qua ratione refelli dẽt meum, & patris mei teſtimoniũ quòd irre fragabile eſt. Dato.n. (licet hoc nõ dicat Al chuinus) ꝙ filius taceret, plus valet teſtimo nium Dei patris per ſe ſolum, dùm per mira cula Chriſto fert teſtimonium quàm mille hominum. Vel poſſumus dicere ꝙ teſtimo niũ eius qui in propria cauſa teſtatur, eſt ſu ſpectũ: quia Deus nõ aſſerit talẽ vera teſtifi cari. Vbi vero Deus redderet teſtimoniũ de veritate teſtis tunc in nullo teſtimoniũ eius eſt ſuſpectũ, & ſic eſt in ꝓpoſito. Sed quare Chriſtus non ſumpſit argumentũ à Ioãne. Statim.n. eos conuiciſſet? Ad hoc dico ꝙ fe cit ſic. Primò, quia nolebat de ſua deitate di ſputare, Secundò quia potuiſſet eis teſtimo niũ Ioannis quem hominem credebãt eſſe ſuſpectum, niſi allegaſſet quòd Deus ei teſti monium perhibebat.

In hac parte eſt documentum morale, & nunc multi sũt phariſęi, i. peccatores à Deo diuiſi, quos dominus non iudicat per iuſti tiam, vt ſaluet per miſericordiã, ſed cõtinuè efficiuntur peiores. Eccl. 8. Quia non cito profertur contra malos ſententia abſque vl lo timore, filij hominum perpetrant mala.

QVANTVM ad tertiũ ſequitur interroga tio quam Iudæi fecerunt Chriſto cũ dicitur [Dicebant ergo ei] carnaliter. ſ. Chri ſti patrem accipientes vt dicit Auguſt. [Vbi eſt pater tuus?] hoc aũt ſcdm Augu. dicunt quaſi vellent dicere. Non videmus patrem tuum de te teſtificari, vt dicis: Vbi enim eſt? Sed ſecundum Theo. hoc dicunt imprope rãtes ei ꝙ patrem (tanquã ſpurius) non cogno ſcat, vel tanquã ignobilis ignobile habeat, ſed vt ait, quia id nõ ſciendi, ſed tentãdi ani mo dixerũt. Ad præmiſſam quæſtionẽ Chri ſtus non reſpondet. Vnde ſequitur [Reſpon dit Ieſus [Neque me ſcitis] ſcdm originẽ di uinã licet ſcdm humanitatẽ verum ſit illud Ioan. 6 & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis [neque patrem meũ] quaſi di. ſecũdũ Aug. Qu tritis ſcire patrem meum, quaſi me cognoſcatis, quia effigiem vultus videtis, ſed me neſcitis, & conſequenter patrẽ meum vobis oſtende re nolo. Prius.n. eſt vt me noueritis, & tunc patrem meum ſcietis, quia [ſi me ſciretis] q ſcilicet per omnia ſum ſimilis patri immo qui ſum vnũ cum patre, forſitan & patrem meum ſciretis] Cauſa enim vt ait Chry. ne ſciẽdi patrẽ, eſt ignorãtia filij. Sed dicit for ſitan ſecundũ Aug non dubitationis cauſa, ſed eo modo quo indignatus erat dubitan do profert, ſicut ſi dominus iratus ſeruo di cat. Contemnis me? cõſidera, forſitan domi nus tuus ſum. Sic etiam dominus dubitan do increpat infideles.

Eſt autem ſciendum ꝙ licet Iudæi credẽ rent vnũ Deum, nec tamẽ iuſti, & maiores vt Symeon cõmuniter myſterium Trinita tis ignorabant, quia nondũ erat plenè reue latum. Quidam igitur vt dicit Origenes ex his occaſione ſumentes erroris dixerunt pa trẽ Chriſti non eſſe Deum veteris teſtamẽ ti, quem Iudæi cognouerunt, ſecundum il lud Pſal. Notus in Iudæa Deus.

Sed dicẽdum eſt primò Iudæos, Deũ pa trem Chriſti ignoraſſe, quia ad modũ igno rantiũ ſe habuerunt, inquantũ mãdata eius nõ ſeruarunt. Secundò quia ei ſpiritualiter per amorẽ non adhęſerunt, ſicut cognoſcẽs adheret bono cognito. Tertiò quia licet co gnoſcerent eũ per fidẽ non tamen habebãt de eo plenã ſcientiam ſecundũ illud Ioã. 1. Deũ nemo vidit vnquam, vnigenitus &c. Quartò quia in veteri teſtamento innotuit pater ſub ratione Dei omnipotentis, non tũ ſub ratione patris habentis filiũ eũ ſub ſtantialẽ. Hæ quatuor rationes ſunt S. Tho. in poſtilla, ſed quartam intellige de Iudæis minoribus, vel malis quia myſteriũ Trinita tis ſemper maioribus fuit cognitum, niſi eſ ſent mali neſcientes quæ ſcire tenebantur, vt patet. 2.2.q.2.art.8 [Hæc verba locutus e Ieſus in gazophylatio] ideſt in loco vbi erat gazophylatium, ideſt arca, ſecundùm Mag. hiſto in qua offerebantur, & ſeruabant mu nera pro templi reparatione, à gaza perſicè, latinè diuitię: & phylaxe, quòd eſt ſeruare. Habebat autem vt idem dicit foramen de ſuper per quod dùm clauſa erat pecunia in ferebat. Corbona vero, vel corba erat arca in qua munera reponebantur votiua, ſicut in muſanch regia, vel dierũ ſolẽniũ. Quæli bet tamen harum generali nomine gazo phylacium dicebatur. Hoc autem introdu cit euangeliſta vt ſciamus quòd Chriſtus pu blicè loquebatur [docens in templo] ideſt i atrio templi vbi cõſueuerunt iſti docere, &

ob

ob hoc magis indignabantur[Et nemo ap prehēdit eum]quamuis haberent apprehē dendi volūtatē[quia nondum venerat hora eius].i.in qua pati vellet, secūdum Aug. Non autem eius,i. in qua fato vigente pati cogeretur. Et in hac parte est literale documentum, quantum teneamur Christo, q̄a spontè se pro nobis obtulit. Hiero. ad Oceanū. Christus pro salute nostra dorsum verberibus, sputaminibus faciem, maxillas palmis non confunditur præparare, & nos ꝓ eo ēt leuem confundimur audire cōuiciū. Hæc ille. Est aūt notandum, ꝙ hoc Euāgelium legitur in die Virgini cōsecrata, quia in sensu quasi allegorico ei conueniūt illa verba, ego sum lux mundi &c. Et ꝑ hoc ēt apparet dñia maior inter ipsam, & cęteras mulieres; quæ non sunt castæ, vt ea de qua Sabbato præcedenti dictum est. Q̄ūo aūt sit lux mundi, ostendit Salomon. Can.6. dicens. Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis &c. Nam peccatoribus est aurora fugans peccatorum tenebras, & adducens gratiæ splendorē. Vnde dī mater misericordiæ. Tribulatis aūt est quasi Luna, quæ dñatur super mari.i. amaritatis, & lucem nocte, i. tribulatione, & est pulchra.i. plenè lucens, s. tota nocte, in principio tribulationis dando constantiam, in medio perseuerantiam, & in fine coronam. Et tanto melius cōparitur, quanto & ipsa est passa. Sicut n. secūdùm Aug. Luna obscuratur tripliciter, s. quia est vacua, aut nube tacta, aut eclypsata. Sic beata Virgo triplicem habuit tribulationem singularem. s. quando fugiens in Aegyptum fuit vacua oī consolatione, & quando perdito filio fuit nube doloris occupata, & quando Christo pēdente fuit sanguinolēta. Vnde ēt respectu horū dī mater misericordiæ. Iustis aūt est velut Sol emittens radios gratiarum, & cōsolationum: vnde & mater gratiæ dr̄. Lucet aūt per exemplum suarum virtutū, & beneficiū quem præstat: de quibus Eccle. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. Tētatio aūt est sicut acies armata. Nam eius nominatio est baculus in dorso diaboli. Num 24. Consurget virga de Israel &c. Eius aūt salutatio est tonitruus rotans diabolum. Ps. Vox tonitrui tui in rota. Eius laudatio est pugio trūcans caput Holofernis. Iudith 16. Et ideo ad eā dicimus: Tu nos ab hoste protege.

Dominica de Passione.

Textus Euang. Ioan. c. 8.



DICEBAT Iesus turbis Iudæorum, & principibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico, quare vos non creditis mihi? Qui ē ex Deo, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo nō estis. Responderūt ergo Iudæi, & dixerūt ei. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmoniū habes? Respondit Iesus. Ego dæmoniū nō habeo, sed honorifico patrē meū, & vos inhonorastis me. Ego āt non q̄ro gloriā meam, est qui q̄rat, & iudicet. Amen amen dico vobis, siquis sermonē meū seruauerit, mortē non uidebit in æternū. Dixerunt ergo iudæi. Nūc cognouimus, quia dæmonium habes: Abraā mortuus est, & ꝓphetæ, & tu dicis; siquis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid maior es patre nostro Abraam, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt? Quē teipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quē vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum: Et si dixero quia non scio eū, ero similis vobis mendax. Sed scio eū, & sermonē eius seruo. Abraā pater vester exultauit, vt videret diem meum,

meum, vidit, & gauisus est. Dixerũt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam vidisti? Dixit eis Iesus. Amen amen dico vobis, anteq̃ Abraam fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides Iudæi, vt iacerent in eum. Iesus aũt abscondit se, & exiuit de templo.

DICEBAT Iesus turbis Iudæorũ, & principibus sacerdotũ. Quis ex vobis &c.] Io. 8. In p̄senti euangelio narratur quædã Saluatoris contra Iudæos disputatio, quæ in tria puncta diuiditur: quæ sunt, Increpatio, Exprobatio, & Commendatio.

QVANTVM ad primũ Christus acriter increpauit Iudæos super eo ꝙ eius doctrinæ non credebant, cũ dicit [Quis ex vobis] ò principes, & plebei [arguet me de peccato] i. conuincet, vel verè dicere poterit, tale quid malè egisti. Orig. Habet ẽt hoc verbũ Christi magnam fiduciã, cum nullus hoĩum fiducialiter hoc dicere potuerit, nisi solus Deus noster qui peccatũ non fecit. Hæc ille. Hæc aũt ideo Christus dicit, ne Iudæi possint tergiuersando dicere. Ideo tibi nõ credimus, q̃ aliter doces, atq; aliter viuis. Greg. Pensate mansuetudinẽ Dei. Non dedignaẽ ex rõne ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Hæc ille. Et intendit Gre. ꝙ Christus tantum erat humilis, ꝙ siquid ei voluissent opponere nõ renuisset subire iudicium, & rõnabiliter se purgare [Si veritatẽ] i. verã doctrinam dico vobis, [quare nõ creditis mihi?] Quasi diceret. Ex quo ego iustus appareo, & doctrina mea sãcta, & rõnabilis vera, non est ex parte mea, causa. ꝙ non suscipiatis eam, sed causa est quia [qui ex Deo est] i. qui ex parte Dei, tanq̃ amicus eius per fidem, & gratuitum amorem, qui & charitas est [verba Dei audit] delectabiliter & obedienter. Primò, q̃ a proprium est amicorũ mutuis colloquiis delectari, secũdum Philosophũ in lib. eth. Secũdò quia vt dicit S. Tho. Omne animal diligit sibi simile. Ecce. 13. Sed omnis qui est ex Deo, inquantum huiusmodi habet similitudinem eorum, quæ sunt Dei, & eis inheret, & consequenter verba Dei audit, præcipuè ab his, q̃ ex Deo sunt [Propterea vos nõ audistis, quia ex Deo non estis] quo ad vitia, & si quo ad naturam, vt ait Augu. In hac parte aũt est literale documentum, de quo Greg. ait. Interroget sibi vnusquisq; si verba Dei aure cordis percipit, & intelliget, vnde sit. Nam sunt nonnulli q̃ p̄cepta Dei, nec aure corporis pcipere dignantur. Et sunt nonnulli, qui hæc quidem corporis aure percipiunt, sed nullo ea mẽtis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita ẽt vt in fletibus compungantur, sed post lachrymarũ tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt, quia hoc exercere in opere contemnunt. Hæc ille. Qui secundùm S. Tho. tangit tres differentias malè dispositorum.

Moraliter aũt hic significaẽ, ꝙ inimicis Dei veritas est odiosa. Veritas. n. est sicut lux, q̃ est odiosa oculis lippis. i. superbis q̃ sibi benè non vident, seu cognoscunt. Et sicut odor qui homines recreat, & serpentẽ fugat. i. luxuriosum, qui consueuit stare in fętore. Et sicut sapor panis, qui pœna est insano palato, i. amaro. Prædictis enim est odiosa veritas, de humilitate, puritate, & paupertate.

QVANTVM ad secundum tangitur opprobriũ & cõtumelia, quã Iudæi intulerunt Christo. Chrysosto. Cũ aliquid altũ dñs diceret, hoc apud Iudæos, qui valde insensibiles erant insania videbaẽ, vt ex eorũ responsione colligitur. Nã sequitur. Respõderunt ergo Iudæi, & dixerunt [Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?] Samaritani fuerãt Gẽtiles, qui decem tribus captiuatis à Nabucodonosor missi sunt colere terram eorũ, & simul cum Deo, etiam idola aliquo tempore coluerunt. Isti quãuis libros Moysi recepissent, tñ non receperant prophetas, nec recti erant in fide Iudæorum, & apud eos fuerũt semper viles reputati. & odiosi. Quamuis autẽ certum sit, quòd Iudæi per ista verba Christo inferre voluerint contumeliam, tamen causa quare eum Samaritanum dixerunt diuersimodè assignatur. Nã secundùm Orig. hoc est, quia aliter docet Christus quam ipsi sentirent, sicut & Samaritani futuram vitam, & animæ rationalis immortalitatem negantes. Vel est secũdũ

eundem

eundem, quia credunt eum sentire cum Samaritanis in prædictis erroribus, licet ad eorum placentiam Iudæorũ futurã vitã, & animæ rationalis immortalitatem prædicaret. Vel secundum Theo. est, quia aliquando seruabat legem, aliquãdo soluebat, vt eis videbatur, sicut & Samaritani inperfectè iudaizabãt. Vel fortè hoc est quia eos acriter increpabat, & Hierusalem, ac templi ruinam minabatur; ideoque Samaritanum i. Iudæorũ, & populi Dei inimicũ appellabant. Dæmonium vero illum habere dicebant secundũ Orige. vel quia sermones eius capacitatem eorum transcendebant. Vel secundum eundem: quia ex eo ꝙ soluebat legem, credebãt eum Deo cõtrarium, & miracula facere diabolica virtute. Vel secundum The quia eis cogitationes eorum dicebat.

Est tamen aduertendum, quòd sicut dicit Chry. non legitur superius, quòd eũ Samaritanum dixerint, eùm tamen hic dicãt, se hoc dixisse. Ex quo colligitur, quòd non omnia Christi improperia scripta sunt. Vel ideo dicunt nõne benè dicimus nos &c. qa dé hoc inter se tunc mussitabant. Grego. in hom. Ecce iniuriam suscipiens Deus, nõ cõtumeliosa verba respondet. Sequitur enim [Respõdit Iesus, & dixit. Ego dæmoniũ nõ habeo] Ex quare quid nobis innuitur, nisi vt cos tempore quo a proximis ex falsitate contumeliosa accipimus eorum etiam verba mala taceamus, ne ministerium iustę correctionis vertatur in arma furoris. Hæc ille. Cùm vero duo falsa fuerint ei obiecta, tamẽ vnum negauit, scilicet se habere dæmoniũ, non autem se esse Samaritanum. Et hoc primò; quia manifestũ erat illum esse Iudæũ. Secundò, vt ostenderet quòd Samaritanus non despiciebat, sicut Iudæi. Tertiò, secundum Aug. ne videretur negare se de omnibus habere custodiam, & prouidentiã. Samaritanus. n. interpretatur custos. Quartò secũdum Chry vt doceret nos tacendum esse, quando obijcitur nobis aliquid, quòd famę non derogat, pura paupertas, & quòd possumus negare impositas nobis culpas, quæ famam nostram obnubilant [Sed honorifico patrem meum] quòd scilicet non facerem si dæmoniũ haberem. Honorificauit autẽ patrem, secũdum Theo. in eo quòd nõ tolerauit ꝙ homicidię & mẽdaces se filios Dei appellarent, sed eos dixit diaboli esse filios, & nõ Dei; quia Deus tales filios nõ habet. Vel in eo quòd ĩ omnibus suis operibus gloriã eius quæsiuit. Greg. in hom. Sed quia quisquis Dei zelo vtitur à prauis hominibus dehonestatur. In semetipso dominus patientiæ præbuit exemplum, qui ait [& vos inhonorastis me] Hæc ille. Aug. Quasi dicat. Ego facio quod debeo, vos non facitis quod debetis. Hæc ille.

Sed quia posset aliquis dicere, quare non sumebat de eis vltionem, subditur [Ego nõ quæro gloriã meã] idest meam exaltationẽ nunc. Nam Christus ante passionẽ abiectionem quæsiuit. Amatores gloriæ temporalis iniurias ferre non possunt. Hiero. Qui non quærit gloriam, nõ sentit contumeliã. Hæc ille. Est autem notandum quòd Christus, inquantum Deus, in omnibus suam gloriam quærebat, sicut & suam bonitatem, propter quam communicanda omnia operatur. Non autem inquantum homo quærebat gloriã suam, quam homines quærere consueuerunt, in vestibus, scilicet ĩ honoribus, & huiusmodi. Est etiam notandum, quòd solus Deus potest quærere gloriã suam, & in seipso sine vitio gloriari qa ex se, & in se habet oĩa bona, immo est summum bonum. Creatura autem ex se nõ habet nisi defectum, & omne bonum nostrũ, sicut dicit Aug. aut Deus, aut ex Deo est. Et ideo gloria creaturæ debet esse in Deo, & ñ in se, nisi relatiuè ad Deũ, secundum illud 1. Corin. 9. Qui gloria &c. Licet autem ego gloriam meam non quæro, tamen [est qui quærat] scilicet Deus [& iudicet] inhonorantes me. Sed contra quia vt dicitur Io. 5. Pater non iudicat quẽquam. Respõdet S. Th. quod non iudicat seorsum à filio, sed ambo simul. Vel non iudicat condemnando, quia solus filius in iudicio apparebit in forma visibili. Vel hic sumitur iudicium ꝓ discretione, secundum illud Psal. Iudica me Deus, & discerne &c. quasi dicat. Est pater qui gloriam meam à vestra discernat, quia vestra est secularis, & mea secum Deũ. Hæc ille virtualiter.

In hac parte est documẽtum morale. Iudæi enim tria opera optima diabolo ascribebant, scilicet parcè viuere, quia sicut habetur Lu. 7. ex hoc dicebant dæmonium habere Ioannem, dæmonia eijcere, vt Mat. 12. In Beelzebub eijcit dæmonia. Rectè docere vt hic.

hic. Sic quidam peruersi laici modo detrahunt religiosis, circa obseruationes, circa confessiones & circa prædicationes.

Est & aliud documentum, quia Chrs in pdictis, & sequentibus ostendit nobis quinque remedia cõtra iniurias alienas, quæ ipse erga Iudæos seruauit. Primũ fuit patientiã, quã ostẽdit signo, verbo, vel facto. Secũdum fuit silentiũ quia cũ dixissent, Samaritanus es tu; nõ respondit? non sum, vt negaret eis materiã litigandi, quia dixissent, immo es, qui iuisti Samariam, & cũ eis mãducas, & bibis, & moraris. Tertiũ fuit respõsio pacifica, & mollis. vt cũ pacificè dixit, ego dæmoniũ nõ habeo. Quartum fuit se absentare, sicut absentatur ab igne vas, ne superfluat. Quintum fuit eis reddere bona pro malis, quia acceptis iniurijs respõdebat sancta documenta. Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, &c.

QVANTVM ad tertium tangitur cõmẽdatio, q̃ Chrs de sua doctrina fecit, cum subditur [Amen amen]. i. verè. & geminatur eã maioris certitudinis [dico vobis, si quis sermonẽ meum seruauerit] in corde p fidem, in ore per confessionem, & in opere per sanctam conuersationem [mortem]. s. peccati mortalis [non videbit]. i. non incurret [in æternum] nisi deficiat obseruãtia sermonis mei, vel mortem damnationis [non videbit]. i. non experietur secundũ Augu. quia visus. rõne suæ perfectionis solet pro omni sensu poni. 1. q. 67. 3. contra cap. 5. 3. di. 24. Alii textus habent [non gustabit] & est ferè eadem sententia. Damnati. n. experiuntur, & gustant illam, quia semper actu illam sentiunt, & nunquam deglutitur, i. finitur [in æternum]. i. quæ est æterna. Dicit autem hic S. Tho. q vita æterna est beata visio Dei, secundũ illud Ioann. 17. Hæc est vita &c. cuius visionis verbum Christi est seminarium quoddam, & principium in nobis secundùm illud Mat. 13. Semen est verbum. Sicut ergo, qui plantæ semen. ne corrumpatur obseruat, ad fructus perfectionẽ peruenit, ita qui seruat verbũ Dei. peruenit ad vitã æternam, secundum illud Leui. 18. Quæ faciens homo, viuet in eis [Dixerunt ergo ei Iudæi] intelligẽtes [q de morte corporis loqueretur, secundũ Orig. [Nunc] ex his tuis verbis [cognouimus] certè, sicut ante credebamus [quia dæmoniũ habes] stolida, & insana loqueris. Quis. n. viuit, & non videbit mortẽ. Glosa. Sicut accepta contumelia bonus melior fit, ita mali de beneficio peiores. Hæc illa [Abraã mortuus ẽ, & pphetæ, & tu dicis: siquis sermonem meũ seruauerit, mortẽ non gustabit] Dicit autẽ hic S. Tho. q cum dñs dixisset, nõ videbit, isti retulerunt non gustabit. quæ idem sunt quantum ad illorum intentionẽ, sed non quantũ ad verũ intellectũ. Nã mortẽ videre, est perfecte eam experiri, sed eã gustare, est aliquam eius participationem habere. Sunt aũt aliqui eã non vidẽtes mortaliter peccando, sed tñ eam gustãtes per aliquã leuem terrenorum affectionẽ [in æternũ] quasi dicerent. Isti seruauerunt sermonem Dei, quo nullus est maior, & tamẽ mortui sunt. Nunquid maior es Deo, cuius sermonem seruantes moriuntur? immo non es maior oĩ homine [Nunquid tu maior es patre nostro Abraam, qui mortuus est?] quasi dicerent. Nõ pro certo. Et consequenter si es minor Abraam, mortalis es, & nõ potes immortalitatẽ largiri [Et pphetæ mortui sunt] Sicut aũt dicit Chry. ex verbis dñi poterant sic arguere. Nunquid maior es Deo. vel seruantes sermonem tuũ sunt maiores Abraam, & prophetis. sed noluerunt, volentes inferre q nec ẽt maior erat, q̃ Abraam [Quem teipsum facis?]. i. fingis. Quasi dicant. Videtur q præferas te omni homini, & inaniter velis gloriari. [Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est] Hoc autẽ exponitur primò de Christo inquantum Deus, vt sit sensus. Omnia à patre meo habeo. à meipso autem nihil. Vnde si volo glorificare me per gloriam meam, quam à me habeam, ipsa nihil est, qua sicut deitatẽ, ita & gloriam deitatis accepi à patre. Secundò, de eodẽ inquantũ homo, sic. Si glorifico meipsum, ita q istam gloriam non referam ad gloriam & honorem Dei, sed ad me finaliter, & vltimatè [gloria mea nihil est] corã Deo. quia vana est & falsa. Nulla enim creatura debet in se gloriari, sed in Deo. nihil boni habet à se, sed tm̃ à Deo. Tertiò, de eodem inquantũ homo, sic [Si ego] singulariter, & solus [glorifico meipsum]. i. gloriosum dico [gloria mea nihil est] secũdum existimationem vestram, quia me purũ hominem putatis. Sic enim

enim secūdum Chry. etiā ante dixerat, si testimonium perhibeo de meipso, testimoniū meū non est verum, s. secūdum vestram (ò Iudæi) existimationem [Est pater meus q glorificat me] ideo non solus me glorifico. Glorificauit autem pater filiū, secūdum Alchui. per suam vocem in baptismo, & in transfigura tione quando dixit, Hic est filius meus &c. & tēpore passionis, cùm venit ad eum. Io. 12. & post passionem suscitando eū, & collocando in dextera sua. Possumus autem addere q glorificauit eum, idest gloriosum produxit, inquantum est Deus communicando ei sapientiam, & omnipotētiam suam, qua tot mirabilia fecit, & inquantum est homo in conceptione conferendo tantam gratiā, sapientiam, & gloriam. Arguunt autem Arriani q pater sit maior filio, quia glorificat filium; quibus dicimus q si sua ratio bona est, etiam filius esset maior patre, quia clarificauit patrem super terram, Ioan. 17. Idem enim est secundū Aug. glorificare, & clarificare. Vnde gloria importat quandam claritatem, & dicitur quasi claria, & est secundum Ambrosium clara notitia cum laude. Dicimus ergo, q glorificans alium est eo maior, si non conferat ei eandem gloriam quam habet. Vbi autem glorificans totam suam gloriam communicat glorificato, & non aliam, vt est in proposito ibi nō est maioritas, sed æqualitas. Quantum tamen ad humanitatem, pater filio gloriam aliā dedit à sua, & sic maior est [quem vos dicitis quia Deus vester est, & nō cognouistis eū] Sed contra, quia ex lege habebant eius notitiam. Nam dicitur Deute. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Ad hoc dicitur tripliciter. Primò secundùm Theo. q non cognoscebant Deum sub ratione patris, quia mysterium Trinitatis ignorabāt. Et licet à maioribus semper fuerit mysterium Trinitatis creditum explicitè in lege Moysi, tamen hoc verum est, quando erant iusti, non ignorantes quæ scire tenebantur. Secundò, secundùm eundē, quia non cognoscebāt eū factis, sed negabant, q erant homicidæ & contemptores Dei. Tertiò secūdum Alchuinum dicitur, q nō cognoscebant eū eo modo quo cognoscendus erat, sed quodam modo eum carnaliter, id est tanquam carnalem dominum & cui pro tēporalib. deseruirent [Ego autē noui eū] omnib. modis prædictis. Ego inquā singulariter, & nullus alius intellectus creatus, illū cōprehendit, vt patet per S.Tho. 1. q. 14 [& si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax] Quasi dicat. Ista dico non ad iactantiā, sed vt veritatem loquar [Sed scio eum] naturaliter, cùm mea scientia sit ab illo mihi naturaliter per generationem cōicata in ea perfectione, in qua illam ipse habet, & hoc inquantū Deus; inquantū vero homo, scio eū notitia beatifica, sed non cōprehensione q a anima mea finitæ est capacitatis & Deus ē infinitum obiectū. Vide S.Tho. 3. par. q. 9. & 10 & 11. & 12 [& sermonem eius seruo] ita q facto non nego illum, nec sum in doctrina mea mendax. quòd vero dixerant, nū quid tu maior es &c. iō subdit secūdum Chry. [Abrahā pater vester exultauit] id est cum læta fiducia optauit [vt videret diem meū] ideo minor me est, à quo suam perfectionē expectat [vidit, & gauisus est] propter beneficium scilicet quod à me, vt à maiore habet, sicut dicit Chrys. Iste aūt dies multipliciter à multis sumitur, & assignatur. Quidā dicunt primò q est æternitatis, qui secundū Aug. nescit occasum quem vidit Abraam per fidem. Sed hoc non videtur benè dictū, q a quando exultauit, hoc est optauit vt videret iam istum diem, isto modo videbat, cum iam haberet fidē de Christo, cuius diē optabat. Pōt aūt dici, q hunc diem vidit quando Deum vidit corporali visione, cū ipsa æternitas, & consequenter dies æternitatis sit ipse Deus. Vn̄ dicit. Greg. in hom. Tūc Abraā diē dn̄i vidit, cū in figuræ summæ Trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Hæc ille. Sicut aūt vult Aug. lib. de Trini. tunc vidit tres personas diuinas, in quas ducebant angeli ibidē apparentes, in persona earū. Secūdo dicit Aug q est dies incarnationis, quā futura fide cognouit, Deo dicente. Ex te nascetur in quo oēs gentes benedicentur Hūc diem credo Abraā vidisse, dum esset in limbo, vel Dei reuelatione, vel Ioānis testimonio. Tertiò, dicit Chrys. q est dies passionis quem (vt idem dicit) Abraam non viderat adhuc in se, sed in sua figura, qū voluit immolare Isaac, & de quo die gauisus est, cùm à sanguine passionis agni salus mundi penderet. Possumus etiam dicere q dies Christi est ipsa visio, qua videtur Christus, sicut dē Luc. 7. Venient dies quando desideretis

vnum

vnum diē filij hominis, i. videre eum, & habere vnā diē. Vidit ergo talem diem Abraā si vidit Christū, quòd potuit esse multis modis. Sicut enim Moyses illū vidit in trāsfiguratione, potuit aliàs & ipse Abraā illū vidisse, & ante īcarnationē, & post [Dixerūt ergo Iudæi ad eū] considerantes secundū Greg. in eo ętatē corporis & non æternitatē deitatis [Quinquaginta annos nondū habes, & Abraā vidisti?] quasi dicerent. Insanis. Sed quare non dicunt Abraā vidit te, sicut videbatur exigere sermo Christi. Dicitur quòd hoc faciunt vt ostendant Abraam Christo maiorē. Sed cùm dominus esset 33. annorū vel circa, quare non dixerunt quadraginta annos sicut quinquaginta, cū intenderent dominū ostendere modici esse temporis respectu dierū Abrahæ Ad hoc dicitur secundū Theo. Primò, ꝙ sic dixerunt quia sic occurrit eis. Secundò, secundū alios vt idem recitat propter reuerētiā anni Iubilei, qui est quinquagesimus. Tertiò, secundū Chrys. dicitur ꝙ dominus Iesus propter delicatam naturæ cōplexionem, propter laborum multitudinem, propter illius terræ caliditatē, propter multam paupertatē cōsumptus, & attenuatus videbatē maioris ætatis, quā esset [Dixit illi Iesus. Amen amen dico vobis, antequā Abraā fieret, ego sum] secundum Grego. non dicit fui, quia æternitas non habet præteritum, neque futurū, sed indiuisibilis est, & tota simul duratio, & coexistit omnibus temporibus, vt patet per San. Tho. 1. q. 10. Sed quare non dixit eram quòd significat præteritū, & præsens simul. Ex quo enim æternitas coexistit omnibus tēporibus, quanto aliquod verbum dicit plura tēpora videtur magis conuenire æterno. Ad hoc dico quòd totum quòd dicit ly ante, cum ly sum, quia ly ante præteritū, & ly sum præsens indicat. Sed contra quia frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora. Ad hoc dico ꝙ verū est, si æque benè fiat, ꝙ non est hic, quia dicendo, ante ego sum, ostendit sicut dicit, se esse illū, qui dixit ego sum qui sum, quod non æque benè fecisset dicendo, ego eram.

Per hoc autē quod dicit sum, conuincitē Arrius, qui filium negauit coæternū patri, tanquam puram creaturā quæ initium essendi habuerit, & Ebion, ac Cherintus, qui dicunt eum ex Virgine habuisse principiū essendi. Et Nestorius qui dixit aliam esse ꝑsonam filij Dei, & filij Virginis. Nam filius Virginis est q̄ ista dicit, & huic nō cōpetit ante Abraam esse, inquantum natus de virgine, sed inquantum Deus est [Tulerunt ergo lapides Iudæi vt iacerent in eum] tanq̄ in hominem blasphemum, qui se Deo ęquaret [Iesus autem] nolens exercere potentiā, sed patientiam demonstrare, secundum Augustinum. & nolens tali tempore vel morte occumbere, secundū S. Th. & volens fidelibus exemplum præbere persecutores declinandi quandoque, secundum eundē [abscōdit se] idest inuisibilem secundum S. Tho. diuinitus se eis reddidit [& exiuit de templo] & in ipso exitu illuminauit cœcum à natiuitate, vt aliàs dictū est.

In hac aūt parte est morale documētū, de quo Greg. ait. Imitatione Dei gloriosius est iniuriam patiendo fugere, quā respondendo superare. Hęc ille. Est & aliud. Nā hodie sunt multi quatuor modis Christū occidere tentantes, sicut olim Iudæi. Nā qui nouiter conuersos ad Christū scandalizant, Xp̄m paruulū in eorū cordibus cū Hærode q̄runt occidere. Sed hæretici negantes eius deitatē, ipsum volūt præcipitare cū Nazarenis, & ei frāgere caput Chri, Deus. 1. Corin. 2. Qui vero malis cogitationibus occupantur, eū lapidare quærūt cū Iudæis, hoc Bed. Quot malas cogitationes quasi assumit, quasi tot lapides ī Xp̄m mittit. Quū vero ad vomitū redeūt, quantū in se est, illū crucifigunt. Hebr. 6. Rursus crucifigentes &c.

Feria 2. post Dominicam de Passione.

Textus euang. Ioan. c. 7.



MISERVNT principes, & pharisęi ministros vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus adhuc modicū tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui me misit, quæretis me, & nō inuenietis, &

vbi

vbi sū ego, vos non potestis venire. Dixerūt ergo Iudæi ad semetipsos. Quò hic iturus est, quia nō inuenie mus eum? Nunquid in dispersionē gentium iturus est, & docturus gen tes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & nō inuenietis, & vbi sum ego, vos nō potestis venire? In nouissimo autē die magno festiuita tis stabat Iesus, & clamabat dicēs. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptu ra, flumina de vētre eius fluēt aquæ viuæ. Hoc aūt dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eum.

MISERVNT principes, & pharisæi ministros &c. Ioā. 8.] In præsenti Euāgelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Missio, Stupefatio, & Exhortatio.

QVANTVM ad primū tangitur quō mi serunt principes, vt comprehēderetur dūs. Est autem sciendū, scd'm Mag. hist. ꝙ ea, quæ in præsenti Euangelio narrātur contigerunt inter Dominicam palmarū, & diem passionis Christi, vt patet ex ordine narrationis eius. Contra, quia ista fuerunt facta in festo Scenophegiæ. i. tabernaculorum, vt videtur dicere Ioannes. Ad hoc dicitur, quod omnia quæ narrantur in cap. 7. à beato Io. contigerunt scd'm aliquos in die scenophegiæ, de quo in principio eius fit mentio. Nam videtur etiam innuere, ꝙ in sero illius festi perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venerit in templū crastina die, & tunc absoluerit adulteram, de qua dicunt aliqui ꝙ in diebus passionis fuit absoluta. Vnde beatus Io. scd'm eos dicit aliqua anticipatiuè. Sed quicquid sit de hoc, certum est ꝙ aliquando [Miserūt principes]. i. iudices ordinarii, de quibus habes Feria 4. post 3. Dominic. Quadragesimæ. Vel principes sacerdotū. i. vigintiquatuor summi sacerdotes. Vnde infra ibimet vocantur Pontifices, vbi dr. Venerūt ergo ministri ad Pontifices, & pharisæos. Vel principes. i. magnates, seu optimates ciuitatis. Vel principes i. omnes prædicti simul. Igitur miserunt dicti principes [& pharisæi]. i. quidam religiosi valde boni apparenter, & valdè mali latenter [ministros] quia scd'm Chry. ipsi ꝓꝑ periculum accedere non audebant [vt apprehenderent Iesum] Causam vero missionis assignat beatus Ioānes paulo ante, quia. s. de turba multi crediderant in eum, & dicebant; Christus cùm venerit nunquid plura signa faciet, quam hic facit? Audierunt ergo pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt ipsi & principes, ministros prædictos. Quia vero non poterant apprehendere nolentē missi sunt audire docentem. Hæc ille. Sequitur enim [Dixit ergo Iesus. Adhuc modicum tēpus vobiscum sum] Chry. Ac si diceret, quid festinatis me interficere, parum expectare tēpus. Hæc ille. Augu. Quòd ergo modo vultis facere, facturi estis, sed non modò. Implere enim debeo, dispensationem meam, & sic prævenire ad passionem. Hæc ille. Est notandum, ꝙ cū Iudæi voluerunt apprehēdere Christum in persona sua, vt hominē, ostendit magnam potentiam Et qñ in sermone suo, vt Mat. 22. ostendit magnam sapientiam di. Reddite quæ sunt Cæsaris &c. Et quando in opere suo Mar. 3. ostendit magnam eorum cæcitatem, di. Licet sabbato benefacere, an non? Et sanauit statim infirmū. Et quando in iudicio suo, vt Io. 8. præsentata adultera ostendit simul misericordiā, & iustitiam dicēs. Qui primus &c. Et deinde nec te condemnabo; vade, & amplius noli peccare. Ostendit autem hic magnā potentiam, quia solo suo sermone ita efficaciter tetigit armatos se capere volentes, vt omnino immutaret, vnde regressi ad mittentes dixerunt. Nunquàm sic locutus est homo. Voluit autem Christus iuxta S. Tho. exiguo, & breui tēpore prædicare Primò, ad ostensionē suæ virtutis, quæ breui tempore totum mundū innouauit. Secundò, vt auditores sui, discipulos faceret, quasi breui tempore secū corporaliter illū essent habituri. Tertiò, ad eorundē spiritualem profectū. Quia enim Christi humanitas est via tendendi in Deū, ne discipulorū corda ad Christū carnaliter affecta, in eo vt in homine quiescerent, sed tenderet in Deū, sicut in terminū, ideo humanitatem cito subtraxit. Sed quia non coactè, sed spōtè moriebatur, sequitur [Et vado ad eum, qui

qui misit me] mediãte morte quam mihi inferetis, per hæc autẽ verba sicut dicit Chrys. amicos suos auidiores facit ad audiendum, tanquam exiguo tẽpore essent audituri quẽ auidè audiebant, ꝙ inimicos etiam, vt idem dicit, terruit, quia vt dicit Theo. videbatur eis minari, ꝙ Deo ad quem ibat de eis querelam faceret, & vltra hoc secundum Chrysosto. prędixit eis, ꝙ eo adhuc indigerẽt, di. [Quæretis, & non me inuenietis] Chrysost. Sed vbi quæsierunt eum Iudæi. Dicit Luc. quoniam plangebant mulieres super eum. Probabile autẽ est, & multos alios hoc passos esse, & præcipuè cùm ciuitas caperetur, eos meminisse Christi, & miraculorũ eius, & præsentiam eius quærere. Hæc ille. A passione enim Christi, vsque ad destructionem illius populi per Vespasianum, & Titum nõ fuerunt nisi 42. anni, vnde supererant multi habẽtes de Christo memoriam, & cogitantes propter mortẽ Iesu desolatam ciuitatẽ Hierusalem, & sic quæsierunt eius præsentiã corporalẽ, i. desiderauerunt, vel saltem eius adiutorium, & non inuenerunt. Aug. aũt dicit, ꝙ quæsierunt eum post resurrectionẽ cõpuncti, vnde dicebãt. Quid faciemus? Viderunt. n. Christũ suo scelere morientẽ, & crediderunt in Christũ suis sceleribus ignoscentẽ, quousque bibetunt sanguinẽ quem fude runt de sua salute desperauerunt. Hæc ille. Et tunc oportet dicere, ꝙ inuenerunt quidẽ eũ per gratiã, sed non per corporalẽ pſentiã quã quærebant, i. desiderabãt, sicut dicit Mag hist. [Et vbi ego sum, vos nõ potestis venire] Sed quare nõ dixit quo vado, nõ potestis venire, quod videbatur cõuenientius dici? Ad hoc dicit Aug. ꝙ Xp̃s sic ad nos venit missus per incarnationem, & humanitatem, ꝙ tamen patrem non reliquit secundũ deitatẽ. Similiter & sic ibat ad patrẽ & secũdũ humanitatẽ, ꝙ apud eũ erat per deitatẽ. Ibi ergo erat quo ibat, licet diuersimodè, idõ dixit, vbi sum. Vel secũdũ Chry. sic dicit, qa ipse ibat vltimate per mortẽ ad vitam etiã corporalẽ gloriosiorẽ. Iam ergo habebat illud ad quod per mortem ibat, licet non ita perfectè. Dicit autem secundùm Aug. non potestis, non autem non poteritis, vt intelligatur, quod tales quales erant in præsenti, ad Deum ire nequibant, cùm essent iniusti. Vel secundum mentem Chry. quia licet possent mori, nõ tamen resurgere. Vnde ait. Si Christus in morte maneret, possent ad illũ ire. Illuc enim omnes ibimus. Hæc ille.

In hac parte est morale documentum, vt qui tempus habet non perdat illud, expectãdo aliud, quia interdum quæritur dominũ, & non inuenitur, quia, s. ipse nõ quæritur pfectè, vt maxime accidit sero penitentibus Deo permittẽte. Multi. n. quærũt Christum, sed non inueniũt, quia nõ debito modo, & tempore quærunt. Aliqui enim quærunt eũ vbi non est, de quibus potest intelligi illud Iob 38. Non inuenitur in terra suauiter viuẽtiũ, quo ad delicio sos. Abyssus dicit, non est in me, quo ad auaros, & mare loquitur, nõ est mecũ, quo ad tumidos, & supeibos. Aliqui aũt inueniũt, sed quibus Luc. 5. Inuenietis infantẽ (quo ad humiles) pannis inuolutum, quo ad pauperes, positum in pręsepio, quo ad duiẽ corpus suum macerantes. Et in istis quærere debemus illũ dum possumus, iuxta illud Esa. 55. Quærite dominum dùm inueniri potest.

QVANTVM ad secundum tangitur admiratio, seu stupefactio Iudæorũ. In his enim verbis Christi, & in sequentibus tã tũ fuerunt omnes stupefacti, ꝙ ministri sine eo reuersi sunt. Et vt dicit B. Ioannes, quærentibus pontificibus, & Pharisæis cur eum nõ duxissent, dixerũt. Nũquã sic locutus est homo sicut hic loqrur. Dicitur ergo [Dixerũt ergo Iudæi ad semetipsos] sermonem. s. Dei admirantes, & intelligẽtes, & nõ credẽtes illũ esse verum. Chry. Iam. n. iram submiserant, & his quæ dicta erãt crediderant. Nequaquã. n. nisi credidissent quæsissent à seipsis, quis est hic sermo? Hæc ille [Quò hic iturus est, q̃a nõ inueniemus eũ] s. intra se arguebant, ꝙ vellet Iudæã deserere, & ire pdicatũ Gẽtilibus. Vñ subdi. [Nunqd in dispersionẽ Gentiũ] i. ad Gẽtiles dispersos p oẽbẽ [iturus, & docturus gentes] Sicut aũt dicit Chry. Iudæi in vnum collecti Regnũ, opprobriosè Gẽtiles dispersos dicebãt, sed opprobrium postmodũ ipsi sustinuerũt ipsis vbique dispersis, & omnibus filijs Dei ex gentibus collectis ad ecclesiæ, & fidei vnitatem. [Quis est] idest q̃d significat [hic sermo quẽ dixit, quæretis me, & non inuenietis. & vbi sum ego, vos nõ potestis venire] quasi dicerẽt. Hoc nullo mõ possumus intelligere. Licet. n. illa verba, quæretis me, & nõ inuenietis, illũ sensum pténderent, vt Gentiles Xp̃s aduet,

adiret, tamen hunc intellectũ excludebant q̃ sequũtur, & vbi ego sum &c. In hac parte est documẽtũ literale, ꝙ Deo valde sumus obligati, quia nos ex prędicto opprobrio liberauit, vocãdo ab idolatria. Quòd Dauid præuidens in spiritu, ait. Laudate i. laudabitis dominũ omnes gentes. laudate eum omnes populi. Quoniã confirmata est sup nos misericordia &c. Prophetæ enim sæpissimè de futuris loquuntur per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ.

QVANTVM ad tertium tangitur inuitatio, quam Christus fecit ad sequẽdũ se, cũ dicitur [In nouissimo aũt die magno festiuitatis] Vbi aduertendũ est, ꝙ qui dicũt ista contigisse in diebus passionis quæ dicta sunt habent dicere, ꝙ hic non loquitur euãgelista de solennitate scenophegiæ, sed de alia, quam fingere nõ est facile. Et ideo melius est vt dicatur, ꝙ prędicta nõ fuerunt anticipatiuè dicta, quicquid sit de historia adulteræ mulieris. Loquitur ergo Ioãnes de festiuitate scenophegiæ, i. tabernaculorũ, quæ 7. diebus agebatur, sed prima, & vltima erãt celeberrimæ, & in die octaua erat festũ cetus vel collectæ, ꝙ erat solennissimũ [In nouissimo ergo die], i. septimo vel octauo [magno]. i. celebri [stabat Iesus]. s. sup pedes, vt ab omnibus videretur. Dicit aũt S. Tho. ꝙ Christus discipulos suos docuit sedens. Math. 5. sed turbas docuit stans, vt hic. Et ideo, inquit inoleuit cõsuetudo, vt turbis stando prædicetur, & clero sedẽdo, quia prædicatio ad turbas est p modũ exhortationis ad eas conuertẽdas, sed ad clerũ est, vt ad iam existẽtes in domo dñi, p modũ cõmemorationis [Et clamabat] quia multa astabat turba secundũ Chry. Theo. Clamabat simul, vt audibilis fieret, atque vt cõfidentiã largiretur, & q̃a neminẽ formidabat. Hæc ille. Sed quare ista nõ clamauit ante finem solẽnitatis? Respondet Chryso. quia in fine erant dispositiores ad verbum Dei suscipiendũ, medios enim dies magis ad voluptatẽ cõsumebãt, & de conceptu verbum per vanitates sequẽtiũ dierum de cordibus aboleretur, vt dicit S. Tho. [dicens. Si quis sitit] spiritualiter secundũ Chry i. si quis desiderat salutẽ, & doctrinam salubrẽ [veniat ad me, & bibat] q̃a vti unq; exhibeo credẽtibus in me, & nõ solũ ad sufficiẽtiã, sed ẽt ad redũdãtiã ad alios. Vnde sequitur [Qui credit in me sicut dicit scriptura]. i. eo mõ quo scriptura docet, vt in me credatur, s. tanquã in Christũ, & naturalẽ filiũ Dei. Est autẽ hic punctuandũ secũdũ Chry. quia si volumus punctuare ibi, qui credit in me, erit falsum. Nusquã enim inuenies in scriptura id q̃d sequitur [flumina de ventre eius fluent] ad alios, s. per redundantiã, quia credẽs in Christũ, & lumine fidei illuminat ꝓximũ, quo ad intellectũ docẽdo, & ardore charitatis inflammat quo ad effectũ exhortãdo [aquæ viuę] i. sapientiæ diuinæ, & diuini amoris. Vtrũq;. n. horũ dicitur aqua, quia mitigat ardorẽ vanitatũ, & dicitur viua, q̃a cõiungit suo principio, i. Deo, licet diuersimodè. Dicitur. n. aqua viua, quę cõtinuatur cũ suo fonte, & principio à quo fluit. Greg. Cũ à mẽte fideliũ sanctæ p̃dicationes defluũt, quasi de vẽtre credẽtiũ aquæ viuæ flumina decurrũt. Hæc ille. Secundùm Hie. aũt in ꝓlo. sup Ge. possumus pũctuare aliter, & dicere. ꝙ istud sumptũ est de ꝓuerbijs 5. c. vbi dr̃. Deriuẽtur fontes tui foras. Exponit aũt Euangelista scd̃m Aug. ad quẽ potũ inuitauerit Xp̃s cũ subditur [Hoc aũt dixit de spiritu]. s. sancto [quẽ recepturi erãt credẽtes in eũ] in tanta. s. copia, vt inde deriuare in alios possit, nõ per modũ riuuli vel vnius tm̃ fluminis, sed multorũ. Licet. n. añ fuerit Spiritus sanctus datus multis, non tñ eo mõ quo datus est apostolis post Christi ascẽsionẽ, vt Aug. dicit. Nã tũc & copiosior, & visibiliter datus est. Vide de hoc S. Tho. 1. dis. 15. & 16. Dicit aũt idẽ Hie. sic. Qui aquã corporalẽ bibit nec fluuiũ habet in se, nec fontem vnde flumina ꝓcedũnt, quia particulam aquæ gustat. Sed qui bibit credendo in Christum, hauriet fontem aquæ, & in ventre, idest conscientia eius fit fons, secundũ illud Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo &c. Hic autẽ fons est Spiritus sanctus, de quo in Psal. Apud te est fons vitæ. Si quis ergo sic biberit, vt sibi soli sufficiat, de ventre eius flumina, idest dona Spiritus sancti non fluunt, sed fluunt de vẽtre eius, q̃ festinãt recepta dona cõmunicare proximis. Vnde 1. Pet. c. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum &c. Dicuntur autem hæc dona, flumina. Primò, propter abundãtiam Spiritus sancti promissam fidelibus. Psalm. Flumen Dei repletum est aquis, & secundò propter eorum impetum. Esa. 26. Qui egredientur impetu à Iacob; & tertiò


pro-

propter diuisionem. 1. Corin. 12. Alij gratia linguarum &c. Hæc ille.

In hac parte est documentum morale, ꝙ qui bibunt aquam Spiritussancti, continuè aliquid boni operantur, & ociositas est sicci tatis indicium. Chrysost. Viuentem aquam Christus dicit, agentem semper. Spiritus enim gratia cum in mētem intrauerit, & firmata fuerit, oī fonte magis manat, & nec deficit, nec euacuatur, neque stat. Videt, quis vtique hoc, ad sapientiam Stephani, ad Petri linguam, ad Pauli fluxum inspiciens. Nihil enim eos detinebat, sed sicut flumina multo impetu delata, omnia secum trahentes abibant. Hæc ille. Est etiam aliud, vt.s. quisque audiat vocem Christi inuitantis ad potum gratię suę, vt colligitur ex scripturis: ille potus, & gustus est tātæ virtutis, ꝙ extinguit omnem sitim mundanā. Nā extinxit in Magdalena sitim luxuriæ, in Matthæo auaritiæ, in Paulo superbiæ, & iracundiæ, in Ioanne, & Iacobo amorē terrenum, & domesticū, & propriū q̄ a relinquerunt rhetia, & patrem, & seipsos, sequendo scilicet Christū, & nō suas voluntates. Est etiā tātæ suauitatis ꝙ omnia tormēta vertit in dulcedinē. Nam propter hoc lapides fuerunt dulces Stephano, crux Andreæ, ignis Laurentio, apostolis verbera, & contumeliæ. Act. 4. Ibant &c. Est etiam tantæ dulcedinis, ꝙ animū à terrenis ad cęlestia trahit. In cuius signum Petrus in mōte Thabor gustata vna gutta, statim quasi ebrius nesciens quid diceret, voluit in æternum esse in illo monte, dicens. Domine bonum est &c.

Feria 3. post Dom. de passione.

Textus euang. Ioan. cap. 7.



MBVLABAT Iesus in Galilęam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quęrebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum schenophegia. Dixerunt aūt ad eū fratres eius. Trāsi hinc, & vade in Iudęā, vt & discipuli tui videant opera tua quę facis. Nemo quippe in occulto aliqd facit, & quærit ipse in palā esse. Si hæc facis, manifesta teipsū mundo. neque enim fratres eius credebāt in eū. Dicit ergo eis Iesus. Tēpus meum nondum aduenit, tp̄s autē vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia ego testimoniū perhibeo de illo, q̄a opera eius mala sunt. Vos ascēdite ad diem festum hūc, ego autem non ascendam ad diē festū istū, quia tempus meum nondū impletū est. Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascēderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festū non manifestè, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eū in die festo, & dicebant. Vbi est ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidā enim dicebāt, quia bonus est: alij autē dicebāt nō, sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.

AMBVLABAT Iesus in Galilæam &c.] Io. 7. in præsenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Inuitatio, Excusatio, & Occultatio.

QVANTVM ad primum tangitur quomodo fratres Christi illū inuitauerunt ad festum. Dicitur ergo [Ambulabat Iesus in Galilæam] idest per Galilæam, quam prædicando peragrabat [Non enim volebat in Iudæam ambulare] Est autem Iudæa, vt dicit Beda regio Palestinæ, sicut & Galilæa, dicta à tribu Iuda, quamuis etiam terram includeret Beniamin. Galilæa vero secundum eundem dicta est, quia lacteū, id est candidum populum gignat. Gala enim græcè, latinè lac dicitur. Vnde, & galatia dicitur circulus lacteus in cœlo, qui vulgo dicitus via sancti Iacobi [quia quærebāt eum

Iudæi interficere] quia soluebat Sabbatum, & patrē suum dicebat Deū, vt patet Ioā.5.
Sed quare fugit psecutores suos, cūm securus potuisset eē inter eos si voluisset? Ad hoc dicitur q id fecit. Primò, secundum August. ne sanctis, qui tempore psecutionum se absconsuri erant, pro culpa obijceretur latibulum. Secundò secundum Chry. vt se hominem ostenderet latitando, & Deum secure se præsentando. Si autem continuè inter persecutores maneret illęsus sic fuisset diuinitas credita, q humanitas decredita fuisset. Et ideo fugiens, vt homo affirmat suam humanitatem. Et ideo Chry. habet aliam litteram, s. [Nō enim habeat potestatem si vellet in Iudæam ambulare] qđ secundum modum humanum dicitur; sicut si dicatur, q aliquis non pōt aliquo ire si vellet p p insidias. Tertiò scđm Theo. quia nondum tps passionis erat, & vanum putabat permanēdo inter inimicos, eos magis inflammādo. [Erat autē in pximo dies festus Iudæorum scenophegia]. i. festum tabernaculorū. Est autē schenophegia græcū scđm S. Th. a sce nos q est umbraculum, & phagin, q est comedere, quia septē diebus comedebatur in vmbraculis, in memoriā beneficiorū q̄ dominus Israeli contulit in deserto [Dixerunt autē ad eum fratres eius] Isti nō fuerunt filij Mariæ, vel Ioseph ex alia vxore, vt habes Feria quarta post tertiam Dominicā aduētus, neque etiam fuerunt cognati sui cōsanguinei Christi ad apostolatum vocati: quia apostoli credebant in eū, isti vero nō, vt hic dicit Chrys. tñ dicit inter istos fuisse Iacobum & Iudā, sed Sanctus Tho. & alij sancti exponūt de remotis cognatis, q discipuli nō erāt Christi. Erāt ergo de eius cognatione, & tamen nō erant discipuli. Consueuit autē scriptura cognatos, fratres appellare [trāsi hinc & vade in Iudæam]. i. Hierusalem metropolim Iudeæ. Hortātur autē eū ad hoc. Primò scđm Bedā ex inani gloria, qa volebāt eum & seipsos per eum in vrbe regia magnificari. Secūdò, scđm Chry. ex incredulitate. & utraque causa innuit in textu cū subditur. [Vt & discipuli tui] non ipsi duodecim, sed alii quorum multi erāt in Iudæa scđm Bedā [videāt opera tua] id est miracula quæ facis, vt si fuerint uera approbētur, & inde gloriam cōsequaris [Nemo quippe in occulto aliqd facit, & quærit ipse in palā]. i. in publico [esse] Et in hoc scđm Chry. notāt ipsum Christū inanē gloriā ex miraculis q̄rere, & tñ timidum esse. & ēt scđm Aug. notāt se eandē appetere [si hæc facis] uere [manifesta teipsum mundo]. i. fac ea coram principibus, & principalibus populi in Hierusalem vbi possint discuti, & non facias in angulis. Et in hoc notatur eorum incredulitas. Vñ subdit [Neque enim fratres eius credebāt in eum] Aug. Iesum enim cōsanguineum potuerūt habere, credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Hæc ille.

In hac parte est litterale documētum, q Euāgelistæ plena, & sincera ueritate Christi facta narrauerunt. Chry. Dignum est autem mirari Euāgelistarum morē veritatis amicum qualiter nō uerecundantur dicere ea q̄ magistro uidentur ferre iniuriā, sed hæc maxime studuerunt enuneiare. Non paruā habet detractionē, q fratres ei nō credebant. Et vt quidē initium uerborum quasi amicorum esse, multę autem amaritudinis erāt q̄ dicebāt: quia & de formidine, & de amore gloriæ eum norant. Hæc ille.

Allegoricè autē quia Galilea interpretatur transmigratio siue uolubilis, significat præsentem uitam, in qua Christus multo tēpore cum discipulis ambulauit nolens in Iudæam, i. in terrā cōfitētium siue laudes exoluentiū domino ambulare, i. ad patriā, deinde uero ascendit in Iudæam interueniente morte, & in baculo crucis trāsiuit Iordanē. Et deinde apparuit discipulis in Galilæa, i. in hoc mundo, sed præcedēs eos, i. immortalis existēs cum oī potestate in cęlo, & in terra.

QVANTVM ad scđm tangitur excusatio quā fecit Christus cum d: [Dicit ergo Iesus] Chry. Christus mansuete eis respōdit, docens nos nō indigne ferre si aliqui ēt uiles nobis consilientur. Hæc ille [Tempus meum nōdum aduenit]. i. tempus meæ exaltationis, & gloriæ secundum Bedā, & Aug. [tps autē uestrum] qui gloriam mūdanam quæritis [semper est paratum] quia Iudæi magis uacabant conuiuijs, & uanæ lætitiæ circa festi principium q̄ circa finem, secundūm Theo. Vel aliter scđm Chry. Quia. n. isti forte uolebant eum tradere Iudæis dixit tempus meum, i. tempus crucis, & mortis nondum aduenit, tpus autē uestrum semp est paratum ut possitis ascēdere, quia Iudæi non occident uos. Vel aliter dici potest.

Tempus

Tempus meũ, i. tempus pro me opportunũ, vt ascẽdam ad festum, nondum aduenit, q a in principio festi Iudæi obseruabant si ascẽderet [nõ autem postquam viderũt eũ non ascendisse.] Et ideo melius potuit occultus incedere. Vtrique autẽ vltimarũ expositionum consonant sequentia. Nam sequitur [Non potest mundus] .i. homines mundani pũta Iudæi [odisse vos] quia estis eiusdẽ voluntatis cũ eo: ideo potestis ascendere quando vultis. Dicit autẽ S. Tho. ꝙ vnus mundanus in particulari odisse potest alium mundanum, inquantum impedit eũ in his q̃ vellet habere. Sed nullus inquãtum mundanus oditur à mũdo [Me autẽ odit] quia nõ Sab. batũ soluo, vt dicit Chry. sed [quia ego testimoniũ perhibeo] publicè [de illo, q a opera eius mala sunt] Vnde, & secundũ Theo. hic se purgat de formidine. Qñ enim formidolosus auderet rectores totius Iudaicæ gẽtis, tã patenter, & tam acriter & cum tanta authoritate reprehendere. Purgat et se de gloriæ vanę cupiditate cum illos sine se mittit ad festũ, di. [Vos ascẽdite ad diẽ festũ hũc] quasi diceret. Si me gloria inanis vexaret, vos mecũ ꝓ meo honore retinerẽ. Sed ego hac passione non moueor. uos aũt, q a hac laboratis, ascẽdite ad diẽ festũ hunc, in quo extendere vultis carnalia gaudia [Ego autẽ non ascendam ad diem festum hunc]

Contra, quia postea ascendit. Ad hoc dicit Chryso. quòd dixit se nolle ascendere; scilicet cum eis. Vel non ascendam moriturus secundum Chrys. Vel non ascendam eo modo quo vultis, i. gloriã mundanã quæsiturus secundum Aug. Vel dicitur, ꝙ dixit se non iturum ad diem primum festi, quod septem diebus durauit, & ad illum etiam non ascendit, sed postea circa medium festi quãdo incępit tempus habile esse doctrinę secũdum S. Thom. Vnde sequitur [quia tempus meũ [id est mihi congruum propter doctrinã Vel tempus mortis secundũ Chry. vel tẽpus gloriæ meæ sc̃d m Aug. nondũ aduenit.

In hac parte est documentum litterale, ꝙ mali homines odio habẽt corrigẽtes se. Vnde dicitur Prouer. 9. Qui arguit impium sibi maculam generat, quia. s. detrahit corrigenti. Est & aliud, quia cùm Christus habuerit tria tẽpora, omnia tribuit Deo. Nam tẽpus præteritũ natiuitatis fuit ad gloriam Dei, & pacẽ mundi, idest hominum bonę volũtatis qui erãt in mundo. Præsens autẽ, i. suæ vitæ fuit totũ ad nostrã vtilitatẽ, sed futuru, i. tẽpus mortis fuit ad nostram salutem impensum. Multi autem sunt qui dederunt diabolo præteritum, & dant præsens per vanitates, & Deo spondent futurum. Sed sicut dicit Augu. Qui promisit veniam pœnitenti, non spopondit diem crastinam differenti.

QVANTVM ad tertium tangitur occultatio Christi in suo ascensu ad diem festũ, cùm dixit [Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa] donec fratres eius ascenderent [vt aũt ascederunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum] Augu. ascendit autẽ non gloriari temporaliter, sed aliquid docere salubriter, i. de festo æterno admonere Hæc ille. Nõ manifestè sed quasi in occulto. Et hoc. Primò, secundũ Theo vt vitaret iram feruentium Iudæorum. Secundò sc̃d m Chry. vt eius humanitas certior fieret, & vt erudiret nos, qui persecutores tenere, aut terrere non possumus, quid in persecutionibus facere debeamus Vnde nõ di ascẽdisse in occulto, sed quasi, vt ostẽdatur hoc dispẽsatiuè propter nos esse factum. Tertiò secundum Alchuinum, vt humanũ fauorem declinaret, dum solus sine stipãtibus turbis ascendit. Quartò, secundum Augu. vt dum latet in festo tabernaculorum, se ostendat latere in vmbraculis, i. figuris veteris legis. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, quidam vt audirent illũ, quidam vero vt occiderent, & dicebant. Vbi est ille? secundũ autem, ꝙ dicit Chry. ex multo odio quidã nolunt eum nominare, sed dicunt, vbi est ille? Alij vero non nominabant eum, quia erat famosus, nõ aũt ex odio moti [Et murmur multus] in genere masculino, vt posuit Hiero. teste S. Thom. quia sic habebat antiqua grammatica, vel vt ostendat diuinam scripturam non subesse regulis Prisciani, vt idẽ dicit secũdũ modernos, tamen neutri generis est. [erat de illo] in populo propter contrarietatem opinionum. [Quidam enim dicebant quia bonus est. Alij autem non, sed seducit turbas]. Sumitur autem murmur pro musitatione, vt sit idem de aliquo esse murmur, quòd de eo multa priuata dici à multis. Vide autem de murmure quædã in dominica tertia post festum Trinitatis. Nemo tamen palam loquebatur de illo, in laudem eius secundum Aug. [propter metũ Iu-

dæorum] id est eorũ, qui erant de tribu Iuda, qui principabantur in populo, secundũ Chrys. Qui vero dicebant, ꝙ seducebat turbas, clare resonabant secũdum Aug. Et isti vt dicit S. Tho. erant principes. Hæc enim (inquit) datur intelligi in hoc, quòd dicunt seducere illum turbas.

Est aũt in hac parte morale documẽtũ, de quo ait Augu. quicunque emicuerit in aliqua gratia, alii dicunt, bonus est, alij nõ, sed seducit turbas. Quòd autem dictum est de Deo, valet ad consolationem de quocũque hoc dictum fuerit Christiano. Et quidem si seducere decipere est, nec Christus seductor, nec quisquam seductor debet esse Christianus. Si autem seducere est aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere, quærendum est vnde, & quò. Si à bono ad malum, malus seductor est: si à malo ad bonũ, bonus. Et vt sic omnes seductores, & vocemur, & simus. Hæc ille.

Est & aliud. Nã colligitur, ꝙ est quoddã festum non celebrandum, s. mundanorum, qui tempus expẽdunt in peccatis. quòd facere non debemus. Primò, quia tota hæc vita est vigilia respectu futuri festi. Vnde hic facientes festum, faciunt vigiliam in futuro. Secundò, quia ista vita est tempus exilii, & tempus laboris. Gal. 6. Dum tempus habemus &c. Et est secundũ festũ celebrandum occultè, in quo scilicet est gaudendũ de statu animæ habentis gratiam Dei corpore, sed non est faciendum publicè, sed cum maxima cautela propter periculũ cadendi, & incertitudinem prædestinationis, & admixtionem multiplicis doloris. Est & tertium celebrandum, scilicet quo congaudemus animabus iã securis, quod semel in anno rationabiliter celebratur. Primò, vt ex hoc sanctos imitemur. Et secundò, vt simus participes meritorũ, & præcum eorũ, sed tamen etiam istud non debet celebrari pompaticè, sed in cordis deuotione. Illud vero, quòd erit in patria post resurrectionem esit iuge, & continuum cum maximo amore, & tripudio.

Feria 4. post Dominicam de Passione.

Textus euang. Ioan. c. 10.

FACTA sunt Encẽnia in Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo, in porticu Salomonis. Circũdederunt ergo eũ Iudæi, & dicebant ei, quousq; aĩam nostrã tollis? Si tu es Christus dic nobis palã. Respondit eis Iesus, loquor vobis, & non creditis. Opera quę ego facio in noĩe patris mei, hæc testimoniũ perhibent de me. Sed vos non creditis, qa non estis ex ouibus meis. Oues meę vocẽ meã audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitã ęternã do eis, & non peribunt in ęternũ, & nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi maius oibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego, & pater vnũ sumus. Sustulerunt lapides Iudęi, vt lapidarent eũ. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis, ex patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis. Responderũt ei Iudęi. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cũ sis, facis teipsum Deum. Respondit eis Iesus. Nonne scriptũ est in lege vestra, quia ego dixi: Dij estis? Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, & non põt solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundũ: vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi filius Dei sum, si non facio opera patris mei, nolite crede-

re

re mihi. Si autē facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis: quia in me est pater, & ego in patre.

FACTA sunt Encęnia in Hierosolymis &c.] Io. 10. In præsenti Euangelio tangūtur tria puncta quæ sunt, Interrogatio, Responsio, Malignatio.

QVANTVM ad primum tangitur interrogatio, q̄ Christo Iudæi malitiosē fecerunt. Est autem sciendum, ꝙ encenia idē est, quod innouationes, & initiationes, ab en, ꝙ est in, & cenos, vel cenon, nouū, secundū Aug. Est aūt innouatio, vel initiatio, qn̄ res nouiter suo vsui applicatur. Vnde induens nouam vestem nouiter, dr̄ enceniare vestem. Ista ergo encenia de quibus est sermo, erat festum dedicationis templi, quia templum quando dedicatur, suo vsui applicatur. Dicitur ergo [Facta sunt] circa mensem Decembris [Encenia] .i. festum dedicationis templi, ꝙ tamen dicitur pluraliter Encenia, quia plurib. diebus illa solemnitas agebatur [in Hierosolymis] .i. in Hierusalem [& hyems erat] Additur autē hoc de tempore huius solemnitatis. Primò secundum Greg. vt inesse malitiæ frigus Iudæorum cordibus indicaretur. Secundò, secūdum Theo. ad ostendendum ꝙ Christus esset passione propinquus, quia vt ait, in vere sequenti passus est. Tertiò scd̄m Alchui. & Bed. vt intelligatur istā esse dedicationē tēpli quam Iudas Machabæus fecit. Triplex enim fuit in Hierusalem templi dedicatio, vt isti dicunt, & Mag. histo. & S. Tho. & omnes. Prima facta est sub Salomone 10. Decembris: de qua habetur. 3. Reg. 8. & vsque ad subuersionem templi singulis annis eadem die festa duo celebrabantur, dedicationis scilicet, & expiationis: de qua habet Leui. 23. Secunda vero sub Zorobabel, Iudæis à captiuitate Babyloniæ reuersis, & reædificato templo, de qua habetur. 1. Esd. 6. Et hęc facta est in vere. 12. die Martij. Tertia autem sub Iuda Machabeo, Samonej, seu Malathiæ filio: Antiochus enim Epiphanes polluit templum sordibus idolorū, & vtensilia eius prophanault, sed Iudas mundauit templum, & vtensilia restituit in locis suis. Et hæc fuit quædā templi dedicatio facta 25. die mensis Decembris, de qua habetur. 1. Macha. 4. Est tamē sciendū, ꝙ scd̄m Chry. ista dedicatio non est tertia, sed secunda. Et tunc oportet dicere. ꝙ erat hyems, eo modo quo mediū potest dici extremū. Erat enim tempus mediū inter hyemem, & ver, circa scilicet finē vnius, & principium alterius, ideoq; poterat dici tēpus veris, & tempus hyemis. Quamuis etiam dici possit, ꝙ hyems dicitur omne tempus frigidum, & humidum, etiā si fit in vere, vel autumno [Et ambulabat Iesus in tēplo] id est in atrio templi, secundum Alchuin. & Mag. histo. & intellige in atrio secundo, in quo Iudaicus populus mundus orabat; nō autem in primo, quod etiam Gentilib. patebat. De quibus atrijs habes Domin. 1. in Quadragesi. [in porticu Salomonis] id est in quo completo erexit columnā æream, supra quā dominū in die dedicationis eius flexis genibus adorauit, secundum Alchui. & Mag. hist. cū tamen Iudæi soleant orare stantes, & in qua etiam post semper consueuerat orare. Et licet illud templum totum fuerit destructum, vt habetur in fine, quarti Reg. & in fine Hiere. tamen aliud simile fuit reparatum, ideoque & atrium, & porticus idem nomen retinuit [Circundederunt ergo eū Iudæi] quasi cōprimentes eū, & terrere volentes [& dixerunt ei] volentes non addiscere, sed capere, & decipere, secundum August. [quousq; animā nostram tollis?] id est suspensos detines, & in ambiguo, secundum Alchuin. non declarando nobis aperrè quis sis. Et hoc secundū S. Tho. adulatoriè dicunt, ostendentes se desiderare, ꝙ ab eo audiant veritatē. Mentiuntur tamen secundū Chry. quia ipse semper palam loquebatur, & in locis, & in temporibus solēnibus. Chry. Et aduerte peruersitatem illorū. Nam cum per sermonem erudit, dicunt ei, quod signum facis: cum autem per opera demonstrat, dicunt ei [si tu es Christus dic nobis palam] quasi semper ad contrarium stantes. Hæc ille. Secundum autem ꝙ dicit Aug. Christū purum hominem credebant, diuinitatem eius in prophetis intelligere non valentes, & ideo vt dicit Alchui. & etiā Aug. si se Christū professus fuisset, statim quasi contra Cæsarem, sibi Iudæorū regnum vsurpare vellet, præsidi eū occidendum præsentassent. In hac parte est mo-

tale documentum de quo Theo.ait.Satagas tu quoq; dũ hyems imminet,i.vita præsens turbinibus iniquitatis cõcussa,spũales encenias tui tẽpli celebrare,sem p renouãdo teipsum,& ascensiones in corde tuo disponens, tũc Iesus erit præsto tibi in porticu Salomonis, pacificũ statũ tibi tribuẽs sub regimine proprio. In regno autẽ futuro nemo renouationis solemnia perficere poterit. Hæc ille.

QVANTVM ad scd̃m tangitur Christi responsio,de qua dicit Alchui. Dñs ad tẽ ita tẽperauit rñsionẽ,vt & calumniatorũ ora concluderet,& q̃a Christus est fidelibus panderet,& de homine quærẽtibus diuinitãtis mysteria narrat.Hæc ille.Vnde sequit[respõdit eis Iesus.Loquor vobis,& nõ credi tis] q.d.Quare petitis , vt dicã vobis si sum Christus ? Nõ.n.crederetis mihi si dicerem vobis veritatem, sicut neq; creditis mihi in alijs q̃ doceo.Si.n.nõ creditis mihi testãtib. operibus, vt dicit Chrysost.qũo solo verbo credetis? Nã opera.i.miracula quæ ego facio in nomine patris mei].i.ad gloriã patris mei,scd̃m S.Th.vel in nomine.i.virtute patris mei,i.Dei,vel Dei patris,nã Christus, vt homo operabat in virtute Dei, vt Deus vero in virtute Dei patris,i.qua Deus pater ei cõmũnicauit illam[testimoniũ perhibẽt de me]quã sc ad veritatẽ doctrinæ & sanctitatẽ vitæ. Licet.n.mali possint miracula facere in testimoniũ veritatis, tñ si falsa pdicarẽt nunquã possent miracula facere, quia.s. Deus à quo principaliter sunt miracula,nõ põt reddere testimoniũ falsum.Christus aũt faciebat miracula : ergo pdicabat veritatẽ. Et quia sine peccato Deum se dicebat, sequtur,q ita esset,et si nõ fecisset miracula im petãdo sed orando. Sed nõ obstãtibus tot, & talib. miraculis[& vos nõ creditis,q̃a nõ estis ex ouibus meis].i.quia non estis de numero prædestinatorũ scd̃m Aug.Sed cõtra, primò.Nã si propter ea credidimus quia sumus pdestinati.i.à Deo æternaliter dilecti, & electi ad credendũ,& ad felicitatẽ nullus credere potest,nisi Deus hoc dederit,& cõsequẽter isidelitas nõ erit peccatũ. Ad hoc S.Th.sic dicit. Infidelitas est peccatũ,q̃a in infidelibus est causa quare non datur eis credere,i peccatum originale vel actuale. Exẽplum.Videre nõ possum nisi me sol illuminauerit,si tamen oculos clauderem non videre,nõ ex parte solis,sed ex parte mea qui causam huic præbeo , oculos claudens. Et quia hæc causa in omnibus est,quicũq, deserunt,iusto Dei iudicio deseruntur,& q̃cũque eliguntur Dei miseratione eliguntur. Hæc ille. Qũo tamen infidelitas sit peccatũ cõtrariè. & nõ purè negatiuè, vt in his qui de Christo nihil audierũt. vide 2.2.q.10.ar. 1.vbi tenet,q infideles negatiuè nõ damnãtur, propter infidelitatẽ, sed propter alia peccata,quæ sine fide nõ remittũtur.Secũdò, q̃a videretur eos inducere ad desperationẽ. Ad hoc dicitur dupliciter.Primò, q tũm Christus videret eos nõ esse prædestinatos , & in præsenti malos,propter vtrunque dixit prædicta , sed alterum tantum voluit ab eis intelligi,s.q erant mali,non autẽ q erant præsciti à nobis autem voluit: intelligi vtrũq;. Alio modo dicitur secundum S. Thom. q Dominus loquebatur multitudini, in qua erant aliqui conuertendi, aliqui in sua perfidia relinquendi. Ex his ergo verbis omnes timere debuerunt, nullus vero desperare. Et etiam dato,quòd singulari personæ fuisset locutus,dicens, tu es præscitus , adhuc non debuisset desperare, quia talia verba cõditionate debuissent intelligi,s.si non pœniteret.Hæc autem patent ex S. Thom.1. dis. 48. Primæ autem expositioni videtur congruere,quod sequitur[Oues meæ vocẽ meã audiunt]idest præceptis meis ex animo siue latenter obediunt, secundum Alchui. Augu. Non recusatur labor si aderit amor, quia qui amat nõ laborat . Omnis labor nõ amantibus grauis est. Hæc ille . Ex hoc autẽ patet,q oues de quibus Christus Iudæos volebat intelligere nõ sunt solum prædestinati, quia tales aliquando in mortali peccato sunt,neque audiũt vocẽ Domini,vt Paulus quando ecclesiam Dei insequebatur,nisi dicatur audiunt secundum prædestinationem,i.audient[& ego cognosco eas]nõ solum notitia simpliciter qua etiam lupos cognosco , sed notitia approbationis , & electionis ad vitam æternam[& sequũtur me] Alchui. Oues Christi, Christum sequuntur, hic mansuetudinis,& innocentiæ viam incredendo,& post ad gaudia vitæ æternæ intrando , vnde sequitur [Et ego vitam æternam do eis] Est autem notandum, quòd sicut dicit Sanct.Thom.1.par.q.18. & est sententia sumpta ab Arist.in lib.de anima. Vita dupliciter sumitur . Vno modo pro ipsa

essentia

essentia, vel natura, seu substantia rei viuentis; sicut humanitas dicitur vita. Alio modo pro operatione rei viuētis, sicut sentire, & intelligere. Primò ergo modo tā beati, quàm damnati, siue homines, siue angeli habituri sunt æternam vitam, quia vtrique erunt incorruptibiles. Secundò vero modo damnati homines non habebunt fortè vitā æternā, quia nullam fortè habebunt operationē ꝑpetuā. Angeli mali ēt habebunt æternā vitā aliquo modo, q̄a habēt aliquā operationem perpetuā. semper. n. se intelligunt secūdum Thelogos. Sed tamen propriè illa operatio nō dicitur vita æterna. quia vita sonat in bonū: cognitio autem eorum est eis ad malū. & pœnā [& non peribunt in æternū] & subaudiendū est secundū Aug. vos autem peribitis in æternū q̄ nō estis ex ouibus q̄ me sequuntur. Sed cōtra, quia Iudas perijt. Ad hoc dicit Thom. ꝙ dominus loquit de perseuerantibus, & volentibus pastorē seq̄. Nihil. n. pōt eās auertere à pastore nisi eis volentibus. Aug. vero videtur velle ꝙ dominus loquatur de prædestinatis, vnde ait. De illis ouibus de quibus dicit, nouit dominus q̄ sunt eius, nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit, securus est de numero earū. qui pro eis nouit q̄ dedit. Hæc ille. Sed cōtra Augu. arguitur, quia ꝑdestinati aliq̄n mortaliter peccant, vt Petrus negando Christum, ergo & rapiuntur. contra illud quod subditur, & nō rapiet eas quisquā de manu mea] Ad hoc dico ꝙ non rapiuntur nisi ad tēpus. Vel dico ꝙ neque vi, neque astutia rapi possunt, nisi ipsis volentibus, & Christo ꝑmittēte. sicut neque ēt nō ꝑdestinati. Licet aūt nō perire in æternū sit prædestinatis ꝓpriū, tñ non rapi est omnibus cōe, q̄a Christus vult omnes saluari, si velint, quia omnipotens est. Quòd probat consequenter, di. [Pater quod dedit mihi maius omnib. est] idest fortius diabolo, & omni creatura. Dedit. n. secundū August. pater filio deitatē, & consequenter suā potentiā & suā sciam, & oēm suā perfectionē, vnde est patri æqualis. Est itaq̄ maius oibus, vt dicit S. Tho. Primò natura Io. 5. Sicut pater habet vitā in semet ipso &c. Secūdò potestate. Io. 6. Potestatem dedit ei iudiciū facere &c. Tertiò reuerentia & honore. Phil. 2. Dedit illi nomen &c. Maius est ergo oibus qđ dedit mihi pater, vt. s. sim verbū eius, vnigenitus eius, splendor lucis eius. Hæc ille. Ex hoc autē vult Christus probare ꝙ nemo pōt oues suas rapere. Probat aūt idē adhuc alia rōne sic [Et nemo potest rapere de manu patris mei] Manus aūt Dei secūdm Aug. tribus modis sumitur. Vno mō pro Dei potestate, sicut pōt poni exemplū de eo qđ dicit, de Aegypto suū populū in manu valida eduxisse. Alio modo ꝓ Dei verbo, quo Deus operatur sicut artifex ꝑ artē suam. Solent. n. vt ait, hoies dicere manus suas ēt alios homines, ꝑ quos faciūt qđ volunt. Tertiò ipsum Dei opus sicut dicit (ut ait) quis cognoscere manū suā, cū scripturā suam cognoscit. Hic aūt vt dicit primo modo sumitur. Et ex hoc vult filius inferre ꝙ ēt de manu sua nullus rapere potest, cū sit eadē vtriusque manus, vel potentia. Vnde subditur [Ego & pater vnū sumus]. s. in virtute & potētia, q̄a de hoc est sermo secūdm Chry.

Est autem sciendum, ꝙ Arrius dixit filiū esse patre minorem, & ab eo in essentia diuersum, & in ꝑsona. Sabellius vero tenuit aliud extremū dicens, ꝙ neque in natura, vel essentia, neque in persona distinguūtur. Veritas ē in medio, quia sunt vnū in essentia, & distinguuntur in personis. Vnde vtrunq; errorem Christus in his verbis destruxit. Nā sicut dicit S. Tho. 1. di. 9. & 3. di 6. neutrū genus ad naturam. masculinum vero ad ꝑsonam pertinet. Cùm ergo dixit Saluator, vnū in genere neutro, significat vnitatē naturæ: cùm vero dicit, sumus, in masculino, & in plurali significat vnitatem personarum. August. Vtrunque audi, & vnū, & sumus, & à Carybdi, & à Scylla liberaberis. Quòd dixit, vnum, liberat te ab Arrio. Quòd dixit sumus, liberat te à Sabellio. Si vnum, non ergo diuersum: si sumus, ergo pater, & filius. Hæc ille. Sicut autem dicit Hila. 8. de Trini. ad hoc dicunt sectatores Arrij, ꝙ pater & filius sunt vnum voluntate, quia scilicet idē volunt, nō autem natura deitatis quasi vterque sit Deus. Vnde Deus, & creatura etiam aliquo modo vnum dicuntur.

Sed contra hoc arguitur, quia Christus non probasset secundū hoc, quòd nemo de manu sua potest oues rapere, amplius quā possit quis rapere de manu Moysi, vel alterius. Et præterea San Tho. ad idem arguit sic. Quæcūque sunt vnum simpliciter, idest sine additione sunt vnum secundū substantiā, quia, cū vnū dicatur sicut & ens; sicut ni

hil

hil dr ens simpliciter, nisi scd'm substātiā, vel naturā, ita neq; dicitur simpliciter vnū. Sed hic pater, & filius dicuntur vnū simpliciter, igitur sunt vnum scd'm substantiā. Vnde nunq̃ inuenitur, ꝙ Deus, & creatura s. pura dicantur vnū, nisi cum additione, secūdum illud 1.Cor.7. Qui adheret Deo vnus spiritus est. Et ideo Iudęi melius Christi doctrinam intelligentes in hac parte, q̃ miseri Arriani, intellexerunt ꝙ se Deū fatebat, quia hoc ipsa Christi verba sonabāt. Hoc.n. Iudæorum lapides testantur, qui iō voluerunt eum lapidare, quia intellexerūt in his verbis, ꝙ se Deum adstruebat. In hac parte est documentū literale, ꝙ non oportet diabolum timere, quia talē habemus tutorē, ꝙ capi non possumus nisi volentes. Greg. Debilis est hostis, qui non pōt vincere nisi volentē Hæc ille. Est & aliud. Nā vt ex verbis Christi, patet aliquæ sunt oues nō suæ, sed diaboli, quę.s. sunt lupi sub veste ouina. Cognoscit aūt scd'm Chry lupus sic contectus. Primò, si mordet dentibus.i. detrahit. Secundò si non clamat versūs terrā, sed vlular versus cœlū, vt hyi oritæ se extollētes, & viros cœlestes per infamiā deprimētes. Tertiò si non pascuntur herbis cœlestiū cōsolationum, sed carnibus voluptatū. Sunt aūt & quædam oues Christi, quæ cognoscū tur. Primò ex operibus bonis. Iuxta illud; Opera quæ ego &c. Secundò si vocē pastoris audiunt, quæ est quadruplex, vt colligit ex scripturis; scilicet Exterior exhortatio. Interior inspiratio. Beneficiorū elargitio, & Corporalis flagellatio. Tertiò si cognoscuntur à Christo pastore. ꝙ facit per imaginem suam, quām eis impressit, & per arma virtutum quibus eas ornauit, & per doctrinam charitatis, qua eas instruxit. Si aūt istis careant non cognoscuntur ab eo. Et quartò si pastorem sequuntur per viā virtutum. Hæc quatuor signa ouiū Christi ponū tur in hoc Euangelio, vt patet intuenti.

QVANTVM ad tertium tangitur Iudæorū malignatio. Pro qua aduertendū est, ꝙ Leui.24. mādatur, vt blasphemus lapidetur. Est aūt blasphemia, si ꝙ est Dei, creaturæ attribuatur, vel econuerso. Quia ergo intellexerunt, ꝙ Christus se Deum dicebat, tanquam blasphemum voluerunt eum occidere. ideo dicitur [Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum] Sed quæ malignitas erat ista, si credebant se obedire Deo? Dico ꝙ erat maxima malignitas, q; a ista sua ignorantia, ꝙ scilicet nescirēt Christū esse Deū, erat quodammodo affectata, vt dicit S Tho 3.q.47. & ex inuidia, & odio procedebat. Miracula.n. sua tū clamabant Deum, sed isti viri flagitiosi passionē sectātes, eis nolebant attendere [Respondit eis Iesus] non timens lapides, sed volens eorū furorem rationabiliter mitigare. Per hæc tñ quæ sequuntur, vt dicit Chrys. non vult verba sua, quasi malè dicta excusare, aut reuocare: sed affirmare, & ostendere, ꝙ malè de eo sentiebant [Multa bona opera osten di vobis,] secūdū Alchui. sanādo infirmos, & docendo indoctos [ex patre meo] Potest aūt ly ex, dicere habitudinem causę finalis, & est sensus secundū Alchui. ꝙ in omnib. suis operibus gloriam Dei quæsiuit, & ꝑ ipsam, opera bona fecit, sicut si dicamus ex diuina bonitate procedere omnia bona, i. propter Dei bonitatem, sicut ꝑ causam finalem. Vel habitudinem causæ, seu principii efficientis, & est sensus, ꝙ à patre accepit virtutem suam, qua miracula facit, & docet [Propter quod eorum opus me lapidatis] quasi diceret. Opera mea merentur, ꝙ à vobis debeam amari, non lapidari, & si aliquid feci reprehensione dignum, dicatis quid est illud opus, ꝑ quod me vultis lapidare [Responderunt ei Iudæi] Credo nisi Christus eos inuisibiliter cohibuisset, ꝙ nō verbis, sed lapidibus ei respondissent ꝑ nimiam inuidiæ, & furoris rabiem, maximè quia existimabant se iustam causam habere mortis eius, quam tantum appetebant [de bono opere non lapidamus te] secūdū ꝙ dicit Alchuin. Christi beneficia negare non poterant, vnde ea quamuis inuiti confitentur [sed de blasphemia &] pro, i. [quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum] scilicet dicendo vnum sumus. Aug. Ecce Iudæi intellexerunt, quod Arriani nō intelligūt. Hæc ille. Dicunt autem secundū San. Tho. contradictoria, s. bona illum opera facere, & vsurpare sibi diuinos honores. Nō enim posset miracula facere, si Deum blasphemaret, falsa prædicando, quia Deus nō approbat falsitatē [Respondit eis Iesus: Nonne scriptū est in lege vestra]. i. in Psal. Sicut enim dicit Chry. & San. Tho. scriptura veteris testamenti aliquando in legem, propho

tas

tas,& Psalmos diuiditur. Iuxta illud. Luc. vl timo. Oportet impleri, quæ scripta sunt in lege,& prophetis,& psalmis de me. Sed ali quando diuiditur in legem, & prophetas, ita psalmi sub prophetis includuntur. secundũ illud Matth. 22. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet,& prophetæ. Aliquando oẽs illæ partes, seu tota scriptura veteris testamenti noĩe legis significatur, vt hic [Ego dixi Dij estis] Dicitur aut Deus tripliciter. s. per naturam,& sic caret plurali: Deus. n. est vnus, vt habetur Deu. 7. Per nuncupationem,& sic Idola dicuntur Dii. Et per participationem,& sic dicuntur Dii, qui à Deo habent sanctitatem, vel authoritatem, vel aliud diuinum donum. Et sic dicitur Exo. 22. Diis non detrahes. Et sic etiã in psalmo de iudicibus, & prophetis dicit. Ego dixi Dii estis. Ex his arguit Christus secundũ Chrys. Potest autem rõ Christi dupliciter formari. Vno modo: vt velit se tan quam naturaliter Deum præferre Diis participatiuè dictis, sic, illud à quo aliqua participatiuè talia dicuntur, est per essentiam tale, id est ipsa sua essentia est talis, vel ex ipsa sua essentia habet sit tale, & non ab aliquo extrinseco. Sic enim videmus omnia lucida, sunt lucida propter solẽ, & omnia calida calore igneo sunt calida propter ignem. Sed prophetæ dicti sunt tales, id est Dii participatione diuini verbi. Ergo diuinum verbum essentialiter Deus, & consequenter si se Deum facit, non blasphemat, & tunc sic legitur [Si illos dixit] scriptura scilicet, seu lex [Deos ad quos sermo] seu verbum [Dei factus est] id est reuelatus [& non potest solui scriptura] id est nõ potest falsitatis argui, vel blasphemiæ [quẽ pater sanctificauit] id est sanctum genuit æternaliter, secundum Aug. Vel sanctũ fecit secundum humanitatem, secundũ Theo. & hoc ex nõ sancto negatiuè, & non cõtrariè, vel priuatiuè; Christus enim nũquam fuit peccator, neque etiam aliquando fuit potens habere gratiam Dei,& nõ habens inquantum homo. quia primo instanti suæ cõceptionis fuit sanctus,& beatus. Vide de hoc S. Tho 3. par. q. 34. [& misit in mũdum] tanquam Saluatorem, secũdum Theo. [vos dicitis quia blasphemas] tu, scilicet quem pater sanctificauit [quia dixi filius Dei sum] quasi diceret: Ista est magna stoliditas. Sed quia potuissent dicere, qũo probas te esse Dei filium, ideo probat hoc consequenter, per ea quæ subduntur,& postea exponentẽ. Alio modo potest formari rõ taliter, vt in ea Christus non se asserat Deum per naturam, sed per participationem, sed tñ excellenter inter omnes prophetas: facta vero rõne probat se Deum per naturã. Formatur ergo sic. Si absq; peccato blasphemiæ, prophetæ potuerunt dici Dii secundũ scripturam, multo magis ille, quem pater, id est Deus sanctificauit spiritualiter, & excellenter, tanquam scilicet Christum, quẽ Saluatorem misit in mundum potest sic dici. Constabat autem Iudæis,& ipsi credebant, dominus Iesus erat Christus, licet purũ hominẽ crederent, vt multipliciter ex Euãgeliis patere potest. Sed contra, quia secundum hoc videbitur, Christus possit dici Dei filius per adoptionem si se dicit Deũ participatiuè, repugnat S. Tho. 3. par. q. 23. Ad hoc autem dico, Christus dicere potuit se Deũ participatiuè, secundum opinionem Iudæorum, qui eum Christũ esse credebant. Vel dico cũ formatur rõ secũdo modo, non sic est intelligendum quasi Christus voluerit se dicere Deũ participatiuè. Sed se habere, id vnde aliqui dicti sunt Dii participatiuè, i. gratia Dei. Modo stat, haberet illud tale,& tamen ab eo nõ deberet denominari talis, sed ab excellentiori forma, i. Deitate. Quam quia Iudæi in eo negabant, non tamẽ propter hoc habebãt sufficientem causam currendi ad lapides, quia poterant credere, se Deum diceret participatiuè per gratiam Dei; non est lapidatione dignũ, quamuis se taliter Deũ non diceret, sed intendebat dicere, vel sic poterat dici Deus, si non excellentiori modo. vt illi credebant. Sed vnde habuerunt Iudæi, Christus filius Dei esset? Respondet S. Thom dominus hoc dixit virtualiter, licet non expressè quia dixit. Ego & pater, vnum sumus,& quod dedit mihi pater &c. Accipere enim naturam ab aliquo, & esse vnum in natura cum eo, rationem filiationis habet. Hæc ille.

Sed contra quia secũdum hoc Spiritussanctus esset filius. Dico, loquitur de acceptione per generationem, quomodo solũ Iudæi credebant alicuius naturam alteri communicari, cũ nihil scirent per modũ

amoris in identitate naturæ procedere, ꝙ est Spiritussancti. Sed iterum contra, quia secundum hoc ignis genitus esset filius. Dico ꝙ S. Tho. loquitur de acceptione naturæ à viuēte, cuiusmodi est Deus pater. Igitur nō primò, sed secundo modo videtur formanda ratio secūdum Chrys. dicentē. Interim quidem vt susciperetur sermo, humilis locutus est. Postea autem ad maius eos reduxit, ostēdens ꝙ in nullo minor est patre, cùm subditur [Si nō facio opera patris mei, nolite credere] Hæc ille. Opera autem patris Christus appellat ea, quæ nullus facere potest, nisi pater, vel aliquis patri æqualis [Si autē facio] propria authoritate alia, quæ sunt solius Dei [si mihi] id est propter me, seu propter verba mea [non vultis credere] me esse Deū [operibus credite] quæ apertè meam diuinitatem loquuntur, quia nullum est euidentius indicium de rei natura quàm propria eius operatio. secūdum S. Th. [vt cognoscatis] [&] pro ideo [credatis quia pater in me est, & ego in patre] Hila. Hoc est, Dei filius sum: hoc est, ego, & pater vnum sumus.

Est autem sciendum ꝙ filius est in patre ratione suæ essentiæ, quia scilicet essentia q̄ est filius, est in patre cùm sit eadem, similiter ratione relationis, quia vnum relatiuè oppositorum est in alio secundum intellectum. Et similiter secūdum originem, quia ille origo est manens in dicente & econuerso pater est in filio ratione essentiæ, & relationis eadē ratione, & ratione etiam originis, quia in verbo quod dicitur est omne quod verbo dicitur. Eadem autem est ratio de Spiritusancto Vide de his S. Tho. 1. par. qō. 42. Et concordat S. Tho. cum Hilario & Augu. & Amb. qui tenent patrem esse in filio, & econuerso, eo ꝙ vnusquisque horum est sua essentia & eadē ē vtriusq; & in vtroq;. Est ergo pater in filio per essentiæ identitatē, & per æqualitatem ex consequenti: homo vero in Deo per gratiæ similitudinē, & consequenter aliter, & aliter. Et de hoc est documentum morale: de quo ait Aug. Non enim sic filius dicit, in me est pater, & ego ī illo, quomodo possunt dicere homines. Si enim benè cogitamus, & benè viuimus; in Deo sumus, & Deus in nobis est, quasi participātes eius gratiam, & illuminati ab ipso. Vnigenitus autē filius in patre est, & pater in illo tanquam æqualis. Hæc ille.

Feria 5 post Dominicam de passione:

Textus Euang. Luc. ca. 7.

ROGABAT Iesum quidā pharisæus vt mā ducaret cum illo, & ingressus domū pharisæi discubuit. Et ecce mulier q̄ erat ī ciuitate peccatrix, vt cognouit, ꝙ Iesus accubuisset ī domo pharisæi, attulit alabastrum vnguēti, & stans retrò secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguēto vngebat. Videns aūt pharisæus qui vocauerat eū, ait intra se, dicēs. Hic si esset propheta, sciret vtique quæ, & qualis est mulier q̄ tangit eum, quia peccatrix est. Et respōdens Iesus, dixit ad illū. Simon habeo tibi aliqd dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erāt cuidā fœneratori. Vnus debebat denarios q̄ngētos, & alios quinquaginta. Nō habentibus illis, vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eū plus diligit? Respondēs Simon dixit. Existimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei. Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierē, dixit Simoni. Vides hāc mulierē? Intraui in domū tuā aquā pedibus meis non dedisti, hæc autē lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui tersit. Osculū mihi non dedisti, hæc aūt ex quo intrauit n̄ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos, ꝓpter qd dico tibi remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Cui

autem

autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic, qui etiã peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit, Vade in pace.

ROGABAT Iesum quidam pharisæus &c.] Luc. 7. Circa conuersionem Magdalenæ quæ in præsenti Euangelio recitat, tanguntur tria puncta quæ sunt, Compunctio, Excusatio, & Absolutio.

QVANTVM ad primum sciendum est, ꝙ sicut dicit Magister histor. ea quæ hic narrantur secundũ aliquos contigerãt in Nazareth, secundũ alios vero in Bethania, sed tamen vt idem dicit & locus & tẽpus horũ ignoratur. Veruntamen existimo, ꝙ quia dicitur infra. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, cùm nulla ciuitas exprimatur, hoc de Hierusalẽ ciuitate regali debere intelligi. Si tamen ista contigerunt in Bethania, possunt dici contigisse ĩ Hierusalẽ, quia cùm Bethania minus; quã per duo milliaria distaret ab Hierusalẽ erat quasi suburbiũ eius. Quia ergo Christus consueuerat prædicare in Hierusalẽ, & hospitari in Bethania, credo Magdalenã conuersam in Hierusalẽ ad sermonem Christi, sed postmodum in Bethania in domo auunculi sui Simonis pharisæi, & olim leprosi, attulisse eos suũ, & alabastrum vnguenti, nisi forte Simon tanquam potens dominus, palatiũ dicatur habuisse in Hierusalẽ. Dicitur ergo [rogabat Iesum quidã pharisæus] id est religiosus dictus à phares quòd est diuisio, eo ꝙ habitu, & conuersatione tales ab alijs distinguebãtur [vt mãducaret cũ illo] Vtrum autem bono, vel malo fine iste inuitauerit Christũ non est certũ. Christus autem manducauit cum pharisæis, vt eorũ superbiam reprimeret, vt patet hic, & cũ publicanis vt eos ad pœnitentiã prouocaret. Mat. 9 & Luc. 5. & cũ amicis familiaribus scilicet Maria, Martha & Lazaro vt eorũ amorem nutriret & augeret Ioan. 12. & cũ suis cognatis pauperibus vt eorũ inopiam suppleret aquam mutando in vinũ, vt ĩ 2. Sed cũ magis sit iustorũ appetenda societas, quàm iniquorũ, quare dominus Zachæũ sponte adijt, non autẽ pharisæũ apparenter iustũ nisi inuitatus? Ad hoc dicit Gorra Christum hoc fecisse. Primò vt ostendat, ꝙ non egent, qui sani sunt medico, & secundò ꝙ dñs plus diligit humilem peccatorem, scilicet olim, q̃ iustũ superbũ. Vel posset dici ꝙ hoc fuit, quia Zachæus non audebat rogare vt pharisæus [Et ingressus domũ pharisæi] Erat enim Christus pauper, ideò inuitationem acceptauit [discubuit] quia enim antiqui in lectis comedebant, seu iacentes, vt dicit Alchui. ideo sedentes ad mensam dicũtur accumbere, vel recumbere, vel discumbere [Et ecce mulier quæ erat in ciuitate] hæc mulier fuit Maria Magdalena soror Lazari, & Marthæ, vt habes supra Fe. 6. post 4. Domini. Quadragesimæ. Sed hic non nominatur, quia secundũ hominũ opinionẽ adhuc erat peccatrix, vt dicit Gorra. Ex hac ratione scd'm eandẽ opinionẽ subiungitur [peccatrix] scd'm hominũ, scilicet opinionẽ, sed iam corã Deo iustificata merito contritionis. Est autẽ sciẽdum ꝙ Aug. super illud. 1. Cor. 15. inueniũtur multi falsi testes, sic dicit. Perhorrendũ est ne aliquid falsi de Deo dicatur, licet ad eius laudem pertinere videatur, quia nõ minori, sed maiori forsassis scelere in Deo laudatur falsitas quã vituperetur veritas. Hæc ille. Et idem dico de sanctis. Quidam ergo ex quadam stulta pietate dicunt Magdalenam non corpore, sed mente tantum fuisse peccatricem, ex quo magna inconuenientia sequũtur. Primò quia peruertitur sẽsus Euãgelij, & sanctorũ intellectus. Nã Luc. 7. dicitur. Maria quæ vocatur Magdalena de qua 7. dæmonia exierat, id est vitia vniuersa, quibus plena fuerat, vt dicit glo. Idẽ dicitur in textu & in glosa Mar. vlt. & glosa. Hier. dicit eã fuisse meretricẽ. Et in euang. hoc dicitur peccatrix, quod scriptura dicere non consueuit nisi de publicis peccatoribus. Secundò quia tollitur peccatorib. magna spes veniæ, cũ ista sit data in exẽplũ pœnitentiæ, sicut Maria Virgo in exẽplũ innocentiæ. Sed quare fuit ita peccatrix? Nã sicut dicit beatus Vincẽ. 12. annis fuit in voluptatib. Ad hoc dico ꝙ tria habuit quæ consueuerunt mulierib. esse causa ruinæ. Primò & principaliter habuit libertatẽ post parẽtum mortẽ, Secundò habuit diuitias, & delitias.

Tertiò dicitur habuisse pulchritudinem. Martha autem licet etiam ista habuerit, semper tamen fuit virgo secundum Beatū Vincenti. quia fuit infirma. Nā scd'm Amb. fuit illa quæ 12. annis fluxū sanguinis passa est, quamuis fortè quidē fuerit Martha, sed non ista. Et etiam quia suum castrū fuit tanquam hospitale pauperum. Deus enim & naturalem pietatem, & merita, ac supplicationes pauperum suorum libenter aspicit. Fuit etiam religiosa, id est pharisæa, secūdum aliquos[vt cognouit ꝙ Iesus accubuisset in domo pharisæi]compuncta, & vt creditur ad prædicationem Christi[attulit alabastrū vnguenti]id est vnguentum contentum in vno vase de alabastro. Est autem sicut dicit Bed. alabastrum genus marmoris varij coloris, quod optimè seruat vnguēta. Consueuerunt autem viri regionis illius varijs vnguentis vti pro corporum recreatione, & solatio. Ista ergo mulier corde compuncta, post sermonē statim venit ad Christum refouendum vnguentis, quo ad corpus, & consolandum lachrymis, quo ad animam, qua peccatorū sitiebat salutem. Grego. in home. Quia enim hæc mulier turpitudinis suæ maculas aspexit, lauando ad fontem misericordiæ currit. Non iussa venit, cōuiuantes non erubuit. Nā quia semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Discite quo dolore ardet, quæ flere etiā inter epulas non erubescit Hæc ille. Greg. Nazan. In se indignitatem suam ostendens stabat post tergum defectis luminibus effusa coma, pedes amplectens, lachrymisque eos perfundens, rebus tristem animū ostendebat, veniam implorās. Hæc ille. Vnde sequitur[& stans retro secus pedes eius, lachrymis]Hæc beata peccatrix fuit valde lachrymosa. Nā habuit lachrymas compassionis in morte fratris, quæ Christū induxerunt ad fletū, & suscitationem Lazari. Et lachrymas doloris in morte Christi, cùm fuerit inter mulieres, quæ illū flendo sequebantur ad crucē, de quibus Lu. 23. quæ induxerunt Christum ad compassionē vt diceret. Filiæ Hierusalem nolite flere &c. Habuit, & lachrymas amoris post Christi mortē, vt patet Io. 20. quæ meruerunt angelicā visionem & Christi primā apparitionem. Habuit & lachrymas cōpunctionis, de quibus dicitur hic, quæ meruerunt absolutionē à tot sceleribus. Sequitur[cœpit rigare pedes eius] fatigatos ex itinere, & deturpatos ex puluere. Vtrū vero Christus discalciatus incederet, dic ꝙ non, vt habes Domin. quarta Aduentus. Et si dicatur, ꝙ ista mulier pedes Christi nudos attrectauit, dico ꝙ eos potuit ipsa nudasse, siue habuerit perfecta calciamenta, siue sandalia quæ sunt calciamenta pauperum in illa regione, vt dicit S. Th. super Mat.[& capillis capitis sui tergebat] Inter omnes eius capillos, isti soli qui Christum tetigerunt manent incorrupti [& vnguento vngebat] Sed contra. Nā cùm esset sancta, & deuota, Christus dixit ei, noli me tangere, Io. 20. Quare ergo nunc se tangi permittit ab ea? Ad hoc dicit Gorrra, ꝙ tunc Christus voluit ostendere se esse altioris status, quàm credebat, & maiori reuerentia dignū dùm esset glorificatus. Et nota scd'm Bedā, ꝙ semel vnxit Maria pedes Christi in domo pharisæi, & semel caput in domo ꝓpria. Io. 12. immo vt ibi patet, etiam tunc vnxit pedes eius. Ista mulier semper Christi pedibus fuit affecta, nec mirū, quia istis pedibus omnia subiecta sunt, secundū illud Psal. Omnia subiecisti sub pedib. eius. Secundò, quia ipsi mare, quasi terram calcauerunt, vt patet Mat. 14. Tertiò quia ad tactum eorū fuit absoluta à pœna, & culpa, & sanctificata, vt hic patet. Quartò quia ꝓ nostra eruditione sunt discurrendo fatigati, secundum illud Ioan. 4. Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Quintò quia pro nostra redemptione fuerunt vulnerati, & scd'm illud Psal. Foderunt manus meas, & pedes meos &c. Greg. Oculis. n. terrena concupierat, sed hoc iā per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat. Vnde sequitur[capitis sui tergebat]ore, superba dixerat, sed pedes domini osculans, hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Vnde sequitur[& osculabatur pedes eius]Vnguētum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iā Deo laudabiliter offerebat. Vnde sequitur[Et vnguento vngebat]Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pœnitentia, quic

quid

quid ex se Deum contempserat in culpa. Hæc ille. Chryso. Et hæc quidem quæ dicta sunt agebantur exterius, quæ vero reuolue bat eius intētio multo feruentiora his erāt, quę solus Deus inspiciebat.Hæc ille. In hac parte est morale documentum pro peccato ribus,vt de venia non desperent,dummodo imirari velint Magdalenam, sicut in culpa, ita & in pœnitentia.De hoc Ber.super Can. sermo.3.Fleuit amare,& de intimis visceri bus lōga suspiria trahens salutaribus intra se cōcussa singultibus,felleos humores euo muit.Huius igitur beatæ pęnitentis exēplo ꝓsternere & tu,ò misera,vt desinas esse mi sera.Prosternere & tu ī terra,amplectere pe des,placa osculis,riga lachrymis, quibus ta men non illum laues, sed te,& fias vna de grege tonsarum,quæ ascendunt de lauacro. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tangitur excusatio quam Christus ꝓ se,& Mag dalena facit pharisæo de vtroque malè sentienti,cùm dicitur[Vidēs autem pharisæus qui vocauerat eum] ꝙ scilicet permitteret suos pedes attrectari à meretrice [ait intra se dicens. Hic si esset propheta]vt dicitur [sciret vtique quæ,& qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est]Ex hoc autē paret falsum esse, quòd dicitur Magdalenā sola mente peccasse, quia iste hoc nesciuisset. Iste autem pharisæus despiciebat Mag dalenam tanquā peccatricem, & dominū tanquam non esset propheta,& circa vtrū que decipiebatur. Circa Magdalenam quidem,quia nesciebat eam esse iustificatā, & ei fuisse multa peccata dimissa, quòd tamē cogitare debuisset singultib. eius, & lachry mis.Circa Christum vero,quia Christus nō solum sciebat eam fuisse peccatricem,sed ēt esse pœnitentē, & dato ꝙ illam non agnouisset,adhuc potuit fuisse prophetā quia ꝓphetæ non sciunt omnia. Vnde & Helisæus ignorabat propter quid Sunamitis mulier teneret pedes eius.4.Reg.4.& dixit.Anima eius in amaritudine est, & dominus celauit à me. Christus ergo simul vtrumque excusat,cùm subditur [& respondens]cogitationi secundum glo.quia intra se pharisæus loquebatur[Iesus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille]scd'm glo.sa ctus attentus ex verbo domini[ait,Magister dic]Subiunxit autem dominus parabolam, vt conuenientius contra pharisæum ex eius responsione concludat, dicens[Duo debitores erant cuidam fœneratori]Est autē sciēdum secundum Chrysost. ꝙ in parabolicis nō oportet omnia scrutari.& cuiuslibet ver bi sumere sensum,sed sufficit attendere q̄d Christus intendat.Per hanc ergo parabolā non intendit nisi ꝙ sicut homo aliquando relaxat maius, & minus debitum pecuniarum.Si tamen hæc parabola per omnia de bet exponi,dicamus, ꝙ duo debitores sunt duo peccatores. Fęnerator autem dupliciter accipitur.Vno modo pro vsurario.Alio mo do pro viro misericordiæ, qui gratis mutuat.Nā etiam fœnus non solum significat vsuram,sed aliquando stat pro mutuo, iuxta illud Deu.15.Fœneraberis gentibus mul tis,& ipse à nullo accipies fœnus. Iste ergo fœnerator est Deus vtroque modo,q̄ a mu tuauit nobis omnia bona naturalia,& gratuita,& acquisita,& fortuita,quæ si nō red dimus ei recognoscendo nos ab ipso ista possidere, & regratiando ei, sumus plenè debitores. Exigit etiam à nobis rationem non solū de recognitione doni mutuati,sed etiam de vsu eius. Vnde si donis eius non vtimur ad gloriam eius,quòd est vsum eorū soluere, contrahimus debitū pœnæ. Et tamen nihilominus dicitur fœnerator etiā secundo modo, quia ad vtilitatē suam nihil exigit pro tali vsu, sed solū ad vtilitatē nostram,vel pro bono iustitiæ[vnus debebat denarios quingentos,alius]scilicet quā minus peccauerat[quinquaginta] Titus, quasi di.Neque tu ò Simon absque debito es.Quid igitur si in paucioribus teneris?Nō superbias,quia tu quoque venia eges. Hæc ille [non habentibus illis vnde redderent] Glo.Nullus enim potest per seipsum à debi to peccati liberari, nisi diuina gratia veniā consequatur. Hæc ille. Hoc autē est propter duo,vt patet per S.Tho.4.di.15.Primò quia opera nostra sine charitate non sunt satisfactoria,sicut neq; accepta Deo;charitatē autem à nobis habere non possumus sine diuino auxilio. Et dato ꝙ eā habeamus, adhuc secundū aliquos non possumus satisfacere Deo per æqualitatē simpliciter suæ quantitatis, sed solū per æqualitatem proportionis ex acceptatione diuinæ misericordiæ [donauit vtrisque] Dicit Deus nobis donare debitū pœnæ pro pec-

catis

catis multipliciter. Primò quando ad primum contritionis gemitũ pœnam æternã infernalẽ, cõmutat in temporalem purgatorij. Secundò quando pœnam purgatoriã commutat in mundanam, quam.s.hic possumus explere. Tertiò quando aliquid satisfactoriũ opus facimus, & Deus illud ex sua misericordia acceptat, licet illud nõ suffecisset ad æqualitatem iustam faciendam. Quando rogamus eũ vt nobis illud dimittatur. Tunc enim semper aut totũ, aut partẽ remittit, vel per viam impetrationis, vel per viã meriti. Vtroque enim modo cõtra reatũ oratio operatur, sed primus est ei ꝓprius, secundus vero est cõmunis ei, & omnibus operibus bonis factis in gratia, & saltẽ ratione pœnæ adiunctę[quis ergo eũ plus diligit]i.quis habet plus causam diligendi? [Respondens autẽ Simon]apertũ credens quòd dicebatur ei, & nesciens quòd contra se dicturus esset[dixit. Existimo quia is cui plus donauit]Greg. in home. Qua in re notandum est, quia dùm sua sententia pharisæus cõuincitur, quasi freneticus funẽ portat ex quo ligetur. Hæc ille[At ille dixit, rectè iudicasti.]

Sed contra. Nã August. videtur dicere, vt ei imponit Gorra, quòd multo ardentius diligere debes eũ qui flagitiosis ad se conuersis quæcunque dimisit, si in ea te cadere non permisit. Et respondet idẽ ꝙ peccator plus tenetur ex dimisso, & innocens plus ex omisso, & cæteris paribus maior rõ dilectionis est in omisso, quàm in dimisso, sicut melior est status innocẽtis, quàm peccãtis, cæteris paribus. Quod ergo dr̃, cui minus dimittitur minus diligit, intelligitur cęteris paribus, alioqui innocens minus omnibus hominibus diligeret Deus.

Ad intellectũ vero sequentiũ sciendũ est, quod in peccato duo sunt, scilicet culpa, & reatus siue obligatio pœnę, & quo ad vtrũque Deus remittit peccatũ, sed non semp simul. Nã quo ad culpam statim remittitur in primo contritionis gemitu, post quẽ stat aliquando obligatio ad pœnã multo tempore, donec satisfactio cõpleatur. Dilectio ergo qua peccator Deũ diligit, est causa remissionis peccati quo ad pœnã, vt de se planũ est. Verũ vero sit etiam causa quo ad remissionẽ culpæ, distinguendũ est. Si enim dilectio, tẽpore sequitur remissionem culpæ non est causa eius, sed econtrario, dum homo cogitãs sibi esse multa peccata dimissa accenditur in Dei amorẽ. Si vero sit simul cũ ea, puta in instanti iustificationis, & remissionis culpæ, sic duplex est ibi dilectio, scilicet habitualis, quæ est principiũ diligendi, siue sit charitas, siue aliud, & Actualis quæ est actus à voluntate elicitus, quo voluntas detestatur peccatũ, & Deũ amat. Si ergo remissio peccati est causa materialis habitualis dilectionis, sed econtrario dilectio ista est causa remissionis formalis, & aliquo modo efficiens, & finalis. Actualis autẽ dilectio est causa materialis habitualis dilectionis, & econtrario illa est huius cã formalis, & effectiua, & finalis. Dispositio.n.se tenet ex parte causę materialis, respectu formæ ad quã disponit. Est autẽ remissio culpæ dispositio ad gratiã, & charitatem. In codẽ ergo instanti iustificationis fuit ista ordinata scd̃m ordinẽ naturæ.s.motus liberi arbitrij in peccatũ quod detestatur, & motus liberi arbitrij in Deũ, qui licet sit actus fidei, tamen habet annexã actualẽ voluntatis dilectionẽ, & tertiò est ibi remissio culpæ, quartò infusio gratiæ. Primũ est causa materialis secundi, scd̃m tertij, tertiũ quarti; quartũ vero est cã formalis, & efficiens, & finalis tertij. & tertiũ secundi, & scd̃m primi. Quia.n.efficiẽs, & finalis cũ forma coincidunt in idẽ numero, vel specie, ꝙ pręcedit formaliter, ꝑcedit ẽt effectiuè inquantũ est similitudo formæ agẽtis, & finaliter inquãtũ principaliter intenditur. Vide de his omnibus S.Tho.4.di.17. Christus ex prædicta parabola vult duo inferre. Primũ ꝙ Maria multũ dilexit Christũ dilectione cõsequẽte tpe remissionẽ culpæ, qã se multa debita debuisse cognoscebat, scd̃m ꝙ ei multa peccata ipse quo ad pœnã dimiserat, ꝑpter pdictã eius dilectionẽ Primũ aũt horũ Christus declarat per signa dilectionis, cũ dicitur[& cõuersus ad mulierẽ]vt eã consolaretur suo dulci aspectu, q̃ iãdiu plorabat[dixit Simoni]vt cognosceret q̃ parua dilectiõnis signa ipse dño exhibuisset[vides hãc mulierẽ]qua si dicat. Vide q̃dẽ quo ad corpus, sed non quo ad aĩam. Tu.n.existimas eã magnã peccatricẽ, & ego tibi dico ꝙ quãto fuit maior ĩ peccato, tãto nunc est maior in amore, q̃a videt saltẽ per spem sibi dimissa esse multa quæ debebat. Et vt noueris quòd valdè diligat

ligat, & plus te, qui pauciora cõmisisti (sal tem secundum iudicium tuum) audi[Intraui in domũ tuam, aquam pedibus meis nõ dedisti] quòd tamen facere debueras, & ratione laudabilis consuetudinis. & ratione necessitatis. Vnde Abraam Gen. 18. dicebat angelis quos homines credebat, vel saltem ad quos sicut ad homines hospites se habebat. Afferam pauxillum aquæ. & lauentur pedes vestri. Et 1. Tim. 5. Si sanctorum pedes lauit [hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit] quòd est signum magni ad me amoris. Titus. Facilis est vsus aquarũ, nõ est facilis lachrymarum effusio. Hæc ille [Osculum mihi nõ dedisti] ꝙ tñ facere debuisti secundũ laudabilẽ consuetudinẽ, & in signum amoris. Iuxta illud Roma. vlti. Salutate inuicem in osculo sancto [Hæc autẽ ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos] in quo magnũ feruorem ostendit, quia osculabatur diu, quia ex quo intrauit, & continuè, quia nõ cessat, & humiliter, quia pedes [Oleo caput meũ nõ vnxisti] quòd tñ facere debueras rõne consuetudinis, & necessitatis, & in signum hilaritatis; quæ debet esse in hospitalitate [hæc autem vnguento] quod melius est oleo [vnxit pedes meos] qui sunt capite minus digni. Ecce ergo, ꝙ ipsa multũ diligit. Grego. Probatio dilectionis, est exhibitio operis. Est aũt in hac parte documentũ morale, ꝙ sicut dicit Grego. Vera iustitia compassionẽ habet, falsa vero dedignationẽ. Greg. Ecce pharisæus veraciter apud se superbus, & fallaciter iustus, ægrũ reprehẽdit de ægritudine, medicum de subuentione. Hæc profectò mulier si ad pedes pharisæi venisset, calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet, quia hunc verè sua iustitia non replebat. Sic & quidam sacerdotali officio præditi siquid fortasse iustè exterius, vel tenue egerint, protinus subiectos despiciunt, & peccatores quousque in plebe positos dedignantur. Necesse est autem, vt cùm peccatores quosque cõspicimus nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus. Et infra. Districtionem debemus vitiis, compassionem naturæ. Si enim feriendus est peccator, nutriendus est proximus. Hæc ille.

Moraliter etiam per pedes Saluatoris significantur pauperes, qui sunt inferior pars corporis mystici per deiectionem, & Christi affecti p afflictionem. Magdalena vero significat diuitem volentem consequi veniã & gratiam ac gloriam. Debet ergo diues stare secus istos pedes p amicitiam & familiaritatem, vt ad eum possit secu è. & facilè accedere. Luc. 16. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Et rigare lach ymis per compassionem. Ioan. 9 Flebam quondã super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Quo contra de aliquibus dicitur Iaco. 2. Nõne diuites opprimũt vos per potentiam? Et capillis tergere per temporalium communicationem. Iob 31. Si comedi bucellam solus? Et dare osculũ per blandam allocutionem. Prouer. 16. Congregationi pauperum affabilem te facito. Et vngere vnguento per miserendi hilaritatem. Eccle. 18. In omni dato hilarem fac vultum tuum.

QVANTVM ad tertium tangitur absolutio, quam Christus peccatrici exhibuit, non quidẽ absoluendo à culpa, à qua iam per præcedentem pœnitentiam erat absoluta, sed à pęnę reatu. Ideo sequitur [Propter quod dico tibi] ò Simon [remittuntur ei peccata multa] quo ad pęnam [quoniam dilexit multum] considerans magnitudinẽ peccatorum sibi dimissorum quo ad culpã, Chryso. Nam qui vehemẽter se ingesserũt malis rursus, & bonis vehementer insistent cõscii sunt ad quot debita se obligauerint. Hæc ille. Grego in homel. Tanto ergo amplius peccati rubigo cõsumitur, quãto peccatoris cor magno charitatis igne cõcrematur. Hæc ille [Cui autem minus dimittitur] quo ad culpam [minus diligit] sicut tu ideo etiam minus dimittitur tibi, quo ad pœnã [Dixit autem ad illam] quæ iam alacrior verbis eius erat effecta [Dimittuntur] id est scito tibi esse dimissa prius, sed nunc dimittũtur, id est dimissa esse nunciatur [peccata tua] Cõtra, si peccata sunt ei dimissa. adhuc illa habuit. Ad hoc dico, ꝙ peccata dicũtur dimitti quo ad pœnam, ad similitudinẽ debiti materialis. Quando enim quis liberatur ab exbursatione pecuniæ, dicitur ei debitum remitti, cùm nõ remaneat in eo debitum, sed pecunia qua soluendum erat debitum, & sic etiam pœna remittuntur, non quia sit in eo cui remittitur, sed quia eam

soluere non cogitur, vel quia in eo remanet illud quod per pęnam dedisset, aut quo se priuasset, puta aurum in bursa, & quies in sensibus, ac membris corporeis. Similiter remittitur culpa, non quia perseueret in eo in quo erat, sed quia pro ea non dabit quis pœnas æternas damni, & sensus[Et cęperũt qui simul accumbebant]& nõ intelligebãt, ꝙ Deus erat qui loquebatur[dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit] quòd solius Dei est, in quem peccata committuntur. Christus vero ad istos non respexit, quia scandalizabantur propter suas passiones, quibus tenebantur ne Deum illum agnoscerent. Grego. in Homel. Cœlestis medicus ægros non respicit, quos etiam de medicamento fieri deteriores videt, eam autẽ quam sanauerat per pietatis suæ sententiam cõfirmat. Hæc ille. Vnde sequitur[Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit] dispositiuè, & ex congruo, sicut, & ego ꝑfectiuè, & efficienter[vade in pace]id est in iustitia, seu cum iustitia. Theo. Iustitia est pax hominibus ad Deum, sicut peccatum est inimicitia inter Deũ, & hominẽ. Hæc ille.

In hac parte est documẽtum, de quo ait Chryso. Opus est nobis feruẽs animus quia nihil impedit hominẽ fieri magnum, nullus ergo constitutus in peccatis desperet, nemo virtuosus dormitet, neq; confidat. Sæpe.n. meretrix præcedet eum. Nec ille diffidat. Possibile namque est eum etiam primos superare. Hæc ille. Est & aliud. Nam lachrymæ pœnitentiæ in Maria habuerunt multiplicem effectum. Primò secundum Grego. lotionem conscientiæ, vt dictum est. Secundò quia animum eius fecerunt serenum, & trãquillum. Chryso. Sicut vbi vehemens imber prorumpit fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet tranquillitas, & perit caligo reatuũ. Hæc ille. Tertiò. quia submerserunt omnia peccata eius. Psal. Contribulasti capita &c. Quartò, quia abindè pacem habuit, Christo remittente in pace. Pacem inquam in conscientia quæ de cætero eam in tanta consolatione constituit, vt semper voluisset esse sola, ne ab illa interiori consolatione distraheretur. Prouer. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. Multa alia pertinẽtia ad istam Sanctam habes infra post Pascha, super illo Euang. Maria stabat &c.

Feria 6. post Domin. de Passione.

Textus euang. Ioan. c. 11.



OLLEGERVNT Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant. Quid facimus quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, oẽs credent in eũ. Et veniẽt Romani, & tollent nostrũ locum, & gentem. Vnus autem ex ipsis Cayphas nomine, cùm esset põtifex anni illius, dixit illis. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, ꝗa expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc autẽ à semetipsò nõ dixit, sed cùm esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. Et nõ tantum pro gente, sed vt filios Dei, ꝗ erant dispersi, cõgregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Iesus ergo non in palã ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

COLLEGERVNT Principes, & Pharisæi conci. &c.] Ioan. 11. In præsenti Euangel. in quo agitur de concilio habito super morte Christi tria puncta tanguntur, ꝗ sunt Consultatio, Determinatio, & Occultatio.

QVANTVM ad primum sciẽdũ est, ꝙ vt hr̃ ex textu Euangel. & expresse ex Mag. hist. bis fuit factũ cõciliũ super morte Chri. Primò post Lazari resuscitationẽ statim, i. die sequenti siue sabbato añ dñicã de passione, vel in ipsa dñica scd̃m aliquos. Vñ ex tũc incipimus memoriã de passione. Secũdò, Feria 4. añ passionẽ eius in atrio Cayphæ Quia.n. Chrs prædicauerat, non me videbitis ammodo &c. cogitauerunt, vt recedere

cedere vellet, Ideoq; fecerūt cōsiliū, in quo interfuit Iudas. De primo autē agitur in psenti Euangelio, circa quod etiā notandum est ꝙ vt dicit beatus Ioānes, qdā ex Iudæis qui interfuerunt suscitationi Lazari, abierunt ad Pharisæos ad nunciandum eis illud miraculū, bono fine secundū aliquos, vt cō uerterentur, vel secundum alios malo fine, vt illud miraculum simul cū Christo extingueretur. Dicitur ergo [Collegerunt]. s. statim audita morte ac suscitatione Lazari [pontifices]. i. summi sacerdotes, qui 24. erāt maioris auctoritatis, q̄ alij simplices sacerdotes, inter quos tamē erat semper vnus principalis [& Pharisæi] q apud populū erāt maioris sanctitatis, quàm alij religiosi [concilium]. i omnes principales populi, vel ciuitatis Hierusalem [aduersum Iesum] vt scilicet eū interficerēt, quia miraculum factum in Lazaro multò diuulgabatur. Chrysosto. Vnde oporteret stupere, & admirari audito miraculo, cogitant interficere eū qui mortuum suscitauit Hæc ille. Sciendum est autem quòd Pharisæi de tribu Simeon ꝓ maiori parte fuerunt, quia ex illa tribu initiū habuit illa secta, vt dicit S.Thom. sacerdotes vero de tribu Leui. vt dicit Hiero. super Isa. Ideo in eis secundum Sanct.Thom. impleta est illa prophetia Gen. penul. Simeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea. Sciendum tamen est, ꝙ secundum aliquos prædicta prophetia loquitur de Leui solum quo ad Aaron, & successores eius, qui sacerdotes fuerunt. Leuitæ. n. qui non fuerunt sacerdotes, fuerunt immunes à peccato vituli cōflatilis, quem fecerat Aaron. Exo. 32. & Deu. 35. Et secundū Hebræos fuerūt ab omni idolatria, vt tradit rabi Moy. in suo Deute. Et etiam similiter à crimine mortis Christi, vt habetur in glo. in Deut. vbi supra [Et dicebant. Quid facimus] i. quid pigritamur [quia hic homo multa signa facit] Ex quo apparet secundum Orige. Iudæorum stultitia, quia & credunt Christum multa miracula facere, & tamen credebant se aduersus eum posse ꝓficere [Si dimittimus eum sic] scilicet viuentem, & prædicantem [omnes] id est ferè totus populus [credent in eum] tracti miraculis, & doctrina. Et consequenter, vt dicit Sanct.Thom. timebant perdere potestatem spiritualem, quasi credentes in Christum istis obedire recusarent [Et venient Romani] qui tunc erant Domini Iudæorum [& tollent locum nostrum] id est ciuitatem, & templum [& gentem [id est populum quem occident, vel captiuabunt. In his autem verbis secundum Magistrum histo. voluerunt sic dicere. Venerabilis est, & sanctus in gentibus locus iste. quia Alexāder, & Pompeius, & alii venerati sunt ipsum. & Reges Persarum, & Aegypti. Iste autem homo docet sacra nostra esse vana, & abolenda. Vnde Romani scientes opes templi, tollent eas, audientes impunè tollendas. Sed ista aliquibus nō videntur benè dicta, quia si propter opes templi ista fuissent dicta, nō fieret mentio de gente, sed de loco. vel loci ornatu. Secundum Chry. uero dicere uoluerunt, quòd Romani ex Christi sequela conciperent, quòd Iudæi Christum regē nouū facere, & rebellare cogitarent, & cōsequenter cōtra eos arma mouerent. Sic autem secundum eundem dicebant, vt populū cōtra Christū prouocarent. Et sub pallio tyrannidis abscōdebant passiones suas, q̄ in mortē Christi eos impellebāt potius, quā timor de prædictis. Secundū Augu. vero timerunt ne si omnes in Christū crederēt, nemo remaneret, qui aduersus Romanos ciuitatē Dei, tēplumq; defenderet, quoniā cōtra ipsum tēplū, & paternas suas leges Christi doctrinā sentiebāt. Sed S.Tho. præfert dictum Chry. quia Iudæi adhuc seruiebant Romanis, nec rebellare cogitauerant. Sed notandū est hic Iudæorum iniquitas. Nam prius dicebant Christo. vt patet Io. 6. Quod signū ostendis nobis, vt credamus tibi? nunc vero dicūt eū multa signa facere, & tamen non solū in eū credere nolunt, sed volunt occidere, bonorū ac diuitiarum cupiditate superati. Sunt autem etiam modo multi similes Iudæis.

Ideo in hac parte est documentum morale, de quo ait Aug. Temporalia perdere timuerūt, & vitam æternam nō cogitauerūt, & sic vtrunque amiserunt. Nam Romani post domini passionem, & glorificationem tulerunt eis & locum, & gentem. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tangitur determinatio quam fecerunt. Circa q̄ sciendū est ꝙ in isto concilio fuisse credunt multi amici Christi, inter quos fuit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, de quo dicit beatus Luc. 23. quòd non consensit cōsilijs

Iudæorum. Iste sicut dicit beatus Vincētius creditur fuisse locutus in fauorem Christi, ita ꝙ multi vacillabant propter verba eius. Vnde Caiphas stomachatus enim vehementia aduersus Christū locutus est, incipiens à reprehensione eorū, qui vel hæsitabant, vel dissentiebāt. Vñ dr [Vnus autē ex ipsis Caiphas nomine cū esset pontifex anni illius] Sed quomodo erat pōtifex illius anni, cùm videretur esse cōsuetudo illius populi ꝙ ꝑ totam suam vitam duraret summus sacerdos. Nā & Deus pceperat ꝙ in morte eius redire possent fugitiui. Ad hoc dicit Aug. ꝙ crescente sacerdotum ambitione, & contētione, statutum est, vt plures essent, & ꝑ annos singulos singuli ministrarēt, & forte ēt vt ait, vnum annum plures administrabāt. Iosephus vero dicit, quòd à tempore Herodis Ascalonitæ fuerat summum sacerdotiū venale. Vnde ad maius lucrum pluries vendebatur. Et idē Iosephus de isto Caipha testatī, sicut recitat Alcui. ꝙ sibi pecunia vnius anni sacerdotium redemit. Sed vtrunque dictum Iosephi, scilicet, & August. potuit fuisse verum [dixit] Secūdū aliquos iste fuit primus in loquēdo, quia erat etiam primus dignitate, sed secundū alios fuit vltimus, quia videtur, ꝙ eius sententiæ acquieuerint, & steterint omnes tanquā conclusioni. Item q̄a reprehendit aliquorū dictum vt patebit, & consequenter post eos est locutus. Ego aūt credo vtrūque verū, quia primo dixit sentētiā suam, ꝙ Christus deberet occidi, sed q̄a postmodū alioqui mussitabāt, ideo ipse inuerecūdè, & cum crudelitate clamauit, vt dicit Chry. Quæ autem clamādo dixit, dupliciter exponuntur. Primò secundum S. Tho. sic [Vos] ò ciues [nescitis quicquā] idest nescitis legem in hoc casu, quæ Deute. 30. mādat prophetam, & somniatorē auertētē populum à cultu Dei interficiendum [nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo] idest iste Iesus, qui à cultu Dei populum auertit [pro populo, ne tota gens pereat] id est ne totus populus seducatur. Secūdò vero sedm alios sic [Vos] q̄ timetis istū occidere [nescitis quicquam] de his quæ expediūt regimini ciuitatis [nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo] etiam si sit innocens [ne tota gens pereat] Iudæorum. Bonum enim commune præponendū est priuato, Et sic propter istam rationē, & authoritatē Caiphæ summi pontificis præualuit ista sententia in cōcilio, & conclusum est, vt occideretur. Sed tñ̄ ista sua ratio patet quantum sit stolida, nam in nullo casu licitum est pro salute patriç occidere iustum quia hoc non est ꝓcurare bonum cōmune, sed perdere. Vnde & iusto Dei iudicio id quod timebant, eis per Titum, & Vespasianum euenit.

Est autē sciendum, vt dicit S. Tho. ꝙ Caiphas interpretatur, primò inuestigans, & secundò sagax, & tertiò ore vomēs. Primū cōuenit, & attestatur sua præsumptio, cùm dixit, adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus? Secūdū vero eius astutia qua visus est mortem Christi procurare. Tertium autem eius stultitia, Prouer. 10. Sicut canis qui reuertitur ad vo. & c. Hæc ille.

Ad intellectum vero sequentium sciendum est, ꝙ sicut dicit San. Thom. 4. distin. 9. in litera tn prædictis verbis Caiphæ fuerunt quatuor. Primo īspiratio immissa, per quā vtilitas passionis Christi cordis eius inspirata fuit à Spiritosancto. Secundò intellectus quem ipse ex illa inspiratione concepit. Tertiò intentio exprimēdi intellectū suū, & ad effectū producēdi. Quartò verba ipsa prolata. Primū fuit quędā participatio ꝓphetiæ. Secundū fuit falsus intellectus à seipso. Tertiū fuit iniqua intentio. Quartū fuit vera locutio, quāuis nō secundū intellectū eius. Et iō primū si sit à Spiritu sancto, nō tñ̄ secundū, neque tertiū, sed quartū aliqualiter fuit à Spiritu sancto regulāte verba illius, vt cōsonarēt inspirationi à Deo factæ. Hæc ille. Intendit autem S. Tho. quòd Caiphas motus à superiore virtute concepit, quòd bonum erat Christum mori pro bono Iudaicę gentis, sed huius rei causam ignorabat, & à seipso cōcepit, quòd hoc esset bonum pro salute temporali, & errauit. Sic enim aliquādo nobis accidit, ꝙ mouemur à Deo, vel ab angelo malo, vt videatur nobis, ꝙ aliquid sit agendum, & nescimus quare; & tunc cōsueuimus dicere. Cor dicit mihi sic. Sed arguitur contra dictum Sancti Tho. Nam sententia Caiphæ falsa fuit, q̄a nō expediebat eis, vt Christus moreretur: ergo non fuit motus ad eam à spiritu veritatis. Respondendo. Sāctus Thom. hic sic dicit. Quando homo loquitur ex propria rōne, loquitur à semetipso, quia per rationem est illud quod est. Nō

autem

autem q̃ loquitur superiori, & exteriori instinctu.i. diuino spiritu, vel ẽt maligno, sicut arreptitij loquuntur, qui & dicuntur prophetare aliq̃n vt patet Hiere. 29. Arripi tur aũt quis solum q̃n vsus rõnis ammittit, nec manet liber, vt q̃n virtutes sensitiuæ superabũdant ex superiori impressione, & rõ ligatur. Et quia diabolus sic in phãtasia pōt imprimere, vt rō ligetur, licet non cogatur ad consensum, adeo tunc homo à maligno spiritu dicitur arreptus. Cayphas aũt si motus à spiritu maligno fuisset, Euãgelista nō addidisset, quæ addidit, vt patebit. Ad argumentum dr̃ dupliciter. Primò, ꝙ mors Christi de se fuit oĩbus expediens, & Cayphas verum dixit. Secũdò, vt dicatur expedit vobis. i. populo. Vnde vbi Cayphas dixit vobis Euangelista dixit ꝓ gente. Hæc ille. Sed intellige, ꝙ Christum mori oĩbus erat conueniens, non aũt Christum occidere. Dicit ergo Euang. [Hoc aũt à semetipso non dixit] hoc. s. ꝙ expedit, vt vnus moriatur pro populo, ne tota gens pereat. Quòd vero in mente sua addidit, ne tota gens pereat, temporaliter per manus Romanorum, dixit à seipso, apud seipsum, & si non fortè apud alios [sed cum esset Pontifex anni illius, ꝓphetauit] ac si dicatur. Ratione officij, & cõsecrationis; Spiritussanctus eo instrumentaliter vsus est. quamuis esset malus. Licet autem prophetauerit, non tñ fuit propheta secundum aliquos, sed iō prophetauit, quia prophetiã protulit, sicut & qui recitat scripturã, quam non intelligit. Ad prophetiam. n. sicut dicit S. Tho. in multis locis, requiritur, ꝙ propheta intelligat, quæ videt, & dicit. Nam intelligẽtia opus est in visione. Dan. 10. Vnde Pharao videns spicas, & vaccas. Gen. 41. non fuit propheta, quia nō intellexit significatum. Si etiam iste secundũ Orig. non fuit prophẽta, quia sua verba non intellexit secũdum sensum, ad quẽ ea ordinabat Spiritussanctus. S. Thom. autem hic dicit sic. Quandoque alicui conceditur actus rei alicuius, & tamẽ rei conditio non conceditur, sicut non est iustus quicunque facit aliquod iustum. Ad prophetandũ autem concurrunt duo actus, s. videre, vnde propheta olim dicebatur videns & annunciare. Vnde 1. Corin. 14. dicitur. Propheta omnibus loquitur ad ædificationem. Contingit autem ꝙ aliquis vtrunque habeat, & non sit prophetia. Pharao. n. habuit propheticam visionem, & similiter Nabuchodonosor. Dan. 2. & Cayphas habuit non quidem visionẽ, sed denunciationẽ rei propheticæ, inquantum denunciauit vtilitatem mortis Christi. & modum quo populi salus cōpleretur, quia Spiritussanctus q̃nq; mouet ad totum, ꝙ pertinet ad prophetiam, q̃nque ad aliquid tantũ. Non dr̃ aũt Cayphas propheta plusq̃ asina Balaam i. inquantũ habuit propheticum actũ in denunciatione, quia nec rõnem, nec imaginationem eius Spiritussanctus illuminauit, sed vtrūq; mãsit ad malum intentum, & sola lingua à spiritu sancto mota est. Hæc ille virtualiter. Non tamen est inconueniens si dicatur malus prophetare, quia prophetia est donum, ꝙ stat sine gratia gratum faciente; secũdũ S. Tho & alios Theolo. [ꝙ Iesus moriturus erat pro gente] .s. Iudaica [& non tantum pro gente] prædicta subintellige moriturus erat [sed vt filios Dei] id est Gentiles [qui erant dispersi] per varias mundi partes, & per varios ritus, & errores [congregaret in vnum] catholicum populum, qui vnus est ratione vnitatis Dei, & capitis. & legis, & sacramẽtorum, & vicarij Christi capitis nostri. Erant autem tunc Gentiles Dei filij, secundum Aug. secundum diuinam prædestinationem, non aũt secundum præsentẽ iustitiã nisi pauci, vt Centurio, & si qui erant similes [ab illo ergo die cogitauerunt] .i. similiter deliberauerunt [vt occiderent eũ] q̃ citius possent licet. n. ante hoc cogitassent.

In hac parte est morale documẽtum, de quo ait Chry. Vide quãta Spiritussancti virtus est. A mente. n. mala valuit verba proferre prophetiæ. Vide etiam quanta est Pontificalis virtus potestatis. Pontifex enim effectus, & si indignus existẽs prophetauit, nesciens quid diceret. Ore enim solum vsus est gratia, contaminatum autem cor non tetigit. Hæc ille.


QVANTVM ad tertium tangitur Christi occultatio, cum dicitur [Iesus autẽ sciẽs omnia concilia eorũ ex se, & per amicos scire potẽs [iam non in palam ambulabat apud Iudæos] Sed quare se occultauit, q̃ securus poterat inter tela conuersari? Ad hoc dr̃ Christũ iō sic fecisse. Primò secũdũ Chrys. vt se verum hominem probaret. Secundò secundum Augu. vt cùm veniret in

Hierusalem perciperent, quod sua sponte veniebat. Tertiò secundum Glosam, vt doceret persecutionibus quandoque, furori esse cedendum [sed abiit in regione iuxta desertum] quod vtrum sit illud, quòd est inter Hierusalem, & Hiericho, vel aliud, non est mihi certū [in ciuitate quæ dicitur Effrem] quæ scilicet parua erat, & parum populata. In hac degens recepit epistolam à rege Abagaro, qui regnabat in Edissa vrbe Mesopotamiæ, in hæc verba. Abagarus Euchariæ filius Iesu Saluatori bono, qui apparuit in locis Hierosolymorū salutem. Auditum mihi est de te, & de sanitatibus quas facis, quod sine medicamentis, aut herbis fiāt ista per te, quod verbo cæcos facis videre, claudos ambulare, leprosos mundari, & mortuos reuiuiscere. Quibus omnibus auditis de te, statui in animo meo vnū esse è duobus, aut quod tu es Deus, & descēderis de cęlo, vt hæc facias: aut quod filius Dei sis, qui hæc facis. Propterea ego scribens rogauerim te, vt digneris fatigari vsque ad me, & ægritudinem meā, qua diu laboro curare. Nam, & illud comperi, quod Iudæi murmurant aduersum te, & volūt insidiari tibi. Veni igitur ad me, quia est mihi parua ciuitas, sed honesta, quæ vtrisque sufficiet. Dominus vero in hæc verba respōdit ei. Beatus es qui credidisti in me, cū ipse nō videris me. Scriptum est enim de me: quia hi, qui me nō vident, credent. Et hi, qui vident non credent. De eo autem, quòd scripsisti ad me, vt veniam ad te, oportet me hic omnia complere, propter quæ missus sum, & postea recipi me ab eo à quo missus sum. Cùm ergo assumptus fuero, aliquē de discipulis meis mittam ad te, vt curet, & viuificet te. Hæc omnia leguntur in ecclesiastica historia Missus fuit autem ad istum regē Iudas, qui & Tadeus [& ibi morabatur cum discipulis suis] donec veniret tempus suæ passionis. Fuit enim ibi à Dominica de passione vsque ad sabbatum ante Dominicā palmarum, in quo Sabbato exiens de illo deserto venit in Bethaniam, vt dicitur Ioā. 12. & in crastinum iuit in Hierusalē cū solēnitate, de qua dictū est Dñica 1. de aduentu.

In hac parte est morale documentum, quod veri amici in tribulatione non deserunt. Chrysost. Discipuli Christi quando omnes lætabantur, & festum celebrabant, tunc occultantur. & in periculis sunt, sed tamen permanebant cum eo, secundum illud. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Hæc ille.

Sabbato post Domin. de Passione.

Textus Euang. Luc. c. 17.



VBLEVATIS Iesus oculis in cœlum dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuū, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatē omnis carnis, vt omne qđ dedisti ei, det eis vitā æternā. Hæc est autem vita ęterna, vt cognoscant, te solum verum Deum, & quē misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus consumma ui, quod dedisti mihi, vt faciā. Et nūc clarifica me tu pr̄ apud temetipsum, claritate quam habui priusquā mundus esset apud te. Manifestaui nomē tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erāt, & mihi eos dedisti, & sermonem tuū seruauerunt. Nunc cognouerūt, quia omnia, quæ dedisti mihi abs te sunt, quia verba, q̄ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi accepērūt, & cognouerūt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

SVBLEVATIS Iesus oculis in cœlū &c.] Ioan 17. In præsenti euangelio in quo agitur de quadam allocutione Christi ad patrem tanguntur tria puncta, q̄ sunt. Opta

ti temporis appropinquatio. Iniuncti operis consummatio, & Commissi gregis conseruatio.

QVANTVM ad primum tangitur tempus passionis, & resurrectionis Christi. Est aūt sciendū ꝙ ista, quæ in hoc Euangelio tāguntur, Christus dixit in die cœnæ post illam antequā egrederetur trans torrētem cedron. Dicitur ergo[Subleuatis oculis in cœlum Iesus]Interior mentis dispositio maxime in oculis apparet. Illos ergo Christus oraturus in cœlum leuauit, secundū Chry. vt doceret nos, quòd orando mentē debemus attollere ad Deū. Oratio enim illa secundū S.Tho. fuit magis ad nostrā instructionē, q̄ ad Christi necessitatem, quia licet inquantum homo oraret, tamen inquātū Deus exaudiebat[dixit. Pater venit hora].s. passionis, & mortis secundū Hylariū, & Aug. quæ venit nō fato vrgente, sed Deo ordināte secūdum Aug. Absit, inquit, vt sydera mori cogerent syderū cōditorē[clarifica filiū tuum]quo ad humanitatē, quia quātum ad diuinitatē erat æque clarus, vt pater. Clarifica inquā. s. in passione mea ostēdēdo miracula. Hylarius. Iam conspuendus, flagellādus, crucifigendus erat, sed clarificat pater filium. Sol de cursu operis deficit, & interitū suum cum eo reliqua mundi elemēta sensērunt. Ad onus Dei in cruce pēdētis terra cōtremuit, cum qui moriturus erat intra se cōtestāta nō capere. Proclamat Cēturio. Verè filius Dei erat iste, prædicationi cōsensit effectus. Hæc ille. Sed quare Christus petit ista fieri in sua passione? Dico, ꝙ hoc facit, primò ad incredulorum cōuersionē. Secūdò ad suæ matris & amicorum consolationē. Tertiò fortè ista ēt, vt homo petit ad solatium suum in tātis opprobriis, eo modo quo ēt dicebat, si possibile est, vt transeat à me calix iste. Tripliciter autem per passionē Christus est clarificatus. Primò per miracula in obscuratione solis, scissione veli tēpli, apertione monumētorū, & scissione petrarum, adeo, vt Cēturio clamauerit, verè filius Dei erat iste. Secundò inquantum per ipsam venit ad corporis gloriā in resurrectione. Augu. li. confes. Si passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione. Hæc ille. Tertiò, quia per hoc venit in totius mundi notitiā gētibus ad cū cōuersis, secūdum illud Phil. 4. Propter quod, & Deus exaltauit &c. Sed contra. Si filius clarificationē expectat à patre, videbitur eo minor. Ad hoc dicit Hyla. 3. de Trinita. ꝙ nō plus incōuenit filium esse minorē patre, quàm patrē esse maiorē filio, ꝙ secūdum humanā naturā verum est[vt filius tuus clarificet te]apud omnem carnē, si ue omnem hominem. Quærit autem Aug. quomodo potuerit pater clarificari, cū sempiterna eius claritas nec diminuta fuerit in humana natura, nec augeri potuerit in diuina? Et respōdet, ꝙ claritas patris nō est aucta in se, sed in hominibus, quibus per filiū pater innotuit, cum ꝑ Euangelium Christi vbique fides est diffusa Trinitatis. Clarifica inquā eum[sicut dedisti ei potestatem omnis carnis]siue sup omnem carnem, i. hominem, à parte totū appellando, secūdum Aug. Sicut. n. dicit S.Tho. omne agens quod agitur ab alio intendit effectum reducere ad manifestationem causæ, quia in executione principii, quod est de principio, manifestat ipsum principium. Sed filius Dei quicquid hēt, à patre habet, & ideo ꝑ ea, quæ facit patrem manifestat. Vñ dicit, vt filius clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Hæc ille. Est autē aliqualiter simile de instrumento artificis, puta calamo scriptoris, ꝙ suo opere artificem à quo hēt, ꝙ agat manifestat, & tñ manifestat, quātum accipit ab eo de motū, & virtute causandi. Dedisse aūt pater filio hāc potestatē, secūdum Aug. sanè intelligendū est. Intelligitur aūt dupliciter. Vno modo, quia ipse Christus inquātum homo accepit à patre, ꝙ virtute diuinitatis posset mortuos viuificare, tāquam instrumentum deitatis. Et hoc proculdubio verum est. Sicut enim docet S. Tho. 3. par. q. 14. anima Christi, vt deitatis instrumentum pōt omne miraculum ordinatū ad incarnationis finē, qui finis est instaurare oïa, q̄ sunt in cœlo, & quæ in terra, tñ annihilare non pōt quia hoc est propriū Dei, sicut, & creare ꝙ creaturæ nō est communicabile à Deo, vt patet ꝑ S.Tho. 2. dis. 1. Alio modo intelligitur, quia Christus inquantū Deus à patre accepit potestatē, nec tñ est eo minor, quia totā patris potestatē accepit. Dicit aūt secūdum Chry. omnis carnis, vt ostendatur, ꝙ prædicatio Christi nō ad Iudæos solū, sed ad omnem carnē extēderetur. Et quātū fuit ex parte Christi, vt dicit, omnes crediderunt. Ex culpa tñ sua aliqui nō crediderūt[vt omne]sens, vel sup

contra Arriū suscipientē Euāgeliū, & ēt contra Iudæos valuisset qñ constabat eis, ꝙ ꝓpria authoritate suscitaret mortuos, hoc.n. erat habere operationē Dei. Ad qōnem ergo tripliciter dr. Primò scđm Hyl.9. de Trini.& Aug. super Ioan ꝙ ly solum, determinat ly verum Deum, non autem ly te, & est sensus, vt cognoscant te esse Deum, qui solus es verus Deus. Vnde tunc nō excluditur filius vel Spiritussanctus. sed excluditur oīs creatura, & omne idolū. Vnde statim subdit, & quem misisti Iesum Christū. s. cognoscant solum verum Deum esse, & idē intelligendum est de Spiritusancto qui est charitas consubstantialis amborū. Vnde dicit hic S.Tho. ꝙ fit mentio solū de patre, & filio, quia vbicunq; isti ponūtur, præcipuè in pertinentibus ad maiestatem diuinitatis intelligitur Spiritussanctus. qui est amborum nexus: ordo ergo verborū est, vt dicit Aug. vt te, & quē misisti Iesum Christū cognoscāt solū verū Deum. Secūdò dr scđm Aug. 6. de Trini. ꝙ hoc dictum est ad excludēdū errorē eorum, qui dixerunt ꝙ nulla diuina persona sola sit Deus, & ꝙ tota Trinitas est Deus, & nihil aliud. Contra ꝙ dicit Christus, ꝙ pater solus est verus Deus. Intendit aūt Aug ꝙ ly solum, potest determinare ly te, & stare cathegorematicè ita. vt solitudinem ponat circa patrem, & est sensus. Pater solitariè sumptus non intellecta alia persona diuina, vere est Deus.

Sed contra, quia istum sensum negat S. Tho. 1. di. 13. Ad hoc dico. ꝙ S.Tho. loquit de solitudine reali, quę in Deo nō est. Aug. vero de solitudine secundum rōnem, quæ potest esse in intellectu nostro prædicante aliquid de vna persona & non de alia. Tertiò dr scđm S. Tho. primò vbi supra, ꝙ ly solus, pōt determinare ly te, & teneri syncathegorematicè, & excludere neutraliter à participatione prædicati, vt sit sensus. Nihil aliud à patre est Deus. ꝙ verum est, qa sola creatura est aliud à patre, non aūt masculine, vt sit sensus. Nullus alius à patre est Deus, quia filius est alius à patre, licet non aliud, & est Deus. Potest ēt vt ibi dicit excludere masculine à participatione subiecti, vt sit sensus. Vt cognoscant te, qui solus es pater esse verum Deum.

Sciendum est aūt, ꝙ omnes diuinæ ꝑsonæ cōueniunt in vna essentia, ideo quando dictio exclusiua addit vni earū respectu alicuius essentialiter, nō excluditur alia. Non enim cū dr, patrē nemo nouit, nisi filius excluditur pater à notitia sui, quia notitia est terminus essentialis, & omnibus cōmunis.

In hac parte est documentum morale, de quo ait Chrys. Quod enim dixerat dñs. In mūdo pressuram habebitis, post admonitionem subleuatis oculis in cœlū ad orationem conuertitur, erudiens nos in tribulationibus omnia dimittētes ad Deum resurgere. Hæc ille. Vnde S.Tho. dicit, quòd Christus pro discipulis oraturus conuenīter interponit tribulationes in passione sibi imminentes quia in tribulationibus maximè Deus exaudit, secundùm illud Psal. Ad dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.

QVANTVM ad scđm tangitur impositi operis cōsummatio, quæ erat ratio quare debebat exaudiri. Licet.n. qui à Deo vult exaudiri, debeat potius peccata cōfiteri, q̃ merita iuxta exemplū pharisæi, & publicani. Lu 18. tñ ad se excitandū in maiorē feruorem, interdum expedit etiam merita coram recitare, sicut Ezechias. Esa. 38. dixit obsecro domine, memento &c. Igitur dicitur [Ego te clarificaui] docendo ignorantes de te, secundū Hyla. [super terrā] quia in cęlo Deus notus erat, vt idem dicit. Contra, quia supra dixit vt filius tuus clarificet te. Ad hoc dico, ꝙ filius clarificauerat patrem personaliter, & clarificaturus erat apostolos per orbē mittēdo. Vel scđm August. loquitur per modū præteriti [Opus consummaui, quod dedisti mihi] vt facerem redemptione, & illuminatione mundi.

Sed cōtra qa adhuc restabat passio. Ad hoc dr, ꝙ Saluator dicit se passionē cōsummasse. Primò scđm Aug. qa se eam cōsummaturum certissimè nouerat. Scđò scđm Chry. quia ex parte sua oia fecerat. & intendit Chry ꝙ Christus iam non habebat facere, sed pati. Tertiò secundum eundem, ꝙ maior pars operis erat facta, dicitur totum factum Quartò scđm eundem, quia iā aderat passio, & incipiebat: principium autem dr dimidium totius. 4 Pol. [Et nunc clarifica me tu pater] scđm humanitatem, illam glorificando [apud temetipsum] .i. in patria siue in gloria. Christus.n. erat adhuc aliquo modo viator, vel dicitur apud temetipsum

quia

quia corporis sui gloria, quam postulabat, huic mundo non est patens [claritate quā habui priusquā mūdus fieret, apud te]id est ꝑ virtutē diuinitatis scd͂m Hyla. à qua humanitas glorificata est & q̄ filius æternaliter habuit apud patrē. Vel scd͂m Aug. ꝑ claritatē creatā, quam filius ab æterno scd͂m humanam naturā habuit apud patrē per diuinā prædestinationē. Optat ergo sibi dari gloriā corporis in resurrectione, sibi ex prædestinatione debitā Quidam aūt in his verbis intellexerunt ꝙ humanitas à verbo suscepta, quandoque conuertatur in verbū, & cōmutetur in Deū Sed contra hos arguit S. Th. q͂a ipsa humanitas scd͂m hoc annihilaretur. Nam omne quod in aliquid conuertitur, vel ipsum annihilatur, vel illud in qd͂ conuertitur augetur: verbū autem diuinum augeri non potest. Hæc ille.

Sed cōtra, q͂a scd͂m eū in 3. parte & in 4. panis conuertitur in corpus Christi, & tamen neque illud corpus augetᷣ, neque panis scd͂m eū annihilatur. Dico ꝙ hic loquitᷣ de annihilatione largè, vt dicat annihilari oē cuius nihil manet, q̄uis maneat id, in qd͂ cōuertitᷣ. Propriè aūt annihilatᷣ cuius nihil manet, & qd͂ in nihil conuertitᷣ, & sic loquitur in 3. parte, & 4. non aūt hic, q͂a sufficiebat ei sumere annihilationē largè. Quidā mī dicūt Postillā suꝑ Ioan. nō esse eius totā, vt ēt patet in fine eius, quia fuit collecta ꝑ fratrē Raynaldū discipulū S. Tho. sub codē S. Th. legente. Manifestat aūt cōsequēter ꝙ opus cōsummauerit, dicens [Manifestaui nomen tuū] prædicando, & conuersando [hominib. quos dedisti mihi] id est Apostolis, quibus specialius secreta Dei reuelauit q̄ alijs [de mundo] id est de mundana conuersatione ex qua sunt vocati. Volens autem pro ipsis Christus orare adducit multas rationes, ꝙ deberet ꝑ eis orare. Prima est, quia erat eorū Magister, cuius erat pro discipulis zelare. Dicit ergo [Tui erant] scd͂m diuinitatē, vt dicit Aug. & intellige quo ad prædistinationē [& mihi eos dedisti] scd͂m humanitatē, vt idē dicit, non autē scd͂m diuinitatem, quia nihil habuit pater, quod nō habuerit filius semper, licèt à patre. Sunt dati Christo homini per conuersionē ad fidem eius, & vocationem ad apostolatum, cùm prius fuissent Dei, per prædestinationem, & nō Christi, vt homo est. Secundam rationem tangit cùm subditur [Et sermonem tuum seruauerunt] id est meipsum secundū Bedam, qui sum verbum tuum, quod memoriæ cōmendarunt. Vel sermonem tuum, id est præcepta tua, secundum eundem Bedam, quæ seruauerunt credendo in me. Vnde subditur [Nunc cognouerunt] vt dicit Beda, quidā dicunt ꝙ iste sit textus, nunc cognoui, sed hoc non habet rationem. Quomodo enim (inquit) poterat ignorare filius, quæ sunt patris? [Quia omnia quæ dedisti mihi] tam natura, quàm doctrina, secūdum Bedam [abs te sunt] scilicet procedentia. Accepit enim omnia filius à patre inquantum homo, & ī quantū Deus [Quia verba quæ dedisti mihi, dedisti eis] docendo eos [& ipsi acceperunt] id est intellexerunt atque tenuerunt, secundū Augustinum. Tunc enim vt ait, verbū accipitur, cùm mente percipitur [Et cognouerunt verè] per fidem [quia à te exiui] per incarnationē & crediderunt] subaudi verè, secundum August. id est firmiter quasi iā nō ad propria redituri. Loquitur enim de eis secundū id, quod futuri erant, secundū eundem [quia tu me misisti] quòd idem est, secundum Aug. quòd à te exiui.

Sed contra, nam secundum Hylar. exire pertinet ad æternam generationem, mitti uero ad incarnationem: ergo non sunt idem. Soluit autem San. Tho. quia si loquamur de Christo quantū ad diuinitatem, quā tum ad filiū Dei, aliud est exire, aliud mitti; sed secundum humanitatem quantum ad filium hominis, idem sunt; vt dicit August. Hæc ille.

In hac parte est morale documentum, ꝙ qui propter Deum se humiliant, & explent opera quæ Deus eis iniunxit, perducuntur ad clarificationem, id est glorificationem, quæ apud Deū est. De hoc ait Apostolus Roma. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam, quę reuelabitur in nobis.

QVANTVM ad tertium positis rationibus orandi, ponitur ipsa discipulorum confirmatio, quam Christus eis petiuit, cùm dicitur [Ego pro eis rogo] Non exprimitur autē quid pro eis petat. Er q͂a vt dicit S. Tho. 3. parte. q. 31. omnis oratio Christi, quæ ratione deliberata fuit, exaudita est. Dicendum videtur quòd petiuit ea quæ Apostolis dedit Deus, puta quòd


post

post passionem non remanerent infideles, & huiusmodi[Non pro mundo].i. hominibus carnaliter viuentibus, secundum Aug. qui non sunt in ea forte gratia, vt ab illo eligantur ex mundo. Videtur autem Aug. velle vt per mundum intelligantur præsciti, qui eligendi non erāt. Pro talibus enim non est orandū ei, cui constant tales esse pscitos[Sed pro his quos dedisti mihi, qa tui sunt]secundum æternam prædestinationē. Vel aliter. Rogo pro eis, vt scilicet in sua voluntate prosperentur, quæ bona est; non p mūdo, quia eorum voluntas est mala. & mihi aduersa. Ne vero quis existimet Christū nouum habere principium, & nouiter istos à Deo accepisse inquantum Deus erat, subiungit[Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt] qp secundum Aug. dicitur, quia & ipse filius Deus est patri æqualis. Vel secundum alios ideo dicitur, quia propter vnionem in persona fit idiomatum cōmunicatio, ita qp ea quæ sunt diuinitatis, attribuuntur homini, & quæ hominis Deo. Dicimus enim qp homo creauit stellas, & qp Deus est crucifixus. Vide de hoc S.Tho.3 par.q.15.[Et clarificatus sum in eis]scilicet apostolis inquantū scilicet credebāt in Christū. secundū Chrys. eius gloriā partim cognoscentes [Et iā nō sum in mundo]id est in proximo sum vt à mundo recedam. Vnde subditur[& hi in mundo sunt, & ego ad te venio] qp est quodammodo nō esse in mūdo à quo recedo, quasi diceret. Cùm essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, nunc autē tibi eos recomendo.

Et in hoc est morale documentum, quantam curam Christus de salute fidelium habebat, & consequenter quātam nos habere debeamus. Vnde amorem suū materno comparat, & præfert. Esa.69. Nūquid potest obliuisci mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si oblita fuerit, ego nūquam obliuiscar tui.

Est autem sciendum quòd hoc Euāgeliū legitur in die Virginis, qa ei illa verba Christi conueniunt. o a mea tua sunt. vt sit vox Dei ad Virginē Deus enim cōmisit illi omnia officia sua. Nā pater fecit eam thesaurum suæ potentiæ. Nā aliquis est potens in curia alicuius, vel ratione parentelę, vel ratione gratiæ, quā habet apud dominū, vel rōne obsequii exhibiti domino. Beata autē Virgo est mater Regis, sicut Bersabea Salomonis, cui ipse dixit, pete mater mi.3. Reg.2. & inuenit gratiam apud Deū, & septem opera misericordiæ exhibuit regi, vt supra dictum est. Ideo est potentissima. Filius quoque fecit eam camerariam suam, quia venter eius purgatus sancto spiritu & pictus donis cęlestibus fuit camera filij Dei, quē habendo in vtero habebat ignem inextinguibilem, lucē inaccessibilē, & dulcedinē ineffabilē. Et Spiritussāctus fecit eā eleemosynariā suam. Pater enim, & filius dant nobis sua dona per amorem, & consequenter per Spiritumsanctū, qui est amor, & primū donū, sed ipse Spiritussanctus dat nobis sua dona per Virginē. Vnde ipsa in corpore mistico cōparatur collo, per quod caput influit membris. Vnde secūdū Ber. nulla gratia de cœlo descendit ad terram, nisi transeat per manus Mariæ. Quòd intelligitur, Inquantū ea quæ facit Christus dicitur facere Virgo, quæ dedit Christo esse hominē, siue humanitatem, per quam Christus est mortuus, & nos Deo reconciliauit, & nobis meruit.

Dominica in ramis palmarum.




Citis qa post biduū pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur, tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi &c.

SCitis quia post &c.]In hac dominica legitur passio, sed illā, & oēs alias q̄ leguntur in ferialibus diebus vide infra in feria 6. Legitur ēt illud Euāgeliū, cū appropinquaret, sed vide illud supra Dñi.1.in aduentu.

Feria 2. post Domini. palmarum.

Textus euang. Ioan. c. 12.



Nte sex dies paschę venit Iesus Bethaniā, vbi fuerat Lazarus mortuus, quē suscitauit Iesus. Fecerūt aūt ei cęnā ibi, &

Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discũbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi pistici p̃ciosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore vnguẽti. Dicit ergo vnus ex discipulis suis Iudas Scariothis, q̃ erat eum traditurus. Quare hoc vnguẽtũ nõ venijt trecentis denariis, & datum ẽ egenis? Dixit aũt hoc, nõ q̃a de egenis ptinebat ad eũ, sed q̃a fur erat, & loculos habens ea, q̃ mittebant' portabat. Dixit ergo Iesus, Sine illã, vt ĩ die sepulturę meę seruet illud. Pauperes.n. semper habebitis vobiscũ, me aũt nõ semp habebitis vobiscũ. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, q̃a illic esset, & venerũt nõ pp Iesum tantũ, sed vt Lazarũ viderẽt, quẽ suscitauit à mortuis. Cogitauerũt aũt principes sacerdotũ, vt Lazarũ interficerent, quia multi pp illũ abibant ex Iudæis, & credebãt in Iesum. In crastinum aũt turba multa, quæ conuenerat ad diẽ festũ, cũ audisset, quia venit Iesus Hierosolymã, acceperunt ramos palmarũ, & p̃cesserunt obuiã ei, & clamabant: Osanna, benedictus qui venit in nomine dñi, rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eũ, sicut scriptũ est. Noli timere filia Syon. Ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinę. Hoc non cognouerũt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hęc erãt scripta de eo, & hoc fecerunt ei. Testimoniũ ergo perhibebat turba, quę erat cũ eo, q̃n Lazarũ vocauit de monumẽto, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiã venit ei turbã, quia audierunt eũ fecisse hoc signũ. Pharisæi ergo dixerũt ad semetipsos. Videtis, quia nihil p̃ficimus. Ecce mundus totus post eũ abijt. Erãt aũt Gẽtiles, quidã ex his, qui ascẽderãt, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippũ, qui erat à Bethsaida Galileæ, & rogabãt eũ, dicẽtes. Dñe volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andręas rursum, & Philippus dixerunt Iesu. Iesus aũt respõdit eis, dicens. Venit hora, vt clarificet filius hoĩs. Amen amen dico vobis, nisi granũ frumẽti cadẽs in terra, mortuum fuerit, ipsum solũ manet: Si aũt mortuum fuerit, multũ fructum affert. Qui amat aĩam suã, perdet eã: Et qui odit aĩam suam in hoc mundo, in vitã æternã custodit eã. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Nunc aĩa mea turbata est. Et quid dicam. Pater saluifica me ex hac hora. Sed p̃pea veni in horã hanc. Pater clarifica nomẽ tuũ. Venit ergo vox de cœlo dicens. Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo q̃ stabat, & audierat, dicebat, tonitruũ factũ esse. Alij dicebant. Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit. Nõ pp me vox hæc venit, sed pp vos. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eijciet' foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, oĩa trahã ad meipsum. Hoc autem dicebat significãs, qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et q̃uo tu dicis, opor-

tet exaltari filiũ hoĩs. Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicũ lumen in vobis est? Ambulate dum lucem habetis, vt nõ tenebræ vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dũ lucẽ habetis, credite in lucẽ vt filij lucis sitis. Hęc locutus est Iesus & abijt, & abscondit se ab eis.

ANTE sex dies paschæ &c.] Io. 12. In pñ senti Euange. in quo narratur quomodo Christus sabbato ante Domi. Palmarũ exiẽs de deserto. in quo latuerat venit Bethaniã, & sequẽti die in Hierusalem, & ibi prædicauit, tanguntur tria puncta, quæ sunt Murmuratio, Associatio & Prædicatio.

QVANTVM ad primum in quo tangitur murmuratio Iudæ pro effusione vnguenti, oportet solum aliqua declarare verba [Ante sex dies paschæ] idest sexto die ante pascha, idest Sabbato ante Domin. Palmarũ. Dicit autem Theoph. ꝙ tũc incipiebant conuiuare, & solennizare; quia in crastinum, idest in die palmarum erat 10. dies mensis, in qua agnus immolandus segregabatur à grege [venit Bethaniã vbi erat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnã] in domo Simonis leprosi, vt dicitur Mat. 26. Nec obstat, quod Martha ministrabat, vel Lazarus recumbebat, quia vtrunq; potuit in domo auunculi vicina fuisse [& Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cũ eo. Maria ergo accepit librãm vnguenti] Ecce magnificentiam Mariæ [nardi pistici pręciosi] Dicitur autem pistici, secundũ Aug. à loco vnde erat vnguentũ. Vel pistici, i. fidelis secundũ Alchuinũ. Pistis enim Græcè, latinè dicitur fides. Non enim erat adulteratũ alijs speciebus. seu sophisticatũ. [& vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius; & domus impleta est ex odore vnguenti. Dicit ergo vnus ex discipulis suis Iudas Scariothis] sic dictus est à Scarioth vico. Inde enim dicitur, hic, & hæc Scariothis & hoc Scariothe [qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecẽtis denarijs, & datum est egenis?]

Sed cõtra, qa alij dicunt discipulos & nõ solum Iudam murmurasse. Ad hoc dicit Aug. de consen. Euange ꝙ alij ponunt plu ralem numerum pro singulari, vel vt dicit Io. de solo Iuda meminit q a latro erat: alij vero propter pauperũ curam murmur conceperũt, & verba nõ expresserũt. Dixit autem hoc non quia de egenis pertineret ad affectum, pertinebat autem quantũ ad officiũ, quia erat dispensator [sed quia fur erat, loculos habens] idest custos existens loculorum, siue bursæ domini, ac condiscipulorũ. Et secundũ August. dominus admisit, & tolerauit furem, vt discamus malos tolerare. Et ei loculos dominus commisit, secundum Chry. ne aliquam haberet occasionem, & diceret, pecuniarũ desiderio dominum prodidi. Vel secũdũ Theo. quia minimus erat. Minor enim est pecuniæ dispensatio, quàm doctrinæ. Habuit autem loculos dominus secundũ Aug. vt sciret ecclesia quando loculos habere potest, & secundũ S. Tho. in signũ ꝙ hoc nõ detogat summæ perfectioni, & secundũ eundem in signum ꝙ illud Mat. 6. Nolite soliciti esse, non significat ꝙ nihil in crastinum reseruetur [ea quæ mittebãtur Christo] pauperi, & collegio suo [portabat] & cõsequenter cupiebat habere semper bursam plenã, vt melius inde subtraheret [Dixit ergo Iesus] volens rationabiliter excusare Mariam. Dicit enim Chryso. & S. Th. ꝙ multa bona sunt, de quibus si cõsiliũ peteretur antequam fierent, ea nõ consuleremus; quia possent fieri meliora, sed tamẽ si iam cœperint fieri non sunt prohibenda, dummodo sint bona. Et sic dicunt ꝙ dominus antequam Maria effudisset vnguentũ, fortè illud dari pauperibus maluisset, sed tamen postquam iam res agebatur, dixit [Sinite illam] Ex hoc patet ꝙ plures erant murmurãtes [Vt in diẽ sepulturæ meæ seruet illud] non idem numero, sed specie, vel genere, secundum S. Tho. Beatus autem Matth. dicit. Præuenit vngere corpus meũ in sepulturam, idest morte sepulturæ. Exponitur autem iste passus tam variè vt melius iudicẽ propriam tantum expositionem ponere.

Sciendum est ergo ꝙ dubium est, an Maria præsciuerit mortẽ Christi. Quidã enim ideo dicunt ꝙ non, quia ex scriptura nõ habetur. Et sic sensit S. Tho. dicens hoc illã fecisse ex quodam instinctu naturæ, sicut frequenter aliqui ad aliquid faciẽdum mouentur,

tur, cuius rationem non intelligunt, vt Caiphas Ioan. 11. Verū non inconuenit, ꝙ sciuerit eam, quia fuit familiarissima Christo & verbū eius audiebat libentissimè. Si ergo Christus duodecim discipulis prædixit passionē, quam & mater filiorum Zebedæi intellexit, non est irrationabile ꝙ etiā huic cui primo voluit post resurrectionē apparere, eam prædixerit. Tū etiam quia potuit à beata Virgine quæ ibi procul dubio aderat, sicut & post aderat cruci in die passionis, de his edoceri. Dato tamen ꝙ illam non sciuerit, tamen cùm esset nobilissima non potuit eam latere consiliū Iudæorū de morte Christi. Timuit autem ne Christo occiso illū inungere non permitteretur, nec tamen erat sine spe vngendi cadauer. Et ideo præuenit inungere corpus, & tamen seruauit ēt aliquid de vnguento ad vngendum si posset in sepulchro. Vnū ergo fecit q̄a vnxit, & de hoc dicit Matth. præuenit vngere corpus &c. aliud facere cogitabat, & de hoc dixit Ioannes. Vt in diem &c. Discipuli autē reprehēdebant eam de eo quod fecerat, & residuum vngenti fortè vendi volebant, & Chriistus eos de vtroque cōpescuit. De primo quidē, vt dicit Matthęus. De secundo vt dicit Ioan. [Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem semper nō habebitis] scilicet quantū ad præsentiā corporalem. Quātum enim ad diuinitatem, & quātum ad præsentiā eius in sacramēto Eucharistiæ, & quantū ad præsentiā per gratiā, & amorē in cordibus se amantiū, & quantū ad specialē prouidentiā quàm habet de bonis dicitur Mat. vlti. Ecce ego vobiscū sum &c. [Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, q̄a illic esset, & venerunt nō ꝓp Iesum tm̄, sed vt Lazarū viderent, quē suscitauerat à mortuis] Desiderabant.n videre suscitatorē quatriduani mortui, & ipsū suscitarū, & de futura vita aliq̄d intelligere ab eo q̄ inde redierat. i. Lazaro, quia huiusmodi desideriū innatū est homini, vt dicit S. Tho. [Cogitauerunt aūt principes sacerdotū. vt & Lazarū interficerent, quoniā multi propter illum abibant ex Iudæis] à Hierusalē in Bethaniā vel à synagoga ad fidem [& credebant in Iesum] O stultitia. Sed quare non ita actū est circa alios resuscitatos, & sanatos à domino. Respōdit Chry. & S. Tho. ꝙ propter quatuor. Primò quia hoc miraculū fuit patens coram multis & magnū. Secundò quia Lazarus erat persona insignis. Tertiò quia tūc erat festum, in quo totus populus erat ꝓpè Bethaniam. Quartò quia non poterant calumniari hoc factum fuisse contra legē qua si in Sabbato perpetratum, sicut fecerant de cęco nato. Istis enim concurrentibus totus quidem mundus conuerti debuisset, sed corda quę fuerant viciorum, inuidiæque vel maxime armis occupata, contra Deum armantur ad pugnam.

QVANTVM ad secundum tangitur, quō Christus solenniter fuit associatus in Hierusalē in die palmarū ibi [In crastinum aūt turba multa quæ venerat ad diē festū, cū audisset quia Iesus venit Hierosolymā, acceperunt ramos palmarū, & processerunt obuiam ei, & clamabāt. Osanna benedictus qui venit in nomine domini. Rex Israel. Et īuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptū est. Noli timere filia Syon, ecce rex tuus venit sedēs super pullum asinæ. Hoc ñ cognouerunt discipuli eius primū] idest ante passionē, sc̄d'm S. Tho. [sed quando glorificatus est Iesus] i. quando gloriosus resurrexit sc̄d'm Aug. [tunc recordati sunt]. i. intellexerunt nouiter, sicut qui recordatur intelligit de nouo actualiter, quòd prius nouerat habitualiter [quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei] quæ. s. erant scripta [Testimoniū ergo perhibebat turba q̄ erat cū eo, quando Lazarū vocauit de monumēto, & suscitauit eū à mortuis] Vbi patet tot interfuisse suscitationi Lazari, quot poterāt dici turba, q̄d sonat multitudinē magnā [Propterea & obuiā venit ei turba, q̄a audierāt eū fecisse hoc signū. Pharisæi ergo dixerūt ad semetipsos. Videtis q̄a nihil ꝓficimus Ecce mundus totus post eū abijt] idest quasi totus populus. Est enim hyperbole..

QVANTVM ad tertium tangitur prædicatio, quam illa die fecit in Hierusalē, ibi [Erāt autem Gētiles quidam ex his, qui ascenderant vt adorarent in die festo] licet enim essent Gentiles, tamē idola non colebant, sed verum Deū [Hi ergo accesserūt ad Philippum] quem scilicet mitem videbant [qui erat à Bethsaida Galileæ, & rogabant eum dicentes. Domine volumus Iesum videre] Sicut autem dicit S. Tho. Christus Iudęis tantū prædicauit personaliter, quòd intelligitur regulariter, & principaliter, gentibus

autem per apostolos, secundū illud Esa. vlti. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, & annunciabunt gloriā meā gentibus. Hoc aūt iam præfigurabatur inquantū Gẽtiles Christo deuoti non adeiunt illū immediatè, sed vnum discipulorū eius. Sed sicut gẽtes cōuersæ per apostolos vidẽt Christum in gloria, ita isti vt credo tunc Christū viderũt, & allocuti sunt[Venit Philippus, & dicit Andreæ] Quia. n. Andreas erat eo prior, cū esset primus Christi discipulus, & etiā quia ꝑ ipsum Philippus fuerat cōuersus, vt habetur ex primo c. Io. ideo eius cōsilio dirigi voluit, maxime scd'm Chry. q̃a audierãt in viā gẽtiū ne abieritis[Andreas rursum, & Philippus dixerunt Iesu. Iesus aūt respondit eis, dicẽs. Venit hora vt clarificetur filius hominis] ex cōuersione Gẽtiliū. vt dicit Aug. quā anunciat occasione horū q̃ eū videre volebãt. Sed tamẽ vt idẽ ait, q̃a gloriam exaltationis debuit præcedere humilitas passionis, ideo dixit se granū mortificãdū infidelitate Iudæorū, & multiplicãdū Gẽtiliū fidelitate, di.[Amen amẽ dico vobis nisi granum frumẽti cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet. Si aūt mortuum fuerit, multū fructū affert.] Sicut enim granum seminatū non fructificat, nisi prius in terra marcescat, & vehementer alteretur, & corrumpatur; nō quidẽ perdendo virtutem seminatiuā, sed vt dicit S. Tho. speciẽ mutãdo. s. per suā conuersionẽ in herbam, sic nec Christus qui grano cōparatur reddidit fructū cōuersionis gentiū nisi à Iudæis occisus. Deinde Christus hortat' ad imitationẽ passionis suæ, dicẽs[Qui amat aīam suā perdet eā] Secundū aūt mentẽ Aug. hoc dupliciter exponitur, siue ꝑ aīam accipimus hominis formā, siue hoīs vitā. Primo sic[Qui amat animā suā] verè volendo ei bona spiritualia [perdet eam] moriendo pro Christo si fuerit opportunū. In morte. n. quodãmodo ꝑditur anima, quo ad mundū istū [Et qui odit animā suā in hoc mundo] eā. s. mortificando, vel morti exhibendo pro Christo[in vitā æternā]. i. ad vitā æternā[custodit eā] Aug. Si cupis vitā tenere cū Chr̃o, noli mortẽ timere pro Christo. Hæc ille. Alio modo sic[Qui amat animā suā] nō vere, sed apparenter, volendo ei sensibilia bona[ꝑdet eā] in futuro, q̃a. s. æterna vita priuabitur [Qui aūt odit animā suā in hoc mundo] odit inquā apparenter priuãdo eā sensibilibus bonis[in vitā æternā custodit eam] & ad hūc sensum dicit idẽ. Noli amare animā in hac vita, ne perdas eam in æterna vita. Hæc ille. Est aūt secunda expositio, vt ait melior, q̃a eū dicitur prius, perdet eā, subaudiẽdum est, in futuro Sed pro his sciendū est, vt dicit S. Tho. ꝙ amare aliquid, est velle ei bonū, & amare animā simpliciter, est ei velle bonū simpliciter, idest bonū quo anima fit bona, idest summū bonū, quod ẽ Deus, vel bonū spirituale. Amare aūt eā scd'm q̃d, est velle ei bona scd'm q̃d, vt bona terrena, scd'm illud Psal. Qui diligit iniquitatẽ odit animā suā. Hæc ille[Si quis mihi ministrat], i. qui quærit quæ mea, & nō q̃ sua sunt, vt dicit S. Th.[me sequatur]. s. subeundo mortẽ, vt afferat fructum multum, si oportuerit[& vbi sum ego, illic & minister meus erit], s. in gloria in qua tunc erat Christus quo ad animā, etsi non quo est corpus ideo nō dixit ubi ero, sed vbi sum. Et ideo subditur[si q̃s mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meus] Aug. Ministrat autem Iesu, qui nō sua quærit, sed quæ Iesu Christi. Hæc ille. Videtur ergo propriè dici minister Christi, qui relictis suis, saluti vacat animarum, licet ẽt minister eius dicatur prælatus inquantū ministrat sacramẽta; secundū illud 1. Corinth. 4. Sic vos æstimet &c. q̃ libet fidelis seruans mandata Christi, secundū illud. 1. Corinth. 6. In omnibus exhibeamus &c.

Est autem sciendum, ꝙ Christus ab instãti suæ cōceptionis fuit gloriosus in anima, nō autẽ in corpore, neque in corporeis sensibus, vt posset mysteriū redẽptionis operari, vt dicit San. Tho. 3. q. 34. & q. 66. Relinquebat autem Christus in passione viribus sensitiuis agere, quod suum erat, dolẽdo, & fugiendo, & abhorrendo dolorosa, vt idẽ dicit. q. 66. vbi supra. Quia ergo Christus fuerat hortatus ad se per mortem sequẽdum, & aliquis potuisset dicere, tu securè potes mortẽ subire, quia nihil mali times, voluit oppositum ostendere, cùm subditur[Nunc anima mea turbata est] horrore mortis. Quæ turbatio non erat contra rationẽ, sed secundum rationẽ excitata, ad ostensionem veræ humanitatis, & ad instruendum ne recusemus mortẽ etiam cū turbamur. Turbatur aūt propriè quòd cōmouetur, excedens modū suæ tranquillitatis, sicut mare cōmotum

tũ turbatũ dicimus, secundũ San.Tho.turbatur igitur sensitiua pars animæ, quando aliquibus motibus mouetur, vt spe, vel timore, vel huiusmodi passionibus. Sed hæc turbatio quandoque sistit sub ratione, & quãq; limites eius excedit, cùm.s.ipsa ratio perturbatur, ꝙ in nullo sapiente fit. Vñ secundũ stoicos sapiens nõ turbatur.s.quantũ ad rõnem, & maxime Christus qui est sapientia Dei In eo ergo nõ fuit turbatio supra vel cõtra,sed scd'm rõnẽ, q̃a in eo nulla fuit passio nisi quã ipse cõcitauit, q̃a in eo vires inferiores ita rõni subdebant, ꝙ nihil agere vel pati poterant, nisi qđ ratio ordinabat. Vnde dicit Io.11.ꝙ turbauit semetipsum.Hæc oĩa,i.[& q̃d dicã]quasi diceret,secũdũ affectũ sensualitatis dicã [pater saluifica me ex hac hora]sed tũ scd'm rationẽ dico [sed pp hoc]vt morior[veni]sponte [in hac hora. Pater clarifica nomen tuum]per mortẽ meã faciendo tuã voluntatẽ, & non meũ appetitũ sensitiuũ.Sed contra.Nã vt dicit apostolus ad Heb.5.Christus exauditus ẽ pro sua reuerentia.s.in omnibus.Ergo si petiuit saluari,& liberari à passione non fuisset passus,quod est falsum. Ad hoc dicit S. Tho.ꝙ istã petitionẽ ratio non proposuit proprio motu sed quasi aduocata,& ex pso na naturalis effectus recusantis mori. Est autẽ exauditus in his quę ratio ex sua parte petebat,& vt exaudienda. Et ideo Chry.legit interrogatiue.Quid dicã?Nunquid hoc?Pater saluifica me ex hac hora?quasi dicat nõ, sed propterea veni in hanc horã.q.d.Non est iustũ vt liberer à passione, qui veni pati. Petitionem autem suã proponit ratio[pater clarifica nomen tuũ],i.filiũ tuũ scd'm S. Th.quia cùm nomen dicatur à notitia,qua si notamen i.quo manifestatur res,& filio manifestatur pater. Vel nomen tuũ secundũ eundem,idest potentiã & gloriam tuã. Et in hoc petit filium pati,per cuius passionem nomen Dei erat clarificandũ [Venit ergo vox]formata per angelũ immediatè secundu Greg. [dicẽs. Et clarificaui]secundum Aug ante mundum, & in natiuitate ex Virgine, & in baptismo, & in miraculis [& iterũ clarificabo]in resurrectione, & ascensione, & mundi conuersione.Ista autẽ vox secundũ Chry.fuit benè significatiua & expressiua, sed adeo velox ꝙ rudes. & desidiosi eam non perceperunt,ideo variè de ea sentiebant. Fuit autẽ à tota Trinitate p angelũ formata, sed tamẽ vox patris dicitur, quia ad eam repræsentandam formata est. Et venit propter turbam,quia dicebant pharisæi, quòd à Deo iste homo non est. Dicit ergo[Turba ergo quæ stabat,& audierat dicebat tonitruũ factum esse. Alij dicebant, angelus ei locutus est. Respondit Iesus & dixit. Non propter me vox hæc venit, sed pp vos, vt credatis quia à Deo sum] Ego .n.ista voce instrui non indigeo,q̃a nihil mihi attulit,quod nescirem.Ostenditur autem secundum Chryso. consequenter & modus istius gloriæ,cùm dicitur[Nunc iudiciũ est mundi]Est autem secundũ Aug.Dei duplex iudiciũ, condemnationis.s.& præmiationis,vt generale in fine mundi, & speciale in morte cuiusque. Aliud est iudiciũ discretionis fideliũ ab infidelibus,& de isto vt ait, hic est sermo[Nunc],i.statim post hoc princeps huius mundi],i.hominũ mundanorũ secundum Aug. non autẽ huius mundi, id est cęli, vel terræ,i.diabolus[eijcietur foras] à cordibus infideliũ, & peccatorum,quibus dominatur, dũ ad me conuertentur, vel aliter nunc iudiciũ est mundi, i.pro mundo, non contra mundũ, vt scilicet liberetur à mundo, vt scilicet liberetur à diabolica potestate,& nullus ei subdatur in culpa,vel pęna nisi volens, quia diabolus per passionẽ eiectus est,idest perdidit solitã potestatem. Sed arguitur contra prædicta.Nam si diabolus eiectus est foras,iam non tentaret sicut prius,quòd est falsum. Respondit S.Tho.ꝙ diabolus quando homo est in peccato; regnat in eo; & tentat illũ ab interiori. Vbi vero homo desinit esse de mundo,solũ ab exteriori regnat,& tentat. Sic ergo eiectus est foras,q̃a effectus peccati in homine nõ est ab interiori, sed ab exteriori. Hæc ille. Qui obscurè videtur loqui, sed vt colligitur 3.q.49.arti.2 ad secundũ intendit sic dicere. Diabolus superato homine per peccatũ, habebat potestatem impediendi hominem à sua salute quantum ad tria. Primò in quantum poterat ex iustitia Dei hominem in peccato tenere siue in statu peccati, non quia homo non posset pęnitere, sed q̃a nõ poterat se educere de statu peccati. Et secundò inquantũ poterat hominem non liberatum à statu peccati deducere ad alia peccata, quæ omnia existens in tali statu cauere

non pôt diu, etsi singula. Vnde quodāmodo ab iuteriori præcipitabat hoīem in mortale peccatum, non quia moueret voluntatē, sed quia ad talē statū suadendo deduxerat, in quo quis non pôt non peccare; tertiò inquanrum poterat detinere in lymbo ēt iustos. Per passionē ergo Christi eiectus est, quo ad duo prima, ēt anteq̄ ipsa fuisset expleta, quia virtute eius homo surgebat à statu peccati, & consequenter cauebat à peccatis consequentib. alia peccata. Quo ad tertium vero est eiectus, quando ipsa fuit consummata. Secundò arguitur, nā si princeps huius mundi eiicitur foras nunc, non ergo ante passionem Christi, & consequenter tūc iusti nō fuerunt liberati a peccato. Respondet S. Tho. ꝙ ante passionē fuit eiectus à singularib. personis, sed non à toto mundo sicut post quia quod tunc factū est in paucis, post factum est in multis. Vel, ut dicit, ante passionem fuerunt iusti liberati à peccato sed non totaliter, quia non intro ducebantur in regnū, sicut post sublato flā meo gladio ꝙ dictū est, hodie mecū eris in paradiso [Et ego si exaltatus fuero].i. cum fuero exaltatus, scd'm Aug. non.n. dubitat se exaltandū: vt ait in cruce per passionem [oīa trahā ad me ipsum] oīa inquantū, secūdū Aug vel spiritum, & aīam, & corpus, vel scd'm eundē, oīa, oēs hoīes p̄destinatos, vel scd'm eundem, oia gñ a hominū. Credo aūt tunc fuisse prouerbiū. ꝙ qui suspendebatur, exaltari à terra dicebatur, iō turba intellexerit, quòd Christus de sua morte loqueretur. Vel scd'm Chry. hoc intellexerūt, quod facere cogitabant, non ex infusa sapientia, sed stimulante cōscientia. Hoc aūt dicebat significans, qua morte esser moriturus [Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege].i. ex scriptura [q a Christus manet in æternu] in multis.n locis scripturæ fit mentio de Christi æternitate, vt Dan. 6. Et potestas eius potestas æterna [& quō tu dicis, oportet exaltari filium hominis] Non dixerat nunc, uel statim Christus, oportet exaltari filiū hoīs, ut dicit Aug. sed quia supra se filium hominis dixerat, cùm dixit, uenit hora, ut clarificetur filius hominis, ideo illud retinētes, sic dicūt [Et quis est iste filius hominis] quasi dicerent, si tu es ille, non es Christus qui in æternum manet: si est alius, dic quis sit ille? Christus autē commēdauit eos, de hoc quod nouerant Christū æternū, dicens [Adhuc modicū lumē in uobis est] per hoc.s. ut dicit August. quia intelligitis Christū esse æternū. Sed ista cognitio ē imperfecta, q a non percipitis, quòd mors eius stat cū æternitate eius, post resurrectionem [Ideo ambulate].i. proficite in cognitione [dū lucē habetis].i. dum ego sum præsens, & doceò, vel scd'm Chrys. Dum durat præsens vita [vt non tenebræ] ignorantiæ, & culpæ, uel tenebræ dānationis [vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucē, ut filii lucis sitis].i. filii Dei per gratiā, qui Deus est lux [Hæc locutus est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis] ostēdens, quòd in tenebris infidelitatis remanerent.

In Cœna Domini.

Textus euang. Ioan. c. 13.



Ante diē festum paschæ sciēs Iesus, q a venit eius hora, vt trāseat ex hoc mundo ad patrē, cū dilexisset suos, q erāt in mundo, in finē dilexit eos Et cęna facta cum diabolus iā misisset ī cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis, sciens q a oīa dedit ei pr̄ in manus, & q a à Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit à cęna, & ponit vestimēta sua. Et cum accepisset lintheum, p̄cinxit se. Deinde misit aquā in peluim, & cępit lauare pedes discipulorum, & extergere lintheo quo erat p̄cinctus. Venit ergo ad Simonē Petrum. Et dicit ei Petrus. Dñe, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in ęternum, Respōdit ei Iesus: Si nō la

vero te non habebis partem mecū. Dicit ei Simon Petrus. Domine nō tātū pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est nō indiget nisi, vt pedes lauet, sed est mūdus totus. Et vos mūdi estis, sed nō oēs. Sciebat.n.qs nā esset q trade ret eū, propterea dixit, nō estis mundi oēs. Postquā ego lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cùm recubuisset iterum, dixit eis. Scitis qd fecerim vobis, vos vocatis me, magister, & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dñs, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, quēadmodum ego feci vobis, ita vos faciatis.

ANTE diem festum paschæ &c. Ioā. 13. In præsenti euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt. Præparatio, Ablutio, & Admonitio.

QVANTVM ad primū tāgitur quō Christus præparauit se ad abluēdū discipulorū pedes. Dicitur ergo [Ante diē festū paschæ]. i. 14. luna. siue Feria 5. in qua incipiebat solēnitas paschalis ad vesperū, qa a vespera ad vesperā celebrat festa, vt patet Exo. 14. Sicut ergo factū in natali domini, ita vt dicit S. Tho. alij Euangelistæ dixerūt cœnā factam primo die azymorū, qa factū fuit die præcedenti ad vesperam, quia iā pertinebat ad diem azymorū. Io. aūt dicit, ante diē paschæ, i. ante Feriā sextam, quæ erat propriè prima dies celeberrima. Est autem pascha nomen irregulariter declinatū, qa est neutri generis, & tamen est primæ declinationis: item qa est primæ declinationis, & tamen facit in tis, quia declinatur pascha paschæ, secundum antiquos codices, vel pascha paschatis. Et secundum Ambr. græcū nomen est, & passionē significat, Hæbraicè vero dicitur phase. i. transitus, quia transiuit dominus per Aegyptū percutiēs, Aegyptios, & saluās, vel cōseruās Hæbreos. Augu. vero dicit, ꝙ pascha Hæbraicū est, & sonat transitum, quia tñ, vt ait græcè paschin passio dicitur, iō pascha passio putata est. Vr aūt velle Aug. ꝙ pascha descendat à phase, secūdum aliquorū existimationem, ꝑ corruptionem vocabuli, vt dicatur pascha, quasi phasca, seu phase addita ca. & sublata h. litera. quam multi latinorū etiā modo subtrahūt de phase, quos tamen cōdemnant omnia antiqua exēplaria. Et idē vr sentire Hiero. dicens, ꝙ pascha Hæbraicè dicitur phase. S. Tho. aūt sic dicit, Hoc festū quidā putant vocari pascha à passione domini, quæ tunc celebratur, & concordāt cū græco, quia pascha græcè, idē est, quod pati, sed tamē prima origo vocabuli habetur ex Hæbreo, quia pascha dr quasi phase. i. trāsitus, vt dicitur Exo. 12. Interpretat aūt hoc Euangelista ꝑꝑ duplicē transitū, s. angeli percutientis primogenita Aegypti & filiorum Israel trāseūtium mare rubrū. Et ideo hoc festū vocant pascha, vt pascha nostrum habeat vtriusque linguæ significationē, Hebraicè. s. & græcè, qa in ipsa passione domini trāsitus fuit ipsius ex hoc mūdo ad patrē, & omniū nostrū sequentium Christū. Hæc ille. Pascha tñ cū sumatur pro agno paschali & pro panibus azymis, & ꝑ septē diebus azymorū, & die prima, q erat celebris, hic sumitur vltimo mō, scd'm S. Th. Dies ergo aū diē paschę fuit Feria quinta, & nō Feria quarta, vt volūt græci, & cōsequēter Christus nō consecrauit in fermētato, vt dicūt [sciens quia venit hora eius, vt trāseat ex hoc mundo ad patrem] & cōsequenter faciat pascha, idest transitū [cum dilexisset suos] familiares pcipuè. Dicit.n. S. Th. ꝙ aliqui sunt sui per creationem. Io. 1. Sui eū non receperunt, aliqui per redemptionē, i. dati ei per fidē, Io. 17. Tui erāt, & mihi eos dedisti. Aliqui speciali deuotione 1. Para. 12. Tui sumus ô Dauid. Primos diligit conseruando eis bona naturæ, & secūdo conseruando eis bona gratiæ, alios vero spiritualiter consolando. Hæc ille [qui erant in mundo] ad differentiā mortuorū, qui etiam erant sui, inquantū sperauerunt liberari per eum, qui nō tantum indigent dilectione eius, vt existētes in mundo. secūdum San. Tho. [in finem] idest circa finē vitæ suæ [dilexit eos] maiora scilicet dilectionis signa ostēdēs, quā prius, secundū Chry. vt ꝑpararet eos ad tristitia superuētura. Vel secundū Aug. in finem, i. in se, vel in æternam

nam vitam, quæ est finis, i. causa finalis, quasi diceret. Ad hoc dilexit, vt saluaret. Vel secundũ eundem, in finẽ, id est vsque ad hoc vt pro eis mortem sustineret, q̃ est finis, i. terminus [Et cœna] in qua edebant agnũ paschalẽ, facta] id est pręparata scd̃m Aug. non autem consumpta, & trãsacta. Adhuc enim, vt ait, cœnabatur, qñ pedes discipulorũ lauit. Permanentia enim, vtputa homo, dicuntur facta etiã si sint præsentia, nõ autem successiua, vt motus, quæ fieri est trãsire, & facta esse transiuisse [cùm diabolus iã misisset in cor] Est aũt notandũ, ꝙ oĩa inferiora corpora obediunt spiritibus angelicis, etiam malis ad nutũ, sicut humanũ corpus animæ, vt docet S. Tho. 1. q. 105. 2. dist. 7. 3. contra Gen. c. 103. Quæ ergo fieri possunt motu locali horũ corporũ subsunt eorũ potestati. Nullã tñ põt diabolus imprimere formam sine motu locali. Si ergo ꝑ cor intelligamus intellectum, non potest diabolus in illud imprimere aliquam formã immediatè, sed tñ põt mouere spiritus corporeos in q̃bus sunt phãtasmata, & sic reducere imaginationem in actum imaginandi, & consequenter imprimit per illam intellectui possibili speciem intelligibilẽ, vel ad actum reducit iam impressam, qua actu consideret rem imaginatam. Nec obstat, ꝙ ad istam impressionem non sufficit phantasia, sed requiritur intellectus agẽs, quia iste intellectus necessario agit præsente phantasmate. Ideo nisi voluntas auertat imaginationem, necessario intellectus possibilis cõsiderabit de re immaginata. Nec tñ ex hoc seq̃tur, ꝙ diabolus sciat particulariter quid cogitem, licet sciat de quo cogitem, quia eadem specie intelligibili põt intellectus possibilis vti ad diuersos conceptus formãdos, secũdũ ꝙ placet voluntati, vt dicit S. Tho. in multis locis. Sicut aũt actũ volũtatis scire nõ põt, ita neq; hũc vel illũ vsum speciei, licet nouerit vsum speciei in cõi. Stante. n. phantasmate mulieris scit, ꝙ de illa cogito, sed nõ scit quid, vtrũ. s. abhorrendo peccatũ, & imperfectionẽ muliebre, vel cõplacendo in corporalibus illecebris. Si autem per cor intelligatur volũtas, dupliciter põt aliq̃d mitti in cor. Vno modo mouẽdo ipsam voluntatẽ ab intra, vt illud velit, & sic solũ à se, & à Deo mouetũ, vt docet S. Tho. 1. q. 105. 2. q. 6. Mat. 3. ar. 4. cõtra. Gen. 3. c. 88. Alio modo suggerẽdo voluntati, quòd fit dùm aliquid ostenditur ei vt bonum, & sic immittit homo in cor ꝑ sensus corporeos suadendo. Diabolus aũt & per sensus corporeos, & vlterius mouendo imaginatiuam, & intellectũ modo p̃dicto. Quia tamen voluntas potest auertere imaginatiuam ab imaginando, intellectũ à considerando aliquid, & quia stante cõsideratione de aliquo potest mouere intellectum ad bene, vel male de illo cogitandũ, ideo voluntas libera est, nec cogitur tali suggestione [vt traderet eũ Iudas Simonis] scilicet filius [Scariothis] Describitur autẽ hoc tẽpus, vt magis appareat inde nequitia, scd̃m Chry. q. inter tot charitatis, & humilitatis signa, tam nefanda cogitabat. Et ẽt ad ostẽdendam Christi ad inimicos charitatẽ, scd̃m S. Tho. [sciens quia oĩa] id est proditorẽ, & insecutores scd̃m Aug. & Gre. Vel oĩa, i. opera, & potentiam patris, scd̃m Orig. Vel omnia, id est salutẽ omniũ scd̃m Chr. & The. [dedit ei pater in manus] quia & inquantũ homo, & inquãtũ Deus accepit a patre quicquid habuit, licet inquãtũ homo acceperit à patre, & à se, & à Spiritu sancto: inquantũ autem Deus à patre solũ [& q̃a à Deo exiuit] per æternã generationẽ, & mirabilẽ corporis sui formationẽ, & mirabiliorem, immo summè mirabilẽ carnis assumptionẽ [& ad Deũ vadit] ꝑ immensã dilectionẽ, quã gloria corporis meruit. & per dolorosam passionẽ qua redemit oẽ suppositũ humani generis, & ꝑ gloriosam resurrectionẽ, in qua viuet in æternũ [surgit à cœna] vt scilicet lauaret discipulorum pedes. Sed quare præmittitur, sciens, quia oĩa ? &c. Dico, ꝙ hoc factum est primo, vt cõmẽdabilior appareret actus humilitatis statim exercendus. Secundò nequis crederet, ꝙ eius gloriæ aliquid deperiret ex actu vili. Ecce ergo præparationem lotionis.

In hac parte est morale documẽtum, vt quilibet habeãt custodiam suę mentis, quia diabolus potest immittere multa mala, vt dictum est Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuum, idest mentem, quoniam ex ipso vita procedit, immo & mors.

QVANTVM ad secundum tangitur ipsa ablutio, cũ dr̃ [Et ponit]. i. deponit [vestimẽta sua] superiora, i. palliũ, vt expeditios

pedirior esset[Et cũ accepisset lintheũ pcin xit se]vt inde lotos pedes detergere[Dein de misit aquã in peluim] manib. proptijs, & cœpit lauare pedes discipulorũ,& extergere lintheo quo erat pcinctus]Chry.Vide qualiter humilitatẽ dñs ostendit non solũ in lauando pedes,sed ẽt aliter. Nõ n.anteq̃ recumbere,licet postq̃ resederunt oẽs,tunc surrexit.Deinde nõ solũ lauit, sed vestimenta deponit lintheum præcingit, & peluim implet,& nõ alij implere iussit. sed oĩa operat. ostendens ꝙ cum omni studio oportet talia facere.Hæc ille.[Venit ergo ad Simonem Petrum & dicit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes?]

Est aũt hic qõ,quia vr̃ ꝙ iã alij fuerint loti ante Petrum,quia p̃missum est, cœpit lauare &c. quare ergo alij nõ contradixerũt Christo?Ad hoc dico,ꝙ circa hoc ẽ triplex opinio.Orig.n.dicit ꝙ sicut medicus plurimorum infirmantium curæ intentus incipit curã à magis indigentib.ita Christus cœpit lauare pedes sordidos magis, ita ꝙ vltimo venit ad Petrum,quia r̃ōne magni feruoris pedes spirituales habuit mundiores. Et hoc videntur sonare verba Euangelii dicentis,cœpit lauare pedes discipulorum,& deinde sequitur,venit ergo &c. Chrys. autẽ dicit,ꝙ lauare cœpit à primis.sed proditor tanquam stultus,& superb.ad pedum lotionem præuenit Petrum, qui magistrũ reuerebatur.Aliquis.n.præuenit Petrũ, quia cœpit(inquit)lauare pedes discipulorũ, & nullus hoc p̃sumpsisset nisi Iudas.Aug.vero dicit ꝙ prius venit ad Petrum,ita ꝙ Euangelista more suo proponit totum factum,di. Cœpit lauare pedes discipulorũ,& postmodum ponit modum,dicens Venit ergo &c. Ad qõnem igitur dicunt Theop. & Chrys. ꝙ solus Iudas stultus ante Petrum lauit, ꝙ colligitur, quia aliquis ante Petrum fuit lotus, vt innuit textus, & nullus nisi stultus proditor hoc præsumpsisset.Orig.aũt dicit ꝙ oẽs alii cogitauerunt ꝙ tantus doctor sine cã id non faceret,& timore quodã verebãtur.Petrus autem semper feruidus ad insinuanda quæ sibi meliora videbantur,& nihi aliud cogitans,nisi reuerentiam ad magistrum,& ex amore magno fiduciam assumẽs cõtradixit.Aug.vero dicit,ꝙ Petrus tãquã primus,lotus est prior. Qñ ergo pedes lauare cœpit uenit ad eũ à quo cœpit,videlicet Petrũ q expauit,sicut & quilibet aliorum expauisset[Respondit Iesus,& dixit ei. Quod ego facio]id est ꝑ quod hoc facio [tu nescis modo,scies autem postea]Faciebat.n.illud non ꝑ ablutionem pedũ, sed in exemplũ humilitatis,quod sciuit Petrus postea Christo docente, & in mysterium internæ ablutionis,quę solum fit per Christũ instituentem sacramenta nouæ legis;quod ẽt postea Petrus sciuit repletus Spiritu sancto.Aug.Nec tñ ille dñici facti altitudinem exterius permittit fieri ꝙ cur fieret ignorabat,sed vsq; ad suos pedes humilem Christum videre,non potest subsistere.Hæc ille. Nam sequitur[Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum]hoc est, nunq̃ hoc patiar,sc'd'm Aug.Hoc quippe(inquit) in æternum non fit,ꝙ nunq̃ fit. Ex hoc aũt secundum Orig.patet, ꝙ aliquis secũdũ purum propositum ꝑ ignorãtiam põt velle quod non expedit, & nolle quod expedit [Respondit ei Iesus. Si non lauero te] id est pedes tuos,totum sumendo pro parte[non habebis partem mecum]id est in cœlo. Et hoc planum est de lotione signata,id est interiori, quia in paradisum nihil inquinatũ ingreditur. Et etiam de lotione significante,& exercitata, id est de ista corporali, q a licet secundum se, nõ esset necessaria ad salutem,tamen ex præcepto Christi,ꝙ virtualiter in eius verbis continebatur erat necessaria. Dicit enim S.Tho.ꝙ sicut quædã sunt prohibita quia mala, quædam vero mala, quia prohibita,ita quædam sunt præcepta, quia necessaria,& quædam necessaria, quia p̃cepta,vt ista ablutio. Et vt dicit Chrysost. Christus non dixit cuius gratia id faceret, sed imposuit minas quia aliter non fuisset Petrus suasus[Respondit ei Petrus]Qui inter oĩa maxime timebat à Christo separari,sc'd'm Chry. [Dñe, non tm̃ pedes meos, sed & manus,& caput]Dicit aũt Tho. ꝙ sicut in hoĩe sunt tria.s. supremũ,medium,& infimũ.i.caput,manus,& pedes, ita in hoĩe interiori similiter sunt tria i.rõ superior, qua aĩa inhæret Deo & inferior quæ vacat operib.vitæ actiuæ,& sensualitas. Sciebat aũt dñs discipulos esse mundos quo ad caput,quia erant Deo coniuncti per fidem,& charitatẽ; & quantũ ad manus, q a eorum opera erant sancta,sed nõ quo ad pedes, id est aliquos effectus terrenorum. Et ideo sub-

subditur[Dixit ei Iesus. Qui lotus est]scilicet p baptismũ scd'm Augu. [nō indiget] si nō superueniat mortale[nisi,vt pedes lauet] i. humanos affectus scd'm Augu.sine q bus post baptismũ præsens vita nō ducitur.ideo alia membra nō est necesse lauare [Et vos mundi estis].s.per baptismũ.Sicut enim dicit Aug.& S.Th.ex hoc loco intelligimus illos fuisse baptizatos baptismo Ioānis secūdũ aliquos,vel baptismo Christi q rōnabilius est, vt dicūt.Sed cōtra,qa Christus non baptizabat, sed discipuli eius Io.3.ad hoc dicit S.Tho. q nō baptizabat turbas, baptizauit tamen discipulos tāquā familiares.Hæc ille. Potest etiam dici,q se inuicem baptizarent,sed primũ est verius. Vnde dicit Aug. Nec Christus tenuit baptizandi mysterium, vt baptizatos haberet seruos,p quos alios baptizaret. qui nō defuit humilitatis ministerio quādo eis pedes lauit [sed non oēs] quia mundicie baptismalis Iudas superaddidit mortale peccatum, quo solo dr homo immūdus,sicut a veniali dicitur immundos habere pedes. [Sciebat enim quisnā esset,q traderet eũ, propterea dixit,nō estis mundi omnes]In hac parte est morale documentũ,vt frequēter pedes abluamus per confessionem ēt si sine mortali viuamus, quia nō potest cum pedũ mundicia terra calcari, idest p̄sens vita duci.Orig.Impossibile puto non contaminari extrema animæ,&infima eius,quā, quā quo ad homines pfectus quis esse putetur. Plurimi autē etiam post baptismũ replentur puluere scelerũ vsque ad verticem. Qui vero legitime discipuli Christi sunt,erga solos pedes indignet lotione. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur admonitio,quā Christus de facto suo fecit cũ dicitur[Postquā ergo lauit pedes eorum accepit vestimenta sua,vt decētius doceret.Alius enim habitus decet ministrātē, qui debet esse expeditus, & alius docentē, qui dēt esse grauis [Et cũ recubuisset iterũ dixit eis]volēs Petro exponere quod nesciebat scd'm Aug.[Scitis quid fecerim vobis] Orige.Qd̄ vel interrogatiue pferat,vt ostēdat facti magnitudinē, vel imperatiuè, vt eorũ erigat intellectũ.Hęc ille]Vos vocatis me]hoc nomine qđ ē [magister,& dñe.& bene].i.verè[dicitis.Sum etenim]q a ipse illuminat omnē hominē.Io.1.& cōsequēter est principalis magister,& omnia non solũ sunt sua, sed sunt ab illo facta. Nec tñ in hoc Xp̄s est arrogans scd'm Aug. quia qui sup oīa est,non pōt superbire, & vt idē dicit,nullus Deũ nosset si non se indicet tpe qui nouit.Ideo nō pp se,sed propter eos se ipsum laudat.Et intēdit,q seipsum cōmendare est cōmendabile,qñ nō adest periculũ superbiēdi,& hoc ipsum vtile est alijs,sicut & apostolus se cōmēdauit 2.Cor.11.& idē dicit S.Th.[Si ergo ego laui pedes vestros dñs, & magister, & vos]à fortiori, vt dicit Chry.[debetis] debito necessitatis in necessitate,alias aūt debito honestatis tātūmodo[alter alterius lauarē pedes].i.pietatis officia inuicē exhibere.Multi ēt, vt ait Augu. hūc hñt morē, vt ēt ipsos pedes fratrũ in hospitio manibus lauāt,opere.s.ipso visibili. Spūaliter tñ pedes inuicē lauamus, qñ inuicē crimina cōfitemur,& qñ inuicē oramus, vt idē dicit.Est autē in hac parte documentum literale humilitatis, & pietatis ad pximos, de quo dominus eis[Exemplum enim dedi vobis] non ut illud solum memorię commendetis, aut prædicetis[sed ut quemadmodũ ego feci,ita & uos faciatis]

In die Parasceues.

Passio domini nostri Iesu Christi secundum Matth.c.26.



SCITIS quia post biduũ pascha fiet, & filius hominis tradetur,vt crucifigat. Tūc cōgregati sunt principes sacerdotũ,& seniores populi in atriũ principis sacerdotũ,q dicebat Caiphas,& cōciliũ fecerūt,vt Iesũ dolo tenerēt & occiderēt,Dicebāt aūt.Nō in die festo,ne forte tumultus fieret ī populo. Cũ aūt eēt Iesus ī Bethania ī domo Simonis leprosi, accessit ad eũ mulier hñs alabastrũ vnguēti p̄ciosi, & effudit sup caput ipsius recūbē-

tis. Videntes ãt discipuli indignati sunt, dicẽtes. Vt quid pditio hæc? Potuit.n. vnguẽtũ istud venũdari multo, & dari pauperib. Sciens aũt Iesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus.n.bonum operata est in me, nam semper pauperes habebitis vobiscum, me aũt non semp habebitis: mittens.n.hęc, vnguentũ hoc in corpus meũ ad sepeliendũ me fecit: Amẽ dico vobis, vbicunq; pdicatũ fuerit hoc Euangelium in toto mũdo dicet, & q hæc fecit in memoriã eius. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dr Iudas Scarioth ad principes Sacerdotum, & ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradã? At illi cõstituerũt ei triginta argẽteos. Et exinde q̃rebat opportunitatẽ, vt eũ traderet: Prima aũt die azimorũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicẽtes, vbi paremus tibi comedere pascha, at Iesus dixit. Ite in ciuitatẽ ad quẽdam, & dicite ei, magister dicit, tps meũ ppe ẽ, apud te facio pascha cũ discipulis meis: & fecerunt discipuli sicut cõstituit illis Iesus, & parauerunt pascha. vespere ãt facto discumbebat cũ duodecim discipulis suis, & edentib. illis, dixit. Amẽ dico vobis, qa vnus vestrũ me traditurus ẽ. Et cõtristati valde cęperũt singuli dicere. Nunqd ego sum dñe? At ipse respõdens, ait. Qui intingit mecũ manum in paropside, hic me tradet. Filius quidẽ hoĩs vadit sicut scriptũ est de illo. Veh autem homini illi p quem filius hoĩs tradet. Bonum erat ei si natus non fuisset hõ ille. Respõdens aũt Iudas, q tradidit eũ, dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cęnantib. autẽ eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait. Accipite, & comedite, hoc est corpus meũ. Et accipiens calicẽ grãs egit, & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc oẽs. Hic est .n. sanguis meus noui testĩ, qui pro multis effundet in remissionem peccatorum. Dico aũt vobis. Non bibã ammodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscũ nouum in regno prĩs mei. Et hymno dicto, exierunt in montẽ Oliueti. Tunc dicit illis Iesus. Oẽs vos scãdalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est.n. Percutiã pastorẽ & dispergent oues gregis, postq̃ aũt resurrexero, pcedã vos in Galilæã. Rñdens aũt Petrus, ait illi. Etsi oẽs scandalizati fuerint in te, ego nunq̃ scandalizabor. Ait illi Iesus. Amen dico tibi, qa in hac nocte antequã gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiã si oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Similiter & oẽs discipuli dixerunt. Tũc venit Iesus cum illis in villam, q̃ dr Gethsemani, & dixit discipulis suis. Sedete hic, donec vadã illuc, & orẽ. Et assumpto Petro, & duob. filijs Zebedęi cępit contristari, & mæstus esse. Tũc ait illis. Tristis est aĩa mea vsq; ad mortem. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et pgressus pusillum pcidit in faciẽ suam orans, & dicẽs: Mi pater si possibile est trãseat à me calix iste. Veruntñ non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiẽtes. Et dicit Petro. Sic? non potuistis vna hora vigilare mecũ? vigilate, & orate, vt nõ intretis in tẽtationẽ. Spũs q̃dẽ prõptus est, caro autem infirma.

Iterum scdo abijt,& orauit dicẽs. Pater mi, si non põt hic calix transire nisi bibã illũ, fiat voluntas tua. Et venit iterũ,& inuenit eos dormientes. Erãt.n.oculi eorũ grauati. Et relictis illis, iterũ abijt,& orauit tertiò eundem sermonẽ dicens. Tunc venit ad discipulos suos. Et dicit illis. Dormite iã,& requiescite. Ecce appropinquabit hora, & filius hoĩs tradet in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc illo loquẽte, ecce Iudas vnus de duodecim venit,& cum eo turba multa, cũ gladijs, & fustibus missi à principib. sacerdotum, & seniorib. populi. Qui aũt tradidit eũ dedit eis signũ, dicens. Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eũ. Et cõfestim accedẽs ad Iesum, dixit: Aue rabbi, & osculatus est eũ. Dixitq; illi Iesus. Amice ad qd venisti? Tunc accesserunt,& manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eũ. Et ecce vnus ex his q erant cum Iesu, extẽdens manum exemit gladiũ suũ, & percutiens seruum principis sacerdotũ, amputauit auriculã eius. Tunc ait illi Iesus. Conuerte gladium tuum in locum suum. Oẽs.n.q acceperint gladium, gladio peribũt. An putas, qa nõ possum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi modo plusquã duodecim legiones angelorum, quõ ergo implebunt scripturę? Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit Iesus turbis. Tãquã ad latronẽ exijstis cũ gladijs, & fustib. cõprehẽdere me, quotidie apud vos sedebã in tẽplo docens,& non me tenuistis. Hoc aũt totum factũ est, vt adimplerent scripturæ ꝓphetarũ. Tunc discipuli oẽs relicto eo fugierunt. At illi tenentes Iesum duxerunt ad Caypham principẽ sacerdotũ, vbi Scribæ,& Seniores conuenerant. Petrus aũt sequebat eum à longe, vsq; in atrium principis Sacerdotũ, & ingressus intrò sedebat cum ministris, vt videret finẽ. Principes aũt Sacerdotum, & oẽ cõciliũ q̃rebant falsum testimonium cõtra Iesum, vt eum morti traderẽt, & nõ inuenerũt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissimè ãt venerũt duo falsi testes,& dixerunt. Hic dixit. Possum destruere tẽplum Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgẽs princeps sacerdotum, ait illi. Nihil respondes ad ea, q̃ isti aduersum te testificant? Iesus autẽ tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te p Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Veruntñ dico vobis, ammodo videbitis filium hoĩs sedẽtem à dextris virtutis Dei,& venientẽ in nubibus cœli. tunc princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua, dicẽs. Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus, ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis vr̃? At illi respondentes, dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciẽ eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes. Prophetiza nobis Christe, quis est q̃ te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicens. Et tu cum Iesu Galilæo eras? At ille negauit coram oĩbus, dicens. Nescio quid dicis. Exeunte aũt illo ianuã, vidit eũ alia ancilla, & ait his q erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno; & iterum negauit cum

iuramento, quia non noui hominē, & post pusillum accesserūt, qui astabant, & dixerūt Petro. Verè, & tu ex illis es, nā & loquela tua manifestū te facit. Tūc cępit detestari, & iurare, quia nō nouisset hominē, & cōtinuo gallus cātauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu, qđ dixerat prius quā gallus cantet, ter me negabis: & egressus foras, fleuit amare. Mane autē facto conciliū inierunt omnes principes sacerdotū, & seniores populi aduersus Iesum, vt eū morti traderent, & vinctum adduxerunt eū, & tradiderūt Pōtio Pilato Præsidi, tunc vidēs Iudas, qui eū tradidit, quod damnatus esset, pęnitētia ductus, retulit triginta argēteos principibus sacerdotū, & senioribus, dicēs. Peccaui tradēs sanguinem iustū. At illi dixerunt, quid ad nos? tu videris, & proiectis argēteis in tēplo recessit, abiens laqueo se suspēdit. Principes autem sacerdotū acceptis argenteis dixerūt. Nō licet mittere eos in corbonā, quia pretiū sanguinis est: concilio aūt inito emerunt ex illis agrū figuli in sepulturam peregrinorū, pp hoc vocatus est ager ille achel demac, hoc est ager sanguinis vsq; in hodiernum diem. tunc impletū ē, quod dictum est per Hieremiam prophætam dicentem. & acceperūt triginta argenteos preciū appreciati, quem appreciauerūt filijs Israel, & dederunt eos in agrū figuli, sicut cōstituit mihi Dn̄s. Iesus autem stetit ante Præsidē, & interrogauit eū Præses, dicēs. Tu es rex Iudæorū? Dicit ei Iesus. Tu dicis: & cū accusaretur à principib. sacerdotū, & senioribus nihil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus, nō audis quanta aduersum te dicunt testimonia? & non respondit ad illum verbū, ita vt miraretur Præses vehemēter. Per diem autem solennē consueuerat Præses dimittere populo vnū vinctum quē voluissent. Habebat autem tunc vnū vinctum insignem, q dicebatur Barabbas. Cōgregatis ergo illis Pilatus, dixit. Quem vultis dimittā vobis Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim, quòd p inuidiā tradidissent eum. Sedente autē illo pro tribunali, misit ad eū vxor eius, dicēs. Nihil tibi, & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autē sacerdotū, & seniores persuaserūt populis, vt peterent Barabbā. Iesum vero perderent. Respondens autē Præses, ait illis. Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbā. Dicit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Iesu, qui dr̄ Christus? Dicūt omnes, Crucifigatur. Ait illis p̄ses. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabāt, dicētes. Crucifigatur. Vidēs autē Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus corā populo, dicens. Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit. Sāguis eius super nos, & sup filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam. Iesum autē flagellatū tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites p̄sidis suscipiētes Iesum in p̄torio congregauerūt ad eū vniuersam cohortem. Et exuētes eum, chlamydem coccineam circundederūt ei. Et plectentes coronā de spinis posuerūt super caput eius, &

& arundinem ĩ dextera eius. Et genuflexo ante eum, illudebãt ei, dicẽtes. Aue rex Iudæorũ. Et expuentes in eum acceperunt arundinẽ, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eũ vestimẽtis eius, & deduxerunt eum, vt crucifigerẽt. Exeuntes autẽ inuenerunt hominẽ Cyreneum noĩe Simonem, hunc angariauerunt vt tolleret Crucẽ eius. Et venerunt ĩ locũ qui dicitur Golgotha, qđ est Caluariæ locus. Et dederũt ei bibere vinum cũ felle mixtum. Et cùm gustasset noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eũ, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittẽtes. Et sedentes seruabant eũ. Et imposuerũt super caput eius causam ipsius scriptã. Hic ẽ Iesus Nazarenus Rex Iudæorũ. Tũc crucifixi sunt cũ eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes aũt blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicẽtes. Vah q̃ destruis tẽplũ Dei, & in triduo illud reædificas. Salua temetipsũ. Si filius Dei es descẽde de Cruce. Similiter & principes sacerdotũ illudẽtes cũ scribis, & senioribus, dicebãt. Alios saluos fecit, seipsum non põt saluũ facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Cõfidit ĩ Deo, liberet eũ nunc, si vult. Dixit. n. q̃a filius Dei sum. Idipsum aũt & latrones q̃ crucifixi erant cum eo improperabant ei. A sexta autem hora tenebrę factę sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horã nonã clamauit Iesus voce magna dicens: Hely hely lamaza bathani. Hoc est, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me. Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant. Heliam vocat iste. Et continuò currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cęteri vero dicebant. Sine videamus an veniat Helias liberans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritũ. Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierãt surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terremotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. Verè filius Dei erat iste. Erant autẽ ibi mulieres multæ à longe, quæ secutę erant Iesum à Galilæa, ministrãtes ei. Inter quas erat Maria Magdalenę & Maria Iacobi, Ioseph mater, & mater filiorũ Zebedęi. Cùm aũt sero factum esset, venit quidã homo diues ab Arimathia noĩe Ioseph, q̃ & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tũc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in syndone munda, & posuit illud in monumẽto suo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluit saxũ magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria sedentes cõtra sepulchrum.

SCITIS quia post biduū Pascha fiet &c,] Mat.26. Circa passionem Domini nostri Iesu Christi ab Euangelistis tanguntur tria puncta. s. Quomodo Christus fuit proditus. Quomodo captus. Et quomodo sententiatus.

QVANTVM ad pirmum sciendū est, ꝙ principiū huius proditionis fuit vnguentum effusum. Sicut.n.narrat B.Ioan. Euange. Christus Lazarum quatriduanum resuscitauit, & hoc secundum Mag.hist.fuit factum Fer.6.ante Dom.de Passione, quia tali die credit factum, quali die legit. Illud miraculum fuit magnum, & patens, ita ꝙ negari non potuit, cū fuerit psens multitudo Iudæorū notabilis. Vnde totus mūdus post Christum abijt, vt dr. Ioā.12.i.tota gēs Iudaica. Et ē hyperbole, quia.s.maior pars illius populi admirabatur, principes statim in Dom.seq.quæ dr de Passione, vel secūdū aliquos in Sabbato præcedenti, congregati sunt ad consiliandum de morte Christi, dicentes. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit &c. vt dictum est Fer.6.præcedenti. Christus ergo abijt in regionē iuxta desertum &c. vt ibi habes. Sed sicut idē Io. narrat, ante sex dies paschæ, i. Sabbato ante Dom. Oliuarum, Christus exiit de deserto, & venit in Bethaniam, vt habes Fer.2. post diem Oliuarum. Et in crastinum, id est die Oliuarum intrauit Hierusalem cū magna gloria, & sero rediit in Bethaniam. Et idē fecit die lunæ, & die martis, in die aūt mercurii non fuit in Hierusalem. In die ergo martis, seu Feria 3. dixit discipulis suis [Scitis, quia post biduum]. i. die Iouis, seu Feria 5. [pascha fiet] Secundum Amb. pascha est nomen græcum, & significat passionem, secundū Aug. vero, & Hier. est Hæbraicum, & significat transitum eo, s. vt dicit Hier. ꝙ angelus percutiens Aegyptios videns domos filiorum Israel signatas sanguine agni, trāsibat eas non lędens. Vel quia, vt dicit. Ipse dn̄s præbens auxilium populo suo desuper ambulauit. Vel fortè, quia populus Dei trāsiuit mare Rubrum, & à seruitute in libertatem, de hoc dictum est supra Feria 5. Est autem sicut ibi dictum est, pascha nomen æquiuocum, in diuersis linguis diuersa significans, immo in eadem lingua hebraica est æquiuocū, vel analogum. Nam sicut dicit Mag. histor. & S. Tho. 3. q. 46. & colligitur ex diuersis locis scripturæ, pascha significat quatuor, s. agnum paschalem, & panes azymos, & primam diem azympiū, & omnes dies azymorū sequentes. Hic aūt sumitur pascha pro agno, vt dicatur [pascha fiet] id est immolabitur agnus, qui vt dicit Theo. in die palmarum, id est decima die mēsis segregabat à grege, & quartadecima, id est die Iouis ad vesperam immolabatur. Et si quæratur, vnde ortum habet ista festiuitas, dicit Gorra, ꝙ eam Deus instituit ꝑꝑ tria. [Primò ꝑꝑ mundi illo tempore creationem, & eiusdem annuam renouationē. Et secundò propter populi Israelitici de Aegyptiaca seruitute liberationem. Et tertiò propter filii futuram tempore illo incarnationem. Et quartò propter mundi liberationem, quia secūdum Glo. Luc.25. Martii cōceptus est dominus, & eadem die crucifixus.

Sed hic est qō, quare dr. Scitis, quia post biduū pascha fiet, deinde subdit post pauca de conuiuio facto in Bethania, de quo dicit Io. ꝙ fuit ante sex dies paschæ. Augu. aūt de consen. Euan. soluit, quia Ioānes de illo conuiuio locutus est, secundum ordinē hist. Mat. autem, & Lu. recapitulando tantum, s. vt ostendant occasionem proditionis [& filius hominis] id est ipse Christus, qui sic se appellat causa humilitatis, cūm se posset dicere filium Dei [tradetur] Christus sicut dicit Orige. fuit traditus primo à Deo patre passioni propter misericordiā. Sicut enim dicit S. Tho. 2. q. 47. Deus Christum tradidit passioni, inquantum eū præordinauit pati, & inquantum ei dedit charitatem qua voluit pati, & inquantum ei auxilium in passione, non attulit liberando eum à morte. Secundò à Iuda Iudæis ꝑꝑ auaritiam. Tertio à Iudæis Gentilibus, Pilato scilicet, & eius ministris propter inuidiam. Quartò à diabolo morti, ꝑꝑ timorē ne prædicando totum genus humanum de manibus eius liberaret, non aduertentē, ꝙ hoc magis per mortem, quàm per doctrinam faceret: possumus etiam addere, ꝙ ipse seipsum tradidit ex charitate, & quod Pilatus eum tradidit ministris, vt crucifigeretur, timens perdere officium, suum. [Vt crucifigatur] Ly vt, respectu omnium prædictorum videtur importare finem, propter quem tradebatur, nisi respectu Iudæ,

dæ, qui non tradebat eum, vt moreretur il le, sed vt ipse lucraretur. quamuis consecutiuè traderet eū, vt moreretur [Tunc] scilicet ante Pascha, secūdum Remigium, idest Feria 4 secundum Mag. histor. [congregati sunt] illi, scilicet de quibus dicitur. Et hoc quia dicit Magister histo. audierant Christum dicentem. Non me videbitis ammodo &c. Vnde timuerunt ne vellet aufugere. In hac die autem vt dictum est, voluit Christus esse in Hierusalem, vt haberent cōsiliandi tempus [Principes Sacerdotum] id est 24. summi Sacerdotes, de quibus frequēter dictum est [& seniores populi] idest iudices ordinarii, de quibus dictum est Feria 4. post tertiam Domin. Quadrag. [in atriū principis Sacerdotum] qui aliter erat princeps, quàm prædicti, quia erat simpliciter summus sacerdos super omnes [qui dicebatur Caiphas] qui vt dicit Iosephus, emerat summum Sacerdotium [& concilium fecerunt] non vt occiderent Christum, quia iā in alio concilio erat conclusum, sed de modo occidendi eum sine euasione. Vnde dicitur [vt Iesum dolo] & in hoc innuitur innocentia Christi [tenerent] idest caperent [& occiderent] non dolosè, sed parēter [dicebant autem. Non in die festo] s. tenere eum debemus [ne fortè tumultus fieret in populo] p.p. diuersas populi voluntates, vt dicit Orig. Quidem. n. eum valdè amabant, & quidam valdè odiebant. Vel fortè non timebant seditionem populariū inter se, sed totius populi cōtra principes, q̄a maior pars populi fauebat Christo, licet postmodum fuerint suasi ad oppositum. Leo Papa in sermone paschali. Prouidētibus igiē principibus, ne in sancto die tumultus oriretur, non festiuitati, sed facinori studebāt. Seditiones enim fieri turbarū in præcipua solēnitate metuebant, non vt populus non peccaret, sed ne Christus euaderet. Hæc ille. Sicut autem dicit Chrysosto. mutati sunt ab isto consilio. Nam inuento eo, qui eum traderet illis in ipsa solēnitate Christum, & tenuerunt. & occiderunt. Solēnitas enim paschalis incipiebat Feria 5. ad vesperam, & septem diebus durabat. Sicut autem dicit Mag. histor. traditorem sic inuenerunt, quia Iudas audiens eos congregatos, iuit ad eos actualiter existentes in concilio. Et quia audiuerat Christum moriturum, existimauit quod nō resurgeret, interim voluit aliquid pro eius morte lucrari, & eū vendidit illis [Cū autem esset Iesus in Bethania] Ista quæ hic narrantur fuerunt facta Sabbato ante Dominicā oliuarū, vt patet Ioā. 12. Sed tamē beatus Matthæus, recapitulat ea, quia vult dicere occasionem proditionis Christi quæ fuit vnguentum, vt dictum est. Frequentabat autē dominus Bethaniā, vt dicit Rab. instante passione. Primò vt resurrectio Lazari arctius omniū memoriæ traderetur. Secundò vt Mariæ deuotio approbaretur. Tertiò vt Iudæorū obstinatio inexcusabilis redderetur [In domo Simonis leprosi] q̄ fuit auunculus Lazari & sororū eius. Et vt dicit Hier. & Magi. histo. iā non erat leprosus nisi nomine, Fuerat. n. curatus à domino. Quomodo autē in illa domo facta fuerit Christo cęna in Sabbato prædicto habes supra Feria 2. post idē palmarum [accessit ad eū mulier] quæ fuit Maria soror Lazari, vt patet Ioan 12. & habes etiam supra Feria. 6. ante Domini. de Passione [habens alabastrū], i. vas de alabastro. Est aūt alabastrū sc̄d'm Rab. genus marmoris cādidi, varij coloris, quod optime cōseruat vnguenta [vnguenti] idest vnguento plenum [præciosi] Dicit beatus Ioannes, q̄d erat nardi pistici, idest fidelis non adultera ti. s. ex mixitione alterius naturæ. Pistis. n. Græcè, latinè dicitur fides. Vel pistici secū dum Bed. id est mixti ex spicis, & folijs, q̄ præciositatem arguit. Vel secundū alios, & secundū Aug. dicitur pistici à loco. Marcus vero dicit nardi spicati, quia, scilicet pigmētarij spicas, & folia huius herbæ plus commēdant, quā alias partes. Et addidit pręciosi, q̄a vt dicit Mag. hist. fuit ista nardus indica, seu de India. Fuit ergo præciosum, quia fuit de nardo, & q̄a de india, & q̄a de spicis eius, vel de spicis & folijs [Et effudit] Ecce magnificentiā Mariæ [super caput ipsius recūbentis] Vnxit & pedes, vt alias dictū est, & habetur Ioā. 12. Quare autē ista mulier hoc fecerit & quomodo intelligantur verba quæ hic dixit Christus, vide supra Feria secūda post palmas. Sed quare nō tardauit vsque post cęnā? Ad hoc dicit Aug. de ver. domini, quòd cùm in illa cęna esset Lazarus q̄ fuerat mortē expertus, vt de ipsa, vel eius dolore ab astantibus interrogaretur, Christus sciens se moriturum in breui, tam

uio-

violēta morte alteratus est in mensa. Quod Maria perpendens ad confortandū eum accelerauit vnctionem [Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes] Sed quare indignabantur alii à Iuda, qui non erant latrones, cùm viderent Christum patienter ferre? Ad hoc dicit Aug. ꝙ euangelista posuit plurale pro singulari per synecdochē, quia videtur solus Iudas fuisse locutus contra hoc, vt patet Ioan. 12. Vel sicut dicit Rabanus, alii indignati sunt Iuda suggerente non propter lucrum, vt Iudas, sed ꝓ pauperes in veritate [Vt quid perditio hæc? Potuit enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus] discipulorū quærelas [Ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonū operata est in me] quia Christus erat pauper, & lassus, & delicatus, & tristis ex memoria futuræ mortis. Et iō illa eleemosyna fuit benè, & opportunè facta, quia alia debent exhiberi nobili pauperi, & alia rustico, & tanto magis, quanto Christus erat in vitæ extremis. Vnde subditur [Nam semꝑ habebitis pauperes vobiscum, me autem non semper habebitis] scilicet præsentē corporaliter, secus in Sacramento altaris, & ꝑ gratiam, iuxta illud. Ecce vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi. Mat. vlt. [Mittens enim hæc, vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit] idest præuenit vngere corpus meum more sepeliendorum, quòd facere non poterit, quando sepeliar ratione festi, & accelerationis resurrectionis meæ. Quòd quidem fecit vel scienter, vel instinctu Dei [Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit euangelium hoc] idest fides mea [in toto mundo dicetur, & quod hæc fecit] idest narrabitur ista vnctio [in memoriam eius] idest ad laudem, & gloriam ipsius Mariæ. Et hoc dixit ne ipsa de discipulorum reprehensione erubesceret, vel doleret [Tunc abijt vnus de duodecim] hoc quod dicitur tunc, secundū Aug. non est referendum ad id, quod per recapitulationem interposuit Euangelista de ista vnctione. Non. n. statim post illam Iudas abijt, sed refertur ad id, quod supra dictum est, cōgregati sunt principes. Tunc. n. ad eos abijt Iudas [qui dicebatur Iudas Scarioth] ad differentiam s. alterius Iudæ fratris Iacobi minoris. Erat autem Scarioth villa, vnde iste proditor ortus est, secundū Remig. [Ad principes sacerdotū] quos audiuerat esse in cōcilio supradicto [Et ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eū tradam?] scilicet sine strepitu [at illi] mutātes consilū scd̄m Chry. [constituerunt] id est promiserunt [ei 30. argenteos] Glo. hic dicit ꝙ eodem prætio vēditus est Ioseph, ꝙ scd̄m aliquos verū est iuxta 70. interpretes, tñ scd̄m hebraicam veritatē Ioseph est vēditus 20. argentos, vt patet Gen. 37. Hoc tamen nō obstante fuit figura venditionis Christi, qa in similibus nō oportet esse omnia similia. Argenteus autē valet 10. nummos vsuales, & consequenter 30. argēti valebār treecentos, & ēt in morte Christi recuperauit Iudas valorem vnguenti [Et exinde] idest ab illo tunc [quærebat opportunitatem,] i. temporis, & loci [vt illū traderet] sine strepitu turbarū [Prima autem die azymorū] idest in die Iouis quæ erat. 14. mensis secundum Hier. in qua ad vesperam immolabatur pascha, seu agnus, & tunc tenebātur Iudæi vesci panib. azimis vsq; ad 12. diem eiusdem mensis vt habetur Exo. 12.

Sed contra, quia Ioannes dicit hoc factum ante diē festum paschæ. Ad hoc dico ꝙ Ioannes per pascha capit Feriā 5. q̄ erat solēnis inter dies azimorū, eo ꝙ in eius vespera imolabatur agnus, scd̄m S. Th 3. par. Alij aūt Euangelistæ primam diē azimorū dicūt illā in qua agnus immolabatur, vt patet per S. Tho. super Io. 13. & 3. q. 66 ar. 9. ad primū circa finem. Sed aduerte vt ab eo dē elicitur super Io. vbi supra ꝙ prima dies azimorū dicebat Feria 6. quæ erat pascha, & Feria quinta quæ erat vigilia eius, sed feria 6. primo & per se dicebatur prima dies azimorum: feria autem quinta solū gratia partis, i. siue vespere, quæ ad sequentē diē pertinebat. Hanc distinctionem Greci non cōsiderantes dixerunt, quòd Christus vna die anticipauit comedere agnum, quem comedit 13. luna, & cōsequenter q̄a adhuc Iudæi nō vescebantur azimis cōsecrauit, vt dicunt in fermentato. Vide aūt de his omnibus 3. par. q. 46. ar. 9. [Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha?] idest ad comedendū agnum paschalem [At Iesus dixit. Ite in ciuitatem] scilicet Hierusalem [ad quendam] cuius Christus nō expressit nomē, sed tamen

tamen vt dicit B.Mar.dedit discipulis signū quo illum cognoscerent dicens,ꝙ dùm introirent ciuitatē,occurreret eis homo baiulans amphoram aquæ, ad domum illam in qua volebat agnum comedere.Secundū th ꝙ dicit Augu.ly ad quendam,non sunt verba Christi,sed Euangelistæ, Christus autem dixerat,ꝙ irent ad patremfamilias domus ad quam ferretur aqua[& dicite ei,magister dicit.Tempus meum propè est] s.moriendi[apud te facio]id est facere volo [pascha cum discipulis meis]q.d.Para locum,& necessaria.Ille creditur fuisse discipulus Christi, sed occultus [& fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Vespere autem facto] qua hora debebat agnus manducari[discumbebat cum 12. discipulis suis] Ex quo patet. ꝙ proditorem quantum in se erat,reuocabat à scelere, q̇a non repellebat à conuiuio, & in hoc ipso, ꝙ etiam ostendit se eius proditionem non ignorare,dum dicit [& edentibus illis, dixit.Amen dico vobis, quia vnus vestrū me traditurus est. Et contristati valde cœperūt singuli dicere.Nūquid ego sum Domine?] Apostoli quidem de præsenti sciebāt se nō habere conscientiam de tali crimine. sed timebant ne in futurum laberētur in illud, & de hoc interrogabant. Quidam tamē dicunt eos tantum verbis Christi credidisse, ꝙ timebant ne illum traderent de præsenti directè vel indirectè,licet hoc in sua cōsciētia non viderent [At ipse] volens magis in particulari exprimere proditorem, nec tamen volens eum determinare [respondens ait. Qui intingit mecū manū in paropside]Beatus Mar.dicit in catino.Sicut autē dicit Raba. paropsis est vas escarū quadratum à paribus apsibus,i. æquis lateribus dictum.Catinum vero est vas fictile aptū ad continendum liquorem. Et sicut dicit San. Tho.fortè idem vas fictile.& æqualium laterum erat & in eo erat succus lactucarum agrestium.secundum Mag. histor in quem succum intingebant bucellas.Secundum tamen prædictum Magistrum,non dicitur paropsis,quia quadrangulum vas esset.sed q̇a pariū erat laterum. ita quòd videtur velle, quòd latera plura, quàm quatuor haberet, licet omnia essent æqualia. Et hoc videtur verum,quia de illa scutella quæ modo mōstratur Ianuæ,& creditur esse istud vas constat, ꝙ non est quadrilatera, immo qui eā viderunt dicunt,ꝙ videtur figuræ rotundæ quasi plures habeat angulos, quā quatuor. Quòd autem sit illud vas signum est, quia est lapis præciosissimus rātæ magnitudinis vt à natura reperiri nequeat eiusdem naturæ. Vnde credit Christus vas fictile.aut alterius materiæ in hunc lapidem commutasse in lapidem.s.smaragdū,vt dicitur.[Hic me tradet]Et sic secundum Mag. hist. illud dictum. Vnus vestrum &c.quod poterat intelligi de duodecim.& de aliis.per hæc verba restringit ad duodecim,qui soli cū Christo intingebant. Et tunc, vt dicit Ioannes, ipse Ioannes innuēte Petro,quæsiuit à domino,quis esset.Qui dixit esse illum,cui daret panem intinctum. Sed hoc alii discipuli non aduerterunt, quia silenter dictum est, secundum Mag.hist.Ipse vero Ioannes. aut obdormiuit,aut reuelare aliis nō est ausus. Et si quæras quare Petrus per seipsum non interrogauit. Dicitur ideo esse,quia prius fuerat in lotione pedū increpatus,timuitq; iterum increpari Sed q̇a neq; ex hoc Iudas à scelere reuocatur iō subditur pęna[Filius quidem hominis vadit. sicut scriptum ē de illo. Veh autē homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum ei erat si natus non fuisset homo ille]Sed contra. quia dicit Aug.lib.de libero arbitrio. Considera quantum bonum est esse,ꝙ beati, & miseri volunt.Maius est enim esse.& miserū esse,quàm omnino non esse.Hæc ille.Ad hoc etiam est rō talis.Malum.n.est negatio boni debiti in esse.sicut cœcitas,ideo quanto plura bona per aliquam negationē remouentur.tanto ipsa est maius malum. Vnde peius est mors,quàm cœcitas. Ipsum autē non esse remouet omne bonum. Ergo est summum malum Nam siquid esset peius, illud remoueret plura.aut maiora bona. ꝙ est impossibile. Ad hoc dicitur, ꝙ duplex est natiuitas, s.ex vtero cum homo prodit in lucem ex ventre materno.Alia est in vtero, cùm anima rationalis infunditur corpori. Et de prima quidem non est dubium quòd melius est non fuisse natum, q̄ esse damnatū. Qui enim moritur antè primam natiuitatem & post secundam,moritur cū solo originali peccato,& consequenter nullam pœnam sensus experitur, sed tantummodo pœnam damni. Sed loquendo de se

cunda

cundata, adhuc nō est dubiū, quòd melius est sic non esse natū, idest esse omnino nihil quàm esse dānatum, si in damnatione intelligimus, & consideramus æternā pœnam, & æternā culpā. Potius enim quilibet deberet eligere nihil esse, quàm cōmittere vnum peccatū mortale, immo etiā veniale, quia quilibet debet plus Deū, quàm se, & se in Deo, quàm se in se diligere, cū illū sit bonū suum maius. Si vero in damnatione consideretur sola pęna, sic est dubiū. Hic ro.n. tenet, quòd melius est omnino non esse, quàm malè esse. Idem videtur tenere S.Tho. in 3.dist. 50.q.2. vbi videtur velle, ꝙ damnati recta ratione appetunt non esse. Sed tamen dist.46.q.2.ar.2.q.1. dicit, quòd Deus punit citra condignum originale, non annihilando naturam, allegans illud Thre. 3. misericordiæ domini quia non sumus consumpti, & idem videtur de actuali mortali à fortiori. Quibusdam videtur quòd esse damnatū sit aliquod bonū, omnino autem non esse sit nullū, & consequēter simpliciter illud est melius, vt dicit August. vbi supra, vbi dicit, ꝙ si diabolo daretur optio, potius deberet eligere semꝑ miserum esse, quàm omnino non esse. Vñ ad Hiero. pōt dici, quòd loquitur de damnatione vt includit principalem miseriā, idest culpam. Ad S.Tho in 4.dist.50. dici posset, quòd licet ibi quærat, vtrū damnati recta ratione possint appetere non esse, tamen in responsione dicit quidem, quòd hoc possunt ratione deliberata, sed nihil dicit de recta, nisi intelligatur dè recta per accidens, quæ est secundum quid inquantū per non esse priuantur aliqua pœna naturæ, vel loquatur de miseria gratia pęnæ, & culpæ simul. Quod autem per se est tale, simpliciter est tale, & consequenter ipsum nō esse simpliciter est peius. Vnde cōcludit Leontius i suo quodlib. quod damnati appetūt non esse ratione deliberata, sed tamen errāte, & non recta, quòd verum forte est non considerata culpa. Quia tamen quæ dicuntur pro hoc aliquo modo non concludūt. Ad dictum August dicit S.Tho. quòd intelligitur de ipso non esse per se, sic enim nullo modo habet rationē boni, aut appetibilis, ipsum autem esse miserum habet aliquam rationē appetibilis, s. ipsum esse. Sed tamen vt dicit ipsum nō esse per accidens, idest inquantū est priuatū mali, idest pœnæ, sic est quoddam bonū, & appetibile. Vnde & damnati sic appetunt illud. Secundum aliquos tamen Aug. loquitur de miseria eorū, qui solum pro originali puniūtur, sed hunc sensū ea quę de diabolo dicit euerterūt. Ad rationē dici potest, quòd concludit, quòd ipsum non esse per se, & secūdum se est pessimum, & nullo modo appetibile, sed secus per accidens, sicut ecōuerso ipsum esse per accidens, idest ratione mali, annexa est malum, & odibile.

Illa igitur verba, bonum erat, &c. multipliciter exponuntur. Primò secundùm Rabanum, & Hieronymū: quia melius est omnino nō esse, quàm miserum esse, & bonū. Secundò iuxta alios exponitur de natiuitate, ei fuisset nō esse natū ex vtero, vel i vtero. Sic enim fuisset ei bonū, idest minus malum, quia solum pro originali puniretur. Et similiter de natiuitate in vtero, quia melius ei fuisset omnino non esse, quàm esse miserum perfectè, idest quo ad pœnā, & culpā, licet nunquā esset miserum, quo ad pœnam tantū. Tertiò exponitur de natiuitate spirituali bona per vocationem ad apostolatum, quia melius, idest minus malum fuisset ei non esse vocatū, quia ille non cōmisisset illud scelus, vel mitius fuisset. Et quartò de spirituali malo, qua scilicet natus est diabolo [Respondit autem & Iudas qui tradidit eum, dicens] ne scilicet suo silētio seipsum perderet [Nūquid ego sum rabbi?] Chrysost. Quamuis dominus poterat dixisse, argentum es paratus accipere, & adhuc audes interrogare? nihil eorum dixit mitissimus Iesus, nobis regulas & terminos præfigens. Sequitur enim [Et ait illi. [Tu dixisti] Hæc ille. Et secundum Rabanū, ipsi Iudæ significauit se hoc scire, sed non alijs qui non aduerterunt quid dictū esset. Postquam vero dominus typicum pascha manducauit, voluit instituere sacramentū Eucharistiæ. Ideo vt dicit Sanctus Tho. 3. q. 80. & 4 distin. 11. Christus sumpsit corpus suū, & sanguinē secundū Hierony. & glos. Ruth. 3. non solū sacramentaliter, sed etiā spiritualiter, quia licet non fuerit in eo augmentata gratia, tamen habuit spirituale dulcedinem in institutione huius sacramēti. Vnde dixit. Desiderio desideraui hoc pascha mādu care vobiscum

biscum antequã patiar. Et similiter illud dedit, Iudæ secundũ Diony. in ecclesiastica hierarchia, & Augustin. super Ioan. licet Hyla. super Mat. dicat oppositũ. Ipse.n. nobis fuit exemplũ iustitiæ, ideo non debuit peccatorem occultum repellere. Sub bucella tamen Iudas simplicem panẽ post quam cómunicauerat accepit, secundum Aug. & post bucellam augmentatum est peccatũ eius, vel quia exasperatus est videns se deprehensum, vel quia præsumpserat manum cũ magistro ad scutellam porrigere, vt bonam conscientiam mentiretur. Hæc ex illo. Dicitur ergo [cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem] ex quo apparet secundũ Aug. ad Ianuariũ, quòd non cõicaueriũt in principio corpus Iesu. Et hoc vt dicit Saluator fecit, vt illud sacramentũ maximè eorũ imprimeretur memoriæ, ꝙ non ita fuisset factũ si à principio ista fecisset. Vltimorũ enim magis consueuimus reminisci. Placuit tamẽ Spiritusancto, vt dicit, quòd nos ieiuni cõmunicemus. Secundum Goitam autẽ post esum agni, Christus dedit suũ corpus discipulis. Primò vt ostenderet finiri legalia sacrificia, & instituti nouũ. Secundò, vt veritas immediatè succederet figuræ, & vmbræ. Tertiò vt ostẽderet hunc cibum esse animæ non corporis, per hoc quòd corpore iam satutato datũ est [Et benedixit] quæ benedictio secundum quòd innuit San. Tho. non fuit consecratio vt patebit [ac fregit, deditque discipulis suis, & ait Accipite & comedite. Hoc est corpus meum] Contra, quia secundũ hoc videtur, quòd prius dederit panem ad manducandum quàm consecrasset, vel ꝙ non consecrasset his verbis, quorũ neutrũ conuenit. Ad hoc dicit S. Tho. in 4. dis. 8. sic. Quidã vt etiam Innoc. quamuis recitãdo opinionem aliorũ, dicunt, ꝙ Christus per potestate sine forma consecrauit, deinde protulit formã qua nos cõsecraremus. Sed contra, quia dicit Euãgelista ꝙ benedixit, ꝙ vtrinq; aliquib. verbis factum est. Alij dicunt, quod cõsecrauit sub aliquibus verbis, sed ignotis nobis, nõ sub his, hoc ẽ corpus meum.

Sed contra, quia sacerdos cõsecrãdo ista verba profert, vt tunc à Christo prolata, ergo sicut neque tũc, ita neque nunc efficiũt conuersionẽ. Alij dicunt, ꝙ cõfecit sub prædictis verbis occultè, & postmodũ ea ꝓtulit secũdo publicè. Sed cõtra, quia sacerdos consecrans profert ea in persona Christi, vt publicè dicta. Ideo alii melius dicunt, ꝙ prædicta verba cõsecrauit, & semel tantũ ea ꝓtulit. s. antequã corpus suũ exhiberet discipulis, sed tñ Euãgelistæ non semper narrãt res eo ordine, quo gestæ sunt. Hæc ex illo [Et accipiens calicẽ gratias egit, & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est.n. sanguis meus]

Sciendum est, ꝙ ista non est præcisa forma sanguinis. Euangelistæ enim nõ intẽdebant tradere sacramẽtorũ formas, q̃ scd'm Diony. & S. Tho. in primitiua ecclesia debuerũt esse occultæ [noui testamẽti] subaudi cõfirmator. Dr autẽ hoc testamentũ, i. ordinatio, & pactũ, seu lex Dei nouũ, quia nouiter ordinatũ, & q̃a à nouo rege factũ, & quia noua hẽt sacramenta, & q̃a hominẽ innouat, & q̃a cõtinet nouũ mandatũ dilectionis, vel antiquũ nouo modo, & noua ꝓmia exponit, & spõdet, vel antiqua nouo modo [qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ] ñ dixit ꝓ paucis, neq; ꝓ oibus, sed ꝓ multis, quia nõ venerat, vt dicit Remi. vnã gentẽ tãtũ saluare de omnibus gentibus. Et quidẽ quantũ ad sufficientiam, & quantũ est ex parte Christi ille sanguis ꝓ omnibus fusus est, sed quo ad efficaciam solũ pro multis [Dico autẽ vobis, non bibam ammodo] idest post hãc cœnam [de hoc genimine vitis]. i. de vino, quod gignitur à vite. Dicitur enim genimẽ à gigno, sicut germen à germino [vsque in diem illũ] idest post resurrectionem [cũ illud bibam vobiscum nouũ]. i. in nouo modo secũdũ Chry. [in regno patris mei] post resurrectionem. Tunc enim, vt idem Chry. ait, Christus bibit vinũ nouo modo, quia non indigebat cibis, vt ante, nec cibum, vel potum sibi incorporabat. Tunc aũt Christus bibit in regno Dei, quia iam apertum erat cœlum, & ipse erat in anima, & in corpore gloriosus. Vel in regno intelligit, idest in ecclesia militãti quæ formata est in Christi passione quantũ ad istũ statũ, quem modo habet, licet eadẽ fuerit à principio mũdi, cùm per passionem acquisiuerit sibi regnũ [Et hymno dicto]. s. pro gratiarũ actione [exierunt in montẽ Oliueti] Beatus Marcus dicit, quòd venerunt ad prædium, qd'

dicitur

dicitur, Gethsemani, Beatus autē Ioannes dicit, quòd egressus Iesus ibat trans torrentem Cedron. Et omnia sunt vera, quia in radice montis Oliueti erat illud prædium, ad quod ex ciuitate nō patebat accessus nisi transito torrente prædicto. Sic ergo patet primū, scilicet quomodo Christus fuit proditus à Iuda.

QVANTVM ad secundum s. quomodo Christus fuit captus.

Sciendū est, ꝙ Iudas post bucellam sumptam de manu Christi, vt dicit B. Ioan. exiuit foras ad accipiēdum milites, vt caperēt Christum quem credebat iterū illuc, quò frequenter ibat, s. in montem Oliuatū [tūc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum] id est ruinam [patiemini in me] id est occasio ne mei [in ista nocte] quia ego capiar, & vos fugietis [scriptum est enim] Zach. 13. [Percutiam pastorem] . i Christum [& dispergentur oues gregis] id est discipuli.

Est tamen sciendum, ꝙ dicit Magi. hist. ꝙ in Zacharia non sunt ista verba, sed ista īnia. Nam ibi ponitur oratio prophetæ ad dominum, dicentis. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Hic aūt ponitur, vt ait responsio: Domini exaudientis orationem prophetæ, & dicentis. Percutiam &c. [Postquam autem resurrexero præcedam vos in Galilæā] cū ista dicat ad consolandū destitutos, specialiter de Galilæa facit mentionem, vt intelligerent, ꝙ eum viderent in loco, in quo non timerent Iudæos, vt ait Chryso. [Respondens aūt Petrus] tanquam feruens, & qui se fortem putabat [ait illi. Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor] id est non te deseram. Et in hoc non mentiebatur, quia credebat se dicere verum, sed tamen præsumptuosè loquebatur, non considerans suam fragilitatem. Vnde propter hoc grauius ꝑmissus est cadere, quàm alii, & iterum ꝑꝑ hoc, quia futurus erat pastor ecclesiæ, vt suo casu aliis compati sciret [Ait illis Iesus. Amen] i. verè [dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis] Solet autem hic quæri, quare Christus permiserit cadere Petrū. Et respondetur, quòd hoc permisit; primò vt ostenderet, quòd post habitam gratiam potest quis peccare mortaliter. Secūdò vt homo plus Christo, quàm sibi credat. Tertiò vt nemo de se præsumat. Quartò vt discant prælati subditis esse compatiendum.

Est autem sciendum, ꝙ Mat. Luc. & Ioā. quoad hoc eodē modo dicunt, s. ꝙ Petrus erat negaturus ter, ante primum cantū galli Sed Beatus Marcus dicit quod erat negaturus ter ante secundum galli cantum, ita quòd secunda, & tertia negatio debebat esse post primam vocem galli, & ante secundam, & sic videtur dissonan ia esse hic, & ibi. Soluit autem Aug. de consen. Euang. & Mag. histor. Nam ipsa trina negatio Petri, est vnum quoddam totum ex tribus partibus integratū, quòd est negatio Petri. Quæ Petri negatio ante primum galli cantum est inchoata, & ante secundum finita, ita ꝙ: duæ eius partes. id est duæ negationes partiales fuerunt inter primam, & secundā vocem galli, & vna ante primam. Matthæus ergo Luc & Ioan. considerantes trinæ negationis principium, ꝙ primam vocem galli præcessit, dixerunt. Non cantabit gallus donec ter neges me, id est donec incipiat trina negatio. Marcus vero, quia considerauit eiusdem finem, dixit: antequam gallus bis vocem dederit, ter me negabis. Per ista autem quæ dicit Aug. declaratur optimè, quomodo res gesta sit. Sed remanet quæstio de verbis Christi, Vtrum. s. dixerit, antequam gallus cantet, vel antequam gallus bis vocem dederit: dicendum est, quòd successiuè dixit vtrunque. Nam vt dicit Marcus, Petrus audita sua negatione amplius loquebatur, quòd si etiam secum oportet illum mori, non negaret Christum, & tunc Christus iterū replicauit de negatione sub aliis verbis. Possumus tamen totam istam difficultatem aliter soluere, distinguentes inter cantum galli, & vocem galli. Nam cantus multas voces includit. Cum enim dicimus gallum multis vicibus cantare in die, puta bis, scilicet quòd semel in media die, & semel in aurora, vel huiusmodi, nō est sensus quòd tantum vnam vocem in aurora emittat. Dixit ergo Christus, antequam gallus cantet, i. compleat cantum emittendo omnes suas voces ter me negabis. Sed quia Petrus hoc audito amplius loquebatur, ideo Christus volens aliquid plus dicere, subiunxit quod ter erat negatus ante secūdam vocē galli, cùm tamen in vno galli cantu plures voces, quàm duæ cōtineri soleant. Beatus

tas ergo Mar.retulit hoc secundū,alii vero primum [Ait illi Petrus. Etiā si oportuerit me mori tecū, nō te negabo] Quid ad hoc Christus dixerit,Mat.non exprimit,sed cre do,ꝙ replicauerit illud quod dixit Marcus, scilicet antequam gallus bis &c.[Similiter] sicut Petrus[& omnes discipuli dixerūt]cre dentes se dicere verū, quia parati erāt mo- ri[Tūc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani]quæ erat quoddā præ dium in radice Montis Oliueti.&[dixit di scipulis suis]qui scilicet eum indiuisibiliter sequebātur[Sedete]idest expectate[hic,do- nec vadam illuc,& orem]in secreto. Innue bat autem in hoc,ꝙ in tribulationibus ora tio debet esse refugium nostrū [Et assum- pto Petro,& duob. filiis Zebedei] Isti tres fuerūt Christo familiariores cæteris,& ma gis ad secreta admittebantur.Petrus quidē propter fidei feruorem,Ioānes propter pu ritatē,Iacobus. qa inter apostolos primus erat martyrio coronādus[cœpit tristari,& mœstus esse[ad ostēsionem veræ humanita tis.Tristabatur autem Christus quo ad vo- luntatem,vt natura,idest non deliberatam secūdum rationem,siue absolute sumptā . Licet enim ex iudicio rōnis deliberate,vel let mortem,immo & de ea gauderet,tamē absolute sumendo mortem in se ei displice bat,quia placebat vita.Tristabatur ergo se cundum volūtatem propter proditoris ne quitiam, propter apostolorum fugam,ꝓ- pter matris suæ tristitiam,& propter Hieru salem ruinam,& propter suam mortem q̄ omnia apprehēdebat.Secundum appetitū autem sensitiuū tristabatur valde ex redū- dantia prædicti doloris[Tunc ait illis.Tri- stis est anima mea vsque ad mortē]& hoc dupliciter.Vno mō extensiuè,quia scilicet vsque ad mortem erat illa tristitia duratu- ra, vt dicatur . Tristis est , idest tristis erit . Alio modo intēsiuè, vt sit modus loquēdi quo dolorem maximum exprimere cōsue- uimus. Erat autē tunc Christus in maxima anxietate,quia apprehendebat futuru ma lum maximum, & videbat impossibilitatē euadēdi illud propter diuinam prærordina tionem[Sustinete hic]idest expectate[& vi gilate]in oratione[mecum]tanquā amici, quorum est assistere,& compati amicis tē- pore anxietatum[Et progressus pusillum] Oratio enim est eleuatio mētis in Deum, quòd melius fit dùm quis est ab alijs seque stratus,quàm cum quis est in societate.Vo luit autem orare in secreto. Primò,vt ostē- deret suæ orationis distātiam ad nostram , quia orat,& oratur,vnde separauit se.Secū dò,vt ostēderet quòd non solum pro Apo stolis,sed ꝓ omnibus est sua oratio.Tertiò ne videretur facere cōtra doctrinam suam Mat.6.Clauso ostio ora &c. Quartò,vt do ceret nos ad orandum secretum inquirere, quòd non dico quasi ecclesia sit fugienda, immo est amplectenda, sed quia & in ipsa ecclesia debet quis secretum appetere[pro- cidit in faciem suam] humiliando se[orās & dicens]

Ad intellectum tamen sequentis oratio- nis sciendum est ex doctrina San.Thom.3. distinctio.17.quod Christo inquantum ho mo erat , orare competebat . Primò , vt ostenderet se hominem , secundum quòd est patre minor .

Secundò , vt orare doceret . Tertiò , vt ostenderet se à Deo esse. Nec tamen eleua- bat mentem ad aliquid contemplandū no uiter,quia eadem semper nouit,sed ad im- plorandum superiorem. Competebat etiā ei pro se orare,non pro aliquo defectu suo in bonis spiritualibus , quia nullum talem habuit,sed in corporalibus, qa fuit in cor- pore passibilis. Et licet nihil in se haberet quòd nō vellet inesse,tamen aliquid habe- bat,quòd post mortem volebat abesse,scili cet passibilitatem.Vnde dicendo,resuscita me,vt dicit Psal.orabat pro se.Oratio autē qua in præsenti passu orasse dr̄ , non fuit sensualitatis,vt orantis,sed vt eius pro quo oratio orabat.Cum enim tam sensualitas, quàm uoluntas ut natura abhorreret mor tem,ipsa ratio, seu uoluntas ut ratio, idest ut consequens deliberationem rationis cō cludentis mortem illam esse bonam pro sa lute mundi, effecta est aduocata sensualita tis,& uoluntatis naturalis Et pro vtrisque orauit,nō ꝙ vellet fieri id, quòd petebat, sed quia uolebat ostendere affectū sensua- litatis,& naturalem inclinationem uolūta tis,& ꝙ in omni angustia ad eum est recur rendum,& tamen omnis uoluntas eius uo luntati est subiicienda. Vnde si quæratur , utrū omnis oratio Christi fuerit exaudita, Respondetur , quod sic , loquendo de illa quam Christus ita facit,ut eam absolutè vo

fuerit exaudiri, & ea sola exaudita est. Talis autem non fuit, nisi de eo, ꝙ ipse absolutè, & deliberata rõne volebat [Mi pater si possibile est, transeat à me calix iste] id est passio, quam dicit calicem, id est medicinã amaram, & sanatiuam Consueuit.n. medicina dari in calice. Et quia ista sunt dicta ex parte sensualitatis, & naturalis inclinationis, ideo statim secundum iudicium rõnis, & voluntatem deliberatam subiungit [verumtamen non sicut ego volo] voluntate. s. naturali, aut sensuali [sed sicut tu] supple vis fiat [Et venit ad discipulos suos] quia tanquam homo consolabatur ex locutione cum amicis [& inuenit eos dormiẽtes] duplici ex causa, secundum Chrysosto. Primò, scilicet quia nox erat. Secundò, quia ex tristitia erant grauati [Et dicit Petro] qui feruentiorem cæteris se monstrabat [sic?]Hic punctuandum est, & legendo interrogatiuè. q. d. Reprehensibilis es[nõ potuisti vna hora vigilare mecum?] q d. Hoc multo minus est, quàm mori pro me [uigilate, & orate, vt non intre. in tenta.] idest ne à tentatione superuentura superemini, secundum Hieron. Non enim idem est tentari, & intrare in tentationem [spiritus quidem] vester [promptus est] ad deliberandũ [caro autem]. i. affectus, & omnis potẽtia corporalis [infirma] ad exequendum, & sustinendum tentationem futuram. Aliud est enim dicere ꝙ volebant pro Christo mori, aliud facere. Hiero. Hoc autem est aduersus temerarios, qui quod crediderũt putant se posse consequi. Itaq; quantũ de ardore mẽtis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. Hæc ille [Iterũ secundo abiit, & orauit] vt ostenderet, ꝙ oratio debet esse continua, & vt verius probaret veritatem humanitatis. [dicens. Pater mi si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant. n. oculi eorum grauati] scilicet ratione tristitiæ maximæ, & etiam ex cibi digestione, & ex hora dormiendi. Et Christus ista secunda vice nihil dormientibus dixit, fortè compassus eorum fragilitati. Et sicut dicit Magister historiarum, Angelus de quo Luc. dicit, quòd apparuit ei, confortans eum apparuit ei, dũm secundo oraret [Et relictis iterũ abiit, & orauit tertiò eundem sermonem dicens] Et hoc Primò, secundum Rab. vt doceret nos orare cõtra pterita, & præsentia, & futura mala. Secundò vt doceret orationes ad patrẽ, & filiũ, & Spiritumsanctũ dirigendũ scđm aliquos. Tertiò vt ostenderet ꝙ nulla oratio nostra sine perseuerãtia debet esse. Sed debet habere principiũ, medium, & finẽ [Tũc venit ad discipulos suos, & dixit illis. Dormite iam, & requiescite] Sicut enim dicit Magister histo. & innuitur. Mar. 14. Christus voluit discipulos aliquantulum dormire. & post paululum dixit, vt dicit ibi Mar. sufficit, & tũc excitauit eos [Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ] Chryso. autẽ dicit ꝙ tũc cũ dicit dormite &c. erat maxime vigilãdum, sed Christus dixit dormite vt dicit. Primò vt ostenderet ꝙ neque visũ possent sufferre futurorũ malorũ. Secundò ꝙ non indigeret eorum auxilio. Tertiò ꝙ omnino oportebat eũ tradi. [Surgite eamus] obuiã proditori [ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cũ eo turba multa.] Habuit enim secum cohortem militum, quã dedit ei præses ad requisitionem principũ & multos ministros quod dederat pricipes sacerdotũ, vt habetur à beato Io. [cum gladijs] id est ensibus. Consueuit enim in scriptura vocari gladius quo pugnatur [& fustibus] idest lignis, vt dicit Mar. seu baculis. Milites quidem habuerunt arma, serui autẽ seu famuli sacerdotum, & seniorũ habuerũt fustes [missi à principibus sacerdotũ, & senioribus populi. Qui aũt tradidit eum dedit eis signũ di. Quemcunque osculatus fuero, ipse est tenete eũ] Hoc autẽ facit ne loco Christi caperent Iacobũ minorem, qui domino simillimus erat. Vnde & ꝑpter hoc, & propter alia frater dñi dicebatur [Et confestim accedens ad Iesum dixit. Aue rabbi] Modus erat salutãdi sicut & nunc dicimus, bonũ vesper [Et osculatus est eum] quia forte discipuli Christi sic eũ salutare consueuerunt. In hoc tamen apparet maxima Christi mãsuetudo, ꝗ proditoris osculũ non repulit [Dixitque illi Iesus. Amice] Amicum vocat proditorem, quia ipse diligebat naturam, & eũ ad amicitiã recipere paratus erat si peniruisset. Et quia etiam Christus prætendebat se illi esse amicum. Vel forte Saluator ironicè loquit [ad quid

quid venisti?] quasi dicat secundum Aug. Benè noui quare veneris. Oscularis, & insidiaris, amicū tu fingis, cū ꝓditor sis. Vnde & secundum Luc. dixit dn̄s, Iuda osculo filium hominis tradis?[Tūc accesserūt. & manus iniecerunt in Iesum]. s. illi. qui erant cū Iuda. Prius tū quam eum caperent fuerūt prostrati ab eo, vt dicit Ioan. ipso dicēte. Quē quæritis &c. Ego sum. Et similiter dixit, vt discipulos sinerent abire [& tenuerunt eū, & ecce vnus ex his, qui erat cum Iesu]. i. Petrus [extēdens manū exemit gladium suū] De isto gladio dicunt communiter expositores ꝙ fuit gladius mensalis magnus. In cœna. n. fuerunt duo tales, quib. agnus fuerat decisus. Sed mihi videtur ꝙ fuerit ensis. Nam sicut narrat Lucas, Christus in cœna dixit. Qui non habet vendat tunicam suā, & emat gladium. Apostoli autem tūc, sicut dicit Theo. & Chry. assumpserunt animum defendendi magistrū, ideo dixerunt. Ecce duo gladii hic, & hos gladios in auxiliū tulerunt, secundum Chry. ad pugnandum. Vnde & qn̄ milites voluerunt Christum capere, apostoli voluerunt eū defendere. Vnde. vt dicit Lucas dixerunt. Domine si percutimus in gladio, i. nunquid debemus istos aggredi cū gladiis? Ex quibus rōnabiliter apparet ꝙ erant gladii apti ad pugnam. non ergo mensales, quia melius fuisset habere fustes, de quibus in villa, & in orto est verisimile potuisse inueniri copiā. Sed quare Petrus arripuit gladiū, cum Dominus dixisset non esse resistendum malo? Mat. 5. Respondet S. Tho. super Ioann. ꝙ dominus prohibuerat defensionem sui, nō autem domini, vel quòd apostoli adhuc erant imperfecti. Hæc ille.

Sed quare Christus permisit discipulos suos arma portare? Dico ꝙ hoc potuit fecisse vt Petrus percuteret seruum quem ille sanaret. ac per hoc euidenter apparet ꝙ non defendi. sed mori volebat. Sed unde enses habere potuerūt? Dico, ꝙ in domo, vbi cœnauerant [& percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius] Petrus enim voluit scindere caput eius, vt dicit S. Tho super Ioan. sed ille declinauit. Et licet ante petiuissent licentiā à Christo pugnandi, tamen Petrus non expectauit Christi responsum. Tunc ait illis Iesus. Conuerte gladium tuum in locum suum, oēs. n. qui acceperint gladium, gladio peribunt] id est propter gladium, quòd acceperint, secundum Magist histo.

Intelligendum tamen est. secundum eundem, & secundum Aug. quòd ille solus accipere dicitur gladium, qui accipit illū sua authoritate, secus qui vtitur gladio, iubente, seu permittente lege, vel iubente Deo. Vel possumus dicere, ꝙ Saluator intendit dicere sic. Ego nolo armis defendi. Et si qs ex vobis voluerit, nunc cum istis gladio pugnare, peribit gladio istorum militū [An putas, quia non possum rogare patrē meū, & exhibebit mihi modo, plus quam duodecim legiones Angelorum] Legio continet sex millia sexcentos sexagintasex. Si autem vnus Angelus in vna nocte potuit occidere in exercitu Sennacherib. 185. milia viros, vt patet 4. Reg. 19. quid potuissent duodecim legiones? Nec tamen Christus ista dicit, quasi indigeret Angelorum suffragio, sed ad ostendendum ꝙ euadere potuisset si voluisset. Sanauit autem eum secundum Lu. primò ad conuersionem astātium. secundò ad confirmationem discipulorum dubitantium, tertiò ad instructionē nostram vt discamus benefacere inimicis, & quartò ad ostendendā voluntariam passionem. Nec tamen propter hoc cessauerunt impii. secundum Chrysosto. quia cùm esset nox fortè non viderunt, vel propter odium, vel potius. quia tanquam milites & serui potius obedire voluerūt hominibus, quam Deo [Quomodo ergo implebuntur scripturæ? q a sic oportet fieri. In illa hora dixit Iesus turbis. Tanquam ad latronem existis cū gladiis, & fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo] sine armis & militibus [& non me tenuistis. Hoc autem totū factum est, vt implerentur scripturæ prophetarū. Tunc discipuli oēs, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Iesum duxerunt ad Caipham principem sacerdotū. vbi scribæ. & seniores cōuenerant] Sicut autem dicit beatus Ioann. isti duxerūt Iesum primò ad domū Annæ, sed tamen hoc B Matheus tacet, quia Annas non erat summus sacerdos illo anno, sed erat socer summi sacerdotis. id est Caiphæ, ideoque propter quandam reuerentiam cū transire haberent propè domum eius, præsentauerut ei Christum. Et etiam

secundum Sanctum Tho. super Ioan. hoc fecerunt de mandato Caiphæ, qui hoc iussit, vt se excusabiliorem redderet condemnando condemnatum.

Est autem sciendum ad intellectũ sequẽtiũ, ꝙ secũdm Mat. Mar. & Luc. trina negatio Petri vĩ facta in domo summi sacerdotis. id est Caiphæ, quia de Anna quidam non faciunt mentionem, secundũ Ioan. vero facta est in domo Annæ. Et quidem Hiero. super Mat. & Beda sup Luc. videtur velle, ꝙ Petrus in domo Caiphæ negauerit. Augu. vero de consen. Euan. vult, ꝙ negatio tota facta sit in domo Annę, & ꝙ Euãgelistæ videntẽ dicere, ꝙ sit facta in domo Caiphæ loquatur per recapitulationẽ. Quidã alii dicunt, ꝙ vna negatio fuit in domo Annæ, aliæ duæ in domo Caiphę. Ioannes autẽ dicit eas factas in domo Annæ, quia ipsa ꝓpter rationes, quæ dicentur, reputabatur domus Caiphæ. Mihi videtur quod sententia Aug. sit vera.

Sed tamen est dubium vnũ secundũ istã sentẽtiam. Nam quando Euangelistæ recapitulant istud, nullam faciunt mentionem de domo Annæ, sed tñ de domo summi sacerdotis, quòd videtur inconueniẽs, maximè apud Mat. qui iam ante dixerat Christum esse ductum ad Annã. Ad hoc dico, ꝙ vt patet ex Ioãne tam Annas, quàm Caiphas dicebatur põtifex, & sicut dicit Aug. & S. Thom. quando Christus ductus est ad Annam, dictus est duci ad Caipham, quia erat Caiphæ voluntas. Et hoc innuit Ioan. qui dixit ideo eũ fuisse ductum ad Annam quia erat socer Caiphæ. Et potest addi, ꝙ dũm ducebatur ad Annam, ducebatur vltimate ad Caipham, quia illa erat via sua, nõ inconuenit autẽ idem simul ire, vel moueri ad mediũ, & vltimum, quia ergo vterque erat Põtifex, & summus sacerdos diuersimode, & erant vnius voluntatis, ita quod vnus deferebat alteri, & domus vnius in via ad domum alterius, ideo Mar. & Luc. quæ facta fuerunt in domo vtriusque, dicunt facta in domo summi sacerdotis, non expresso vtrũ esset Annas, vel Caiphas. Similiter Mat. ipsam domum Annæ videtur dicere atrium Caiphæ, & quãdo ductus est ad Annam dixit ductũ ad Caipham ratione dicta, & q̃ sunt facta in vtraque domo videtur dicere facta in domo Caiphæ. Dicitur ergo [Petrus autem] & cum eo alius, vt dicit Ioãnes, qui creditur fuisse ille [sequebatur] propter amorem [à longè propter timorem [vsque in atrium principis sacerdotum] primò vsque in atrium Annę, vt dicit Ioannes. Deinde vsque in atrium Caiphæ. vt creditur, quomodo autem Petrus potuerit intrare in domum Annæ, declarat ipse Ioannes, di. quòd alius discipulis sequebatur cum Petro, & ille erat notus pontifici, & impetrauit ab ancilla ostiaria ingressum Petro. In hac autem prima domo, scilicet Annæ Christus est interrogatus de doctrina, & discipulis suis. Ad quòd cùm responderet, suscepit alapam, vt dicit Ioann. ab vno seruo, & Petrus ter negauit. Deinde Christus fuit missus ligatus ad domũ Caiphæ, in qua omnes alias cõtumelias, & sententiam mortis accepit, ideo dicitur [Et ingressus intro sedebat] ad ignem [cum ministris, vt videret finem. [Princeps autem sacerdotum] id est Caiphas, & non Anna [& omne conciliũ] id est multitudo principum sacerdotum, & seniorum, & scribarũ [quærebant falsum testimonium contra Iesum] quia veros testes se posse inuenire desperabant [vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent] Non enim quærebant falsos testes simpliciter, quia multi tales accesserũt, sed falsos apparenter veros, & iustificabiles, quos non erat facilè inuenire [Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerũt. Hic dixit. Possum destruere templum Dei, & post triduum reedificare illud] Sed quomodo isti testes fuerunt falsi, quia dixerant id quod ipse dominus dixerat. Ioann. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Ad hoc dicit Hieronym. quòd falsi testes fuerunt, quia non eo sensu acceperunt verba, quo dicta fuerunt, scilicet de templo corporis Christi, vnde & quædam mutauerunt, vt possent inferre calumniam. nã pro soluite posuerunt, possum destruere, & pro excitabo posuerunt, reedificabo. Vnde & Marc. dicit, quòd non erat conueniẽs testimonium illorum [Et surgens] de tribunali ex impatientia [princeps sacerdotum [videns, quòd ex nihilo poterat eum condemnare] ait illi. Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus

[us autem tacebat] quia ea quæ opponebantur non erant responsione digna. Et vt impleret illud Esa.53. Quasi agnus coram tondente se obmutescet [Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei.]

Est sciendum sicut dicit San. Thom. 2.2. quæst.90. ꝙ adiurare est ordinare aliquid, ad aliquid per diuina. Est autē duplex modus adiurandi, scilicet coactiuus, & deprecatiuus. Adiurare autem subditos per Deum cogendo, & deprecando est licitum, sed superiores deprecando solum, & non cogendo. Dæmones tamen licet adiurare cōpellendo ne nobis noceant, nō autem deprecādo. Et eodem modo, scilicet compellendo licet adiurare creaturas irrationales. ne per eas diabolus nobis noceat, & similiter deprecando, vt per eas Deus nobis auxilietur. Adiurare autem eas secundum seipsas nō vt moręsunt à Deo, vel diabolo, est vanum, & illicitum. Iste aūt summus pōtifex adiurauit Christum coactiuè, & peccauit. Hæc omnia ex San. Tho. sed contra, quia licet Christus non esset subditus summo sacerdoti, tamen hoc non constabat ei, ideo licite videtur potuisse cogere Christū. Ad hoc dico scd'm doctrinam S. Tho. ꝙ summis sacerdotibus cōstabat Iesum esse Christum & etiā si nō cōstabat eis, ꝙ esset filius Dei, eorum ignorātia erat affectata, & crassa, q̄a signa, & doctrina, & interior motio eius euidenter hoc ostendebāt [Dicit illi Iesus] ne. s. videretur contemnere nomen domini p̄ quod fuerat adiuratus [Tu dixisti] supple veritatē. Iste. n. erat modus loquendi affirmatiuus. Vñ & beatus Mar. dixit, ꝙ dominus respōdit, dicens. Ego sum [Verūtamen dico vobis ammodo]. i. post hoc [videbitis filiū hominis] qui mō à vobis non magnipenditur [sedētem à dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cœli] quod fiet in die iudicij. Sed quare dicit ammodo? Videtur enim significare ꝙ statim post passionē hoc visuri essent. Ad hoc dico secundùm Orig. ꝙ totum tempus à passione Christi vsque ad diem iudicii quasi pro momēto sumitur respectu æternitatis. Sciēdum est autem ꝙ vt elicitur ex Luc. simul cum Mat. Iudæi in isto concilio cū Christus nihil respōderet testibus, prius interrogauerunt illū si esset Christus, vt dicit Lu. Et ad hoc vt idē dicit, ipse respondit. Si dixero vobis nō credetis mihi: si autem interrogauero non respōdebitis mihi, timentes, scilicet cōuinci, neq; dimittetis, scilicet me ab re, & postea subiunxit id, ꝙ dictū est, s. [verutamen] & c. Et tūc in illis verbis, quia dixit se sessurum à dexteris Dei intellexerunt, ꝙ se filiū Dei faceret, ideo secundo, vt dicit Lu. interrogauerunt eū omnes simul dicētes. Tu ergo es filius Dei? siue hoc dixerunt nō interrogando, sed concludendo ex dictis eius. Et tunc princeps sacerdotum adiurauit eū, dicens. Adiuro te & c. vt dictum est. Et Christus respondit secundum Mat. Tu dixisti. Vel secūdū Lucam. Vos dicitis. Omnes enim cōcluserant, ꝙ erat filius Dei. Sed Mar. solū nominat pōtificē: quia erat principalis, & q̄a post communem omnium conclusionē ipse solus adiurauit. Ex his ergo patet, ꝙ beatus Mathæus non recitat primam interrogationem, sed secundam, & tñ recitat verba, quæ Christus dixerat ad primam s. Veruntamen & c. [Tūc princeps sacerdotum scidit vestimēta sua] ad significādum quod Christus blasphemasset Deum, attribuēdo homini, id est sibi, id qđ est Dei. s. esse Deū. Consueuerāt enim Iudæi in signū doloris scindere vestes sicut nunc aliqui proiciūt biretum ad terram [dicens. Blasphemauit, q̄d adhuc egemus testibus? Ecce nūc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerūt in faciē eius, & colaphis eū ceciderunt] Est autem colaphus propriè p̄cussio colli, sicut alapa genarum, vñ & colaphizare est collum percutere quòd tunc opprobriosum erat apud Iudæos, sicut & modo apud Mauros, vt fertur [Alii autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. Prophetiza nobis Christe. quis est, qui te percussit?] Hoc derisoriè dicebant, quasi dicerent. Si es propheta vt dicebatur, diuina nobis, quis percussit te. Habebat enim faciem velatā, vt dicit Lu. [Petrus vero sedebat foris [nō extra domum, sed extra locum in quo illudebatur Christus Stabat n. [in atrio]. i. domo. Est enim atrium domus spatiosa, cui solebant addi extrinsecus aliquę porticus. Vt autē, quòd esset Petrus in claustro, seu spatio, ꝙ solet esse sine tecto in domibus magnis, q̄a ignis erat i me

dio omnium accensus secundum Lucã. Et erat in atrio deorsum scd̃m Mar. Vel erat ĩ atrio, i. in aliquo loco ignis. Nã secũdũ aliquos dr̃, atrium, s. à caligine. Sciendum tamen est, ꝙ istæ negationes Petri de quibus dicetur, fuerũt factæ in domo Annæ, & ea q̃ immediate ante dicta sunt in domo Caiphæ. Vnde Mar. hic non tenet ordinem historiæ, sed recapitulat secundũ Aug. [Et accessit ad eũ vna ancilla, dicens. Et tu cũ Iesu Galilæo eras?] Ista fuit ancilla ostiaria, vt dicit Ioan. ad cuius vocem Petrus, primam negationem fecit, non in ipso ingressu domus, sed post ingressum cũ staret ad ignẽ, vt dicit Mar. seu ad lumẽ, vt dicit Lu. & idẽ est. Vnde subditur [At ille negauit coram omnibus, di. Nescio quid dicis.] Nõ enim forte illum ad ianuam cognouit, cùm esset nox, sed cum eũ fuisset intuitus ad lumen, vt dicit Luc. Sed quare nõ sic interrogauit de Ioãne? Fortè hoc fuit, q̃a Ioãnes erat familiaris in domo, ideo deferebat ei, nec tñ deferebat socio, quia fortè nesciebat, quòd ille esset pro quo rogauerat Ioãnes. Vel fortè nõ constabat ei quod Ioãnes esset Christi discipulus. Deprehendit autem hoc de Petro fortè, q̃a tristis stabat aut ftebar. Quantum ad istam primam negationem conueniunt omnes Euangelistæ, quãtum ad alias duas differũt, quia vnus dicit eas factas ad vocem vnius ꝑsonæ, alius ad vocẽ alterius, sed tamen reuera omnes dicunt verum, quia multæ personæ cũcurrebant, & vnus exprimuit vnam, alius aliam: post istam autem primam negationem, vt dicit beatus Marcus, Petrus exijt, i. exibat foras ante atriũ, & gallus cantauit, vt dicit idem Mar. sed creditur quod Petrus nõ audiuerit, quia erat suspensus animo. Nam timebat. Et dum exiret, talis ancilla etiam incusauit eum, & redijt ad ignem, vt se purgaret, ideo sequitur [Exeunte autem illo ianuam] idest dum exiret, non autem postquam exierat. Timuit enim Petrus, iõ exire voluit. Exeũte autem illo, id est cùm se ad exeundum præpararet, dicit Aug. erat tamen adhuc prope ignem, vt dicit Ioann. [vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia nõ noui hominem] Mat. & Mar. videntur dicere, quòd ad vocem huius ancillę negauerit secundò, sed Io. dicit quòd ad vocem astantium. Luc. ꝙ ad vocem cuiusdam. Sed reuera fuit ad vocem astãtium, qui tamen fuerãt excitati ad vocem ancillæ, ideo omnes verum dicũt [& post pusillum] idest post spatiũ horæ vnius, vt dicit Luc. iam enim Petrus stabat securus [accesserunt, qui astabant, dixerunt Petro. Vere, & tu ex illis es, nam & loquela tua manifestũ te facit] Matth. videtur dicere quòd ista tertia negatio fuerit facta ad vocem astantiũ, & similiter Mar. Lu. vero ad vocem cuiusdam. Io. autẽ ꝙ ad vocem cognati eius cuius abscisa fuerat auricula, qui dicebat se eum vidisse in orto cũ Iesu. Et omnia ista vera sunt, & simul cõcurrerũt, vt de se potest esse manifestũ [Tunc cœpit detestari, & iurare, q̃a non nouisset hominẽ] i. cœpit iurare iuramẽto execratorio, quod est grauissimum, vtpote dicẽdo nunquam benefaciat mihi Deus si ita est. Secũda autem negatio fuit cum iuramẽto assertorio simpliciter, puta dicendo, per Deum ita est. In hoc autẽ iuramẽto inducitur Deus solum, vt testis, sed in execratorio inducit, vt testis, & iudex. Vel fortè vtroque iuramẽto in tertia negatione vsus est, vt innuit textus dicens, ꝙ cœpit non solum detestari, i. execrari, sed etiã iurare [Et continuo gallus cantauit] secunda, s. vices vt dicit Mar. & istã secundã vocem Petrus creditur audiuisse, vnde subditur [recordatus est Petrus verbi Iesu, quòd dixerat prius quam gallus cantet, ter me negabis] Dicit hic beatus Lucas, quòd Christus Petrum respexit, & tunc Petrus compunctus est. Istum tamen respectum Augu. dicit fuisse spiritualẽ, quia, s. eius misertus est. Nam corporaliter videtur fuisse impossibile, quòd eum aspexerit, quia Petrus erat foris. & deorsum, vt ex dictis patet [Et egressus foras] extra domum. Iuit enim, vt dicit Magister histo. ad cauernã quæ modo dicitur gallicãtus, & in ea [Fleuit amare] & ex tunc consueuit semper ad primum gallorũ cantum surgere ad orationem vsque ad horã matutinã, vt habetur in itinerario Clementis pro ista negatione. Nõ tamen videtur, ꝙ ad speluncã illam iuerit subito, vel si iuit, in ea parum stetit, quia Marcus videtur velle, ꝙ fuerit in domo Annæ.

QVANTVM autem ad tertium, i. quo Christus fuit sentẽtiatus dr̃ [Mane autem

autem facto]Nam tota nocte illuserāt ei, postquā se Dei filium dixerat]Cōciliū iniecerunt oēs principes sacerdotū,& seniores populi aduersus Iesum, vt eū morti traderēt] Hoc cōciliū hic à Beato Mat. ponitur ꝑ recapitulationē.Fuit.n.factū antequā Iesus se fateretur filiū Dei,vt innuit Mag.hist. Et hoc est rationabile. Ex quo enim iā eū ad mortē cōdēnauerāt tāquā reum mortis,ad q̄d fecissent cōciliū,vt eū morti traderēt? Fecerūt ergo hoc cōciliū qn̄ voluerunt inuenire testes ad conuincendum eū. Quamuis ēt rationabile sit,vt cōciliū fecerint qūo prę́sidi reū mortis ꝓbarēt[Et vinctū adduxerunt,& tradiderunt Pontio Pilato] Hierony. Habebant. n.hūc morē, vt si quē adiudicassent morti, ligatū iudici traderēt.Hæc ille[p̄sidi].i.potestati.De nomine aūt Pilati diximus sabbato post 3.domini.Aduentus.[Tunc videns Iudas qui tradidit eū,ꝙ dānatus esset,pœnitētia ductus retulit triginta argēteos principibus sacerdotū,& senioribus,dicens.Peccaui tradēs sanguinem iustū]Sicut autē dicit Aug non est certa dies, in qua Iudas argentos retulerit. Vnde quidā dicūr,ꝙ hoc fecit audita resurrectione,quam futurā nō credebat.Quidā, quòd visis ꝓdigijs in hora mortis Christi. Quidam autē, ꝙ q̄ primū vidit Iesum datū in manus prę́sidis.Tūc enim erat iā morte damnatus quo ad Iudæos, & credidit,ꝙ etiā à Pilato damnaretur ad cōplacentiam principū. Istud autē magis videtur cōsonū Euāgelio.Qualitercunque tamen fuerit ipsa eius pœnitentia inutilis fuit,quia caruit spe veniæ,vt patet in textu[At illi dixerūt. Quid ad nos].s.ptinet [Tu videris].i.videbis si benè,vel malè fecisti[& ꝓiectis argēteis in templo, abiēs laqueo se suspēdit] & crepuit,vt dicit bea. Petrus Actu.2.Sicut.n. dicit Magister histo.creditur rupto laqueo cecidisse,& sic crepuisse[Principes autē sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Nō licet eos mittere]idest remittere secūdum Magi.hist.[in corbonam]vnde scilicet eos tulerant,vt idem dicit. Est autem corbona. vas in quo vota,& oblationes populi reponebātur,quia corba Hæbraicè,idem est,q̄ munus votiuum,latinè,vt dicit Mag.histo. [Quia preciū sanguinis est]Isti stulti reputabāt mortē Christi iustissimam , & tamen precium eius reputabant prophanū, vnde cōuerterūt illud in vsum pro mortuis[Cōcilio autem inito emerūt ex illis agrum figuli]idest cuiusdam viri,q̄ sic dicebatur,eo quòd figulus esset, secūdum Mag.hist.Vel ly figuli,vt idē dicit,est proprium nomen. Vel secundum alios ager figuli dicebatur, quia ibi quilibet figulus inuenire poterat terram aptam vsui suo[in sepulturam peregrinorū. Propter quod vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis, vsque in odiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem]

Contra,quia in libro Hieremiæ ista non inueniuntur. Ad hoc dicitur primò secūdū Hieronymum,ꝙ ly Hieremiam, nō est de textu,nec in antiq̄s libris inuenitur.Et tūc quòd dicitur ꝓphetam,debemus intelligere Zachariā,q̄a Zachariæ 10. habetur ista sententia,quamuis nō ista verba. Apostoli enim plerunque allegauerunt sententiā cōtemptis verbis. Secundò dato, ꝙ ly Hieremiā,sit de textu,dicitur,ꝙ licet ista authoritas nō reperiatur in libro Hiere. quem habemus,tamen reperitur in alio,qui non est de canone Biblię.Vnde Hierony.refert se in quodam libello,q̄ Hieremiæ ascribebatur, ista legisse de verbo ad verbū. Tertiò dicitur,ꝙ secundum Hier.in lib.de optimo genere interpretādi, ista authoritas sententialiter sumpta est partim Zachar.11.partim Hiere.33.sed tamen Mat. totam attribuit Hiere. sicut frequēter faciunt authores.Intelligitur autē sic[Et acceperunt]ipsi sacerdotes[triginta argenteos]qui sunt [preciū appreciati].i.Christi[quem] Christum[appreciauerūt]ipsi scilicet sacerdotes[à filijs Israel]idest à Iuda,ponēdo plurale pro singulari,maxime, quia ipse tenebat personā omniū Iudæorum,quibus placebat ista ꝓditio.Vel à filijs Israel i.Iuda, & cōplicib. seu cōsentientibus.Credendum est.n.ꝙ aliquos socios habuerit ad malū Vel ly à filijs Israel, nō refertur ad ly appreciauerūt,sed ad ly acceperūt,quia tale precium fuit primò acceptū à populo, q̄ illud offerebat ꝓ uotis domino[Et dederūt eos in agrū figuli].i. pro agro figuli [sicut constituit mihi dn̄s].i. cōstitutum reuelauit. Istud autē vltimum nō h̄r in Zacharia , habetur autem in lib.Hiere.quem nō habemus,& ēt sententialiter habetur Hiere.32.vbi dr̄,ꝙ de mā-

dato domini emptus est ager quidã p quã emptionem intellexit Matth.istam figura-tã.Aug tamen de cõsen.Euan.qui ad tertiã expositionem declinat,dicit φ hoc vltimũ est intelligẽdũ dictum esse ab Euãgelista [sicut cõstituit mihi dominus,qui voluit dicere sibi à dño inspiratũ,& hæc prophetia ad Christi venditionẽ pertinere[Iesus autẽ stetit ante præsidem]Tacet hic Matth.quid dixerint isti quando Christum præsentaue runt Pilato.Dicit tamen Ioan.φ Pilatus dixit eis.Quam accusationem affertis aduersus hominẽ istũ?At illi sicut dicit Lu accusauerũt eum in tribus,scilicet quia cõmouebat gentem,& quia prohibebat tributũ dari Cæsari,& quia se fecerat regẽ Iudæorum, quasi vellet sibi regnũ vsurpare. Sed Pilatus de duobus primis non curauit. Nõ quidẽ de primo,quia cùm esset Gentilis nõ curauit si Christus commouebat populũ, prædicando opiniones nouas in fide Iudaica.Neque secũdò q a ex publica fama nouerat, vt rõnabiliter creditur, φ ipse dixerat Mat.22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Iõ solũ interrogauit de tertia. Et hoc est quòd dixit Mat. [Et interrogauit eũ p̃ses,di. Tu es rex Iudæorum?] Et tunc Xp̃s dixit [Tu dicis] idest verum est, & vt dicit bea. Ioan.dixit ei,quòd erat quidem Rex, sed suum regnum non erat de hoc mundo.Vnde Pilatus intellexit φ non erat cõtrarius Imperatori.Sicut autem dicit Io.Pilatus exiit de p̃torio vbi in secreto examinauerat Iesum, & dixit Iudæis. Ego nullã inuenio causam in eo,qua dignus sit morte.Et tunc, vt dicit Luc.replicauerũt primã accusationem, dicẽtes.Commouit populũ per omnem Iudæam, incipiẽs à Galilæa vsque huc. Et tunc, vt idem Lu.dicit.Pilatus audiẽs,quod Galilæus esset,misit eũ ad Herodẽ,qui erat dominus Galilææ,& tũc erat in Hierusalem. Herodes autem eum libenter vidit,sperãs se aliquod signum ab eo videre, sed reputauit fatuum . quia nihil rñdebat. Ideo remisit eũ ad Pilatum,illusum prius veste alba . Et tunc, vt idem Luc. dicit.Pilatus,dixit populo. Ecce ego nihil in uenio, sed neq; Herodes. Iõ castigabo eũ, sed tamen nõ occidam, sed dimittam illũ. Et illi omnino petebant,vt crucifigeretur, Ideo dicit Matth. scilicet post regressum Christi ab Herode [Et cùm accusaretur à principibus sacerdotũ & seniorĩbus]qui replicabant,& aggrauabãt priores accusationes quantum poterãt[nihil respõdit. Tũc dixit illi Pilatus Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia ? & non rñdit ei ad nullum verbum,ita vt miraretur Præses vehementer. Per diẽ autẽ solemnem]idest in die paschæ[cõsueuerat Præses dimittere populo vnũ vinctum quẽ voluissent] Erat enim à Romanis concessum Iudæis, vt in die paschæ, in quo recolebant beneficium egressionis de Aegypto,posset vnus de carcere liberari,i memoriã dictæ liberationis. Pilatus ergo sciẽs eos ad seruandã istã consuetudinem inclinatos,& ex alia parte credens,quòd nunquã peterẽt Barabbã, quia homicida erat,& seditiosus,& pessimus,vt habetur Luc.23. proposuit eis quẽ vellent dimitti de his duobus, scilicet Christũ, an Barabbam;credens se hac via Christum liberare.Dicitur ergo.Habebat autem tunc vnum vinctum insignem . i. famosum in malo[qui dicebatur Barabbas.Cõgregatis vero illis,dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis, Barabbã, an Iesum,qui dicitur Christus Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.Sedente autem eo pro tribunali]idest in tribunali.Est autem vt dicit Raba.tribunal iudicum, solium regum,& cathedra magistrorum, seu doctorũ[Misit ad eũ vxor eius,di. Nihil tibi,& iusto illi] idest nihil habes cũ eo facere,nec debes te de eo intromittere, q a iustus est[Multa n. passa sum hodie p visum propter eum]Ad cuius euidentiam sciendum est secundum Mag.hist.& alios sanctos φ diabolus vidẽs ordinem passionis Christi,& patiẽtiã eius, & fortè etiã sanctos in limbo exultantes timuit per mortem Christi perdere principatum.Ideo sicut ante p̃curauit eius mortẽ, ne per eius prædicationem conuerterentur animæ,ita postmodum p̃curauit eius liberationem p vxorem Pilati quæ adhuc dormiebat.Apparuit enim,ut cõmuniter tenetur in somnis opere diabolico aliquod terribile,qđ sibi,& marito imineret ex morte huius sancti viri.Principes autẽ sacerdotũ, & seniores persuaserunt populis,vt peterẽt Barabbam,Iesũ n vero perderent. Respondens autẽ Præses, ait illis.Quem vultis vobis de duobus dimitti ? At illi dixerũt. Barabbam.Dixit illis Pilatus,Quid igitur faciam

etiam de Iesu, qui dicitur Christus]idest vinctus. Loco huius dicit Mar. Quid igitur faciã Regi Iudæorum? Et hoc ideo quia soli Reges Iudæorum inungebantur [Dicunt oẽs, Crucifigatur. Ait illis Præses. Quid.n. mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes. Crucifigat̃. Videns aũt Pilatus quia nihil proficeret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens]Per hoc tamen nõ excusatur, quia cùm iudex esset, iustitiã obseruare tenebatur, & tamẽ propter fauorẽ populi, & timorem Cæsaris damnauit eũ sine testibus, & cõfessione, & processu, & defensionibus iuridicis[Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respõdit vniuersus populus, dicẽs. Sanguis eius]idest vindicta, & pœna quæ infligenda est ꝓ sanguine, seu morte eius[super nos, & super filios nostros]scilicet sit, & ita factũ est, quia vsque hodie propter hoc peccatũ sunt dispersi. Mat. autem, Marcus, & Luc. hic multa omittunt, & ponunt conclusionẽ quam vltimate fecit Pilatus, ꝙ crucifigeretur, sed Ioan. supplet.

Sciendum ergo est ꝙ Pilatus voluit liberare Christum multiplici causa: primò, q. a videbat eum iustũ, & Iudæos odio, & inuidia moueri. Secundò quia vxor sua hoc petiuerat. Voluit autem liberare primò, dicendò ꝙ erat iustus, & non habebat causam mortis. Secundò proponendo quẽ dimitti vellent. Tertiò reprehendendo Iudæos qñ petebant Barabbam, di. [Quid enim mali fecit?]&c. Vñ tũc voluit eos multis verbis auertere. Quartò flagellando, & confundẽdo Christũ, vt sic satiati parcerent ei mortem. Et hoc tangit Ioan. di. ꝙ Pilatus flagellauit Christũ, & coronauit spinis, & induit purpura, & dedit ei arundinẽ pro sceptro regio, & sub ista forma duxit eũ ad populũ dicens [Ecce homo]Et tunc illi multo magis clamauerunt, vt crucifigeret̃, quia secũdm legẽ mori deberet. Et addiderunt quartã accusationem, quia filium Dei se fecit. Quod cùm audisset Pilatus valde timuit viri sanctitatẽ, & iterum introduxit eum intus in ꝑtoriũ, & interrogauit. Vnde es tu?&c. Et statuit Pilatus omnino liberare eũ, sed Iudæi clamauerunt. Si hũc dimittis nõ es amicus Cæsaris[Quod cùm audisset Pilatus] dominũ suum Cæsarẽ timens offendere dedit sententiam, ꝙ Christus crucifigeretur:

Omnia prædicta diffusè narrat Ioã. sed alij omittunt, tãgentes breuiter ꝙ Pilatus eum flagellauit, & illusit, & condemnauit. Dicit ergo Mat. [Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeret̃. Tunc milites Præsidis suscipiẽtes Iesum]Ista non sunt facta post sentẽtiã de morte eius, sed ante vt dicit Ioan. sed tamẽ Matth. hic recapitulat[in prætorio] id est domo in qua prætor iudicium facit[cõgregauerunt ad eum vniuersam cohortẽ. Et exuẽtes eum chlamydem coccineam circũdederunt illi]idest vestem rubeã in similitudinem purpuræ, qua reges vtuntur. Vñ Marcus dicit eũ indutum purpura. vel forte in ea aliquid purpuræ fuit[Et plectentes coronam de spinis]idest iuncis marinis, vt dicit Magister hist. quòd iunci pungunt vt spinæ[posuerunt super caput eius, & arundinẽ in dextra eius. Et genuflexo ante eum illudebant ei, dicentes. Aue rex Iudæorũ] quasi diceret. Voluisti quidẽ, sed nequiuisti regnare. Ista faciebant Gentiles, sed tamen vt dicit Magister hist quia Iudæis auctoribus ista fiebant. ideo in parasceue ad orationem pro Iudæis genua non flectimus. quamuis vt idẽ dicit fortè etiam aliqui Iudæi cum Gentilibus idẽ fecerunt[Et expuentes in eum acceperunt arundinẽ, & percutiebant caput eius. Et postquã illuserunt eis corã populo. Sicut enim dicit Io. & allegatũ est, duxerunt eum in conspectu populi indutum purpura, & rationabile est quòd dixerunt etiam, Aue rex Iudæorũ, videre populo, pro quo quierãdo ista fiebãt [exuerunt eum chlamydẽ coccineam, & induerunt eum vestimẽtis eius]in q. bus ductus est ad mortẽ, vt cognosceretur ab omnibus[Et duxerunt eum vt crucifigerent]ipse tamẽ portabat crucem suam vt dicit Io. [Exeuntes autem]de prætorio Christus, & duo latrones, & milites post quos secutæ sunt nobiles mulieres, vt dicit Luc. [inuenerunt hominẽ cyreneum]ã Cyrene ciuitate [noĩe Simonẽ. hunc angariauerunt]idest iniustè coegerunt ad personale onus,]vt scilicet personaliter seruiret in portando crucem Christi. Est enim angaria onus personale tantum, perangaria vero onus personale, & reale, vt cùm q̃s aliq̃d suis expẽsis facit[vt tolleret crucẽ eius]sed q. a dicit Io: quòd Christus portauit crucem suã, oportet

tet dicere, ꝙ Christus eā per aliquam viæ partē portauit, sed quia fessus erat, imposuerunt eam alij. Vel oportet dicere, ꝙ sic adiuuerit Christum, ita ꝙ ambo portabāt, & hoc innuit Luc. dicens. Et imposuerūt ei Crucē portare post Iesum[Et venerūt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus]Secundum Mag. histo. ille locus dicebatur Caluariæ, vel Caluariarum locus quia ibi decollabantur rei, & erāt ibi multa ossa capitum humanorū. Caluaria enim propriè est os capitis humani. Sāctus autem Amb. super epistolam ad Roman. dicit ibi sepultum esse Adā, & ab eius Caluaria sic appellatū esse locum. Sed vt dicit idē Magister. ista creduntur à falsarijs fuisse inserta dictis Ambrosij. Licet enim Adā habitauerit in Hierusalem, vt dicit Hieron. ad Marcellā in epistola, quæ incipit Mensurā charitas, in qua etiam dicit ꝙ fuit sepultus in loco Caluariæ, & ex aliorū opinione loquens, vt credo, tamen idem sup Mat. dicit, ꝙ Adā fuit sepultus in Ebrō, vt patet Iosuæ. 14. Vnde Ebron antiquitus dicebatur cariatharbæ, id est ciuitas quatuor, quia quatuor magni Patriarchæ sunt ibi sepulti cum vxoribus suis, scilicet Adā & Eua, Abraam & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lya. Et licet Ebron non sit Hierusalem, est tamen ei vicina. Vnde in eadem terra passus est Dominus, & habitauit ac sepultus est Adam. Et paradisus etiam terrestris videtur sub eadem regione esse versus orientem, quia illa regio est temperatissima: vt dicitur ab Alberto de natura locorum. qui dicit, ꝙ optima habitatio est sub paralello transeunte per Rhodū insulam. Dicit autem S. Tho. 3. q. 46. arti. 10. ad 3. ꝙ conuenientius est Christum esse crucifixū in loco damnatorū, quam iuxta sepulchrū Adæ, in signū ꝙ non solum pro originali peccato, sed etiam pro actualibus moriebatur. Est autem notandū, ꝙ non esset cōtra fidem, neq; contra scripturā expresse tenere, ꝙ Adam sepultus fuerit in Hierusalem, licet sit falsum. Sed cōtra. primò, qa Ebrō dicebatur antiquitus cariatharbæ, idest ciuitas quatuor, scilicet Patriarcharū. Dico, ꝙ secūdum aliquos dicebatur cariatharbæ, id est ciuitas arbe patris, scilicet Enoch, vel ciuitas quatuor gigantium ibi sepultorū, scilicet Achimā, Etsai, Thalmai, & patris eorum. Sed contra iterum secundo, quia Iosuæ 14. dicitur, ꝙ ibi scilicet in Ebron Adā maximus sepultus est. Dico ꝙ Adā secūdum aliquos est nomen appellatiuū, licet approprietur primo homini, vnde idē est dicere, Adam maximus, quòd homo maximus. Et sic secūdum aliquos ibi Adā stat pro hoīe primo, secūdum aliquos pro quodā gigante, secūdum alios pro Abraā. Et cōfirmatur, quia dicitur Adam maximus ad differentiā minoris, quem non est facile fingere quis fuerit, nisi sumatur Adam pro homine. Confirmatur etiam, quia Ambr. etiam in 19. Epistola ad Oruncianum, tenet Adam sepultū fuisse in monte Caluariæ[Et dederunt ei bibere vinum cum falle mixtū]Ioan. dicit, ꝙ erat acetum. Mar. vero ꝙ erat vinum myrrhatum. Dicit autem Aug. de cōsen. Euan. ꝙ Mat. posuit fel pro amaritudine. Vinum enim myrrhatum est amarissimum. Quòd autem dicit Io ꝙ fuit acetum, dicitur dupliciter. Vno modo quia illud vinū erat acetosum. Ad cuius euidentiam sciendum est; ꝙ in quodam libro hebræorū, qui intitulatur Iudicū ordinariorum, scribitur, ꝙ q̄a Salomon dixerat Prouer. 31. Date siceră id est potum inebriatiuum mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo vt bibāt, & obliuiscārur ægestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Ideo seniores Iudæorum occasione dicti Salomonis statuerunt vt morte damnatis daretur vinū aromaticum, vt possent facilius mortē tolerare. In Hierusalem autem erant mulieres deuotæ, quæ ex pietate, & deuotione hoc vinū dabant. Iudæi ergo cupiditate, & crudelitate ducti, tale vinū pro se acceperunt, iuxta illud Amos 2. Vinū damnatorū bibebant. Loco autem eius posuerunt vinū acetosum cū felle, idest myrrha permixtum. Possumus etiam dicere secūdo, quod illud vas, de quo dicit Ioan. quod erat aceto plenū, non continebat vinū, aut potionē quæ dabatur damnatis ad exhilarandum, sed erat ibi pro fętore cadauerum, vel alia causa, puta quia fortè, vt dicit Mag. hist. milites tulerant secum vile vinum ad bibendū, quod ex solis calore versum fuerat in acetum. Vnde Mat. qui dicit illud vinum non fuisse felle mixtū, postmodum in sequentibus facit etiam mentionē de aceto. Vnde istud secundum videtur verum. Primū

de

de isto aceto Ioan. dicit quod illud accepit, quòd de vino myrrhato, vel felleo negat. Primum vinū quod damnatis dabatur à principio passionis dabatur, vt videtur, istud autem acetū fuit Christo in fine passionis oblatū. Vnde eo accepto dixit, cōsummatum est, secundū Ioan. [Et cum gustasset noluit bibere] Mateus dicit, quod non accepit, scilicet ad bibendū, accepit tamen ad gustandū [postquam autem crucifixerunt eum] in medio duorū latronū, & dicentē, Pater ignosce illis [Diuiserunt vestimenta eius] scilicet in quatuor partes secūdū quatuor milites, qui eū crucifixerunt, vt dicit Ioan. [mittentes sortē] super tunica inconsutili, vt dicit Ioan. quia eam diuidere noluerunt [vt impleretur quod dictū est per prophetā] scilicet Dauid, quamuis secundū Hiero. hoc non sit de textu Mat. sed Ioan. [dicentē. Diuiserunt sibi vestimēta mea] alia, scilicet à tunica inconsutili [& super vestem meam] id est tunicā prædictam [miserunt sortem] nolentes eam per diuisionem destruere [& sedentes seruabāt eum] ne ante mortē de Cruce raperetur [Et imposuerunt super caput eius causam ipsius] id est causam mortis suæ [scriptam] Consueuerant. n. sic Iudæi facere morte damnatis. Hæc autē fuit causa [Hic est Iesus] Nazarenus, vt addit Ioan. [rex Iudæorum] id est, qui ideo damnatus est, quia cōtra Cæsaris voluntatē voluit sibi vsurpare regnum Iudæorum. Scripsit autem hæc Pilatus secundū aliquos derisorie, quia non credebat ita esse; Vel ad informandū aspicientes de malitia Iudæorū, qui suum regem crucifixerunt. Vnde ad eorū instantiam noluit titulū mutare. Fuit autem iste titulus scriptus hæbraicè, græcè, & latinè secundū Lucam, & Ioan. vt omnes legere possent. Fuit autē controuersia inter Pilatum, & Iudæos pro eo, quod illi nolebant quod scriberetur rex Iudæorū, sed quia se dixit regem Iudæorū, sed Pilatus non acquieuit eis vt dicit Ioan. Sicut autē dicit Mag. hist. in Cruce domini quatuor ligna dicuntur fuisse, scilicet truncus, lignū transuersum, & tabula cū clauilla infixa super caput Iesu, & lignū defossum in terra cui infixa erat Crux. Et forte vt dicit, omnia illa ligna erant diuersa, quia lignū Crucis inuenitur esse palmæ, & cypressi, & vt quidā tradunt oliuæ, & cedri. Dum autē crucifigeretur Dominus, sicut dicit Luc. orabat pro crucifixoribus [tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris] vt videretur, & ipse tanquàm latro, vel vitiosus iuste damnatus [Prætereuntes aūt blasphemabant eum] scilicet vulgares [mouentes capita sua, & dicentes vah] interiectio est subsannantis; vel irridentis [qui destruis templū Dei, & in triduo reædificas illud. Salua temetipsū, si filius Dei es, descende de Cruce. Similiter & principes sacerdotū illudentes cū scribis, & senioribus dicebāt Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere. Si rex Israel est, descendat nūc de Cruce, & credimus ei. Confidit in Deo, liberet eū nunc si vult. Dixit. n. quia filius Dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei] Cōtra, quia Luc. Dicit quod vnus aliū increpabat. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò secundum Aug. quòd Mat. dicit latrones id fecisse, quia vnus eorū fecit eo modo, quo societas dicitur facere, quod aliquis de societate facit. Secundò secundū Hiero. quod à principio ambo id faciebant, sed postmodum alter visis mirabilibus quæ fiebant, pœnituit, & confessus est regnū Christi, & statim ei Dominus paradisum promisit [A sexta autem hora] hac enim hora secundum Mat. & Luc. & Ioan. videtur Dominus crucifixus, sed Mar. dicit, quòd hora tertia. Pro horum autē intellectu sciendum est, quòd dies artificialis duodecim habet horas inæquales, & hora sexta completur in meridie, sed tamen hæ horæ ita computantur, duæ vel tres simul pro vna ponantur, sicut dicimus, prima, tertia, sexta, nona. Secundū ergo Aug. hora tertia fuit, crucifixus linguis Iudæorū, quia scilicet supplicauerunt vt moreretur, ex qua supplicatione secuta est mors tandem multis adiunctis. Hora vero sexta manibus militum, sed secundū rei veritatem fuit Christus medium inter tertiam, & sextam horam, ideo ab vtroque extremo potest denominari. Vnde Ioā. dicit, quòd erat hora quasi sexta, scilicet quia iā transierat tertia, & currebat medium inter tertiam & sextam. Et reuera credo dominū crucifixū paulo ante 6. & in 6. incepisse tenebras, vt dicit Mat. cùm subiungit [tenebræ factæ super vniuersam terram] scilicet Iudeæ


Iudeæ secundū aliquos [vsque ad horam nonam]Hiero.dicit has tenebras fuisse, qa sol retraxit lumen suum, sed loquitur impropriè vt dicatur sol lumen retraxisse, q a hominibus non lucebat impeditus.Orige. autem dicit huius causam fuisse densissimas nubes,sed Diony.ad Policar.dicit huius causam fuisse lunā. quam ipse vidit,vt dicit eclypsantem solem. Potuit autē vtra que causa fuisse in Iudæa, vt scilicet simul essent nubes,& eclypsis.Fuerunt autē circa ista eclypsim multa miracula,quæ elicit S. Tho.ex verbis Diony.3.q 44.Primū q a facta est in oppositione luminarium cùm nunquam naturaliter fiat nisi in coniunctione.Secundū quia de sero luna fuit visa in loco suo in Oriente opposita soli dia metraliter,ita quod miraculo remota est, ad Occidentem vt solem eclypsaret,& post miraculosè restitutum est ei deperditum, ac si non retrocessisset. Tertium quia incepit obscurare solem à parte orientali,cùm naturaliter fiat econtrario .Quartum quia illa pars solis q̄ vltimo fuit obscurata primò cœpit lucere cùm naturaliter ecōtrario fiat . Quintum addit Chry.quia tribus horis durauit,scilicet a 6.vsque 9.Et si quæ ratur quare de hoc astrologi non fecerunt mentionem. Dicitur quòd tunc non aduer terunt,quia non considerabant de eclypsi, sed ex alia causa talem passionem crediderunt accidisse. Sed Dionysius existens in Aegypto,vbi raro sunt nube',vidit illam. Q amuis etiam quidam historicus de hoc videatur facere mentionem. Hæc omnia ex illo. Post prædicta autem,vt colligitur ex Ioan.& alijs Euangelistis,Christus Ioanni commendauit Virginē.Deinde dixit.Sitio vt videtur [& circa horam 9.clamauit Iesus voce magna, dicens.Hely hely,lama zabathani.Hoc est.Deus meus,Deus meus vt quid dereliquisti me?]Sicut autem dicit Glo.non dereliquit Deus Christū quasi diuinitas fuerit ab humanitate separata, sed quia eum nō defendit ab aduersarijs,videbatur quodammodo eum dereliquisse.Et tamen notandum quòd sicut orauit.Transeat a me calix iste ad exprimendum sensualitatis motum,ita eodem modo hic expressit hanc vocem , scilicet ad ostēdendū suum magnū dolorem in sensu, & consequenter veram humanitatē [Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant[Heliam vocat iste]isti fuerunt Romani,vt dicit Mag.histo.& Hier. qui non intelligentes hæbraicū cùm dominus dixit, hely,crediderunt, quòd vocaret Heliam [Et continuo currens vnus ex eis acceptā spongiā impleuit aceto,& imposuit arundini,& dabat ei bibere]Sed quare hoc fecit?Dico q̄ hoc fuit,quia vt dicit Ioannes,Christus dixerat.Sitio. Sed si iste erat vnus ex Romanis quomodo intellexit hoc?Ad hoc dico, quòd ibi ante Crucem erat mater Christi, & multi,quia vt dicit Ioan.immediatè ante prædictum verbum, Christus matrē Ioāni commendauerat : Ideo isti exposuerunt ei [Cæteri vero dicebant. Sine videamus an ueniat Helias liberans eū]Isti derisoriè loquebantur. Vel forte iam incipiebant interius tangi , & inspectione tenebrarū , & ex magno clamore quem existens in extremis emittebat,qui erat insolitus[Iesus autem iterū clamans voce magna,emisit spiritum]& in hoc clamore videtur dixisse secundū Lucam.In manus tuas domine &c. secundū Ioan. consummatū est , & vtrunque sine dubio dixit , sed prius,vt credo , consummatū est.Deinde vltimatè cùm ita diturus esset spiritū , cōmendauit illum patri, dicens.In manus tuas &c.Ex his patet, q̄ dominus in Cruce septies est locutus. Primò ad patrē pro crucifixoribus orans. Secundò ad latronē, promittendo paradisum. Tertiò iterum ad patrem clamans se derelictū. Quartò ad matrē, & discipulum. Quintò.dicens.Sitio.Sextò.dicens,Cōsummatū est. Septimò, dicens.In manus tuas domi. &c. [& ecce velum tēpli]quod erat duplex,vt patet Exo.26 veulm,scilicet qđ pendebat ante faciem templi.Aliud quòd pendebat ante sancta sanctorum siue incedligatur de hoc, siue de illo [scissum est in duas partes à summo vsque deorsum] & scissio eius significauit,q̄ per misteriū Christi completæ & cōsummatæ erant figuræ, & consequenter quæ in veteri testamento latebant sub velo figurā erant publicanda[Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorū qui dormierant,surrexerūt] Et si quidam surrexerunt tunc qn̄ monumenta sunt aperta,idest ante resurrectionē Christi , iterum mortui sunt , quia Christus

ftus est primogenitus mortuorum. Vide de hoc in die Paschæ [& exeũtes de monumẽtis.] hic fiat punctus, si resurrexerunt ante Christũ, & consequenter iterum sunt mortui, ꝙ rationabilius videtur [post resurrectionem eius venerũt in sanctam ciuitatẽ] id est Hierusalem [& apparuerunt multis. Centurio autẽ, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terremotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde dicentes. Verè filius Dei erat iste]

Sed nota ꝙ Cẽturio maximè motus est ex clamore Christi in morte, quia impossibile est hominẽ ita fortem, vt clamare possit, & statim expirare per vulnus prius illatũ. Et hoc innuit Mar. dicens. Videns, quòd sic clamans expirasset, dixit, verè &c. Vide de hoc S. Thom si vis, in principio primi quodlibeti [Erant autem ibi mulieres multæ à longe.]

Contra, quia dicit Ioan. ꝙ stabant iuxta Crucem. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò ꝙ stabant à longe respectu militum, sed tamen ita propè erant, vt audirent loquentẽ, vt dicit Ioã. Secundò ꝙ à principio quando fuit tumultus stabant à longe. & postea stabant propè [quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei. Inter quas erat Maria Magda. & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum sero autem factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia] id est de Arimathia ciuitate, q̃ olim dicebat Ramata [nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic eũ esset nobilis, & decurio] vt dicit Mar. 1. habens sub se 10. milites, vel decurio, i. de curia, siue curialis [accessit ad Pilatum] audacter, vt dicit Mar. quia morte Christi erat factus animosior [& petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus] Tũ quia Ioseph erat nobilis. Tũ quia sciebat Christũ iniustè crucifixum, & accepto corpore Ioseph inuoluit illud in syndone munda, i. in panno lineo. Vnde & statutum est, ꝙ solum in tali panno consecratio fiat Eucharistiæ, & non in serico vel alio, eo ꝙ in tali fuit Christi corpus inuolutũ in sepulchro [& posuit illud in monumento suo] & consequenter magnifico [nouo] ꝑ reuerentiam dñi, & ne dicerent Iudæi si fuisset ibi prius sepultus, ꝙ ille surrexisset, & non Christus [ꝙ excidetat in petra] Erat aũt vt dicit Beda, factum tanꝗ quædã parua camerula, & intus erat locus ad reponendum corpus [& aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ monumẽti, & abijt. Erant aũt ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria sedẽtes contra sepulchrũ] de istis dicetur in Sabbato sancto [Altera autẽ die q̃ est post Parasceuen] Est aũt parasceue Fer. 6. quæ dicebatur Parasceuę, id est præparatio, quia scilicet in ea præparabantur cibaria pro Sabbato [conuenerunt principes sacerdotum, & pharisæi ad Pilatum, dicentes. Domine, recordati sumus, ꝗa seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrũ, vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis. Et erat nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiã] id est habeatis siue accipiatis milites meos, ꝗ custodiãt [& custodite sicut scitis] ꝗa non eritis cautiores [Illi autem abeuntes munierunt sepulchrũ] militibus armatis [signantes lapidem] id est sigillantes, vt viderent si aliquo modo moueretur [cũ custodibus] nõ quidem signatis, sed ad signũ deputatis. Hæc autem quo ad historiã, & literalem sensum dicta sunt breuiter, quia si me diffundere voluissem de hoc solo oportuisset librum conficere.

Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Marcum.



RAT autem pascha, & azyma post biduũ & quærebãt summi sacerdotes, & scribę quemodo Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem. Non in die festo, ne forte tumultus &c.

ERAT autem Pascha, & azyma post biduum] & c. [Adolescens autem quidam &c.] Iste secundũ aliquos fuit Iacobus frater domini, secundũ alios Ioannes euangelista, secundum alios autem adolescens de domo, in qua comederant agnum. [Abba pater] Abba idem est, quod

pater,

pater,& secundũ alios est Hebraicũ, sed'm alios Chaldaicũ[Anathematizare].i. iurare per execrationẽ[decurio].i.vnus de curiali bus. Decuriones.n.dicuntur qui sunt de cu ria,vel decurio dr, qui sub se decem milites habet,sicut centu-io, qui habet centum [& audacter &c.] Prius.n.erat discipulus Christi,sed occultus. Verũ exẽplo mortis Christi factus est animosior. Cætera patent de dictis in passione, secundum Matth.

Pasṡio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.



Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur Pascha, & quærebant principes sacerdotum, & scribę,quomodo Iesum interficerent &c.

APPROPINQVABAT dies festus azymorum qui d. Pascha]&c. [Intrauit Sathanas in Iudã].s.per effectum suggerẽdo, q̃a induxit eum ad malum[meã commemorationẽ]Nam Eucharistiæ cõsecratio est q̃dã passionis Christi commemoratio, vt patet 1 Cor.11.[contentio].i.inquisitio superba [maior].i aptior ad regimẽ[benefici]ã benefaciendo[vocantur]ã subditis adulantib. secundũ Cyril [Non ita erit inter vos].i.nõ ambietis primarum, nec ex hoc vos maiores reputabitis, q̃ aliis plati eritis [expetiuit].i.aggressus est suis tentationibus[Ego rogaui ꝑ te Petre,vt nõ deficiat fides tua] .s.finaliter. Licet.n.negauerit, tamen pœnituit.Vel per peccatum intel'igitur non per sona,sed officium. vt Petrus sit idem scd'm aliquos,quod Pontifex Romanus cuius fides nunquam deficit Sed ista expositio patitur infinitas quæstiones [confirma] id est confirmabis memor propriæ fragilitatis[q. habet sacculum] Vide de his Dom.4. Aduẽtus[quod scriptũ est]scilicet Esa.53. [oportet impleri de me. Et cum iniquis deputatus est.Ecce duo gladij hic] Obliti pete de gladijs loquuntur, quia magistrum defensare volebant[Scitis &c.] Vnus enim ensis euaginatus quem iussit reponi sufficienter ostendit, quòd Christus voluntariè patiebatur.Alius non euaginatus ostendit,quòd Apostoli non sunt permissi facere quòd licuisset,& consequenter, q̃ melior est patiẽtia,quàm defensio etiam licita [confortãs eum]eo modo, quo confortatur homo ad præsentiam amicorum. non autem quasi doceret eum aliquid,quod nesciret[in agonia]dicitur autem agonia ab agone, nõ q̃a sensualitas pugnaret cum rõne, sed quia pugnabat cum morte,quàm horrebat. Sicut enim docet S.Tho.in 3.sen.& 3.par. sensualitas in Christo mouebatur, sicut ratio volebat. Vel dicitur angonia per.n.ab angogis.quod est premere,& contristare,sed primum est verius[sicut guttæ sanguinis &c.] secundum aliquos ex magna agonia exiuit aliquid de sanguine post sudores. secundum alios fuit hoc supernaturale ad significandum, vt dicit Aug. de corpore suo manatura martyria.Notandum vero est,quod sanguinem fudit Christus. Primò in circũcisione.vt discas resecare carnalia. Secundò in oratione,vt ores feruenter. Tertiò in flagellatione.Ioann.20.vt sustineas aduersa. Quartò in crucifixione ante mortem. Mat. 27.in remediũ peccatorum nostrorũ.Quintò in lanceatione.Io.19 in signũ sacramẽtorũ. Sextò in impositione coronę.Io.17. vt scias coronam regni non te posse delitijs comprehendere[præ tristitia]Tristitia ẽ de malo præsenti quod repelli non potest.Ergo est cum aggrauatione animi, depressi. sub pondere mali, & consequenter cũ impedimento motus spiritum ad organa sensuum, quibus spiritibus exercentur opera vitæ.Ideo in tristitia cessant ista opera. Sicut etiam fit in somno causato ex euaporatione ciborum ad cerebrum.Humores.n in grossati a cerebro rõne frigiditatis descendunt ad organa sensuum & obstruũt meatus spirituũ.& sequitur somnus[Sinite vsq; huc].i.permittendi sunt vsq; ad hoc.vt me comprehendant vt dicit Aug.[Principes sacerdotũ]Ex quo patet, q̃ licet maior pars principũ expectaret in ciuitate, tũ ibi fuerunt aliqui eorum.vt diligentius res ageretẽ [velauerũt].i.posuerunt velũ præ oculis[signum aliquod].i.miraculũ [At ipse nihil respondebat] Tum quia ille erat indignus videre miracula,quia curiositate mouebat.

Tum

Tum quia liberasset Christũ si fecisset mira cula, aut fuisset locutus, q̃ ei placuissent[in dutum veste alba] Sic.n. tunc illudebatur fa tuus[Nam antea inimici erant ad inuicẽ] Causa aũt erat, quia vt dicit Cyrillus, quidã Iudas Galilęus de quo habetur Act. 5. sua sit multis ne Cæsari tributa præstarent, & quadam die eo sacrificante cum socijs(licet non habeatur vbi) Pilatus eos occidit. Sed Mag. hist. dicit, ꝙ quidam Magus dicens se Dei filium multos Galilęos seduxit. Et dũ sacrificarent in monte Garizim, vnde dixe rat se ascensurum in cœlum; Pilatus eos oc cidit. Et fuit indignatus Herodes, ꝙ subdi tis suis Pilatus inferret mortẽ [veniẽt dies] .i. destructionis Hierusalem[Beatę steriles] Nam q̃dam mater tunc filium suũ come dit, vt testatur Iosephus [Cadite].i. vtinam caderent super nos montes, & occiderent, ne tantis malis afficeremur[Quia si in viri di ligno].i. in Christo apto ad fructificãdũ [Hæc faciunt] Iudæi, qui. s. me occidunt[in arido].i. in populo Iudaico arido, & inci sione digno[quid fiet?].i. quę vindicta erit super eum? quasi dicat, magna[nequã].i. iniqui, & mali[quia nesciunt quid faciunt] .s. simplices, & illiterati decepti à maiorib. qui benè sciebant se occidere Christũ, quẽ cognouerũt hæredem[in paradiso].i. in vi sione Dei. Statim.n. mortuo Christo oẽs sufficiẽter purgati viderunt Deum. Vnde si latroni sunt in cruce peccata dimissa quo ad culpã, & pœnã, vt innuunt verba Christi, statim post mortẽ fuit beatus, licet nõ fue rit in paradiso, idest in loco paradisi, seu in cœlo[& sabbatum illucescebat] idest inci piebat, quia scilicet solemnitas Sabbati inci piebat in vesperis præcedentis diei.

Passio Domini, secundum Ioan.



GRESSVS Iesus &c.[Scie bat autem, & Iudas, q̃ tradebat eũ locum] Sed quomodo hoc præsci uit cum ante cœnã cõ pletam exiuerit? Respõ det S.Tho. & Chrysost. ꝙ Christus in magnis fe stiuitatibus consueuerat discipulos ducere seorsum, & de festo docere aliqua sublimia q̃ fas non erat alios audire. Ideo Iudas exi stimauit, ꝙ tunc illud faceret in monte, & in orto. Hæc illi. Quibus addere possumus, quia sc̃d'm Luc. consueuerat Christus post cœnã illuc ire, & ꝙ habebat exploratores Iudas post Christũ, sicut habebat armatos [Cũ accepisset cohortem &c.] Dicit S.Th. ꝙ Iudas tenuit omnem modum ne effuge ret. Nam & contra tenebrarum latebras lu mina habuit, & contra potentes habuit co hortem, ne. s. quis impediret operantẽ per potestatem publicam, & contra Zelantes pro lege habuit ministros pharisæorum, & Pontificum, ne. s. quis egrederetur, ꝙ eum ca peret per Romanos[Ego sum] In hoc secũ dum S.Tho. ostenditur, ꝙ etiam a Iuda nõ cognoscebatur etiam ad vocem, quia etiã secunda vice idẽ repetiuit. scilicet ego sum [ceciderũt in terram] prostrati verbo Chri sti. Ex quo euidenter patuit, quòd fugere nolebat.

Sed quare non fuerũt conuersi viso tali miraculo? Ad hoc dico, ꝙ erãt durę ceruicis. Non ne multa alia fecerat maiora, quia fe cit in trãsitu, & tamen nõ sunt conuersi[vt impleretur sermo quem dixit].s. ipse dñs ante passionẽ[Non perdidi ex eis quẽquã] idest non permisi mori corpore, vel spiritu finaliter. Hoc.n. dixerat etiam de salute cor porali discipulorum. Inde tamen ipse exce pit Iudam, qui spiritualiter, & corporaliter perijt[Et alius discipulus] idest Ioannes e rat[notus Pontifici] quia scilicet portabat ibi pisces, vt dicit S. Thom missus à patre [Ego palam locutus sum]

Sed cõtra, quia multa proposuit discipu lis seorsum in parabolis, vt patet Mat. 16. Respõdet S.Tho. Primò ꝙ dicta duodecim apostolis nõ reputabantur dici in occulto. Secundò ꝙ non proponebat ea discipulis intentione occultandi. Tertiò ꝙ dominus hic loquitur de doctrina, quam populo tra didit, quã illi non proposuit in conuenticu lis[Interroga eos, qui audierũt] qui in hac re tibi sunt credibiliores [si malè locutus sum &c.]

Sed contra, quia vr Christus facere con tra doctrinam suam. Mat. 5. vbi dicit. Si q̃s te percusserit in vna maxilla, præbe ei & a liam. Ad hoc dicit Aug. ꝙ illud præceptum, & similia non intelliguntur data absolu tẽ, sed solum secundum præparationem animi vbi expediret ad honorẽ Dei, & vti litatem

litatem ecclesiæ, vbi vero expedit respondere respōdendum est, vt hic fecit Christus [A Caipha in prætorium]aliqui textus habent ad Caipham,sed sunt incorrecti,vt patet in Græco, teste S.Tho.Dato tñ hoc dicit S.Th.posse dici ꝙ Anna præuenerat eos qui ducebant Christum ad Pilatum,vt cū informaret.Vel quod prætorium præsidis erat in domo Annæ,in qua tanquā in spatiosa Præses hospitabat.Sed vt dicit in græ cohabetur à Caipha in prætorium.

Sed contra quia adhuc Euangelista nō dixerat Christum fuisse ductū ad Caiphā, & consequenter non debuit dici à Caipha. Dico quod hoc dixerat implicitè cùm dixerat, quòd duxerūt eum ad Annam primū. Erat enim socer Caiphę.In hoc enim quòd dicitur primum,subintelligitur,ꝙ secundo ductus sit ad Caipham.

Itē contra,quia dicit Ioan.quod ipsi scilicet sacerdotes non introierunt prætoriū, ergo Caiphas non præcessit,quasi Pilatum informaturus.Dico ꝙ verum est , sed tamē si illud dicatur;dici potest ꝙ erat propè prætorium,& ibi præsidem informabat[mãducarent pascha]id est panes azimos, quos sc̃dm S.Tho. licitè solum mundi edebant [nobis nō licet interficere quāquā]quia.s. sc̃dm S.Tho. Romani eis abstulerant potestatē sanguinis.Vel hoc dicunt ratione solennitatis sed primū est melius , quia vtiq; poterant eū conseruare vt post pascha produceretur ad mortem.

Sed quomodo occiderunt Stephanū Act. 7.Respondet Chry ꝙ Romani cōcesserant vt Iudæi legitimis suis vterentur . Erat aūt mors lapidationis inflicta per legē & consequenter eis concessa,non aūt mors crucis,quæ erat execrabilior, & quā tanquam turpissimam intendebant [nunquid ego Iudæus sum ?]quasi dicat ex me ista non cōcepi[Regnum meū non est in hoc mundo]i. temporale,q d Sum quidē Rex, sed non talis qualis Cæsar[Omnis qui est ex veritate] idest qui ex parte est veritatis.q a s.eam diligit, & sequitur [Quid est veritas]Ad hoc non respōdit Chrs,quia Pilatus coactus est exire ad clamores Iudæorū [Ecce homo] q.d. Et si in aliquo male egit, satis & vltra punitus est [Iesus autem responsum non dedit ei]Primò quia erat idolatra . & cōsequenter secundum aliquos indispōsitus ad audiendam generationē verbi. Secūdò ne impediretur sua passio [Nisi tibi datū esset desuper] idest nisi Deus permitteret, nā de iure nihil potes cōtra me,cùm sim innocēs [Propterea q tradidit me tibi]idest populus iste[maius peccatū habet]scilicet quā tu,qui solo respectu humano duceris[lico stratos]vel melius per t.[lithostratos]idest lapidū stratura à lithos lapis,& stratos pauimentum & est nomen Græcū[Erat autē tunica incōsutilis]Hoc dupliciter exponitur.Primò secundùm Chryso.mentem sic. Erat inconsutilis,idest paucas habens suturas.In palestina enim vt ait,pauperes accipiebant duos pannos,& eos cōserendo faciebant vestem[desuper contexta]alio panno ad maiorē fortitudinē. Tales enim erāt pauperum vestes. Et sic notatur vilitas vestium Christi. Alio modo secundū Magist. historia.sic.Erat inconsutilis,idest sine sutura.Erat enim reticulato opere facta,desup̱ contexta per totū. idest in superiori parte super humeros habēs pannum ex transuerso ad modum corrigiæ in pelliceis De hac tunica fertur , quòd eam puero Iesu fecerit mater,& ꝙ ea crescente,creuerit. Hoc autē non est incredibile quo ad hoc,quòd mater fecerit,si consideremus quantum dilexerit talē filium,neque quo ad hoc,qu òd sic creuit, si tale quid legimus factum circa filios Israel in deserto,vt patet Deutero no.8. [Maria cleophæ &c.]Ex hoc loco patet,qđ cū legitur Cleophæ inter mulieres, q̃ inducunt circa Christi mortē & resurrectionem semper subaudiendū est ly Maria [in suam]scilicet curam, & diligētiam,vel in suam matrem . Aliqui autem legunt in sua neutraliter,sed malè, quia Ioannes nihil habuit , vbi virginē exciperet[hyssopo circum[Quidam vt dicit Theo.per hyssopum intelligunt arundinem,in qua secudū alios euāgelistas obtulerunt Christo spongiā,quia habet folia similia arundini.Magist. autem hist. dicit,quod spongia fuit in arundine per hyssopum circumligata.Fortè autem quòd arundini erat vinctus baculus ex hac herba,vt altius spongia eleuaretur.Crux enim domini fuit eminens, q a vt dicit Magister hist. opinio est,quòd conſurgeret in altū pedibus quindecim[Erat enim magnus dies ille Sabbati]q a.s.& erat Sabbatū, & erat solennitas paschalis[Exiuit

nit sanguis,& aqua] Dicit aűt Mag.histo.ꝙ iste miles cũ casu de sanguine oculos tetigisset,qui iã ferè caligauerãt,elatè vidit[Et qui vidit] i.ego ipse,qui interfui[vt scriptura impleretur].i.Exo.12.quæ loqtur de agno Paschali, q fuit expressa figura Christi, dicẽs,ꝙ eius ossa frãgi nõ deberẽt [& iterum alia] Zach.12.[Videbunt].s.Iudęi in die iudicij cicatrices Christi [in quẽ trãsfixerũt] lanceam,mediãte milite. Litera tñ Hier. habet.Aspicient ad me quẽ confixerũt,sed est eadem snĩa,quia propheta loquitur in persona Christi,ideo loquitur in prima persona,sed Euangelista refert hoc ad Christũ loquens in tertia persona. Vnde idẽ diuersis verbis expresserunt. De hora aũt cœnæ domini,& passionis eius Paulus Bur.facit longum sermonẽ in suis additionibus ad Nic. de Lyra.Aliter tamen soluũt doctores, quã ipse. Vide de hoc S.Tho.3.q.66.arti. 9. vbi videtur omnia enucleare.

Sabbato Sancto Paschæ.



VESPERE aűt Sabbati, quæ lucescit in prima sabbati venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrũ. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus aűt Dñi descendit de cęlo, & accedẽs reuoluit lapidem,& sedebat super eũ. Erat aũt aspectus eius sicut fulgur, & vestimẽta eius sicut nix, p̃ timore aũt eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens aũt Angelus,dixit mulieribus: Nolite timere vos: Scio.n. quòd Iesum,qui crucifixus est quæritis.Non est hic:surrexit.n.sicut dixit,Venite,& videte locum,vbi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius,quia surrexit. Et ecce præcedet vos in Galilæam,ibi eum videbitis,ecce prædixi vobis.

VESPERE aűt sabbati, quæ lucescit in prima sabbati &c.]Mat.28.In præsenti Euangelio incipit narrari Christi resurrectio,quæ tñ in sequenti nocte facta fuit. & hoc fortè,quia sicut dicit B.Tho. super Io. in nocte resurrectionis fideles solennizant, & in 4.dist.13.dicit,ꝙ in primitiua ecclesiã in illa nocte missa cantabatur,& ex hoc arguit,quia in missa hodierna in oratione dicitur.Dominus qui hanc sanctissimam noctem &c.Ex his aũt verbis S.Tho.patet, ꝙ nunc dicitur missa in die, quæ tunc dicebatur in nocte,ideo præsens Euangelium institutum est, primo recitari in nocte illa, & nunc recitatur in die,habito tamẽ respectu ad noctem,in qua institutum est legi Tanguntur ergo in ea tria puncta,quæ sunt Visitatio,Apparitio,& Annunciatio.

QVANTVM ad primũ tangitur, qñõ mulieres sanctæ voluerũt visitare Christi sepulturam.

Sciendũ est aũt,ꝙ principiũ Euãgelij huius est aliqualiter obscurũ,& tã variæ sunt super eo expositiones, ꝙ si oẽs adducerentẽ oĩno cõfunderetur ingeniũ. Sciendũ est ergo primò ꝙ hesperus stella est, q̃ sero apparet post solis occasum,& mane etiam ante solis ortum,sed diuersis tpibus: est.n.idem quod venus,quæ rõne magnitudinis sui epicicli nũc est sole orientalior, nũc occidentalior,& cõsequẽter nũc apparet post solis occasum,nunc ante ortũ, quãuis ipsa eius sphera,similiter vt sphera solis moueatꝛ motu proprio,vt alibi dictũ est, & linea medii motus eius sit eadẽ, in linea medii motus solis.Quidã tñ dicũt ipsam apparentiã esse in eodẽ anni tpe nõ rõne epicicli,sed rõne altitudinis Veneris,quæ est supra solẽ. Altiora.n.siue remotiora citius ascẽdere videmus,& tardius accũbere Sed ista falluntur, qa Venus est sub sole immediatè, vt alibi scripsimus.Sed & si esset altior,iõ nõ sequeretur si esset simul cũ sole in eadẽ linea, quia pp paruitatẽ terræ, respectu cœli videmus semper medietatẽ cœli, ac si essemus in cẽtro terræ, vbi si essemus constat, ꝙ simul vtrũq; videremus in casu illo,q a linea egrediẽs ab oculo nostro transiret p vtrunque. Ab hespero aũt mutata, h,in,u, consonãtẽ dicitur vespera vesperæ, & vesperus vesperi,id est tempus,quod est inter diem,& noctem,uel secundum aliquos inter noctem;

& diem in quo, scilicet illa stella solem sequitur aut pcedit, id est mane, & sero. Unde licet omne extremum noctis, & quodlibet extremū diei scd'm aliquos dicatur vespera, propriè tamen dicitur prima pars noctis, & vltima diei, quia hesperus, vt pcedit solem in mane proprie non dicitur hesperus, sed lucifer, quia scilicet lucem solarem antecedens illam quodammodo mortalibus afferat. Dicitur etiam hoc vespere, vel hoc vesperis, & significat horā qua sol incipit declinare ad occasum sub orizonte, & vsq; ad crepusculum durat, i. vsq; ad mane sequens, ita quòd nox ipsa dicitur vesper.

Sciendum est secundò, ꝙ Sabbatum dr̄ scd'm aliquos à sabbæ Hæbraicè, vel à sabba Syriacè, quod latinè ē septē, & interpretatur requies. Est n. dies septima in qua ēt Deus à creādis nouis rebus dicitur quieuisse. Significat autē tertiam, scilicet septimanam, & diem vltimā eius, & quālibet eius diem addito aliquo termino numerali, vt si prima Sabbati dicatur dies dominica, & secunda sabbati dies lunæ, & sic de alijs.

Sciendū est ēt, ꝙ feria dr̄ secundum aliquos à ferio, rias, quod est cessare ab opib. seruilibus, vel scd'm alios à feriendis victimis. Et vtroq; modo ꝓpriè significat diem festum, licet ad omnem diem extēdatur. secundum alios autem dicitur à fando, quia scilicet in singulis ferijs Deus creando aliquid fabatur, vel quia in die habemus tempus fandi. Et sic omnis dies est feria.

Sciendum est quartò, ꝙ scd'm Hæbreos dies septimanæ sic nominātur. Sabbatū, prima Sabbati, i. prima dies à Sabbato, vel post sabbatum secūda, tertia, quarta, quinta, & 6. Sabbati. Secundū Christianos vero sic. Dies dñica, id est in qua Christus dñs resurrexit siue prima. Feria secunda, tertia, quarta quinta, sexta, & septima Feria. Secūdum Gentiles autem idola colētes septem dies denominantur à septem planetis, & singuli ab illo, qui in prima eius hora dominatur. Dicitur ergo dies solis, dies lunæ, dies martis, dies mercurii, dies iouis, dies veneris. dies saturni.

Nec tñ credendū est, ꝙ scd'm istum ordinem sint positi cœli istorum planetarū, quia iste est eorū ordo in cœlo incipiendo ab inferiorib. & ascendendo. Terra quæ est in medio mundi, aqua, aer, ignis, luna, mercurius, venus, sol, mars, iupiter, & saturnus octaua sphera, seu stellarum fixarum, primum mobile, seu primus motus, vel cœlū cristallinum, & cœlum empyreum. Quidā tamen inter octauam spherā, & cœlū empyreum ponunt duos, sed licet forte nō sit necesse, vt alias dictum est, est tamen ꝓbabile, & probabilius. Et hoc tenet S. Tho. in 2. senten. & communiter Astrologi.

Sciendū est etiam quintò, ꝙ istę mulieres licet Ioannes tantum de Maria Magdalena facit mentionem, fuerunt scd'm Mat. duæ, scilicet Maria Magdalena, & altera Maria, id est mater Iacobi minoris, secundum S. Tho. quæ erat soror matris Christi. scd'm Mar. vero fuerunt duæ prædictæ, & cū eis tertia, scilicet Salomæ. Est autem Salome nomen viri. Aliquando etiam, vt hic, est nomen mulieris, sed subintelligitur Maria. Vnde ꝙ Marcus dicit, & Salome, Mag. hist. dicit, & Maria Salome. Vel scd'm Chrys. mater filiorū Zebedei, q̄ fuit filia Salome vocata est Maria, & Salome quasi binomia. Et hoc videtur in idem redire, quia dicebatur Salome à patre, subintellecto tamen proprio nomine filiæ. De hoc vide Feria quarta post primā Dominicā Quadragesimæ. Dicit aūt Magister prædictus, ꝙ quidam dicunt eas fuisse duas tantum, & ly Salome est expositio alterius Mariæ tacitæ. Sed vt dicit, contra hoc est vsus ecclesiæ, quæ tres representat, & etiā beatus Lucas qui dicit. Erant autem Maria Magdalena, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cū eis erāt. Vnde erant plusquam quatuor, sed fuerunt tres Mariæ, s. Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Maria Salomæ: Ioanna autē, vt idem Magister dicit traditur fuisse vxor Cuzæ ꝓcuratoris Hærodis. Sicut autem dicit beatus Lucas, quædam istarum mulierū. vt ait Mar. 1. Maria Magdalena, & Maria Ioseph, seu Iacobi minoris, quando sepeliebatur Christus considerabant vbi sepeliretur, vt possent illū more Iudaico aromatib. cōdire. Et vt dicit B. Luc. Feria sexta aromata, & unguēta parauerūt, quòd intelligēdū est ipsa sexta Feria factum, quousque eis licuit operari, nā subiungit. ꝙ Sabbato siluerunt secūdum mandatum, i. nihil operatæ sunt propter festum. peracto vero Sabbato in sero quando iam festum cessauerat, parauerunt se, vt ad sepulchrum accederent.

His

His visis veniamus ad textum. Dicitur ergo [Vespere sabbati] Reuera istæ mulieres ad monumentum venerũt in diluculo diei Dominicæ. Quòd ergo dicit. Vespere Sabbati exponitur, i. nocte, siue quia vesper dr̃ nox, siue quia vespera dicitur prima pars noctis, à parte denominando totum. Igitur [Vespere sabbati]. i. septimanæ. Et quia in septimana sunt multæ vesperæ, & eadem vespera habet duas partes, s. sero, & mane, vt hæc ab aliis distinguatur, subiungit [quæ] s. vespera lucescit in prima Sabbati, i. in prima die septimanæ, s. in die dñico de mane. Lucescit inquã gratia suæ partis extremæ, seu vltimæ, vt per hoc quod dicitur prima sabbati, excludantur vespere aliorum dierũ à dominica, per hoc vero, quòd dicit lucescit, excludatur sero ipsius Dominicæ. Lucescere enim est incipere lucere, quod non conuenit ei horæ, quæ a luce tendit ad tenebras, sed ei quæ econtrario. Vnde mane lucescit, sero autem tenebrescit.

Sciendũ est aũt, ꝙ sumitur hic secundũ aliquos vespere aduerbialiter, & sequens relatio fit ad nomen in aduerbio intellectũ. Vel ponit genitinus huius nominis vespera pro ablatiuo, vel ponitur ablatiuus huius nominis vesper [Venit Maria Magdalena] id est soror Lazari dicta Magdalena à Magdalo castro suo, vel quia ibi orta est, vel quia ibi dominabatur. A Magdalo. n. dicitur Magdalenus, a, um, & hæc Magdalenæ, nes, [& altera Maria]. s. Iacobi minoris seu Cleophæ [Videre sepulchrum] Fuit aũt sepulchrum domini, vt fertur tale. Sumpto enim vno latere per intellectum sic statuatur, vt latera longiora respiciant meridiẽ, & Septentrionem, breuiora autem Orientem, & Occidentẽ, & diuidatur in tres partes, quarum maxima sit ad Orientẽ, minor in medio, & minima ad Occidentẽ. Sic tria spatia fuerũt in monumento domini, quorum maximi erat sine tecto, sed claudebatur muro cubiti, ac semis, vel circa, & lapideo sedili: alia vero duo erant camerulæ excauatæ in petra ad quas erat introitus ꝑ portulas excisas à parte Oriẽtis, & ante portulã primam fuit in spatio magno colũna cubiti vnius, ac semis circiter, supra quam reclinabatur lapis claudens portulam, in spacio autẽ minimo à dextris, siue ad Aquilonem fuit mẽsa excisa eleuata duobus cubitis circiter à pauimento, & super ea positum fuit corpus Saluatoris. Bed. dicit, ꝙ eleuabatur tribus palmis. Porta aũt qua intrabatur ad spaciũ minimũ est in angulo meridionali, sed à qua intrabatur ad spacium medium nõ est in angulo, sed in medio parietis siue muri spatia diuidẽtis. Nõ est aũt intelligendum, ꝙ venerint solum videre sepulchrum, sed vt vngerent Iesum, vt dicit Mar. Et hoc secundũ Theod. vt corpus eius odoriferum maneret, & non scaturiret humiditatẽ, quã aromata desiccant, & absorbent, vnde corpus incorruptũ conseruant. Vnde venerunt ergo videre qũo illud corpus à Nicodemo erat conditum, qui iuxta Ioan. illud condierat myrrha, & aloe. Et vt supplerent siquid deficiebat, vel etiã superadderent.

Est aũt hic triplex qõ. Prima quia hic dr̃ ꝙ vespere venerũt ad monumentũ, & Ioã. 20. dr̃, ꝙ mane, & Luc. 24. ꝙ diluculo. Ad hoc sic dicit Hier. ꝙ diuersa tp̃a istarũ mulierũ in Euangelistis describuntur, non mẽdacij signũ est, vt impii obijciunt, sed sedulæ visitationis officia, dũ crebro abeunt, & recedunt, & non patiuntur à sepulchro Domini diu abesse, vel longius. Hæc ille. Et intendit scd̃m S. Th. ꝙ venerunt vespere, & mane. Sed contra, si. n. quæ in hoc euangelio narrantur vespere nõ mane cõtigerũt, qũo potuit angelus dicere, surrexit dñs? Ad hoc dico, ꝙ per vespere Hieron. non intendit sero, sed noctẽ. Venerunt enim nocte cũ adhuc tenebræ essent, & etiam mane orto iam sole. Et sic per vespere intelligit noctem, vel sero; quod sequitur [& viderunt reuolutũ lapidem] intelligitur in mane, quando denuo venerunt. Non est enim extra rationem, ꝙ etiam sabbato transeunte venerint de sero ad sepulchrum visitandũ. Sed quomodo potest Hier. dicere quæ lucescit, cùm sero tenebrescat? Ad hoc dicit S. Th. ꝙ secundum Iudæos dies incipit à vespera, quia obseruabant dies secundum lunam, quæ sero incipit lucere. Beda autem soluit, quia in vespere Sabbati dicuntur venisse, quia se parauerant ad veniendum, & in mane de facto iuerunt. Aug. autẽ de con sen. Euange. soluit, quia venerunt vespere sabbati, id est nocte denominando totam noctem à prima eius parte. Potest etiã solui secundum aliquos, quòd per vespere in-

telligitur mane iuxta vnũ modum exponẽdi textum. Secunda dubitatio est, quare nõ eędẽ mulieres ab omnibus Euangelistis ad sepulchrum fuisse dicũtur? Ad hoc dico, ꝙ Io. de sola Magdalena mentionẽ facit, quia cæteris erat feruẽtior. Matthæus vero addidit Mariam Iacobi, quia illa simul cũ Magdalena sedebat, vt dicit cõtra sepulchrũ in Parasceue, vt videret scilicet vbi eum ponerent, sicut etiam Bea. Marcus testatur. Marcus autem addidit Salome duabus prædictis, quia erat soror Mariæ Iacobi, & amica Christi, & cum domino ascenderat de Galilæa. Lucas vero addidit Ioannem, & multas alias, quia retulit factum nominando principales.

Tertia dubitatio est, quare beata Virgo nõ iuit cũ eis? Ad hoc dr̃ communiter, ꝙ istæ aliæ non permiserũt eam, quia erat semiuiua ex dolore passionis filij. Vel fortè ipsa melius sibi iudicabat contẽplari in cubiculo mysteria Christi, quã ad sepulchrũ pergere, sicut & quædã aliæ quæ ex quadã pietate mouebantur. Vel tertiò, quia ipsa sciebat iam Christum surrexisse, quia ei primò apparuit, vt dicet. Vel quartò, quia nõ potuisset sine doloris gladio sepulchrũ videre. In hac parte est documentum morale. Maria. n. quæ animam pœnitentẽ significat circa sepulchrum Domini ab Euangelistis dicitur venisse ad videndum vt hic, & ad vngendum, vt Marc. 16. & ad plorandũ, vt Io. 20. Sic igitur anima debet circa Christi passionẽ, & sepulturam videre per meditationem, vngere per deuotionem, & flere per compassionem.

QVANTVM ad secundum tangitur visio angelica, quam habuerũt, cùm dicitur [Et ecce terremotus factus est magnus] Terremotus aliquando fit à natura, & sic causatur à vento impellente aliũ ventum intra viscera terræ, & cogentem locũ exire, vnde nõ potest esse simul in tota terra, sed ꝑ 20 miliaria ad plus, euaporat aũt talis ventus sole subleuante. Ante talem terremotum quiescũt venti, & post illũ flant, quia exeũt de terra. Vnde & animalia quæ portant caput iuxta terra tunc inficiũtur, quia continuè exit vapor de terra venenosus. Sicut autem dicit Sene. talis terremotus diuisit Siciliam à Calabria, & Hispaniã ab Aphrica. Omnia prædicta testatur San. Tho. super Psal. 17. Aliquando autem fit à volũtate, & sic fit à Deo. Potest etiam fieri naturaliter ab Angelo bono, & malo, q̃a inferiora corpora obediunt eis ad nutũ quo ad motum localem, vt dicit S. Tho. in multis locis, nõ tamen possent totam terram mouere, vt idem dicit in q. de ma. q̃ō. 16. In terremotu aũt non mouetur tota terra, nec mutatur de loco ad locũ, sed mutatur in se, vt dicit supra Psal. vbi supra, ideo videtur tremere. Præsens autem terremotus, vt vr̃ ab angelo factus est. Vnde Euangelista quasi eius causam assignans ait [Angelus autem Domini descendit de cœlo] Quõ autem moueatur Angelus, vide Feria 6. post primam Dominicam Quadragesimæ. Sed quare iste terremotus est factus? Ad hoc dr̃. ꝙ est factus, primò secundùm Chryso. quia cùm ista nocte fieret probabile est, ꝙ aliquæ istarum mulierum obdormissent, ideo Angelus voluit eas excitare, & intellige, ꝙ probabile est aliquas obdormisse, id est esse. Secundò, vt sicut sepultura humanitatẽ Christi, ita terremotus diuinitatẽ probaret. Tertiò secundum Seuerinum ad significandũ qualis erit ille terremotus q̃n Christus ad iudicium descendet ad iudicandum, si talis fuit iste quando descendit Angelus Christo resurgente ad iustificandum. Quartò cum his etiam dici posset, quòd voluit angelus terrere custodes, ne contra sanctas mulieres aliquid molirẽtur, & à sepulchro prohiberent, & accedens reuoluit lapidẽ. Sed quare. Nam dominus iam surrexerat secundum Bed. Sicut enim dicit Magi. histo. Dominus surrexerat in terremotu, vnde & Angelus dixit mulieribus eum surrexisse. Ad hoc dicitur, ꝙ Angelus reuoluit lapidẽ. Primò secundùm prædictum Magistrum histor. & Bedam, vt mulieribus indicaret iam dominum surrexisse. Secundò secũdũ sacramenta Christi in lege abscondita reuelarentur. Significatur enim per lapidẽ, lex in lapide scripta [& sedebat super eum] Sed quare sedebat cùm non esset fessus? Ad hoc dicunt doctores, quod sedebat propter mysterium. Sedebat enim. Primò secundum Seuerinum, vt ostenderet se doctorem, & magistrum resurrectionis Christi. Secundò secundùm Bedam, vt ostenderet Christum superato diabolo regnum obtinuisse. Sicut enim dicit Sanctus Thomas

sedere

sedere est docentium, & dominantium, & quiescentium. Est autem hic vna quæstio quia Mat. dicit vnum Angelum super lapidem reuolutum sedisse. Mar. autem dicit ꝙ mulieres introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris. Ad istam quæstionem dicit Augus. de cōsensu Euāgelistarū, ꝙ aut istæ mulieres duos viderunt Angelos, à quibus successiue audierunt eadem verba, sed Marc. tacet de eo, q̄ super lapidem sedebat. Aut reuera idē Angelus fuit, qui super lapidem, & qui in dextris sedisse dicitur, & ille erat intra monumentum, id est intra spatium clausum in quo erat petra in qua excisus erat locus sepulchri. Dextra autem pars secundum Bedam est australis siue meridiana. Corpus.n. vt ait supinum iacens, idest verso vultu ad sydera caput habebat ad occasum, & cōsequenter dextram ad meridiem. Sed insurgit alia quæstio, quia dicit beatus Luc. qđ postquam intrauerunt monumentū, duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgēti, & cōsequenter Angeli fuerunt duo intus. Ad istā quæstionem dupliciter possumus dicere secundū Aug. Primò, ꝙ ibi apparuerunt tres Angeli vnus sedens super lapidem, & duo intra monumētum. Alio modo, vt ibi apparuerint duo tantum intra monumentum, & vnus eorum sedebat super lapidem in parte dextra sepulchri. Et licet Augusti. non dicat, tamen hic solus aliquando nominatur, quia ipse mulieribus locutus est ex ꝑsona sua, & socij. Est autem, & alia quæstio, quia Lu. dicit eos stetisse, & nō sedisse. Soluit autem Chryso. quia primo sedebāt, sed assurrexerunt mulieribus, & steterunt iuxta illas [Erat autem aspectus eius sicut fulgur] Est fulgur à fulgendo dictum sicut & fulgor, quod est splendor. Est autem fulgur species fulminis, & est proprie splēdor inflammās. Nā fulminis sunt tres species, scilicet fulgur afflans, & tangens, sed non comburens, & fulgur quod vrit, & fulmen quod scindit. Interdum tamen dicitur fulgur, iaculū existens in caligine. Apparuit ergo Angelus in aspectu, idest in facie sicut fulgur, vel ignis, quia sicut dicit S. Tho. fulgur de cœlo, & claritatem; & timorem incutit, & sic Angelus est naturæ cœlestis, & hēt claritatem cognitionis, & apparēs terrorem ingerit, quem tamen postmodū expellit si bonus est. Apparuit vero ī veste cādida scđm Hier. vt significaret gloriā Christi resurgētis, & scđm alios vt mulieres ferrēt eius aspectum. Vel scđm Greg. in vultu seueritatem Dei contra peccatores, in candore vestium benignitatem eiusdem ad iustos voluit exprimere [Præ timore aūt eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui] Raba. Timoris anxietate sūt exterriti, qui amoris fiduciam non habebant, & iacti velut mortui, qui resurrectionis veritatem credere noluerunt. Hæc ille.

In hac parte est morale documētum, ꝙ qui vult ad resurrectionem peruenire gloriosā debuit indui albis. Lact. Nihil aliud ab homine requirit sancta, & singularis illa maiestas præter solam cordis innocentiam, quam si quis obtulerit Deo, satis piè satisque religiose litarit. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur annunciatio quam fecit angelus, cum dicitur [Respondens autem angelus] id est loquēs. Licet enim respōsio proprie sit ad interrogantem, tamen vocabulū extensum est ad omnem locutionē [dixit mulierib.] nihil dicens ad impios custodes [Nolite timere vos] Hier. quasi dicat. Illi timeant in quibus permanet incredulitas, cæterū vos quia Iesum quæritis crucifixum audite, q̄ surrexit, & promissa perfecit. Hæc ille. Vnde sequitur [Scio enim ꝙ Iesum, q̄ crucifixus est quæritis. Non est hic] scilicet per ꝑsentiā carnis scđm Raba. quamuis vbique sit ꝑ diuinitatē [Surrexit enim sicut dixit] Chry. quasi diceret. Et si mihi non creditis, illius mementote verborum. Cōsequenter aliam adducit probationem dicens [Venite, & videte locum vbi positus erat dominus] quasi diceret. Locus vacuus est, idō scitote, quia surrexit [Et cito euntes dicite discipulis eius] Beatus Mar. dicit, ꝙ addidit [& Petro] Hier. Dicit aūt specialiter Petro, quia se indignū iudicabat discipulatu, dū ter negauit Magistrum. Sed peccata prę ̨terita non nocent quando non placent. Hæc ille [quia surrexit]

Est autem sciendum ex doctrina S. Tho. 3. par. quæs. 55. quòd supposito quod Christi resurrectio manifestari debuerit, nō debuit omnibus manifestari, seu reuelari. Sicut.n. dicit beatus Dionysius lib. de cęle. hierar. diuinæ reuelationes per superiores

ad inferiores deriuantur. Et intellige superiores amore, non autem ordine, nisi cæteris paribus, & publice. Mittuntur autē mulieres quibus primo reuelata est, testificari illam, non ad populum, quia eis non licet publice loqui, sed ad domesticos, vt sicut mulier primum nūcium detulit mortis ad virum, deferret etiam vitæ Christi resurgētis in gloria, ac per hoc pateret non ex sexu, sed ex meritis in gloria futurā esse differentiam. Non autem fuit cōueniēs, vt illum aliqui viderint resurgentem, quia illa resurrectio transcendit communem hominum notitiam quātum ad terminū à quo & ad quem, quia à statu mortis ad immortalitatem fuit, ideo debuit primo per angelos notificari. Resuscitatio autē Lazari cognoscibilis fuit à nobis quo ad terminū ad quem, quia fuit ad vitam mortalē, & Ascēsio Christi quo ad terminum à quo, ideo vtrumque horum fuit videntibus discipulis [Et præcedet vos in Galilæam] Sed quare dicitur in Galilæam, cum primò non in Galilæa, sed in Hierusalē sit visus? Ad hoc dicit S. Tho. ꝙ hoc fit primo ad ostendendum quòd ille erat, qui consueuit cum eis conuersari in Galilæa. Secundò, vt liberarētur à timore, quia in Galilæa securius conuersabantur, quàm in Iudæa. Tertiò potest dici, ꝙ in Hierusalem visus est ab aliquibus discipulis, sed nō ab omnibus simul, sed in Galilæa, vt dicetur cras [ibi eum videbitis] oēs simul [Ecce pdixi vobis] quasi diceret. Explete & vos nūciū vestrū, sicut ego feci.

In hac parte est morale documētum, ꝙ Christum gloriosum videre desiderantes debent in Galilæam proficisci, quæ interpretatur transmigratio. Oportet enim à vitiis ad virtutes transire, & à præsenti vita ad futuram,

In die Sancto Paschæ.
Textus Euan. Mar. 16. c.



MARIA Magdalenę, & Maria Iacobi, & Salomę emerūt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentū, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Et respicientes viderunt reuolutū lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderūt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere, Iesum q̄ritis, Nazarenū crucifixum, Surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius, & Petro, qa præcedet vos in Galilæā, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

MARIA Magdalenæ, & Maria Iacobi &c.] Mar. 16. Totum præsens Euangelium ex dictis in præcedenti patet, excepto eo quod dicitur, valde mane orto iā sole. Nō enim videtur, ꝙ esset ortus sol. Primò, quia Mat. dicit ꝙ erat valde mane. Secundò, quia Luc. dicit quòd valde diluculo, id est in aurora. Diluculum enim dicitur, quasi die luculum, id est diei parua lux. Ioā autē dicit, cùm adhuc tenebræ essent. Soluit autem Aug. de consen. Euan. ꝙ venerūt in aurora, quæ aliquid de luce, & aliq̄d de tenebris retinet. Et tunc, vt ait, ortus erat iā sol in suis radijs, & non in sua substantia. Vel secūdum alios mane à domo sua recesserunt, sed orto sole venerunt, id est peruenerunt ad monumentum. Omisso autem Euangelio circa Christi resurrectionem, de qua in eo agitur, videnda sunt tria, scilicet resurrectionem præcedentia, concomitantia & sequentia.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ Christus post mortem, & ante resurrectionem descendit ad infernos.

Est autem sciendū circa hoc, ꝙ secūdūm ꝙ probat tam naturalis Philosophus, ꝙ astrologus, totus mūdus est sphericus, & integratur ex 14. spheris, vel 15. secūdūm aliquos, vt in præcedenti Euāgelio tactum est. Et in medio omnium est terra, quæ nō perfecte circundatur ab aqua maris, vt patet, quia vbi nos sumus, non est cooperta. Quidam aūt dicunt quòd in omnibus alijs suis partibus

est

est operta. Sed dominus Albertus sup lib. Methei, tenet quòd sicut est hic discooperta, ita & à parte opposita, & mare duo facit litora vnũ hic, & aliud ibi, & ipsum remanet sicut zona trãsiẽs p polos mũdi, & per Orientem, & occidentem. Sicut autẽ dicit S.Tho.4.dist.44.quæstio.3. non est certum vbi sit infernus, vt dicit August. & Magister recitat, vnde & Greg. in li.4.dial. nõ audet vbi sit diffinire. Quidã ergo, vt ibidẽ Greg. dicit illum esse asserunt in quadã parte terræ. quidã vero dicunt, ꝙ est sub orbe tristi, i. in parte opposita nobis, qđ Isido. vĩ sentire cùm dicit. Sol, & Luna in ordine quo creati sunt stabunt, ne impii in tormentis positi eorũ luce fruantur. Hæc aũt ratio nulla esset, si damnati essent sub terra infra terram. Pythagoras vero locũ pœnasũ dixit ĩ sphera ignis esse, alii dicũt, quòd sub terra est in medio, vel circa mediũ ipsius terræ, ꝙ Greg. ꝓbabilius inter omnia pdicta probat. Tum quia dicitur infernus eo, ꝙ subtus iaceat. Tum q̃a Apoc.2. ad significandã triplicẽ rationaliũ creaturarũ mansionẽ dicitur, neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra. Idem ostendit Aug. 12. super Gen. multipliciter. Sunt aũt plures inferni, sicut docet San.Tho. vbi supra. Sũt enim quatuor, scilicet infernũ damnatorũ in qua sunt tria, s. tenebræ, priuationis gratiæ, & priuationis gloriæ, & pœna sensus. Infernus puerorũ, in quo sunt duo prima, s. priuatio gratiæ, & gloriæ, nõ aũt pœna sensus. Infernus purgãdorũ, in quo est secundũ & tertiũ, nõ aũt primũ, i. priuatio gratiæ. Et infernus patrũ, in quo est secũdũ tm̃, s. priuatio gloriæ. Quidã aũt ista inferna quatuor loca distincta in medio terræ esse existimãt, sicut sunt distictæ camerulę in medio pomi. Quidã vero existimauit, ꝙ vna, & eadẽ sit domus in qua pdicta pęnarũ varietas inuenitur, & hoc, vt dicit ꝓbabilius est: Christus ergo, vt patet ex dicti S. Tho.3.par.q.52. ad infernũ descẽdere fuit cõueniẽs. Primò, vt sicut nostrã mortẽ sua morte fugauit, vt fugaret suo descẽsu nostrũ descensum. Secundò, vt victo diabolo inde captiuos educeret. Tertiò, vt suam potestatẽ in infernο monstraret visitando, & illuminando, sicut fecerat in mundo viuẽ-

uerit impedimẽtũ visionis diuinæ, vnde & sancti statim viderunt Deum, tñ cõueniẽs fuit ipsum descẽdere, vt assumeret oẽs defectus nostros, & consequenter ipsum descẽsum. Nõ enim sonat in malũ descẽdere ad infernũ spoliandum. Non aũt descendit ad infernũ damnatorũ per essentiã, sed solum ad limbũ patrũ, q̃a solũ illos visitauit loco, quos visitabat gratia. Et intellige dictũ S.Tho. de gratia consummata, i. gloria, qua patres tm̃ visitauit. In vno tamen inferno existens per essentiam, per effectũ erat in omnibus. Vñ damnatos increpauit de incredulitate, & malitia, & purgandis dedit spẽ gloriæ, statim peracta purgatione, iustis aũt dedit lumẽ gloriæ. Quid aũt pueris dederit à S.Tho. nõ habetur, nisi ꝙ aliquãdo dicit, ꝙ omnibus infernalibus suã deitatem patefecit. Contraxit autẽ ibi aliquam morã sic, vt simul anima de inferno, & corpus exiret de sepulchro. Et hoc Primò, vt in hoc fratribus assimilaretur. Secũdò, vt in resurrectione nouã vitã inchoaret, quan tũ ad animarũ liberationẽ, & corporum resurrectionẽ in sua resurrectione inchoatã. Istos tamen subito liberauit illuminãdo p gloriã, & confringendo vectes, id est reatus à quibus impediebantur, non aũt educẽdo de inferno. Vnde latro fuit cum eo in paradiso, id est visione diuina, nõ autem in paradiso terrestri, neque in cœlo, vt importat locũ, in quo Deus videtur ex cõgruo. Liberauit autem inde sanctos patres, q̃a eis dedit aditum ad gloriã, soluendo à reatu pœnæ peccati Adæ, qui erat mors corporis, & priuatio glorię. Nam peccanti mortẽ Deus fuerat comminatus, & cum de paradiso eiecerat. A reatu autem actualium, & personalium peccatorum per fidem Christi fuerãt liberati Non autem inde liberauit damnatos, quia eis passio sua nõ fuit applicabilis per charitatẽ, sine qua nõ est remissio peccatorum. Ille autem descensus nõ erat liberatorius, nisi virtute suæ passionis. Neque etiam pueros cum originali decedẽtes quia carebãt gratia, & fide propria, & fidei sacramẽto adhibito per fidem alienã, ideo non erant ab originali peccato mundati. Neque etiã liberauit animas à purgatorio, nisi siquas inuenit tales, quales sunt illæ q̃

forem virtutem quàm modo. Sed contra, quia tales liberauit à reatu originalis peccati, ergo ab omni alio. Debuit enim perfecte illos liberare, sicut & in hac vita perfecte sanabat.

Ad hoc dicit Sanct. Thom. quòd non est simile, quia ea à quibus in hac vita liberauit erant personalia pertinentia, scilicet ad libe ratos tãtum. Purgatorij autem animas nõ liberauit ab aliquo reatu personali, sed à reatu naturę, & communi omnibus, qualis erat reatus originalis peccati. Ista tamen sunt intelligenda, vt dicit Beat. Vincent. secundum rigorem iustitiæ, secus autem secundum misericordiam, & specialem gratiam. Et hoc idem innuit Sanct. Thom. 3. distinctio. 22. quæst. 2. articu. 2. q. vlt. Omnia prædicta sunt Sancti Thom. in 3. parte vel in 3. sententiarum.

Si quis aũt quærat, quomodo anima separata localiter mouetur? Dico, ꝙ mouetur eo modo quo angelus, applicando suã virtutem loco, tangendo locum, vel eo, ꝙ à loco tãgatur. Vtrunque enim sufficit ad talẽ motum localem, siue naturaliter hoc fiat, siue diuinitus, quòd magis verum videtur à quibusdã. Non autem mouetur mouendo aliquod corpus, quia anima separata non potest nisi diuina virtute corpora mouere localiter, vt dicit Sanctus Tho. 1. parte, quæstio. 17.

Sed pro his sciendum est, quòd si motus localis animæ separatæ fit per contractum corporis quo anima mouendo tangit corpus, non potest moueri nisi diuinitus, si vero fit per contractum quo tangatur à corpore illam detinente, vel circumscribente, hoc põt quidem fieri naturaliter virtute Angeli, sed nõ virtute animæ, vel corporis; quia corpus nõ potest naturaliter agere in animam, vel econtrario, sed Angelus secũdum aliquos saltẽ diuinitus cùm possit angelum alligare, etiam poterit animam alligare corpori. Ex quo vlterius vr̃, quòd corpus agere possit in animã, vt instrumentũ angelicum, illam circũscribendo, & detinẽdo. De motu aũt p̃dicto Angeli habes supra Fer. 6. post primã Dominicã Quadragesimæ. Et de motu aīæ Christi dicit Capreolus. 3. dis. 22. potest ergo dici ꝙ anima Christi

sponatur, puta trigintatribus annis, & in vltimo instãti illius tẽporis extra corpus est. Et in illo instãti põt esse in inferno, vel in cœlo, & i alio loco vbi Deo placuerit. Cũ.n. absoluitur à corpore quantũ in se est remanet nusquã, q̃a à nullo loco depẽdet, iõ applicabilis est ad omnẽ locũ indifferenter, q̃a ab omnib. æque distat, cũ à nullo distet. Est autem notandũ, ꝙ si, quòd toto aliquo tempore quiescat alicubi, necessario ẽt est ibi in vltimo instanti illius temporis, vt ꝓbat S. Tho. 1. q. 53. arti. 3. sed si ibi nõ quiescebat, sed disponebatur ad esse alibi, secus est; q̃a in vltimo eius instãti potest esse alibi, siue sub alia dispositione, sicut toto aliquo tempore lignum est sub forma ligni à qua mouetur per ignem calefacientem, & in vltimo eius instanti ignitur.

Sciendum est etiam, quòd nõ dico animam à corpore ad infernum moueri in instãti, sed mouetur in toto tempore quo disponebatur ad mortẽ, & in vltimo eius instanti, sicut ignis generatur in toto tempore quo lignũ disponebatur ad combustionẽ, & in vltimo eius instanti. Vel mouetur in tempore discreto composito ex instantibus, quorũ quodlibet põt coexistere multo tempori physico. Vñ in vno instãti fuit in corpore, qđ coextitit 33. annis, in alio autem fuit in limbo. Et istud secũdũ simul incœpit cum vltimo instanti prædictorum annorum. Nullum autem istorum duorũ instãtiũ est tempus, sed vtraque simul sunt vnũ tempus. Et sic etiam applicatio animæ ad suũ corpus, uel ad ignem inferni, nõ est motus, sed pars motus. Vtraque aũt simul, uel successio utriusque est motus. In talibus enim pars motus, non est motus; & pars tẽporis, non est tempus. Nec tamen dico, ꝙ anima in instãti separationis necessario sit in inferno, vel purgatorio, vel cœlo, sed dico, quòd potest esse, quamuis etiam posset esse alibi, & in magno tempore ad dicta loca moueri, si iustitia diuina requirat.

Sciẽdum est etiam quòd anima Christi ad infernũ cum luce corporali descendit, ut habetur in Euangelio Nicodemi. & affirmat Sanct. Thom. 3. dist. 25. ubi dicit, quòd fuit cõueniens, ut sicut interiores tenebras expulit ostensione suæ deitatis, ita & ex-

QVANTVM ad fecundum tria funt cōfideranda, fcilicet refurrectionis neceffitas, refurrectionis opportunitas, & refurrectionis qualitas.

Quantum ad primum fciēdū eft ex doctrina Sanct. Tho 3.par.q.53.quòd conueniens fuit Chriftus refurgere. Primo ꝓpter iuftitiam Dei, ad quam pertinet, fe propter Deum humiliare. Secūdò ad confirmationem fidei noftræ, vt Chriftū Deum credamus. Tertiò vt nos mēbra fperemus refurgere, ex quo caput furrexit. Quartò vt difcamus in nouitate vitæ ambulare. Quintò vt ficut ꝑ fuā humiliationem liberauit à malis, fic promoueret ad bonum per fuā glorificationem. Debuit autem refurgere tertia die, quia debuit refurgere cito, ne decrederetur eius Diuinitas, & tamē debuit cōtrahere moram in morte, vt vera mors appareret, & vera humanitas. Hæc autē mora fuit trium dierum, quia non contingit eū qui videtur mortuus, & eft viuus, infra hoc tempus non oftendere figna uitæ. Itē ad cōmendationem ternarij numeri, qui eft numerus omnis rei, vt patet lib. de cęlo & mundo. Item vt nos à duplici morte liberaret. f. animæ, & corporis, quia funt tenebrofę propter culpam. Vna fcd'm q̄ ē lux ꝑ ꝑ iuftitiā, vnde fuit in morte vna die integra. & duabus noctibus, & ꝓpter multa alia. Quomodo autem tribus diebus, & tribus noctibus fuit in corde terræ, vide Fe. 4. poft primam Domini. Quadragefimæ.

Et nota, quod Chriftus primus inter omnes homines ꝑfectè refurrexit, q a ipfe primus refurrexit a morte, & neceffitate, & poffibilitate moriendi, oēs aūt q ante Chrifti aduentum, vel præfente Chrifto refurrexerunt denuo funt mortui. De his autē q in eius paffione furrexerūt dubiū eū fcd'm Hier. in fermone affumptionis Virginis. Et fi nō funt denuo mortui, poft Chrifti refurrectionem furrexerunt, vt idē dicit fuꝑ Ma. Aug. autē ad Euo. tenet affertiuè, ꝙ denuo funt mortui, cuius rationes funt efficaciores. Caufa autem principalis refurrectionis Chrifti fuit diuina virtus, inftrumentalis vero fuit anima, & caro eius, inquātum erāt diuinitati vnita. Corpus enim animam, & anima corpus reaffumpfit. Hæc omnia sūt

nis funt variæ opiniones. Hiero. enim in li. 12. q. fic dicit Vefpere Sabb. ait Mat. Mar. vero & valde mane vna Sabbatorū veniūt ad monumentū. Huius quæftionis duplex eft folutio. Aut enim non recipimus hoc Marci oīb. Græcis libris penè hoc capitulum in fine habentibus. Aut vterq; verū dixit Mat. quando dominus furrexit, id eft vefpere Sabbati. Mar. quando vidit eū Maria Magdalena i. mane. Hæc ille. Et nota quod per vfpere Hiero. accipit fero, id eft nocte. Idem cum Hiero. videtur fentire Amb. qui fuper Luc. ait. Nō vefperafcente die fed noctis vefpere Dominus furrexit. Deniq; Gręcus fermo pro vefpere habet fero. Sic ergo dominus non vefpertino tēpore diei, fed fero, i. profunda nocte furrexit. Hæc ille. Motiua aūt Amb. funt, quia fic mulieres potuerunt adire monumentū quiefcētibus cuftodibus, & quia principes facerdotū dixerūt, ꝙ difcipuli nocte tulerūt illud, & quia quædam mulieres Chriftū furrexiffe fciuerunt, quæ fcilicet nocte vigilarunt quædam nō, vt illa Maria de qua Io. narrat, q̄ fcd'm Ambro. non eft eadē cum ea, de qua loquitur Mat. & de qua infra. Item quia Sanfon in typū refurrectionis media nocte tulit portas Gazæ. Itē quia vt dicit Mag. hifto. Apoftoli tradiderunt ea nocte non dimitti populum ab ecclefia, vfq; ad profundā noctē. Aug. aūt in 4. de Trin. tenet ꝙ furrexit in diluculo, & idē tenet S. Tho. Et huic atteftaē vt dicit Magifter hift. & affentire videē ecclefia, quæ matutina laude pro domini refurrectione celebrat. Credo tamē ꝙ omniū iftorū fuit vna fententia. ꝙ dominus furrexerit in diluculo. ita ꝙ in ipfo inftanti eruptionis auroræ Chriftus verus lucifer eruperit de fepulchro, ficut & eadem hora veniet ad iudiciū fcd'm S. Th. in 4. Et fic Chrs quadraginta horis fuit mortuus, f. quatuor vefpertini parafceues, & triginta fex duorū noctiū & vnius diei: ficut ēt quadraginta diebus fuit in terris poft refurrectionē. Tūc aūt poteft dici, & profunda nox quæ vfque ad illū punctū durat, & dies vna in illo pūcto incipit. Mediū n. punctum ab extremis denominari vtriufque patet. 5. phyfico. Motiua autem vtriufque partis nihil aliud quā hoc probāt. Tunc enim potuerūt cuftodes

mentiebatur, & siue eadem fuerit materia, siue alia nihil interest, q̄a rem omnino sciuit post factū, & nō ante, neque tunc. Nullus ergo nocte sciuit Christū surrexisse, q̄uis omnes sciuerint eū surrexisse nocte, i. diluculo. Ad factum autē Sansonis dicitur primo, ꝙ non oportet figuram, & figuratū in omnibus conuenire, cùm sint similia, & nō idem. Omnia enim similia sunt dissimilia in aliquo. Dicit secundò, ꝙ media nox non solū dicitur instans mediæ noctis, sed totum tempus ei ex vtraque parte coniunctū, quod est inter vltimū, & primū instans luminis diei pteritæ, & sequentis, & in hoc tempore, i. in termino huius tēporis Christus surrexit. Ad alia etiam patet faciliter.

Quantū autem ad tertium de qualitate resurrectionis, seu resurgentis sciendū est, ex doctrina S. Tho. 3. par. q. 53. ꝙ Christus surrexit cū corpore vero, quia de ratione resurrectionis est, vt idem numero resurgat, quod per mortē ceciderunt. Qn̄ tamen corpus gloriosum est spirituale, i. spiritui subiectū, in potestate beati ē videri, vel nō videri. Et sub hac, vel illa effigie poterat Christus videri à videntibus. Et virtute Dei potuit simul cū alio corpore esse, & cùm exiuit clauso sepulchro, & cū intrauit ad discipulos clausis ianuis. Et resurrexit cū corpore glorioso. Primò, quia illa resurrectio fuit exemplar nostræ quæ erit gloriosa. Secūdò q̄a humilitas passionis hoc meruit. Tertiò quia si ante resurrectionē nō fuit gloriosū hoc est factum dispensatiuè ad peragēdū mysteriū redēptionis, vt pati posset. Peracto ergo illo, anima ei suā gloriā cōmunicauit. Sed tamen in potestate beati est vtrū sua claritas videatur, vel non.

Sed contra, quia illud corpus erat palpabile, ergo & corruptibile. Ad hoc dicitur, quod corpus dicitur palpabile non quia tactui resistat, vt cœlū, quod nihil ꝓhibet ꝑ naturā esse incorruptibile, sed quia, & resistit, & afficitur tāgibilibus qualitatibus, vt corpus Christi. Et tale est quidem per naturam corruptibile, sed incorruptibile ꝑ gloriam. Et cū corpore integro, habente omnia q̄ sunt de veritate, & integritate humani corporis. Nō enim perfectē surrexisset si aliquid per mortē cecidisset, quod nō surre gelus eam attulisse Carolo Magno, qui eā primo Aquisgrani, deīde Carosij collocāt, nūc autē dr̄ esse Romæ in ecclesia q̄ dr̄ sanctasanctorū, vnde ibi extant tales versus.

Circuncisa caro Christi, sandalia clara.
Ac vmbilici viget hic precisio chara.

Vnde & ea die ibi fit statio. Sed subiūgit, ꝙ quia caro est de veritate humanæ naturæ, credimus ꝙ Christo resurgēte ad locū suū redit glorificata. Hæc ille. Et id ꝙ ipse credit est verū aliquo mō, vt patebit ī quęstionibus. De sanguine ēt Chr̄i verū aliq̄d esse possit in terris, infra in q̄stionibus patebit.

Et surrexit cum cicatricibus. Primò in signum victoriæ. Secundò ad confirmandū discipulorum fidem. Tertio vt Patri supplicās ostēdat quale genus mortis sustinuit. Quarto vt sciamus quàm misericorditer sumus adiuti. Quinto vt ī iudicio videāt iniusti quàm iustè damnētur. Et ī aperturis vulnerū specialis splendor apparebit. Et licet ibi sit discontinuitas corporis, tn̄ hoc per gloriam ibi apparentē recompensatur. Hęc omnia S. Tho. exceptis his, quæ de circuncisione dicta sunt. Sed in verbis eius latent profunda quæ vereor. Nam dicit Christum ostendere patri cicatrices, non sic intelligitur, quasi pater ignoret, quid filius ꝑtulerit, sed quia ipse filius inquantū homo ad cicatrices aspiciēs excitatur ad feruorē supplicandi pro nobis, sicut & nos corā Deo recitamus nostras necessitates non vt illū doceamus, sed vt nos excitemus.

Sed cōtra, quia beati nō crescunt, neq; decrescunt ī bona volūtate, vel affectione. Solutio, verū ē in affectione, siue fruitione beatifica, quæ semꝑ eadem, & æquè intēsa est, sicut & beatifica visio, quia toto conatu & toto posse beati feruntur in illā charitatē, & bonitatē diuinā, sed tn̄ habēt aliquas volitiones nō beatificas, sicut & aliquas intellectiones, q̄ abeunt, & adueniūt, & intēduntur, & remittuntur, nō propter augmētū luminis gloriæ vel charitatis aut gratię, sed maiorē, vel minorē conatū potentiarū ad agendum. Quomodo ēt sint in corpore Christi vulnerū aperturæ, vtrū. s. sic vt fuerunt in sepulchro, vel quia loca vulnerū sūt depressiora reliqua cute, non est facile dicere, licet possit vtrumque teneri.

secuta, quę sunt manifestatio eius, & approbatio. Et quidem quantū ad primum sciēdū est, quod licet discipuli non debuerant Christum videre resurgentem, vt dictū est, tamen debuit eis apparere.

Apparuit autē vt ex diuersis locis Euangelij colligitur septies diuersis personis specialiter, & semel omnibus simul. Primò n. apparuit Mariæ Magdalenæ remanēti extra sepulchrū alijs recedentibus, vt habet Ioan. 20. & Mar. 16. Secundò eidem Mariæ Magdalenę cū alijs mulieribus à sepulchro reuertentibus, quia postq̄ viderāt Christū secuta est alias, & inuenit eas in itinere. Et cùm diceret eis se vidisse dominum, tunc Christus eis apparuit dicens Auete. vt habetur Mat. 28. Tertiò Petro, secundum quòd habetur Luc. vlti. Vbi autem apparuerit ei, expresse non habetur, sed tamen quia vt habetur Luc. vlt. postquam cucurrerat ad monumentū abijt secum mirās. probabile est quòd ei existenti in tali admiratione apparuerit. Non autem est probabile, qđ dicūt quidā, ꝙ apparuerit in cauerna in qua post negationē fleuit. quia iā de illa erat egressus, & ad monumentū cucurrerat antequā viderit dominū. Quartò apparuit duobus euntibus in Emaus, vt dr̄ Luc. vlt. Quintò decem apostolis absente Thoma, vt habetur Ioā. 12. Istæ autem quinque apparitiones factæ sunt omnes in die Paschæ, vt patet intuentibus Euangelia. Hoc representat sacerdos in missa quinque vicibus se vertēdo ad populū, sed in tertia vertit secum silētio, quia apparitio facta Petro nescitur qū vel vbi fuerit. Sextò apparuit in octaua resurrectionis vndecim Apostolis existente ibi Tho. Io. 20. Septimò Petro, & socijs ad mare tyberiadis. Ioan. vlti. Octauò in Galilæa, scilicet in Mōte Thabor, ut patet Mat. vlti. Vbi enim incompletè, & paucis gloriā resurrectionis suæ in transfiguratione ostēderat, ibidem illam ostēdit omnibus discipulis. Et de ista creditur loq̄ Paulus dicēs. 1. Corinth. 15. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul.

? Sed qūo tūc potuit apparuisse quingentis fratribus, cū christiani essent fere centū viginti tempore ascensionis, vt dicit Lu. in actibus Apostoloiū. Solutio. Erāt fere cen Iterum autem his apparuit in die ascensionis, semel in Hierusalē discipulis conuescētibus, & semel in Monte Oliueti in hora ascensionis, vt habetur Act. 1. & Heb. vlt. & Mar. vlt. Primò tū. & ante omnes apparuit beatæ Virgini vt dicit Ambro. in lib. de virginibus, Maria (inquit) Virgo vidit Christū resurgētem. & prima vidit. Quia tamē ista apparitio fuit secreta, nec virgo eā publicauit, ideo tacēt Euāgelistæ. Nec est simile de ea quæ facta est Petro, q̄ a ipse erat electus testis Christi, & baiulus doctrinæ eius, non autem virgo mater.

Est tamen sciendum circa prædicta ꝙ secundum Ambro. super Luc. non est eadem Magdalena, de qua dicit Mat. & de qua Io. Conatur autem hoc ꝓbare, quia de ista de qua Ma. narrat, dicitur ꝙ tenuit pedes Christi, & alij dictum est, noli me tangere. Hæc uidit angelū cùm primò venit, illa neminē vidit. Ista discipulis dominū surrexisse nunciat, illa raptum esse. Hæc gaudet, illa plorat. Sed tamē communiter tenetur ꝙ sit eadem. Ad motiua autē Amb. dicitur, ꝙ eadē Maria sicut dicit Mag. hist. post vidit Christum in forma ortulani, dum iret hoc alijs nunciare, facta est digna, vt cum alijs tāgeret dominum. Et licet beatus Io. non dicat ꝙ viderit Angelū, qū primò venit ad monumentum, tamen etiam non negat eā angelum vidisse, sed dicit, ꝙ vidit lapidem reuolutū, cum quo stat ꝙ etiam Angelum super sedentem vidit, licet taceat Euangelista. Et eadē plorabat antequam dominū vidisset, postea vero gauisa est Maxima vero cū difficultate soluitur illud, ꝙ vna nūciat Christum surrexisse. alia fuisse raptum.

Sed forte dici posset, quod ipsa Magdalena primo nunciauit illum sublatū, sed deinde veniens ad monumentū secundo cum Ioanne, & Petro; & ibi remanēs Christo viso in forma ortulani eū nunciauit surrexisse. Sed cōtra, quia cùm primò venit ad monumētum, audiuit ab Angelo, ꝙ resurrexerit. Ad hoc potest dici ꝙ ipsa quàm primū vidit sublatum lapidem relictis alijs mulieribus nō vltra processit, sed statim iuit apostolis nūciare, vn̄ Io. dicit ꝙ cucurrit, ideo Angelum loquentē nō audiuit. vel eius verba non accepit. vt verba angeli. Postq̄ ve-

cognouit Angelū esse, postquam secūda vice cum Ioanne & Petro venit ad monumētum, & ibi flebat ad angelos quærentes q̄d ploraret sicut ad homines loquebatur q̄a etiam alijs referētibus angelica verba ipsa tamen nō credidit verba esse angelica, sed dominū de monumento credidit sublatū. Vñ res ita acta est. Ipsa enim venit cū alijs dominabus ad monumentum q̄d patet q̄a cùm nunciabat apostolis dominū sublatū loquebatur ī plurali dicēs, & nescimus vbi posuerunt eū. Sed tamen ipsa prior alijs ter trocessit, quia vbi monumentū vidit apertum, & Angelū in forma hominis sup̄ lapidem sedentē, statim cucurrit apostolis nūciare, nec cognouit Angelū esse, licet forte verborum eius principiū audiuerit. Post eam vero venerunt aliæ dicentes se angelorum vidisse visionem, quia scilicet viderūt eo modo quo in Sabbato Sancto dictū est. Et sic Petrus & Ioannes currētes, & mulieres post ipsos festinantes, iterum venerunt, & viderunt sepulchrū vacuū, & lintheamina. Et deinde cæteris abeuntibus Maria remansit sola, & vidit duos angelos, & Christum, & statim insecuta alias dominas in via deprehēdit eas, & tunc Chīs secūdo apparuit eis. Et licet Matthæus videatur dicere istā apparitionē factam quādo mulieres à monumento prima vice regrediebantur viso Angelo, tamen vtitur tali modo loquendi. Vel quia ista apparitio facta est in regressu etsi nō in primo. Vel quia primus regressus non fuit completus, sed obuiauerūt illis Petrus, & Ioannes, cū q̄bus regressi sunt ad sepulchrū, & inde cùm regrederentur nunciare alijs apostolis quæ viderāt, dominum viderunt in via. Si autē dicatur, vt dicit Amb. ꝙ fuit alia Maria nulla est difficultas, sed primum tenetur verius.

Quantum ad tertium sciendum est, vt dicit S. Th. 3. par. q. 55. ꝙ Christus resurrectionem suā debuit per argumenta declarare, non quidem vt argumentum est rō rei dubiæ faciens fidem, nam talis rō fuisset ex notis discipulis, non excederent rationē humanam, ac per hoc non sufficienter probarent resurrectionem, quæ humanā rationē excedit. Oportet enim principia ex eodē genere assumi, vt dicitur 1. Posteriorū. Si autem signa quæ etiam Aristot. vocat argumēta. Per quæ resurrectio astruenda erat, vt dicit. Primò quia nō erant discipuli dispositi ad facile illam credere. Secundo vt efficacius esset illorū testimoniū. Nec tamē propter hoc debuit cum eis post resurrectionē continue conuersari, vt idē dicit, quia credere potuissent eū adhuc secum esse, & ad priorem vitam illū surrexisse, sed ad resurrectionis gloriam astruendam sufficiebat frequēter apparere, maximè à principio quādo in eis habebat resurrectionis fidē fundare. Est autem incertum vbi illis quadraginta diebus fuerit, vt dicit S. Th. Et idem dicit Magi. histo. de patribus quos eduxit de limbo. Dicit tamen S. Tho. 3. di. 22. quòd illis quadraginta diebus fuit ī paradiso terrestri cū animabus sanctorum Patrum. Argumenta autem illa omnia sufficienter ostendebant veritatem resurrectionis. Ostendit enim vt idem dicit S. Th. se verum corpus, idest nō phantasticum vel rarum habuisse, quia palpabile, & humanum, quia hoc videbant, & idē numero per cicatrices, & uulnera, & animam per opera uitæ nutritiuæ, q̄a uerè comedit, & uitæ sensibilis quia ostēdebat se audire, uidere, & intellectualis, disserēdo de scripturis, & diuinitatē in miraculo pisciū, & ascensione, & se esse gloriosum, intrādo ianuis clausis, & euanescendo. Nō autē eis apparuit in sua claritate, quia illā ferre nequiuissent, & fortè eum alium credidissent quamuis hoc fecerit in trāsfiguratione ante passionis humilitatē, ne illā despicerent. Cōtra, quia si spiritus assumpsisset corpus, potuisset eos in istis decipere. Ad hoc dicit S. Tho. in 3. ꝙ nō est uerum quia ars nō potest æquari naturæ, ideo opera uitæ nō pōt spiritus in corpore ita benè exercere sicut aīa, ideoque ex longa conuersatione illum cognouissent. Hæc omnia ex S. Tho.

Feria 2. infra octauam Paschæ.

Textus euang. Luc. c. 24.



DVo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum

inuicē de his oībus, q̄ acciderant. Et factū est dū fabularent, & secum q̄rerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi aūt illorū tenebant ne eum agnoscerent. Et ait ad illos, q̄ sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulātes, & estis tristes? Et rn̄dens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalē, & nō cognouisti q̄ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quę? Et dixerūt. De Iesū Nazareno, q̄ fuit vir propheta potens in opere, & sermone corā Deo, & oī populo; Et q̄uo tradiderunt eū summi sacerdotes, & principes nr̄i in dānationē mortis, & crucifixerūt eum. Nos aūt sperabamus, qa ipse esset redēpturus Israel. Et nunc super hæc oīa, tertia dies est hodie, ꝙ hæc facta sunt. Sed & mulieres q̄dam ex nr̄is terruerunt nos, q̄ ante lucē fuerunt ad monumentū, & nō inuento corpore eius, venerūt dicentes se ēt visiones angelorū vidisse, q̄ dicunt eum viuere. Et abierunt q̄dā ex nr̄is ad monumētum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero nō inuenerūt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendū in oībus q̄ locuti sunt prophetę: Nōne hæc oportet Chr̄m pati, & ita intrare in gloriā suā? Et incipiēs à Moyse, & oībus prophetis interpretabatur illis in oībus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibāt, & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscū dn̄e, q̄m aduesperascit, & inclinata est iā dies. Et intrauit cū il porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorū, & dixerūt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis dū loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas, & surgētes eadē hora regressi sunt in Hierusalē, & inuenerūt cōgregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant dicētes, ꝙ surrexit dn̄s verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant, quę gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

DVo ex discipulis Iesu, &c.] Luc 24. In p̄senti euangelio in quo vna Christi apparitio post resurrectionē suam narratur, tanguntur tria puncta, quibus se verè surrexisse probauit, quæ sunt, Ambulatio, Locutio, & Manducatio.

QVANTVM ad primum sciendū est, ꝙ ordinata progressio est signum vitæ in corpore humano. Vnde Io. 12. dn̄s dans signum vitæ Lazari, dixit, soluite, & sinite abire. & Petrus dū cū Simone mago pugnaret, & visus esset p̄ Simonis incātationes caput agitare defunctus quidā, ait: Si uiuit surgat, & ambulet, alioq̄ sciatis phātasma esse. Rō est, q̄a tria sunt agentia subordinata, s. Deus, natura, & ars. Vnde sicut natura Deo æquari non pōt, ita neque ars, naturę. Ideoq; nullus spiritus pōt quocunq; ingenio ita benè corpus humanū mouere, sicut aīa, quæ naturaliter est eius forma. Et iō, ambulatio ordinata ē resurrectionis signū, & per illā Christus se surrexisse probauit. Dicit ergo[Duo ex discipulis Iesu] non ex duodecim, sed ex 70. De vno aūt horū nō est dubiū, ꝙ ipse esset Cleophas: Aliū aūt vt dicit Theo. & Mag hist. aliqui, & Grego. in prolo. sup mor. tradūt esse Lucā qui more scriptorū, qui scripturas. s. historiales edidērūt nomen suum tacet Sed tamen S. Amb. dicit ꝙ vocabatur Amaon [ibant ipsa die] resurrectionis, scilicet Christi [in castellum] quod vt dicit Aug. secundū Marcum appellatur villa [ꝙ erat in spatio stadiorum 60.

tradunt Herculem gigantē vno anhelitu 125.passus cucurrisse, & deinde stetisse,& à stando spatiū huiusmodi vocatū stadiū. Cùm autem octo stadia faciant milliare,in summa 40.faciunt septem milia passuum, & quingentos,i.septē milliaria,& quatuor stadia,i.leucas tres, & tres partes quartæ. Hæc ille. Et idē innuit Beda[noīe Emaus] Sicut autem dicit Beda. Emaus ipsa est nichopolis ciuitas insignis Palestinæ, quæ post uastationem Iudeæ sub Marco Aurelio instaurata,mutauit nomen.

Sed si erat ciuitas,vt dicit Beda,quomodo potuit appellari villa, vt dicit Aug?Ad hoc dicitur ꝙ absolutè non fuit villa, sed cōparatiuè ad Hierusalem,ratione nobilitatis Hierusalē, & vicinitatis Emaus ad illā [Et ipsi loquebantur ad inuicē]non quasi credētes scd̄m Tho.sed quasi stupentes[de his oībus quæ acciderāt].i. de Christi vita, & morte.Beda. loquentes aūt de se dominus appropinquans comitat̄, & vt fidē resurrectionis mentibus eorū incēdat,vt qđ se facturū ꝓmiserat impleat.s.vbi duo sūt, vel tres cōgregati ī noīe meo,ipse sum in medio eorū.Hæc ille[Et factū est dū fabularentur]Fabula propriè est,res quæ nec vera,nec verisimilis est,& à fando dicitur, eo. ꝙ in sola locutione consistat.Fabulari aūt ꝓpriè est fabulas,vel falsa recitare, sed extenso vocabulo oēs simul fantes, & colloquētes fabulari dicuntur,& ita sumitur hic. Nō.n.fabulas, sed Christi facta recitabant [& secum].i adinuicem [quærerēt[Nullus enim eorū tenebat locū magistri, vel disci puli,sed vterq; vicissim interrogabat,& respondebat [Et ipse Iesus appropinquans ibat cū illis]quasi peregrinus.Theo.Obtento iā spirituali corpore nō obstabat loci distantia,quin adesset q̄bus volebat,nec vlterius naturalibus legibus corpus suum regebat,sed spiritualibus, & supra naturā. Hæc ille. Qūo aūt possit gloriosum copus ꝑ maximū spatiū ad libitū quasi imperceptibiliter moueri?vide S.Tho.4.di.44.[Oculi autem eorū tenebantur,ne eum agnoscerēt] Est autem sciēdum ꝙ scd̄m S.Th.in 3.sen. di.21. Christus istis ostendit suā naturalē formam.Sed contra,quia ipse in 3.par. imo,& beatus Marcus dicit,ꝙ apparuit in

nus,non autē quo ad liniamenta, & colorē vultus,vt ipsemet innuit. Sed quare nō cognouerunt eū? Ad hoc dr̄ scd̄m eundem, ꝙ hoc pōtuit esse quia eum mortuū credebāt. Nō enim quis facile cognosceret illū quem mortuū crederet,si in alieno habitu videret.Secundò potuit esse, vt idem dicit ꝑ acrisiam,vel secundū alios per aurisiam, vel melius aorasiam,de qua habetur in gl. Gen.19.Est enim acrisia,vt dicit Mag.hist. cęcitas, quæ facit nō videre nō omnia,sed quæ nō est opus,secundū quam, vt ait,forte,aliquādo accidit ꝙ quærimus id qđ manu tenemus. Hac autē percussi sunt à Deo sodomitę Gen.16.& volentes comprehēdere Helisæum.4.Reg.6.Aliquādo etiā est à diabolo,vel à magis.Et sic accidit istis.Vnde notandū est verbum,ꝙ oculi eorum tenebant̄, & hoc vel à Deo efficiente, vel à diabolo Deo permittente,vt dicit Aug.de consensu Euāgel. Sed pro his notandū est, ꝙ p̄dicta cœcitas apud diuersos diuersimodè nominatur, siue scriptorū inscitia, siue alia qualibet causa.Solum autem duo modi scribendi videntur inniti veritati,s.dicēdo cum Aug.aorasia cœcitas, Græce aorasia dicitur,vel dicendo cum San.Tho. acrisia, ab à quod est sine,& crisis iudicium. Sed Aug.sic scribit consulens verborum lepori.San. Tho.autem seruauit proprietatē vocabuli, quia ista passio non est cœcitas per defectum visiuæ potentiæ, quæ Græcè dicitur aorasia, sed per ligationem sensus, vel impedimentum iudicij. Vel tertiò potest dici,quòd in ipso transitu ad immortalitatē aliquo modo fuit alteratum corpus Christi,vt dicit Mag.histo.sicut & puero accidit cùm fit vir. Quomodo aūt possit videri corpus gloriosum ab oculo nō glorioso, dicūt aliqui,ꝙ pōt illud videre quo ad suū colorē, sed nō quo ad lucē gloriosam, sed oppositum tenet Sanct.Tho.in 4.di.49.qa illa claritas non differt à naturali,nisi quo ad causam.Vn̄ cùm beatus se ostēdat plus, vel minus lucidū,vt sibi placet, pōt ab omni oculo videri si vult. Sed quare Christus nō voluit ab eis agnosci?Dr̄ ꝙ scd̄m Theo. fuit propter multa.Primò vt totā suam dubiā intentionem reuelent,& vulnus detegētes recipiant medicinā.Hæc ille.Secūdò vt

esset omnibus visibile, sed tantum his à quibus vellet videri. Hæc idem. Tertiò vt non dubitent quare de cætero nō sit conuersatus intra plebem, quia scilicet post resurrectionem conuersatio eius non erat digna hominibus, sed diuina magis. Hæc ille. Quartò secundum S. Tho. & Grego. fuit, quia diuina nobis manifestantur secundū, quòd sumus dispositi. Greg. Conuenienter etiam eis speciē, quā non agnoscerēt ostēdit, hoc agens foris in oculis corporis, ꝙ apud ipsos intus agebatur ī oculis cordis. Ipsi nanque apud semetipsos, & amabāt & dubitabant. De se ergo loquentibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit. Hæc ille.

In hac parte est documentū morale, ꝙ semper bona à nobis loquenda sunt, vt nobiscum sit Christus.

Moraliter autem Hierusalem, quæ dicitur visio pacis, significat patriā in qua videbitur Rex in decore, q̄ est pax nostra. Emaus vero quòd interpretatur mater festinans, significat ecclesiā militantē quæ fideles generat prædicando, balneat baptizando, & nutrit exhortando, & cōsolatur promittēdo 1. Cor. 2. Tanquam paruulis in Christo lac vobis dedi, non escam. Festinat autē in patriam ingredi. Isti ergo perdita fide formata Iesu, cùm iā essent in Hierusalem ꝑ spem, qua erant quasi securi, reuertunt ab ea ad Emaus, sed vbi illum recognoscunt, cognitione spirante amorem, reuertuntur in Hierusalem vbi etiam vident Christū.

QVANTVM ad secundum sciēdum est, quòd resurrectionis vere signū, est loqui benè. Et huius est eadem rō, sicut & in ambulatione. Vñ & diabolus incusatus quòd per arreptitium incōgruè loqueret, dixit quòd iste rusticus ita grossā haberet linguam ꝙ suo modo non poterat illā mouere. Et de adolescente suscitato Luc. 7. dr ꝙ cœpit loqui in signum scilicet veræ resurrectionis. Dicitur ergo [& ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicē ambulantes, & estis tristes? [Greg. Cōferebant quidem intra se, quasi nō amplius expectantes Christum videre, sed dolorosi quasi perempto Saluatore. Hæc ille.

Interrogat autem non ex ignorātia, sed men Cleophas, dixit ei] credens, quòd esset peregrinus qui ad pascha venisset in Hierusalem [tu solus peregrinus es in Hierusalē, & nō cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?]

Vbi aduertendum, quòd ly solus, nō excludit alios peregrinos ab isto, cū multi fuerint in pascha, & quasi innumerabiles, sed excludit istū à cognitione mortis Chri cū alijs peregrinis, vt sit ordo. Tu es peregrinus & solus, idest inter peregrinos nō cognouisti in Hierusalem, quæ facta sunt in ea. q. d. Mirum est, ꝙ solus nescias quod oēs sciunt [quibus ille dixit. Quæ? Et dixerūt ei, de Iesu Nazareno qui fuit vir propheta] Beda. Prophetā fatentur, filiū Dei tacent, vel nō dū perfectè credentes, vel soliciti ne inciderent in manus Iudæorū persequentiū, quia nesciebant quis esset. quod verū credebāt celantes. Hæc ille [Potens in opere] miraculorum [& sermone] prædicationis [coram Deo] idest in veritate [& omni populo], i. etiam apparenter [& quomodo tradiderūt eū summi sacerdotes] idest principes sacerdotū. qui erant 24. [& principes populi] id est nobiles. Vel summi sacerdotes ipsi sunt principes, & ly &, stat ꝓ idest. Isti enim tradiderunt. Iesum [in damnationem mortis, & crucifixerunt eum] quia persuaserūt populo, vt à Pilato peterent Barabbā, & Iesus crucifigeretur Greg. Subditur autem desperationis vox, cùm subditur [Nos autē sperabamus ꝙ ipse esset redēpturus Israel] Sperabamus (inquit) non speramus, ac si mors domini similis esset mortib. aliorū. Hæc ille. Theo. Expectabant enim Christū saluaturum, & redempturum populū Israel ab ingruētib. malis, & à seruitute Romanorū. Ipsum quoque credebant terrenum regē fieri, qui putabant, ꝙ nec promulgatā in se mortis sentētiā cauere potuisset. Hæc ille. Beda. Merito ergo tristes incedebant, qua & seipsos quodā modo arguebant, quòd in illo redemptionem sperauerunt, quem iā mortuum viderant, nec resurrecturū credebant, & maximè occisum quem nouerant innocentem. Hæc ille. Theo. Videntur tñ hi viri non omnino increduli esse per hoc qđ subditur [Et nunc super hæc oīa tertia dies est hodie, ꝙ hæc facta sunt] in quo vidē

ille. Vnde & relatam à mulieribus resurrectionis famam commemorant, cùm subditur[sed & mulieres quędā ex nostris terruerunt nos] narrātes factum tam insolitum. Vel terruerunt non de resurrectione quàm nunciabant, sed de ablatione corporis quā apostoli timebāt. Vel p terrorē sedm Gre. intelligitur stupor. Apostoli enim non existimabant firmum, quod referebant illæ, & tñ stupebant[quæ ante lucem fuerunt ad monumentū, & nō inuenerūt corpus eius, dicentes, se etiam visionem angelorum]. i. angelos visibiles in assumptionibus corporū apparentes [vidisse, qui dicunt eum viuere] sed tamē apostoli plenè nō credebāt, timētes ne tanquam mulieres fuissent delusæ[& abierunt quidam ex nostris] id est Petrus, & Ioānes, & forte alii[ad monumētū, & ita inuenerunt] sepulchrum vacuum[sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt] Alicubi circa sepulchrum. Et sic patet, φ isti non erant ex toto increduli vel desperati, sed erant fluctuantes, & plus fortè ad incredulitatem, & desperationē, quā ad oppositam partem declinabant. Ideo ipse incipit eos redarguere, cùm subditur[Et ipse dixit ad eos, ô stulti] pp mentis cæcitatem. Nec hoc dixit quasi inferens contumeliam, sed ostendēs magnam eorū ignorantiam. Nec ad iniuriandum, sed ad corrigendum, & ad eorum vtilitatē[& tardi corde] idest duri voluntate [ad credendum in omnibus q̄ locuti sunt prophetæ] de Christo, quasi diceret. Ista quæ credere nō vultis, omnia sunt prædicta à prophetis. Et q a Deus mentiri nō potest, necessariū fuit ex supposito, φ ita fieret, licet non absolute. Vñ subditur[Nonne hæc] q̄ dixistis[oportuit pati Christum] scilicet si Deus sic pdixit, & ad redemptionē generis humani[& ita] per humilitatē passionis[intrare in gloriam suam]. i. in locum in quo videtur gloria sua, s. cœlestem, vel in gloriam suam, i. sibi in suo corpore debitam. Surrexit enim gloriosus in corpore, cùm ante solum esset gloriosus in anima. Isido. Sed si oportebat Christum pati, tamen, qui eum crucifixerūt rei sunt. Nō enim satagebant perficere, qđ Deus disponebat. Vnde & eorum executio fuit impia. Dei vero dispensatio prudētissima qui nequitiam eorū in beneficia ... nibus ad antidoti salutiferi confectionem. Hæc ille. Ex his patet quantum fatui sunt qui per tribulationes nolunt intrare in gloriam alienam, sicut si quis nollet intrare ciuitatem per regiam portam. Oportuit autem Christum pati propter multa. Primò propter patris præordinationem Mat 26. Calicem quem dedit mihi pater nos vis vt bibam illum? Secūdò propter scripturarū impletionem Vnde ibi dicitur. Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Tertiò pp suam exaltationem vt hic dicitur. Quartò ppter nostram informationem, scilicet, vt discamus illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnū Dei. Quintò propter nostram redemptionē, 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro, & argēto redēpti estis. Sextò propter nostrā reconciliationē. Roma. 5. Cùm inimici essemus recōciliati sumus Deo per mortem filij eius. Septimò propter inferni spoliationem, Zacha. 9. Tu vero in sanguine testamenti eduxisti vinctos tuos de lacu. Octauò propter cœli apertionem, & repletionem. Psal. Ascēdens in altum captiuam duxit captiuitatē. Vt autem ostēderet, quòd ita scriptū erat, sequitur[Et incipiens à Moyse]. i. à quinq; libris Moysi[& omnibus pphetis interpretabatur]. i. declarabat illis[in omnibus scripturis]. i. in omnibus libris scripturæ[q̄ de ipso erant] nō omnia, quia tam breue spatium non sufficeret, sed ea quæ erat ad suū propositum pro discipulorum instructione opportuna.

In hac parte est morale documentū, de quo ait Beda. Si autem Moyses, & pphetę de Christo locuti sunt, & eum per passionem intraturū prædixerunt, quomodo gloriatur se esse Christianum, qui neque qualiter scripturæ ad Christū pertineant inuestigat, neque ad gloriam quam cum Christo habere cupit per passionem attingere desiderat? Hæc ille.

QVANTVM ad tertium sciendum est, φ māducatio est signum resurrectionis. Vñ & Luc. 8. puellæ suscitatæ dixit dominus, vt darent manducare in signū resurrectionis. Dicitur ergo[Et appropinquauerunt castello quò ibant]& supple rogabāt, vt cū eis maneret[& ipse] ostēdens se ibi ...

n ad antidoti salutiferi confectionem
ille. Ex his patet quantum fatui sunt
per tribulationes nolunt intrare in glo
alienam, sicut si quis vellet intrare ci
em per regiam portam. Oportuit au-
Christum pati propter multa. Primò
ter patris praeordinationem Mat 26.
em quem dedit mihi pater non vis vt
m illum ? Secūdò propter scripturā
ctionem Vnde ibi dicitur. Quomodo
implebuntur scripturae ? Tertiò pp
exaltationem vt hic dicitur. Quartò
er nostram informationem, scilicet, vt
illud Act 14. Per multas tribula-
s oportet nos intrare in regnū Dei.
ntò propter nostram redemptionē. 1.
1. Non corruptibilibus auro, & argēto
i estis. Sextò propter nostrā reconci-
nē. Roma 5. Cùm inimici essemus re
liati sumus Deo per mortem filij eius.
imò propter inferni spoliationem Za
. Tu vero in sanguine testamenti eduxisti
vinctos tuos de lacu. Octauò propter
apertionem, & repletionem. Psal. Ascē
in altum captiuam duxit captiuitatē.
rem ostēderet, quòd ita scriptū erat,
[Et incipiens à Moyse] .i. à quinque
Moysi [& omnibus prophetis interpre
] .i. declarabat illis [in omnibus scri
] .i. in omnibus libris scripturae [q̄ de
rant] nō omnia quia tam breue spa-
n sufficeret, sed ea quae erat ad suā
ssum pro discipulorum instructio-
ortuna.
ac parte est morale documentū, de
t Beda. Si autem Moyses, & prophe-
Christo locuti sunt, & eum per passio
nem suā praedixerunt, quomodo glo
se esse Christianum, qui neque quā
ipturae ad Christū pertineant inue-
neque ad gloriam quam cum Chri-
bere cupit per passionem attingere
at ? Haec ille.
ntum ad tertium sciendum est, q̄
mādocatio est signum resurrectio-
& Luc. 8. puellae suscitatae dixit do'
ri darent manducare in signū resur
. Dicitur ergo [Et appropinquaue
llo quò ibant] & supple rogabāt,
manerent [& ipse] ostēdens se ire
e [finxit] nō verbis mentiēdo. sed
disponēdo [se longius ire] ad ostēdē
dum

image
not
available

dum secũdũ Greg. & Aug. ꝙ à cordibus eo rum distabat. Nec sic fingere, s. ad significãdũ, est peccatũ, vt isti dicunt, sed ad decipiẽdũ. Sicut. n. vt dicit Aug. licitum est fingere verbis, vt cum dicitur parabola, ita & factis quando fit ad aliquã veritatẽ exprimendã. Gre. sed q a esse extranei à charitate nõ po terãt hi, cũ quibus charitas gradiebatur, eũ ad hospitiũ quasi peregrinum vocãt. Vnde sequitur [Et coegerũt illũ] Ex quo exẽplo colligitur, ꝙ peregrini nõ solum ad hospitium inuitandi sunt, sed ẽt trahẽndi. Hæc ille [Dicẽtes, Mane ;i. volumus, ꝙ maneas [no biscũ, quĩ aduesperascit, & inclinata est iã dies]. s. ad occasum. Et p diem intelligitur causa diei, s. sol. [Et intrauit cum illis] Greg. Mensam ponũt, cibos offerũt, & Deũ quẽ in scripturæ sacrę expositione nõ cognoue rant, in panis fractione cognoscunt. Hæc ille. Et videtur velle Greg. ꝙ aliquãdo maius lumen nobis confert eleemosyna. q̃ lectio scripturarũ [& factũ est dũ recumberet cũ illis] Quia. n. antiqui in lectis comedebant, edentes ad mensam, dicuntur accũbere, vel recumbere [Accepit panẽ &] sicut ante pas sionẽ consueuerat [benedixit] benedicendus est autẽ cibus propter tria. Primò, ne in eo sit diabolus, & eum deglutiamus, sicut de quadã moniali narrat Gre. in dial. ꝙ eũ deglutiuerit cum lactuca, quã sine benedictione auidè momordit. Secũdò ne ibi sit venenũ, aut aliud corporaliter nocẽs, sicut erat in potu q beato Benedicto oblatus est vt idẽ dicit in eodẽ Tertiò, vt virtus cibi di uina inuocatione fortificata magis nobis cõferat, vt expedit. Sumpto verò cibo sunt Deo gratiæ referẽdæ, sicut & Xp̃s post cœnã dixit Hymnũ, vt dicitur Mat. 26. vt itera to nos reddamus diuino beneficio dignos [ac fregit] sic sine gladio sicut alij incidũt gladio, vt videtur attestari S. Tho 3. qui dicit hoc [& porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorũ [mẽtales sc'd'm Chry. q a corporales nõ habebãt clausos. Sed quia ista cognitio fuit sensibilis, melius est, vt de oculis corporis accipiamus hoc, sicut & Augu. vẽ accipere de cõsen. Euang qui dicit, ꝙ licet oculos clausos nõ haberent, tamen inerat aliquid, nõ sinens eos cognoscere quòd videbant. Possumus ergo eorum oculos ...

in cognitionem incogniti [& cognouerũt eum] esse magistrum suum [& ipse euanuit ex oculis eorũ] Hoc enim facere potuit cũ haberet gloriosum corpus. Et debuit propter multa, sc'd'm The. Primò, quia nõ erat in tali statu, vt diutius cũ eo cõmorari deberent. Secundò, vt eorum affectũ augeret ex subtractione sui. Vnde sequitur [Et dixe runt adinuicem. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis de Iesu, dùm lòquereẽ in via, & aperiret nobis scripturas?] Iste autem ardor dupliciter causatur. Vno modo ab ipsis verbis, vt dicit Orige. & Theo. quibus illi illuminabãtur, vt crederent magistrum suũ esse verum redemptorẽ, & cõsequenter insurgebat amor. Cognitio enim proprij boni est amoris causa. Alio mõ poterat causari à domino intrinsecus inflammante [Et surgentes eadem hora] sine cœna, contemnentes noctis tenebras, & odia Iudæorum, [regressi sunt in Hierusalem] vt nunciarẽt ista inclusis, propter metum Iudæorũ discipulis [Et inuenerũt congregatos vndecim] q a erat adhuc ibi Thomas [& eos, qui cũ ipsis erãt, dicẽtes: quia surrexit dñs verè, & apparuit Simoni] cui fidẽ plus quã mulieribus adhibebãt. Sicut aũt dicit Beda ex mo do loquẽdi Euangelistarũ, & Pauli apostoli, dñs intelligitur primo inter oẽs viros apparuisse. Sicut. n. dicit Chry. primò apparebat digniori, & cũ ille visa referebat, alius minus dignus disponebatur ad visionẽ, & sic ei apparebat postmodũ, & sic de alijs [Et ipsi narrabãt, quæ gesta erãt in via, & quõ cognouerunt eũ in fractione panis] In hac parte est morale documentum libenter audiendi verbum Dei. De quo ait Gre. Ex audito sermone mardescit animus cordis, frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, audire libet præcepta cœlestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Hæc ille.

Feria 3. infra octauam Paschæ.

Textus Euang. Luc. c. 24.

STETIT Iesus in medio discipu-

bati vero,& cōteriti existimabant se spiritū videre. Et dixit eis. Quid turbati estis,& cogitationes ascēdūt in corda vestra? Videte manus meas,& pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate,& videte qa spūs carnē, & ossa non hēt sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset,ondit eis manus, & pedes. Adhuc aūt illis nō credentib. & mirantib. præ gaudio dixit. Habetis hic aliquid qđ māducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi,& fauum mellis. Et cū manducasset corā eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscū, qm̄ necesse est impleri oīa quæ scripta sunt in lege Moysi,& ꝓphetis,& psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. Et dixit eis: Quoniā sic scriptum est,& sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.

STETIT Iesus in medio discipulorū &c. Luc.24. In præsenti Euangelio tangūtur tria puncta, quæ sunt, Apparitio, Conturbatio,& Illuminatio.

QVANTVM ad primum sciendum est, ꝙ ea quæ in præsenti Euangelio narrañ cōtigerūt statim post illa, q̃ dicta sunt in præcedenti Euāgelio. Sicut enim habeť à beato Luca, dum illi duo qui iuerant in Emaus, quæ eis cōtigerant enarrarēt,& alii discipuli dicerent similiter, ꝙ Petrus viderat dnm, statim Iesus affuit. Et hoc est, ꝙ hic dicitur [Stetit Iesus in medio discipulorum suorum]. i. subito apparuit, sine apparenti ambulatione, vel motu. Sed est hic duplex quæstio: Quomodo.n. potuit ibi apparere subito, quia vt dicitur Ioan. 20. fores qualiter fiat vide in sequēti Euāgelio. Alia q̄stio est, qa scđm Lucā isti discipuli erant vndecim. Dicit enim, ꝙ illi q regressi sunt de Emaus inuenerūt cōgregatos vndecim, scđm Io. vero non erant nisi decē. Nā dicit quòd Thomas non erat cū eis, & clarū est quòd Iudas crepuerat suspensus. Hoc autē soluit Aug. de consen. Euang. dupliciter. Primò, qa Thomas exiuit foras antequā Christus appareret, q tamen Thomas interfuit relationi Cleophæ,& socij eius, q iuerāt in Emaus, sed eis nō credidit, immo nec aliis decem credidit dicētibus, vidimus dominū. Secundò, quia cū dicit Lu. ꝙ inuenerūt cōgregatos vndecim, nō loquitur de apostolis, sed generaliter de discipulis, q ibi vndecim erant sine Thoma. Sed istū modū soluēdi ipsemet reprobat ibidem per hoc, ꝙ dicit Lu. & eos, qui cū ipsis erāt, quia patet ꝙ plus quàm vndecim erāt. Possumus autē. tertiò soluere, ꝙ nomine vndecim intelligiť ipsum collegiū. i. apostolorū, ēt si ibi vnus aut duo defuissent, dūmodo ibi esset maior pars eorū. Alia q̄stio est qa vt testať Mat. & Mar. dominus dixerat se vidēdū à discipulis in Galilæa, & hic dř, ꝙ in Hierusalem eis apparuit cōgregatis. Ad hoc soluit Amb. dupliciter. Primò dicēs ꝙ dn̄s qđā dixerat se forte in Galilæa vidēdū, sed discipuli territi se cōcluserūt ꝑꝑ metū Iudæorū, iō eis Christus ad eos confortandos apparuit; & post in Galilæā eos duxit. Et dicit Greg. hoc nō est transgressio promissi, sed festina ex benignitate impletio. Secūdò dicēs, qa dn̄s paucis apparuit in Hierusalē, sed multis in Galilæa in monte [Et dixit eis] volēs timidos cōfortare [Pax vobis] supple, adsit. Est aūt sciēdū, ꝙ sicut dicit S. Tho sup Io. & 3. q. 49 & 3. dist. 17. pax est tranquillitas ordinis. Tunc enim aliqui dicuntur pacem habere, quādo eorum ordo inturbatus manet. In homine autē est triplex ordo, vt ibi scilicet super Ioā. dicit, scilicet ad Deū, ad se,& ad proximum Et sic triplex est hominis pax. Vna qua pacificatur Deo totaliter eius ordinationi subiectus. Alia qua pacificať sibiipsi ꝑ cōsonātiā viriū i intellectus, & uolūtatis, & appetitus sensitiui. Aliqua pacificatur proximo ꝑ hoc, ꝙ nō habet cōtrariam uolūtatē. Nullus tamen dř simpli-

ꝙ dicit vnionē appetitus cū proximo, addit vnionē habētis pacē ad seipsum, q̄ autē hēt pacē ad seipsum, hēt ēt illā cū Deo, cū viuat scd̄m rōnē. Vnde Augu. lib. de verbis dn̄i, diffiniēs pacem sanctorū dicit. Pax est serenitas mentis, vt. s. rō sit libera, & nulla affectione religata, trāquillitas animi, vt. s. affectus sensitiuus sit à molestia passionū liber, simplicitas cordis, vt. s. volūtas in Deū obiectū suū totaliter feratur, amoris vinculū, vt. s. diligatur ꝓximus, cōsortiū charitatis, vt diligatur Deus. Christus ergo oībus discipulis suis pacē optat, & imprecatur, q̄a quilibet ꝓdictarum erat eis necessaria. Nā facti erāt inimici Dei ꝑ infidelitatē, aut negationem, & habebant in intellectu dubietatē, in voluntate frigiditatem, & in sensu timiditatem, & iterum eos Iudæi insequebantur. Discipuli autem quia prius timebant Iudæos, viso domino etiam timebāt adesse spiritum, quē sub forma Domini viderent, ideo istum secundum timorē voluit remouere, dicētes [ego sum]. s. magister verus in veritate, & non res phantastica, ideo [nolite timere] Quod dupliciter intelligit. Vno modo quasi velit dn̄s à discipulis excludere metū, quē anteq̄ loqueret incurrerāt. Alio modo quasi velit eos præseruare à metu, qui rōnabiliter debebat accidere eis. In hac aūt parte est morale documentū, ꝙ pacē diligamus, quam dn̄s moriēs commēdauit, & resurgens imprecatus est. De hoc Greg. Pudeat nos pacis munus deserere, q̄ nobis Christus hinc discedens reliquit. Pax est res, & nomen dulce, commendatum ab omnibus, obseruatum à paucis. Quæ autē est causa. Fortassis ambitio dominii, aut liuor, aut odium, aut contemptus, aut aliq̄d huiusmodi ex his, quæ Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe præcipuè pax est, quæ confederat omnia, cuius nihil est adeo proprium, sicut vnitas naturæ, & pacificus status. Transumitur vero ab angelis, & diuinis potestatibus quæ ad Deum, & adinuicem pacificè se habent. Diffunditur vero per totam creaturam, cuius est decor tranquillitas. In nobis autem manet secundum animam, quidem per inuestigationē virtutum, & communicationem, secundū corpus vero in membrorum, & elemētorū

QVANTVM ad secundū tangitur discipulorum conturbatio, cum dr̄ [Cōturbati uero, & conteriti] Sicut. n. dicit Theo. per uerbū pacis nō est sedatus turbo discipulorū, q̄ non credebant ueram carnē potuisse de sepulchro resurgere. Et iō non fuerunt à primo metu liberati, uel saltem nō fuerunt à futuro præseruati. Causa uero timoris subditur [Existimabant se spiritum uidere]. s. quem Christus in passione emisit, secundū Tho. Vel per spiritū possumus intelligere, non spiritum Christi, sed generaliter omnem immaterialem substātiam, præcipuè Angelorum, bonum uel malum.

Sciendū est aūt, ꝙ sicut dicit S. Tho. sup Iob, natura inferior semꝑ timet ad præsentiam superioris, ꝙ intelligendū est, si superior apprehendatur. Actus. n. appetitus cuiusmodi est timor nō elicit nisi ꝑuia cognitione. Tripliciter aūt apprehendit natura superior. Vno modo in gn̄ali dū fit imaginatio alicuius potētis nocere, & nescit q̄d sit, ut cū q̄s in nocte, uel solus timet nihil uidēdo, uel spūaliter cogitando, sed solū concussus silētio tenebroso, & solitudine. Alio modo in speciali dū apprehēdit diabolus, aut alius spiritus adesse, licet nō uideatur. Tertio modo qn̄ apprehenditur in spirituali sub aliquo corporali signo repētino, & insolito; ut cum q̄s sub aliqua umbra spiritū uidet, & tunc maximè causat timor. Anima autem rōnalis dum separatur a corpore, trāsit quodammodo in statū angelicū, unde & eodē modo intelligit, ut angelus, ideo est superior aliquo modo coniuncta, & ab ea timetur. Vnde quia cadauer facit nobis separatæ animæ apprehensionē, timemus in locis cadauerum. Similiter, q̄a loca sancta inhabitant Angeli, timemus in eis. Sed hic est q̄ō, quomodo potuit Petrus cōturbari, qui sciebat dominū surrexisse? Ad hoc dupliciter soluit Amb. Vno modo, ut dicātur discipuli cōturbati, i. maior pars eorū. Alio modo, ut dicatur cōturbatus Petrus, de hoc ꝙ clausis ianuis Christus intrauit, [Et dixit eis] uolens scilicet Dei filiū se probare, secundum Theo. eo, ꝙ mentis agnoscere posset arcana [Quid turbati estis] ꝑꝑ timorem. Hoc autem dicit non increpando eos de timore, quia cum iste timor

de eo qui apparebat. Vnde subditur[& cogitationes]falsæ,& perniciosæ secūdū Bed. [ascendunt in corda vestra] id est in mētēs quæ dirigūt alias vires,sicut cor dirigit alia membra.

Sed quare isti,quasi increduli secūdū Lu. dicunt̄ reprehēsi,cū dicat B.Ioā ꝙ viso dño gauisi sūt?Ad hoc dicit Amb ꝙ a principio nō crediderūt,vt dicit Lu. sed crediderūt in ꝓcessu,& gauisi sunt,vt dicit Io. Sed pōt dici,ꝙ stāt simul ista, ꝙ nō crederēt firmiter, & tñ gauderēt,immo valde gauderent. Vñ & Luc.supra dicit.Adhuc aūt illis nō credē tib.& mirantib. præ gau.&c. Deinde Chrs voluit eis facere fidē.ꝙ verè resurrexit in vera carne,& non in apparentia tantū. Et hoc fecit primò offerēdo visui accidentia corporis sui,puta cicatrices.Secundò se exhibendo palpabilē. Tertiò exercēdo opera vitæ, puta comedēdo. Opus.n.vitæ dicitur omne opus animæ,quæ est principiū vitæ in materialibus viuentibus.Primū arguebat,identitatem suppositi probando,s.ꝙ ille qui videbatur erat ille idem numero, qui passus fuerat.Sicut enim dicit S.Tho.in 3. identitas suppositi cognoscitur ex collectione accidentiū eius. quæ in alio non reperiūtur. Quam collectionē, siue vniuersitatē accidētium optimè visus percipit,qui annunciat, & percipit plura q̄ faciant alii sensus, vt patet 1.Metaph. hoc tamen,vt ibidem dicit, facit visus supposita carnis veritate,quę nō per visionē corporalē,sed per alia argumēta monstrabatur. Per secundū autem.i.palpationē monstrabatur veritas carnis, Nam vt idē dicit ibidē per hoc excludebatur falsa cognitio,quæ est vmbratica visio,aut secūdū immutationē visus ab imaginatione. Aliquando.n. ex vehementi imaginatione res imaginata(vt dicit)videbit̄ esse præsens etiā si homo vigilet, & corpora obiecta visui videbuntur hominū , & animalium effigies.Excludit̄ etiā per hoc,vt dicit visio spirituū in corpore sensibili apparentiū. Corpora.n quæ assumunt consueuerūt esse ex aere condensato,in quo non sentiunt ossa.

Sed contra præmissa arguitur multipliciter. Primò quia dominus incongruè videtur probando incessisse. De prioribus.n. prior debet esse speculatio, vt dicitur 1. cifixi,cum sit communis.Ergo etiam prius hoc debuit probari.Ad hoc dico, quòd nō incōuenit,ꝙ probando aliquid prius secūdū ordinem cognoscendi præsupponatur tanquam verum, & postea probandum,ꝙ tamen nō esset verum, probatio non valeret,vt patet ex 7.Phy.vbi Arist.in princ.lib. probat conclusionem suam, & post in ꝓcessu ꝓbat quā supposuerat, ex quibus cōclusionis veritas dependet. Sic etiam fecit Christus, & hoc rationabiliter, vt non statim,sed paulatim rudes discipulos ad resurrectionis adduceret veritatem.Secūdò, q a ista probatio nō videtur fuisse efficax,quia si spiritus assumpsisset corpus solidum,eos decepisset.Ad hoc dicit San. Thom.vbi supra, ꝙ in corpore,sic assumpto nō potuissent opera vitæ ita perfectè apparere, sicut in corpore vere viuente,quia opus artis, id est quod fit per intellectum voluntariū nō pōt adequare opus naturæ, cuiusmodi est comestio,& visio, & locutio. Ideo & si nō statim, tamen vt ait per longam conuersationē fuisset fictio deprehensa.Tertiò,quia visus perfectissimus est inter omnes sensus, ex primo Metaph. ergo incōuenienter post probationem sumptam ex visu introducitur probatio ex tactu. Ad hoc dico dupliciter. Primò quòd probatio per visum,& tactum simul efficacior est, quàm per visum tantum, ideo vna est superaddita alteri, & dictum est,palpate, & videte.Secūdò dico, quòd licet propria obiecta visus ꝑfectius, quàm tactus percipiat,tamen visus facilius decipitur circa aliqua obiecta per accidens eo quod per mediū extrinsecum immutetur.Vt verbi gratia,si sit aer ingrossatus,& figuratus,& coloratus secūdū humanū colorē perfectius percipit visus, q̄ tactus humiditatem, sed tñ tangendo perfectius deprehenditur,quod cedit,& non habet ossa, quàm per visum, quāuis etiā in tactu quo ad hoc possit esse deceptio, vt dictū est, & vt de se patet in dæmone incubo q in coitu ita fœminā deludit,vt videatur esse vir, sicut & succubus virū, ita & uiro uideatur esse mulier, de hoc S.Tho.1.q.49.arti.3.& 2.distin.8.& de po.q.ult.& Iob 40.Et ideo dominus addidit tertiam ꝓbationem per opus uitæ,id est comestionem,quę nō fuit

debat se verè naturam humanam, & potē-tiam comedendi, & habere naturalē, ad qđ ostendendum non comedunt Angeli. Fuit tñ vera, & non ficta comestio, vt dicit idem 3. quodlibet. q. 3. Vera inquam veritate signi, quia significat in Christo naturam humanā esse, & veritate naturalis speciei, q̄a fuit actio à principijs speciei naturalis comestionis. Sicut enim uox est vera vox, ēt si nō audiatur quod est vocis effectus, ita & comestio vera est etiam si nō sequatur cō uersio cibi in comedentem, quòd est comestionis effectus. Nō autem fuit vera veritate incorporationis cibi, quia Christus erat extra generationis statum. Ideo vt ait ibi, scilicet in tertiò, cibū illū cōuertebat Christus in spiritualem, idest aeream materiam, siue in vaporē sicut aqua à sole. Ex his autem patet textus, qui subditur. [Videte manus meas, & pedes meos.] in quibus vt ait Bed. clauorum vestigia clarebant, [q̄a ego ipse sum] idē numero, qui prius fui suspēsus in cruce. Et autem ostendat veritatē carnis subditur [Palpate] per tactum [& videte] p̄ oculos. Vel ponitur videre p̄sentire & cognoscere [q̄a spiritus] apparēs in aereo, vel alio inanimato corpore [carnē, & ossa nō habet, sicut me videtis habere] idest videre, seu rationabiliter cognoscere potestis. Visus enim ratione suæ perfectionis, pro omni sensu accipi consueuit. Sicut cùm dicimus, vide quam suauiter redolet hæc rosa [habere]

Est autem sciendum, ꝙ sicut dicit S. Th. 4. distin. 64. ad esse palpabile duo requiruntur, scilicet habere qualitates tangibiles, q̄ sunt calidum, frigidū, & huiusmodi, & nō cedere tangenti. Ideo terra est tangibilis, & palpabilis, ignis vero tangibilis, sed non palpabilis. Cœlum aūt neque tangibile, neque palpabile. Omne ergo corpus palpabile, vt idem dicit in 3. dist. 21. est per naturā corruptibile, licet per gloriam possit incorruptibile esse, vt corpus Christi. Ex quo patet, vt dicit Greg. in 3. Mora. ꝙ Christi corpus, quod palpabile fuit, nō erat subtile ad instar vēti, aut aeris sicut dicit Euricius. Dicitur tamen corpus gloriosum subtile, q̄a perfecte subijcitur animæ. De hoc vide 4. distin. 44. [Et cum hoc dixisset ostendit illis [manus, & pedes] immo, & latus secundum Ioan. Videtur autem quòd discipuli eū tetigerant, quia Beda sic dicit. Ad insinuādā ergo resurrectionis suæ veritatem, nō solū tangi à discipulis, sed etiam conuesci ab illis dignatur, ne arbitrarentur non solidè, sed imaginabiliter sibi apparere. Hæc ille. Sed verum est, quòd ipse quidem dignatus est tangi, sed tamen forte ipsi non ausi sunt tangere.

Aduertendum est autem, ꝙ gaudiū (cùm pertineat ad potentiam appetitiuam: cuius obiectum est bonū apprehensum) esse non potest nisi id, quod apprehēditur, apprehēdatur, vt bonum. Discipuli ergo, qui cū spiritum se videre credebant turbati sunt, nō potuerūt gaudere nisi deposita tali fide, dominū esse crederent illum, qui videbatur. Sed tamen tantum bonum existimabāt p̄sentiam magistri, & tantum de illa gaudebant quòd habentes securitatis causam nō erāt securi, ideo dicitur [Adhuc autem illis non credētibus] idest sine omni hesitatione [& mirātibus] ex tāto, & tam insolito bono [præ gaudio] idest propter magnū gaudium, quod erat eis causa timendi, ne forte ille dominus non esset [dixit ipsis] s. dñs qui eos volebat per efficacissimū signū cōfortare, i. p̄ opus vitale [Habetis hic aliquid quod manducetur] Sicut enim dicit Magister hist. illi quos magi suscitant positis q̄busdā herbis sub ascellis, neque comedere, neque bibere possunt ꝙ tamen est intelligēdū, ꝙ. s. facere nequeunt virtute dæmonis ita bene, vt fiunt virtute animæ, aliter ista essent falsa, cùm ad nutū inferiora corpora obediāt diabolo quo ad motū localē dumtaxat [At illi obtulerūt ei partē piscis assi, & fauū mellis] Forte enim adhuc seruabant consuetudinem victus Christi, de quo non legitur, ꝙ carnes manducauerit, nisi ex mandato legis propter mysterium in esu agni paschalis, & ideo in tanta solennitate carentes carnibus offerunt piscem.

In hac parte est documentum in sensu allegorico, quòd post Christi resurrectionem tempore gratiæ cibus animę, idest bona opera, & bona conuersatio dulcissima est, quæ tempore legis annexam amari-


consolatur. Secūdò, quia post laborem nō statim ibant ad requiem æternæ cōsolationis, sed limbum. Vnde Greg. Ex iussu quidem legis pascha cum amaricantibus edebatur, quia adhuc amaritudo manebat. Post resurrectionem vero cibus fauo mellis dulcoratur. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur illuminatio, qua Christus discipulos suos edocuit p scripturas, vt in omnibus certi essent, cùm dicitur [Et cum manducasset coram eis] ad docēdam veram humanam naturam, non ad ostendendum quòd in resurrectione necessarius sit vsus ciborū [sumēs reliquias dedit eis, & dixit ad illos. Hæc] q̄ scilicet in me videtis expleta [sunt verba] id est significata verborū. Vel hæc verba quæ dicam sunt verba [quæ locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum] idest cum adhuc essem in carne mortali, i qua estis vos, vt ait Beda. [Quoniam necesse est] non absolutè, sed ex suppositione, quòd Deus ita statuerit, vel puiderit. Absolutè necessariū dico id cuius oppositū Deus facere nō potest, eo qđ contradictionē includat, vt duo, vel tria esse quinque. Ex suppositione vero necessarium est, cuius oppositū facere, inquit, supposito quodam quo nō supposito posset, vt Socratē saluari si est pdestinatus. Supposito enim q Socrates sit prædestinatus, Deus eum damnare nō potest, quia sequeretur, q Deus eū vellet puenire ad vitā æternam; & non peruenire ad illum, sed ad miseriam æternam. Absolute tamen Deus pōt Socratem damnare, quia nihil vult necessario nisi seipsum [Implere oīa quæ scripta sunt] Deo reuelante [in lege Moysi, & prophetis, & Psalmis de me] Quō autem in has tres partes diuidatur scriptura vetus: vide supra feria quarta, post dominicā de passione. Tūc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Hoc autem potest intelligi tripliciter fuisse factum. Vno modo, q̄a eis habitualem notitiam tradidit scripturarum, quæ ad Christum pertinebant, ac si illas memoriter didicissent. alio modo, quia ita illuminauit eorū sensum, i. intellectū, vt scripturas prius auditas, vel in posterū audiēdas funditus penetrarēt, & forte aliqua

signaculo virginitatis. Esa. 45. Aperiat terra & germinet Saluatorē. Secūdò latus p̄prium, s. permissiue. Io. 19. Tertiò infernū. Esa. 45. Aperiam coram eo ianuas Quartò cœlū. Act. 7. Ecce video cœlos apertos & Iesum stātem. Quintò intellectū legis, & prophetarū. Apoc. 5. Dignus es domine Deus aperire librum. Sextò cor humanū ad credendum, & intelligendū; vt hic [Et dixit eis quoniam sic scriptum est] vt. s. cōsummatū est [& sic opportebat] ex suppositione [Christum pati] sicut, s. passus est [& resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius] idest per nomen, seu significatū nominis eius [pœnitentiā] idest virtutem, & sacramētum pœnitentiæ [& remissionem peccatorum] quā vtraque præsentia virtute Christi operatur [in omnes gentes] idest per vniuersum mūdum. Fuerūt autem hæc omnia ex suppositione & nō absolutè necessaria. Quomodo autem semel sit Euangeliū pdicatū, & iterū pdicabitur, vide dñica 10. post festū Tri. In hac pte eē documētū, vt spiritualia, & diuinorū itelligētiā q̄ramus à Deo, ita tñ, q id qđ nostrū est non negligamus, q̄a eēt tētare Deū. Deus. n. sciam ifundit, & illuminat itellectū, vel p se, vel p angelū suū. Iac. 1. Qui indiget sapiētia, postulet à Deo.

Feria 4. infra octa. Paschæ.

Textus euang. Ioan. c. 21.



MANIFESTAVIT se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tyberiadis, manifestauit autem sic. Erāt simul Simon Petrus, & Thomas q̄ dr̄ didymus, & Nathanael, q̄ erat à Chana Galilęæ, & filij Zebedei, & alij ex discipulis eis duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piscari. Dn̄t ei. Venimus & nos tecū. Et exierūt, & ascēderunt in nauim, & illa nocte nihil prēdiderūt.

sus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri nũquid pulmentarium habetis? Respõderunt ei: Non. Dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro. Dominus est. Simon ergo Petrus cũ audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se, erat n. nudus, & misit se in mare. Alij aũt discipuli nauigio venerunt: non. n. longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terrã viderunt prunas positas, & piscẽ superpositũ, & panem. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascẽdit Simõ Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discumbentiũ interrogare eum, tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertiò manifestatus ẽ Iesus discipulis suis, cùm resurrexisset à mortuis.

MANIFESTAVIT se iterum Iesus &c.] Ioan. 21. In hoc præsenti Euang. tangũtur tria puncta, quæ sunt, Allocutio, Recognitio, & Consolatio, quia tamen ferè omnia patẽt ex dictis, solum aliqua pauca exponenda sunt [Vado piscari]

Sed hic mouet qõnem Greg. quia ur Petrus post missam manũ ad aratrũ per discipulatum Dñi retro aspexisse per reditũ ad officium piscationis. Sed ad hoc dicit idem Greg. ꝙ ad officiũ occupatiuũ mentis, & à spiritualibus retrahens post conuersionem de eo, ꝙ sine peccato, & mentis implicatione exerceri potest, vt piscatio.

Sed contra, quia cùm ad hoc non redierit Petrus Christo viuente, vr ꝙ omnino aliquam mutationem circa mentẽ passus sit. Ad hoc autem dicit Aug. & S. Tho. ꝙ si redisset ad illud ante Christi resurrectionem, & vulnerũ inspectionem, videret ex desperatione fecisse. Sed nunc post Christũ sibi de sepulchro reditum viuum post inspecta vulnerum loca, post acceptum eius insufflatione Spiritum sanctum facti sunt apostoli, sicut antea piscium piscatores. Et hoc in signum, ꝙ prædicator fuit apostolatus integritate seruata, potest necessariũ victum arte iusta quærere, si aliunde non habeat; exemplo Pauli qui ne alios grauaret, artem quam non nouerat didicit, secũdũ S. Tho. super Ioan. Sed contra, quia victum semper aliunde habet, dicente Domino. Hæc omnia, s. temporalia adiicientur vobis. Ad hoc vero dicitur, ꝙ seruo Dei omnia adiiciuntur eo cooperante, in cuius signum Petrus quidẽ hic dicitur laxasse rete, sed dominus fuit qui illud piscibus adimpleuit, [Dicunt ei: Venimus & nos tecum] in signum, s. ꝙ omnes prælati, & prædicatores Summo Põtifici cooperari debent [Et exierunt, & ascẽderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt] in signum, ꝙ sine luce diuinæ inspirationis rete prædicantium est inane [Nunquid pulmentarium habetis?] id est cibum alium à pane, puta pisces. Vnde S. Tho. dicit, quòd credebant illum esse pisciũ mercatorem, secundum aliquos autem dicitur à puls pultis, ꝙ propriè est cibus liquidus. Alloquitur autem eos, vt paulatim ad sui notitiam perducat.

QVANTVM ad secundum tangitur, quomodo Christũ discipuli agnouerũt, cũ dicitur [Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Dominus est] Ioan. secũdũ Bed. cognouit dominũ ex consueta voce, vel ex miraculo. Et secundũ Chrysost. quia erat perspicacior, scilicet intellectu; & sensibus quàm Petrus, citius illum recognouit [Succinxit se, id est vestiuit propter reuerentiam magistri [erat enim nudus] ratione caloris, & expeditionis operis [Et misit se in mare] vt citius veniret ad Christum secun-

do venit. Alij autem dicunt, quòd memor quomodo ante iussu Domini super aquas ambulauit, tunc idem fecit spiritu feruens. Non enim cùm tantum distaret, & esset in tali fundo, tam distante à terra, in quo nauis onusta posset incedere, est rationabile, ꝙ peditauerit, & multo minus, ꝙ natauerit, quia non citius sed tardius venisset, quàm nauigio. Sed etiã est verisimile, quòd si fic fuisset tantum prodigium, ꝙ vno verbo potuisset exprimi, Euãgelista nõ tacuisset, ideo qui vult sentire cum Beda, dicat, ꝙ potuit peditare, quia multoties longè à littore aqua non est profunda, nec ibi natauit nauis onusta, quia adhuc rete erat in aqua, vt innuitur hic. Potuit etiã natare, & tamẽ citius venire quàm nauigium, quod trahẽdo reti, & piscibus insistebat [Alij autem discipuli nauigio venerunt: non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium] Secundũ Bedam, hic causa redditur quare Petrus natauit, aut peditauit: secundum alios vero quare alij non venerunt super aquas, sed nauigio.

Est autem hic morale documentũ, vt qui vult agnoscere Christum, & ad illum peruenire, audiat vocem eius, qua loquitur interius inspirando recessum à malo, & progressum ad bonum, & inspiciat miracula eius quæ sunt in nostrũ beneficium, & non immergatur totus in aquas delitiarum, & vanitatum.

QVANTVM ad tertium tãgitur quomodo Christus consolatus est discipulos in anima per suam gratam præsentiã, & in corpore per corporalem refectionem [Accepit (inquit) panem] quẽ scilicet ipse cum pisce, & primis parauerat, vt dicit S. Tho. Hoc autem quod dicitur, tertio, &c. secundum aliquos, id est secundum Augu. lib. 2. non refertur ad apparitiones factas, quia iam fuerunt quatuor, sed refertur ad dies quibus factę sunt, qui sunt dies Paschę, & eius octaua, & dies hæc. Secundum alios vero refertur ad apparitiones factas discipulis, quæ fuerunt tres, quibus additur

Feria 5. infra octau. Pascha.

Textus euang. Ioan. c. 20.



ARIA stabat ad monumẽtum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumẽtũ, & vidit duos Angelos in albis, sedentes; vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positũ fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerũt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei; Domine, si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eũ tollam. Dicit eí Iesus, Maria? Conuersa illa, dicit ei. Rabboni. Quod dicitur Magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrũ; Deũ meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalenæ annuncians discipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

MARIA stabat ad monumentũ &c.] Io. 20. Quia ferè totum hoc Euangeliũ ex dictis est patens, solum aliqua verba exponenda sunt [Maria stabat ad monumentum foris] id est extra illum saxei sepulchri locum, sed tamen erat intra illud spacium in

vt videtur, ingressa erat primam cellulam, stans ante portam secundæ, & sic quodam modo erat intus, & foris [plorans] Cum enim vt dicit S. Tho. sint duo genera lachrymarum, s. Compunctionis pro peccatis, & Deuotionis pro cœlestibus consequendis, sicut Maria abundauit primo genere in sua conuersione, ita & secundo in Dominica passione abundauit [Dum ergo fleret inclinauit se] vt per portulam humilem intus monumentum aspiceret [Tulerunt dominum meum] id est corpus domini mei, denominans à toto partem. Sic enim secūdū Sanct. Tho. etiam filium Dei sepultum dicimus, cum sola eius caro sepulta fuerit, quia diuinitas carnem non deseruit. Existimabat autem Angelos, homines esse, vt dicit Sanct. Thom. [Et nescio posuerunt eum. Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum] Et hoc secundùm S. Tho. Angeli exhibuerunt reuerentiā Christo apparenti post tergum Mariæ, & aspexerunt quasi ibi aliquid viderent, & tunc illa conuersa est, vt videret quid illi viderent. Et propter hoc etiam non expectauit Angelorum responsum [existimās, quia hortulanus esset] quia sciebat custodes aufugisse, & consequenter arguebat nullum ibi esse debere, nisi ortulanū, secundum San. Tho. Vel fortè in effigie ortulani Dominus apparebat [Dicit ei Domine] dominum eum vocat, vt caperet beneuolentiam [si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eū, ut ego eum tollam] Ex magno amore credidit, ꝙ omnes cogitarent dominum suum ut ipsa, ideo illis non nominat, quis sit dominus suus quem quærebat. Hæc S. Tho. Vel fortè ideo fuit, quia sciuit ortulanum interfuisse sepulturæ, aut credidit [Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa] Contra, quia iam ad illam loquebatur, ergo erat ad illum conuersa. Ad hoc dicit Aug. ꝙ conuersa est, secundum mentem cognoscendo, quem nō cognoscebat. Vel ut dicit San. Tho. quia eum ortulanum credebat solicita de eo, quod gerebat in corde, non respiciebat eum continuè, sed potius respiciebat hincinde si aliquod signū uideret sepulchri, sed uocata proprio nomine statim illum recognouit [Dicit ei. Rabboni, quod dicitur Magister] & statim tebit, & tetigit eam in fronte inter capillos, & supercilium sinistrum. & [dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum]

Sed dubitatur, quare ante resurrectionē, & post permisit se tangi à discipulis, & etiā à mulieribus quæ tenuerunt pedes eius, inter quas erat ista met, non autem modo ab ista sibi dilectissima.

Ad hoc dicitur tripliciter. Primò secundum Aug. ꝙ non uoluit se osculari in signū ꝙ ecclesia gentium, quam significabat hæc mulier non coniūgeretur Christo per fidē, nisi post eius ascensionē. Secundò secundū eundem, quia ista Magdalena nondū credebat Christū ascendisse ad patrem, idest esse ei æqualē, quia de eo, ut dicit S. Tho. sicut de sancto uiro, sed non ut de Deo sentiebat. Tertiò secūdū Chrys. ut induceret ad sui reuerentiā maiorē, quàm ante passionē. Credebat. n. eū ad priorem uitam surrexisse, quam habuit ante passionem. Ideo ut dicit Christus. Nondū ascendi ad patrem, ut coniungatur mihi ecclesia per fidem, quo ad primū. Vel nondū ascendi supple in corde tuo, quo ad secundū. Vel nondū ascēdi, iō appareo sine qualitate gloriosa, & talis qualis ante passionem, quāuis sim gloriosior, quo ad tertiū [Vade autē ad fratres meos] Ecce regis nostri mansuetudinē, qui discipulos à se creatos fratres suos appellauit [& dic eis. Ascendo ad. p. m. & patrem vestrum] meum quidem naturalem, uestrum autem adoptiuum [Deum meum, & Deum uestrū] quem ego inquantū homo adoro, & ei supplico. [Venit Maria Magdalenæ annuncians discipulis, quia uidi Dominū, & hæc dixit mihi] Est autē notandum, secundum S. Tho. quod ista beata Magdalena bis uidit Angelos ad sepulchrum. Primò unum sedentem super lapidem cum aliis mulieribus, sicut dicit Marc. & Mat. Et secundo duos in regressu quando Petro, & Ioanne abeuntibus remansit plorans, ut dicit Ioannes. Similiter bis uidit Christum. Primò in forma hortulani. Et secundò in uia, quando currebat nūciare discipulis cum aliis mulieribus, quando secundùm Marc. & Matt. tenuerunt pedes eius. Occasione uero dictorū in hoc Euan-

in chronicis vulgatis habentur. Cum anno Domini M CCCCXCVII. deuotionis gratia antrum vbi pœnituit, & sacras eius reliquias apud Sanctum Maximinum visitassem, ostensum est mihi pluries sacrum, & venerabile caput eius grande valde, & totum vndique ad os vsque denudatum, excepta ea parte frontis, quam Saluatorem omnium diximus tetigisse. Ibi enim pellis ad instar quasi æthiopissæ, seu cadaueris iamdiu occisi clarè apparet, & in pelle duæ fossæ duarum extremitatum digitorum, quarum altera multo est reliqua euidentior, atque profundior. Et sub pelle caro ad albedinem declinans. Ostensi sunt, & in vitrea ampulla eius, capilli nō omnes, sed qui pedes Christi tersere, necnon & ampulla vitrea plena terra habente colorem medium inter rubeum ac nigrum, quam in Parascæue beata Magdalena sub cruce collegit, quæ vt omnes mihi sine hęsitatione affirmabant, singulis annis in die parascæue perlecta passione euidēter, & clarè ebullit, ac si ibi videat sanguis ebullire. De qua quid sentiendum sit alias. Vidi & brachium eius magnū, & ferei coloris. Ossa vero eius in capsa argentea reclusa videre non potui. Alabastrum quoque vnguenti nardi spicati pistici pręciosi monstratum est mihi Marsiliæ in ecclesia sancti Victoris. Cùm vero diligentius de omnibus prædictis veritatē scrutari voluissem chronicam huius sentētiæ repperi. Carolus rex Siciliæ secundus, & Comes prouinciæ circa annum domini millesimum ducētesimum septuagesimum nonum bello nauali cū Rege Aragonum congressus, victus, & captiuatus est, & apud Barchinonam moriturus diro carceri mancipatus. Cumque omni humana spe destitutus indubitatam mortem expectaret in breui, à magistro Guilielmo de Tonnais ordinis prædicatorum confessore suo monitus est, vt Magdalenam quæ in terris sibi subiectis prædicauerat, pœnituerat, & obierat, in auxilium aduocaret. Qui statim firma spe de meritis eius concepta, ieiunio, & cōfessione, & lachrymis ei se commendauit. Ecce autem in ipsa vigilia festiuitatis Beatæ Magdalenæ nocte astitit ei matrona pulcherrima, Carolum voce sonora, & pro- indicans. Cumq; pro captiua familia sua ille præcaretur, sequere (inquit) me, & sequētur tui omnes. Sic autem factum est. Post paululum vero cùm aliquantisper processissent, illa firmato gradu, & se inuocatā Magdalenam esse commemorans, scis ait, vbi sis modo? At ille. Intra muros adhuc sumus Barchinone, si non fallor. Falleris (inquit) sed iam es infra terminos tui principatus, & prope Narbonam ad vnam leucā. Sunt autem inter Narbonam, & Barchinonam tres magnæ dietæ, idest triginta leucæ superque. Tūc ille perfusus lachrymis. Quid (inquit) ò domina gratum rependere pro tanto beneficio possum? Dicam, inquit. Cùm instante bello quoddā corpus meū de meo sepulchro sublatum & loco eius aliud suppositum fuisset, vt fallerentur inimici si meū corpus asportare voluissent, ita factum est. Vnde adhuc apud talem locum iacent reliquiæ meæ aliis loco earum sublatis. Illud perge, & has talibus signis inuenies. Nam in tali loco vitis est, quam sequens de ore meo prodiisse videbis, & ibi est caput meum totum nudum excepta ea carne, quam Saluator mundi in orto tetigit cùm eius volui tenere vestigia. Capilli omnes interierunt, exceptis his, qui Iesu Christi pedes tetigere. Iuxta caput est ampulla plena terra madefacta sanguine Christi, quam sub cruce collegi, & semp̄ quoad vixi in memoriam domini mei seruaui. Cū hæc inueneris, honore digno eleuabis. Et locum meæ mortis, & meæ pœnitētiæ, fratribus meis, idest prædicatoribus trades. Ego enim peccatrix, & apostola fui, conuētui loci in quo decessi redditus pro centum fratribus assignabis, vt semper ibi vigeat studium generale. Et his dictis disparuit. Ille vero facto iam die Narbonā cernens, in eo loco in quo Magdalena disparuit, crucem figi iussit, quæ vsq; in præsens crux de leuca dicitur. Et Sanctum Maximinū adiens, omnia per ordinem repperit, & iussa perfecit. Nam cùm in illis duobus locis monachi habitarent, eis contributionem fecit, & loca illa fratrib. prædicatorib. tradidit, assignās redditus super gabellis ciuitatis Nicensis, & aliis, iuxta præcepta Magdalenæ. Templum vero reliquiis eius regium

plura ordinis eius eiusdem prædicatorum fabricauit, atque dotauit, in quibus de Magdalena vsq; hodie memoria quotidie agitur, ac tandem moriens corpus suũ ordini eidẽ legauit, quod vsque hodie in conuentu sancti Dominici de Neapoli in eburnea pyxide reseruatur, illudq; anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto proprijs luminibus inspexi. Igitur mirabilis Deus in sanctis suis.

Alibi tamen vt mihi digni fide retulerũt legitur (immo forte in eadẽ chronica, quã quia semel & cursim perlegi, forte ad plenum retinere memoriter nequiui, præcipuè quia de his scribendis non cogitabam) Magdalenam dicto regi ea nocte ter apparuisse, & primo dixisse. Si te hinc liberauero facies, quod iubebo. Quo spondẽte disparuit. At ille semetipsum reprehendens, ait. Heu nec quid velit inquisiui. Qua secũdo apparente, & repetente eadem, inquit, ipse iubes ò domina? At illa. Locũ, inquit, meæ mortis, & meæ pnīæ meis fratribus tradas. Quo id se facturum spondente, disparuit. At ille semetipsum reprehẽdens. Heu, inquit, nec qui sint isti eius fratres inquisiui. Sed beata Magdalena tertio ei modo supradicto apparuit, & Narbonã vsque in suo festo populo in honorẽ Magdalenæ solemnizãte deportauit. Nam in ea ciuitate, & in tota regione summæ venerationis habetur. Ex his autem perspicuum credo, quanto prædicatorum ordinẽ Magdalena diligat, & magnipendat, quia scilicet prædicatores, suos fratres appellauit, & eis thesaurum suum, idest sua loca, suasque reliquias cõmendare curauit, quin & magistro generali eiusdem ordinis tunc apparuisse dicitur, dùm Carolũ carceribus exemit, dicens. Vos elegi thesauri mei custodes, atque cultores. Propter quod etiã ipse Carolus tantum ordinem dilexit, vt suæ scilicet liberatrici se conformem effecerit. Sed quia de Magdalena sermo nobis exorsus est, vt tanto amori iuxta posse, & vices, & gratias referam, non nulla alia quæ legi recitabo. Nam anno Christi millesimo tricentesimo septuagesimo sanctam Baumam, seu Italicè Balmũ, idest antrũ in quo Magdalena pœnituit, quidã mercator Tuscus deuotionis gratia visitauit. Hic inde sic diuino succensus amore regressus est, vt ebrius amoris spiritu, verba eius reuelantis videant̃ extitisse. Hic regressus ĩ patriam suæ viæ itinerariũ vulgari metro confecit, pulcherrimè, veridicèque describens & loca, & reliquias omnes quę in sancto Maximino in Marsilia, & Arelatæ, & Auinioni & reliquis locis vicinioribus continentur, iuxta ea, quæ oculis nostris inspeximus. Se quoque presente fratrem Heliã ordinis prædicatorum, qui Magdalenæ longo tẽpore idest annis 86 in sancta Bauma seruierat, multa quæ subinseram reuelasse, & post paululum vitam finiuisse testatur. Huius opusculum ad me per venerabiles patres ordinis nostri fratrem Petrum Veronensem prioremque Brixiensem, & fratrem Ioannem Fabrianensem diui verbi præconem, à fratre Honofrio Florentino, à quo illud se habuisse asseuerant deuenit. Igitur visitatis reliquijs, & spelunca, dùm consolatus mercator discessum meditaret̃, fratres penes quos gratiam forte inuenerat, eum beati patris Hæliæ sermone amplius consolari voluerunt. Cùmque manibus fratrum beatus pater Hælias delatus fuisset (nam totus contractus nil fere præter linguam habuit vitam participans) visos peregrinos dulciter salutauit, ac fratri se deferenti ait. Ad locum meum me deferas, quia secreta Dei volo referare quę tacui. Locum vero suum dixit eum in quo ad orationẽ, in spelũca super petra in qua nocte Magdalena quieuit, stare consueuerat. Pro hoc vero sciendũ est montẽ in prouincia ab oriente Niciã ab occidente vero Marsiliam, à meridie mare, à septentrione habentem Auinionem. Hic ad altitudinẽ trium miliũ passuũ assurgit. Et deinde iubam seu criptã gerit lapideam, ab occidente in oriẽtem decẽ millibus passuum, & eo amplius extensam; qui ab occidẽte sic pcipi se cernitur, vt murum vastissimum dixeris. Nam ad instar ferè duarũ præcelsarũ turriũ eleuatur. In rupis huius radice spelũca ẽ eleuata quãtũ magnus, immo maximus iactus est lapidis ore prospiciens occidentẽ & clibani formã præ se ferens. Ante os speluncæ est breue spaciolũ, intus vero ad leuam intrantis, & ad speluncæ mediũ lapis à solo surgens in cumulũ eleuatum, & paulatim ac sensim versus interiora spelũcę eua nescit, inter quẽ, & extrema speluncæ fons pulcher-

pulcherrimus patet frigidissimus tactu, & gustu dulcissimus, nunquã deficiens, & nũquã patenter ad extra prosiliens. Super eo lapide Magdalena, & cõtemplatione, & quieti nocte vacabat, vt cõmunis fama, & imago ibi quasi Magdalenæ apertis oculis quiescentis beato Maximino authore reposita testatur. vnde cùm tota spelũca interdum gutrulis ac generationẽ humoris humectet: lapis ille solus (vt dicitur) omni tẽpore immunis ab iniutia stillicidij conseruatur.

Huc igitur dùm pater Helias fuisset delatus sequentibus peregrinis, & ad lachrymas sanctitatis eius aspectu concitatis, ait. Fratres, dies venit, & hora mihi diu expectatæ mortis. Igitur quæ ad beatæ Magdalenæ gloriam, & vestræ salutis augmẽtum enarro, percipite. Cum beatæ Magdalenæ seruiturus desertum istud, & rupem horridã petiuissem, exacto hic mense solitudinem fastidiens pœnitui, & discessum tacitus cogitaui. Quadam igitur nocte cogitatibus agonizans, subito instar crucis montem hunc lapidem in partes quatuor diuisum inspexi, atq; mihi quatuor mundi partes oriens, occidens, meridies, & septentrio patuere, & cœlũ sursum abyssusque deorsum. Igitur timore perterritus in terram excors cecidi. Cùmque verbis quibusdam dulcibus eleuatus spiritum collegissem, toto corde Magdalena in auxilium aduocaui.

Hæc statim affuit tam sereno, & radianti vultu, vt in eam intendere non possẽm, operta capillis, & nuda brachia ac pedes floribus redimita dicens. Inconstans ac rudis te propter apertus est mons, & te ꝑ ego assum, & per me (modo velis) tua aĩa in æternam vitã dirigetur. Tu hinc à meo seruitio discedere cogitasti, sed audi quę dicã, & demũ age quæ libet. Vt nosti, inquit, ex Hierusalem Marsiliam multi Deo volẽte, & naui subuehente deuenimus. At vbi Marsilia, & pars non parua regionis Iesu Christi fidẽ suscepit tantum circa nos humanus fauor, & inquietudo creuerunt, ꝙ hominũ consortia fugere cogitarim. Rapta vero diuinitus sub huius antri sui ore dẽposita. Cùmq; hincinde per locum mihi à Deo paratum lumina direxissem, draconẽ quẽ mea soror Martha occidit, repente inter lucẽ & tenebras aspexi, cuius horrorẽ sufficienter exprimeret nemo erat bubalo maior. Vidi & omnis generis viperas. De hoc monstro dẽ quo sic loquitur Magdalena Vin. dicit in spe. histo. ꝙ draco mõstruo sus extiterit, anterior .n. pars feralis erat; posterior piscea, & viperea cauda, fuit maior & prolixo equo prolixior, caput leoninum habuit, iubas equinas, pedes fenos, & vngues vrsinos. Fortitudine & ferocitate. 12. creditur superasse leones. Fuit ex leuiathã serpente maritimo, & bonacho animali generatus, In ponto Galatiæ Asiæ, I quo eiusmodi monstra videntur. Per mare autẽ venit ad Rodanum fluuium per quem ad ea loca conscendit in quibus fuit occisus. Hæc omnia ille. Non est vero mirum si in spelunca versabatur Magdalenæ, quia in medio est deserti vastissimi, quamuis tamẽ diabolica fortassis inuidia id actum sit. Subito, inquit, igitur Magdalena me apparere in spelunca, & draco, & viperea multitudo excitantur in me oculis, ac sibilis suum furorem præsẽ ferentes. Nam viperæ quidem innixæ caudis pectoribus assurgebãt, sed draco omnibus immanior ita me conterruit vt timerem eius aspectum, immo nec ferre possem, quæ mortem nõ timebã heu me, tunc inquio, Iesu mi, nisi mihi statim affueris aut deuorabor, aut pauore spiritũ efflabo. Cõtraxit tunc subito draco caput quasi me nõ curaret, sed denuo statim extenso ac dilatato vastissimo gutture, & concussis alis me deuorandã inuasit. Cùmque iam deglutiẽdã in sua ora traxisset, quia lingua nõ poterã sic sum ꝓfundo, & securo corde locuta. Dulcis amor Iesu tristẽ ne, ac solã in deserto post innumera tua dona me draconis escam effecisti? tunc subito angelus de ore draconis eductã me allocutus est, dicens. Beata quæ fidem tenes. Ac draconẽ calce percutiens, egredere, inquit, hic draco, & reliqua turba præcipitẽ, & volans ac peditans desertum adiuit, in quo illũ mea soror Martha superauit. Igitur Angelus Michael spiritum efflauit odoriferũ, qui in flammam conuersus totam Baumã lãbens immundas, ac fetidas viperarum feces absumpsit, & locum omnẽ mundũ ac redolẽtẽ effecit. Deinde vero in me cõuersus. Deus, inquit, quem tantũ ò Magdalena concupiscis, & per semꝑ habes, te vult hũc locum lachrymis irrigare profusis, vt futuris seculis exemplum pęnitentiæ perpetuo sias.

fias. Remansi eo disparente perterrita, & lo
co lustrato, hominibus inuium ascensum
descensumque rupe vetante cognoui. Tūc
amoris dulcedine ad lachrymas resoluta
me ad terram prostraui, adorans ac dicens.
Gratias tibi Christe ago, ꝙ me omni mea
affectione replesti. Sed pro fonte in ru
pe hac exhibeas deprecāti. Crepuit statim
sub meis oculis immane hoc saxū. & quas
cernis Helia aquæ è duro silice scaturiere.
Cùmque ante ipsum limpidissimum fontē
genuflexo, Christo gratias agerem, ecce
plusquam mille spiritus vidi in speluncæ
dextera stetisse verba suauissimi amoris hæ
braica lingua decantantes. Et eleuatis
oculis plenum aerem foras speluncam
multis spiritibus inspexi. Igitur cùm eos
dæmones suspicata, Iesum nimiū territa ac-
clamassem, repente cū suis militijs angelus
Michael astitit, dicens. Assum Magdale-
na ne timeas. Denique malignis spiriti-
bus congressus, eos omnes in fugam
compulit, reclamantes. Non eris tamen
ideo beata tu, quæ orationibus vacas in
antro. Crucem igitur in ore speluncæ An-
gelus erexit, dicens. Caue ne extimescas
in posterum, quia custos tui est altissimus.
Igitur ante Crucem eo disparente tunc ia-
cui, sed orationi timore nimio exsiccatis
visceribus instare attenta non præualens,
collectas duas radices in ipso ore speluncæ
& lotas comedens, aquam de fonte bibi,
post quam humanum aliquid non gu-
staui. Crucem deinde rursus complexa ea
die, ac nocte sequenti orans orto sole vi-
sum ad crucem ipsam leuaui coloris vt
videbatur cristallini, & radiis fulgentibus
coruscam. Cùmque in me vehementis-
simi amoris flammam peremissem, ecce
tam læta, & iubilans angelorum turba af
fuit, vt æternam vitam in hoc antro cre-
didisses. Repente igitur ab his ad inferna-
lia loca delata pœnarum genera & punitio
rū turmas inspexi. Cùmq; ad loca purgato
rij ventum esset, tanta dulcedine me spiri
tus deuoti circunsteterunt, vt mihi viderer
esse in patria, & cum magna teneritudi-
ne dixerunt. Ora pro nobis Magdalena
nostra. Quibus ego, vtinam inquio vestra
voluntas per me impleatur. Animaduerto
quantum vobis auxilij sit opportunum.
Deinde vero ad Crucem iterum repositam
mihi Angelus ait. Quanto tempore tuus
ac noster amor Iesus in terris te propter
euixit, tanto tu quoque in hac spelunca mo
raberis. Steti igitur eo disparente ad Cru-
cem, orans, & Christum salutem meam cō
templabar. Omni igitur euoluto die ange
lorum affuere militiæ, & me tam sublimē
in aera sustulerunt, vt cœlestes audierim
resonare melodias, quòd abinde citra sep-
ties semper infra diem & noctē effecerut.
Frigus ac gelu igne succensa iam non cura
bam. Cùmq; meæ vestes paulatim vetusta-
te deciderent, paulatim quoque diuina pie
tate mei creuere capilli, ac demum cùm se
micinctia è rupe deiecissem, sese adeo dif-
fuderunt, vt à me lapidibus succidēdi gres
sum præpedirent. In ipsa vero Cruce my-
steria Christi cuncta videbantur. Ibi Annæ
ac Ioachim historias, ibi Mariam, Iesum
meum mihi parientem, ibi crucifixi terrū
liuorem, ibi pium cruorem, ibi dura vul-
nera, ibi Crucem ac mortem eius dabatur
intueri, & eundem regredientem ab infe-
ris, & cœli sydera penetrantem. Cum his
cibata ferculis nocte dieque flerem, cum
lauandi vultus gratia fontem petiuissem,
obuium mihi humana forma Iesum me
his verbis alloquentem uidi. Te propter
Maria loca ista constitui. Circunsteterant
cœlestes militiæ regem suum florum serta
gestantes, & oliuarum palmarūq; ramos te
nentes in manib. Et ecce resplenduit subito
assumpta humanitas, & seipsum ad instar
sui, cùm esset in monte Thabor Saluator
trāsfigurauit adeo ut me oculos inflectere,
tanta maiestas impulerit. Me quidē ad vul
tū dilectum oculos attollere dulcis amor
instimabat, sed minimè ualui. Cùmq; me-
cum multa contulisset illapsus est cœlo, &
quo ad uixi centies, ac decies me in spelun
ca sua pietate uisitauit. Itaque Helia tibi
cōsulo, teque rogo, ut in hac rupe Christi
laudes exoluas, quo te ad uitæ portū tan-
dem adducam. Sterilē locum sola ac nuda
ego adiui, tu uero fratrū habes solatia, &
uictui, uestituique abundanter opportuna.
Igitur de perseuerantia cogita. His dictis
ab oculis meis (inquit Helias) Magdalena
euanuit, & ego in hanc usque horā omni-
bus hominibus prædicta cœlaui. His dictis
post horulam beatus ille pater expirauit,
statimq; ipse campanulæ in ea rupe suspen-

sæ

fæ nullo hominum mouente iubilarunt. Omnia hæc ex dicto libello fideliter assumpsi. Mirabitur autem fortassis vir animalis diuinam pietatem peccatricem animam, tam præclaris donis extulisse. Sed si uiderit qui eiusmodi est prædicantē Christum, & forte lasciuientem in sermone Mariam, subito diuini sermonis iaculo percussam, sui pectori arcana lachrymis, & singultibus reserare. Si viderit repente agitatam doloribus, & amore liquefactam torques, armillas, dextralia margaritasque deponere, & effusis comis lugubres assumere vestes. Si inquam viderint hanc Iesu Christi tenuisse vestigia, & hæc lachrymarum flumine lota excirare capillis, & cordialibus osculis, ac miserandis vocibus misericordiam suis sceleribus implorare. Si à masculis absolutam, in pace Christi pietate remissam. Si prædicantem vbique Christum, & Mariam comitantem, haurientem quidem Christi doctrinam, sed substantiam effundentem. Si hunc viderit pauperem ac itinere fatigatum Saluatorem mundi excipere domo, fouere vnguentis, dapibus recreare, & discipulorum eius turbam suis facultatibus sustentantem. Si propinquis immo, & discipulis fuglentibus carnifices inter intrepidam cruci astitisse, cruentam sanguine, lachrymis infusam, aerem eiulatibus adimplentem. Si contemplari sepulchrum, & unguenta parare, Si mulierem fragilem sexu noctis tenebras, & arma custodum non extimuisse (O uim amoris immensam) quin dilectum extinctum quæsierit se in sepulchro. Si postremo hac viderit vacuo sepulchro colligatam, & nulla iam præter lachrymas habere solatia, videbit pariter diuinam pietatem, hanc ab extremo in extremum non nisi per opportuna media deduxisse. Quæ enim crimina possent tot gemitibus, tot lachrymis, tanto ardore non esse abolita. Si animas scelestissimas baptismali vnda (sanguinis Christi operante virtute) pulcherrimas, & in oculis Dei optimi maximi splendentes restituit, quid in Maria sanguis Christi e cruce stillans effecit? Mirari igitur magis oportet ignauiam hominum, atque secordiam, qui in Maria Christi pietate perspecta subito quamuis atroces, quamuis scelestes, & flagitiosi, non atteruntur, vt vbi superabundauit delictum, superabundet & gratia. Vnde & Franciscus Petrarcha visa Mariæ spelunca, & lapideo cubili huius beatæ peccatricis considerans pęnitudinem compunctus ait.

Dulcis amica Dei, lachrymis inflectere nostris.
Atq; humiles attende praeces, nostræq; saluti
Consule, nāque potes: nec.n. tibi tangere frustra
Permissum gemituq; pedes perfundere sacros,
Et nitidis fricare comis, ferre oscula plantis.
Inq; caput Domini præciosos spargere odores.
Nec tibi congressus primos á morte resurgens,
Et voces audire suas, & membra videre.
Immortale Deus, lumenq; habitura per æuum!
Nec quicquam dedit ætherei rex Xp̄s olympi.
Viderat illa cruci hærentem, nec dira pauentem
Iudaicæ tormenta manus, turbæque furentis.
Iurgia, & insultus æquantes verbera linguas,
Sed mœstā, intredipāq; simul, digitisq; cruētos
Tractantem clauos, replentem vulnera fletu.
Pectora tondentē violentes candida pugnis.
Vellentem flauos manibus; sine more capillos.
Viderat hæc inquā dum pectora; fitte suorum
Diffugerent pellente metu, memor ergo reuisit,
Te primam ante alios, tibi se prius obtulit vni.
Te quoque degressus terris, te ad astra reuersus.
Bis tria lustra cibi, nunquam mortalis egēte.
Rupe sub hac aluit, tam longo in tempore solis.
Ciuis contentam epulis, & rore salubri.
Hæc domus antra, tibi stillantibus humida saxis.
Horrifico tenebrosa situ tecta aurea regum,
Delitiasque omnes, ac diria vicerat arua.
Hic inclusa libens longis vestita capillis,
Veste carens alia ter denos passa Decembres
Diceris, hoc nō fracta gelu, nec victa pauore.
Namq; famē, frigus, durum quoque saxa cubile.
Dulcia fecit amor, spesque alto pectore fixa.
Hic hominum non visa oculis stipata cateruis
Angelicis, septemque die subiecta per horas.
Cœlestes audire choros, alterna canentes.
Carmina corporeo de carcere digna fuisti.

Hæc ille.

Feria 6. infra octa. Paschæ.

Textus euang. Mat. c. vlti.



VNDECIM discipuli abierunt in Galilęā in mōtē vbi constituerat illis Iesus. Et vidētes eū adorauerūt, quidā aūt dubitauerunt. Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens. Data est mihi oīs ptās in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, docētes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

VNDECIM discipuli abierūt, &c.] Mat. vlt. Quia ferè totum hoc Euangeliū patet ex dictis, pauca de eo exponenda sunt. Dr ergo [vndecim discipuli abierunt in Galilæā in montem, vbi cōstituerat illis Iesus] in montem. s. Thabor, secūdum Mag. hist. Constituerat autem hoc per Angelū dicentē, quia præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis & c. [Quidam aūt dubitauerunt] permittente domino ad bonum nostrum, vt simus certiores [Data est mihi omnis potestas]. s. in temporalibus, & in spiritualib. [in cœlo] super Angelos [& in terra] super homines, & omnia alia.

Est aūt sciendū, ꝙ Christus neq; inquantum Deus, neq; inquantum homo aliquid habuit ꝙ non dederit ei pater, sed inquantum homo aliquid nouiter accepit, q. a nō fuit semper homo. Sed nunquid accepit potestatē, vt esset omnium iudex post passionē, vel ante; ad hoc dicit S. Tho. super Mat. ꝙ hanc potestatem dr tunc, & non ante accepisse dupliciter. Primò quia tunc, & non ante innotuit vniuerso mundo Christo, resurgente, & ascendente, & apostolis prædicantibus. Et quia tunc accepit passionē, & executionem talis potestatis. Multa autem pulchra ad hoc propositum dicit. 3. q. 49. ar tic. vlt. [Euntes] ergo per mundum ad prædicandum [docete oēs gentes] nō obstāte, ꝙ a principio prędicationis dixerim vobis, in viam gentium non abieritis [baptizātes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritussancti] regulariter. Aliquando. n. ex spirituali consilio Spiritussancti baptizauerūt in nomine Christi, quando. s. voluerunt nominē cruci affixum amabilem reddere. Docentes eos seruare omnia quæcunque mādaui vobis [Et ecce ego vobiscum sum, vsq; ad consummationem seculi] Hoc autem secundū Chry. non est dictum tantum apostolis, q. a vsque in finem seculi non erant duraturi, sed omnibus fidelibus sequentibus. Est autem secundùm Raba. nobiscum per gratiā semper quo ad aliquos de ecclesia. Potest etiam dici, quod est nobiscum per spiritualem prouidentiam. & regimen, & per sacramentum Eucharistiæ.

Sabbato infra octa. Paschæ.

Textus euang. Ioan. c. 20.



VNA Sabbati Maria Magdalenæ venit mane cū adhuc tenebrę essent ad monumētū, & vidit lapidē sublatū à monumēto. Cucurrit ergo, & venit ad Simonē Petrū, & alium discipulum quē diligebat Iesus, & dicit eis. Tulerunt dominū de monumento, & nescio vbi posuerūt eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumētum. Currebāt aūt duo simul, & ille alius discipulus pręcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentū. Et cū se inclinasset, vidit lintheamina posita, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequēs eū, & introiuit in monumentū, & vidit lintheamina posita, & sudariū quod fuerat super caput

put eius nō cum lintheaminibus positū, sed separatim inuolutū in unū locū. Tunc ergo introiuit, & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentū, & uidit, & credidit. Non dum. n. sciebāt scripturā, quia oportet eum à mortuis resurgere.

VNA sabbati Maria Magdalena &c.] Io. 20. [Vna sabbati]. i. die Dominica. Sed vt dicit S. Tho. cum dixerit Matthæus prima Sabbati, Ioānes dixit, vna Sabbati, vtēs illo modo loquendi quo Gen. 1. dicit. Factum est mane. & vespere dies vnus, & hoc in signum, quòd in hac die in qua resurrectio inchoauit, facta est quasi quædā noua creatura & renouatio mundi. Item vt dicit quia in hac die inchoabatur dies æternitatis, quæ est vna [Maria Magdalenæ] eū qua erant & aliç, sed ista vt feruentior nominaẽ [venit mane cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum]

Sed contra; quia dicit Marcus orto iam sole. Ad hoc dicit S. Tho. quòd erat ortus in suo signo, q. a erat aurora. Quia enim aurora inter lucem ac tenebras mediat, habet aliquid luminis & tenebrarū. Ideo tūc erant tenebræ. & tamē sol erat ortus in suo signo in exili luce auroræ [Et vidit lapidē sublatum à monumento] Nihil dr de Angelo sedēte super illo, quia vel ipsum non vidit, sed statim viso ostio patenti retrocessit, vel qđ verius est, vidit quidē, sed nō audiuit verba eius, vel saltē nō accepit vt angelica verba, quia postea nō quæsiuisset uiuentem cum mortuis. De his dictum est supra [cucurrit ergo, & uenit ad Simonē Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit eis. Tulerunt dominum de monumento] Non dicit eum surrexisse, q̄ a nō crediderat, uel uerius ex festina retrocessione non audierat, plenè angelica uerba angeli sedentis super lapidem, quem audierunt reliquæ cum ea existētes, & nō statim retrocedentes [& nescimus] . s. nos mulieres. Vnde patet, quòd non erat sola [ubi posuerūt eū. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentū] cū Maria Magdalena, & alijs quæ post eā statim retrocesserunt. Licet forte Petrus, & Ioānes obuiā eas habuerint [Currebāt aūt duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentū. Et cū se inclinasset] ad vidēdū ꝑ humillimam portulā [vidit lintheamina posita] idest deposita de dorso, & corpore Christi [nō tū introiuit] in camerulā corporis Christi cōtentiuam, licet introierit spatiū clausum sine tecto, & primā camerulā [Venit ergo Simon Petrus sequens eū, & introiuit in monumētum. Et vidit lintheamina posita, & sudariū, quod fuerat super caput eius nō cū lintheaminib. positū, sed separatim inuolutū in vnū locū. Tūc ergo introiuit & ille discipulus q. venerat primus ad monumentū, & vidit & credidit. Nondū enim sciebant scripturā, quia oporteret eū à mortuis resurgere] Abierunt ergo iterū discipuli ad semetipsos. i. ad suas habitationes Maria Magdalena ibi remanente, vt supra dictū est. Cætera patent.

Sed tamē notandū est, ꝙ diligenter Euāgelista exprimit cursum Petri, & Ioānis ꝑpter mysterium, vt dicit S. Tho. Nā Petrus antiquior Gētilē populū significat. ex quo descendit Iudaicus significatus per Ioannē, iuxta illud Gen. 19. Egredere de terra tua, &c. Isti simul currebant sub diuersis legibus. s. naturæ, & Moysi decursu huius mūdi, vel currebant desiderio fœlicitas, & cognitionis. Sed iudaicus prior currebat, quia prius vidit veritatem, & prior venit ad monumentū per desiderium mysteriorū Christi. Et cùm se inclinasset sub iugo legis, vidit lintheamina figurarum posita, non tamen introiuit, quia in mortuū credere noluit. Petrus vero eum sequitur senior, quia ecclesia Gentium inferenda erat ecclesiæ Iudæorū, & intrauit credendo, & vidit lintheamina quæ & Ioannes, quia figuras nō repudiauit, sed vlterius vidit sudariū, quod fuerat super caput eius, i. credidit deitatem Christi, quia caput Christi Deus. primo Corin. vndecimo. quæ diuinitas est inuoluta, i. occulta, & separata ab omni creatura ꝑ excellentiā suam, & in vno loco, quia non habitat vbi est schisma mētiū, vel scissura. Deinde introuit Ioannes, qui literaliter propter reuerentiam reseruauerat primū ingressum Petro seniori. Et hoc est signum ꝙ in fine mundi etiā Iudaicus populus conuertetur. Secundum Chry. tamē ita diligen-

dilige͂ter ista describuntur, vt nouerit Iudæi ꝙ corpus non fuit sublatum furtim, q̃a uti que raptores non contraxissent moram in spoliando illud, sed festinassent. Amen.

Domin. in octa. Paschæ.

Textus euang. Ioan. c. 20.



VM esset sero die illa vna Sabbatorũ, & fores essent clausæ vbi erant discipuli cõgregati pp metũ Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis. Et cùm hoc dixisset, ostẽdit eis manus & latus. Gauisi sũt ergo discipuli viso Domino. Dicit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cũ dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata, remmittuntur eis, & quorũ retinueritis, retẽta sunt. &c.

CVm esset sero die illa &c.] Ioan. 20. In præsenti euãgelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Apparitio, Dubitatio, Et Liberatio.

QVANTVM ad primum tangitur apparitio, qua Christus discipuli sero apparuit, postquàm Cleophas, & socius ex Emaus fuerant regressi. Et quia hæc apparitio de qua hic Ioan. loquitur est eadẽ cũ ea, de qua præterita hebdomada Feria tertia egit Luc. ideo tota prima pars ex dictis, exceptis paucis, manifesta est. Primum est, quòd Christus ianuis clausis ingressus est.

Circa hoc ergo sciendũ est ex doctrina S. Tho. 1. quodlibet. q. 10. & 4. sen. dis. 44. ꝙ inter quatuor dotes gloriosi corporis vna est subtilitas, à qua quidã dicũt corpus gloriosum hoc habere, vt simul esse possit cũ alio corpore; sed hoc, ut dicit, nõ est intelligibile; quia talis dos auferret à glorioso corpore, id quo ꝓhibetur esse cũ alio, i. dimẽsiones, hoc. n. ꝓhibẽs non est qualitas, q̃a nõ est dare aliquã qua remota duo corpora simul esse possint. Neq; materia, uel forma, quia gloriosum corpus nõ esset integrum, est ergo dimẽsio cui primo, & per se cõpetit distinctio situalis, & eius diuisio potentia potentialis facit distinctas partes vnius corporis, sicut & actualis facit distincta corpora actu. Hẽt aũt gloriosum corpus diuina virtute quæ possit simul esse cũ alio, vt, s. duo corpora distinctũ secũdũ esse sint in vno situ. Deus. n. q̃cunq; agit ꝑ cãs medias, põt & sine eas facere, sicut efficere hominẽ sine masculo & fœmina: sicut aũt cõseruat accidẽs per subiectũ, ita cõseruat & distinctionẽ in esse per materiã distinctã secũdũ sitũ, ideo sicut põt sine subiecto cõseruare accidens, ita potest sine distinctione situs conseruare distinctionem in esse.

Sed contra istam doctrinam S. Th. arguitur, q̃a Deus licet possit supplere vicẽ alterius causæ efficientis, non tñ causæ formalis: nõ enim posset albũ facere sine albedine. Situs etiam vr̃ esse distinctionis causa formalis, & nõ effectiua; ad hoc autem dr̃ ꝙ duplex est rerũ distinctio. Vna situalis siue mathematica, & ista est formalis per situ, & sine eo esse nõ põt. Alia est realis, vel physica, seu ꝑspectiua, vnde superficies duorũ cęlorũ immediatorũ mathematicè sunt vna; q̃a in vno situ, physice sunt duæ, quia sunt in diuersis subiectis, & isto mõ distinctio ipsius est esse effectiuè à situ nõ, sicut à cã, sed sicut à cõcausa, principia. n. essentialia sub situ efficiunt esse, q̃uis ista efficiẽtia non sit ꝑpria, sed sit potius sequela: ꝑpria aũt ipsum esse efficiũt, ꝙ principia essentialia sub situ efficiunt, i. generãs. secundũ est q̃a dr̃ [Dicit ego eis iterũ Pax vobis] Bed. Iteratio cõfirmatio est, siue iõ repetit, q̃a gemina est uirtus charitatis, uel q̃a ipsa est q̃ fecit utraq; unũ. Hæc ille. Vel dixit primò ut sciãt se Deo pacificatos per sua uulnera, uñ ostẽdit eis manus, & latus; secũdò replicauit ne timerẽt persecutiones, q̃bus ad gloriã uenirent, ut ipse, unde subditur [Sicut misit me pater, & ego mit. vos.] Greg. i. ea charitate uos diligo cùm inter scandala persecutorũ mitto qua me charitate pater diligit, quem uenire ad tolerandas passiones fecit. Hæc ille. Vel sicut misit me pater ad prædicandũ, & absoluẽdum; & ego mitto uos. ut doceatis, & absoluatis à peccatus ministraliter, sicut ego inquantũ ho-

mo instrumētaliter, & inquātum Deus authoritatiue. Vnde subdit [Hęc cū dixisset insuf.] vt ostenderet Spiritumsanctū à se, p̄cedere scd̄m Aug 3. de Tri. dicit aūt Mag. ꝙ tribus vicibus Christus Spiritumsanctū dedit. Primò ante mortem ad miracula facienda septuaginta discipulis. Secūdò inter mortē, & ascēsionē ad remissionē peccatorum, vt hic. Tertiò ad robur, vt in die pētecostes. Dicit autem Chrys. ꝙ quidā dicunt ꝑ istā insufflationē discipulos fuisse pręparatos ad suspiciendū Spiritumsanctum, q a si Angelum videns Daniel excessū mentis passus est, quid passi essent suscipiētes illā ineffabilē gratiā nisi primitus fuissent instructi? Et subdit, ꝙ nō est peccatum dicere eos tūc suscepisse quandā spiritualis gratiæ potestatem ad remittenda peccata. Sicut enim dicit S.Th. 3. par. q. 54. solus Deus operatur ad effectum interiorem sacramētorum principaliter, Christus aūt inquantum homo, vt instrumētum coniunctū, & principale: alij vero ministri, vt instrumēta secundaria. Ideo subditur [Quorum &c.]

In hac parte est morale documentū, de quo Greg. ait in homel. Libet intueri, ꝙ illi discipuli ad tāta onera humilitatis vocati, ad quātū culmē gloriæ sunt ꝑducti. Ecce nō solū de semetipsis securi fiūt, sed & principatū superni iudicij sortiuntur, vt vice Dei quibusdā peccata retineāt, q busdā relaxent. Hunc nūc in ecclesia episcopi locum tenentes, soluendi atq; ligādi authoritatē suscipiūt, qui gradū regiminis sortiuntur. Grādis honor, sed graue pondus istius est honoris. Durū quppe est, vt q nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex fiat alienæ. Hæc ille. Chry. Sacerdos.n. & si ꝓpriā benè dispensauerit vitam, aliorū vero non diligentiam curam habuerit, cum perniciosis in gehennam vadit. Hæc ille.

QVANTVM ad secundū tangitur dubitatio Thomæ, cum dr̄ [Thomas autē vnus ex duodecim q dicitur didymus]. i. geminus, vel dubius, vt dictū est feria sexta ante dom. de passione [non erat cum eis quādo venit Iesus] quia discesserat auditis his quæ dicebat Cleophas, & socius. Et hoc scd̄m Greg. Deus permisit propter nos, vt firmius credamus. Vnde ait. Egit miro mō superna clementia, vt discipulis dubitans in magistro suo vulnera palparet carnis, & in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credētium discipulorū profuit, quia dum ille ad fidem palpādo reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. Hæc ille. Ex quibus patet Grego. sensisse, ꝙ Thomas non solū vidit, sed etiam tetigit loca vulnerū Christi. Dicit autem Chrysost. quod sicut qualitercūque credere leuitatis est, ita multū inuestigare grossissimæ mentis est, & taliter fecit Thomas. Nam sequitur [Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominū. Ille autē] non tantū illis decredens, quam rē putans impossibilem, secundum Chrysost. [Dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuras clauorū] ex quo videtur, quod alij apostoli dixissent ei Christum resurrexisse cū fixuris, nō solum cicatricibus [& mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manus meas in latus eius, non credam] Chry. Alijs iste grossior existens, eam quæ est per sensum grossissimū, s. tactū quærebat fidē, & neque oculis credebat. Hæc ille. Videtur autem in his verbis Chry. incōuenienter illum imputare, quia duorum sensuū notitia certior est, vñ & supra Christus ad magis certificādum discipulos post visum iussit eos palpare. Ad hoc dici potest, ꝙ ꝑ tactū certius cognoscitur an aliq d cedat, vel nō. Ideo ad probandū an in Christi corpore ossa essent, & caro; iussit dn̄s palpare discipulos. Sed Thomas per tactum noluit hoc cognoscere, scd̄m vulnerum figuram; Certius aūt per oculum, q̄ per tactum cognoscitur figura. Et licet maior certitudo sit (saltē extēsiuè) illā duplici sensu cognoscere, tamen signum mentis obtusæ est nō credere figuram, quæ percipitur oculis.

Est autem in hac parte morale documētum, vt quilibet quantūcunq; debilis multum confidat in Deo. Nam de isto Thoma sic dicit Chry. Infirmior erat alijs iste, & infidelior ante Christi passionē, postea omnibus fortior factus est, & irreprehensibilis, qui solus orbē terrarū percurrit, & in medijs plebibus voluebatur volētibus eū interficere. Hęc ille. De hoc ēt apostolo temporibus nostris narrātur miranda ab Indis ad nos veniētibus, vtpote quā in festo eius mare prębeat siccū accessum ad eius ecclesiā, & quod sua manu corpus eius sacram

porrigat

porrigat cõmunionem, & q diebus passionis de quodam foramine crucis quam tenet manu excat vitis, quæ in die Paschæ fructum maturũ habeat, & multa similia.

QVANTVM ad tertium tangitur liberatio, qua Christus illũ ab infidelitate liberauit, cum dicitur [Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus] Tantũ autem tardauit dñs ei apparere secũdũ Chry. vt interim ab alijs Thomas admonitus accenderetur [& Thomas cũ eis] propter quẽ solum veniebat Christus Chryf. Considera Domini clementiam qualibet & pro vna anima ostendit seipsum vulnera habentẽ, & accedit, vt saluet vnum. Hæc ille [Venit Iesus ianuis clausis]

Notandum est autẽ quòd uenire, videtur importare progressionẽ, seu motũ orga nicũ. Duplex autẽ est localis motus. Vnus organicus quo pars post partẽ mouetur, vt est motus quo aia in præsenti statu mouet corpora. Nã primo mouet cor, & per illud alia mẽbra. Alius est non organicus, quo. s. totũ corpus motum, simul mouetur, vt cũ cadit lapis. Vterque autem motus inesse põt glorioso corpori, vt videntur velle Durandus, Scotus, Petrus de Palude, & Sanct. Tho. De hoc vide Capreolum in 4. dist. vlt. [Et stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis] Et vt dicit Chrysosto. volens, quòd cum Thomas ad condiscipulos loquebatur, ipse Dominus aderat, non expectauit, vt ab eo interrogaretur, sed eisdem verbis ei imperat. Vnde sequitur [Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum]

Notandũ, q Thomas dixerat se velle videre fixuram clauorum, & mittere digitũ suũ in locũ clauorũ, & mittere manũ in latus eius. Ad ista aũt tria inuitat eũ Chrs, licet non eodẽ ordine, vnde ly huc, nõ videtur demonstrare latus, sed loca clauorum. Et nota, q Christus in suo corpore non solum habuit vulnerũ cicatrices, idest signa, sed etiam habuit aliquas aperturas, aliàs Thomas per tactum nihil fuisset certificatus. Et hoc innuit Sanct. Tho. vt patet si bene inspiciantur dicta eius 3. par. quæstio. 53. arti. 4. Et etiam hic innuitur cum dicitur in latus meũ. Talis tamen apertura, & cõtinuitatis solutio forte nõ fuit penetrãs penitus, sed per aliqualẽ humilitatem carnis in locis vulnerum, & ita credo, sed per spiritualẽ gloriam in prædictis locis apparentem recompensatur sc̃d̃m S. Tho ibidẽ. Et quia ibi dicitur post resurrectionẽ non fuit illud corpus immutatũ, ideo etiã nũc talia vulnera sunt in eo, & causæ horũ habentur supra in die Paschæ. Sicut aũt dicit Augu. 22. de ciui. Dei. ẽt in martyrum corporibus erunt vulnerum cicatrices, sed sine omni diminutione membrorum [Et noli esse incredulus, sed fidelis] Vtrũ vero Thomas Christũ tetigerit, aut non, ex Euangelio non habetur. Sed tamen sc̃d̃m S. Tho. 3. part. vbi supra, & 3. di. 21. & Sanctũ Leonẽ Papa. & Theo. & Augusti. tetigit, sed non propter se, qui ad visum credidit, secundũ S. Tho. 3. vbi supra, sed propter nos, vt testis esset resurrectionis. Et contra hoc videtur dicere August. q credebat, quia tãgebat, tamen intendit, q credebat deitatem, quia tangebat hominem, cũ quo stat quòd solo visu crediderit hominis resurrectionem [Respondit Tho. & dicit ei, Dominus meus & Deus meus]. s. es tu. In quibus verbis secũdum Theo. duas naturas, & vnã personam expressit [Dixit ei Iesus, quia vidisti me Thoma credisti.]

Sciendum est autem secundum Augu. & Sanctum Tho. 1. q. 67. quod visus ratione suæ pfectionis pro omni sensu capi cõsueuit. Sicut dicimus Audi, & vide quam bene sonet cithara, & sic de alijs sensibus. Si ergo ad solum aspectum credidit ly vidisti, sumitur propriè: Si vero ad tactũ, sumitur large pro tetigisti.

Sed contra. Si vidit quomodo credidit, cũ fides sit nõ apparentium? Ad hoc dicit Grego. q hominẽ quidẽ vidit, sed tñ Deũ confessus est [Beati qui nõ viderunt, & crediderũt] Greg. in hom. In qua sentẽtia, nos spiritualiter significati sumus, qui eũ quẽ carne non vidimus, mente retinemus, si tamen fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim verè credit, qui exercet operandò q credit. Hæc ille. Sicut autẽ dicit Aug. verbo præteriti temporis circa rem futurã vsus est, propter rei incertitudinem.

Sed cõtra, quia dicitur Lu. 10 Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Ad hoc dicit S. Tho. hic, quòd cùm duplex sit beatitudo, scilicet rei, quæ cõsistit in domo Dei, i.

In aliquali præmio, & spei, quæ consistit in merito quantũ ad primam, beati sunt qui uident Christum, & quantũ ad secundam, beati qui credunt non uidentes. Hæc ex illo qui intēdit quod uisio humanitatis etiam passibilis esset pars nostri præmii accidētalis, quod cæteris paribus est magis meritorium credere sine uisu, quàm cum uisu.

Sed cōtra hæc obiicit Nico. de Lyra q̃a apostoli quibus Chrs dixit. Beati oculi &c. non erant beati in re, sed fallitur. quia erãt beati in re participatione aliquali sui pmij accidētalis, licet non essent perfectè beati. Possumus etiam aliter exponere, utrumq; referēdo ad meritum. Nam beati i. beatiores, qui non uiderunt cæteris paribus, quia magis merentur, sed beati, i. beatiores q̃ uident non quidem cæteris paribus, sed quia communiter habuerunt fidem firmiorem. Chryso. Quia vero Ioannes pauciora aliis Euangelistis dixerat, subiungit [multa q̃dē & alia signa fecit Iesus] scilicet post resurrectionem secūdum Chry. ideoque subditur [in conspectu discipulorum suorum] cũ q̃bus, scilicet solis post resurectionem conuersatus est [quæ non fuit scripta in libro hoc] Vt vero sciamus, ꝙ non discipulorum tantum gratia miracula faciebat totam naturam humanam alloquēs secundũ Chry. dicit [Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est filius Dei] Quia enim vna ꝑsona subsistit in diuina. & in humana natura de eodē verè dr. ꝙ filius est Dei, & virginis. Licet enim Iesus dicat naturam humanã sicut Deus diuinã & Christus vtramque, quia tamen dicit eam in concreto, supponit pro supposito diuino in quo talis natura subsistit. Et ideo vocare Iesũm in testē est iurare per Deum [Et vt credentes] fide formata charitate [vitam æternam] quæ sola simpliciter est uita [habeatis in nomine eius]. i. per ipsum, q̃ est uita. Et hoc est documentũ quod in hac parte habetur. Videtur autem beatus Euangelista aliqũ hoc suo libro finem imposuisse, deinde vero super addidisse aliam manifestationem Christi factã ad mare tiberiadis. Et idem forte accidit de historia adulteræ mulieris, de qua dictũ est. Amen.

Dom. 1. post octa. Pascha.

Textus euang. Io. c. 10.



Go sum pastor bonus. Bonus pastor animã suã dat pro ouibus suis. Mercenarius aũt, & q̃ nõ est pastor, cuius nõ sunt oues propriæ, videt lupũ veniētē, & dimittit oues, & fugit. Et lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius aũt fugit q̃a mercenarius est, & nõ ptinet ad eũ de ouib. Ego sũ pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audiēt, & fiet vnũ ouile, & vnus pastor.

EGo sum pastor bonus &c.] Ioan. 10. In pręsenti Euangelio tangitur comparatio quæ est inter verum pastorē, & mercenarium; & interseruntur quædã de lupo, & ouibus. Intelligitur autem per pastorē prælatus, malus per mercenariũ platus: per ouē subditus, per lupũ diabolus, & q̃libet eius minister intendens malũ ouiũ, vt sunt hęretici. Dicitur ergo [Ego sum pastor bonus] Sicut autem dicit Chry. Dominus ante ista quædã magna ꝓmiserat in futurũ, vtputa fœlicē vitam: ideo ne aliquis decerneret hic de sua passione, vt sic discamus arguere. Si iste pro nobis moritur, & mortem suam prænũciat, quare non potest aut nõ volet futuram vitam prænunciare, & dare. Sed contra, quia bonus pastor intrat per ostium, vt dicit Ioannes. ipse vero non potest intrare per ostium cùm sit ostiũ, vt idē dicit. Ad hoc dicit August. Sicut per se nouit patrem, non autem per illum, sic intrat in ouile per seipsum, & nos per ipsum Nos q̃a Christũ prædicamus ꝑ ostiũ intramus, Chrs aũt seipsum ꝑdicat. Lumen. n. & alia demon-

demonstrat, & seipsum. Hæc ille. Et intēdit ꝙ nō incōuenit spiritualiter, ꝙ vnus sit pastor principalis, & ostiū. Nec tamen ostiū cōuenit omnibus pastoribus bonis, sed tm̄ principali. Item cōtra quia saluator se laudat, quòd & nō videtur benefactū in se, & etiā nobis est exemplū malū, vt. s. nosipsos laudemus, & magnificemus. Ad hoc dicit ꝙ nullus purus homo debet velle laudari à se, vel ab alio, quia si cogitet vitā suā ꝑteritā, habet dolendi, & erubescendi causam, si futurā timendi. Non sic autē Christus, ideo vult à nobis laudari propter nos. Vnde Aug. super Psal. Laudari se vult Deus, vt proficias, non vt ille sublimetur. Nō hoc à te amat quod illū augeat, sed qui de te ad illum perducat. Hæc ille. Et similiter seipsum laudat ꝑpter nos. Vnde Greg. in mo ra. Deus, qui nos ꝓhibet ne ꝓprio ore lau demur, ꝑ scripturā sacrā laudes suas loqui tur, nō q̄a ipse indiget, qui proficere laudibus nescit, sed dùm suam nobis magnitudi nem narrat, nostram ad se imperitiā sublevat, & bona sua laudando nos edocet, quæ omnino homo non cognosceret, si de se tacere voluisset. Laudes igitur suas indicat, vt valeamus eum audientes cognoscere cognoscentes amare, amantes sequi, sequentes adipisci, adipiscētes vero eius vi sione perfrui. Hæc ille [Bonus pastor] animarum, nō pecorum [animam suam] idest vitam corporalem, secundum Augustin. quæ est ab anima [dat] idest morti exponit [pro ouibus suis] idest pro spirituali salute animarum sibi commissarum. Semper enim pro cōseruatione, & recuperatione dignioris exhibendum est vilius, & nun quam econuerso. Est autem melior vita vnius hominis, quā vita mille pecudū, im mo omniū bestiarū, spiritualis salus vnius animę q̄ corporalis vita pastoris. Ideo tenetur prælatus etiam sub pœna peccati mor talis pro spirituali subditorū vita periculū mortis, & mortē ipsam si expedit, sustinere [Mercenarius autem] .i. pro mercede inser uiens gregi. Non est autem propriè secūdū Aug. merces vita æterna cū illa sit hæreditas, sed res temporalis. Merces. n. nō debet filio, sed operario cōducto. Greg. in home. sunt nonnulli, qui dum plus terrenā substātiā quā oues diligunt, merito nomē pastoris perdūt. Nō. n. pastor, sed mercenarius vocatur, ꝙ nō pro amore interno oues domīnicas, sed ad tp̄ales mercedes pascit. Hæc ille [Et qui non est pastor] cuius s. affectus nō est ad oues, quia nō est Dn̄s ouium, sed est operarius cuius nō sunt oues ꝓprię. Sed ex hoc videtur, ꝙ oēs boni prælati præter Christum sint mercenarij, quia oues non sunt eorū propriæ, sed Christi, qui dixit Petro Ioan. 21. Pasce oues meas. Ad hoc dico dupliciter. Primò, ꝙ similia nō oportet esse in omnibus similia. In corporalibus ergo pastor, i. Dn̄s ouiū, & mercenarius distinguuntur ꝑ possidere, & nō possidere oues. In spiritualibus vero ꝑ amare oues, & amare mercedē, quæ habetur pro ouibus. Secūdò, ꝙ oēs boni pastores sunt vnius voluntatis cū primo. Et quia illum plusquā seipsos diligunt, omnia propter ipsum diligūt, & suum propriū bonū iudicāt quicquid illius est, in quo seipsos plusquā in seipsis diligūt [videt lupū venientē] .i. diabolum, & ministros eius secūdum Aug de verbis dn̄i. Et vt idē dicit super Ioan. iste lupus videtur venire, & oues iugulare, cū videtur adulterium, & huiusmodi crimina suadere. Secūdū Greg. vero in home. est quilibet iniustus oppressor. Vnde ait, lupus suꝑ oues venit, cū quilibet iniustus, & raptor fideles quosque, & humiles opprimit. Hæc ille [& dimittit oues, & fugit] secūdum Aug. fugit dùm nō audet peccata mulctare, & euellere, excōmunicando, & puniendo, ita ꝙ sicut ipse amor, vel cupiditas est spiritualis progressio, ita timor, vt ait est fuga. Sed & secūdū Greg. idem vr̄ esse ista fuga, vnde ait, fugit aūt, quia dùm sibi ab iniusto periculū metuit, resistere eius iniustitię non præsumit, fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Hæc ille.

In hoc autem est documentum, ꝙ tēpore necessitatis probantur animorum qualitates. Greg. in home. Lupus veniens indicat quo quis animo super gregis custodiā stabat. Hæc ille [& lupus] idest diabolus, vel tyrannus [rapit & dispergit oues] Diabolus quidem rapit ad se animas peccatorū, & eas dispergit ꝑ odia & inimicitias quas inter illas seminat. Tyrānus vero rapit temporalia, & dispergit oues, quas ꝓpriis bonis, & propriis locis expulsas, & vagare cogit [Mercenarius aūt fugit] & cā subditur [quia mercenarius est] non diligens oues,

sed mercedem. Greg. Ac si dicat. Stare in periculo ouiũ non potest, qui in eo, ꝙ ouibus præest non oues diligit, sed lucrũ terrenũ quærit. Et ideo opponere se cõtra periculũ trepidat, ne hoc ꝙ diligat amittat. Hæc ille. Sed cõtra arguit̃. Nã apostoli veri pastores fuerũt, & tñ fugiebant dicente dño. Cũ vos persequentur in ista ciuitate fugite in aliam. Mat. 10. Ad hoc respondet Aug. ad Honoratũ dicẽs, ꝙ aliqñ ẽt corporaliter fugere licitum est, non solum ex prædicta dñi sñia, sed ẽt exemplis sanctorum Patrum. Nam B. Athanasius, & multi alii sancti fugerunt tyrannos. Vnde ex ipsis verbis dñi huius qõnis veritas colligitur. Non.n. vituperatur simpliciter pastor, quia fugit, sed quia fugit, & dimittit oues in periculo. Si ergo sine ouium periculo fugere posset, nõ esset fuga vituperanda. Si ergo solũ pastorẽ impetat lupus surgere potest, quia nullũ periculum imminet ouibus, quibus per aliũ prouidetur, & ipse se reseruat ad ouiũ vtilitatẽ, quib. adest animo. Vnde isto modo fugit Paulus Act. 9. Si vero totus grex impetat̃, & sunt ibi plures pastores, seu p̃lati sufficientes ad ouiũ exhortationem, & regimen aliqñ eorũ fugere. Si vero sit vnus tantũ ei non licet fuga, quia oues exponeret periculo. Notandũ est aũt, ꝙ is, q̃ præest male, aut caret recta fide, & sic est lupus: omnis.n. hæreticus est minister diaboli, aut caret iurisdictione, & sic est latro. Aut bona intentione, & sic est mercenarius, qui intrat per ostiũ, & veritatem docet, quam non facit, & conseruat oues, ideo tolerãdus est, & sicut pastor amplectẽdus, & fur abijciendus [Ego sum pastor bonus] Hoc autẽ secundũ Chry. dicit quasi concludens ex p̃missis. Nam duos malos pastores nominaverat. s. furem, qui non intrat per ostiũ, & venit vt furetur, & mactet, & p̃dat. Et mercenarium, de quo dicit in præsenti Euangelio, ꝙ imminente periculo fugit. A primo aũt se distinxit, dicendo se venisse non ad mactandũ, sed vt oues vitam habeant. A secundo vero dicendo, ꝙ animam suam ponit pro ouibus suis. Ideo necessario sequitur, ꝙ sit bonus, & verus pastor. Et quia bonus pastor oues diligit, & ex frequenti visitatione eas cognoscit, & consequenter ab eis agnoscitur, ideo subditur [Et cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ] propter solicitã visitationẽ, scd'm Theo. Vel secũdũ Greg. in hom. cognosco. i. diligo. Vnde ait, ac si aperte dicat. Diligo oues meas, ipse me diligẽtes obsequũtur. Qui.n. veritatẽ nõ diligit, hãc adhuc minimè cognouit. Hæc ille. Et loquitur de cognitione affectiua, qua spirat̃ amor, & secundũ quã dr̃ mitti filius, aut venire ad mentes nostras. De hoc aũt habes à S. Th. 1. di. 15. & 16. Quod vero dicit, & cognoscunt me meæ, intelligitur de apostolis, & aliis qui iam eũ sequebantur. Vel loquitur de futuro per modũ præteriti, p̃p̃ rei certitudinem. Vel ideo sic dicit, quia in proximo erat, vt cognosceretur ab eis.

Notãdum aũt est ꝙ oues Christi eo modo illum sequũtur, quo oues sunt. Si.n. sunt oues actu, actu sequũtur. Si p̃destinatione, prædestinatione sequũtur, non actu aliqñ ãdo. Nã ẽt econuerso aliqnæ sequũtur actu, & non prædestinatione, quo ad aliquod futurũ t̃ps, vt præscitæ [Sicut nouit]. i. amat secũdũ Greg. [me pater, & agnosco patrẽ] cuius signum est, ꝙ subditur [& aĩam meã] ex eius amore [pono pro ouib. meis] Greg. in hom. Ac si apertè dicat. Ea charitate, qua pro ouibus morior, quantũ patrem diligã ostendo. Hæc ille. Vnde & secundũ Chrys. Paulus volens se verũ esse pastorem contra pseudoapostolos demonstrare, exemplum induxit à periculis, & moribus, quia vt ait Theo. seductores pro ouibus aĩam non exponũt. Et nota, ꝙ cũ ly sicut, aliqñ æqualitatem, aliqñ similitudinem importet, hic stat primo modo, loqñdo de Christo quo ad diuinitatẽ, & secundo modo quo ad humanitatem. Hic aũt sic dubitat, & dicit doctor angelicus. Cũ in Christo sint tres substantiæ. s. verbi, animæ, & corporis, quærit̃, quis hic loquitur, cùm dr̃, animam pono? Non.n. loquitur verbum, quia nunq̃ fuit ab aĩa separatum. Nec anima, quia nihil se paratur à seipso. Nec corpus, vel Christus quantũ ad corpus, q̃a corpus nõ hẽt ptãtẽ iterum sumendi eam. Dicendum est ergo, ꝙ in morte aĩa illa fuit separata à carne, cũ Christus sit verè mortuus, diuinitas aũt nec ab aĩa, nec à carne vnquã fuit separata. Et ideo corpus virtute diuinitatis animã posuit, & iterũ reassumpsit. Hæc ille virtualiter. Sed q̃a hæc postilla nõ est tota S. Th. sed est tota, vel partim collecta per discipulũ eius, possumus dicere, ꝙ verbũ siue suppo-

posi-

positũ æternum est, quod loquitur, cuius s. est agere, & pati. Et verbum animã posuit, idest deposuit, non à se, sed à corpore separando, permissiuè saltem. Et hoc loquendo de anima tõnali, quæ est pars hominis. Si .n. loquamur de anima, idest vita, quæ est essentia viuentis, i. humanitas, sic eã deposuit, i. separauit à se, ad hunc sensum, quia in triduo nõ fuit vnita verbo, quia nec fuit in rerũ natura in triduo mortis Christi, sed erat corrupta per mortẽ. Et istemet est sensus S. Tho. s. ꝙ corpus virtute diuinitatis, idest diuinitas quæ erat in corpore hic loquitur. Greg. in hom. Quia vero non solum Iudæam, sed & Gentilitatem redimere venerat, subiungit [Et alias oues habeo] idest Gentiles prædestinatos [quæ non sunt ex hoc ouili] Sicut. n. dicit Aug. de verbis domini, prius dominus loquebatur de ouili, quod est carnale genus Israel, & ideo dicit ex hoc ouili [& illas oportet] ex suppositione, non absolutè [me adducere] per apostolos meos, secundùm Aug. ad cognitionem veritatis, & cœlestem conuersationem. Et sicut dicit Chry. in hoc notat, tam Iudæos, q̃ Gentiles tunc fuisse dispersos [& vocem meã audient] idest vocẽ apostolorũ, in quibus ego loquor, quos illi audient, eis assentiendo per fidem, & obediendo per conuersationem [Et fiet vnum ouile]. i. vna ecclesia ex Gentili, & Iudaico populo propter vnum baptismi signaculũ, secundũ Theop. [& vnus pastor] idest Christus, immo vnus vicarius pastoris, i. Papa.

Ex his aũt omnibus patet, ꝙ in præsenti euangelio fit mentio de quatuor. Primò de vero, & bono pastore: De quo scilicet dicitur, pro ouibus pati, oues cognoscere, & oues ad ouile reducere. Huius officium est oues pascere verbo, & exẽplo, ac tẽpali subsidio. Secũdò fit mentio de mercenario, de quo etiam non 'gerere tria signa ponũtur s. de ouibus curam non gerere, lupo veniente fugere, lanã & tẽporalia quærere. Huius studiũ est mulgere, & tõdere. Vnde & Christus primo pastori, nunquam dixit, tonde, sed pasce. Semel autẽ dixit ei, occide Act. 10. sed non loquebatur de ouibus, sed de volatilibus, & reptilibus, & quadrupedib. immundis, per quæ significantur superbi, & auari, & luxuriosi. Tertiò fit mentio de lupo, cuius ponuntur tria signa, s. inuadere, rapere, & dispergere oues. Eius aũt officium est illas occidere. Primò decipiendo. De eo enim legitur, ꝙ humanas voces, & canum latratus emittat, vt pastores, & oues decipiat; & in hoc est figura diaboli. Secundò per impatientiam frangendo. Legitur. n. de eo, ꝙ contra ventum vadit, ne canes eius odorem percipiãt. Et idem facit diabolus dũ hominem in aduersitatibus, tanquam in uentis existẽtem, tentandũ, & tribulandũ inuadit. Tertiò per spem vanam alliciendo. Nam legitur de lupo ꝙ libenter ludit. Vnde & si puerũ rapere possit, cum eo ludit, sed tandem deuorat. Quartò de ouibus, de quibus tria signa ponuntur, s. cognitione pratica quæ est per operationem, eius vocẽ audire, & eũ sequi, quæ omnia reducuntur aliquo modo in vnum. Harum officiũ est simplicitatẽ habere in aspectu, in affectu, & in actu, lupum fugere, vtilitatem afferre, sobriè, & mansuetè viuere.

Domi. 2. post octa. Paschæ.

Textus euang. Ioan. c. 16.



Modicum, & iã non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrẽ. Dixerũt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid hoc est, ꝙ dicit nobis, modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad patrẽ? Dicebãt ergo. Quid est hoc qđ dicit, modicum, nescimus quid loquitur: Cognouit aũt Iesus, quia volebãt eũ interrogare, & dixit eis. De hoc q̃ritis inter vos, quia dixi modicum, & nõ videbitis me, & iterum modicũ & videbitis me Amẽ amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus aũt gaudebit, vos aũt contristabimini, sed tristitia vestra vertet

in gaudiũ. Mulier cũ parit tristitiã hẽt, quia venit hora eius. Cùm autẽ peperit puerum, iã non meminit pressuræ pp gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc qdẽ tristitiã habetis. Iterũ aũt videbo vos, & gaudebit cor vestrũ. Et gaudiũ vestrũ nemo tollet à vobis.

MODICVM & iam non videbitis me] Ioan. 16. In Præsenti Euan. tanguntur tria puncta quæ sunt. Dubitatio, Dissolutio, & Consolatio.

QVANTVM ad primum tangitur quædã dubitatio quam discipuli Christi in eius verbo habuerunt.

Pro qua sciendũ est, ꝙ ea de quibus hic est sermo eo sero cõtigerũt, in quo captus est dñs. Quia ergo discipulos de sua absentia, & recessu tristes, aliquãtulum releuarat ꝑmittẽdo eis aduentũ Spiritussancti, iterũ incipit de tristibus loqui. Chry. Hoc aũt facit, vt assuefaciat eos per tristium auditionem benè ferre suam separationem. Qui enim audiendo id animo volutabant, rem ipsam postmodum facilè laturos credibile est. Hæc ille. Dicitur ergo [Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me] Secundum Aug. aũt ꝑ primum modicum, intelligitur tempus ab illa hora, in qua loquebatur, vsque ad passionem ꝑ quam eorũ aspectibus subtractus est. Per secũdum vero modicũ, intelligitur tẽpus ab hora mortis vsque ad horã resurrectionis, in qua oculis eorũ redditus est, secũdũ Chry. aũt. & Alchu. ꝑ primũ modicũ intelligitur tps, ab hora passionis vsque ad horã resurrectionis in quo illũ non viderũt. Per secundum vero tempus ab hora resurrectionis vsque ad horam ascensionis, in quo eis apparuit loquens de Regno Dei & postea illũ nõ viderunt, nisi ex gratia speciali, ideo subditur [quia vado ad patrem] secũdũ humanitatẽ, s. quã assumpsi, ascẽsurus in cœlũ. Vel quia vado per mortẽ secũdũ mentẽ Aug. vt vĩ. Hæc aũt verba secũdũ Aug. obscura erãt discipulis, añquã id quod dicit ẽsset impletũ. Vñ sequitur [Dixerũt ergo ex discipulis eius adinuicẽ] q̃a Christũ ex reuerẽtia interrogare nõ satis ei to audebant [Quid est hoc qd dicit nobis. Modicũ & non videbitis me, & iterũ modicũ & videbitis me, & quia vado ad patrẽ? Dicebãt ergo. Quid est hoc quod dicit modicũ] de hoc. n. forte plusquã de alijs verbis dubitabant, ideo & plus repetebant [Nescimus q̃d loquit] Ista ẽ bonarũ mẽtiũ dispositio quæ cum autores autenticos ꝑcipue diuinas scripturas non intelligunt, id suæ ignorantiæ, & non illorum falsitati ascribunt. Cã aũt dubitandi secũdũ Chry. duplex erat. Prima ipsa tristitia, qua erãt oppressi, q̃ mẽtes discipulorũ ab his quæ dicebantur amouebat. Secunda ipse cõtextus verborũ Christi, qui videbatur oppositũ implicare, s. videbitis, & vado. vel secũdũ alios quia dicebat videbitis, & nõ videbitis. Est & tertia cã, quia ignorabãt an parabolicè, vt cõsueuerat, loqueretur. In hac parte est documẽtũ morale, ꝙ qui vult afflictũ vehementer circa aliquid consolari, nõ dẽt ei statim, & quasi ex abrupto de lætis loqui, q̃a afflictũ delectant tristitia, tanquã ei conformia dũ est in tali statu, vt dicit Chry. Vnde & dicit S. Th. sup Io. ꝙ qui vult aliquẽ cõsolari dẽt ostendere se ei cõpari. & talis cõpassio, vt ait alleuiat, vel q̃a afflictus existimat quasi aliũ secũ onus aduersitatis ferre, vel q̃a ei iucundũ est experiri amicitiã compatientis. Roma. 12. Flere cum flentibus.

QVANTVM ad secundum tangitur quõ Christus dissoluit eorũ dubitationẽ, cum dicitur [Cognouit autẽ Iesus q̃a volebant eũ interrogare] ideo tãquã benignus & clemẽs statim sine interrogatione loquitur, & vt se eorũ secreta scire demõstraret. Vnde sequitur [Et dicit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi vobis, modicũ, & nõ videbitis me, & iterũ modicum & videbitis me] Possunt autẽ hæc legi interrogatiue, vt Christus non ex ignorantia interrogauerit, sed vt ĩtroduceret verba quæ dicturus erat. Potest etiã legi plane sine interrogatione, quasi Christus voluerit dicere se id scire qd illi loquebantur [Amen amen] idest vere, & geminatur ad maiorem certitudinẽ [dico vobis] Sed nunquid sic loqui est iurare? Dicendum est, quod non, quia non inuocatur Deus testis immo quicunq; loquitur implicite etiam vtitur isto modo loquendi, quia vt dialectici probant, omnis propositio mũdi significat se esse veram, siue sit affirmatiua


ua, siue negatiua. Ideo idem est dicere, sol eclypsatur, & Solē eclypsari, est verū, dū vero dicitur. In veritate dico vobis, erit iuramentum vel non erit, ex intentione loquētis, qui si intēdat Deum, qui solus simpliciter est veritas testem inuocare, erit iuramētum, vt sit idem dicere in veritate, quod ꝑ veritatē, seu per Deū. Si vero sit idem dicere in veritate, quod dicere scđm veritatem sumendo illam in communi, & non ꝑ prima, non erit iuramentum cum sit idē quod dicere verè dico. Vnde & Saluator aliqñ sic locutus legitur in Luc. 4. qui tū consuluit, vt sermo noster sit est, est: non, non, vt patet Mat. 5. nec tū in substantia plus est dicere, amen amen dico vobis, sed plus est solum scđm explicationem [quia plorabitis & flebitis] de morte, & passione mea [vos q. me diligitis] Et in hoc exponit eis illud primū modicum, ac si dicat. Illud modicum post quod non videbitis me, est tempus durans vsq; ad punctū, in quo de morte mea plorabitis [Mundus autē]. i. homines mundani secundum Aug. siue Christi inimici [gaudebit] flentibus Apostolis Iudæi læti Christū flagellis cædebant, & affigebant cruci, & affixo improperabant, & illudebant.

Est aūt in hac parte morale documētū, de quo ait Alchui. Sed & cunctis fidelibus conuenit hic sermo domini per lachrymas pressurasq; præsentes, qui ad gaudia æterna contendunt. Flentibus aūt istis mundus gaudet, quia in pñtibus delectantur, alterius vitæ nulla gaudia spectantes. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium ponitur discipulorum consolatio verbo, & exēplo. Verbo quidem, cū dr [Vos aūt contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū, quasi dicat: Sicut vobis flentibus illi gaudebunt, ita econuerso, quia vos in mea resurrectione, & in futura gloria lætabimini [illi vero in mea resurrectione dolebunt, & in pœnis infernalibus cruciabūtur. Exemplo aūt scđm Chrys.) ostenditur, ꝙ breuis & finita tristitia ad infinitā lætitiā terminatur, dū subditur [Mulier dū parit tristitiā habet, quia venit hora eius]. s. ad dolendum [Cū aūt peperit puerū] ꝙ gratius esse solet, q̃ femellā parere, scđm Aug. Et hoc ꝑ duo, scđm S. Tho. super Iob primo, quia perfectius ē, & desiderabilius. Est aūt masculinus sexus perfectior fœmineo. Secundò, qa in rebus gerendis magis filij. q̃ filiæ cōsueuerūt esse in adiutoriū [Iam non meminit ꝑ ſ suræ ꝑ gaudium, quia natus est homo in mundū] Aug. Ista aūt similitudo ad intellīgendum non vr esse difficilis, qūi compara tio eius in promptu est eodē ipso exponente cur dicta sit. Hæc ille. Nā sequitur [Et vos igitur nunc quidem tristitiā habetis. Iterū aūt videbo vos] in die meæ resurrectionis, scđm Chrys. vel scđm August. in die vestræ mortis. Et hic exponitur secundū modicū, diuersimodè secundū diuersos modos intelligendi illud [Et gaudebit cor vestrum, & gaudiū vestrum nemo tollet à vobis] quia illud gaudiū scđm Aug. erit Christus ꝙ obiectiuè, & non subiectiuè intelligendū est. Istud autem gaudium post suam resurrectionē fuit immortale, & cōsequenter per mortē iā non poterat auferri, & multo minus vbi non solū ipse, sed & discipuli sunt immortales, vt in gloria. Gaudiū verò nostrū subiectiuè ē delectatio de visione Christi. & nostra fœlicitas subiectiuè est ipsa cōtemplatio. quam circa Christū Deū, & hominem habituri sumus. Dicitur aūt ista cōtemplatio fructus, ad quē per labores volumus peruenire Aug. Ad fructū contemplationis cuncta officia referūtur actionis. Ad hoc. n. refertur, quicquid benè agitur. Ibi est finis, qui sufficit nobis. Aeternus igitur erit. Neque enim finis nobis sufficit, nisi cuius nullus est finis. De hoc itaque, quod sufficit nobis rectissimè audimus, gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Hæc ille.

Dominica 3. post octa. Paschæ.

Textus euang. Ioan. c. 16.



VADO ad eū qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hęc locutus sum vobis, tristitia ipleuit cor vestrū. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non ve-

ueniet ad vos. Si autē abiero, mittā eū ad vos. Et cū venerit ille, arguet mundū de peccato,& de iustitia, & de iudicio. De peccato quidē, quia non crediderunt in me. De iustitia vero,quia ad patrē vado,& iā non videbitis me.De iudicio aūt, q̄a princeps huius mundi iā iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo. Cùm autē venerit ille spiritus veritatis,docebit vos oēm veritatem. Non enim loquetur à semetipso,sed quæcunq; audiet loquetur, & quæ vētura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit,quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

VADO ad eū q̄ me misit &c.] Io.16. In p̄senti Euang. tanguntur tria puncta, q̄ sunt,Profectio,Redargutio,& Suppletio.

QVANTVM ad primum tangitur profectio,q̄a Xp̄s ad cœlos se ꝓficisci velle dicit. Vbi aduertēdū est,ꝙ ea q̄ hic recitātur Xp̄s dixit ea nocte qua captus ē, & paulo ante dixerat discipulis, absq; synagogis faciēt vos, & ex hoc, & ex eius recessu ita erāt deiecti ꝙ nihil eū interrogabant amplius Iō secūdū Chry. dn̄s discipulos de tanta tristitia vult eos increpare, & de Aduētu spūs Sancti cōsolari,di.[Vado]ꝑ mortē[ad eū qui misit me].i.ad Deū. Vr̄.n.loqui de se inquantū homo[& nemo ex vobis interrogat me,quo vadis?]& causa nō interrogandi subdit:[sed q̄a hæc locutus sū vobis tristitia]nimia, & superabūdans impleuit cor vestrū. Vel sc̄d̄m Aug. q̄a supra dixerat se velle ire, & illi interrogauerāt quo, & ipse dixerat se iturū,quo ipsi tunc ire non poterāt,nūc ita se ꝓmittit iturū, vt nullus interroget quo vadat,q̄a.s.ita patēter ꝑ ascēsionē volebat cōscēdere,vt opus nō esset, quo iret,interrogare.Et cū Aug. sētit Bed. Dr̄ ergo[Vado].i.post paucos dies ibo[& nemo ex vobis interrogat] .i. interrogabit [quo vadis. Sed q̄a hæc locutus sū vobis,tristitia impleuit cor vestrū]Ag. Contristabatur humanus affectus,q̄a carnalis desolabaē aspectus. Hæc ille. [Sed ego veritatē dico vobis expedit vobis,vt ego vadam]Chry. q.d. Si millies cōtristemini,oportet vos audire,q̄a meū recedere vobis cōfert. Hæc ille. Augu. Expedit vobis,vt hæc forma serui auferat à vobis, nolo vt semꝑ me carnaliter diligatis,& isto lacte cōtēti,semꝑ infantes esse cupiatis. Hæc ille[Si.n.nō abiero, paracletus] .i.cōsolator[nō veniet ad vos] q̄a.s.nō eritis idonei recipere illū.Aug.Si tenera alimēta q̄bus vos alui nō subtraxero solidū cibū nō esurietis.Si carnaliter esurietis, capaces spūs nō eritis.Hæc ille. [Si aūt abiero mittā eū ad vos] i. sc̄d̄m Chry. faciā vos idoneos ad eius susceptionē Aug.hoc est. Nō potestis capere spiritū, nisi sc̄d̄m carnē nosse desistatis Xp̄m.Hæc ille. Nō ergo Chr̄s existēs in terra, iō nō mittebat Spiritūsanctū,q̄a nō posset sc̄d̄m Aug. in 1.de Trin. sed q̄a illi dispositi nō erāt.Qūo aūt vna diuina ꝑsona possit mittere aliā,vide 1.di.15. & 26.Est aūt in hac parte morale documētū,ꝙ si volumus diuina dona à Deo recipere,nosipsos studeamus illo dante ꝑparare. Nā sicut dicit Aug. q̄ fecit te sine te, nō saluabit te sine te.Hæc ille. Et intellige sine te consentiente, licet saluet te sine te saluāte.

QVANTVM ad secūdū tāgit̄ redargutio, quā Spiritussanctus facturus erat,cū dr̄.Et cū venerit ille.Licet.n.filius eum mittat,tn̄ ipse dr̄ venire. Tū q̄a spōte vult mitti.Tū q̄a ēt ipse seipsū mittit, quo ad causare nouū effectum in creatura, nō āt quo ad esse à se,q̄a nihil ē sibiipsi principium essēdi. De hoc vide vbi supra [arguet mūdū] ꝑ vosipsos,vt dicit Aug. inquātum.s.diffūdet amorem in vestris cordib. & fugabit tímorē loquēdi ueritatē.Nō āt, ut idē dicit, hoc sic ē intelligēdū,quasi Xp̄s nō argueric mundū,sed gētē tm̄ Iudaicā,& Spūssanctus totū mūdū ꝑ apostolos,q̄a in uocib. apostolorum resonabat Chr̄s. Oēs ergo quos arguit Spūssanctus, arguit ēt Xp̄s[de peccato]infidelitatis[& iustitia]ipsius Xp̄i.q̄ mūdus n̄ acceptauit[& de iudicio]ipsius mūdi principis.i.diaboli. Vn̄ exponēdo subiurgit [De peccatò,q̄ dē, q̄a nō crediderūt]hoīes mundani[in me]sperādo.s.& diligēdo,fine his.n.ꝓpriè nullus credit in Christū, sc̄d̄m Aug. de uerbis dn̄i,alias dæmones crederēt in Christū.Aug.Hoc.n.peccatum quasi solum p̄ cæteris posuit,q̄a hoc manente cętera

ra detinētur, & hoc discedēte cætera dimit tuntur [De iustitia] vero, quia ad patrē vado, gloriosus in anima, & corpore propter humilitatem, & obedientiā, & charitatem, & alias virtutes [& iam non videbitis me] mortalem, sed sempiternū, secundū Aug. Ista vero iustitia de qua mundus arguitur secundū Aug. super Ioan. est iustitia fideliū credentium in eum, quem nō vidēt. Ex hoc enim arguuntur dicere consueti. Quomodo credemus in eum quem nō vidimus? Secundū Chry vero & Aug de verbis domini est iustitia ipsius Christi, qui ex hoc iustus apparuit, ꝙ ad Deum conscendit gloriosus [de iudicio autē, quia princeps huius mundi] idest diabolus secundū Aug. de verbis Domini, qui est iniquorū princeps [iam iudicatus est] id est secundū Aug. de verbis domini, est foras missus extra hominū corda, quod quasi exponens S. Tho. dicit, ꝙ per gratiam, & fidem Christi expulsus est diabolus à fideliū cordibus, vt iā nō tentet interius sicut ante, sed solū exterius per excitationem. Hæc ille. Quòd qualiter intelligendū sit, vide supra Feria 4. post palmas. Et de hoc mundus arguitur vt nullus possit de eo conqueri si in Christum non credat, quia eū & viri, & fœminæ, & senes & pueri vincere possunt. Vel secūdū eundē super Io. iudicatus est ignibus æternis, & de hoc arguitur mundus, nec eū illo damnet, quē imitatur. Est autem in hac parte documentum, de quo Aug. ait super Ioan. Credant itaq; hoies in Christū ne arguant de peccato infidelitatis suæ, quo peccata oīa detinentur. Transeant in numerū fidelium ne arguātur de iustitia illorum quos iustificatos nō imitantur. Caueant futurum iudicium ne cum mundi principe iudicentur, quem iudicatum imitantur. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur suppletio, quā Spiritussanctus adueniēs debebat facere ꝓ Christo cùm dicitur [Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo] idest nō estis capaces. Quærere autem quæ sint ista multa q̃ portare non poterant (secundum Aug.) stultū est, q̃a multo minus nos possumus illa portare, hoc tamen quod hic dicitur, vt idē ait diuersi hæretici assumunt ad sui erroris velamentum, dum his qui sibi adhærēt in occulto, quidam dicunt turpissima quæ non audent publicare, quasi hæc ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit Spiritussanctus. Nō est ergo intelligendum quasi aliqua secreta fidei taceantur fidelibus paruulis, quæ sint dicenda maioribus seorsum, quia omnibus Christi fidelibus omnia, quæ sunt fidei ꝓponūtur, iuxta illud Mat. 10. Quod in aure audistis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Sed aliter rudibus atque aliter peritis sunt proponēda, sicut mysterium incarnationis non est proponendum rudibus, quo ad sublimitates eius, quia cùm intelligere non possunt, scandalizantur. Omnia ergo quæ erāt fidei eis Dominus proposuit, sed nō illo modo quo post eis reuelauit, maxime in patria. Ista ergo sunt quæ portare non poterāt, s. plena notitia diuinorū, puta æqualitas diuinarum ꝑsonarum, & huiusmodi. Vnde & apostolus audiuit arcana verba, quæ nō licet homini loqui. 2. Corinth. 12. quæ nō erant de alia veritate fidei, sed de eadem altiori modo. Item spiritualis intellectus scripturarum quem tunc nō habebant, sed habuerunt quādo aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. Luc. vlt. Itē passiones, & pericula, quæ passuri erant, quæ tunc tā quam imbecilles portare, id est æquo animo audire non poterant [Cum autē venerit ille spiritus veritatis] id est docens veritatem, ad differētiam diaboli [docebit vos omnem veritatem] necessariam ad salutē, pro vobis, & pro alijs edocendis. Sed quia vt dicit Didymus, aliq̃s posset existimare, hūc spiritum filio esse maiorem, eo ꝙ suppleat doctrinam filii, ideo subditur [Non enim loquetur à semetipso] id est secūdum Augu. & Didymum non tradet doctrinam quam à se habet, sed quā ab eo à quo hēt essentiā, quæ in eo idē est cum scientia [sed quæcunq; audiet] scilicet à patre, & filio à quibus est [loquetur] Accipitur aūt hic audire pro accipere, quia Spiritussanctus oīa q̃ hēt accepit à patre, & filio. Nec tñ patre vel filio credēdus est minor, quia totū, qđ habet pater, & filius communicant ei. Nō autem debet secundum Aug. super Ioan. quenquam mouere, quòd dictū est, audiet in futurum, quia illa audientia æterna est, ideo vt ait, circa eam possumus omniū tēporum verbis vti, audit ergo, & audiuit & audiet [Et quæ ventura sunt annunciabit vobis

vobis]non omnia, sed opportuna; vtputa mala quæ passuri erant secundū Bedā, & statum totius Ecclesię, vt Ioanni in Apocalypsi, & Petro suo martyriū. 2. Pe. 1. & Paulo futuras sibi tribulationes in Hierosolymis. Act. 20. [Ille me clarificabit]. i. glorificabit, & hoc dupliciter secundū Aug. fecit. Vno modo inquātū apostolos docuit Christi mysteria, vt æqualē Deo crederent quē hominē sicut homines cogitabāt. Alio modo inquātū repleuit apostolos, q̄ deposito timore, Christū pdicauerunt[q̄ a de meo accipiet, & annunciabit vobis] Spiritussanctus.n. sicut dicit Didymus, & Aug. licet sit idē in essentia cū filio, & patre, tñ alius est in persona, ideo ab eis accipit essentiā, & scientiā, & nō secūdū partē, sed totū, alioqui eis non esset æqualis. Vñ sicut dicit S. Tho. sup Io. hic ly de, non dicit participationē, sed substantialitatē. Est aūt hic mora le documētū, vt nō pſumant subtilitates si dei scrutari, qui talia portare nō pñt, iuxta illud. Altiora te ne q̄sieris, Ecclesiastici 3.

Dominica 4. post octa. Paschæ.

Textus euang. Io. cap. 16.



Men amen dico vobis. Siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsq; modo non petistis quicquā ī nomine meo, petite, & accipetis, vt gaudiū vestrū sit plenū. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora cū iā nō in ꝓuerbijs loquar vobis, sed palā de patre meo annunciabo vobis, in illo die in noīe meo petetis. Et nō dico vobis, quia ego rogabo patrē de vobis. Ipse.n. pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundū. Iterū relinquo mundū, & vado ad patrē. Dicunt ei discipuli eius, ecce nunc palā loqueris, & prouerbiū nullum dicis. Nūc scimus quia scis omnia, & nō opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi.

AMEN amen dico vobis siquid petieritis &c.] Ioan. 16. Circa præsens Euangelium sciendum est, q̄ sicut ex eo colligit̄, discipuli Christi quædā scite desiderabāt, de quibus Christus eos edocuit absq; hoc q̄ illum interrogarent. Hoc enim patet ex eo, q̄ in fine Euāgelii postquā eos de multis docuerat, dixerunt. Nunc scimus q̄a scis omnia, & non est opus tibi, vt quis te interroget. Vnde satis probabiliter dici potest, q̄ desiderabant scire tria puncta. Primū vtrum Deus eos faciliter exaudiret. Secūdū vtrum eos Deus amaret. Tertiū. vtrū Christus ad patrem haberet redire, sicut exierat ab eo. De his autem omnibus Christus eos edocuit.

QVANTVM ad primum, sciendum est, q̄ ea quæ dicuntur in præsenti Euāgelio, dicta sunt ea nocte, qua traditus est dominus, & ferè statim post ea quæ dicta sūt in Euangelio qđ præcessit immediatè ante præsens, ideo à fine illius inchoāda nūc est expositio. Postquam ergo dixerat se iterū & et videbo vos &c. subiunxit[Illo die] scilicet quando iterū videbo vos[me non interrogabitis quicquam] Sicut autem dicit Chry. verbum græcum hoc loco positū sonare potest rogabitis, & interrogabitis, & consequenter hoc quod hic dicitur, dupliciter intelligi pōt. Vno modo vt loquamur secundum Chry. de die resurrectionis Christi. Sic enim secundū mentem eius, dicendū est, q̄ apostoli in Christi resurrectio ne habuerit sensum apertū ad intelligēdas scripturas, vt dr̄ Luc. vlt. ideo nihil Christū eo tempore interrogabant irrationabiliter sicut prius, cùm dicebant Domine, quo vadis? Quamuis etiam tunc aliqua interrogarent. Nā & Petrus de Ioanne quæsiuit, Domine, hic autem quid? Io. vlt. & Act. 1. quidam interrogabant, Domine si in tēpore hoc restitues regnum Israel? Et vt idē dicit in eadem die resurrectionis, non rogabitis, i. non indigebitis mediatore ad impetrandum, sed sufficiet nomen meum, quod inuocando oīa accipietis. Alio mō scđm Aug.

Augu. loquẽdo de die mortis, seu visionis, qua ad gloriã æternã erant ducendi. q̃ vna die cõtinua, & perpetua durat. Et tunc plamus est textus, quia beati in essentia diuina vident quæcunq; appetũt videre, & habẽt oĩa quæ volunt, vnde nõ habẽt opus interrogare de aliquo, vel rogare. Sed cõtra opinionem Chryso arguitur. Primò quia tempore resurrectionis apostoli aliqua interrogauerunt, vt dictum est. Secundo, quia etiã eo tẽpore Christũ orauerunt, seu rogauerũt, quia sciuerunt per scripturas illũ esse Deũ. Ad primum, quod est Augus. dupliciter dr̃ scd̃m mentẽ Chry. Primò ꝙ intelligendũ est de petitione irrationabili, vt dictum est. Secundò ꝙ sub die resurrectionis includit, vt S. Tho. super Io. dicit, etiã ipsũ diẽ quo à Spiritusancto edocti sunt omnẽ veritatem. Ad secundũ dr̃ secũdũ mentem eiusdẽ, ꝙ Christus dupliciter rogatur. Vno modo, i. vt mediator, quod competit ei inquantũ homo est. Alio modo vt Deus. Sic ergo illa die eum rogabant vt Deũ, non vt mediatorẽ. Et si ipse oret pro nobis, tñ ecclesia non rogat illũ interpellantẽ, sed miserãtẽ. Vnde nec dicimus Christe ora ꝓ nobis, sed miserere nobis. Contra expositionem vero. Aug. arguitur. Primò sic. Nam sancti interrogant in gloria. Vnde scd̃m Dionysium illa vox Esa. 73. Quis est iste qui uenit ad Edõ? est vox angelorũ. Et sancti ẽt dicunt, Quis est iste rex gloriæ. post Christi mortẽ, cũ tũ tunc iã diuinam essentiã viderent, secũdũ Tho. 3. parte, & in alijs locis. Secundo, nã sancti orant pro nobis, vt de Hieremia dicitr̃ 2. Macha. vlt. & etiam pro se, qa dr̃ Apoc. 8. Vsquequo domine non vindicas sanguinẽ nostrũ? Solutio ad vtrunque horũ dr̃ simul, ꝙ gloria sanctorũ ante diẽ iudicii est quidem inchoata, sed non est cõsummata, quia expectant gloriã corporis, & completionem numeri electorum. Ideo vsque ad tempus illud rogãt, & interrogãt de his quæ non spectant ad essentiã beatitudinis. Sed post consummatã gloriam nihil restabit cognoscendum, vel petendũ, & pro illo tempore ista sunt intelligẽda. Qđ autem de angelis obijcitur dicendum est, ꝙ angeli interrogant de mysterijs humanitatis, sed non diuinitatis, & hoc vsque ad diem iudicij respectu aliquorum reuelandorum esse potest. Sequitur modo præsens Euangelium, cui expositio Chry. videtur esse proximior [Amen amen] idest vere [dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis] quasi dicat scd̃m Chry. Licet in die resurrectionis, & Spiritussancti nõ interrogabitis me, s. tanq̃ mediatorẽ, tñ habebitis meum auxilium, quia petetis in nomine meo à patre, ad quẽ habebitis accessum per me. Dupliciter aũt in noĩe Christi petimus. Vno modo, quia petimus pertinentia ad salutẽ, sicut & de hoc nomen Iesus interpretatur Saluator. Et sic non videtur præsens locus intelligi, propter id quod sequitur, vsq; modo &c. Alio modo, quia ipsũ Christi nomen inuocatur, cùm & idẽ ipse Iesus sit Deus. Petere ergo patrem in nomine Christi, est inuocare patrẽ cũ filio, quòd fit multipliciter. cũ filius sit æqualis patri. Vno modo & Primò. quia ipse filius solus explicitè inuocatur, & cõsequẽter tota Trinitas implicitè, cũ oẽs tres diuinæ personæ simul exaudiant, sicut & habẽt opera ad extra indiuisa, cum eadẽ numero sit omniũ potentia, vt cũ dicit, Fili redemptor mũdi Deus, miserere nobis. Alio modo, quia tota Trinitas inuocatur, expresso ternario numero, vt Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis. Tertiò quia Deus inuocatur in quo est personarũ Trinitas, vt exaudi nos Domine. Quartò quia explicitè inuocatur pr̃, & filius, sed pater in recto, filius in obliquò, vt Concede nobis Domine ꝑ Christũ dominum nostrũ. Hoc autem fit ad significandũ. ꝙ pater per filiũ operatur, ꝙ ipse filius à patre accipit hoc ipsum, ꝙ nos posit exaudire, quia nihil habet filius, nisi quod accipit à patre, & nihil hẽt pater quod nõ cõmunicauerit filio. Vnde Ioã. 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt: Nec obstat relationibus paternitatis, & filiationis, qa illæ nõ dicunt aliquid, sed ad aliquid, vt habes à S. Tho. in multis locis. Aug. autem ꝑsentẽ textum sic introducit, In die gloriæ me nõ rogabitis quicq̃, sed tãtum interim dũ in peregrinatione conuersamini [si qđ petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit vobis] & intellige dũmodo cũ debitis cõditionib. postulassent, q̃ sunt, vt primò postuletur pro se. Aliquando enim ille alius pro quo postulatur non est dignus exaudiri, & Secũdo perseueranter. quia secundum Aug. quędam petita non negantur, sed vt congruo dentur

dentur tẽpore differũtur,& tertiò pie, qđ multipliciter intelligitur. Dicitur enim pie petere. Primò ille, qui petit ex habitu pietatis, seu religionis quæ est virtus qua quis ẽ Dei cultor. Et secũdo, qui petit pertinentia ad talem habitum, seu aliquid Deo gratũ. Et hos duos modos tangit artic. 16. ad 12. & similiter in 4. distinctio. 16. quæst. 4. artic. 7. q. 3. Et San. Tho. 22. quæst. 83. tertiò secundũm aliquos pie petitur quando nõ petitur aliquid conferens ad peccandũ. siue illud sit gratũ, siue non, iuxta illud Psal. Iniquitatẽ si aspexi in corde meo nõ exaudiet Deus. quia scilicet vt dicit Chrysosto. nescit iustitia Dei patrocinia dare criminibus. Quarta conditio est, ꝙ res petita sit necessaria, idest vtilis ad salutem[Vsque modo nõ petistis quicquam in nomine meo?] idest nomine meo inuocato.

Sed cõtra, quia Luc. 10. dicunt discipuli, Domine in nomine tuo ẽt dæmonia subijciuntur nobis. Expellebant aũt dæmones orando, ergo nomen Christi inuocabant. Ad hoc potest dici dupliciter. Vno modo ꝙ adhuc nihil petiuerant magnũ à patre ĩ nomine Christi. Sola enim spiritualia, & æterna sunt aliquid, non aũt temporalia respectu spiritualiũ, nisi ad illa ordinentur.

Et si obijciatur, quòd petiuerunt sibi ostendi patrẽ. Dico, ꝙ hoc non petiuerunt à patre, de quo hic est sermo, sed à Christo homine. Alio modo, vt dicãtur apostoli inuocasse nomen Christi, sicut nos inuocamus nomen Sancti Nicolai, aut alterius sãcti viri, non autẽ sicut nomen Dei æqualis Deo patri. Vñ & videtur, ꝙ mirarentur de tali subiectione dæmonũ, quòd nõ fecissẽt si Christũ filiũ Dei nouissent per naturã, & nõ solũ per excellentiam gratiæ[Petite, & accipietis, vt gaudiũ vestrũ sit plenũ] quòd dupliciter intelligitur. Vno modo, vt gaudij plenitudo sit quoddã consequens ad rẽ impetratã. Et sic loquitur Theo. dicens. Alacritas enim vestra tunc erit integerrima, cùm ad votũ vobis petita succedent. Hæc ille. Alio modo, vt sit ipsum gaudium id, quod petitur. De hoc Augustin. ait. Hoc plenũ gaudium no strum quo amplius nõ est, est frui Deo Trinitate, ad cuius imaginẽ facti sumus. Hæc ille[Hæc in prouerbijs locutus sum vobis] Prouerbium propriè est, quod cõmuniter est in ore hominum, vt dicit San. Tho. sicut illud, Adolescens iuxta viam suam &c. Sed quia talia aliquãdo obscura sunt, omne quod metaphoricè, vel parabolicè, vel obscurè dicitur appellatur ꝓuerbiũ. Vel secundum aliquos prouerbiũ propriè est dictum parabolicũ, sed ampliatur ad omne probatũ verbum, & obscurũ. Vnde S. Tho. modo loquitur vno modo, & modo alio, vt patet Io. 10. & Ioann. 16. Sic ergo secundũ Chrysost. ly hæc, demonstrat immediatè antedicta, quæ eis tũc erãt obscura, sed post resurrectionẽ per 40. dies apertè eis loquebatur, & clara erant quæ dicebantur. Ideo subditur[venit]idest in proximo est[hora] idest tẽpus resurrectionis [cùm iam non in prouerbijs]idest obscurè [loquar vobis, sed palã de patre meo]immo, & de meipso quomodo sũ patri æqualis[annunciabo vobis, In illo die]idest in illo tempore[in nomine meo petetis] quia .s. me verum Deum inuocabitis.

QVANTVM ad secundũ Christus docet, ꝙ valde eos pater diligat, dicens [Et non dico vobis]Aliqui textus habent nũc, sed sunt corrupti [quia ego rogabo patrẽ pro vobis] Chry. Tantũ assero meum patrẽ vobis fauere, ꝙ neque interuentu meo vlterius indigebitis. Hæc ille.

Sed contra, quia 1. Io. 2. dicitur, Aduocatũ habemus apud patrem, ergo pro nobis orat, quòd videtur esse contra prędicta. Ad hoc dicitur scd'm Aug. ꝙ ista Christus hic dicit, nõ quia non interpellet ꝓ nobis, sed quia nõ tãtũ est interpellans, sed exaudiẽs, quòd apostoli cognouerunt qñ eis de patre palam nunciauit, & non ante. Secundũ Chry. vero sic dicit, non quia non interpellet pro nobis, sed ad ostẽdendũ, ꝙ tanta esset apostolorũ apud patrẽ fiducia, ꝙ ad ipsũ immediatè recurrere possent sine Christo introducente, nec tñ superflua est interpellatio Chri, sed eorũ ꝑces facit exaudibiliores[Ipse.n. pater amat vos]Sed ne discipuli resiliant à magistro, quasi eo vlterius nõ indigẽtes, subiũgit[qa vos me amastis]Theop. Cũ itaqꝫ excideritis àb amore meo, cõfestim & à pa͂no decidetis. Hęc ille.

Sed cõtra 1. Ioã. 4. ipse prior dilexit nos, ergo nõ ideo pater amat qa nos amamus, sed econuerso. Et confirmatur, quia amare Christũ est bonum, ergo inest nobis à Deo. Ergo Deus vult nobis hoc bonum, quod

est

est amare Christũ. Ergo ideo Christũ amamus, quia Deus nos amat, idest vult nobis prædictum bonum. Vnde amor Dei est causa bonitatis in nobis, non econuerso. In nobis aũt bonitas rei amatæ est causa amoris, non econuerso, vt dicit S. Tho. 1. q. 20. Ad ista dico, ꝙ verum probant. Probatio vero quæ hic tangitur per ly quia, non est ꝑ causam, sed per signum, quia nos amare Christum, est signum, ꝙ nos amet Deus. Vel possumus dicere, ꝙ amor Dei, quo vult nobis bonum charitatis, est causa, ꝙ Christum amemus, & amor ad Christum est causa, ꝙ Deus nos amet volendo bonum gratiæ cõsummatæ. Causa inquam saltem sine qua non, quia sine charitate nulli vult Deus cõferre salutem.

QVANTVM ad tertium docet eos Christus, ꝙ sicut exiuerat à patre, ita & ad ipsum redibat. Ideo dicitur [Et credidistis quia à Deo exiui] quasi dicat. Eodẽ modo credere debetis, quia & ad ipsum redibo, cũ non merear ab eo separari ex hoc, ꝙ ei obediui. Sed quia Apostoli nõ intelligebant æternũ exitum filii à patre, sed temporalẽ tantũ, quia credebant eum à Deo missum tanquã filiũ Dei per excellentiam gratiæ: Ideo de hoc Christus instruit eos, dicens. [Exiui à patre] s. per æternam generationem, & personalem distinctionem. Est aũt aduertendum ex doctrina S. Tho. 1. parte, q. 27. quòd in diuinis est processio, siue exitus, quia scriptura hoc nomine vtitur in diuinis. Non autem est ibi per modum corporaliũ quasi sit localis motus, aut actio transiens in exteriora, cuiusmodi est fodere, vel arare. Quæ. n. attribuũtur Deo, qui est suꝑ omnia corporalia, & spiritualia, accipienda sunt secundum modum spiritualium, quæ ei sunt viciniora, in quibus est processio, secundũ operationes immanentes, quæ sunt intelligere, & velle. Cũ ergo omnis processio sit secundum aliquam actionem, sicut per actionem transeuntem fit processio ad extra, ita per immanentem ad intra, vt patet de intellectione, secundum quam procedit verbum, seu conceptus mentis, & de volitione secundum quam procedit amor. Et quia verbum, quod Deus intelligendo producit non potest esse accidẽs, oportet quod subsistat. Et quia in Deo non potest esse diuersitas secũdum essentiam, oportet quòd eãdem numero naturam, & deitatẽ habeat cum intelligente. Non. n. oportet procedẽs esse diuersum essentialiter ab eo, à quo ꝑcẽdit, sed sufficit, vt sit personaliter distinctum. Talis aũt processio, vt ibi probatur potest dici generatio. Sic ergo filius existẽs in patre per essentiæ identitatem, exit ab eo per generationem, & personalem distinctionẽ. Et exiens ab eo, est in eo, ita ꝙ semper exit, & semper est in eo [Et veni in mũdũ] per carnis assumptionem. Nã licet sicut docet S. Tho. 1 par. q. 8. Deus sit vbiq; per essentiam, inquantum in omnibus reb. operatur dans eis esse & per potentiã inquantũ omnia eius potentiæ subiiciũtur, & per præsentiam inquantũ omnia ita nouit sicut nos ea, quæ nobis præsentia sunt, tamẽ dr̃ ad aliquem locum venire inquantũ est ibi nouo modo, sicut dicitur ad cor peccatoris venire quando nouiter est in eo per gratiam [Iterum relinquo mundũ] quo ad carnis præsentiã, non quo ad modos illos, quibus vt Deus vbiq; est, neq; quo ad generalẽ mundi gubernationẽ, & sacramentũ altaris, & quo ad auxiliũ spirituale fideliũ, cum quib. erit vsq; ad consummationem seculi. Mat. vlt. [& vado ad patrem] per cœli ascẽsionem. Sed quomodo dicitur iuisse ad patrem, cũ pater vbique sit? Ad hoc dr̃, ꝙ tripliciter ibat ad patrem. Primò se ei offerendo in cruce. Secundò se ei præsentando in immortalitate. Tertiò ascẽdendo ad cœlum, in quo Deus, qui vbiq; est spiritualiter, dicitur esse per ostensionem suæ gloriæ, quia & in illa corpora pulchriora fecit, immo in cœlo empyreo corporalis gloria mundi inchoata est, & in eis se sanctis fructũ regulariter exhibet [Dicunt ei discipuli] qui apertius, quàm ante de patre intellexerunt [Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis] Hyla. 5. de Tri. Sciebant discipuli dominũ a Deo missum, exisse tamen à Deo nesciebant. Inenarrabilẽ vero illam filij natiuitatem per virtutem dicti istius intelligentes, tũc primũ cęperũt aduertere cùm illum viderunt sine prouerbiis esse locutum. Non enim per consuetudinem humani partus Deus ex Deo nascitur, cuius à Deo potius quàm partus est. Hæc ille [Nunc scimus quoniã omnia scis] quia scilicet, vt ait Chrys. ea quæ in eorum mentib. erãt dixerat [& non est opus] tibi [vt

[vt quis te interroget] ad hoc vt scias quid scire quis velit, & quæ sunt, quæ nos scandalizant, vt ait Chry. Est tamen opus scire volenti, vt interroget Christū, sicut dicit Augu. [In hoc credimus quia à Deo venisti] quia scilicet prævidere hominum cogitatus potes, vt dicit Aug.

Feria 4. in Rogationibus.

Textus Euang. Luc. c. 11.




QVis vestrum habebit amicū, & ibit ad illū media nocte, & dicit illi. Amice, cōmoda mihi tres panes, quoniā amicus meus venit de via ad me, & non habeo qđ ponā ante illum, & ille de intus respondens, dicat. Noli mihi molestus esse, iam ostiū clausum est, & pueri mei mecū sunt in cubili, ñ possū surgere, & dare tibi. Et ille si pseuerauerit pulsās, dico vobis etsi nō dabit illi surgés eo, quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamē eius surget, & dabit illi quotquot hēt necessarios. Et ego dico vobis. Petite, & dabitur vobis. Quærite, & inuenietis. Pulsate, & aperiet vobis. Oīs. n. q petit accepit, & qui quęrit inuenit, & pulsanti aperietur. Quis aūt ex vobis patrem petit panem, nūquid lapidē dabit illi? Aut piscē, nunquid pro pisce serpentē dabit illi? Aūt si petierit ouū, nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona data, dare filijs vestris, quāto magis pr̄ vester de cęlo dabit spiritū bonū petētibus se.

QVis vestrum habebit amicum &c.] Luc. 11. Pro intellectu huius Euāgelij sciendum est, q vt patet ex textu, hic q. dam ex discipulis Iesu cùm vidisset illū orātem. rogauit eum vt doceret quō orarent sui discipuli. Et ille dixit illis orationem dominicā, i. Pater noster. Deinde hortatus est, vt magnam confidentiam orando haberent in Deum, & ad perseueranter petēdū, & hoc sub quadam similitudine quæ in p̄senti Euāgelio tangitur, cùm dicitur [Quis vestrum habebit amicum &c.] Et sentētialiter intēdit dicere, q si aliquis habeat amicum à quo aliquid petat, quod ille semel aut bis neget, eo q sit sibi incommodū p̄stare quod petitur, tamē si frequenter, & ꝑseueranter petat, ille dabit omnino, aut ꝓpter amicitiam, aut ꝑp importunitatē. Et in hoc vult inferre, q multo magis Deus dabit nobis, qui præcibus nostris nō molestatur, sed delectatur, vnde Aug. de consen. Euan. Cōparatio est à minori. Si enim amicus homo surgit de lecto, & dat nō amicitia, sed tædio cōpulsus, quāto magis Deus dat qui sine tædio largissime donat, qđ petitur. Hæc ille. Posita autem similitudine Christus infert vt ab amico nostro, i. Deo patre nostro petamus, & quæramus ab eo obtinere, & pulsemus ad ianuā misericordię eius. Vnde per ista tria petere, quęrere, & pulsare significatur idem. Oīs enim qui petit accipit, i. si petit perseueranter, ad salutem, & pie, & pro se, vt habes à S. Th. 4. di. 15. Et intellige pie, i. cum pietate, siue latria, siue theosebia. quæ est virtus, qua Deus colitur corpore & mente suppoiа. Vic ergo petit, q. Deo subijcitur per humilitatē, & dolorem de peccatis suis, qbus Deo rebellauit. Vide in pcedenti Euangelio. Deinde Christus, q. dixerat Deū amicū nostrū, vult dicere fortius, scilicet q ipse est pater noster, & clementior quā pater carnalis, & cōsequēter cū maxima fiducia debemus ab eo petere. Dicit ergo [Quis ex vobis patrē] s. carnalem [petit panē, nunquid lapidē dabit] s. loco panis [illi] scilicet filio suo? quasi dicat minime [Si ergo vos hoīes cū sitis mali] i. cùm possitis peccare secūdū Chry. Vel secundum Bedā loquitur de patribus peccatoribus qui sunt mali. Vel secundum eundem mali sunt homines oēs, non simpliciter, sed respectu Dei, q. est essentialiter bonus. Vel possunt dici hoīes mali, ratione peccati originalis, & fomitis, i. malæ inclinationis [Nostis] idest consueuistis [bona data]

data[vobis à Deo]dare filijs vestris petẽtibus[quanto magis pater vester cœlestis]ꝗ non põt esse malus,& non est peccator & essentialiter misericors,& nullam hẽt malam inclinationẽ[de cœlo dabit spiritũ bonũ petentibus se]idest dabit seipsum, & cõsequenter omnia alia bona. Aug. de verbis Domini. Ergo auare quid quæris? aut si aliud petis, quid tibi sufficit cùm Deus non sufficit? Hæc ille.

In vigilia Ascensionis.

Textus euang. Ioan. c. 17.



VBLEVATIS oculis Iesus in cęlũ, dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuũ, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod &c.

SVBLEVATIS oculis Iesus &c. Ioan. 17. vide in Sabbato ante dominicam palmarum &c.

In die Ascensionis.

Textus euan. Mat. c. 16.



ECVMBENTIBVS vndecim discipulis apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatẽ illorum, & duritiam cordis, qa his, qui viderãt eũ resurrexisse non crediderãt. Et dixit eis. Eũtes in mũdũ vniuersũ, pdicate Euãgeliũ omni creaturę. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nõ crediderit, condẽnabitur. Signa aũt eos, ꝗ crediderint, hæc sequẽtur. In nomine meo dęmonia eiicient, linguis loquẽtur nouis, serpẽtes tollẽt, etsi mortiferũ quid biberint, nõ eis nocebit. Sup ęgros manus imponẽt, & bene habebunt. Et Dñs quidẽ Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cęlum, & sedet à dextris Dei, illi aũt profecti prædicauerunt vbique, Dño cooperãte, & sermonẽ confirmante, sequentibus signis.

RECVMBENTIBVS vndecim discipulis apparuit illis Iesus &c.]Mat. 16. In præsenti Euãgelio tãgũtur tria puncta ꝗ sunt, Redargutio, Impositio, & Assumptio.

QVANTVM ad primum tangitur increpatio, qua Christus de tarditate credendi discipulos increpauit. Sunt autem circa apparitionẽ de qua in præsenti Euangelio agitur, duo prænotanda, & primũ est de loco in quo facta est. Videtur enim, ꝙ facta sit in monte, in quo Christus in Galilæa discipulis apparuit, ꝗ fuit mons Thabor. Nam bea. Mat. videtur dicere ꝙ statim post apparitionem in dicto monte iusserit eos ire ad prædicãdum per totum mundũ, sicut & fecit hic post istam apparitionẽ ex quo sequi videtur, quòd eadẽ sit hæc, & illa apparitio. Confirmatur, quia Mag. hist. in eodem monte videtur dicere factã exprobrationẽ de qua hic dicitur. Ergo idẽ. Confirmatur iterum, quia aut fuit in monte, aut in Hierusalem in die ascensionis. Nõ secundum, quia iam discipuli non erant increduli probata resurrectione per multa argumenta, ergo idem quod prius.

Ad hoc autem dico, quòd fuit in Hierusalem, quòd patet ex Mag. histo. in princi. histo. de apostolorum actibus, & ex August. de cõsen. Euan. qui dicit quod fuit in die Paschæ in sero quãdo Cleophas, & socius regressi ex Emaus visa referebant, vel in die ascẽsionis, & vtroque modo fuit in Hierusalem. Ad primum contra hoc dico, quod Euangelistæ interdum aliqua media intermittunt, & dicunt extrema. Et sic bea. Mat. intermittit istam apparitionem, & tamen refert verba quæ tũc Christus di-

xit,& propterea videtur ea in monte dixisse,cum non ita sit. Vel forte melius dicitur quòd reuera istam missionē Christus fecit in monte. Sed hāc Marcus hic per recapitulationem narrat. Vnde & Magi.hist.semel tantum eā esse factam,& hoc in monte videtur asserere, licet increpationē factā bis commemoret. Ad secundum dico,ꝙ cùm non sit verisimile tantum virū in breui spatio sensisse cōtraria, existimauit Mag.hist. ꝙ Chrs bis discipulos de cordis increpasse duritia semel in die Ascensionis, vt dicit Mar. & semel in monte, qn̄, vt dicit Mat. quidam dubitauerunt. Satis enim probabile est,ꝙ sicut prius Thomam, ita & tunc alios incredulos sit hortatus ad fidem. Vnde,& prædictus Magister,& tunc Christum dicit discipulos increpasse.

Ad tertium dr̄ post secūdū,ꝙ est de tempore. Videtur enim,ꝙ facta fuerit ante diē Ascensionis. Primò, quia secundū Mat.videtur facta in mōte in Galilæa vt dictū est. Secundò,quia iam in die ascensionis discipuli non erant increduli,cùm tot argumētis resurrectio fuisset approbata, & consequēter,neque de incredulitate increpandi. Ad hoc dico, quòd fuit in die Ascensionis, vt patet ex Mag.hist.vbi supra,q. sic dicit. Ipsa vero die ascensionis bis apparuit, semel vndecim apostolis comedētibus in cęnaculo. Omnes quidē tam apostoli,quàm alij discipuli,necnon & mulieres habitabāt in illa parte Hierusalē, quæ dicitur mello, scilicet in mōte Syon, vbi constituerat sibi Dauid palatium,& ibi cœnaculum erat illud grande stratū,in quo p̄cepit sibi Dominus dari Pascha. Et in cœnaculo illo tunc habitabāt vndecim discipuli,cæteri aūt discipuli, & mulieres habitabāt circunquaq; p diuersa hospitia. Et dū comederēt vndecim in cœnaculo,apparuit eis Dominus,& exprobrauit incredulitatē eorū, & duritiā cordis. Hæc ille. Qui intendit,ꝙ eadē die secūdo apparuit in Monte olìueti ascensurus,cōcordat aūt cū magistro textus Marci dicentis. Nouissime recūbentibus &c. Et licet vt Augusti. dicit, possit dici nouissime nō simpliciter,sed in die Paschæ,quia scilicet hæc apparitio fuit vltima illius diei. tamen contra hoc est, quia tunc ibi non fuit Thomas, & tamen discipuli recumbentes hic dicuntur vndecim. Et licet ad hoc dicat Aug. quòd aut Thomas reuersus affuit, aut ipsa societas apostolorum hoc numero appellabatur,etiam si aliqui defuissent,tamē nō est verisimile eadē die ibi affuisse Thomā,quia Christus fecisset,quod fecit octaua die. Nec est verisimile,quod Marcus locuturus de ascensione nouissimam apparitionē dixerit eam,quæ fuit in die Paschæ, omissa ea, quæ fuit in die Ascensionis. Ad primum contra dictum est. Ad secundū vero dr̄,ꝙ increpauit incredulitatē non apostolorum,sed aliquorum existentiū cū eis.

Sed cōtra hoc videtur esse textus dicēs, quod recumbētibus vndecim apparuit eis, & exprobrauit incredulitatem eorum. Et ideo quod increpauit incredulitatem apostolorum,non præsentem,sed præteritam, & hoc conuenienter in signum, ꝙ gentes ad quas mittendi erant congruè forent increpādæ si apostolis resurrectionem Christi expeditis credere noluissent. Dicitur ergo[Recumbētibus vndecim discipulis]scilicet in die Ascēsionis, & in p̄dicto cœnaculo[apparuit illis Iesus] Et vt dicit Lu.Act. 1.cum eis vesci voluit, vt scilicet per effectū comestionis veritas patesceret carnis, vt dicit Grego. vel vt cōtristatis de suo abscessu,conuescendo ferret solatium[& exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis] Exprobrare est obiicere præteritam culpam,vel improprietatē obiicere. Credo tamen quòd Christus recessurus ab apostolis taliter eis exprobrauit ob amorem,potius quàm ad confusionē eos adduceret[Quia his,qui viderant eum surrexisse] idest postquam surrexerat, vt Magdalenæ, & Petro, & Cleophæ, & socio, quibus nō crediderunt in die Paschæ, vt idem Marcus dixerat,& tamen viderēt eum surrexisse, licet non resurgentem [non crediderant]quòd facere debuissent,cum hoc ille prædixissent.

In hac parte est documentū,quòd reprehēsibiles sunt,qui credere nolunt nisi visa, cùm velint, nolint sine fide viuere nō possint. Quæ enim temeritas est non velle credere his,qui vitam in testimonium eorum quæ dicebant,exposuerunt. Hiero. Si apostoli creduntur iocando passi, creduntur & iocando locuti. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tāgitur quomodo Christus apostolos misit ad p̄dicandum,

dicandum, cum dicitur.[Euntes in mundũ vniuersum]quasi dicat.Prius iussi,vt Iudęis tantum annunciaretis verbũ Dei,dicens,in viam gentium ne abieritis, sed nũc omnibus debetis annunciare regnum Dei, ideo [pdicate Euangeliũ omni creaturæ]Quidã rudes per Euangelium solum intelligũt dicta quatuor Euangelistarũ,quæ dicunt esse prædicanda, ex quo sequitur,ꝙ malũ sit prædicare epistolam.Oportet ergo ꝑ Euangelium intelligere omnem doctrinã fidei, quam annunciare populo missi sunt.Nã,& Paulus dicit se euãgelizare,qui docebat ꝑtinẽtia ad fidem,& mores,& ad hoc allegabat interdum etiam poetica, vt patet Act. 17.ubi allegat documentũ Arati poetæ dicẽtis,Genus Dei sumus.Nota uero [omni creaturæ].i.homini,secundum Greg.& Magi.hist.qui omnis creaturæ nomine significatur,eo ꝙ cũ omni creatura habeat aliq̃d cõmune,vt esse cum lapidibus,& aliis inanimatis,viuere cum plantis,sentire cũ brutis,intelligere cum angelis.Vnde & secundum Mag.hist. dicitur microcosmus,i.minor mũdus,quia scilicet in se quodammodo habet oẽs gradus vniuersi.Vel secundũ eũdem magistrum omni creaturæ,i.homini ꝓpter quẽ aliquomodo est omnis creatura.Vel omni creaturæ,i.& credẽti,& nõ credenti,secundum Theo. qui loquitur de credente in Deũ, nõ in Christũ. Vel scd'm eundẽ Greg.omni creaturæ,i. omni nationi hominum.Ante enim eis prohibitũ fuerat Gẽtilibus prædicare,sed nũc hoc ipsum eis mãdatur,vt & Iudæis, & Gentilibus pdicent.Et ista est omniũ optima expositio vt.s.homo simpliciter dicatur creatura, eo ꝙ nobilissima sit creaturarum visibilium, q̃ solæ à Deo expresse creatę leguntur,omnis vero creatura idẽ est, ꝙ omnis homo.

Sed contra,quasi omni creaturæ,i.omni homini habebat prædicare, prædicassent ẽt credentibus.Solutio,negatur primò cõsequẽtia,quia ista verba dicũtur populo fidei, cui iniungitur,vt aliis euãgelizet. Alii autẽ à fidelibus sunt infideles,vnde intelligendum est omni homini alio à societate vestra,in qua sunt viri,& fœminæ[Qui crediderit]fide propria, vel aliena secũdũ Bedã,quod ꝑꝑ paruulos dicitur,quibus aliena fides suffragatur,sicut & olim sub lege, & ante legẽ,vt diximus in die circũcisionis [& baptizatus fuerit,saluus erit]si fidem,& baptismũ malis operib.nõ impediat,scd'm Theo.Ista.n.dicuntur,quia fides,& baptismus quantum in se est, sufficiens causa salutis, quæ tñ impediri potest. Vnde si quis post baptismũ nõ ficte susceptum moriatur, nullo superaddito bono, vel malo,necessario saluatur,vt patet in pueris.Si tñ superaddatur mortale crimen,impeditur causa salutis[Qui vero nõ crediderit condẽnabitur]Non autem dicit, iudicabitur: quia tales nõ discutientur, sed quo ad hoc iam iudicati sunt.Nec tamen subditur, baptizatus fuerit,quin absq; actuali baptismo nõ possit homo saluari, q̃a vt dicit Mag.hist. & S.Tho.3.par.& 4.sententiarũ,sine actuali baptismo põt esse saluus si adsit baptismi volũtas, & desit baptizãdi facultas.Vñ quod dr̃ Ioã.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua,&Spiritusancto &c.secundum eosdẽ intelligitur habita facultate baptismi.

Sed contra textum arguitur,quia pueri baptizati non credunt.& tamen non condemnantur.Sed hæc dupliciter soluit Magister Historia. Primò, vt legatur, qui vero non crediderit,subaudiendo fide propria, vel aliena. Secundò, vt dicatur, ꝙ Christus de illis loquitur, quibus Euangelium erat prædicandũ, idest de adultis, in quibus ꝓpria fides exigitur ad salutem.Ex prædictis autem patet, quod verũ est apostolos Christi fuisse baptizatos etiã baptismo Christi, vt asserit Aug.& Beda. Et de Paulo quidã, quãdo & vbi baptizatus fuerit, scriptũ est, vt patet Act.9.sed nõ de aliis. Beata etiam Virgo fuit eadẽ ratione baptizata,secũdũ Alb. supermissus est [Signa autem eos,qui crediderint, hæc sequentur]

Sciendum est autem,quòd quidam videtes, quòd sequẽtia signa nõ fiunt ad literã ab omnibus baptizatis.& credẽtibus,exponunt illa spiritualiter, quasi omnino Christus de omni credẽte loquatur,sed iste sensus est rudis.Quia enim Deus miracula nõ facit sine causa,tunc fiebant ista signa quãdo erant necessaria, idest in fundatione, & cõfirmatione catholicę fidei.Est ergo fundata,& firmata,ista superflua sunt saltẽ i tãta frequentia, in quãta facta sunt à principio.Greg.in home.Nunq̃d q̃a ista non facimus,minime credimus ? Sed hęc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Vt.n.fides

cresceret credentium miraculis fuerat nutrienda, quia & nos cùm arbusta plantamus, tamdiu aquam infundimus quousq; in terra iam conualuisse videamus. At si semel radicem fixerint, à rigãdo cessamus. Hæc ille [In nomine meo] idest in virtute nominis mei[dęmonia eijciẽt] de obsessorum corporibus, vt patet de Paulo Actu. 16. [linguis loquentur nouis] vt patet de omnibus discipulis in Actibus apostolorũ [serpentes tollent]de locis vbi hominibus erũt infesti, vt de Martha patet apud Therasconem [Et si mortiferũ quid biberint] vt patet de Ioãne apostolo [nõ eis nocebit]

Super ęgros manus imponẽt, & bene habebunt]id est sanabuntur. Nam per solam sui corporis vmbram debiles sanabat Petrus, vt patet Act. 5. cap.

2 Est autem in hac parte morale documẽtum, ne viuam fidem occidamus, & cũ ea mortua moriamur. Greg. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, verum dicit, si fidẽ operibus teneat. Vera etenim fides est quæ hoc, quod verbis dicit, operibus non contradicit. Hæc ille.

QVANTVM ad tertium tangitur Christi assumptio, cum dicitur [Et dominus quidẽ Iesus postquam locutus est eis] Si teneamus istam apparitionem fuisse simpliciter nouissimã, & tunc fuisse dicta quæ in hoc Euangelio cõtinentur, sic secundũ Augustinum intelligendum est, pôstquam locutus est eis, quæ immediate relata sunt.

1 Si vero teneamus oppositum, intelligendum est, vt idẽ dicit de omnibus, quæ Christus cum eis inter resurrectionem & ascensionem locutus est[Assumptus est]nõ aliena, sed propria virtute. Tum ratione deitatis. Tum ratione glorificationis animæ, & corporis. Gloriosę enim animę obedit gloriosum corpus ad nutum, quo ad motum locale ratione agilitatis. Et ideo nubes suscipient illum, & angeli de quibus habetur Act. 1. non affuerunt Christo ascendenti in adiutorium, sed in signũ, quòd corporalis, & spiritualis natura ei subiecta sit [in cœlum] Reuera ascendit super oẽs cœlos in plurali, vt dicitur Ephes. 4. Sed tamen omnes cœlj à luna, & supra, aliquãdo vnum cœlũ singulariter appellantur ratione identitatis, non incontinuitate, sed incorruptibilitate. Cum enim astra non sic moueãtur in cœlo, vt aues in aere, quia cœlum scinderetur, & cõsequenter corrumperetur, sed sicut clauus infixus rotę mouetur in rota, necessarium est, quòd septem planetæ septem habeant cœlos adinuicem discontinuos. Si enim omnes septem planetæ, vel aliqui eorũ essent in vna rota, semper æque distarẽt ab inuicem, quod oculis cernimus falsum. Nam aliquando luna est in coniunctione, aliquando in oppositione ad solem, & idem patet de aliis.

Supra hos septẽ necesse est esse octauũ, quod tot syderibus ornatum cernimus quæ nullus septem planetarum obseruat semper eundem situm respectu huius cœli, ex quo necessario sequitur, quòd nullus eorum sit in eo fixus.

Supra octauũ rursus est necesse esse nonum, quia cùm octauum habeat plures motus, non potest esse primũ mobile vicinissimum scilicet substantiis immobilibus, sed tale, s. primum mobile oportet habere vnicum motum, vt à substãtiis nullo mõ mobilibus, id est angelis ad substantias multipliciter mobiles, i. corruptibiles fiat trãsitus per media ordinate. Immo secundum aliquos supra nonũ oportet esse decimũ, quia dicunt, ꝙ cũ in octauo videamus tres motus, scilicet diurnũ ab oriente in occidẽtẽ, & naturalẽ siue lõgitudinis in zodiaco ab occidente in orientẽ, & motũ accessus, & recessus siue trepidationis super capita arietis, & libræ nonæ sphæræ, necesse est, vt dicũt, ꝙ nonũ habeat duos motus, & decimũ vnicũ. Et licet forte non sit necesse supra octauum ponere duos motus, q̃a vnũ põt duos motus proprios hr̃e ab vno, vel duobus motoribus, tñ est probabile, & vr esse opin. S. Th. 3. q. 2. Et supra hos nouem, vel decem est Empyreum, quod nulla rõne physica potest inuestigari, sed authoritate aliquorũ sanctorũ tenetur, vtpote Strabi, Bedæ, & Basilii, sicut dicit S. Tho. 1. par. q. 66. Et hoc rationabiliter, vt sicut oẽs cœli moti deseruiunt generationi rerum, ita sit vnum quiescens, quod immobilibus spiritibus & incorruptibilibus creaturis in contemplãdo, & congruentia, & nõ ex necessitate deseruiat. Ad hoc ergo cœlum Christus assumptus est, i. ad vltimũ siue sit Empyreum, siue aliud.

Est autem sciendum ex doctrina S.Th. 1.par.q.57.& alibi, ꝙ conueniẽs fuit Christum ascendere ab isto loco mundi qui est generationis,& corruptionis, & consequẽter improportionatus tali locato. Et talis ascensio ꝑtinet ad bene esse glorię eius. Vñ vt ibi dicit, de hoc Christus gauisus est,& non nouiter,sed nouo modo, scilicet de re impleta. Et hoc ipsum nobis est vtilius q̃ illum nobis esse præsentẽ,vt augeatur fides quæ est de non visis,& spes perueniendi ad cœlum,& amor vel charitas circa cœlestia. Et si ly sc̃d'm importet conditionẽ ascẽdẽdentis,non ascendit sc̃d'm deitatem vt dicit. Tum quia ipsa est altissima, tum quia immobilis,tum quia non est in loco,sed secundũ humanitatem,vt patet. Sed si dicat ly secundum,ascensionis causam, ascendit secundum deitatẽ,vt patet. Ascendit autẽ propria virtute vt idẽ dicit,nõ q̃ esset cãta ex principiis humanæ naturæ, sed virtute deitatis gloriæ,vt dictũ est. Nec tñ ĩ instãti ascendit,quia vt idẽ dicit licet infinita sit virtus deitatis ad mouẽdũ,tñ humanũ corpus non potest infinitè illum effectum suscipere,cũ spatio cõmensuretur. Immo vt dicit idẽ in 3.di. 22. ille motus fuit tempore perceptibili, licet esse potuerit in tempore imperceptibili Vtrum autem fuerit naturalis, dicit ibi ꝙ sic, quia non habuit corpus eius inclinationem ad oppositũ motũ eũ, virtute gloriæ totaliter animæ subijcere tur. Et isto modo cęlum naturaliter mouetur,quod tamen in se non habet sui motus actiuum principium. Si tamen in corpore animato sit inclinatio ad oppositum, motus eius non est ei naturalis,inquantũ corpus est,sed inquãtum animatum est. Et intelligo in corpore Christi nõ fuisse inclinationẽ ad oppositum actualem,sed habitualem tãtum,& remotam,ita ꝙ si fuisset sublata ab eo gloria cecidisset. Ascendit aurẽ super omnes cœlos, non quia sit extra cœlos, quamuis ibi esse possit. vt idem dicit quodlibet 6.q.2. Sed quia est ĩ extrema parte extremi cœli, ita quòd nulla pars eius notabilis est supra caput eius. Ascendit ẽt super omnes spiritus, quia omnibus dignior est.

Sed contra,quia quilibet spiritus quodlibet corpore est dignior,ergo nullus est locus supra oẽs spiritus, aut ille est vacuus. Ad hoc dicitur secundum eundem, ꝙ licet spiritus sit nobilior loco, non tamen inferior spiritus est in supremo loco, sicut neque quilibet spiritus est supra quemlibet locum,& hoc est,vt superiora loca superioribus spiritib. debeantur,& supremus Christo. Negatur ergo consequentia. Est autem vt dicit, ista ascensio Christi causa nostræ salutis ex parte nostra, inquantũ in ipsum ꝑ virtutes theologicas mouemur, vt dictũ est,& ex parte sua. Primò,quia parauit nobis viam. Secundò, quia ascendit ad interpellãdum pro nobis Tertiò quia inde mittit hominibus cęlestia dona. Vtrum autem aliquãdo postmodum de cœlo descẽderit? dicendum est,ꝙ sic. Vnde illum Paulus corporaliter vidit Actuum 9. Et ne hoc credatur secũdũ aliquã apparentiam,& nõ realiter factum. Ex hoc ipse.1.Corin.15. ꝓbat illum vere surrexisse,di. Nouissime omniũ tanquã abortiuo visus est etiam mihi. Hæc omnia ex S.Tho. De modo aũt quo Christus ascendit hic tacetur. Sed dicitur act.1. & Luc.vlt.ex quibus locis habetur, ꝙ eduxit eos de Hierusalem ad Montẽ oliueti, & inde videntibus omnibus Christianis habitantibus in Hierusalẽ saltem viris,& fœminis,eleuatus ẽ,& ascẽdit[Et sedet à dextris Dei]Ad horum autem notitiam sciendum est ex doctrina S.Thomæ 3 par.q.58. ꝙ sedens dicitur quiescens,habitans,& regnans,& iudicans. Sed ly à,importat conuenientiam cum distinctione. Dextera aũt tribus modis sumitur. Vno modo secũdũ Damascenum pro gloria deitatis. Alio modo secũdum Aug. pro beatitudine Dei patris,quæ duo(licet S.Th.nõ dicat)sunt realiter idem. Tertiò modo secundum Augu. est regia,& iudiciaria potestas. Christus ergo conuenit sedere à dextris Dei, quia in eius gloria, vel beatitudine quiescit, & est iudex patri conregnans. Nec tamẽ sequitur,ꝙ Deus sit in sinistra Christi quia non loquimur secũdum modum corporalium. Vnde vt dicit Augu.ibi. Omnis est dextra, q̃a nulla ibi est miseria. Sedere aũt à dextris Dei conuenit Christo inquantum est Deus,ita tñ ꝙ ly dextera nõ dicat gradum dignitatis,sed personalem distinctionẽ originis. Simul enim filius hẽt cum patre gloriam deitatis,& beatitudinẽ, & omnẽ potestatem immutabiliter. Et licet dextra ap

de erimus? Ne igitur hoc cogitātes turbē tur, consolationē eis inducit. Hæc ille. Dicit ergo [Cum venerit paracletus] id est conso lator. Est enim amor Dei; & ad hominē ve nit per gratiam, & Dei amorem, ideo facit despicere terrena, & amare cœlestia; & con sequenter non sentitur tribulatio pro ter renis, sed gaudium de cœlestibus, vnde se quitur magna consolatio [quem ego mit tam vobis à patre.]

Ad intellectum autem istorum sciendū est ex doctrina S. Th. 1. par. q. 44. ꝙ diuinis personis conuenit missio, quia de ratione missionis non sunt nisi duo, scilicet habitu do ad mittētem, quæ in diuinis est per ori ginem; & habitudo est terminū missionis, in quo oportet missum esse nouiter, vel no uo modo. Aliquæ autē diuinæ personæ, vt Filius, & Spiritussanctus sunt ab alio, & no uiter possunt esse in creatura ꝑ nouū effe ctum, ideo mitti possunt. Nō aūt Pater, q̄a nō est ab alio, dat tamen se pater creaturę, nō scd̄m ꝙ dare importat authoritatē dā tis super datū, sed secundū ꝙ importat li berā cōmunicationē ad fruēdū. Vtrūq; aūt tam missio, q̄ datio est per gratiā grati fa cientē, q̄a nullus alius effectus pōt horū es se ratio. Sicut aūt filius visibiliter in carne missus est, ita cōuenit ei inuisibiliter mitti, quia conuenit ei esse ab alio, & nouo mō esse in creatura per gratiam. Per gratiā. n. tota Trinitas inhabitat in nos. Et ista mis sio filij attēditur secundū dona quæ ad in tellectū pertinent, quæ filio attribuuntur secūdū propriā rationē, puta sapiētiæ, aut sciētiæ; licet attribuātur Spiritusancto in quantū sunt dona, quia ipse est primū do nū. Nō tamen per omnia talis mittitur fi lius, sed solum per illa quæ ita perficiūt in tellectū, vt homo prorumpat in amorē, q̄a filius est verbum spirans amorem. Iō nun quam est missio filij sine missione Spiritus sancti, & ecōuerso. Et nota, ꝙ missio Filij, & Spiritussancti quo ad gratiā gratum faciē tem non distinguuntur, sed quantū ad ori gines, & quantum ad effectus gratiæ. Licet autem solum duo mittātur, tamen autem oēs mittunt. Vnde pater mittit filium quo ad duo, quæ sunt de ratione missionis; & fi lius, & pr̄ Spiritumsanctū. Sed Spiritussan ctus mittit filiū, & filius seipsū. & Spiritus sanctus seipsum solum quo ad secundum tm̄. i. effectum gratiæ non quo ad originē. Ideo dicitur Spiritussanctus venire, & tñ dicitur filius eum se missurum. Hæc oīa ha bentur à S. Tho. vbi supra & 1. dist. 15. & 16. [spiritum veritatis] idest spiritum filii, qui est veritas. Vel spiritum docentem om nem veritatem [qui à patre procedit] Ex hoc autē, ꝙ hic dicitur Spiritumsanctum ꝑcedere à patre, & nō à filio arguunt græ ci, ꝙ à filio non ꝑcedat. Sed hoc est condē natum ꝑ ecclesiā, vt patet ex symbolo, in quo dicitur. Qui ex patre filioque ꝑcedit. Et huius ratio est, q̄a Spiritussanctus reali ter distinguitur à filio secūdum fidē catho licam. & nō per materiam, ergo per formā oppositam formæ. Formæ enim nō oppo sitæ vt album, & dulce; nō distinguunt sup posita. Nō autē pōt ibi esse oppositio nisi relatiua, neque realis relatio nisi originis, qua vnus est ab alio. Per hoc ergo distin guunt, q̄a vnus eorū est ab alio. Cōtra istos etiā græcos sunt eorum doctores. vt Atha na. in symbolo, & Dydimus in lib. de Spiri tusancto, & Chry. Si autē rō græcorum va leret, eodem mō sequitur, ꝙ pater nō mit tat Spiritūsanctū, q̄a hic dicit Filius, [quē ego mittā, & non dicit, quē ego & pr̄ mit temus [ille testimonium ꝑhibebit de me] Et hoc dupliciter. Vno modo docēdo vos, & dando loquēdi fiduciā, & efficaciā. Alio mō inspirādo, & emolliendo audientium corda [Et vos testimonium perhibebitis] tā quā eius instrumēta [q̄a ab initio] ex quo cœpi prædicare, & docere [mecum estis] & consequenter estis idonei testes, quia de vi su testimonium poteritis reddere. Est au tem in hac parte morale documentum, ꝙ qui vult viuere consolatus hic, & in futu ro, quærat in se Spiritumsanctum possidē re, vnde ait Didymus. Spiritumsanctum ve nientem dominus consolatorem dicit ab operatione ei nomen imponens: quia non solum quos se dignos repetit ab om ni turbatione reddit alienos, verum incre dibile quoddā gaudium eis tribuit. Sēpiter na quippe lætitia in eorum corpore versat quorum spiritus habitator est. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum tangit Chrs asfuturas discipulis iniquorum ꝑse cutionis cùm dicit [Hæc locutus sum uo bis] de odio mei, qđ est exēplū, & de aduē tu Spiritussancti, ꝙ est firmamētum anteq̄


eueniāt vobis ꝑsecutiones [vt] confortati per expectationē Spiritusſancti [nō ſcandalizemini].i.non ruatis negādo me, vel pet dendo fidē meā. Scandalon.n. Græcè, latinè dr̄ impactio, vel ruina. Vnde ſcandalū eſt, & ipſe caſus, & res, ad quā q̄s impingēs cadit. Sed cōtra, ſi Chriſtus iſta dicebat, vt nō ſcandalizarētur, & tñ oēs fuerunt illa nocte ſcādalizati, vr ꝙ Chriſti voluntas impleta non fuerit. Ad hoc dico, ꝙ non magis hoc incōuenit, q̄ ꝙ Iudæi non fuerint Chriſto ꝑdicante cōuerſi, ad quos cōuertendos ꝑdicabat. Iſta.n. Chriſti volūtas nō erat beneplaciti, ſed ſigni, q̄ non ſemper implet. De hoc vide S.Tho.1.diſt.47 & 1.q.19 & 2.contra c.91. [Abſq; ſynagogis facient vos].i.excōmunicabunt extra ſynagogas, ſcd'm Chry. Sed ꝙ malum erat apoſtolis excommunicari à Iudæis? Ad hoc dicit Aug. ꝙ in hoc ipſo ſignificatur quoddā triſte Apoſtolis.ſ. ꝙ Iudæi non ſuſciperēt Chriſtū, aut fidem Chriſti, q̄uis ēt dici poſſit, ꝙ graue erat apoſtolis de ſynagoga expelli q̄n adhuc non erāt Eccleſiæ. Et ſupple non ſolū vos excōmunicabunt [ſed venit hora].i. in proximo eſt [vt oīs qui interficit vos, arbitretur obſequium].i.rem gratam [ſe præſtare].i. exhibere [Deo] Ex quo patet, ꝙ de Iudæis loq̄tur, vt dicit Auguſt quia non dicit Dn̄s, ſed Deo. Sed cōtra, q̄a Iudæorū principes ex inuidia, & nō ex ignorantia tradiderunt Dominū, quē nouerant eſſe hæredem Dei, & Chriſtum eius, vt ex dictis patet. Non ergo credebāt ſe bene facere apoſtolos eius inſequēdo. Ad hoc poteſt dupliciter dici. Vno modo, ꝙ apoſtoli habebant ferè totum Iudaicū populum ſibi inimicum, & mortalē hoſtem. Et populares quidem ex ignorātia inſequebantur Apoſtolos, credentes ꝙ oēs qui ad Chriſtum conuerterentur relinquerent Deū Iſrael. pauciſſimi aūt iſtā perſecutione ſciebāt eſſe iniuſtā. Vnde & Paulus doctus in lege ignorāter ſęuiebat in Chriſtianos vt ipſe de ſe teſtatur. 1.Timo.1. Eſt ergo modus loquendi, vt dicatur omnes cū pauci deſint, ſicut & principes dicebant, ꝙ totus mundus poſt illum abiit. Ioan.12. & apoſtolus ad Phil. 2. Omnes (inquit) q̄ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Alio modo, vt dicatur dn̄s loqui non de principibus mandantib. apoſtolos flagellari, vel occidi, ſed de miniſtris hoc exequentibus. Et redit in idē. Eſt aūt in hac parte morale documentum, ꝙ prælati facientes ſententias excommunicationis iniuſtas ex furore, quia odio mouentur, vel ex cauſa ſunt Iudæis ſimiles, qui ex odio excōmunicabant credentes in Chriſtum.

QVANTVM ad tertium aſſignatur cauſa tribulationū futurarū Apoſtolis, & in hoc ipſo habent aliqualē conſolationis cauſam. Dicit ergo [Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrē, neq; me] Chryſ. Quaſi dicat. Sufficit vobis in conſolationē ꝑ me, & patrem hæc pati. Hæc ille. Sed quomodo dicitur, ꝙ non nouerunt patrē, cū notus eſſet in Iudæa Deus? Ad hoc dico, ꝙ nouerant illum in generali, inquantum Deus erat; ſed non inquantum erat pater habens filium naturalem, qui eis prædicabar. Si.n. cognouiſſent, nunquam dominū gloriæ crucifixiſſent. 1.Cor.2. [Sed hæc locutus ſum vobis, vt cùm venerit hora eorū reminiſcamini, quia ego dixi vobis] & conſequenter in ea fide perſiſtatis.

Eſt aūt in hac parte morale documētū, vt qui propter Deum patitur, aut fatigat, ſi vult conſolari cogitet illum pro quo patitur, vnde Grego. ait in 2. mora. Cū in hac uita ea, quæ nolumus patimur, neceſſe eſt, vt ad eum, qui iniuſtum velle nō poteſt ſtudia noſtræ voluntatis inclinemus. Magna quippe eſt conſolatio in eo, quod diſplicet, ꝙ illo ordinante erga nos agitur, cui nō niſi iuſtum placet. Hæc ille.

In vigilia Penthecoſtes.

Textus Euang. Ioan. c. 14.




SI diligitis me, mādata mea ſeruate. Et ego rogabo patrē, & aliū paracletū dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternū, ſpiritum veritatis, quē mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autē cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis

vobis erit. Non relinquã vos orphanos, veniã ad vos. Adhuc modicũ, & mundus iã me nõ videt. Vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, q̃a ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

SI diligitis me, mãdata mea seruate &c.] Io. 14. Presens Euangeliũ ex se patet, paucis exceptis, q̃ exponentur. Dr̃ ergo [Si diligitis me, mandata mea seruate] .i. seruabitis. Hoc.n. est effectus, & signũ dilectionis, amici voluntatẽ complere [Et ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletum dabit vobis] .i. aliũ cõsolatorẽ, & alium aduocatũ. Nã paracletus interpretatur cõsolator, & aduocatus, & Christus fuit cõsolator apostolorũ, & ẽt aduocatus, inquantũ homo orans p̃ eis, & inquantum Deus non orando, sed faciẽdo vt orarent ipsi. Similiter & sanctus Spiritus fuit eorũ consolator, q̃a cùm sit amor accẽdit eos amore Dei, & cõsequẽter sentiebãt maximã dulcedinẽ de cœlestibus ex quo sequebatur, q̃ minus sentirẽt aduersa mũdi. Fuit ẽt aduocatus, nõ orãdo, sed prouocando apostolos ad orandum [Vt maneat vobiscũ in æternũ] Et in hoc scd̃m Chry. innuit, q̃ Spiritussanctus nõ erat moriturus sicut Christus, q̃ eos p̃ mortẽ deseruit corporaliter. Manet autẽ Spũssanctus in æternum nobiscum, nisi eũ per peccatũ repellamus [Spiritum veritatis quẽ mundus] .i. homines mundani [nõ põt accipere] nisi conuertatur. Greg. 5. mor. Spiritussanctus oẽm quẽ repleuerit, ad desiderãdum inuisibilia accẽdit. Et q̃m mundana corda solum uisibilia diligunt, hunc mundus nõ accipit, q̃a ad diligẽda inuisibilia non assurgit. Seculares.n. mentes quanto se foras per desideria dilatãt, tãto ad receptionẽ illum sinum cordis angustãt. Hæc ille. [Quia non videt eum] purè, & indubitatè fidei oculo [nec scit eum] p̃ experiẽtiã suauitatis eius [Vos autẽ cognoscetis eum] .i. per experimentũ consolationis eius, quo modo mundani eũ cognoscere nequeunt [q̃a apud vos manebit, & in vobis erit] & cõsequẽter ad p̃sentiã suã influet vobis fidẽ, & amorẽ, vt videatis, & sciatis eũ [Nõ relinquã vos orphanos, veniã ad vos. Adhuc modicum, & mũdus me iã nõ videt] .i. non videbit. Et loq̃tur scd̃m Theo. de t̃pe resurrectionis in quo soli apostoli illum viderunt. Vel scd̃m Chry. loquitur de t̃pe futuræ fœlicitatis. Vtroq; autẽ t̃pe, s. resurrectionis, & fœlicitatis apostoli habuerunt vitã. s. lẽtã, & consolatã. Et ideo subditur [Vos autẽ videtis me, q̃a ego uiuo] .i. sum vita per essentiam, & cõsequenter do vobis vitã participatã, qua modo viuitis per gratiã, qua ẽt [& vos viuetis] in futura resurrectione mea p̃ fidẽ reparatam, & in futura resurrectione vestra p̃ gratiam cõsummatam [in illo die] .s. resurrectionis, vel gloriæ [vos cognoscetis] p̃ apertionem sensus ad intelligẽtiam scripturarum, quo ad diẽ resurrectionis, vel per visionem deitatis, quo ad aliam diem [quia ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis] supple sũ, vel ero, licet alio, & alio modo [Qui habet mãdata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum] Ergo manifestatio .i. visio finis est, & præmium amoris.

In die Penthecostes.

Textus euang. Ioan. c. 14.



SI quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mansionem apud eũ faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat, & sermonem quẽ audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sũ vobis apud vos manens. Paracletus aũt Spiritussanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit om-

trāda peccata redeūt,ac si hæc minimè plā xissent.Qui ergo Deū vere diligit,& ad eū dominus venit,& mansionē facit, & sic eū diuinitatis amor penetrat,vt ab hoc amore tētationis tempore non recedat.Ille autē vere amat, cuius mētē delectatio parua ex consensu non superat. Hæc ille. Idē quoq; ibidem. Tāto autē quisque à superno amore disiungitur,quanto inferius delectatur. Vñ subditur[qui nō diligit me, sermones meos non seruat]& consequenter ad eū diuinæ personæ nō veniunt per effectus gratiæ suæ.Chry.Vel aliter intelligēdū est hoc totum.Existimauit enim Iudas sicut mortuos videmus in somno,ita & se eū esse visuros.Vnde quærit.Quid est,quod debes te nobis manifestare non mundo ? Ve nobis quoniā morieris , & vt mortuus nobis debes assistere.Ne igitur hoc suspicetur.dicit [ad eū veniemus] q d.sicut pater manifestat seipsum, ita & ego [& mansionē apud eum faciemus]quod somniorum non est. Hæc ille.Ne aūt aliquos credat ꝙ Christus suum sermonem haberet à se , subdit[Et sermonē,quē audistis nō e st meus]idest nō inest mihi à me.Et est similis modus loquēdi,vt cùm dicit Vergi.Vrbem quam statuo vestra est[sed eius qui misit me patris].i.illum à patre meo nascendo accepi. Ex quo & sequitur,ꝙ qui talem sermonē non seruat,patrem non diligit.

Est autem sciendū,ꝙ per sermonē Christi quatuor possumus intelligere.Primò ipsa verba quę ex ore eius resonabant.Secundò ipsam imaginationē verborum. Tertiò ipsos mentales cōceptus intellectus possibilis eius,qui dicuntur verba mētis,seu cordis. Secundum enim hæc tria in quolibet homine est triplex verborum, vt docet S. Th.i.q.34.& Quarto ipsum verbū diuinum secūdm qđ filius Dei est, ipsam eius substantiam diuinā.Tria prima conueniunt Christo inquantum homo & in sunt ei à se immediatè,& a Deo principaliter,q a si Deus est causa omnis creatæ causæ, est & causa omnis creati effectus . Secundum autem non est à Christo,sed est Christus , & est à patre.

In hac parte est literale documentū ,de quo Gre.in homel.ait.Sed ecce si vnusquisque vestrum requiratur an diligat Deū tota fiducia,& secura mente respondet, diligo.In ipso autē lectionis exordio audistis quid veritas dixit. Si quis diligit me sermonē meum seruabit. Probatio ergo dilectionis,est exhibitio operis. Hinc ī epistola sua idem Ioannes, ait. Qui dicit , quia diligo Deum,& mandata eius non custodit,mendax est . Verè enim diligimus si mandata eius seruamus.Nunquā est amor Dei ociosus,operatur.n.magna si est, si autē operari tenuit, amor non est.Et infra. De dilectione cōditoris lingua,mens,& vita requiratur.Hæc ille.

Moraliter autem sciendum est ꝙ serui Dei in hac vita tria potissimè desiderant, quæ Christus in hac prima parte Euāgelij promittit. Primū quidē est Dei amor, quē ꝓmittit cū spōdet Spiritūsanctum se missurū,q̄ sc̄dm Grego.amor est,ſ patris in filium,& econuerso si tñ suscipiamus à Christo mittendum,necessaria est primo cordis purificatio.Gre.Certè si domū vestrā quisquam diues,aut præpotens amicus intraret omni festināntia domus tota mundaretur, nequid forte esset,qđ oculos amici intrantis offenderet.Tergat igiť sordes parui operis qui Deo præparat domum mentis.Hęc ille.Et hoc quantum colligitur ex scriptura quo ad tria peccata præcipuè.Primo duplicitatis. Sap.1.Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Secundò carnalitatis,ideo subditur,& aufert se à cogitationibus quę sunt sine intellectu.Tertiò elationis. ideo subditur, & corripietur, i.expelletᷓ superueniente iniquitate,i.inæqualitate. Nullus autem est inæqualis magis superbo qui nō vult pati. Secundò necessaria est profunda humiliatio, quia libēter spiritus sicut & homo vadit ad hospitium,in quo honorādus est.Eccle.3.Magna potentia Dei solus, & ab humilib.honoratur. Psal.Qui emittitis fontes in cōuallibus.Ge.1.Spiritus Domini ferebatur sup aquas,i. sup corde dulci , & mansueto.Et cōtra spiritus malignos requiescet sup terrā,i.terrenos,datā sibi ad mãducandū,& incorporandum.Gen 3.Terrā comedes.Et super aerē,i.superbos,datū sibi ad habitandum.Eph.3. Principem aeris huius.Et super ignem gehennæ, datum sibi ad combustionē.Mar.25 Discedite &c. Et super ignem concupiscentię,datum sibi ad succedendum. Oseæ 7.Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente.

te. Tertiò necessaria est tranquillitas mentis. Esa. 66. secundum aliam translationē. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilē, & quietum? Secundū desideratū, est amoris conseruatio, quā spopōdit ibi, & mansionē &c. Conseruatur aūt ignis Spiritussancti sicut & materialis per tria, s. super positionem cineris, i. memoriā mortis, & per lignorū appositionem, i. bonorum operum continuationem, & per sufflationē. Sed tres sunt sufflatores, s. ipse homo feruentia desideria cōcipiendo. Ecclesiastici 28. Si sufflaueris quasi ignis exardebit. Et Christus hunc ignē spirans, ipsum magis inflammando. Io. 20. Insufflauit, & dixit accipite Spiritumsanctū. Et diabolus q. exsufflādo extinguit. Esa. 58. Ecce ego creaui fabrū sufflantē in igne prunas. Sed extinguendo illum, accendit concupiscentiam. Tertiū desideratum est per aliquem modū scire se esse in amore Dei, & huius Christus dat signū ibi. Si quis diligit me, sermonem, &c. Sūt autem super hoc signum tria alia, s. abundantia lachrymarum, remissio iniuriarum, & desiderium supernorum. In cuius signū Spiritussāctus in triplici signo visibili apparuit, s. super Christum transfiguratū in specie nubis habentis gutta humoris, & super ipsum baptizatū in specie columbæ felle carentis, & super collegiū apostolicum in specie ignis, qui semper tēdit rursum.

QVANTVM ad secundum Christus tetigit modū quo eis debebat manifestari quo ad fidem perfectam, & plenā notitiā diuinorū cùm subditur [Hæc locutus sum vobis apud vos manens, scilicet secūdm p̄sentiam corporalem, quasi diceret. Modo nō potestis propter indispositionē vestram illam plenā notitiam capere, vnde expedit vobis, vt vadam à vobis corporaliter, vt cū patre, & Spiritusancto veniā spiritualiter, Aug. Alia est illa mensio quā promisit futuram, alia vero hæc quam præsentem esse testatur. Illa spiritualis est, atque intrinsecus mētibus redditur, hæc corporalis forinsecus oculis, atque auribus exhibetur. Hæc ille [Paracletus autē Spiritussanctus] Nota ꝙ paracletus, idē est quod aduocatus, vel consolator, & hic pro consolatore ponit, q.a Christus tristibus loquebatur [quē mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia] necessaria ad salutē pro vobis, & p docendis à vobis [& suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.]

Est autē hic multiplex dubitatio. Et prima est. Quænam persona diuina sit ista de qua est hic sermo, nam quęlibet potest dici Spiritussanctus. Ad hoc di. ꝙ secūdm Didymum, & omnes sanctos, ista persona neque est pater, neque filius. Et hoc pater quia à patre mittitur, & in nomine filij mittitur. Est tamen aduertēdum ex doctrina S. Tho. 1. parte. q 36. ꝙ Spiritussanctus sumi pōt in vi duarum dictionū, & isto modo procedit argumentum factum, ꝙ quælibet diuina p̄sona dicitur Spiritussanctus, quia q.libet eorum est spiritus, & nō corpus, & sanctus & non malus. Sumitur etiam in vi vnius dictionis, sicut & hoc ipsum, quod dico Ioānes. Petrus, & sic ex accommodatione vsus diuinæ scripturæ est nomen tertię personę per modum amoris procedentis. Processio enim amoris, & relationes ad eam pertinētes, & persona sic procedēs, propter ignorātiam nostrā solum ex accōmodatione habent propria nomina. Rationabiliter autē sic nominatur ista persona, vt dicit. Primò quia pater, & filius communiter sunt spiritus, & sunt sancti. Vnde dicit Aug. 15. de Tri. Primò cōiter. Secundo quia spiritus quod impulsionē, & motū dicit, amori cōpetit compellenti in amatū. Hæc oīa dicit S. Tho. Secunda dubitatio est, cur dicatur paracletus, idest aduocatus vel consolator, cùm primū etiam filius conueniat, de quo. 1. Io. 2. dicitur. Aduocatum habemus apud patrem. Secundo vero conueniat patri, de quo 2. Corin. 1. dicitur. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Ad hoc dico, ꝙ omnis effectus Dei in creatura, siue ad extra, cōmunis est omnibus diuinis personis, iuxta regulam theologicam, quæ est, quod indiuisa sunt opera Trinitatis, scilicet ad extra. Aliquis tamen effectus alicui p̄sonæ appropriatur. Sicut enim patri appropriatur potentia, filio sapientia, Spirituisancto bonitas, ita & appropriantur eis operationes, in quibus ista præcipuè appaēt, iuxta doctrinam S. Tho. in 3. di. 4.

Ad argumentū ergo dico, quòd esse cōsolatorem quòd omnibus cōmune est dicitur de Spiritusancto. Primò quia quòd conuenit omnibus, conuenit et singulis, & specialiter

cialiter de illo dicitur qui tunc visibiliter mittendus erat. Secundo quia bonitas consolantis & benignitas in cōsolando magis q̃ eius sapientia, aut potētia manifestari videtur, ideo esse cōsolatorē appropriatur ei cui bonitas. Esse autem aduocatū orādo competit solum Christo vt homo est, sed orare faciendo competit Spiritusancto. Idcirco enim vt dicit Gregor. Spiritussanctus aduocatus dr̃, quia pro errore delinquētiū apud iustitiam patris interuenit, dum eos quos repleuerit exorantes facit. Hæc ille. Competit etiam alijs cū sit opus ad extra.

Ad argumentum autem contra hoc dico, ꝙ Christus Spiritumsanctū dicit paracletum nō principaliter ratione aduocationis, sed ratione aduocantis, quia merentib. loquebatur. Chry. Continuè autem eum paracletum vocat propter cōtinentes eos tribulationes. Hæc ille. Dico secundo ꝙ cùm homo potissimum ex amore potius, q̃ ex potentia vel sapientia ꝓuocetur ad orationem fortè ꝙ orare ꝓ nos appropriatur Spirituisancto de quo dicit Apostolus Ro. 8. ꝙ postulat, idest nos postulare facit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Tertia dubitatio est, Vtrum cùm dicitur Spiritussanctus mitti à patre in nomine filij, Spiritussanctus debeat dici, & nominari filius? Ad hoc dico primò, ꝙ sic ideo dr̃ q̃a Spiritussanctus debeatur fidelib. visibiliter aliqñ ad inuocationē nominis Christi. Licet.n. propria forma baptismi sit in noīe totius Trinitatis, tñ ex speciali cā. & consilio Spiritussancti Apostoli aliquo tēpore baptizauerunt in nomine Christi ad reddēdū nomen Christi amabile, vt patet Act. 19. & per S. Tho. 3. parte q̃ō. 66. Dico secundo melius, & sc̄d̄m mentē Didymi, lib. de Spiritusancto, ꝙ sicut filius dicit se venisse in nomine patris sui Io. 7. nō quia esset pater sed erat filius patris eiusdē essentiæ, & non personæ, & subiecit fideles suos patri. Ita & Spiritussanctus venit in nomine filij, non quia sit filius, sed q̃a est spiritus filij, sc̄d̄m Apostolum Gal. 4 eiusdē essentiæ & nō ꝑsonæ, & subiecit fideles suos patri. Ita & Spūssanctus venit in noīe filij, nō q̃a sit filius sed q̃a est Spiritus filij, sc̄d̄m Apostolū Gal. 4 eiusdē essentiæ, & non ꝑsonæ ab eo ꝓcedēs & ei fideles cōfigurās inquantum ꝑ illum adoptamur in filios Dei. Iuxta illud Gal. 4. In quo clamamus Abba pater.

Quarta dubitatio est. Cur dicat ille vos docebit oīa cùm docere videatur appropriatū ei, cui appropriatur sapiētia, i. filio de quo dr̃ Io. 1. Illuminat oēm hominē venientē in hunc mundū. Ad hoc aūt videt̃ dicere Aug. ꝙ cū docere tribus ꝑsonis cōueniat, hoc attribuit Christus Spirituisancto non quia ei approprietur, sed vt in notitiā Spiritussancti venirēt discipuli. Ait enim. Nunq̄d aūt discit filius & docet Spiritussanctus vt dicēte filio verba capiamus, docēte aūt spiritu eadē verba intelligamus. Oīs.n. dicit, & docet Trinitas, sed nisi etiam sigillatim cōmendaretur, eā nullo modo humana capere, vt oportet, posset infirmitas. Hæc ille. Vel possumus dicere, ꝙ filio appropriatur docere immediatè illuminando, sed Spirituisancto docere mediante, inflammando, & disponendo ad susceptionem illuminationis filij. Nam animalis homo nō ꝑcipit q̃ Dei sunt. 1. Corin 2. Ideo spiritus cuius est nos bonos, & spirituales facere, docet nos efficiendo doctrinæ capaces.

Quinta dubitatio est. Q̄ūo dicatur spiritussanctus Apostolis suggerere, cū vt dicit Gre. suggerere soleat esse minoris. Ad hoc dico ꝙ cū suggerere sit subministrare, & ēt latenter suadere, Spiritussanctus sicut Gre. dicit suggerere dicitur, nō ꝙ nobis scientiā ab imo afferat, sed ab occulto. Hæc ille. Et dicit ab imo i quasi inferior sicut seruus de aliquib. docet dn̄m. Vel sc̄d̄m Aug. suggerere est ad memoriā reducere. Sicut.n. dicit Theo. Spiritussanctus docuit quecūq; Christus nō dixerat tanq̃ importabilia. & cōmemorauit quæcunque dixerat, sed obscuritatis causa, vel intellectus tarditate commēdare memoriæ nequiuernnt.

In hac parte est morale documentum, vt qui appetit notitiam diuinorū, studeat diuino amore, & morum bonitate pollere. Greg. in home. Nisi autem idē spiritus cordi adsit audientis, ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat q̄d ex ore docētis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat doctoris lingua exterius in uacuum laborat. Hæc ille.

Iterū moraliter sciendū est, & spūs aduocatus dr̃. I. st.n aduocatus bonus q̃ scit sapiēter cōsulere, luculēter suadere, & potenter vincere, ideoque tria requirit sapientiam,

tiam, eloquentiã, & constantiã. Et sapientia sine eloquẽtia est inutilis, & eloquẽtia sine sapientia est garrula, & vtraque sine cõstantia est fraudulosa. Ideo dominus apostolis dedit Spiritumsanctum in linguis, & igne. In linguis quidem, quia dedit eis facũdiã. In igne vero qui lucet, & ardet, q̃a dedit eis lucidam sapientiã. Sed multi sũt habentes linguam inflammatã quidẽ non isto igne, sed infernali. Iacob. 3. Lingua inflammata à gehenna.

Nota ꝙ Deus secundũ triplicẽ prouinciam fecit triplex linguagium, vt ita dicã, siue idioma. Et idioma cœlestis regionis est Deum laudare. Psal. In secula seculorũ laudabunt te. Regionis vero terrestis est de terrenis tractare. Io. 3. Qui de terra est, de terra loquitur. Infernalis vero est Deũ blasphemare. Esaiæ 8. Irascit, s. damnatus, & maledicit regi suo. Cognoscitur autẽ quis ad loquelam cuius sit regionis. Nã loquela tua manifestum te facit. Mat. 26.

QVANTVM ad tertium tangitur exhortatio Christi ad discipulos de perseuerantia. Ad cuius intellectum sciẽdũ est, quod secundũ ꝙ dicitur ab Aug. super Io. & de verbis domini, & S. Th. in diuersis locis, triplex est pax, scilicet mundanorũ, & sanctorum, & beatorũ. Et secunda includit primã, non econuerso, & tertia secundam, non econuerso. Pax mundanorũ nõ est vera nisi quatenus aliquid participat de pace sanctorum, quia extrinsecus tantummodo est. Nam est apparens vnio animorũ. Pax autem sanctorum, sicut dictũ est supra feria quinta post Pascha tria requirit. Nã cũ sit tranquillitas ordinis secundum Aug. & homo habeat triplicẽ ordinem, scilicet ad seipsum, & ad proximum, & ad Deũ, ad eã requiritur. Primò trãquillitas in seipso quãtum ad tria, quæ in homine debent ordinari, scilicet quo ad intellectũ, ne errore, aut affectione inordinata ꝑturbeẽ, quo ad voluntatem, vt secundum intellectũ dirigatur, quo ad sensum, & secundũ voluntatẽ, & rationẽ reguletur, & nõ ꝑturbatur in ordinatis passionibus. Secundo tranquillitas ad proximum per vinculũ amoris. Tertiò tranquilitas ad Deũ per charitatis consortium. Vñ Aug. de verbis domini diffiniens pacem sanctorum, ait. Pax est trãquillitas mentis, scilicet quo ad rationem, serenitas animi quo ad sensũ, simplicitas cordis quo ad sensum, simplicitas cordis quo ad volũtatem, amoris vinculum quo ad proximũ, consortium charitatis quo ad Deum. Pax vero beatorũ includit omnia quæ sunt de ratione beatitudinis vtpotè impossibilitatẽ amittendi tranquillitatẽ prædictorũ ordinum. Sic ergo præsentẽ literam exponere debemus, secundum mentem Aug. Pacẽ sanctorũ relinquo vobis, vt scilicet eam totis viribus amplecti uelitis. Aug. de verbis domini. Nõ poterit ad hæreditatẽ domini peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare, nec potest cõcordiã habere cũ Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Hæc ille [Pacem meam] idest pacẽ quam habeo, & vos non habetis, neq; hoc habere potestis, cùm sit beatorũ [do] id est dabo [vobis] in futura fœlicitate ꝑ effectũ; nunc autem do per sponsionẽ, & infallibilem spem [Nõ quomodo mundus dat, ego do vobis] In tribus enim pax Christi, quã nobis daturus est, immo & quam dat ĩ pręsenti, a pace mundi distinguitur, scilicet in perfectione, in veritate, & in fine. Pax. n. mundi est imperfecta, quia tantũ exterius quietat. Vnde Esa. 48. Nõ est pax impijs dicit dominus, scilicet perfecta. Est etiam ficta, quia loquuntur mundani pacem ꝓximo suo, mala autem in cordibus eorũ, vt dicit Psal. Et ordinatur ista pax ad quietẽ fruendam temporalibus bonis. Sed vtraq; pax Christi est perfecta, & vera, & ad æterna bona ordinata. Sed quia dixerat dominus, pacẽ relinquo vobis, quòd est recedẽtis secundũ Chry. ne ex amore turbentur, vel timore formident, subditur [non turbetur cor vestrũ, neque formidet] eo ꝙ soli, quasi agni inter lupos remaneatis. Nã [audistis q̃a dixi vobis, vado & venio ad vos] idest non ita recedo quin veniam vos sępè inuisere, & visitare. Sed quia hoc totaliter nõ consolabatur eos, subditur [Si diligeretis me] amore amicitię verę, & rationabiliter [gauderetis vtique] de meo discessu, non vt sic, sed vt est mihi bonũ [quia vado ad patrem] secundũ humanitatem, & sic gaudebo nouo mõ de mea ascensione, & sessione ad dexteram patris. Vado autẽ ad illum [quia pater maior me est] non quo ad meam deitatem, quæ eadem est cũ paterna, sed quo ad humanitatem. Potest tñ secundum

cundū Hyla.pater dici maior nō potestate, sed authoritate principali, vel donātis, sed filius nō est minor, sed æqualis. Ego autem addo, ꝙ sanè intelligēdo eo modo quo pater est maior, filius est minor, scilicet origine. Nam sicut esse minorem, est esse à quo alius, ita minor est q̄ est ab alio. Et hoc expresse sentit S.Tho. in suo simili, de po.q. 10.arti.1.vbi concedit filium esse principiatū. Ista tamen non sunt coram rudibus astruēda, quia forte male sonarent [Et nūc dixi vobis priusquam fiat] de mea morte, & resurrectione, & ascensione [vt cùm factum fuerit] & completum totū hoc [credatis] non ea ipsa quæ videbitis secundum Aug. sed ēt Christum filiū Dei, qui hæc potuit facere, & prænunciare.

Sed hic est quæstio vna q̄a ex dicto Augu. videtur sequi ꝙ passio, vel resurrectio, aut ascensio Christi quo ad apostolos qui ista videtunt, non sint articuli fidei. Sed dicendum est, ꝙ licet viderent hominem mori, tamen ꝙ ille homo esset Deus, hoc non videbant, ideo fide credebant Deum mortuum, & sic de alijs. Subdit autem Christus aliā causam, quia debebant apostoli de eius morte consolari: quia non patiebatur ꝑ aliquod suum delictum, sed innocenter, cū dicit [Iam nō multa loquar vobiscum] quasi dicat secundum Bedam. Tempus vrget vt capiar ad mortē [Venit.n. princeps mundanorum.] Est autē secūdum Aug. iste princeps diabolus, qui malis hominibus dominatur, non ratione creationis, sed seductionis. Venit autem (inquit) ad cor Iude vt me prodat; & ad cor Iudęorū, vt me crucifigāt [& in me non habet quicquam] quia scilicet vt dicit Bernard. Peccatū Christus neq; contraxit, neque cōmisit. Sed quare moriebatur si non habebat peccatū, cùm pœna peccati sit mors Ad hæc respondet ipse, di. [Sed] supple morior [vt cognoscat mūdus] ly vt, stat consecutiuè, & non causaliter. Non enim hoc fine moriebatur, vt id sciremus, sed eo moriente pro peccato aliorum consequenter hoc scimus [quia diligo patrem] cui ipse ad mortē obedio [& sicut mādatū dedit mihi pater] vt pro salute peccatorum moriar [sic facio] In quo nobis reliquit obedientiæ documētū, ad quod semper debemus inspicere. Iuxta illud Heb.12. Aspiciamus in authorē fidei, & consummatorem Iesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.

Moraliter autem sciendū est, ꝙ Christus postquam dixerat spiritum sanctum mittēdum discipulis, statim subdit. Pacem relinquo vobis. ad significandū, ꝙ in hoc mūdo non est vera pax. nisi hominibus bonæ voluntatis, q̄ scilicet habēt Spiritūsanctū. Sed istam pacem, & consolationem nō possent recipere habentes mundanā. Ioan.14. Spiritum veritatis quem mundus non pōt accipere, idest amatores mundi. Ratio. q̄a vt dicitur 1.Ioan.2. Omne, quod in mūdo est, concupiscentia carnis est. aut concupiscentia oculorū, aut superbia vitæ. Ista autem tria peccata, scilicet luxuria, auaritia, & superbia, impediunt consolationē Spiritus sancti, sicut Chry. super Mat. ostendit per tria exempla. Primū est, quia leo non mouetur ad aspectū herbarū, seu prati virentis, & similiter habentes cor animale ꝑ lasciuiā, non appetunt herbas virentes, i. spirituales amęnitates, sed voluptates. 1. Cor. 2. Animalis homo nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Secundū est, quia lapis cadente pluuia balneatur quidē à foris, sed intus aridus manet, & similiter habētes cor durū per superbiā, Spiritusancto intrinsecus non irrigant. Ber. Quædā superbia inuenta est in me, & dominus declinauit in ira à seruo suo, & ad lachrymas non compungor. Hæc ille. Tertiū, q̄a vasi pleno aceto infundat gutta mellis, ꝑdit mel. & acetū nō dulcoratur, & similiter habētes cor acerbū ꝑ auaritiā, quæ multas facit acerbitates in acquirendo, & cōseruando, nō sentiunt dulcedinem mellis, idest cōsolationē Spiritussancti. Aug. suꝑ illud Psal. Diligite dn̄m oēs sancti eius. Discite nō diligere mundū, vt discatis diligere Deum. Auertere vt conuertaris, Funde vt implearis. Hæc ille.

Feria 2. infra octa. Penthecostes.

Textus euang. Ioan. c. 4.

SIc Deus dilexit mundum vt filiū suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eū non pereat,

reat,sed habeat vitam ęternā. Non enim misit Deus filium suū in mūdum vt iudicet mundū,sed vt salue tur mundus per ipsum. Qui credit in eū nō iudicatur. Qui aūt nō credit,iam iudicatus est,quia nō credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc ēst aūt iudiciū quia lux venit in mūdū,& dilexerunt hoīes magis tenebras,quàm lucē.Erant enim eorum mala opera.Oīs enim qui malè agit odii lucē,& non venit ad lucē,vt nō arguātur opera eius.Qui facit veritatē venit ad lucē, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

SIc Deus dilexit mundū vt filiū suū vnigenitum daret &c.Io.3.In præsenti Euāgelio tanguntur tria puncta,quæ sunt.Conditoris benignitas,Hominis malignitas, & Malignitatis causalitas.

QVANTVM ad primum tangitur magna Dei benignitas,qui filiū dedit morti ꝑ mundo,i. hoīe. Hanc aūt benignitatem Christus postquam se dixerat exaltandū,idest in cruce moriturū,ne quis miraretur de morte eius.introducit, dicens[Sic Deus dilexit mundū]idest hominū, scd̄m Chry qui dr̄ minor mundus[vt filiū]naturalē,nō adoptiuū[suū]nō alienū[vnigenitū]in quo ex cōsequēti totus erat amor patris nō diuisus in plures filios [daret]libere sine ꝑcedenti merito condigno,vt patet S. Th.3.q.23.di.1 & sine spe remunerationis. Deus.n nō agit ad acq̄rēdū sibi, sed ad cōicandū aliis. Secus de hoīe q̄ semper principaliter,vel secūdario in suo opere intendit aliquod bonū acquirere. Ideo vt dicit Auice.solius Dei actio ē merè liberalis[daret.]inquā in ꝑciū,in exēplū, & in pręmiū. Notat aūt hic S.Th. ꝙ amor Dei q̄ est cā oīum bonorū nostrorū est magnus ex quatuor. Primò ex ꝑsona amātis,quæ ē Deus infinitus,& immensus.Secundò ex cōditione amati,i.hoīs,qui est mundanus corpore, & affectus existēs in peccatis.Tertiò ex magnitudine doni, quia filiū suū vnigenitum dedit.Quartò ex magnitudine fructus, q̄a vt habeamus vitā æternā. Sed ē hic duplex q̄stio. Prima qūo filius Dei dari potuerit mortem cū sit Deus?Ad hoc dicit Theo ꝙ cū in Christo sit vna persona subsistēs ī diuina,& humana natura,eadem fuit ꝑsona hominis & Dei. Et ideo quæ sunt diuinitatis attribuuntur homini,& q̄ humanitatis Deo.ratione identitatis suppositi. Vn̄ verè dicimus ꝙ filius hominis descēdit de cęlo, & ꝙ filius Dei mortuus ē. Dedit aūt eū pr̄ ad mortē scd̄m S.Th.inquantū dedit ei voluntatē patiēdi. Et hoc dupliciter inquit. Primò,q̄a inquātū Deus habuit ab æterno voluntatē patiendi à patre.Et secundo q̄a inquantū homo inspirata est à Deo aīæ Chri voluntas moriendi pro nobis.Alia q̄stio ē. Verū Deus plus hoīem.q̄ Christū dilexerit quē pro hoībus tradidit ad mortē?Ad hoc dicit S.Th.1.par.q 20.ꝙ Deus plus Christū quā totū vniuersum diligit,q̄a vult ei maius bonū,s.esse verū Deū.Neque eius excellentiæ aliquid deperit,ex hoc, ꝙ in mortē traditus est, imo ex hoc effectus est victor gloriosus.Et videtur intēdere S.Tho. ꝙ si ita Deus Christū pro hominibus tradidisset sicut nobis tradit bruta,quia,s.nullū eis bonū prouenit ex hoc ꝙ eis vtimur, Chrs fuisset minoris precij quā genus humanū [Vt oīs qui credit in ipsum]nō dicit,vt oīs qui credit ei,vel eū,sed in eū,siue in ipsum; ad quod nō sufficit fides, sed oportet adesse motū in Deū,vt patet.2.2.q 2. [Non pereat]idest frustretur suo fine ad quē est factus à Deo[sed habeat vitā æternā]quæ est finis eius[Non enim misit Deus filiū suum in mundū]quantū ad aduentum in carnē [vt iudicet mundum]Sed contra.Nā in iudiciū ego veni,Ioan.9.Ad hoc S.Th.dicit, quòd cùm duplex sit iudiciū,scilicet discretionis,& condemnationis.Filius Dei in primo aduentu venit in iudiciū discretionis, quia tunc sunt homines discreti quibusdā obcœcatis, & quibusdam gratiæ lumine illuminatis.non autem in iudicium condēnationis [Sed vt saluetur mundus per ipsum]quantum in se est Augustinus.Quare Saluator dictus ē mundi,nisi vt saluet mundum?Ergo quantum in medico est, sanare venit ægrotū.Ipse se interimit, qui præcepta medici seruare contemnit. Hæc ille.

QVANTVM ad secundum dicitur [Qui credit in eum]& nō solum ei vel eū

[non

[non iudicatur].i.non condẽnabitur, secundum Alch. Et hoc intellige iudicio condemnationis, secus iudicio discussionis. Discutientur.n. fideles mediocriter boni, & mediocriter mali. Quidam tñ hæretici ex hoc, & ex illo Mar. vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit; dixerunt nullum fidelem æternaliter damnandum. Sed secundum hoc ẽt dæmones saluarentur quia credunt & contremiscunt. Iacob. 3. Est ergo hic sermo de fide viua. Intelliguntur ergo prædicta de credente in Deum, i. cum fide formata. Assumunt autem secundũ S. Tho. & aliud fundamentum, s. verba Apostoli. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere. Et ibidem. Si cuius opus arserit ipse quidem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Dicunt ergo, ꝙ saluantur fidei fundamento, licet purgẽtur igne. Sed soluitur per idem, quia fides informis non est fundamentum salutis [Qui autem non credit iam iudicatus est] vel secundũ meritũ præsentis iustitiæ, vel secundũ diuinam præscientiam August. Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. Nouit .n. dñs qui sunt eius, qui pertineant ad coronam, & qui permaneant ad flammam. Hęc ille. Vel secundùm Chry. dicitur iudicatus talis, quia hoc ipsum, quod est esse extra lumen fidei magnum supplicium est. Vel vt idem dicit, est iudicatus, quia habet vnde iustè iudicet, sicut Adã ea die qua de cibo vetito manducauit mortuus est. Et hoc est esse iudicatum secundum præsentem iustitiam. Vel secundũ Greg. & Chry. dicitur iudicatus, quia habet manifestam causam dãnationis, ideoq; in iudicio non discutietur cum patenter exciderit à salute, ad quã nõ nisi per Christum venitur. Ideo subditur [quia non credit in nomine vnigeniti filii Dei] Alchuinus. In hoc enim solo nomine est salus. Hæc ille.

Sed contra, quia paruuli cũ baptismo decedentes, neq; crediderunt, neque iudicati sunt. Ad hoc dicit Aug. li. de baptis. pat. ꝙ tales per sacramẽti virtutẽ, & responsionẽ offerentium computantur in numero credentium. Secus vt ait de paruulis non baptizatis quia in numero sunt non credentiũ. Deinde scd̃m Alchui. redditur causa, quare iustum sit tale iudicium, cũ dicitur [Hoc est aũt iudiciũ].i. ista est cã iudicij, vel ex hoc apparet, ꝙ iustè infideles, & impii iudicantur. Vel hoc est iudicium, i. causa maioris condemnationis, ingratitudo, s. hominum ad Deum [quia lux].i. ipse Christus, secundum Bedam [venit in mundum].i. ad homines, ita ꝙ eam quærere non habuerunt, vt dicit Chry. [Et dilexerunt homines magis tenebras].i. peccata, secundum Bedã, quæ ideo tenebræ dicuntur, vel quia oĩs malus ignorãs est in eligibili particulari, vel quia male operantes quæriũt in tenebris, i. in occulto operari, & latere communiter, vel quia ad æternales tenebras ducunt [q̃ lucem].i. Christũ. Ex quo patet, ꝙ inexcusabiles sunt. Nã sicut dicit Chry. Qui in absentia lucis, quia. s. non habet notitiam Christi, in tenebris residet aliquo modo excusabilis est, qui vero in præsentia lucis hæret tenebris, nullo modo. Bed. Moraliter etiam illi magis tenebras, quàm lucem diligunt, qui suos prædicatores bene dicentes odijs, & detractionibus insequuntur. Hæc ille.

QVANTVM ad tertiũ tangitur huius tantæ ingratitudinis causa scd̃m Bedã, cum dẽ [Erãt.n. eorum] s. hoĩum aliquorũ [mala opera] Habuisse tñ mala opera non fuit sufficiens causa fugiendi à Christo. Nã quidam habẽtes mala opera Christo occurrerunt, puta publicani, & peccatores. Sed fuit hæc occasio, & sufficiens causa fuisset habuisse intentionem perseuerandi in eis. Chry. Nullus vtique eligit in errore viuens ad fidem venire, nisi prius inscribat sibiipsi vitam rectam. Hæc ille. Sed non ur̃, ꝙ oẽs infideles habeant mala opera, quia Cato, & plures philosophi operati sunt virtutẽ. Ad hoc dicit Chry. vt allegat S. Tho. ꝙ aliqui operantur benè ex naturali dispositione, s. qui non impugnantur concupiscentia. Alii autem ex virtute s. qui impugnãtur, & hoc est propriũ fidelium. Vel potest dici, secundum S. Tho. ꝙ licet infideles facerent bona, non tamẽ virtutis amore, sed per inanem gloriam. Et non operabantur omnia opera bona, quia Deo cultum debitũ non reddebant. Vel potest dici, ꝙ dominus dicit fuisse opera mala Iudæorum maximè principaliũ, non aũt Gentiliũ, quia adhuc eis non erat lux annunciata, nisi priuatè, & in casu. Ideo subditur [Oĩs qui malè agit] .i. qui est intẽtione peccãdi, scd̃m Alchuin. Nam qui iã caret tali intentione non agit

malum, sed quia odit lucē] id est veritatē, nō per se, sed per accidēs. Aug. 10. cōfessio. Quia enim falli nolunt tales, & fallare volunt, amāt veritatē cum seipsam iudicat, & oderunt eam cū eos ipsa iudicat. Amāt ergo veritatem lucentem, oderunt eā redarguentem. Hæc ille. Vnde sequitur [Et nō venit ad lucē]. i. ad veritatē, seu ad hoc, vt pateat veritas, quo ad opera eius [vt nō arguātur opera eius. Qui autem facit veritatē]. i. opera recta, q̄ dicuntur opera veritatis, q̄a sunt cōformia regulæ diuinæ sapientiæ, & iudicio rationis verè iudicantis. Veritas. n. est cōformitas rei ad intellectum. Vel dicūtur opera veritatis, quia sunt ab homine vero, i. qui talē se exhibet in operibus qualis est in verbis, & signis. Quilibet autē in verbis, & signis communiter vult apparere bonus, cui apparentiæ in bonis, cōcordat operum existentia: in malis vero discordat [Venit ad lucem] Sed nūquid ante Christū aliquis sic fecit? Videtur enim, ꝙ nō quia ante Christum oēs peccauerūt, vt dicitur Roma. 3. Ad hoc autem dicit S. Tho. ꝙ sc̄d̄m Aug. is cui displicet malū, ꝙ fecit, relinquēs tenebras peccatorum facit in se veritatē, & venit ad lucē, vt manifestētur opera eius] Sed contra, quia nullus debet sua bona publicare, vnde & pharisæi de hoc à dn̄o reprehēduntur. Ad hoc aūt dicit S. Tho. ꝙ licitum est velle opera sua manifestari corā Deo, vt approbētur; & in sua cōscientia, vt gaudeat q̄s secūdū illud 1. Co. 1. Gloria nostra hæc est, testimoniū consciētiæ nostræ, & corā hominibus ad honorē Dei, & fidei vtilitatē, secūdū illud Mat. 5. Sic luceat &c. non aūt ad honorem propriū. Hæc ex illo. Et intellige, ꝙ licet manifestationē apud hoīes quęrere perfectis. Vnde S. Tho. dicit, ꝙ sancti hoc appetūt. Vide hoc Feria sexta post Domin. Quinquagesimæ. Vel dicitur [vt manifestentur opera eius]. i. nō veretur publicari quātū est ex natura suorū operū, quamuis forte velit ꝓp humilitatē, & non propter verecundiā latere [quia in Deo]. i. secūdū Deū [sunt facta] & cōsequēter non sunt reprehēsibilia, sed laudabilia; q̄a Deus malū velle nō pōt. In hac parte est documētū literale, ꝙ peccatum est causa, vel saltē occasio morandi in peccato. Greg. Peccatum quod statim per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.

Feria 3. infra octa. Pentheco.

Textus euang. Ioan. c. 10.



QVi non intrat per ostiū in ouile ouiū, sed ascēdit aliundè, ille fur est, & latro. Qui autem intrat p ostium, pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit, & oues vocē eius audiūt. Et ꝓprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cū ꝓprias oues emiserit ante eas vadit, & oues illū sequūtur, q̄a sciūt vocē eius. Alienū aūt non sequuntur, sed fugiūt ab eo, quia nō nouerūt vocē alienorū. hoc ꝓuerbiū dixit Iesus. Illi autem nō cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū Iesus. Amen amen dico vobis, q̄a ego sum ostiū ouium. Omnes quotquot venerūt, fures sunt, & latrones, sed non audierunt eos oues. Ego sum ostiū: Per me siquis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.

QVi non intrat per ostium in ouile &c.] Ioan. 10. Præsens Euangelium tria cōtinet puncta. In primo tangitur quoddā prouerbium. In secundo exponitur illud. In tertio comparatio fit inter furem, & bonum pastorem.

QVantum ad primū sciendū est sc̄d̄m Chry. ꝙ ante præsentia verba Christus arguerat pharisæos cæcitate, quia in eū nō credebant. Sed quia potuissent dicere, ideo te nō sequimur, quia nō tenemur, cū non sis pastor, sed erroneus, ideo vult se ostendere pastorem verum. Præmittit tñ aliqua de fure, quia opposita iuxta se posita

fita magis elucescūt. Sed scd'm Aug. ista dicuntur cōtra pharisęos, & similes, qui quādam iustitiā operū habentes, & fidē Christi nō habētes credūt se recte viuere, quod nō est verum. Vnde ait. Nec bene viuere dicēdi sunt, qui finē bene viuendi, aut cęcitate nesciūt, aut inflatione cōtēnunt. Hæc ille. Dī ergo [Amen amen]. i. vere [dico vobis] geminatur aūt ly amen causa maioris expressionis [Qui non intrat per ostium in ouile ouiū] Secūdū Aug. & Chry. & S. Th. & oēs, istud ouile est Ecclesia, id est congregatio fidelium, siue ecclesia, siue synagoga dicatur oues autem sunt fideles.

Sciēdū est aūt, ꝙ ad ouile intrat ouis, vt conseruetur, & pastor principalis, i. dñs Iesus, ac substitutus, i. vicarius eius, vt conseruēt oues, & fur, vt furetur, sed duo primi ꝑ ostiū intrāt. De omnibus aūt his ingressib. loquitur dñs. Sed pro intellectu dicēdorum sciēdū ē, ꝙ cū duplex sit spiritualis pastor, s. principalis, i. Chrs, & substitutus, i. p̄latus, & ipse Chrs sit ostiū respectu pastoris substituti, respectu ipsius Christi oportet aliud ostium intelligere, i. scripturā ipsā, & Dei voluntatē expressā i scriptura in qua destinauit Christū in pastorē gentib. Vñ ouib. & pastoribus substitutis ostiū est Chrs, & scriptura loquēs de Xp̄o, sed ipsi Xp̄o ostiū est scriptura, & Deus. Istud igitur ostiū scd'm Chry. est sacra scriptura, q̄ facit fidelib. qd' ostiū facit ouib. Vñ ait. Hę. s. scripturę Dei cognitionē aperiunt, hę oues custodiūt, & lupos superuenire nō permittūt, hæreticis introitum præcludentes. Hæc ille. Aug. aūt ꝑ ostiū intelligit Christū, sed reuera idē est sensus Aug. & Crysо. Nam in Christo sunt impletæ scripturæ, iō ꝑ ꝑ scripturas intrat, intrat ēt ꝑ Christū, i. fidē, & conuersationē Christi, per quam quis efficitur de numero ouium Christi. Cū. n. ipse Christus se dicat ostium non est rōnabile, ꝙ Chry. aliud per ostiū voluerit intelligere, nisi dicatur, ꝙ loquitur de ostio, vt cōuenit principali pastori tm̄. Siue ergo sit scriptura, siue fides, vel vita Christi, ideo dr̄ ostium, quia ad ouile ducit, & iterū ex ouili ad pascua æternæ viriditatis. [Sed ascēdit aliūde] Hoc est scd'm Chry. aliam sibi, & non legitimam viā facit. Tales autem sunt multi, vnde nō specificat viā ꝑ quā sine ostio intratur, quia majum multis modis fit. Et quidē qui ingreditur, vt pastor principalis, ascendit aliunde quando nō est per voluntatē Dei, & sacras scripturas ordinatus caput, & redēptor gētiū, vt antichristus, & multi alij. Sed loquēdo de quocunq; alio intrāte. Primò aliūde ascēdit, siue velit intrare, vt ouis, siue nō vt ouis, sed vt pastor, q nō credit intellectu recte secūdū scripturas. Secūdo, q nō imitat affectu vitā Christi. Aug. Intrat per ostiū, q intrat per Christū, qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatē Christi. Hæc ille. Vbi nota ꝙ ter ponit ly q, sed primum non ponit in numerū cū reliquis, ita ꝙ secūdū q, valet ly. i. & cōsequenter tāgit duo ꝑ q̄ intramus ꝑ Christū, s. cognoscere, & imitari, quorū primū est intellectus, secūdū affectus. Tales aūt sunt multi. Primò, q volūt intrare cū scripturarū ignorātia, maxime si volunt intrare, vt pastores, quia ecęcus quærit ducere cœcū. Secūdo, q a nolūt Christū imitari ꝑ viā humilitatis, sed volūt ingredi, vt dominētur velut, superbi. Vñ Aug. Qui ad ouile vult intrare ꝑ ostiū, nō solum Christū p̄dicet, sed Christi gloriam quærat, nō suā. Humilis aūt ianua Christus est, q intrat per hāc ianuā oportet humilē esse vt sano capite possit intrare. Qui aūt se nō humiliat, sed extollit, ꝑ murū vult ascēdere, iō exaltatur, vt cadat. Hæc ille. Hiero. Lætamur ad ascēsum, timeamus & lapsū. Nō est tanti gaudii excelsa tenuisse, quāti mæioris est de excelso cœcidisse. Hæc ille. Tertiò, q cōtēpta Christi paupertate ꝑ pecunias, & ꝑ ꝑ pecunias vult itrare, vt symoniacus. Quartò, q contēpta veritate, q̄ est Chrs ꝑ fictiones ingreditur, vt hypocrita. Quintò, qui cōtēpta Christi māsuetudine per violentiā vult ingredi, vt intrusus [Ille fur est, & latro] Hoc aūt ꝓprie nō intelligitur de eo, qui intrat, vt sit ouis tm̄, nullā super ouib. habiturus potestatem. Talis enim si male ingreditur, nulli nisi sibi nocet. Sed qui intrat quasi aliquid supra oues potestatis habiturus, vt pastor principalis, vel subrogatus, & nō intrat ꝑ ostiū, est fur. Cū. n. ad ouiū vtilitatē, & glorā dñi dēret intrare, intrat ad suū cōmodū, & suā gloriā consequēdam. Ideo ex re aliena sine voluntate domini lucrū experi, quod est furari. Videtur aūt Aug. & similiter S. Th. sic inter ista distinguere, vt furis sit rapere, latronis occidere. Vnde & latro proprie dicit q latēs in

sylvis viatores aggreditur. Fur vero qui nocturnis temporibus prædatur. Sed est hic vna quæstio. Si enim per ostium Christum intelligimus, quo ipse seipsum dicit pastorê? Ad hoc dicitur, quod in spiritualibus non est inconueniens, quod idem sit ostiū, & pastor secundum operationes diuersas. Vnde Chry. Qui enim ad ducit nos patri ostiū se dicit, qui vero procurat pastorē Hæc ille. [Qui autem intrat per ostium] modo exposito sicut intrauit Christus per Deū, & scripturam, & omnes Apostoli per Christum, & similiter per scripturam modo suo [pastor est ouiū] scilicet si non est tantū ouis [huic ostiarius] id est Moyses, secundum Chry. cui eloqa Deo primo sunt credita. Vel secundum The. Spiritussanctus per quē reseruantur scripturæ quæ nobis indicant Christum [aperit] id est ipsum Christū introducit in ouile per ipsas scripturas quo ad Moysen. vel ēt per illuminationē quo ad Spiritumsanctū, qui interius, & per scripturas verā notitiam tradit. Malè. n. dispositus in credendo, dū ad suum sensum scripturā trahit repugnantem in ea multas falsitates intelligit, neque Moyse, neque Spiritusancto docente scripturas. Sic supra de græcis dictū est, quod cùm dicitur, qui à patre procedit, intelligunt quoddam falsum quod s. Spiritussanctus non procedat à filio. Nec tñ intelligo. quod Moyses bene dispositū doceat interius illuminando, vt Spiritussanctus, sed extra tanquam pceptor, loquendo inquantū eius scripta exterius pponūtur. Vel secundum Aug. per ostiariū intelligitur ipse Christus. quæ cùm ēt sit ostium ipse, vt ait, se aperit cùm se exponit. Et nota, quod cùm etiam ipse Christus sit pastor intrat per ostiū scripturarū, & tñ nullus aperit ostiar us inquantū Deus est, sed intrat ianuis clausis nullo. s. ei differēte scripturas. Inquantū aūt homo edoctus est à Deo multiplici scientia, vt dictū est multoties supra.

Sed ad notitiam horum nota, quod sicut pastor, & ostium, ita & aperire multipliciter dr, & sumitur. Nam ingredienti, vt pastor principalis primò scriptura aperit testificādo per verba prophetarum. & Deus per miracula vera, & introducendo ipsum ad secretum & potest itē super oues obtinendā, iuxta illud Mat. vlti. Data est mihi (scilicet à Deo) omnis potestas. Secundò aperit ei scriptura, & Deus non vt ipse intret sed vt alij intrent ad ipsum, vt aperire huic sit aperire ad hunc. Et sic dicit S. Tho. quod Moyses aperit Christo, quia dicitur Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis for. & mihi. De me enim ille scripsit. Ingredienti vero, vt pastor subrogatus vel vt ouis, aperit Deus siue spiritussanctus, & scriptura, & Christus modo exposito [Et oues vocem eius audiunt] Ista autem & c. quæ sequuntur licet cōueniant cuilibet bono, & subrogato pastori inquātum est idem cum Christo cuius vicem gerit, tamen proprijssimè conueniunt Christo. Et ideo illa de eo exponemus primo Oues ergo, id est fideles Christi vocē eius audiūt, quia sicut oues ex imaginatione cōsueta pastoris vocē recognoscunt, ita fideles ex diuina īspiratione, & lumine fidei nouerunt vocem Christi, id est veritatem doctrinæ suæ. Rectè enim iudicant de his quæ sunt fidei per modū inclinationis n. si in affectu suo permittant affectiones malas dominari [Et pprias oues vocat nominatim] .i. proprijs nominibus tanquam sibi cognitas. Nouit enim dominus, vt ait Aug. nomina prædestinatorum. Quamuis etiam possimus dicere, quòd loquitur de ouibus secundum præsentem iustitiā [Et educit eas] Primo secundum Chrysosto. de ouili fidelium mittens ad infideles, sicut agnos inter lupos. Secūdo secundum eundē de medio infideliū vocans ad lumen fidei. Tertiò secūdum Aug. de peccato educens ad gratiam. Vnde ait. Et quis alius oues emittit. nisi q earum peccata dimittit, vt eū sequi duris libertate vinculis possint. Hæc ille [Et cùm proprias oues emisecit] scilicet tribus prædictis modis [ante eas vadit] præbendo exempla benè operandi. Nec obstat, quòd plerunque pastor oues sequatur

Primo, quia locutio est parabolica, & consequenter non oportet similitudinem quo ad singula considerare.

Secundo, quia vt ferunt in patria illa, pastores oues communiter præcedunt ad se trahens ore, & instrumēto ad hoc ipsū fabricato, & maximè qñ oues pastorem diligunt [Et oues illum sequuntur] quia sciūt vocem eius, alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Et intellige, quòd alienum non sequuntur cum perseuerantia, secus ad tempus ex errore probabili. Ali-

qui

qui autem secundum Chrysost. dicũtur hic Theodas, & Iudas. De his autem habetur Actu. 5. Magister etiam historiarum de his introducit Gamalielem sic dicẽtem, Theodas magus, vt tradit Iosephus dicebat, se esse prophetã à Deo missum, & scire sepulchrũ Moysi, & thesauros quos Iudæi ĩ captiuitatẽ euntes in Synai monte absconderũt. Ad cuius persuasionẽ multi venditis omnibus suis, & sublatis ex vrbe facultatibus ad ripas Iordanis venerũt, & promisit se facturum post triduum, vt diuideretur Iordanis, & trãsirent sicco pede, sicut transierãt filij Israel. Et dùm expectauerunt illo triduo, superueniens procurator Præsidis Syriæ cũ multitudine equitũ, multos ex eis occidit, & caput ipsius Theode Hierosolymam reportauit. Post hunc extitit Iudas Galilæus diebus ꝓfessionis, id est descriptionis generalis, q vt tradit Iosephus, suadebat Iudæis, vt negarent tributa Romanis. postea periit ipse, & quotquot ei cõsenserunt. Hæc ille. Alieni etiam dicuntur hic secũdum eundẽ pseudo apostoli tunc futuri, immo & ipse Antichristus secundum Theoph. qui de eo dicit, quòd paululum decipiens nõ obtinebit sequaces post eius mortem.

Est autem hic vna quæstio qua videtur, ꝙ vocem Christi audiuerit aliquis, qui non erat ouis, sed lupus, vt Iudas, & rursus aliqua quis non audiuit eam, vt aliqui ex his, qui eum occiderunt.

Etsi dicatur, quòd quãdo nõ audiebãt, oues non erant. Contra hoc arguit Augu. Nã aliquæ oues dicũtur à domino p Ezechielem errantes. Soluit autem ipse Augu. & S. Tho. quòd dominus loquitur de ouibus secundũ prædestinationem, & non secundum præsentem iustitiam, & dicunt, ꝙ vna est vox Christi, quam omnes, & soli prædestinati audiunt. scilicet qui perseuerauerit vsque in finẽ hic saluus erit. Possunt aũt prædicta secundò exponi de quolibet alio pastore etiã ad literã, quia quando est vnũ exemplar alterius, vt Salomon Christi, & Christus aliorũ pastorũ sub vno textu possunt esse multi sensus literales. Sicut aũt dicit S. Tho. hic Christus tãgit signa boni pastoris. Primũ est, quia ei aperit ostiarius iuxta præexposita. Secundum, quia oues vocẽ eius audiunt. Signum enim boni prælati est ꝙ diligatur ab ouibus, idest bonis, quamuis forte odio habeatur ab hircis, & capris. Tertium, quia ꝓprias oues vocat nominatim, In quo secũdum Sanctum Thomã notatur, quòd respectu ouiũ habet cognitionem, & familiaritatẽ, quia illos ex nomine vocamus, quos familiariter cognoscimus, & eas educit de ouili diaboli, id est mundana conuersatione, & vadit ante eas per exẽplum bonæ conuersationis.

QVANTVM ad secundum ponitur expositio eiusdem, cum dicitur [Hoc prouerbium dixit eis Iesus] idest parabolã, vel sermonem obscurum. Licet enim cõmuniter dicatur prouerbium id, quod cõmuniter est in ore omnium, tanquam sententia vera, quasi probatum verbum, tamen secũdum Sanctum Thomã, prouerbiũ est quando aliquid pro verbo, idest loco verbi ponitur, sicut si sentẽtia vna exprimatur per verba parabolica, aut similitudinaria. Sicut si volẽs dicere, ꝙ maliciosi machinantur malum, dicat, vulpes synodum faciunt.

Vbi nota quòd quantũ ad etymologiã, prouerbiũ dicitur quasi probatum verbũ. Sed quantum ad deriuationem, vel compositionẽ dicitur ex pro & uerbum. Et primo modo est dictum approbatum proprie, cõmuniter uero parabola. Sed secũdo modo, est ecõuerso, quia proprie est parabola, seu dictum parabolicum: cõmuniter uero est omne dictum approbatum cõmuni hominum sententia. [Illi autem nõ cognouerũt quid loqueretur eis] August. Pascit enim dominus manifestis, exercet obscuris. Hæc ille. Ideo uero præcipue dominus parabolice interdum loquebatur, ut occultaret pciosas sententias indignis, & exerceret studiosos. Dicit autem Sanctus Thomas, ꝙ ignorantia, q̃ præueniebat ex uerbis Christi, est utilis bonis, quia se exercẽt ad intelligendũ, & non ualentes intelligere, sed tamen credẽtes ueras esse admirantur altitudinem sapientiæ diuinæ, & cõsequenter eã laudant. Impijs autem est damnosa, quia non intelligentes blasphemant. Ideo, ut ait Augu. inde pius laudat, & blasphemat impius [Dixit ergo eis iterum]. s. uolens aliqua exponere, ex quibus possint intelligere reliqua [Amen amen dico uobis, quia ego sum ostium ouium] non solum pastor, q a uterque Christum ingrediuntur, & egrediuntur [omnes quotquot uenerũt] scilicet

per istud ostium nõ intrantes[fures sunt & latrones,]idest animarum seductores & ,ꝓprii commodi sectatores. Nec tamen secundum Chry.& Aug. in his verbis intelligun tur Patriarchæ,& Prophetæ. quia secundũ Chryſ.loquitur de seditiosis.secundũ Aug. vero de his,qui venerunt præter eum. prophetæ autem venerunt cum eo, quia cũ veritate.S.Tho.autem dicit, ꝙ Manichæi ꝑꝑ ista dixerunt patres veteris testamenti, qui Christum præcesserũt,& malos, & dãnatos fuisse. Sed hoc (inquit)apparet falsum ex tribus. Primò quidẽ,quia parabola loquitur de intrantibus, & venientibus non per ostium,i.Christum.Oẽs autem Patriarchæ, & Prophetæ intrauerunt per Christum,qui eos vt præcones mittebat,quia licet ex tp̃e carnem sumpserit,tñ ab æterno erat verbũ Dei,per quod illi mittebãtur. Sẽcũdò quia dicit,venerunt,s.propria authoritate se ingerentes,&nõ quasi à Deo missi. prædicti autẽ fuerunt missi à Deo.Tertiò quia oues non audiuerunt fures, audiuerunt aũt prophetas,licet mali eos non audiuerint.

Notandum verò secundum eundem , ꝙ fures sunt qui vsurpant non suum,i.authoritatem docendi,latrones vero qui per doctrinas prauas occidũt[sed non audiuerunt eos oues]idest illi secundum Aug. de quib. dicitur.Nouit dominus,qui sunt eius, idest prædestinati.

QVANTVM ad tertium ponitur comparatio inter pastores,& furem,cùm dicitur[Ego sum ostium]quo ad ecclesiam, & quo ad gloriam intratur [per me siquis introierit]ad ecclesiam{saluabitur] dũmodo non egrediatur per apostasiam, vel culpam [Et ingredietur,& egredietur,& pascua inueniet] Ista autẽ verba multipliciter exponuntur.Primò sic,secundum Aug,& Theo. Ingredietur interius rectificando conscientiam, & egredietur exterius ordinando vitam.Secundò sic,secundum Chry.Ingredietur.s. corpore ad fideles docendos, & inde egredietur ad fideles conuertendos. Qui.n. per ostium intrat,habet libertatem intrandi,& exeundi melius, q̃ qui ascendit aliunde.Tertiò sic, secundum Gre. super Ezech. & etiam Aug. Ingredietur ad ecclesiam militantem, & egredietur ad triumphantem. In omnibus autem prædictis sensibus fidelis intrando,& exeundo inuenit pastua,aut futuræ fœlicitatis, aut alicuius participationis eius. Quartò sic in lib.de spiritu, & anima. Ingredietur ad contemplationem diuinitatis,& egredietur ad considerationẽ gloriosæ humanitatis in Christo,& vtrobique pascua,id est suauitatem inueniet [Fur non venit, nisi vt furetur] modo præexposito,& mactet per malã doctrinam, & exẽpla flagitiosa[& perdat]in æternam dãnationẽ[Ego veni, vt vitam habeant] & hoc secundum Aug. ingrediendo per fidem ex qua iustus viuit [& abundantius habeant] egrediendo ad patriam, secũdum eundem, in qua nunquam moriantur.

Feria 4.infra octa.Penthecos.

Textus Euang.Ioan.c.6.


EMO potest venire ad me, nisi pater q̃ misit me traxerit eũ,& ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Erunt omnes docibiles Dei. Omnis q̃ audiuit à patre meo, & didicit,venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam,nisi is qui est à Deo,hic vidit patrem. Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam ęternam.Ego sum panis vitę. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis mãducauerit ex hoc pane,viuet in ęternum. Et panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

NEMO potest venire ad me,nisi pater,q̃ misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die &c.]Ioã.6. Circa præsens

præsens Euangelium est multiplex dubitatio. Prima, quia cũ ad Christũ cadamus credendo, credimus aũt spontè, non vt̃ vetum, ꝙ ad ipsum trahamur, quia trahi est violẽtari. Ad hanc autem viso S. Tho. super Ioã. & 2. dist. 25. & 1. q. 23. sic respondeo. Pater æternus ad suum filiũ homines trahit multipliciter sine violentia, sicut & homo hominem multipliciter trahit. Nã homo trahit hoĩem. Primò rõne suadendo. Et Deus pater similiter ad suum filium hominem trahit, demonstrando Christum esse filium suum, per scripturam, vel inspiratione, vel per miraculorum operationem. Secundò alliciendo, & prouocando concupiscentiam, eo modo quo ramus virens trahit ouẽ, & eo modo quo dicit Verg. in Buc. trahit sua quemq; voluptas. Et sic Deus in gñe causæ finalis trahit, ostendendo quanta fœlicitas sit in futuro, & in præsenti; animæ toto cor de sequentis Christũ pastorẽ suum. Ostẽdit aũt hoc per scripturam, & prædicatores, & maximè per internam inspirationẽ faciens gustare scintillas, tã dulcis amoris. Tertiò homo trahit hominem effectiuè violẽtando, sic & Deus trahit nos effectiuè inquantum efficit in nobis voluntatem qua sequi volumus Christũ, iuxta illud Phil. 2. Deus operatur in nobis velle, & perficere, sed Deus ẽt sic trahendo non uiolentat hominem vt homo, quia non aliter sic trahit, nisi quia facit nos velle. Si aũt volumus iam nõ cogimur. Si aũt ẽt homo sic traheret hominẽ non violentaret. Secunda qõ est, si pater trahit ad filium, quõ põt filius trahere ad patrẽ, iuxta illud Io. 14. Ego sum via, & Ioan. 18. Pater manifestaui &c. Ad hanc dicit S. Tho. super Ioã. Primo sic, Christus inquantũ homo trahit ad patrem, eo modo quo via ad terminum, & econuerso pater ad Christum, eo modo quo dans virtutem accedendi ad Christum. Vel dicitur secũdo sic Christus inquãtum verbum Dei trahit ad patrem manifestando illum per prædicationem exercitatam in assumpta humanitate, & pater trahit ad Christum per miranda opera expleta, infinita deitate, sicut enim filio sapiẽtia, & doctrina, ita patri potẽtia appropriatur, quę maximè in miraculis apparet.

Tertia quęstio est, quia si non possumus Christum adire nisi tracti, nõ est nostra culpa si nõ accedimus ad illum per conuersionem. Ad hanc aũt dicit S. Tho. super Ioan. ꝙ Deus est paratus oẽs trahere trahi volentes, ac per hoc nullus si non trahitur excusatur. Quidam autem sunt, qui non volunt trahi, & tamẽ Deus facit, vt velint trahi cõuertendo eorum voluntatem. Sed hoc beneficium non exhibet omnibus, sed quib. vult. Nec de hoc alii quibus hoc non datur habent causam quærere. Sufficere eis. n. debet, ꝙ in ptãte eorum est, ꝙ trahantur, quia possunt velle trahi, quod si facerent, Deus eos traheret. Quare aũt hunc auersum conuertat faciendo, vt trahi velit, & nõ illũ, noli vt dicit Aug. velle quærere, si nõ vis errare. In generali tñ aliquos sic mouet, & aliquos non, vt suam misericordiã manifestet in eis, qui trahuntur, & in aliis iustitiam. In speciali vero de hoc, vel illo non est ratio, nisi quia vult, sicut non est ratio quare domificator velit aliquos lapides grauiores esse in fundamento, non autem quare hũc vel illum. Hæc ex illo sententialiter. Vide etiam prima parte, vbi supra.

Sed cõtra prædicta. Nam si in mea potestate est, vt trahar, quare dicit Aug. semel accipe, & intellige; nõdũ traheris, ora vt traharis. Adhuc. n. debemus orare Deum pro his quæ facere ipsi possumus. Ad hoc dico: Primò, ꝙ ideo possumus trahi, quia possumus stãte natura tradita à Deo, & generali eius influxu uelle trahi, quod aliquãdo nolumus imperfectè, & conditionatè, eo modo quo piger uellet esse extra lectũ, de quo tamen surgere non curat. Talibus orandũ est, ut trahantur, idest vt Deus det eis voluntatem perfectam ad volendum trahi. Secũdò dico, & fortè est idem; ꝙ propter malas inclinationes, & obiecta sensibilia quæ nos alliciũt habemus difficultatem ad faciendum, id quod facere possumus, quo facto trahimur. Vnde plerunque amando illicita experimur, quòd vix possumus appetere, ut Deus à nobis talem effectum secluderet. Igitur orandum est, vt Deus det nobis, vt promptè, & perfectè, & facilius velimus, & faciamus totũ, quod possumus, vt trahamur, immo si trahimur, vt feruentius trahamur. Quarta quæstio est, cur dicat filius. Ego resuscitabo eum, cùm resuscitare mortuos sit opus commune totæ Trinitati. Et respondetur, quòd secundum S. Tho. 3. q. 56.

3.quæst.56.ar.1.resurrectio Christi est nostræ resurrectionis causa, quasi sicut diuinitatis instrumẽtum. Nam primum in quolibet genere est causa omniũ, quæ sunt post 2.Meta.sed primum in genere resurrectionis est resurrectio Christi, quia ipse primus perfecte resurrexit, idest ad vitã immortalem. Est autem ista resurrectio causa nostrę efficiens inquantum humanitas Christi, secundum quam resurrexit est deitatis instrumentum, & cõsequenter sicut alia q̃ Christus ĩ humanitate egit, vel pertulit; sunt nobis virtute deitatis salutaria, ita & resurrectio est causa resurrectionis cõtractu virtuali. Est etiam causa exemplaris, quia tanquã perfectissimam imitantur aliæ resurrectiones. Hæc ille. Virtualiter. Quia vero pater trahit ad filium, secundum Augu. per opera quæ facit: per quæ nõ debemus intelligere sola miracula, sed omnem inspirationem, ideo Saluator aliqua verba subdit, de quib. est quinta quæstio, scilicet [Est scriptum in prophetis erũt omnes docibiles Dei] id est docti de Deo. Hoc enim nullibi in prophetis reperitur. Sed dicendum est illud esse in prophetis scriptum virtualiter, & secundũ aliquos elicitur Ioel.3. vbi Dominus filijs Israel spondet se daturum eis doctorem, secundũ Aug. vero, & Bedam sic dicitur, quia ex diuersis dictis prophetarum ista colligũtur præcipue, Esa.54. vbi dicitur. Ponã vniuersos filios tuos doctos à domino, & Hiere.3. vbi dicitur. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, qui pascent vos in sciẽtia, & doctrina. Intelligitur autem sic, secundum S. Tho. super Io. Nam si ly omnes, distribuat eos, q̃ sunt in regno, sunt docti à Domino per visionem essentiæ eius, sed intelligatur de his, qui sunt in ecclesia, sic sunt docti à Deo per fidem infusam. Et secũdũ Aug. hoc ipsum quod docentur ab homine est, quia docẽtur à Deo interius, qui est principalis magister. Si vero intelligatur de omnibus, qui sunt in mundo, sic omnes sunt docti, id est inspirati à Deo secũdũ Cyrillũ, quia quãtum est ex patre Dei omnes docentur, licet ex parte sua aliqui non doceantur. Vel secũdum eundem ex Chrys. intelligitur omnes; id est multi, vel plurimi. Vel omnes, secũdũ Aug. nõ simpliciter, sed qui docti erunt, vt sit distributio accõmoda eo modo quo de magistro literarum dicitur. Iste docuit omnes ciues huius ciuitatis. Omnes inquã eos qui didicerunt in ciuitate. sequitur [Omnis qui audit] idest inspiratur à patre [& didicit] id est credit, & consentit inspirationi [venit ad me] credendo in me, & amando. Aliter autem venire nõ potest, scilicet nisi adiuuetur à patre, sicut nec graue põi ascẽdere, quia excedit suam facultatem [Non quia patrẽ vidit quibusdam] eo modo quo est nude, & aperte; quamuis aliqui viderint eum per similitudines corporum, vt Abraã. Gene.17. Vel melius patrem nemo vidit ꝑfecte, id est comprehensiue, licet aliqui eũ viderint aperte per miraculum, vt de Moyse, & Paulo tradunt August. & S. Thom. [nisi is qui est à Deo] id est Christus, qui inquãtum Deus est generatus à Deo patre, & inquantum homo est formatus virtute Dei in vtero virginis [Amen amen dico vobis, q̃ credit in me] fide scilicet, & charitate formata [habet vitam æternam] in sua radice, & causa. Gratia enim est quædam inchoatio gloriæ, & dispositio ad illam [Ego sum panis vitæ] id est dans vitam gratiæ, & gloriæ. Hoc autem multipliciter intelligitur. Primò, vt panis sumatur metaphoricè ꝓ eo quo viuit aĩa, sicut obiecto cognito, & amato, secundum illud Ioan.4. Meus cibus est &c. Secũdo, vt panis dicatur id, in quod panis est conuersus, aut conuertendus. Primò igitur modo Christus est panis animæ inquantum Deus, & inquãtum homo, sed secundo modo solum inquantũ homo, ꝓ quanto in corpus eius conuertitur panis [patres uestri mãducauerunt mannã in deserto, & mortui sunt] corporaliter, & multi etiam spiritualiter [Hic est panis de cœlo descẽdens, ut si quis ex ipso mãducauerit, nõ moriatur] morte gehennæ, uel culpæ, nisi à se panẽ repellat [Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum] quantum scilicet est ex parte panis, nisi quis seipsum per peccatum postea occidat.

Feria 5. infra octa. Penthecostes.

Textus euange. Luc. c. 9.



ONVOCATIS Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutē, & ptātem super omnia dæmonia, & vt lāguores curarēt. Et misit illos prędicare Regnū Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neq; virgam, neque peram, neque panem, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quamcunq; domum intraueritis ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa etiam puluerē pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos: egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique.

CONVOCATIS Iesus duodecim Apostolis &c.] Luc. 9. Circa præsens Euangelium duo sunt consideranda. Primum quō sit intelligenda potestas collata discipulis super omnia dæmonia, seu ad facienda miracula; secundò vero quomodo intelligenda sunt illa verba. Nihil tuleritis in via.

QVANTVM ad primum sciendum est, ex doctrina S. Tho. po. q. 6. ar 4. ꝙ dupliciter Sancti faciunt miracula. Primò, s. impetrando, & secundò coagendo, ꝙ Gre. appellat facere miracula ex ptāte. Hoc autem non est sic intelligendum quasi in sanctis sit aliqua virtus realis, habitualis, qua facerent miracula, quia sic facerent ea, quñcunque vellent ꝙ falsum apparet in B. Benedicto, quē soror B. Scolastica inuitū detinuit impetrata pluuia a Deo. Habēt aūt virtutē intentionalem, & transeuntē, item ꝙ in eis est solum ad præsentiam agentis, i. quando Deus actualiter per eos operatur. Talis est virtus, quæ inest baculo à brachio illū mouente, Apostoli igitur sic habuerunt potestatem super dæmonia, & super languores ad expellendum vtrumque. Habuerunt insuper potestatem, i. licentiam adiurandi dæmones, secundum S. Tho. 2. 2. q. 90. Adiurandi, inquā non deprecando, sed imperando, non vt prosint, sed vt nō obsint. Ex speciali tamen consilio Spiritussancti aliqui sancti vsi sunt seruitio dæmonum, vt Iacobus in ligando Philetum. Licitè ergo eis imperamus ne nobis noceant, non autem vt nos doceant. Hæc ille virtualiter.

QVANTVM ad secundum vide Dom. 4. Aduen. Dicitur ergo [Conuocatis Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutē, & ptātem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare Regnum Dei.] i. aduētum regis institutoris Regni Dei, i. Christianitatis [& sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via, neq; virgam, neque pecuniā, neq; duas tunicas habeatis, & in quamcunque domum intraueritis ibi manete, & inde ne exeatis] curiosè, & læuiter cursitando per domos, secundum Amb. vel ne exeatis secundum Cyril. propter vitæ necessaria procuranda, q̃a prouidebunt vobis vestri receptores. Vel ne exeatis secundum eundem ne hospitem contristetis, cætera patent.

Feria 6. infra octa. Penthe.

Textus euang. Luc. c. 5.

FACTVM est vna dierum, & Iesus sedebat docens, &c.

FACTVM est vna dierum, &c] Lu. 7. vide Domin. 5. post fest. Trinita.

Sab. infra octa. Penthec.

Textus euange. Luc. c. 4.



VRGENS Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis, Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, &c.

Surgens

SVRGENS Iesus de synagoga &c.] vide Fer. 5. post 3. Domin. Quadrag.

In festo Sanctæ Trinitatis.

Textus euang. Ioan. c. 3.



RAT homo ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorũ, hic venit ad Iesum nocte, & dicit ei. Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo. n. põt hęc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amẽ dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre Regnũ Dei. Dixit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci cũ sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus. Amen amẽ dico tibi, nisi q̃s renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, nõ potest introire in Regnum Dei. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum ex spiritu spiritus est: Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & uocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Sic est oĩs qui natus est ex spiritu. Respõdit Nicodemus, & dixit ei. Q̃uo possunt hæc fieri? Respõdit Iesus, & dixit ei. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & q̃d vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & nõ creditis, q̃uo si dixero vobis cœlestia creditis? Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descẽdit de cęlo, filius hominis qui est in cęlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.

ERAT homo ex pharisæis, Nicodemus nomine &c.] Ioan. 3. In præsenti Euangelio narratur instructio, qua Christus instruxit Nicodemum. Est autem aduertendum, ꝙ ea quæ hic dicuntur, secundum Magist. hist. videntur concigisse post vltimum Domini aduentum in Hierusalem, ex quo vlterius videtur, quòd a beato Ioanne per anticipationem narrentur. Sciendũ etiam est, quod iste Nicodemus est, qui Ioã. 7. loquitur in fauorem Christi, dicens. Lex nostra non iudicat quemquam &c. Itẽ Christum sepeliuit. eiusdem 19. Ideo Euangelista ita seriosè eum describit, vt sciatur quare hoc fecit, vel quomodo facere potuit, fuit enim magnus, & honoratus inter Iudæos, ideo potuit aliis contradicere, & fuit illuminatus à Christo, ideo debuit pro ipso zelare. Vel hoc ideo Euangelista facit, vt ostendat causam debilitatis fidei eius, quia scilicet erat princeps. Sicut enim dicitur Ioann. 12. multi ex principibus crediderunt in Christum, sed eũ confiteri non audebãt ne de synagoga expellerentur. Sed quia in hoc Euangelio tota sancta Trinitas exprimitur, & propterea in eius festo legitur, antequam descendamus ad eius expositionẽ, aliqua volo prælibare de ipsa sanctissima & indiuidua Trinitate, vt qui fide credunt, etiam aliquali ratione explanationis recreentur.

Sciendum est igitur, ꝙ ad istam beatam Trinitatem ostendendam, nec exemplũ, nec rõ, nec authoritas aliqua veteris testamenti est omnino euidens, & conuincens, sed tenetur sola fide per scripturã noui testamenti expressè, s. sic ꝙ non possunt scripturæ rationabiliter intelligi, nisi credita Trinitate. Ad hanc autẽ aliqualiter manifestandam pro consolatione fidelium vtemur, Ratione, Authoritate, & Exemplo.

Quan-

QVANTVM ad primum sciendum est, ꝙ nos qui ex corpore, & spiritu ĩ mortali constamus, sumus ad imaginẽ Dei secũdũ spiritũ, non scd̃m corpus. In spiritu aũt rationali secluso corpore non possunt esse nisi duæ potentię, scilicet intellectus, & voluntas, quę in qualibet creatura, i. in hoĩe, & angelo distinguuntur realiter sicut in igne splẽdor, & calor. Et si dicatur, ꝙ præter has duas spiritus habet potentiã motiuã. Dico ꝙ scd̃m sanctos, & philosophos ista potentia motiua, est voluntas. Vñ & Angeli dicũtur mouere cœlos ꝑ imperiũ volũtatis, sicut & aĩa mouet corpus humanũ. Quælibet aũt istarũ duarũ potẽtiarũ ꝓductio, sicut intellectus ꝓducit verbũ, i. cõceptionẽ ꝑ quam res intelligit, volũtas producit seu spirat amorẽ, quæ duo distinguuntur à potẽtijs quibus producuntur, & abinuicẽ. Et vnũ istorũ dependet ab alio, scilicet amor à verbo, quia nihil possumus amare nisi cognitũ, ita, ꝙ amor dependet à duobus, scilicet à volũtate, & à verbo. Igiť si Deus gloriosus, esset Deus sicut est, & cũ hoc ꝑ impossibile intelligeret, & amaret sicut nos, iã in cognitione sanctæ Trinitatis ꝑ naturalẽ rationẽ euidẽtissime cõscenderemus. Sed sicut Deus infinite distat à creatura, ita suũ intelligere, & amare infinitè distat à nostro. Et ideo in dictam cognitionẽ nõ possumus conscendere euidenter, sed solũ probabiliter, sic arguendo. Deus est ens primũ & nobilissimũ, ergo nõ est corporeus, quia corporea nõ sunt nobilissima, sed est spirtus immortalis, intelligit & amat, ergo intelligẽdo producit verbũ, & amãdo spirat amorem. Quod verbũ, & quem amorẽ oportet distingui abinuicẽ, quia vnũ est ab alio, scilicet amor à verbo, cùm appetitus depẽdeat à cognitione: inuisa enim diligere possumus, sed incognita nequaquã, secũdũ Aug. Oportet etiam esse aliquod tertiũ præter ista duo, quia ista sunt ab alio scilicet verbum à dicente, & amor ab amante, & sic iam in Deo habemus tres res distinctas realiter, quarũ scilicet vna producit aliã. Et si q̃s dicat, ꝙ sunt quatuor, q̃a dicẽs siue intelligens, & amãs sunt duo, dico ꝙ hoc probare impossibile ẽ, q̃a probant philosophi, quòd sit impossibile intellectũ, & voluntatẽ in Deo, esse duo distincta, vt in nobis. Ista autẽ oportet esse tria subsistentia supposita, quia verbũ Dei, aut amor nõ potest esse accidens vt in nobis, quia Philosophi probant in Deo non posse esse accidens, cõsequenter oportet, quòd subsistãt. Oportet etiam, quòd tam verbũ, quàm amor sit Deus, quia verbũ est in dicente, & amor in amante, secundũ philosophos, & experientiam, & consequenter verbũ Dei, & amor Dei sunt in Deo, in quo vt probãt philosophi nihil põt esse, q̃d nõ sit Deus. Sunt ergo tres subsistentes in deitate. Et oportet, ꝙ vnus eorũ, i. verbũ dicatur filius, & sua ꝓductio dicatur generatio, q̃a ad rationẽ filij sufficit ꝙ aliq̃d ꝓcedat sicut viuens à viuente coniuncto scd̃m similitudinẽ in eadẽ natura scd̃m speciẽ, quod totũ conuenit verbo Dei. Et consequẽter si verbum est filius, etiam ille qui verbũ produxit est pater. Tertius autẽ, i. amor appellatur Spiritussanctus, quia noĩe spiritus importatur impulsio quædam in aliquid, & hoc idẽ sonat amor qui est primus motus apetitus impellẽs nos ad omnia. Ex istis sic arguitur. Si Deus intelligit, & amat, intelligendo producit verbum, quod est filius, & amando spirat amorem, qui est Spiritussãctus, & cõsequenter in Deo est pater, filius, & Spiritussanctus. Sed Deus intelligit, & amat, vt naturaliter ꝓbant philosophi, & sancti. igitur in Deo est pater, filius, & Spiritussanctus Nec plura hic dico cùm infinita dici possent, quia hanc rationẽ pro rudioribus formaui, sed vide (si vis) de his omnibus sanctũ Thomam. 1. parte, & in 4. cõtra gen. in principio.

QVANTVM ad secundum primò induco argumentum Magistri sententiarum di. 2. primi l. qui probat pluralitatem personarum in diuinis per illud, quod scribitur in principio Ge. In principio creauit, &c. vbi hębraica veritas sic habet. In principio creauit eloim cœlũ, & terrã. Eloim est plurale huius nominis, el vel eloi, q̃d significat Deum in singulari. Et hoc satis patet scientibus proprietates idiomatis hebraici. Per hoc aũt ꝙ nomen plurale diuinũ cõiũgitur cũ verbo singularis numeri, cũ dř, creauit eloim, acsi diceretur creauit dij, ostẽdit scriptura, quod in Deo est aliqua pluralitas cum vnitate essentiæ, quia talis modus loquendi sæpe in veteri testamẽto inueniẽ

de Deo, & de nullo alio. Ex quo patet, ꝙ aliqua pluralitas in unitate diuinę essentię est, quæ in nulla alia inuenit natura. Et hęc est pluralitas personarum in vna essentia, quæ in prædicto modo loquendi designat per verbum singularis numeri coniunctū nomini pluralis numeri.

Sed ad hoc respō dēt Hebræi dicentes ꝙ hoc nomē eloim indifferēter accipit in plurali, & in singulari, & quādo dicitur de Deo vero, semꝑ accipitur pro singulari, & sic est in proposito quando dicitur. In principio creauit eloim cœlum &c.

Sed contra istā solutionem arguo ex textu scripturę, ꝙ hoc nomen eloim, & alia nomina diuina dicūtur frequenter de Deo vero in plurali, quod patet manifeste, q̃a cōiungitur cū adiectiuis pluralibus, & verbis numeri pluralis. Exemplū de adiectiuis. Iosue vlti Non poteritis seruire domino, q̃a dominus sanctus ipse. Vbi veritas Hæbraica. Nō poteritis seruire domino, q̃a eloim sancti ipsi. Itē Hiere. 23. Peruertistis verba Dei viuentis, domini exercituū Dei vestri. Vbi veritas Hæbraica. Peruertistis verba eloim viuētiū domini exercituū Dei vestri. Et nota ꝙ ibi ponitur nomen domini tetagrammaton. cūm dr̃ in authoritate allegata, domini exercituū. Vbi. n. habemus domini in Hębraico ponitur nomē domini tetagrammaton, quod significat diuinā naturā, sc̃ꝫ m̃ suas proprietates intrinsecas absq; respectu ad extra. Et sic patet, ꝙ in intrinsecis diuinitatis est aliqua pluralitas ꝑ pluralitatem immediatē pēendentē significata, cū dr̃ in authoritate, peruertistis eloim hagim. i. Deorū viuentiū. Et coniungitur ista pluralitas dñi tetragrāmaton, cū immediatè sequit dñi exercituū Dei vestri, ĩ singulari. Et sic ꝑ hoc patet. ꝙ in vnitate diuinæ essentię ē aliqua pluralitas cū summa simplicitate, quæ non est in alijs, q̃a semꝑ vbi scriptura ponit aliquid pluralitatem personarum significans, ibi deinde ponit aliq̃d quod ostendit essentiæ vnitatem, vt per authoritatē ꝑdictam patet & inde subsequēter patebit. Item Esa. 44. Dñabitur tui q̃ te fecit, dominus exercituū nomen eius. Veritas Hæbraica. Dominatores tui, factores tui, dominus exercituū nomen eius. In hac authoritate verbi ponitur dominus exercituū nomen eius, ponitur nomen dñi tetragrāmaton. Et ideo ex hac authoritate potest argui sicut ex præcedēti. Similiter hoc verbū eloim frequenter iungitur cū verbo pluralis numeri. Verbi gratia 2. Reg. 17. dr̃. Quæ est aūt gens, vt populus tuus Israel in terra, ꝑ quam iuit Deus &c. vt redimeret eam sibi in populū. Hæbraica veritas. Quis est, vt populus tuus Israel gens vna in terra, ꝑ quam iuerunt eloim ad redimendū sibi populum. Itē Eccle. 2. Quis est homo inquā, vt possit sequi Regem factorē suū. Hæbraica veritas. Quis est homo, vt intret post regē, qui iam fecerunt eum. Patet igitur ex prędictis, ꝙ prædicta responsio est falsa, quia nomen eloim dictum de Deo vero accipit frequēter in scriptura in plurali, vt patet ex authoritatibus ꝑdictis, q̃ non possunt intelligi ad literam nisi de Deo vero: Propter quod alij soluerunt aliter alibi, scilicet glo. super illud Eccle. quod dictum est. Quis est homo &c. vbi, inquit glo. Hæbraica. Si quæratur, qui fecerūt eū, s. hominem pōt dici, ꝙ Deus sanctus, & domus cōcilij sui. Et cōsimiliter respondet in glo. super Ps. 49. Deus Deorum dominus locutus est. In Hebræo. n. sunt tria nomina diuina, s. El eloim, & nomen domini tetagrāmaton, loco cuius habemus hoc nomē dominus. Quærit igitur ibi glosator, quare author illius Psal. Asaph ter nominauit Deū in principio huius Psalmi? Respondet aūt vt ostenderet, ꝙ Deus in tribus proprietatibus creauit se. Si considerentur istæ duæ responsiones, sunt verissimè. Prima. n. q̃ dr̃cit, ꝙ Deus & domus concilij sui fecerunt hominē, & propter hoc dicitur in plurali. Eccl. 3. Quis ē homo &c. vera est, q̃a Deus accipitur hic pro patre, domus concilij sui propriè dr̃ filius, qui est verbum mentis paternæ, & Spiritussanctus amor ipsius ꝓcedens. Similiter secūda responsio, quæ dicit, ꝙ Asaph ter nominauit Deū, quia Deus in tribus proprietatibus creauit mundū, est verissima, quia tres sunt proprietates in diuinis, s. paternitas, filiatio, & spiratio, quæ sunt proprietates constituentes personas, & creatus est mundus in tribus proprietatibus istis, q̃m indiuisa sūt opera Trinitatis.

Vtrum aūt proprietates habeant causalitatem inquantū huiusmodi, vel gratia attributorū, non est præsentia speculationis. Patet etiam ex istis, ꝙ non est contra intentionem

tionem Hæbraicorũ doctorum antiquorũ, ꝙ aliqua pluralitas ponaꝉ in Deo, seu in diuinis dum tñ seruetur vnitas deitatis, quã vnitatem catholici verissimè confitentur. Hanc igitur vltimã responsionem, q̃ vt visũ est continet veritatem, posteriores Iudæi deprauant, dicentes, ꝙ diuina sapientia bonitas, & potẽtia sunt illæ tres proprietates in quib. Deus creauit mũdum, & oĩa fecit. Et ideo dr̃ in principio Gen. In principio creauit eloim, in plurali, ad denotandum istas tres ꝓprietates, siue attributa in Deo in quib. cuncta operaꝉ. Et eodẽ modo exponunt authoritates p̃dictas. Sed ista respõsio non est rõnabilis. Primò quia sicut Deus operatur per potentiam, sapientiã, & amorẽ, ita artifex creatus operatur per artẽ suã, sicut per regulam directiuam, & per potentiã transmutandi materiã, & per lucri amorem, sicut ꝑ finem. Si igitur ꝑ sapiẽtiã, potentiam, & bonitatem diuinam nomen Domini ponitur in plurali quando operatur, eadem ratione, & maiori debet scriptura sic loqui de artifice creato operationẽ ipsius exprimendo ꝙ non inuenitur, & tamen talis modus loquendi in scriptura de Deo frequenter habetur. Et cõfirmatur rõ, quia sapientia, potentia & amor plus differunt in artifice creato, quàm in Deo, quia differunt re absoluta, ꝙ non potest esse in Deo, ergo modus loquendi in plurali, magis competit in expressione operis creati artificis, q̃ ipsius Dei. Item arguitur sic. Intẽtio Moysi erat inducere populum ad cultum vnius Dei, & ipsum ab idolatria reuocare, ad quam ille populus erat paratus, vt patet ex toto decursu veteris testamẽti. Cũ igitur per dictum modum loquendi in plurali possit haberi aliqua occasio cogitandi absolutam pluralitatem in diuinis non est verisimile, ꝙ Moyses cognoscens pronitatẽ populi ad idolatriam vsus fuisset tali vocabulo, aut modo loquendi, & in scriptis reliquisset, nisi per hoc subtiliter sapientib. indicare voluisset, ꝙ cùm vnitate simplicis essentiæ in Deo stat pluralitas personarum. Aliter enim suus modus loquendi esset cõtrarius suæ intentioni.

Est autẽ sciendũ, ꝙ in Hæbraico mysteria abscondita, & solũ sapientibus nota ex modo scribendi inconsueto frequenter designanꝉ. Sed alij aliter soluũt dicentes, ꝙ illi qui arguunt pluralitatẽ in diuinis personarũ per hoc nomen eloim, quod pluralitatem significat, & tamen dr̃ de Deo, innituntur super baculo arundineo cõfracto quia talis modus loquẽdi alibi inuenitur de vno solo sicut patet 1. Reg. 28. vbi scriptura loquitur de suscitatione Samuelis, cũ dixit illa mulier phitonissa. Vidi eloim ascendentes de terra, & sequitur verbũ Saulis, qualis est forma eius. Item non solũ sic loquitur scriptura de hoc nomine eloim, sed etiam de aliquibus alijs, verbi gratia. Ezec. 46. dr̃ sic. In die autem calẽdarum vitulum de armento immaculatum. In Hæbraico aũt nõ ponitur tamin, quod significat immaculatum, sed tamimim, quod est plurale huius nominis tami, vel temau; & coniungitur cum vitulo in singulari, & per hoc non importatur aliqua pluralitas. Item aliquando verba pluralis numeri coniunguntur cum nominibus & pronominib. singularis numeri. Verbi gratia. Cant. 1. Trahe me post te, curremus &c. Et sic non valet argumentũ quo cõcludebatur pluralitas personarũ ex hoc ꝙ nomina diuina coniunguntur cũ verbis pluralis numeri, vt videtur. Et sic ꝑ ista prædicta loca scripturæ arguitur cõtra prædicta. Sed per ista nullo modo infringũtur ea quæ dicta sunt, quia secundum expositores Hæbraicos Samuel nõ surrexit solus, sed Moyses cum eo. Dicũt. n. ꝙ Samuel surrexit tunc non virtute magica, sed virtute, seu permissione diuina, quod dictum cõuenit cum illa opinione, quam tetigit Augusti. in epistola ad Simplicianum, & habeꝉ in Gloss. 1. Reg. 24 Super locum illũ dicunt Iudæi, ꝙ Samuel timuit ad diuinũ iudiciũ euocari, ideo rogauit Moysen venire secũ, vt esset sibi testis, ꝙ integrè seruasset legẽ ab eo conscriptam. Mulier igitur phitonissa, quæ solum Samuelem vocauerat, videns alium ipsum associantem, admirans dixit in plurali. Deos video &c id est homines diuinos, & indicauit modum suæ visionis Sauli, licet breuius exprimatur 1. Reg. 28. Saul autem non quæsiuit, nisi de figura ipsius, qui primo apparuerat, & non de associante ipsum. Et ꝑ hoc quæsiuit in singulari, dicens. Qualis &c. quia cum solo Samuele volebat loqui. Et sic patet ex dictis doctorum Hæbraicorum qui hunc passum exponũt, ꝙ non infringitur nostrum argumen-

mentum prædictum, sed ratio firmatur magis, quia eloim de duobus dr. Si autē dicatur sc̄d m aliā opinionem, quam ē tangit Aug. ꝙ non fuit verè Samuel, qui apparuit. Respondeo, ꝙ duo alij apparuerūt, videlicet dæmon cooperans illi mulieri maleficæ, & quædam forma repræsentans Samuelem. Et propter hoc dixit in plurali, Deos video. Saul autem non nisi de vno quæsiuit Samuelē quem vocari fecerat. Ad secundū est, ꝙ themimim, quod significat immaculatos in plurali, nō coniungitur cū vitulo in singulari, vt arguitur, & malè, sed genitiuo pluralis numeri. Nō enim habēt variationem casuum Hebræi sicut nos, sed tantum variantur nomina secundū singularem numerū & pluralem. Et est sensus. In die autem calendarū vitulum de armento immaculatorum, idest de numero illorum immaculatorum, qui ad hoc seruabatur, faciet sacrificium &c.

Ad cuius euidentiam est notandū, quòd ex statuto legis in principio cuiuslibet mēsis solebat offerri vitulus vnus immaculatus, & ideo ordinauerunt sacerdotes, quòd in vno loco propè templū tales vituli seruarentur saltem 12. ad minus, & de illis solum ad hoc reseruatis semper accipiebatur ille in principio mensis, seu calendarum, quod idem est, & offerebatur. De tali autē oblatione loquitur Ezechiel in loco prædicto, ideo ad hoc denotandū posuit themimim in plurali, ad innuendū, quòd vnus de illis debebat offerri. Et sic patet, quòd prædicta non infringunt ea quæ dicta sunt de hoc nomine Eloim. Propter quòd antiqui doctores aliter nitebantur soluere dictum argumentum, vt patuit ex prædictis. Ad tertium est dicendum, ꝙ liber Cant. à doctoribus hæbraicis exponitur de Deo, & synagoga, siue de Deo, & Ecclesia, sicut ēt à catholicis. Igitur secundū eos illa verba. Trahe &c. sunt verba synagogæ quæ dr sponsa Dei. Ideo talis sponsa nō est vna singularis persona, sed collectio fideliū. Ideo ad hoc denotandū subditur in plurali, curremus &c. Et ideo hoc ponitur ad denotādū pluralitatē personarū. Et ideo ex hoc non infringitur argumentū de hoc nomine Eloim, & alijs nominibus diuinis, etiā de nomine domini tetragrammaton, quæ cōiunguntur cum verbis pluralis numeri ad denotandū ibi aliqua pluralitate p modum prędictum, sed magis per hoc dictum argumentum cōfirmatur. Item non solū arguitur pluralitas personarum ex hoc nomine Eloim, vt ipsi supponunt, dicentes, ꝙ innitimur baculo arundineo cōfracto, sed eandem pluralitatem clarius exprimunt ꝓphetę in multis locis. Verbi gratia, in Psal. 44. qui non potest exponi ad literam nisi de Christo, dicitur. Sedes tua Deus in seculum seculi &c. vsque Deus tuus. In hac authoritate exprimitur Christus, tanquam Deus vnctus, quia in humana natura assumpta vnctus est plenitudine gratiæ. Exprimitur etiam Deus vngens ipsum tanquam persona distincta ab ipso vncto, quia scriptura sacra loquitur de ipso vngēte, tanq̄ de alia persona. Notandum etiam, ꝙ ex parte Dei vngentis duplicatur hoc nomen Deus, cùm dr. Vnxit te Deus Deus tuus, ad denotandum personam patris, & Spiritussancti. Et sic patet ex hac authoritate pluralitas personarum, & diuinitas ipsius Christi. Propter quod ad idem propositū ostendendum inducit ista Apostolus ad Hæb. 1. Itē in psal. 109. dicitur. Dixit dominus domino meo &c. Et ꝙ sint verba patris ad filium patet per translationem chaldaicam, quæ dicit sic. Dixit dominus verbo suo, sede à dex. &c. Patet etiam per id, quod sequitur in eodem psal. Ex vtero ante luciferum genui te, quia non potest intelligi competere nisi filio Dei. Per hoc.n. dicit dr Deus verbum ex vtero genitū, i. de substantia, ostenditur vnitas diuinæ essentiæ, qa deitas purificari non potest. Per hoc autem, ꝙ dicitur genitus, ostenditur distinctio psonarum quia nulla res se ipsam gignit. Similiter p hoc qd dr, sede à dextris meis. Vna enim ꝑsona nō dicitur sedere ad dexteram suiipsius. Et sic ex hac authoritate patet pluralitas personarū, & maximè quia hic psalmus non potest exponi ad literā nisi de Christo, sicut declarat Nicolaus de lyra in epistola ad Heb. 1. c. Propter quod Saluator allegat eū i hoc sēsu Mat. 22. & Apostolus vbi supra. Item pluralitas personarū non solū exprimitur in scripturis veteris testamēti, sed etiā determinata pluralitas, videlicet beata Trinitas. Vñ Esa. 18. Non à principio in abscondito locutus sum, ex tempore antequam fierent vbi erā, & nūc

dmio-

dominus misit me,& spiritus eius. Ista sūt verba Dei loquentis, vt patet ex textu immediatè præcedente, similiter ex hoc quod immediatè subditur. Hæc dicit dominus Deus, redemptor tuus sanctus Israel. In hac autem authoritate præmissa Esaias expresse loquitur de datione legis, quæ fuit data in manifesto, quia de die, audiente toto populo vocē Dei loquentis, vt patet Exo. 19. & 20. Et hoc est, quod dicitur, nō à principio in abscondito locutus sum, qñ.s. lex primo fuit data. Et immediatè subditur. Et nunc misit me Deus,& spiritus eius, vbi Deus dicit missum à Deo,& spiritu eius.

Nūc aūt est ita, ꝙ inter mittentē, & missū semp est distinctio psonalis. Igit̃ est distinctio psonatū in diuinis, s. Trinitas Dei mittētis, Dei missi, & Spiritus eius. Deum autē missum dicimus Deum incarnatū, scilicet filium: Deum autem mittentē,& Spiritum eius, dicimus Patrem,& Spiritum sanctū. Et sic patet Trinitas personarum. Ad euadendum autē istud incōueniens rabbi Salomō adinuenit vnum mendacium super locum istum, dicens, quòd omnes prophetę fuerūt cum Moyse in mōte Synai,& ibi acceperūt prophetias suas sicut Moyses legē, sed postea illas denunciauerunt populo tempore à Deo determinato. Ideo dicit, quòd verba prædicta, sunt verba Esaiæ ab illo loco, ex tpe antequam fierent &c.i, à tempore dationis legis de qua ibi fit sermo, ibi fui in mōte Synai,& quod sequitur, & nunc me, &c. refertur ad tēpus quo Esaias missus est ad denunciandū populo illa, quæ prius acceperat in monte Synai à Dño. Sed istud dictū patet esse falsum multipliciter. Nam immediatè præmittitur verbū domini loquentis de datione legis, cùm dicitur. Non à principio in abscōdito locutus sū.& immediatè sequitur ex tpe antequam &c. Et sic ex modo loquendi patet, ꝙ est verbum eiusdem. Et sic patet, ꝙ illud secundum verbum non est Esaiæ, sed ipsius Dei, sicut & primū. Quòd autem primū sit verbū Dei de datione legis, patet per literā præcedentem, q a ibi præmittitur: Ego sum primus, & ego nouissimus. quòd nō potest dici de Esaia. Itē Glo. Hæbraica quæ apud illos autentica reputatur super illū locū Exo. 228. ego sum dominus Deus tuus, dicit sic. Si dicis in secreto fuit, sermo, s. legis, noīe iā dictū est Esa. 48. nō à principio in abscondito &c. Et sic patet p istam glo. apud eos autenticā, ꝙ istud verbū Esaiæ dicitur in psona loquentis Dei. Et hæc de datione legis. Itē super illud Exo. 19. Venerunt in solitudine Synai. dicit glo. autentica Hæbraica Data est lex in publico, vt oīs qui voluerit eā recipere recipiat. Et sequitur. Et ecce Deus sanctus,& benedictus, dicit Esa. 48. Non à principio in occulto &c. vsq;, anteq̃ fierent ibi eram. Et idem habetur super illud Exo. 20. Ego dominus Deus tuus. Et sic patet non solū ex textu præcedenti, & sequenti, sed et ex glo. Hæbraicis apud Iudæos autenticis, ꝙ authoritas præallegata, Esa. à principio &c. non est intelligenda de ipso Esaia loquēte in persona propria, sed potius in persona Dei, qui primo dedit legem in monte Synai,& postea missus est ī mundum à Deo patre,& spiritu eius ad redemptionē generis humani, sicut m qđ manifestè exprimitur in prædicta authoritate. Et ideo in fine eius ponitur. Hæc dicit redēptor tuus &c Itē ꝙ dicit Esaiā fuisse in mōte Synai, est valde absurdū. quia Esaias nōdū erat natus, immo fuit natus post fere p sexcētos octuagintasex annos, q a ab egressu de Egypto vsque ad quartū annū regni Salomonis in quo fundatū est tēplū fluxerunt anni 480. vt habetur 3. Regū 6.& extunc vsque ad primū annum Oziæ regis Iuda, sub quo cœpit Esaias propheta, fluxerunt 206 anni, vt potest haberi de facili cōputando tempora Regum intermediorū, respiciendo tertiū, & quartum libros Regū. Si autem dicitur, quòd Esaias postquā accepit prophetiam in monte Synai mortuus sit,& postea tēpore Ozię suscitatus, illud videtur fictū, quia sacra scriptura hoc nullo modo innuit, sed magis contrarium, & maxime quia oporteret secundum eum idem dici de omnibus pphetis, vt patet ex prædictis. Si aūt dicitur, quòd anima Esaię fuit creata ante corpus, & sic fuit in mōte Synai in anima, nō in corpore,& postea illa anima fuit coniuncta corpori tempore Oziæ per viā naturæ generato & organizato, hoc dictum est contra scripturam Gen. 1.& 2. cap. Formauit, inquit Deus hominē de limo terræ,& inspirauit &c. Ex quo patet, ꝙ organizatio humani corporis pcedit origine infusionem animæ. Item Zach

12. di-

12 dicitur hæc dicit dñs extendens cœlos, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. Ex quo patet, quod aīa hoīs creatur in ipso corpore organizato. Vnde & Gl. Hæbraica super locū istū, sic dicit. Creator creat aīam cum perfectione figuræ humani corporis. Item arguit contra vtrāq; rōnem simul, quia si Esaias fuit in mōte Synai tpe legis datæ, & hoc siue in aīa tantum, siue in anima & corpore simul & ibi accepit prophetiam, quam postea denūciauit, & sic alii prophetæ, sequitur, quod scriptura veteris testamenti in magna parte sit falsa; quia sæpissimè prophetas accepisse spiritum prophetādi de nouo testatur, sicut patet de Hæliseo. 4. Regum. 2. & de Ezechiele Ezechiel. 1. & de multis aliis. Similiter dicit quod reuelationes sunt factæ ipsis pphetis, de his quæ ignorabāt, vt patet de Heliseo. 4. Reg. 4. vbi dicit de illa muliere Sunamite. Anima eius in amaritudine est, & dñs celauit a me. Similiter de Daniele idē patet, de quo scribitur Dan. 1 quod Deus dedit illi intelligentiam visionum; & 2. c. qualiter reuelatum est ei somnium Nabuchodonosor, & eius interpretatio; & 9. cap. introducitur Angelus Gabriel reuelās ei dictū mysteriū hebdomadarū, & in plurib. aliis locis eiusdē libri simile inducitur. Similiter etiam in aliis libris veteris testamēti, vt patet mirūcti, quæ omitto pp prolixitatem vitandam. Hæc autem omnia, similiter essent falsa si prophetæ accepissent prophetias in monte Synai, quia ex tunc fuissent de omnibus illuminati, siue fuissent ibi in anima tātū, siue in anima & corpore. Et sic patet, quod ratio rabbi Salomonis non solum est contra totam scripturam, quæ dicit, quod anima non præcedit corpus, sed etiam contra totam scholam Philosophorum, vt ex prædictis patet. Et sic ex prædicta authoritate Esaiæ, Trinitas personarū patet in diuinis. Ad idem facit illud Eccle. 4. Funiculus triplex. Glo. Hæbraice sensus, videlicet trini Dei, & vnius, non de facili discutitur. Sed hanc glo. antiquam moderni Iudæi peruertere runt retorquentes hanc Trinitatē ad tria diuina attributa, quæ sunt sapientia, potētia, & bonitas, sed hoc est supra improbatum. Idem patet in Psal. 32. Verbo domini cœli firmati sunt, &c.

Patet igitur principaliter qualiter pluralitas personarū possit probari per scripturam à Iudæis receptam, similiter & Trinitas determinata.

QVANTVM autem ad tertium sciendum est, quod nulla creatura illi beati Trinitati similari valet perfectè sicut nec vmbra assimilatur corpori, nec vestigiū, nec imago dicta, ei cuius est imago. Sed tū aliqualis similitudo inuenitur in creaturis superioribus, sicut secundum August. in sole tria considerantur, scilicet quòd est, quòd lucet, quòd calet, id est substantia, radius, & calor. Radius igitur nascitur de sole, quia filius de patre generatur, & calor procedit ab vtroq;, quia Spiritussanctus spiratur à duobus. id est Patre, & Filio. Ipse autem sol non est sequela procedens ab alio, quia pater nō est ab alio. Et tamē omnia tria sunt vnus sol; quia tres personæ sunt vnus Deus. Secundò in creaturis inferioribus sicut in elemento aquæ. Sicut enim fons riuum, sic pater filium generat, & sicut fons, & riuus faciunt stagnum, ita Pater, & Filius generant Spiritumsanctū. Fons autem sicut & pater à nullo procedit, & tamen locorū trium est vna aqua &c. Tertiò inuenitur in mediis, sicut in homine, de quo Aug. in lib. de Trini. dicit. Mens & notitia eius, & amor tria quædam sunt. Mens nouit se, & amat se. Et ipsa mens est quasi pater, notitia proles & Spiritussanctus amor, q de mente & notitia procedit dùm mens cognoscens se, diligit se. Nec enim posset se amare nisi cognosceret. Sed pro his aduerte ex S. Thom. 1. quæstio. 93. art. 7 quod imago Trinitatis, primò & principaliter attenditur in mente, secundū actus, prout scilicet ex notitia quam habemus cogitando interius verbū formamus, & ex hoc prorūpimus in amorem, quia diuinæ personæ distinguuntur, secundū processionem verbi à dicēte, & amoris connectentis vtrūque. Verbum autem in anima nostra sine actuali cogitatione esse nō potest. Secundariò autē & quasi ex consequēti potest attendi secundum potentias, scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem, & secundum habitus, prout scilicet in pdictis actibus virtualiter continetur. Sed tamen aduertendum est, quod exempla nulla sufficiunt, nec ingenij creati, quantauis perspicacitas ad hoc mysteriū perscrutandum, & comprehendendum. In cuius signum

gnum de Augustino legitur, quod cũ libros de Trinitate ederat, & ad litus maris cogitabundus deambularat, puerum inuenerit paruo cochleari ex mari ad fossulam aquam deportantem. Cumque Augustin. perscrutaretur quid nam facere vellet, respondisse se velle mare exhaurire, & in illa fossula refundere. August. in risum concitatus, quomodo, inquit, fili hoc facere potes cum mare sit magnum, & fossa parua, & cochlear modicum? At ille. Facilius, inquit, hoc mihi est, quàm tibi explere quod cogitas, scilicet mare trinitatis in fossa tui libri per cochlear tui ingenii concludere, statimque disparuit. At Augustinus Deo gratia agens quod verum ille dixisse recognouit. Sed quia ingenia non sufficiunt, Deus hoc mysterium per infinita miracula astruxit, quæ adhuc videtur in suis effectibus, puta in Romani imperii subiugatione, Iudæorum dispersione, gentilium conuersione, & martyrum occisione, & in multis huiusmodi, vt de fide dubitare non possit, nec aut insanus, aut vitiosus. His visis iam exponemus euangelium, in quo tanguntur tria puncta, quæ sunt disputatio, solutio, confirmatio.

QVantum ad primum tangitur quædam disputatio inter Magistrum, & Discipulum, idest Christum, & Nicodemũ. Dicitur ergo [Erat ergo homo ex pharisæis] qui erant quidam religiosi, qui resurrectionem, & spirituales substantias confitebantur, & quia de huiusmodi Christus loquebatur, ad eius doctrinam iste aliqualiter fuit dispositus [Nicodemus nomine princeps] id est vnus ex principibus [Iudæorum] Dicebantur autem Iudæorum princeps, vel nobiliores seu capita populi, vel certe ipsi iudices populi. Licet autem vt dicit Sanct. Thom. Christus à principio ad fidem suam vocare noluerit multos potentes, & sapientes, vt innuit Paulus primo Corint. 1. & hoc ne fides humanæ potentiæ, aut sapientiæ ascriberetur, tamen voluit aliquos vocare, vt istum ne contemptui haberetur tanquam fides rusticorum [hic] conuersus ad prædicationem Christi [venit ad Iesum] secundum Augustinum plenius instruendus de fidei secretis, cuius aperta ostensione signorum iam rudimenta perceperat [nocte] & hoc secundum Augustinum Iudæorum timore, ne pelleretur ex synagoga. Sicut tamen dicit Sanct. Tho. circa aliquos in scriptura consueuit qualitas temporis describi ad insinuandam conditionem eorum. Venit ergo nocte, quia venit scientia obscurus, charitate frigidus, & inimicorum timore plenus, quia fuit de illis principibus, de quibus dicitur Ioan. 12. quod Christum confiteri non audebant [Et dixit ei. Rabbi] quod latine sonat magister [scimus, quia à Deo venisti magister] idest scimus, quod tuum magisterium à Deo est. Beatus cuius magisteriũ à Christo, & non à bursa, vel ambitione est. Appellat autem eum magistrum, vt dicit Haymo quia Deum illũ non credebat [Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo] id est nisi fuerit amicus Dei. Non tamen dicit secundũ Chrysost. nisi fuerit Deus, & hoc iam dicta ratione.

Sciendum est aũt, ꝙ licet miracula non semper attestentur sanctitati facientis, tamẽ quando aliquis se dicit sanctum, vt Christus, qui dicebat se Dei filiũ necessario miracula attestantur sanctitati eius, quia vt dicit San. Thom. 2. Thessalo. 2. Prædicator prædicans falsum non potest facere miraculũ, quia Deus non est testis falsitatis. In prædictis autem verbis scđm Mag. histo. Nicodemus petit à Christo de fide plenius edoceri. Ideo sequitur [Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amen] .i. vere. Sed nullus latinus, aut græcus interpres propter reuerentiam voluit transferre, vt dicit Sanct. Tho. Et vt idem dicit, solus Io. id geminat inter euangelistas, quia solus tractat principaliter pertinentia ad verbi diuinitatem, quæ cũ occultiora sint, maiorẽ assertione indigebant [Dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo] scilicet per baptismum. [non potest videre regnũ Dei] idest scire secreta Ecclesiæ, & diuinitatis Christi maximæ, vel non potest saluari, & hoc intellige in noua lege cuius est baptismus sacramentum, & extra necessitatis casum. Vbi enim haberi non possit baptismus sufficit voluntas habẽdi. Sed videtur, ꝙ responsio Christi non sit ad propositum Nicodemi. Dicit autem san. Tho. ꝙ Nicodemus confitebatur Christum magistrũ miracula facere tanquam hominẽ puũ, quod Christus voluit remouere ducendo ipsum ad cognitionem altiorẽ mãsuete. q. d. Non est mirum si me purum ho-

minem credis, quia illa secreta diuinitatis nemo scire potest, nisi spiritualem cognitionē adipiscatur.

Est aūt sciendum secūdum S.Tho. quod cum sit duplex visio sicut & duplex natiuitatis, s. corporalis, & spiritualis, sicut visionem corporalem non habet nisi natus, ita nec spiritualem nisi renatus. Regeneratio aūt spiritualis in lege veteri fuit, sed figuralis, quia vt patet Ro. 14. patres baptizati sunt sub Moyse in nube & in mari. In noua autem est manifesta, sed imperfecta, quia renouamur interius per gratiam, sed non exterius per incorruptionem, vt patet 1. Cor. 5. Luc. 18. qui foris, &c. In patria vero erit perfecta, quia renouabimur et exterius. In lege igitur veteri videbant homines regnum Dei, idest mysteria eius, sed imperfecte & à longe. In noua autem imperfecte, idest per speculū, vt patet. 1. Cor. 13. In patria autē videbimus perfecte. 1. Ioā. 13. Cum autem apparuerit, &c.

Est autem notandum secūdum S.Tho. quod in græco nō habetur denuo, sed anothe, i. desuper, quod Hiero. transtulit denuo, vt scilicet importet additionem. Chryso. autem dicit propriū esse filii Dei nasci desuper quantum ad tempus, quia ab æterno, & quātū ad principiū generationis, quia à patre cœlesti. Sed quia nostra regeneratio est ad similitudinem generationis eius, ideo etiam est desuper quātum ad tempus per æternā prædestinationē, & quantum ad principium, quia gratia qua renascimur est donum Dei. Hæc ex illo virtualiter. Sed iste Nicodemus quamuis magister esset, idest doctor in lege, tamen vt dicit Aug. solam nouerat carnalem natiuitatem. Ideo de ea arguit dupliciter scilicet ex qualitate, & ex quantitate. Vnde sequitur[Dicit ad eū Nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex?] vt ego sum, qui tamen volo saluari. Erat enim senex secūdum Bedam, & de eo protulit exemplū[Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci]quasi diceret, ista sūt impossibilia. Non tamen vt dicit Chry. ista dicit quasi exciderit à fide, sed vt Christū ad ampliorem doctrinam prouocet.

Est autem moraliter sciendum, quod triplex est hominis natiuitas. Prima est naturalis quæ est homini ad humilitatem. Vnde & puer mox nascens tria facit, quæ sunt nobis ad exēplum humilitatis. Primum est, quia nasci-tur flendo. Aug. de ciui. Dei. Puer qui nasci-tur à ploratu incipit, nascens prophetat quid malorum passurus sit. Solus quando natus est risisse fertur Zoroastes, & tamen ille risus monstruosus parum sibi profuit. Fuit enim inuentor artium magicarum, & cum esset rex Batrianorum à Nino rege assyriorū bello interfectus est. Secundum quia bestiarum more curuus, & quasi in quatuor pedibus nascitur, ad innuendum, quod cum bestiis habemus partem vitæ nostræ communem, scilicet corporalem, & quòd iumentis sumus propter peccatum comparati. Tertiū, quia mox natus ponit manum ad os, quasi nobis ad memoriam reducens, quid patiamur pro delicto per gustum perpetrato. Secunda natiuitas est spiritualis ad salutem in baptismo vbi Spiritussanctus tenet locū patris, aqua sanctificata locum matris, sed verbum sacramentale est tanquam semen diuinum, de quo August. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Ter autem mergitur puer in aqua, licet non sit necessarium, & hoc ad repræsentandum, vel triduam Christi sepulturam, vel totam trinitatem ibi operantem. Vnde & tota trinitas se manifestauit in baptismo Christi ad hoc innuendum, scilicet pater in voce, filius in carne, Spiritussanctus in columba. Tertia est cœlestis ad beatitudinem, quia Sancti viri de vtero matris, idest Ecclesiæ nudi tantum egressi nascuntur in mundo alio, idest in cœlo, ideo. quæ mors sanctorum vocatur natale. Sicut enim puer ex vtero matris nascitur, cum peruenerit ad debitum complementum, quia requirit ampliorem locum ad manendum, vberiorem cibum ad vescendum, liberiorem aerem ad respirandum, & maiorem lucem ad videndum. Similiter sancti appetunt nasci in cœlo, quia est locus capacior, cum respectu eius tota terra sit punctus, secundū astrologos. Cuius signum est, quòd existentes in superficie terræ ita vtuntur astrolabio ac si essent in centro, nullam sensualem differentiam inuenientes. Et ibi etiam habebunt societatem maiorem. Psal. Satiabor, &c. Et aerem liberiorem ad respirandum, quia modo vix possunt respirare propter acerbitatem pugnæ in qua sunt, & laborant. Esa. 35. Fugiet dolor, & gemitus. Et maiorem lucem ad videndum, quia supra se habebunt infinitam lucem Dei. Apoca. 21. Claritas Dei illuminabit

nabit illam scilicet ciuitatem supernam. Et infra se locum luminosum. Tobiæ. 13. Luce splendida fulgebit. Et infra se animum illustratum. Esa. 52. Implebit splendoribus animã tuam. Et extra se corpus glorificatum Mat. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol.

QVANTVM ad secundum tangitur solutio disputationis, quæ inter Christum & Nicodemum versabatur, cum dicit Christus volens expressius declarare spiritualis natiuitatis modum [Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit] idest denuo natus [ex aqua] abluente corpus & consequenter significante ablutionem animæ [& spiritusancto] intrinsecus animam purificãte [nõ potest introire in regnum Dei] hoc autẽ intelligunt de regno ecclesiæ triumphantis, q̃a baptismus est necessarius ad salutem, & de regno ecclesiæ militantis, quia baptismus est ianua ad sacramenta percipienda, quæ nullus nisi baptizatus licite percipit, & imprimit characterem quo fideles ab infidelibus secernuntur, vt patet ex S. Thom. & aliis theologis. Sed quare homo nascitur per baptismum quia sine baptismo actu, vel proposito habito, homo nihil est in esse spirituali & deiformi, sed per illum tale esse acquiri sicut per generationem corporalem acquirit esse humanum. Vnde eo modo quo anima comparatur ad materiam & potentias, eodem comparatur gratia quam baptismus confert ad animam & virtutes, quia animæ dat esse spirituale, & ab ea fluunt virtutes sicut anima dat corpori corporale esse, & ab ea fluunt potentiæ suæ. Sed hic Sanctus Thom. mouet duplicem quæstionem. Prima quia antiqui patres secundum hoc non essent salui, sicut nec baptizati. Et soluit, quia fuerunt renati & baptizati in figura. Vel potest dici q̃ Christus loquitur. vt doctor & institutor nouæ legis, in qua baptismus est necessarius, sicut circuncisio necessaria fuit in antiqua. Secunda quia cum triplex sit baptismus, scilicet fluminis, flaminis, & sanguinis, multos baptizatos solum duobus vltimus modis, vel altero eorum dicimus intrasse regnum Dei. Et soluit, quia tales habuerunt baptismum fluminis. idest aquæ in uoto, & si non in actu, aliàs nihil valeret baptismus sanguinis, nec esse posset baptismus flaminis, idest Spiritussancti. Sed quia, vt ait Haymo prædicta mysteria Nicodemus capere non valebat, ideo ex carnali natiuitate dominus dat exempla, dicens [Quod natum est ex carne] idest homine carnaliter generante [caro est] idest acquirit solum esse carnale [& quod natum est ex spiritu spiritus est] idest constituitur in vita spirituali & acquirit spirituale esse [Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo] quasi dicat. Argumenta tua procedunt de carnali generatione, & sermo meus est de spirituali. Quod vero sequitur secundum Chryso. exponitur de spiritu, idest vento, de quo Saluator ponit exemplum. & secundum eius mentem sic exponitur [Spiritus idest uentus vbi vult] .i. in loco ad quem inclinatur ad spirandum, sumitur n. hic uoluntas pro inclinatione [spirat] .i. flat [& uocem] .i. sonũ [eius audis aure] corporis [& non scis vnde veniat] .i. in qua parte mundi determinate incipiat [aut quò vadat] idest vbi terminetur [Sic est omnis, qui natus est ex spiritu] quia scilicet eius principium, quòd est spiritussanctus & eius finis, qui est eterna fœlicitas a nobis ignoratur. Licet autem in hanc expositionem Chrysost. & fere omnes græci conueniant, vt dicit Sanctus Thom. tamen contra arguit Augusti. volens, quòd non de materiali spiritu, idest vento exponatur, dicens quòd talem scimus vnde veniat, aut quo vadat. Nam scimus austrum a meridie ad septentrionem spirare, aquilonem vero econuerso. Ad hoc autem dici potest, vt dicit S. Thom. quòd licet in generali sciatur vnde, aut a quo ventus spirat, tamen in speciali ne scitur motus eius principium aut finis. Secundum Augustin. autem exponitur de spiritusancto sic [Spiritus] sanctus [vbi vult spirat] quia scilicet, ut ait Beda, in potestate habet cuius cor gratia suæ visitationis illustret. Hæc ille [Et vocem eius audis] Ex hoc autem obiicit Chrysostom. contra expositionem Augusti quia dominus loquebatur Nicodemo imperfecto, cui vocem spiritus sancti audire non competebat. Sed secundum Sanctum Thom. dicitur, quòd solum sancti & perfecti audiunt vocem spiritussancti, qua loquitur interius in corde, sed alia est vox eius, qua loquitur in scripturis, vel per prædicatores, vel etiam per habentem spiritumsanctum. Vox enim in eius, qui spiritu Sancto plenus est, vox est spiritussancti secundum Augusti. & Bedam, quam percipimus [Et nescis vnde veniat, aut quo vadat]

id est vt dicit Alchuinus non potes videre quomodo sic loquentē intrauerit, aut inde redierit cū sit inuisibilis. Vel secundū Haymo. hoc dicitur, quia nescis quomodo fideles introducat ad fidem aut spem. Vel secundum Sanct. Tho. nescis vnde veniat, quia à patre, & filio qui habitant lucem inaccessibilem, aut quo vadat, quia ducit ad incognitum finem, & æternam salutem. Vel secundū eundem, nescis vnde veniat, idest quomodo hominem introeat, aut quo vadat, id est ad quam perfectionem ducat [Sic est omnis, qui natus est ex spiritu] quia scilicet nascitur inuisibiliter secundum Haymo. sicut & spiritus est inuisibilis. Vel ideo hoc dicitur secundum August. quia si tu nascaris ex spiritu, ille qui adhuc natus nō est nescit vnde aut quo vadat. Vel secundum S. Tho. sic est. Omnis qui natus est ex spiritu, scilicet sicut spiritus sanctus, q à in viro spirituali sunt proprietates spiritus sancti sicut in carbone accenso proprietates ignis. Sunt autem in eo tres spiritus sancti proprietates. Nam primo habet libertatem. 1. Cor. 3. Vbi spiritus domini ibi libertas, quia non ducitur à spiritu Dei nisi ad sancta, & quia liberat à seruiture legis. Secundo, quia de eo iudicium sumitur per vocē eius, ad quam cognoscitur spiritualitas eius. Mat. 13. Ex abundantia cordis. &c. Tertio, quia habet originem occultam, & finem similiter. Et hoc, vel inquantum nullus potest eum diiudicare, & ipse omnia diiudicat. 1. Cor. 2. Vel quia nescitur vnde veniat spiritualis natiuitatis eius principium, gratia scilicet baptismalis, aut quo vadat, idest quo dignus efficiatur. Hæc ex illo virtualiter [Respondit Nicodemus] non voto reprehendentis, vt ait Haymo, sed affectu discentis. Non enim intelligebat, quæ dicebantur, & tamen credebat illa vera fore [Quomodo possunt hoc fieri] Sicut autē dicit Chrysost. Christus aspertus etiam loquitur, non quasi accusans huius viri nequitiam, sed insipientiā, & ruditatem solum. Sequitur [Respondit Iesus. & dixit ei. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?] Quasi dicat, reprehensibilis est ignorantia tua, & hoc secundū Chrysost. quia multæ prophetiæ de hac spirituali natiuitate præcesserant, iuxta illud Psal. Renouabitur, vt aquilæ iu. tua, & multæ figuræ in lege, cuius eritiam ipse profitebatur. Augusti. Quid putamus dominum huic magistro Iudæorum quasi insultare voluisse. Volebat quidem ipsum nasci de spiritu. Nemo autem ex spiritu nascitur, nisi humilis fuerit, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu. Ille autē magisterio inflatus alicuius momēti esse videbatur, quia doctor erat Iudæorū. Deponit ergo dominus eius superbiam, vt possit nasci de spiritu. Hæc ille. Et intendit, quòd dominus reprehendit eum non vt confundat, sed vt per humilitatē capacem spiritualis doctrinæ efficiat. Ex his autem patet, quod in præsenti euangelio fit mentio de tribus personis diuinis, & earum appropriatis.

Sciendū est enim secundū doctrinā Sanct. Tho. 1. q. 36. ar. vlti. ꝙ licet potentia, sapientia, bonitas conueniant omnibus, & singulis suppositis Trinitatis, tamen potentia, quæ habet rationē principii appropriatur patri. Primo, quia est principiū non solū creaturarū, sed etiā filii, & Spiritussancti. Et secundo ne credatur impotens, sicut pater terrenus ratione senectutis. Et sapientia filio, Primo, quia est verbū intellectus paterni. Et secundo ne credatur inscius, sicut filius humanus ratione iuuentutis. Et bonitas quæ scilicet obiectū amoris appropriatur Spirituisancto. Primo, q̇a est amor, & secundo ne credatur impetuosus & violentus, sicut spiritus humanus. Exprimitur ergo pater cū sua potentia, cum dicitur, Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis nisi fuerit Deus cum eo. Et persona filii cū sua sapientia, cum dicitur. Rabbi scimus, quia à Deo venisti magister: & persona Spiritussancti cū sua bonitate, cum dicitur. Spiritus, vbi vult spirat. Non enim nostris meritis, sed sua bonitate nostris mentibus illuminabitur.

Moraliter autem sciendū est, quod pater omnipotens per tria vinci posse videtur. Primū est sua pietas viscerosa. Hiere. 32. Conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius. August. Tardius videtur Deo peccatori veniam tradere, quam illi accipere. Secundum est sua charitas affectuosa quæ illum de cœlo ad terram deposuit. Augu. o charitas quam magnas vires habes. Deum de cœlo ad terram deposuisti. Hæc ille. Immo, & crucem ascendere coegit. Luc. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, s. à charitate vsque dū perficiatur. Tertium est oratio lachrymosa. Bern.

ô humilis lachryma, vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. Similiter etiam filius Dei sapientissimus sciebat permitti se à nobis decipi. Primo in venditione, quia Regnũ cœlorum dat vili prætio, vt apostolis pro naui, & rhetibus, & viduæ pro duobus minutis, quibusdã pro calice aquæ frigidæ. Mat. 10. quibusdam pro sola bona voluntate. Aug. Regnũ cœlorum tantum valet quãtũ habes. Nihil vilius cùm venditur, nihil charius cùm possidetur. Secundo in emptione quia corpus nostrũ emit prætio sui sanguinis. 1. Corin. 6. & animam nostram positione animæ suæ. 1. Io. 3. ille pro nobis aĩam suam posuit, & per pœnitentiam nostrã regno cœlorum Mat. 4. Pœnitentiã agite, &c. Tertio in cõmutatione, quia commutat aurum suæ gratiæ, & gloriæ in lutum nostræ operationis.

QVANTVM autem ad tertium tangitur cõfirmatio solutionis. Dominus. n. (sicut dicit Chry.) imbecillitati condescendens Nicodemi, sermonẽ suũ ex alto facit credibilẽ s. ex certissima sua notitiã. Et vt patet simul ipsum reprehendit de tarditatẽ credendi cum alijs Iudęis, dicens [Amẽ amẽ dico tibi quia quod scimus] nos scilicet pater, filius, & Spiritussanctus secũdum Haymo. Vel scimus ego, & spiritus cuius vocẽ audis. Vel scimus ego, & renati ex spiritu puta apostoli, secũdum Alchui. [loquimur, & quod vidimus]. i. certissime nouimus secũdum Chr. [hoc testamur] verbo, & miraculis, & vos carnales & superbi [testimoniũ nostrũ non accipitis] credendo his quæ docemus. Est aũt multiplex quæstio. Prima quõ apostoli certissima cognitione nouerant ea quæ sunt fidei? Ad hoc dico, q duplex est certitudo. Quædã est certitudo visionis qua q s. ideo certus est, quia videt, i. totaliter comprehẽdit per intellectũ ita esse, sicut certus est quilibet q totũ est maius parte. Alia est certitudo adhesionis qua quis est certus de aliquo, nõ quia videt ita esse, sed quia videt, & scit illud esse credibile, & adheret testimonio alterius asserentis illud esse verũ. Et sic in scientia subalternata sunt certa principia & in fide articuli ipsius fidelis essẽtiæ firmissime. Secunda est quõ ea quæ sunt fidei videntur cùm fides sit de non visis. Ad hoc dico q hic ponitur visus, pro notitia certa secundo modo, non primo, quamuis dici possit. q articulos fidei Deus, & Christus videt in seipsis apostoli autẽ & alij fideles viatores nõ vident eos in seipsis, sed in generali tantum; secundum S. Tho. 2. 2. q. 1. inquantum vident eos esse credibiles. Tertia quære dicitur, & testimonium nostrum non accipitis, cùm de Nicodemo cõstet q erat fidelis? Ad hoc dicit Theo. quòd dominus non loquitur de Nicodemo, sed toto genere Iudæorũ, de quo pauci comparatiue crediderunt. Vel potest dici, quòd iste Nicodemus à principio tardus fuerat ad capiendũ & credendũ, & nunc ad capiendũ tantum. & sic nõ reprehenditur de infidelitate, sed de ignorantia, & ruditate vt sit talis sensus. Vos duri estis, & tardi ad credẽdũ quia estis rudes ad capiendũ, & tamen nisi capiatis aut non creditis, aut tarde, & imperfecte creditis. Vnde subditur [Si terrena dixi vobis] puta sententiã de spiritu, & vento, secundũ Chry. Ventus enim cùm sit generabilis & corruptibilis, numeratur vt dicit S. Tho. inter res terrenas. Vel secundum, eundẽ sententiã de spirituali generatione, quæ licet sit cœlestis & spiritualis, ratione principij sanctificantis, & ratione doni dati, quia ibi datur Spiritussanctus, tamẽ est terrena ratione subiecti, quia homo terrenus est q ibi nascitur. Vel secũdũ Augu. terrena appellat, corpus suum de quo dixerat. Soluite templum hoc &c. [Et nõ creditis] nisi tarde, & imperfecte, eo q ista ratione ruditatis nõ capiatis in generali esse credibilia [quomodo si dixero vobis cęlestia credetis] quæ sunt ad capiendum altiora. Accipiuntur autem hic cęlestia aliqua contra posita supra dictis terrenis, puta contra sententiã de spiritu sensibili, i. vẽto, alta & magna quæ dici possunt de spiratione spiritussancti, contra vero generationẽ terrenam ea quæ de æterna filij generatione dicuntur, & contra potestatem resuscitandi corpus mortuum, ea quę de potestate Dei dici possunt in subita omniũ annihilatione, & reparatione, & in conuersione substantiæ panis in corpus Christi, & in vnione personali humanitatis ad diuinitatem & huiusmodi. Deinde saluator, secundum Augusti. lib. de baptismo paruulorum, reprehẽsa superbia, & tarditate Nicodemi, directe vult satisfacere quæstioni eius qua quæsiuit. Quomodo possũt hæc fieri & hoc facit assignã

do causas quib. spiritualis regeneratio habet efficaciam, quæ sunt duæ vt dicit S.Th. s. mysterium incarnationis & mysteriũ passionis Christi. Quæstio enim Nicodemi sic debet intelligi vt dicit S.Tho. Quomodo possunt hoc fieri, s. vt aliquid de occulto cœlorum veniat, aut in occultum cœlorũ cõscẽdat, quia dicis occultũ esse principium, & finem spiritualis generationis. Occulta enim sunt nobis, q̃ sunt in cœlis. Vnde dominus antequã satisfaceret quæstioni, hũc eius intellectũ aperuit, dicens, quomodo si dixero cœlestia credetis? Et statim incipit ostẽdere cuius sic proprium in cœlũ ascẽdere. Ad intellectum aũt sequentium sciendum est, quòd filiũ hominis descẽdisse de cœlo sic intellexit Valẽtinus, quasi corpus suum de cœlo portauerit. Et similiter dicit illũ esse in cœlo, i. in corpore de natura cœlesti, sed hoc est expresse cõtra apostolum dicentem eum factum ex semine Dauid secũdum carnem. ad Roma. 2. Orige. vero dixit hoc esse, quia aïa eius descendit, de cœlo. Fuit. n. vt ait anima eius simul ab initio creata cũ alijs, & prius vnita verbo, deinde de cœlo descendens carnem assumpsit. Et hoc dicit, quia credit omnes animas, & spirituales substantias æquales esse creatas, & secundum diuersitatem meritorum suorũ diuersis corporibus fuisse alligatas.

Sed cõtra hoc est, quia apostolus Ro. 9. dicit de Iacob, & Esau existẽtibus in vtero, ꝙ adhuc nihil boni aut mali egerant. Quomodo ergo illæ animæ ante peccauerant q̃ corporibus vnirentur? Simul ergo creatur anima, & infundit corpori, cui nõ pexistit. Dicendum est ergo quòd cùm in Christo sit tantum vna persona subsistẽs in duabus naturis, de ea dicuntur pertinẽtia ad diuersas naturas, ita quòd idẽ crucifixus est, & creauit mũdum, & filius hominis, & Dei vnus est. Quia ergo Deus descendit de cœlo dicitur etiam secundum S.Tho. filius hominis descendisse de cœlo, & hoc sedm naturã diuinã nõ mutando locũ quia vbique est, sed per nouũ effectũ nouo modo essendi in hoc mũdo, scilicet ꝑ assumptionẽ humanitatis, vel vt dicit Hylarius, descendit de cœlo quo ad corpus non rõne materiæ, sed rõe causæ efficientis, quia non virili semine, sed cœlesti virtute formatus est.


Dicendum est etiam quòd ista ꝓpositio, nullus præter Christum ascẽdit in cœlum est vera in multiplici sensu. Primò, vt intelligatur, ꝙ ante passionẽ Christi nemo potuit ascẽdere in cœlũ, vel ibi esse, præter ipsum, q̃a humano generi cœlũ clausum erat. Secũdò, vt intelligatur virtute propria. Tertiò sedm S. Tho. vt per Christum non accipiamus solum caput: sed caput. & mẽbra quæ cum capite ascendunt. Sunt autem mẽbra Christi omnes electi. Dicitur ergo [Nemo ascendit in cœlũ nisi qui descendit de cœlo] modo pdicto [filius hominis]. i. ipse Christus, qui sic se vocat causa humilitatis, sedm Aug. [qui est in cœlo] rõne deitatis. Sed quõ ex his rñdetur Nicodemo? Dico quòd optime respondetur. Nam Saluator dixerat generationem secundum spiritum habere occultum principium, & finẽ. Et q̃a quæsierat Nicodemus quõ hoc fieri posset, respondet, ꝙ cœlesti virtute homo regeneratur ad cœlestẽ vitã, & vtrũq; eorũ tã cœlestis virtus, q̃ cœlestis vita occultũ est. Deinde etiam subiungit de passione sua cuius occulta virtute operatur baptismus, & generatur homo spiritualiter dicẽs [Et sicut Moyses exaltauit serpẽtẽ] æneũ [in deserto] eleuans illum in altum super palum. Sicut enim habetur Numeri 21. populo Israel ꝑcusso frequẽter à serpẽtibus, mandato Dei Moyses serpentẽ æneum fecit, quem eleuatum aspicientes sanabantur. Et fuit figura crucifixi, qui apparuit serpens immolatus in cruce, & non erat sicut ille serpens videbatur, & veneno carebat. Vñ vt ibi dicitur, fuit positus in signũ [Sic exaltari] in cruce [oportet filiũ hominis] Secũdũ Chrys. ideo non dixit, pendere oportet filium hominis, sed exaltari, quia honestius hoc videbatur audienti condescendens. Secundò vt ostenderet hoc congruere suæ figuræ, in qua nomine exaltationis, seu eleuationis vtitur scriptura. Tertiò, vt ostẽdat se voluntarie ad passionẽ venisse, vnde multa nascitur salus nobis, & exaltato Christo [vt omnis, qui credit in ipsum] per motũ, s. spei, & charitatis tendendo in ipsum [nõ pereat] æterna morte [sed habet vitam] non corporalem tantum, sed [æternam] Assimilat autem se Christus serpenti, immo assimilauit eum Deus ꝑ Moysen. Primò, quia licet non fuerit serpens per venenum peccati, tamen videbatur serpens, quia venit

ait in similitudinem carnis peccati vt dici tur Rom. 8. Secũdo quia sicut de serpente venenũ, & tyriaca contra venenũ fit, ita fa cto veneno de serpente diabolo, Deus vo luit fieri serpens, vt fieret tyriaca cõtra ve nenũ diaboli. In cuius signũ Exo. 7. serpẽs Moysi deuorauit serpentes magorũ. Ter tio quia serpens cũ magna custodia obser uat oua. Quæ cùm non indigeant foueri, ta men est semper circa ea ne lædantur ab ali quo. Et similiter Christus semper custodit suos. Mat. vlt. Ecce ego vobiscum sum vs que ad consummationẽ seculi. Quar to ser pens per artũ foramen expoliat se veterem pellem, vt induat nouã. Similiter Christus per foramen mortis venit ad stolã immor talitatis. Luc. vlti. Oportebat Christũ pa ti &c. Quinto serpens obturat aures, ne au diat vocem incantatis. Et similiter Chri stus ne audiret vocẽ dæmonis tentantis, vel quotidie nos apud Deum accusantis: Apoc. 12. Proiectus est accusator. Dicitur autem æneus primò, quia tunsionibus pas sionũ expoliri potuit, sed nõ cõfringi. Se cundo quia æs nõ est vnius naturæ metalli næ, sed plurium, sicut & Christus qui diui nã habet & humanam. Tertiò propter so noritatem prædicationis.

Est autem notandũ quod cùm dicitur, & te stimonium nostrũ non accipitis in hoc in gratitudo humana notatur. Omnia enim quæ mentiri non possunt perhibuerunt te stimonium de hac veritate, quod Deus est tri nus & vnus, s. ipse Deus, vt patuit supra. Et ipse Christus Mat. vlt. Baptizantes eos ĩ no mine patris, & filij & spiritus sancti. Et An geli dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus. Et prophetæ illuminati à Deo. Et tñ hoc testi moniũ multi maxime Iudæi nõ accipiunt. Et tamẽ ista fides deuote recepta valet pri mo ad dæmonũ expulsionem. Nam cum no ratio fidei apud Constantinopolim du cto à Mago ad locum residentiæ dæmonũ vnus eorũ sedens in throno dixisset, si vel let seruus esse suus. Et respondisset se seruũ Trinitatis, & se signasset, omnes dæmones aufugerunt. Et secundo ad tribulationum propulsionẽ. Nã sicut dicit Dam. li 4. Cùm apud Cõstantinopolim tẽpore grauis pesti lẽtiæ raptus in cœlũ audiuisset ab Angelis decantari. Sancte Deus, sancte fortis, sancte & misericors Saluator miserere nobis, & cæ. dies corã populo decantasset, cessauit om nis mortalitas. Tertio ad malorũ cõfusio nẽ, & conuersionẽ. Nã cũ quidam legatus vir sanctus pcepisset episcopũ symoniacũ decantare gloria patri &c. rogãs Deum si erat symoniacus, quod Spiritum sanctũ cui fe cerat iniuriã non posset nominare, ita fa ctum est. Et sic ille deprehensus peccatum suum humiliter recognouit, & penituit.

In die corporis Christi.

Textus Euang. Ioan. cap. 6.



Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Sicut misit me viuẽs pater, & ego viuo propter patrẽ. Et qui manducat me, & ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panẽ viuet in eternum.

Caro mea verè est cibus &c. Io. 6. Quia sacramentum Eucharistiæ nõ potest hu mana lingua explicari, neque humano inge nio comprehendi, ideo pauca de ipso tracta bimus, remittens pro aliis ad S. Tho. 3. 37. & 4. di 7.

Quantum ad præsens pertinet hoc so lum volo declarare, quõ corpus Chri sti manẽs in cælo est in terra sub parua quã titate, & in multis locis simul.

Sciendum est ergo. Primò quòd intelle ctus intelligit quod corpus qđ mutatur de co lore in colore, puta de albo in nigrũ, aliud est ab albo colore, & nigro eo quod ipsum cor pus manet, & colores mutantur seu trãseũt. Et eodẽ modo intelligere oportet substan tia est aliud à quantitate, quia eadẽ substan tia mutatur de parua in magnã quãtitatẽ, & econuerso, sicut patet in lactis ebullitio

ctũ Dionysii dicentis, ꝙ perceptio cuiuslibet sacramenti debet consummari in cõmunione Eucharistiæ. Sed Dionysius loquitur de adultis qui possunt habere actualẽ deuotionẽ quæ ad Eucharistiã requiritur. Dicendũ est ergo ꝙ baptismus est necessarius quo ad adultos secundum uotum, quo ad alios autẽ sedm actũ. Eucharistia vero nulli est de necessitate salutis quo ad actũ. Nam item huius sacramenti adulti habere possunt voto ꝓprio pueri vero voto ecclesiæ quod eis communicatur in baptismo.

Sed contra, q a sedm hoc videbi. ꝙ etiã sumptio sanguinis sedm votũ erit de necessitate salutis. quod est contra consuetudinẽ aliquarũ ecclesiarũ, in q bus solus sacerdos sub vtrãque specie cõmunicat. Ad hoc dicit quòd antiqui omnes cõmunicabant sub vtraque specie, quod adhuc in quibusdam ecclesiis seruatur, vt etiã ministri altaris cõmunicent sub vtraque specie, sed in aliquibus aliis seruat. vt solus sacerdos communicet sanguini propter periculũ effusionis. Nec tamen est contra sententiã domini, quia communicans corpori communicat etiam sanguini. quia sub specie panis est corpus ex vi sacramenti. & sanguis ex concomitantia. Hæc ex illo vbi supra, quibusdam additis ex dictis eius aliunde.

Est autem notãdum ꝙ nullibi inuenire possum ꝙ ecclesia ordinauerit sub vnica specie esse communicandũ, sed cõsuetudo est quæ passim sic obtinuit. Dicunt aũt alii, qui ꝙ cũ aliqua res est de se laudabilis licet cõsuetudo possit deobligare ab illa nõ tamẽ obligat ad oppositũ sicut cõsuetudo excusat me si nõ cõmunico õi die, vel omni die festo, vt consueuerunt Christiani, nõ tamẽ obligat me ad oppositũ quin possũ omni die communicare. Cũ ergo cõmunicare sub vtraq; specie sit laudabile, cõsuetudo non videtur ad oppositũ obligare. Et ideo si laicus ex deuotione cõmunicet sub vtraque specie, cessante piculo effusionis, & õi falso iudicio quo ad fidẽ dicunt, ꝙ nõ peccat mortaliter, immo forte laudabiliter agit. Si enim in ecclesia fuissent omnes cõmunicandi discreti, & tãta fuisset sacerdotũ copia vt pauci simul cõicare potuissent ad libitũ, nunquã fuisset introducta ista cõsuetudo quam cernimus. Mihi autem videtur ꝙ ista res habeat speciẽ mali, & forte quòd mortaliter peccat communicãs sic actiuẽ & passiuẽ? quia etiã si sic aliquid de se laudabile, tamẽ consuetudo ecclesiæ obligare potest ad oppositum, quando illud oppositũ nõ est peccatum. Et probatio huius est quia secundũ sanctum Tho. in 4. Ecclesia aliquãdo ad extinguendam quandã hæresim obligauit ad celebrandũ aliquanto tẽpore in fermentato, quæ obligatio videtur fuisse per cõsuetudinem. Et eodem modo potest ex rationabili causa ordinare per statutum vel p consuetudinem ꝙ sub altera tantũ specie communicetur. Dicere autem quòd consuetudo nõ possit ad hoc obligare est dicere ꝙ nec statutũ obligare possit, quia æque per statutũ & consuetudinẽ princeps põt cõdere legem[In me manet, & ego in illo] Per hæc autẽ uerba exponit dñs sedm Aug. q d sit eius corpus mãducare Mãducare, i. spiritualiter q manet in Christo per fidem charitate formata. Qui uero nõ sic manet in Christo, nõ manducat. Nõ tamen ista intelligantur secundũ eundem de his qui sacramentaliter tantum manducant, id est qui suscipiunt quidẽ sacramentum, sed tamẽ nõ sunt in charitate. Vel secundum Chrysosto. in his uerbis uult dominus declarare quod ante dixerat, ꝙ mãducãtes hunc panem haberent uitam æternam. Nã qui manet in Christo uiuente uiuit. Ideo subditur [Sicut misit me uiuẽs pater, & ego uiuo propter patrem[inquantũ Deus quia ab eo habeo deitatẽ, & uitam, & similiter inquantum homo, quia uiuo in persona diuini uerbi quem pater producit [Et qui manducat me] sacramentaliter & spiritualiter, vel saltem spiritualiter uiuit & ipse uiuet ꝓpter me] quia scilicet talis efficitur mẽbrũ Christi & unitur fonti totius uitæ[Hic est panis] scilicet caro mea[q de coelo descendit] quia scilicet nõ semine uirili, sed celesti uirtute ꝓpagata est, vt dicit Hylari. [Non] supple manducatur hic panis [sicut manducauerunt patres uestri mãna & mortui sunt] morte tẽporali, & æterna, secundum Aug. quod nõ de omnibus, sed de quibusdã intelligo Nã & Moyses in deserto mortuus est morte temporali, sed nõ æterna [Qui manducauerit hunc panẽ] modo prædicto, qui est ueritas & non umbra ut manna[uiuet in æternum] uita gratiæ, & gloriæ,

gloriæ, quamuis motiatur vita naturæ. Et intellige de manducante perseueranter ita quòd interruptio non interueniat, q̄ interruptio est mortale peccatum.

Est autem sciendum, quòd hoc sacramētum fuit institutū. Primò in recordationē dominicæ passionis, vt patet Luc. 22. Et secūdo in signū p̄cipuæ dilectionis. Nam magnus amor est dare sua, maior dare suo, sed maximus dare se. Dando autem se magnus amor est dare se in fratrē & sociū, vt Christus per incarnationē, & maior cū hoc dare se in magistrum per prædicationē, & adhuc maior in exemplum per conuersationē & adhuc maior in præcium per passionē, & maximus dare se in cibū per sacram cōmunionem. Nam in alijs donum est aliquo modo diuisum ab eo cui datur, sed ex cibo & cibato fit vnum indiuisum. Vnde tamantes tunc summe consueuerunt exprimere amorē suum, cùm dicunt, darem ei de carnibus meis ad manducandum, & de sanguine ad bibendum.

Tertio institutum est in robur consumationis, quia sicut panis corpus, ita Eucharistia animam confortat. Quarto in nutrimētum vitæ spiritualis, iuxta illud Io 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. Quinto in viaticum peregrinationis, vt patet in figura panis quo refectus est Helias. 3. Reg. 19. Sexto in pignus, & arram æternę hæreditatis, iuxta illud Matt. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationē seculi. Septimo in satisfactionem p̄ peccatis. Si aūt debet digne sumi, oportet, quòd comedetur, eo modo quo agnus paschalis q̄ figura eius fuit. Vt igitur comedendo declinetur à malo, vt fiat bonum, dēt primo comedi à circuncisis per veteris cōuersationis abolitionē. 1. Corinth. 5. Epulemur nō in fermento veteri. Fermentū enim est massa corrupta, & secundo cū lactucis agrestibus per amaratam contritionē. Ioan. 3. Antequam comedam suspiro. Et tertio cū panibus azymis per conscientiæ sinceritatē. 1. ad Co. 5. sed in azymis sinceritatis & veritatis. Et quarto renibus accinctis per strictam castitatem. 1. Reg. 21. Si mūdi sunt pueri maxime à mulieribus &c. Et quinto pedibus calciatis, p̄ immunitatē à terrenis affectibus in cuius signū ē Christus prius lauit discipulorum pedes quàm communicarent. Et sexto cū baculis in manibus, per suipsius solicitā custodiā. Esa. 30. Comedētes, & bibentes, surgite principes accipite clypeum &c. Et septimo in domo vna per omnimodā concordiā. Et octauo simul cū vicinis per fraternā charitatē & amorē. Et nono dēt esse assus igni, per deuotionis p̄cedentē feruorē. Et decimo festinanter per auiditatē, & dulcedinē comitantē. Et vndecimo totaliter per fidei integritatē, vorando caput, & pedes, i. credendo Deitatem & humanitatē Christi. Et duodecimo fine ossium comminutione, per sacramenti venerationē. Sex aūt vltimæ conditiones videnē maxime p̄tinere ad accessū ad bonū.

Dominica prima post Trinita.

Textus Euang. Luc. c. 16.



Omo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabat quotidie splēdidè. Et erat q̄dā mendicus noīe Lazarus, qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus, cupiēs saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebāt, & lingebāt vlcera eius. Factū est aūt vt moreret mēdicus, & portaret ab Angelis in sinū Abrae. Mortuus est aūt & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autē oculos suos cū esset ī tormētis vidit Abraā à lōgè, & Lazarū in sinu eius. Et ipse clamans dixit, Pater Abraā miserere mei, & mitte Lazarū vt īting at extremū digiti sui in aquā vt refrigeret linguā meam, quia crucior in hac flāma. Et dixit illi Abraā, Fili recordare q̄a recepisti bona ī vita tua, & Lazarus similiter mala. Nūc hic cōsolatur, tu vero cruciaris. Et ī his

omnibus

omnib. inter nos, & vos: chaos magnum firmatum est, vt hi qui volũt hinc trãsire ad vos nõ possint, neq; inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domũ patris mei: habeo. n. quinq; fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraam: Habent Moysen, & prophetas, audiãt illos. At ille dixit: Nõ pater Abraã, sed siquis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiã agẽt. Ait aũt illi. Si Moysen, & prophetas non audiunt, neque siquis ex mortuis resurrexit credent.

HOMO quidam erat diues &c.] Lu. 16. In præsenti Euangelio fit comparatio inter diuitem purpuratũ ac Epulonem, & Lazarum pauperem vlceratum, ac famelicum. Comparantur autem quantũ ad tria, scilicet Actum, Reatum, & Statum.

QVANTVM ad primum literaliter sciendum est ꝙ vt ex textu patet Euãgelijs, Christus prædicauerat contemptum diuitiarũ, & amplexum eleemosynarum, sed pharisæi auari deridebant eũ. Ideo contra eos inducitur præsens nõ quidem parabola, sed historia. Non eñ quæ hic dicuntur sunt parabolicè dicta, sed fuerunt verè gesta, vt dicit Mag. hist. & Ambr. & Chrys. ꝙ ex hoc patet, q̃a pauperis nomen exprimitur. Dicitur ergo [Homo quidam] non aũt exprimitur nomen eius, sicut infra nomen pauperis, secundum Grego. in homel. quia Deus humiles nouit, atque comprobat, superbos ignorat, non quia eos non sciat, sed quia vitam eorum non approbat. Fuit tamen iste de genere Iudæorũ, sc̃d m Mag. histo. quia inde dicuntur fratres eius habere legem Moysi, & libros prophetarum, & Abraam eum filium vocat [erat diues] Est autem sciendum, ꝙ licet quis possit diues esse sine peccato, tamen quadrupliciter circa diuitias est peccatum, scilicet, Auarè retinendo. Indebitè exponendo, Ardẽter amãdo. Iniustè acquirendo. Et sic quatuor diuites in Euangelio reprehensibiles inducuntur, q̃ circa easdem deliquerunt. De primò habetur. Luc. 12. qui dicebat; Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos &c. De secundò Luc. 4. de quo dr̃, ꝙ dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. De tertiò Luc. 18. cui dixit dominus; Omnia quæ habes vende, & da pauperib. Et sequitur: His auditis contristatus est, q̃a erat diues valdè. De quartò habetur Luc. 16. & fuit villicus iniquitatis, qui de bonis domini sui fuit ditatus. Iste autẽ diues non ponitur in numero cum illis, quia tribus primis modis fuisse videtur reprehensibilis. [Qui induebatur purpura] Hoc aũt exprimitur sc̃dm Gorram, non solum pp preciositatem vestis, sed ẽt pp mysterium. Purpura. n. tincta sanguine significat ecclesiastica beneficia sanguine Christi comparata, vel ea quę sudore & cruore pauperũ sunt acquisita quæ rapaces exponunt in uestib. Hier. c. 2. In alijs eius inuentus est sanguis, scilicet animarum, pauperum, & innocentium. Sequitur [Et bysso] In purpura autem præciositas, & in bysso mollicies vestium signatur. Beda. Purpura color regij habitus est, & conchis marinis ferro circuncisis emissa. Byssus vero genus est lini candidi, & mollissimi. Hæc ille.

Est autem notandũ, ꝙ in vestibus quinque sunt reprehensibilia secundum Gorrã. Primò sumptuositas, quia indignum est vile cadauer superflue ornari. Eo. n. multi pauperes Christi possent sustentari. Secundo multiplicitas Hiero. Aliena rapere conuincitur, qui retinere superflua comprobatur. Tertio curiositas uel studiũ, aut solicitudo ornandi se superflue. Augustin. in Reg. Nec affectetis uestibũ placere, sed moribus. Quarto indecentia, ut si sacerdos induatur ut miles. Sopho. 1. Visitabo super omnes q̃ induti sunt ueste peregrina. Quinto ostẽtatio scilicet ad inanem gloriam, quæ semp est illicita. Potest addi. 6. inhonestas. Quidã enim nunc sic uestiũtur inhoneste, ut mulieribus ingerant phantasias, & econuerso. Et hoc secundũ aliquos est mortale, quod nõ est dubium quando ea intentione fiat. sed factum ipsum utrum sit mortale nõ dico sed tamen patresfamilias in hoc deberent vigilare. Excusatur autem aliquis in precio sa ueste secundũ eundẽ. Primo propter consuetudinem, & secundo propter personæ digni-

sunt, videamus quid vterque patiatur apud inferos. Quod tēporale fuit, præteriit, quod sequitur æternū est. Vterque mortuus est, illum angeli, istum pœnæ suscipiunt. Hæc ille, vnde dicitur[Factum est autem vt moretur mendicus, & portaretur]non ipse, quia iam non erat, homo enim in morte desinit esse homo, vt patet per Sanct.Tho.3.par.q. 50. Sed anima quæ aliquando dicitur homo, quia est eius principalis pars. Licet autē animā nō sit necesse portari secūdū aliquos, q̄a potest sicut & angelus localiter moueri, tñ animā portari ab Angelo est possibile, immo etiā necesse, nisi Deus miraculose operetur, & hoc intelligo duobus modis. Potest enim Angelus suā virtutē applicare corpori, vt patet de eo qui Abachuch à Iudæa in Babylonem vexit, & etiam spiritui. Nā sc̄d̄m doctrinam sanctorū diabolus superior potest inferiori inferre violentiam aliquando corpori, aut de corpore expellendo, & animas damnatorum dæmones rapiunt ad tormenta. Primo ergo modo possibilis est ista portatio, vt anima absoluta ab humano corpore sponte alteri corpori applicetur, aut ui alligetur, deinde illud corpus ab Angelo moueatur. Secūdo, ut Angelus suam uirtutem ipsi nudæ animæ applicet, & eam ad locū quemuis, ut libet, impellat, uel alliget. Hoc autem erit mouere animā, sicut & mouet corpus, scilicet per applicationem uirtutis. Sed in hoc erit differentia, quia corpus cui applicatur Angelus cum subiiciatur loco, non potest illud Angelus de extremo ad extremum mouere sine transitu medii, secus aūt de anima separata, quia & Angelus, & ipsa à loco non dependet, & de se pōt ab oī loco absolui, & esse nusquā. Vñ quia pōt eā Angelus corpori alligare qñ absoluitur à corpore humano, pōt illā immediate applicare igni infernali, uel lapidi hic existenti. Vide ēt de his in die paschæ[ab Angelis]Sed quare ab Angelis, cū unus sufficeret? Ad hoc dicit Chryso. ideo sic fecisse Angelos, ut quorum lætitiæ facerent in sinum Abrahæ.

1 Est aūt sciendū, q̄ sc̄d̄m doctrinā sanctorū quatuor olim fuerunt animarū sub terra receptacula, de quib. aliqui dicunt, q̄ distincta sunt sicut quatuor aulæ, sed ut dicit S.Tho in 4. rationabilius est, q̄ una sit domus, in qua tñ secundū diuersas eius partes sunt diuersa animarū loca, quæ dicūtur, Infernus dānatorum, limbus puerorū, purgatoriū, & limbus patrū. Est aūt limbus proprie fasciola quædā, seu vitta qua uestis extremitas ornatur circulariter, sed extenso uocabulo generaliter omnis orbis, & ora, uel extremitas rei dicitur limbus. Et sic cum sint quatuor partes inferni duæ, s. habentiū gratiā Dei, i. purgatorū, & purgandorū, & duæ priuatorum gratia, i. puerorū, & dānatorum, superior illarum duarum dicitur limbus, & similiter istarum. Sinus aūt importat quietis locum, eo modo quo portus maris dicitur sinus. Sinus ergo Abrahæ sc̄d̄m S.Tho 4.di.40. est requies post morte sanctorū, qui idcirco dicitur Abrahæ, quia ad ipsum non nisi per fidem uenitur, & primū credendi principium fuit Abraam, qui se idolatris separauit. Ante mortem Christi iste sinus erat limbus patrum, in quo erat quies à pœna sensus, sed nō quies à pœna dāni, neque quies desiderii. Et vt dicit Mag. hist o. erat superior pars inferni, in qua erat aliqualis lux, nunc autem vt dicit Sanct.Tho. iam dictus sinus non dicitur limbus, vel infernus, quia sancti quiescunt in visione Dei. Ideo paradisus nunc est sinus Abrahæ[Mortuus est autem & diues]Chrysost. Nullus autem est qui sepliendo diuiti ministrasse dicatur, ut Lazaro. Eo nanque, q̄ in lato itinere delectatus multos habuit obsequentes adulatores, ut peruenit ad finem, priuatus est omnib. Simpliciter enim sequitur[& sepultus est in inferno]Sed ēt, & anima eius dū uiueret sepeliebatur obruta corpore quasi sepulchro. Hæc ille. Secundū August. autem sepultura inferni est pœnarū profunditas in quā diues, i. principalis eius pars, i. anima sepulta est nō à sibi ministrantibus, sed à se torquentibus, quid autem, vel vbi sit infernum dictū est in die Paschæ. De hoc ait Basilius. Est infernus locus quidam cōmunis in intimo terræ obūbratus vndique, & opertus, cuius est quoddā orificium in profundum tendens, per quod patet descensus animab. ad mala damnatis. Hæc ille. Chryso. Vel sicut regis carceres extra manent, sic & extra mundum foris alicubi est infernus. Vnde & exteriores tenebræ dictæ sunt. Hæc ille. Videtur autem Chrysosto. per mundum intelligere terram, vel cœlum, quia non est verisimile, quod extra cœlum voluerit aliquid ponere. Et sic opinio Chrysostomi potest esse opinio Isidori, de qua habes vbi supra. Habent autem

hic pauperes exemplum patientiæ, de quo ait Chryſo. Sinus Abrææ paradiſus eſt. Ideo autem angeli miniſtrantes tulerunt pauperem, & locauerunt eum in ſinum Abrææ, licet deſpectus iaceret, quia non deſperauit, nec blaſphemauit dicens. Hic diues in nequitia viuens gaudet, & tribulationem non patitur, ego vero nec obtinere valeo neceſſariam eſcam. Hæc ille.

Moraliter autem ſciendum eſt, ꝙ ex præſenti Euangelio colligitur in generali punitio infernalis, quam quilibet diues auarus & delicioſus & crudelis pauperibus, vt iſte fuit, patietur, ſaltem ante iudicium, & eſt multiplex. Prima eſt ab inferiori, quia ſepelitur in Inferno, ideſt in loco viliſſimo, cum tamen ſecundum Ariſt. lib. de cœlo & mundo, locus omnium ſpirituum immortalium ab omnibus credatur eſſe cœlum. Secunda eſt a ſuperiori, quia vident bonos in gloria vſque ad diem iudicii ſecundum Greg. ſicut iſte vidit Lazarum. Greg. ſuper illud, inter uos & nos &c. Videre poſſumus, tranſire nō poſſumus, & nos videmus, quod fugimus, vos videtis qđ perdidiſtis, & noſtra gaudia accumulant ueſtra tormenta, & veſtra tormenta accumulāt noſtra gaudia. Tertia eſt ab exteriori, ideſt quantum ad deſperationem remediorum, q a cum duo petiuiſſet, ſcilicet miſſionem Lazari, & refrigerationem linguæ, in ſignum ꝙ diuites ibi nullum habent ſolatium, dicitur iſti. Recordare, quia recepiſti &c. Quarta iterum eſt ab exteriori quantum ad damnationem amicorum, quia ſcilicet diuites cruciantur pro amicis, qui eorum culpa damnantur, vel ratione mali exempli, quod eis præbuerunt vel ratione iniquarum facultatum, quas ei reliquerunt, vel alia quauis huiuſmodi cauſa.

QVANTVM ad tertium comparantur iſti quo ad ſtatum quem vterque habuit immobilem poſt mortē, vnus in bono, alius in malo. Eſt autem ſciendum ſicut dicit Chry. ꝙ ſicut delitiæ diuitis epulonis incendebant & irritabant Lazarum pauperem ita gloria Lazari diuitem damnatum. Ideo dicitur [Eleuans autem] quia erat in imo [oculos ſuos] quos ſolos liberos a tormentis habet ſecundum Chry. vt lætitiam alterius poſſit ad maius tormentum inſpicere [cum eſſet in tormentis] pluribus, & non in vno [uidit Abraam a longe] Sicut enim docet San. Tho. 4. diſt. 50. damnati vſque ad diem iudicii beatos & gloriam videbunt beatorum. Vnde non eſt mirum ſi iſte vidit Abraam in Inferno, & Lazarum in ſinu eius. Ex omnibus autem iſtis colligimus quatuor, quæ etiam continentur in doctrina S. Thom. in diuerſis locis. Primo ꝙ poſt hanc vitam boni cognoſcunt bonos, ſicut Abraam Lazarum, & econuerſo. Secundo ꝙ etiam mali malos. Vnde diues ſciens ꝙ ſuos in Inferno cognoſceret, ſi deſcenderent illuc, ſtudet eos reuocare ne amplius crucietur. Et tertio ꝙ boni malos & econuerſo, vt Abraam & Lazarus diuitem, ille illos. Et quarto ꝙ etiam boni cognoſcūt illos quos nunquam in vita iſta viderunt, vt Abraam diuitem ac Lazarum [Et ipſe clamans] Magnæ enim pœnæ magnum vocem reddebant ſecundum Gregor. [dixit. Pater Abraam] Erubeſcebat forte iſte Lazarum implorare, cui fuerat adeo crudelis. Vocat autem Abraam patrem ratione communis originis [miſerere mei] Greg. Fruſtra agis pœnitentiam in loco, ubi non eſt locus pœnitentiæ. Tormenta te cogunt, non mentis affectus. Hæc ille [Et mitte Lazarum] Grego. Errat miſer. Abraam mittere non poteſt, ſed ſuſcipere poteſt [vt intingat extremum digiti ſui in aqua] Grego. Lazarum videre non dignabaris, & nunc digitum eius deſideras. Hoc quod petis tu ei debebas facere, cum adhuc viueret, aquam deſideras, qui delibutos cibos ante faſtidiebas: inſtruimur autem quantum ſit vtile in diuitiis non confidere, ecce diues indiget paupere, qui quandoque eſuriebat. Hæc ille [vt refrigeret linguā meā quia crucior in hac flamma] Eſt autem aduertendum, ꝙ diues & Lazarus in Inferno erant quo ad animas tantum, in qua quando eſt a corpore ſeparata, nullum eſt membrum corporale, immo nulla potentia vegetatiua aut ſenſitiua niſi radicaliter, ſed ſolum in ea eſt intellectus & voluntas. Digitus ergo & lingua hic metaphorice ſumuntur, per digitum quidem ſignificando virtutem auxiliatiuam, per linguam vero virtutem, quæ pro peccato linguæ ponitur, ideſt voluntatem. Specialiter autem de lingua fit mentio, quia plus per illam, quam per alia membra peccauerat, ſcilicet guſtando delitias, & loquendo inepte, vt conſueuerunt conuiuæ, ſicut dicit Grego. & loquendo ſuperba, vt dicit Chry. Eſt autem hic quæſtio. Quomodo poſſit anima pati ab igne corporeo. Ad hoc reſpondet

San.

S.Tho. in 4. dist. 40. ꝙ multi multos assignāt modos. Quidam enim dicunt, ꝙ ab igne patitur, eo ipso ꝙ ignem videt. Sed contra, quia videre, vt sic perficit, & non affligit, nisi apprehendatur nociuum. Alii dicunt, ꝙ anima illum ignem apprehendit, vt nociuum, quamuis nocere nequeat, & inde dolet. Sed contra, quia sequitur, ꝙ anima vere pateretur, sed non vere ab igne, sed tantum ratione falsæ imaginationis. Item non est verisimile, ꝙ anima & dæmones ratione vigentes æstimarent ignem sibi posse nocere nisi eo grauarentur. Alii dicunt, quòd ignis realiter animam affligit, vt instrumentum diuinæ iustitiæ.

Sed contra, quia iste modus dicendi non sufficit. Semper enim instrumentū habet propriam actionem, quam producendo efficit operationē, quæ ei ex principali agente debetur, vt aqua in baptismo purgat animā lauando corpus, quæ est eius propria actio, ideo oportet igni aliquam naturalē actionē dare. Dicendū est ergo, ꝙ corpus spiritui non est graue, nisi quatenus ei spiritus vnitur, vt forma, vel motor, vel locatum, itaque ignis ex sua virtute spiritū diffinit, sed ex virtute Dei, vt eius instrumentū diffinitū à se naturaliter, sibi supernaturaliter alligat, vt non possit operari vbi, & qualiter vult, & consequenter spiritus hoc concipiēs tristatur. Vnde oportet oēs prædictos modos in vnū colligere. Proximū ergo afflictiuum est spirituale, id est ignis, vt conceptus. Remotum vero corporale. id est ignis. Hæc ex San. Tho. Quomodo vero corpus ab igne patiatur non est difficile videre, sed bene est difficile quomodo perpetuo possit in igne durare. Ad quod dicit Sanct. Tho. vbi supra ꝙ huius perpetuæ durationis eius principalis causa diuina iustitia, sed huic deseruient dispositiones agentium, & patientium. Pro quo sciendum est ex doctrina eiusdem ibidem, ꝙ corpora habentia sensibiles qualitates illas agendo in alia imprimunt dupliciter. Vno modo realiter, & materialiter, sicut ignis ligna calefacit. Alio modo intentionaliter, & spiritualiter sicut murus albus causat in aere, & in speculo similitudinem suæ albedinis intentionaliter, & quasi spiritualiter, non autem realiter, & materialiter, id est secundum talem modum essendi, qualem habet in muro, alioquin aer esset albus. Forma ergo aliquando est spiritualiter in mouente, vt figuræ literarum in calamo, & materialiter in passo, vt eædem in charta. Aliquando econuerso, vt patet de albedine muri. Harum autem impressionum prima est motus alterationis, ideo cessabit cessante motu cœli. Non autem secunda, ideo durabit. Vnde post iudicium si esset speculum in aere, reciperet quidem similitudinem, & imaginem solis, sed non calefieret. Sciendum est etiam ex 2 de anima, ꝙ sensus non sentit suscipiendo formam materialiter, sed sine materia, id est intentionaliter tantū. Si ergo modo manus mea applicata igni susciperet speciē caloris intentionaliter, & non materialiter sentiret contristans, & tamen non alteratur, cū alteratio sit secundum susceptionem materialem formæ. Et ita erit post quietem cœli. Omnia ista sunt de mente sancti Tho. vbi supra [Et dicit illi Abraam Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua] id est illa, quæ vera bona putabas, vt dicit Chrysost. Et Lazarus similiter mala] non secundum iudicium Lazari, sed diuitis, vt idem Chrysost. dicit. Hoc autem dicitur secundum Augustinū, quia suam fœlicitatem duxit in hoc seculo. Vel dicitur recepisse bona pro paruis suis bonis, & Lazarus mala pro paruis suis malis [Nunc vero hic consolatur] propter magna sua bona [Tu vero cruciaris] iuste propter magna tua mala. Vnde sicut dicit Greg. timere debent qui sciunt se bona fecisse, & vident se etiam bona recipere, ne hic pro suis laboribus remunerentur. Et cum videmus pauperes, qui bona faciunt, & mala recipiūt, non debemus desperare, quia fortassis superfluitas prauitatis coinquinat, caminus paupertatis purgat [Et in his omnibus] quæ me excusant vnum est inter cætera quia [inter nos] iustos [& vos] iniquos [chaus] vel cabris, vt veteres codices habent, teste magistro historiæ [magnum firmatum est] Chaos, proprie est confusio, siue hyle, vel materia in qua omnia confusa ab aliquibus ponebantur, hic sumitur pro distantia meritorum firmata cum impossibilitate transeundi à statu ad statum.

Est autem sciendum, ꝙ per distantiam, quæ est inter istos, siue per chaos, multa secundū multos intelliguntur. Primo differentia meritorum, quæ post mortem mutari non possunt, vt dictum est. Ambro. Inter diuitem, & pauperem chaos magnum firmatum est, quia

post mortem nequeunt merita immutari. Secundo differentia voluntatum, quia boni habent voluntatem in bono confirmatam, & mali obstinatam in malo, ita ꝙ neutri à suo fine possunt auerti nec adinuicem participare 2. Corin. 6. quæ participatio iusti ad iniquitatem. Tertio differentia volitionum, quia boni habent perpetuum actualem Dei amorem, mali vero perpetuum odium, quia boni tanquam fideles amici Deo in vita sem per habitualiter adhæserunt, licet interdum venialiter peccarent, & mali semper ab eo habitualiter tanquam infideles recesserunt, licet facerent aliqua de genere bonorum. 2. Corin. 6. Quæ pars fideli ad infidelem. Quarto distantia consequentiarum, quia boni habent conscientiam redolentem. Cant. 1. Lectulus noster, id est conscientia, in qua anima pausat florida. Mali vero conscientiam remordentē, scd'm illud Esa. vlti. Vermis eorum non morietur. Vnde illorum conscientia est sancta, horum vero canina, id est latrans. Eccle. 13. Quæ communicatio homini sancto ad canem. Ideo sequitur [vt hi qui volunt] idest si qui seu aliqui volunt scd'm August. [hinc] id est ab hoc statu [& transire] ad vestrum statum, vel ad vestrum adiutorium [non possint] licet possint ad loca vestra transire nisi Deo aliter videretur [neque inde] id est à vestro statu [huc] id est ad statum istum [transmeare] Vel secundum mentem Greg. exponitur sic [Vt hi, qui volunt] voluntate naturali, & conditionata, scilicet si esset possibile [transire ad vos] ad liberandum suos [non possit] stante conformitate voluntatis eorū ad diuinam, cui immobiliter adhærent [neque inde, &c.] exponatur, vt supra. Damnati enim vellent si possent mutare statum, sed non beati, sed solum vellent ire in adiutoriū. Desperans autem diues de suo refrigerio obtinendo, & multo magis de sua liberatione, conuertitur ad rogandum pro suis. Vnde sequitur, & ait [Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domū patris mei, habeo enim quinque fratres] Ex quo patet secundū Gregor. ꝙ mortui recordantur viuentium, ad pœnā tamen sui, si sui sunt damnati [vt testetur illis] quæ patiuntur mali post mortem [ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum] Sciendum est autem ꝙ damnati vellent omnes damnari etiam propinquissimos, secūdū doctrinā S. Tho. 4. dist. & 8. quodlib. 7. quia habent perfectissimum odium, & inuidiam. Ideo sicut beati ratione perfectissimæ charitatis gaudent de omni bono, ita illi tristantur. Si qui tamen deberent saluari, vellent, ꝙ essent sui, quia in hoc torquentur inuidia, ꝙ dum alii saluantur damnantur sui. Et hac ratione iste curam de fratribus habebat. Est autem sciendum, ꝙ istius petitio fuit. Primo iniqua. Nam Lazarum quem sic miserum viderat, iterum volebat miserum reddere, dum ad vitam istam illum reddi postulabat. Petrus Rauen. Sic vult vexare pauperem, sicut diuites in hoc seculo vexare pauperes consueuerunt. Secundo fuit fatua. Nā plus mortuis q̄ scripturis credendum putauit, quod fatuum est asserere. Primo, quia Lazarus, & multi cum Christo surrexerunt, quibus Iudæi credere recusarunt. Secundo, quia cum magis Deo q̄ alicui viuo aut mortuo credendum sit, si etiā Angelus de cœlo contra scripturam loqueretur, nedū aliquis ex mortuis resuscitatus, magis scripturæ standum esset, vt dicetur. Tertio, quia si esset consuetudo credendi mortuis, diabolus aliquos phantastice suscitaret, qui falsitates disseminare possent. Quinto fuit partim prouida. Timuit enim suū cruciatum augeri ex damnatione suorū, scd'm aliquos [Et ait illi. Habent Moysen, & prophætas] id est horum scripturas secundum Chrysosto. [audiant illos] si volunt, quia sunt fide digni [At ille dixit. Non pater Abraā, sed si quis ex mortuis ierit, &c.] Iste falsum dixit, quia Lazarus surrexit, & Christus, & multa corpora sanctorum, & apparuerunt multis, & tamen Lazarum cogitauerunt denuo morti tradere, ideo verum subiungitur, cum dicitur [Ait autem. Si Moysen, & prophætas non aud. neque &c.] Dicit autem hic. Chryso. ꝙ scripturæ magis sunt fidedignæ quam mortuus resurgens, aut de cęlo descendens, q̄ a earū Deus est author. Et vlterius dicit, ꝙ non esset vtile hominib. frequenter mortuos apparere, quia etiā hoc ipsum contēneret, & diabolus faciliter deciperet. Si tamē esset vtile Deus hoc nō omitteret, vt ait. Est autem sciendū scd'm August. lib. de cu. pro mor. ꝙ mortuis est cura de viuis, vt hic patet, attamen nesciunt quid faciant viui, sicut econuerso est de nobis respectu mortuorū. Sed tn̄ vt ibi ait, tribus modis sciūt q̄ d agūt viui. Primo docētib. his q̄ hinc moriendo discedunt. Secundo docentibus Ange-

Angelis. Tertio docente spiritu Dei. Ego ad do quartum modum. Nam ex coniectura, si ex liberatione sua sentiat quis pro se factū suffragiū, potest ratiocinari defunctus quisnam fecerit, & possunt omnes coniecturari quomodo nam uiuant hi quos nouerūt. Est etiam sciendum ꝙ animæ separatæ cognoscunt singularia aliqua hic existentia ut hic patet. quamuis nesciant quid agant, ut dicit Aug. Non tamen huiusmodi cognoscunt ꝑ species abstractas, quia tales non ducunt in singularia nisi reflexiue mediante phantasmate, quod in anima separata non est, sed cognoscunt per infusas, ut patet per S. Tho. 4. dist. 5 & 1. par. q. 86. Sed quia illæ species sunt animæ impropotionatæ non notificāt animæ omnia singularia, sed solum illa ad q̄ aliquo modo anima ordinatur & determinatur per præcedentem cognitionem, uel affectionem uel ordinationem naturalē aut diuinam, ut dicit S. Tho. 1. par. ubi supra.

Allegorice secundum Augu. de consēuā. iste diues significat superbos Iudæorum, pur puta Regnum. Epulæ doctrinam legis. Lazarus gentilem populum, canes uero prædicatores ex populo Iudaico ad gentes missos secundū Greg. Quinque fratres scd'm Aug. ubi supra est populus iudaicus sub quinque libris Moysi uiuens uel scd'm Chrysost. sunt quinque sensus quibus inseruierant.

Anagogice uero hic diues significat corpus hominis iniqui quod in hac uita habet suum splendorem, quia prius de eo quàm de anima cogitat in uestibus, & in cibis ꝑ quos intelligūtur etiam uoluptates ueneræ quæ sequuntur. Pauper uero corpus hominis iusti quod in hac uita squallet pœnitētia & disciplinis ulceratur, licet canes illud lingant, id est scripturæ resurrectionem polliceātur. Sed post mortem glorificatur, corpore inius ti sepulto in Inferno.

Moraliter autem iste diues significat omnes diuites potētes in tribus de quib. in principio dictū est. Lazarus uero significat omnes pauperes eleemosynā postulātes, & cū patientia Dei disciplinam tolerantes. Illi. n. primo quidem habent omnem cōsolationem. sed tandem priuati illis omnibus habent infernalem sepulturam, isti uero omni humano solatio destituti, nullam consolationem habens præter linctionem canum. i. consolationem prædicatorum, sed deinde beata requie perfruuntur. Sed per prædicatores eos consolantes intellige. Primo prædicatores publicos. Secundo etiam priuatos. id est omnes eos qui ad patientiā hortantur. Tertio etiam angelos qui talibus inuisibiliter interius inspirando loquuntur.

Dominica 2. post Trinitatem.

Textus Euang. Luc. cap. 14.



Omo quidam fecit cęnā magnā, et uocauit multos. Et misit seruū suū hora cęnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt oīa Et cęperūt simul oēs excusare. Primus dixit illi. Villā emi, et necesse habeo exire, et uidere illam. Rogo te hābe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boū emi quinque, et eo probare illa. Rogo te habe me excusatū Et alius dixit vxorē duxi, et ideo non possum venire. Et reuersus seruus, nūciauit hæc Dn̄o suo. Tūc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas, et uicos ciuitatis, et pauperes ac debiles, cęcos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Dn̄e factū est, vt imperasti, et adhuc locus est. Et ait Dominus seruo. Exi in vias, et sępes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis, ꝙ nemo virorum illorū qui vocati sunt, gustabit cęnā meam.

HOmo quidam fecit cœnā magnam &c.] Luc. 14. In præsenti Euangelio in quo agitur de conuiuio æternæ fęlicitatis tanguntur tria puncta, quæ sunt. Inuitatio. Recusatio, Subingressio.

QVantum ad primum literaliter sciēdum est ꝙ Saluator ante ea quæ hic narrantur docuerat, quòd ad nostra conuiuia debemus uocare pauperes, qui nobis rependere

nequeũt,ut retribuatur nobis in resurrectio ne iustorum. Tunc quidam de astantibus intelligens idem esse resurrectionem iustorũ, & regnũ Dei, dixit. Beatus q̃ mãducabit panem in Regno Dei. Et iste secundũ Cyrillũ per panem accepit materialem panem tanquã rudis, credens uitã beatorum esse uitã animalem cibis utẽtem, sicut tenent saraceni, & moderni iudæi. Quidam antiqui iudæi senserunt ꝙ in illa uita neque cibis, neq; uenereis uterentur homines, ut patet in cãthe redi c vl Secundum Aug. autem iste suspirauit panẽ quem ante se habebat, idest Christũ qui est panis regni Dei. Beda Sed q̃a nõnulli hunc panem fidetenus quasi odorãdo percipiunt, dulcedinem uero eius attingere ueraciter gustando fastidiunt, subiecta parabola talium torporem cœlestibus epulis dignum non esse redarguit. Hæc ille. Dicitur ergo. [Homo quidam] Quia autem euangelium parabolicum est, literale sensum oportet ex transumptiua uerborum significatione percipere. Iste ergo hõ scd̃m Chry. Deus est qui scd̃m Grego. se hominẽ appellat, qñ vult suam misericordiam significare, Leonẽ uero & huiusmodi qñ significare vult se uel le exercere punitionẽ. Vel scd̃m alios iste homo est Christus, additur autẽ quidã, discretiue, quia Christus, ab aliis hominibus fuit discretus. Primo propter immunitatẽ ab omni peccato mortali, uenali, originali. Eccle. 7. Virum unum de mille reperi, scilicet sine originali, de mulieribus autem nullã. Secũdo propter redundantiam gratiæ. Ioã. 1. De plenitudine eius nos oẽs accepimus. Tertio propter unionem ad deitatem. Ioã. 1. Verbũ caro factum est. Quarto propter singulare eius excellentiã super homines & Angelos Phil. 2. Dedit illi nomen quod est super &c. Quinto propter uniuersalitatem potestatis Matth. ulti. Data est mihi oĩs potestas in cęlo, & in terra [fecit cœnam magnã] idest parauit æternam & ultimam refectionẽ. Sicut autem dicit B. Grego. Solet quæri an ista cęna sit illud prandium de quo agitur Matth. 22. & de eo habes infra dominica 20. Videtur enim ꝙ non quia prãdiũ non est cœna. Secundo quia de illo prandio unus carens ueste nuptiali expulsus est. De hac uero cœna nullus. Et quidem Grego. & Aug. credunt ꝙ non, sed ꝙ ibi per prandium intelligitur conuiuium fidei, quod in ecclesia militanti agitur. Hic uero per cœnam æterna felicitas. Alii uero, ut uidetur esse Cyril. sentiunt ꝙ sic, & ad primum motiuum dicunt sicut etiã ipse Greg. dicit, qui salua fide magis vult alieno intellectui cedere quàm contentionibus deseruire, ꝙ apud antiquos tantũ semel in die comedebatur, & hora nona, & illa comestio, & cœna, & prandiũ vocabatur. Ad secundum dicunt, ꝙ id, quod Luc. tacuit. Mat. dixit. Sed reuera sententia August. & Grego. est vera, vt ex ordine narrationis euangelicæ patet. Nã quæ dicit Matth. post ultimũ aduentum Domini in Hierusalem contigerunt in diebus scilicet passionis. Quæ uero dicit Lucas multo ante prædictum aduentum [& uocauit multos] idest omnes iudæos principaliter, quos per prophetas Dominus inuitauit. Et inter illos sacerdotes & principes populi potissimum, quibus commiserat Deus populi curam. Inuitauit etiam ad hãc cęnam & gentiles, sed non principaliter. Vnde Iudæi dicuntur filii Regni Dei, ut patet Matth. 8. [Et misit seruum suũ hora cœnæ] Hora cœnæ dicit dupliciter. Vno modo hora in qua cœnandum est. Illa est in qua patuit cœlũ, & ingressus ad Regnũ, & incępit in Christi morte. Alio modo hora in qua ad cœnam ueniendum est, & ista aliquantulum præcessit, utpote quando Christus cœpit prædicare. Pœnitentiam agite appropinquan. enim regnum cœlorũ. Matt. 4. Seruus autem iste missus ad uocãdum inuitatos, secundum Cyril. intelligitur Christus, secundũ Grego. uero in homel. intelligitur prædicatorum ordo, id est collegiũ, uel chorus apostolorum. Dicit autem seruum in singulari, quia ex quo idem annũciabant, & ex parte unius loquebantur omnes, tanquã unus nominantur ponendo singulare pro plurali [dicere inuitatis] prius per prophetas [vt venirent] scilicet inuitati, idest Iudæorum principes, & plebei, & orbis uniuersus, sed principaliter ipsi iudæorum primi [quia iam parata sũt omnia] idest in proximo, & statim parata erunt si iste seruus sit Christus prædicans in carne, uel reuera quãdo occiso Christo, & aperto cœlo apostoli prædicabãt omnia parata erant. Est autem hic morale documentum cum quanta reuerentia audiendus sit prædicator. Est enim missus Dei, inuitans nos sicut apostoli inuitauerũt Iudæos ad cœnam eius. De hoc Grego. sic ait. Sæpe

euenire solet,vt persona potens despectũ habeat famulum. Cumque per eum dominus aliquid mandat, non despicitur persona loquentis serui,quia seruatur in corde reuerentia mittentis Domini. Nemo ergo me hoc in loco despiciat, quia, & is nequaquam ad inuitandum dignus appareo,sed tamen magnæ sunt delitiæ quas promitto. Hæc ille.

Moraliter autem sciendũ est ꝙ Deus cœnam magnã parauit in qua nobis apponuntur fructus preciosissimi,significati per illos quos exploratores tulerunt,de terra promissionis.Nu.13.Qui fuerunt ficus,vuæ,& malogranata. Per ficum intelligitur dulcedo causata ex contemplatione deitatis quæ oẽs alias excedit,sicut dulcedo ficus omnem dulcedinem fructuum. Per uuam uero dulcedo causata ex uisione humanitatis,quæ fuit de uinea uirginali.Eccle.23.Ego quasi uitis &c. Et fuit igne charitatis excocta. Cãticorũ.1. Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi,quæ scilicet ad literã dicũtur exusti solaribus radiis.Et in torculari crucis fuit conculcata.Per malogranata,dulcedo causata ex societate sanctorum. Malum enim habet candorem,ruborem,& ordinem granorum.Sic sancti erunt corpore candidi,lucidi charitate, & ordinati iucunda societate. Ad hanc Deus nos uocat per legis documẽta,ꝑ beneficia, per inspirationes,per flagella, sed pauci ueniunt. Ideo conqueritur Prouer.1. Vocaui,& renuistis &c.

Sed nota ꝙ ex sacra scriptura colligitur ꝙ quadruplex est cœna.Prima est corporalis in qua habent participare pauperes saltem in reliquiis.Luc.14.Cùm facis prandiũ aut cœnam uoca pauperes.Secunda est spiritualis,quam Deus in hac uita facit cũ anima reuertente à peccato.De qua Apocal.6. Ego sto ad ostiũ,& pulso, si quis aperuerit mihi introibo ad illum,& cœnabo cum illo & ipse mecum; id est ponemus ad symbolũ siue ad scotum pro rata.In hac peccator pœnitens ponit tria, scilicet contritionem,confessionem,& satisfactionem.Et Deus similiter tria scilicet gratiam contra contritionẽ & misericordiã relaxatiua pœnæ totaliter uel scd'm partẽ contra confessionem,quæ ratione uerecundiæ est pęnosa,& gloriam contra satisfactionẽ per bona opera quæ uitã æternam merentur. Tertia est infernalis de qua Apo.19. Venite congregamini ad cœnã magnam Dei ut manducetis carnes regũ. In ista dabitur duplex panis, scilicet indigestibilis.i.mors æterna,de qua Prouer.26.Suauis est homini panis mendacii,& post implebitur os eius calculo.i.paruo lapide, à calcãdo,qui est aliquid indigestibile. Alius est panis amarissimus. Iob.20.Panis eorum uertetur in fel aspidum intrinsecus.Et iste est uermis conscientię. Ibi erit etiam duplex uinũ, s.rubeũ, i.odium,contra sanguinem inimicorũ quos ibi secum in societate uidebunt, & album.i.dolor de damnatione inimicorũ ex sua culpa,uel aliter.Deute.33.Fel draconum uinũ eorũ. Ecce uinũ rubeũ,& uenenũ aspidũ insanabile. Ecce uinũ album.Quarta est cœlestis,de quo Apo.19.Beati qui ad cœnam nuptiarũ agni sunt uocati.In hac erunt duo panes.s.deitatis,& humanitatis,& uinũ optimum, scilicet rubeum, id est gaudiũ ex societate martyrum, & albũ, id est gaudiũ ex societate aliorũ electorum præcipue Angelorum. Et ista est de qua in præsenti agitur Euangelio.

QVantum ad secundum tangitur excusatio, quam fecerunt inuitati, cum dicitur.Et cœperũt oẽs simul excusare. Ista excusatio nõ est facta uerbis sed factis. Dũ enim docẽte prædicatore inspirabantur uel qualitercunque mouebantur ad obediẽdũ fidei uocabantur,sed dũ non consentiebant inspirationi propter dulcedinem peccatorũ quæ sequi uolebat excusabant.Licet aũt huiusmodi excusent,tamen Deus hic ad literã uidetur loqui de principalissime inuitatis,i. Iudęorũ pricipibus,quorũ primus dixit.Villam emi,& necesse habeo exire & uidere il.] Iste scd'm Aug. de uerbis Domini,est supb. honores,& põpas sequẽs.Ait enim. In uilla empta dominatio notat, ergo superbia colligitur uitium primum.Hæc ille. Sed secundum Greg.& Ambro.est ille qui exterioribus occupationibus iugiter,& intente terrenam substantiam exquirit [Rogo te habe me excusatum] Gre.in homel.Dum dicit rogo & uenire contemnit, humilitas sonat in uoce, superbia in actione, Hæc ille.Isto ergo modo excusabant Iudæi habentes bona uerba legis in ore, & pessima uitia in operatione, & maxime hypocritæ pharisæi [Et alter dixit] Hic ponitur alter impropriè,vt sit idem quod alius. Propriè.n. refert ubi sunt duo tũ, hic uero fuerũt tres[iuga bouũ emi quinque]

que]Ista quinque iuga bouũ sc'd'm Augu.de uerbis dñi,dicuntur quinque exteriores sensus, qui ut dicit, iuga dicuntur, quia omnes sunt geminati,ut patet ĩ duobus oculis duabus aurib. & duab naribus Gustus quoque geminationẽ quandã habet,quia non nisi lingua, & palato tangẽdo gustamus.Similiter aũt uoluptas carnis quæ ad tactum pertinet occulte geminatur. Est enim & forinsecus, & intrinsecus. Vel sc'd'm alios geminatur tactus in duab. manib.in quib. maxime uiget. Sunt autem iuga bouũ.s. terrena uersantes, & requirentes. Iste ergo secũdus excusator sc'd'm August.est curiosus & cupidus terrenorum, quia hic non uoluptas,sed curiositas notata est.Non enim dixit, eo pascere. sed eo probare illa.Hæc oĩa sentẽtialiter, sc'd'm Grego. uero iste curiosus tantũ proficit ꝙ efficitur explorator aliorũ foris sua interiora derelinquens[Alius dixit,uxorem duxi &c.]Iste sc'd'm omnes est is qui carnis illecebras sequtur.Aug ubi supra. Qui uxorem ducit carnẽ amplexatur , carnis uoluptatibus iucundatur,à cęna excusat, obseruet ne fame iterna moriatur.Hæc ille. Vel ad literam intelligitur hoc[Vxorem duxi, & ideo non possum uenire]Sed contra,quia coniugium bonum, ergo non impedit à regno adipiscendo. Ad hoc dicit Grego.ꝙ per iustum coniugium significata est res iniusta,i.luxuria.eo ꝙ nõnulli per hoc non fœcunditatem, sed desideriũ expetũt uoluptatis . Et intendit ꝙ coniugiũ non prohibet ingressum ad regnum , sed id quod per illud significatur, i. illicita uoluptas.Si autem ad literã accipitur coniugiũ & uxor,exponendus erit non possum uenire id est difficulter inueniendo. Basilius.Intellectus humanus uergens ad mundanas illecebras, debilis est ad agendum diuina. Hæc ille.1.Corin.7. Qui cum uxore est , solicitus est quæ sunt mundi.

Ex his autem patet ut dicit Augusti. ubi supra , quòd isti excusatores sunt de quibus Ioãnes retrogrado ordine dicit.Omne quod in mundo est concupiscentia carnis est , aut concupiscentia oculorum , id est sensuum,a parte totum appellando,aut superbia uitæ. Ad ista enim impedimenta reducuntur omnia quæ impediunt à cœna Dei. Secundum alios tamen tria prædicta sic exponuntur,ut emptor uillę sint gentiles,qui terrenis inhæ sent amore,iuxta illud Matth.6. Hæc omnia gentes inquirunt . Qui uero iuga emit sunt Iudæi Euangelium respuentes propter quintuplum iugum pentatheuci . de quo Actuũ 15.iugum quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus.Tertius uero sunt hæretici habentes sensum lubricũ & fœmineũ cum suauitate uerborũ , dùm per dulces sermones seducunt corda innocentium.

Est autem in hac parte documentum,ꝙ hi qui non gustauerunt diuina ea fastidiunt. Grego. in homel. Hoc distare inter delitias corporis, & cordis solet ꝙ corporales delitiæ cùm non habentur, graue in se desiderium accendunt, cùm uero habitæ eduntur, comedentem protinus in fastidiũ per satietatem uertunt.At contra, spirituales delitiæ cùm non habentur in fastidio sunt,cùm uero habentur in desiderio.Hæc ille. Est etiam & alia differentia , quia delitiæ corporales in acquisitione. & præparatione habẽt laborem sine delectatione , nisi quatenus ex spe futuri homo lætatur. Sed spirituales semper habent annexam delectationem magnam, etiam in præparatione . Habent enim spirituales delitiæ tres gradus subordinatos per quorum unum alius præparatur , & acquiritur,& in omnibus sunt suaues.Primus est habens existentiam extra gratiam, & exercens opus uirtutis suæ de genere bonorum. Hoc enim est magnæ delectationis sicut quisque experitur quãdo dat eleemosynam uel dicit psalmos, aut facit aliquid huiusmodi. Et est dispositio ad gradum secundum qui est hominis operantis bona in gratia Dei, & charitatiue. Hoc autem est delectationis maioris, & dispositio ad tertium gradum, qui est hominis operantis bona in gratia , & charitate consummata patriæ. Hoc autẽ est delectationis summæ, & ultimus hominis finis, iuxta illud Ecclesiastes ulti. Deum time & mandata illius obserua, hoc est enim omnis homo . Nota hoc idem ad hoc , uel propter hoc , quia scilicet Deus fecit omnem hominem , vt ei seruiat in operibus virtutum in via primo, & vltimo in patria per actus. qui finem vltimum doceant.

QVantum ad tertium tangitur quomodo quibusdam excusantibus alij subingressi sunt , cùm dicitur . [Et reuersus seruus nunciauit hæc domino suo] Et si quidem per seruum collegium Apostolorum accipimus , sic reuersus per orationem

ad Deum nunciat domino suo quod factū est non ad docendum, sed ad consulēdū eū quiescito omnia scđm mētē Augustini ubi supra. Si uero intelligatur Christus, sic cùm ei constaret de patris uoluntate non nūciauit ad sciendum, sed solum dicitur nunciasse quia Deus cognouit eum expleuisse legatio nem commissam. Nō enim oportet in parabolis omnimodam similitudinem quærere ut dicit Chrysosto.[Tunc iratus paterfamilias] In Deo proprie non cadit ira, ut est passio, sic enim ad appetitum sensitiuum pertinet, & est cum ebullitione sanguinis & trāsmutatione corporali, sed est in eo, ut dicit S. Tho 3. distinctio. 15. & 2 2 quæstio. 161. & primo contra cap. 80. secundum quod est actus voluntatis, id est uoluntas puniendi aliquē. Vel secundum Basilium per iram intelligitur ipse effectus, qui in nobis ab ira solet præcedere, scilicet punitio. Est autē iratus Deus secundum Chrysost. principibus populi, & maioribus, qui uocati uenire renuerunt, & ueniunt pauperes illius populi, multi, ut ex actibus apostolicis patet. Ideo sequitur [Dixit autem seruo suo] id est Christo uel Apostolis, uel Apostolorum collegio[Exi] per doctrinam prædicationis[cito]id est ferventer[in plateas & uicos ciuitatis]id est synagogæ. Adhuc enim non dicit Deus seruo ut uocet gētiles. Sicut enim principalissime inuitati sunt primo loco & uocati Iudæorū primi, ita & populus Iudaicus ē uocatus secundo loco, gentilis uero tertio, secundum illud Actuum 13. Vobis scilicet Iudæis oportebat primum loqui uerbū Dei, sed quoniā repellitis illud & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes, ut scilicet eas per prædicationē inuitemus ad cœnam Dei. Et nota quod ista sunt uerba Pauli & Barnabæ, dicta in Antiochia Iudæis dolentibus quod gentiles conuenirent ad sermones eorum, ita quod ly uobis, dicitur ad Iudæorum plebeios, non autem primos, quia isti erant in Hierusalem regali ciuitate[& pauperes & debiles, cæcos, & claudos introduc. hue] id est uoca populū plebeium Iudæorum ex quo maiores, & sacerdotes uenire recusant. Ambros. Inuitat autem pauperes, & cæcos ut ostendatur quod nullum debilitas corporis excludit à regno, rariusque delinquat cui desit illecebras peccandi, uel quod infirmitas peccatorum per misericordiam domini remittatur. Hæc ille. Vel hoc fit in signū quod multi gratia infirmitatum saluantur. Grego. Infirmi quoque & ī hoc mūdo despecti plerunque tanto celerius uocē Dei audiunt, quanto in hoc mundo non habent unde delectentur. Hæc ille. Sed hoc intellige quando infirmitas coniungitur paupertati, quia quando coniungitur diuitijs plerunque est causa damnationis. Nam cōsueuerunt seculares diuites cùm plures habuerint filios, ut omnes sint honoratiores, quosdam ecclesiasticos facere, scilicet stultiores, & infirmiores & turpiores, quib. beneficia non solum procurant indignis, utputa uitiosis & illiteratis, & ambientibus primatum, sed etiam emunt. Et tot symoniis, & censuris, & luxuriis irretiūtur, ut eos infeliciores Iudæis putes.[Et ait seruus[Post quam scilicet hi qui ex Israel conuertendi erant conuersi sunt, uel postquam in Iudæa euangelium prædicatum est]Domine factū est ut imperasti &c.[Grego. id est intrauit iam frequentiam Iudæorū, sed adhuc locus uacat in regno, ubi suscipi debeat numerositas gentium. Hæc ille[Et ait Dominus seruo. Exi in uias, & sæpes[id est]ingredere ī ciuitatem synagogæ uel iudaicæ plebis, Greg. Cum conuiuas suos colligi ex uiis, & sæpibus præcipit, agrestem populum id est gētilem quærit. Hæc ille & compelle intrare.

Notandum autem quod nullus coactus saluatur quia omnes saluantur sponte. Sed tamen aliqui compelli dicuntur dupliciter. Vno modo quia immediate ipsa eorum uoluntas à Deo mutatur, ut uelint quod nolebant, ut de Paulo declarat S. Thom. 1. 2. quest. 113. cuius uoluntas miraculose mutata est. Alio modo quia homo tot aduersitatibus premitur. ut eligat Deo seruire quasi coactus eo quod sua desideria implere non possit. Grego. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti, ad Dei amorem redeunt, cōpelluntur intrare. Hæc ille]ut impleatur domus mea[id est cœlum quod tūc dicetur plenum quando secundum iudicium Dei completus erit electorū numerus, qui ei solo notus est.


Sciendum autem est quod Deus nulli deest facienti quod in se est, & perfecte uolenti conuerti. quia tamen libere homo cōsentit diuinæ uocationi, licet semper possimus consentire Deo uocāti, propter nostram ta

men imbecillitatem aliquando cõsentimus aliquando non, Sed tamen Deus aliquos ad consentiendum mouet, interius inclinãdo uel exterius occasiones bene uolendi dando quos adiuuat ad faciendum quod facere poterant, sed nolebant quodam speciali auxilio, quod aliis ex iusta causa denegat, qui nõ consentiunt motioni, & tamen consentirẽt si sic adiuuarentur. Et ad illum sensum intelligo verba Greg dicentis. Sed valde tremenda sententia est quæ subditur. [Dico autem uobis ꝙ nemo uirorum istorum qui uocati sunt gustabit cœnam meam] Nemo enim contemnat nedum uocatus excuset, cùm uolue rit intrare non ualeat. Hæc ille. Quilibet tamen aliquid põt facere quod si facit, Deus illum iustificat semper, & infallibiliter.

Moraliter autem sciendum est ꝙ ut ex præsenti euangelio colligitur, triplex est differentia uocatorũ ad cœnam. Prima est eorum qui uocantur, & non ueniunt sed excusantur, ut sunt auari, superbi, & luxuriosi. Secunda eorum qui uocantur, & ueniunt ut pauperes & reliqui comites, per quos etiam sc̃d̃m gl. spiritualiter possunt intelligi peccatores, ut sicut peccatores sunt qui excusant, sic etiam sint & isti, sed peccatores superbi respuuntur, humiles autem eligũtur. Et horum quidam peccant per negligentiam idest parum parantes. Quidam per fragilitatem scilicet debiles, ut Petrus qui mortis timore Christum negauit. Quidam per ignorantiã scilicet cœci. ut Paulus, sc̃d̃m illud 1. Timo. 1. Ignorãs feci in incredulitate. Quidã per certam malitiam scilicet claudi & tenẽtes unum pedem in cœlo, & aliũ in terra, qui scilicet uellent saluari, & tamen perseuerant in delictis. Tertia est eorum qui compelluntur intrare, qui scilicet consuetudine in peccatis indurauerunt. Hi morãtur in uiis quia sunt perui dæmonibus. Iob. 20. Vadent & uenient super eum horribiles. Et in sepibus & spinis, quia colligunt peccatorum spinas, quibus comburuntur, & in quibus serpentes infernales commorantur. Isti uix conuertuntur nisi compellantur aduersis, Senc. Infirmitati meæ gratias ago, quæ coegit me non posse quæ non debeo uelle. Augustin. Felix necessitas quæ ad meliora compellit. Amen.

Dominica 3. post Trinitatem.

Textus euan. Luc. cap. 15.



ERANT appropinquantes ad Iesum publicani, et peccatores vt audirent illum. Et murmurabãt scribæ, & pharisei dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicẽs: Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nõne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quę perierat donec inueniet illã? Et cùm inuenerit eã imponit in humeros suos gaudens. Et veniẽs domũ conuocat amicos, & vicinos dicẽs illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meã quæ perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pęnitentiam agente quàm super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habẽs drachmas decem, & si perdiderit drachmã vnã nonne accendit lucernã, & euertit domũ & quærit diligenter donec inueniat? Et cùm inuenerit conuocat amicas & vicinas, di. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pęnitentiam agente.

ERant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, &c.] Luc. 15. In toto isto Euangelio Christus aduersus pharisæos de peccatorum receptione murmurantes intendit vnam conclusionem, quòd peccatores tanquam aliquid proprium, & perditum sunt solicite perquirendi, & reducendi ad pęni-

pœnitentiam, & alacriter suscipiendi. Sed tamē fit mētio de tribus generibus hominū. s. infirmorū sanabiliū, infirmorum insanabilium, & perfectè sanorum. Dicitur ergo quo ad primum [Erant appropinquantes ad Iesum publicani] Glo. i. qui publica exigunt uectigalia uel conducunt, & qui lucra seculi per negocia sectantur. Hæc ille. Et communiter isti erant homines mali, & infames [& peccatores] publicani seu malæ famę. In hoc autem quod dicitur etāt appropinquātes notatur ꝙ prius longe erant, quia aliud est appropinquare, aliud esse propinquum cum primum sonat motum qui semper est à distanti, non autem secundum. Et licet corporaliter appropinquarent Christo inquantū erat homo per accessum corporis, tamen in quantum erat Deus ei appropinquabant ꝑ similitudinē à quo distabant per dissimilitudinē. Deus enim ubique est per totum mundū: sicut anima ꝑ totū corpus vnde nihil dicitur ei propinquius uel ab eo remotius, nisi ratione similitudinis, aut dissimilitudinis, sicut dicūtur Angeli ei esse uiciniores quā celi ratione incorporalitatis, & celi quā elemēta, & elemēta ratione incorruptibilitatis. Aug. Deo qui ubique est, neque ꝑ loca propinquamus, neque ab illo per loca remouemur. Appropinquare illi est similē illi fieri, recedere ab illo dissimilē fieri. Et subdit. Nōne cū uides duas res prope sibi similes dicis, appropinquat hæc illi? Quādo autem dissimiles, quamuis una manu teneantur dicis lōge hæc est ab illa. Si uis propinquare, similis esto. Si non uis esse similis, longinquabis. Hæc ille [ut audirent illum tracti dulcedine sermonum, & conuersationis. Erant autem isti dispositi peccata relinquere. Vnde Christus eos admittebat ad colloquium, & familiaritatē suā. Theo. Hoc exequebatur dominus cuius causa carnē susceperat, admittens peccatores sicut medicus ægrotantes. Hæc ille. Debet autē peccator summe desiderare uerbū Dei quia primo peccator est fœtidus per maculā peccati, & secūdo tenebrosū ꝑ ignorātiam malæ electionis. Quilibet enim peccator scd'm sentētiam Aristo. & Socratis est ignorās, quia eligit ut bonū quod nō est bonū simpliciter, sed malū. Et tertio est frigidus. Verba autem Dei secūdum Amb. super Beati imaculati. habēt mūdare scd'm illud Ioā. 15. Iam uos mūdi estis &c. & illuminare secūdum illud psal. Lucerna pedibus meis uerbū tuū. Et accēdere, secundum illud psal. Ignitum eloquium tuum &c.

Moraliter autem sciendum est ꝙ nō solū peccatores à Christo per dissimilitudinē distant. Licet enim iusti in uia sint ei propiqui similitudine uitæ, distant tamen statu miseriæ, quia ille habet corpus immortale & dotatum aliis dotibus non autem isti. Peccatores uero distant utroque modo. Sed post resurrectionem boni erūt utroque modo similes. mali neutro, quia habebunt quidem corpus immortale sed tamē miserū & passibile. Debemus autē quærere propinquare ei, qa in eo omnia bona sunt. Ambr. lib. de uirgi. Omnis omnia accedat ad Christū, quia omnia Christus est nobis. Si vulnere carere desideras medicus est, si febribus estuas fons est, si grauaris iniquitate, iustitia est, si auxilio indiges uirtus est. Si mortem times uita est. si cęlum desideras uia est, si tenebras fugis lux est, si cibum quæris, alimentum est. Hæc ille.

QVANTVM ad secūdū tanguntur infirmi insanabiles, cū dicitur [Et murmurabant] id est iniustè conquerebantur.

Est autem sciendum ꝙ de murmure fere nihil dicūt sancti. Videtur autem dicendum sic. Nam murmurare secundum multos dictum est per similitudinē admutire, quod est propriū mutorū, uel loqui nō audiētiū. Ideo murmur primo dictum est qualibet locutio submissa uel clāculo, aut certe & submissa & clanculo facta. Et inde metaphoricè riuus etiā aquæ dicitur murmurare. Sed quia talis locutio frequenter fit iniuste, dictum est secundo murmur querela iniusta. Et intellige clanculo, & angulariter facta, quia non est murmur si quis etiam iniuste queratur corā præside.

Est autem quærela iniusta dupliciter. s. ratione obiecti, quia scilicet quis quærelatur de re iusta, sicut Iudęi faciebāt querelā de misericordia Saluatoris ad miseros, & ratione mod, quia scilicet licet quis quæratur de re iniusta tamen non debito modo, i. non ubi, quanto, & quomodo oportet. Et isto modo murmur est in cōmuni usu loquētiū, sicut religiosus dicitur murmurator quando aliquid iniustum quidem patitur, sed tamē nō exponit prælato narrationem suā, sed aliis quorū nō est ei prouidere. Et sic tribus mo

dis sumit. Et primo quidē modo potest esse sine peccato. Vnde Ioan. 5. dicitur. Murmur multus erat in turba de eo. Et sequitur. Quidā enim dicebāt, quia bonus est, alii autem nō, sed seducit turbas. Sed secundo, & tertio modo semper est peccatū, licet non semper mortale, nec semper ueniale, sed secūdm cōditionē personarū, cōtra quas murmuratur, & negotiorū, & animorū [pharisæi] quidā .f. religiosi apparent & nō uere iusti, dicti à phares, quod est diuisio, quia à reliquis erāt uestitu aliqualiter, & cōuersatione diuisi [& scribæ] i. legis doctores dicti non à scribendo, sed à sciendo uel docendo scripta] dicentes, quia hic] .i. mundi Saluator, quē ex cōtemptu isti maligni nominare nō uolunt] peccatores recipit] nō ad hospitiū, quia illud nō habebat, sed ad familiaritatē, in quo norāt eū de mala uita [& mãducat cū eis] in domibus eorū sicut dicitur de Leui. Mat. 2. & Lu. 5.

Est autē sciendū quod Christus ex magna dispēsatione cū prædictis manducabat. Inter iudæos enim erāt quidam superstitiosi diligentes uitæ austeritatē. Quidam assueti terrenis diligentes uitæ communitatē. Quidam curiosi diligentes miraculorum nouitatem. Christus igitur fecit sicut uenatores, animal aliquod cōtrariis uiis insequentes, ut in alterā incidat. Nā misit Ioannē cum uita austera, ut sic conuerteret superstitiosos: uenit ipse in communi uita manducans, & bibēs cū peccatoribus, ut sic conuerteret assuetos terrenis, uenit cum miraculis, ut cōuerteret curiosos.

Sed contra omnia prædicta stetit fortis iudæorum malitia. Nam dicitur Matth. 11. Venit Ioannes non manducās neque bibēs, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo uorax, potator uini, publicanorum, & peccatorum amicus. Miracula etiam eius dicebāt fieri in uirtute beelzebub, ut frequēter dictum est.

Nota tamen quod Christus non duxit uitā communem solū propter hoc, sed ut eū omnes possent imitari, quia datus est à Deo in exemplum non solū religiosis, sed omnibus Christianis. Et sententia hæc est sancti Tho. in 3. parte. Existimabant autē isti Christū & alios iustos inquinari ex cōuersatione familiari peccatorum, sicut & Simon pharisæus ex contactu Magdalenæ. Petrus Rauen. Erras pharisęe. Lutum tangit sol, sed non maculatur, medicus tangit uulnera sed ipsum putredo non corrumpit, reus tangit iustum iudicem. sed ipsum maculare non potest. Hęc ille. Vbi Christum dicit solem medicū, & iudicem. Grego. autem in homelia ex his elicit quod uere iusti sunt misericordes, apparenter iusti crudeles, unde ait. Ex qua re aperte colligitur, quia uera iustitia compassionem habet. falsa dedignationem. Quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari, sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud est quod zelo disciplinæ, quia iusti & si foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Præponunt sibi in animo ipsos plerunque quos corrigunt. Quod agētes per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra hi, qui de falsa iustitia superbire solent cæteros, quousque despiciunt, nulla infirmātibus misericordia condescendunt, ex quo se peccatores fiunt. De quorum numero pharisæi erāt, qui diiudicantes dominum quod peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontem misericordiæ reprehendebant. Hæc ille. Sed contra istos Christus arguit ex duplici similitudine, ouis .f. & drachmæ perditæ, ut dicetur.

Moraliter aūt sciendū est quod isti infirmi insanabiles errabant. Primō, quia istos reputabant peccatores cū essent pœnitētes. & secūdo, quia se iustos putabant cum essent supbi. Ex quibus ꝓueniebat quod non cōpatiebātur. Debemus ergo primo uitare ne quēquā cōdemnemus, & iudicemus suæ salutis immemorem. Immo semper debemus hominem qui peccauit existimare esse pœnitentē. nisi euidenter constet in oppositū. Debemus secundo cauere peccata spiritualia, quia sunt grauiora & periculosiora quantū ad hoc, quod minus cognoscūtur. Debemus tertio cōpati infirmis. Cum autē in proximo pœnitentiæ sit cōsiderare tria .f. naturā, & culpā præteritam, & gratiam quam est adeptus. Primo debemus compassionē, & secundo districtam correctionem. Gre. Oportet ut districte discutiamus, quia districtionem debemus uitiis, compassionē naturæ. Tertio debemus congratulationem, iuxta illud Lu. 15. Epulari & gaudere oportebat &c.

QVantum autem ad tertiū dominus arguens cōtra istos tāgit eos, qui omnino

nō sunt sani.idest iustos,non indigentes pœnitentia. Vnde sequitur[Et ait ad illos parabolam istam]Ex quo patet quod literalem sensum oportet ex metaphorico significato accipere,cùm Euangeliū sit parabolicū [dicens:Quis ex vobis homo]Est autem sciendum quòd quātū ad propria significata terminorū ista parabola ad eos quibus loquebatur pertinebat, sed tamen quātū de trāsumptiua per literalem sensum faciunt pertinet ad Deum.Vnde ait Greg.similitudine dedit,quam & in se homo recognosceret & tamen ad autorem hominū pertineret.Iste ergo homo est Deus[qui habet cētū oues] idest vniuersitatem Angelorū & hominū, secūdum Greg & Cyrillum.Centenarius n.pfectus est numerus ex decem decadibus constitutus. Dicitur enim perfectus numerus quia est quadratus,cuius radix est decē. 4.dist.43.nā decē decies sunt centum[Et si] per quia[perdiderit vnam ex illis]Greg. Vna ouis tunc periit quando homo pascua vitæ dereliquit.Hæc ille[Nonne dimittit nonaginta nouem]idest Angelorum numerū[in deserto]idest in cœlo.secūdum Greg quod homo peccando deseruit,dicitur enim desertū quasi derelictum & vadit [ad terras per incarnationis mysterium]ad illam quæ perierat,donec inueniet illam?]Greg vt perfecta summa ouium integraretur in cœlo,homo perditus quærebatur in terra.Hæc ille. Nec tamen secūdum Cyrillum fuit crudelis ad alias da relictas in deserto, quia dimisit eas in toto sub dextera Dei.Greg.Nisse.Cùm autē pastor inuenisset ouem non puniuit nō duxit ad gregem vrgēdo,sed supponens humero, & portans clementer,annumerauit gregi. Hæc ille.Ideo subditur[& cùm inuenerit eā imponit in humeros]scilicet, Bed.Humerus Christi crucis brachia sunt. Illic peccata mea deposui, in illo nobili patibulo requieui.Hæc ille.Greg.Ouē ergo humeris suis imposuit,quia humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portauit.Hæc ille [gaudens]in suis doloribus pro nostra salute. Fruebatur.n.in cruce iuxta doctrinam Sancti Tho.3.par.q.66. [Et veniens domum] in cœlū per ascensionem[cōuocat amicos & vicinos].i. Angelorum choros secundū Greg.qui sunt amici obsequendo voluntati,& vicini communicando eius luci,& claritati.Sunt autem secundum Theo.oues seu bestiabiles respectu Dei,sed vt rationales sūt vicini. Sunt ergo Dei amici. Primò, quia eius secreta vident,iuxta illud Ioan.15. Vos autem dixi amicos,quia omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Secundò quia suam voluntatē diuinè in omnibus conformant. Tullius. Vera amicitia est idem velle & idem nolle in rebus honestis. Tertiò quia eius voluntatem semper adimplent. Io.15. Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis.Sunt autem Dei vicini ratione propinquitatis in natura, quia minus ab eo distant quàm cæteræ creaturæ quāuis & ipsi in infinitum distent[Dicens illis.Cōgratulamini mihi,quia inueni ouem meam q̄ perierat]In his apparet amor Dei ad hominem quo ad tria. Primò in creando,q̄a ipse hominem fecit innocentem q̄a ouē, sed ipse errauit vt ouis quæ periit, & de oue factus est lupus ita seuus,vt pastorem occideret & oues iugularet Mat.10. Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos.Secūdò in recreādo,quia perditum cum magno labore recuperauit,quod notatur in inuentione. Et cū illa inuentio sit redemptio per sanguinem pastoris,tamen ipse dicit eam inuentionē, quasi nihilo reputans id quod dedit. Can. vlti. si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.& Tertiò in glorificando quod notatur in reportatione, & congratulatione.

Sed quare nō dicit,congratulamini oui, cui magis videbatur esse de ista inuentione gaudendum? Grego.in homel Hoc ideo dicit, quia eius est gaudium vita nostra, & cùm nos ad cœlum reducimur solemnitatē lætitiæ illius implemus.Hæc ille[Dico vobis quòd ita] Iste textus videtur esse corruptus. Nam S.Tho.1.par.q 20.pro ly ita,ponit maius. Si tamen vetus textus habet ly ita.supponitur ly magis, vel maius. Et S. Tho.allegat sententiam,& non verba[gaudium erit in cœlo]Deo & Angelis.Gaudiū de nostra conuersione est Angelis. Primò quia vident suæ custodiæ tam gloriosū fructum.Secundò quia vident ex peccatoribus suam ruinam resarciri & restaurari. Tertiò quia vident se in laudando Deum tale habere consortium. Quartò quia complectur eorum desiderium quo desiderāt nostrā salutē, cū sint maxime charitatiui & amorosi. Gaudet et tota Trinitas. Et patet q̄ dē, q̄a

sicut

ctum Sicut autem supra pastor, Deum signi ficauit, ita ista mulier significat Dei sapientiam, secundum Grego. in home. quæ vt idē dicit decem habet drachmas idest nouē ordines Angelorum, & hominem. Dicitur aūt diuina sapientia mulier. primò propter spe ciositatem, delectabilem. Sap. 7. Candor est lucis æternæ & splēdor sine macula bonitatis illius. Secundo propter fœcūditatē. Eiusdem 7. Venerunt mihi oia bona pariter cū illa. Tertiò propter compassionem. Hieterem. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Quartò propter dulcedinem verborum. Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua sup melori meo. Quintò propter interpretationem nominis. Dicitur enim mulier quasi molliens herū, & sapientia Dei emolluit nobis herum, idest Deum patrem, sicut Hester Assuerum. Homo vero in statu innocentiæ fuit drachma. Primò propter rotunditatem, idest immortalitatē, & Secundò propter munditiam & claritatem, quia erat velut aurum purum non mixtum cupro & Tertiò propter preciositatē sicut & pecunia est preciosa cui obediūt omnia, & Quarto propter regalē imaginem, & Quinto propter superscriptionē, idest omnium naturalium cognitionē[Et si perdiderit drachmam vnam] sicut ei accidit quando homo peccau t, vt dicit idē Grego.[Nonne accendit lucernam]Greg. Accēdit mulier lucernam, quādo Dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est. Lumen vero in testa est diuinitas in carne. Hæc ille[Et euertit domū] idest concutit nostram conscientiā secundum Grego., & quærit diligenter donec inueniat]Grego. Quia scilicet cum perturbatur conscientia hominis, reparatur in nomine similitudo conditoris. Hæc ille. Vel domum euertit quando mundum prædicando commouit[Et cum inuenerit conuocat amicas & vicinas]idest cœlestes virtutes secundum Gregor. in homel. & Gregor. Nazan. quæ secundum Greg. in se amicæ sunt quia obsequentes eius volūtati, & vicinæ quia in corpore[dicens Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudiū erit Angelis Dei &c.]Grego. in homel. Pœnitentiā agere est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat vt iterum alia cōmittat adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Hæc ille.

Moraliter ouis animal est innocens, non mordens dētibus vt canis, & lupus. detrahēdo, nec impetens cornibus vt aries & taurus violenter opprimendo, nec calcitrans pedibus vt equus, & mulus blasphemando seu maledicendo, nec dilacerans vnguibus vt leo & vrsus feriēdo. Quem igitur Christi sciat se non esse, qui ab omnibus prædictis immunis non est.

Item moraliter mulier potest dici prælatus propter solicitudinem, & partum, & difficultatem in pariendo fætum tam in se quā in subditis. Hæc si vnam drachmā idest animam, Dei imagine insignitam perdit, accendat lucernam prædicationis orando, meditando, sanctæ viuendo. & euertit domū conscientiæ peccatoris, & quærat diligenter donec eam inueniat eductā de tenebris, & pulueribus peccatorum.

Dominica quarta post Trinitatem.

Textus Euang. Luc. cap. 6.



ESTOTE misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur uobis, Mensuram bonam, & confertam & coagitatam, & super effluentem, dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mēsura qua mēsi fueritis remetietur vobis. Dicebat autē illis & similitudinē. Nunquid pōt cæcus cæcū ducere? nonne ambo in foueā cadūt? Nō est discipulus super magistrum. Perfectus autē omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui, trabem autē quæ in oculo tuo est non consideras,

Aut

Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater sine eiiciā festucā de oculo tuo, ipse in oculo trabē nō vides? Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

EStote misericordes &c. Luc. 6. In præsenti Euangelio Christus admonet omnes fideles & specialiter prælatos. Et continet tria puncta, quę sunt. Communis exhortatio. Exhortatiōis rō & Specialis admonitio. QVANTVM ad primū exhortatur Christus omnes ad dulcem misericordiam, quia misericordiæ opera sunt de præcepto, vt dictum est feria secunda post primam dominicam quadragesimæ. Dicit ergo[Estote misericordes] Est autem misericordia, vt dicit S. Tho. 1 par. q. 21 & 2. 2. q. 30. cordialis cōpassio, seu tristitia de aliena miseria. qua si possumus subuenire compellimur seu ꝓuocamur, Beda Magnum præconium pietatis Reddit enim hæc virtus nos conformes Deo & quasi quædā signa sublimis naturæ nostris imprimit animabus. Hæc ille. Vnde subdiiur[Sicut pater vester cœlestis misericors est] Vbi notandum est, secundum S. Tho. 1. par. vbi supra quòd in Deo non potest esse ipsa essētia misericordiæ vi. s. passio appetitiuæ sensitiui cūm non possit tristari, vel pati, & consequenter nec compati, sed est in eo misericordia metaphorice. sicut & ira inquantum habet effectum misericordiæ q est subuenire misero Hunc enim ipse maxime efficit. Item est in eo misericordia vt sonat actum voluntatis quo volumus subuenire misero. licet non vt sonat actum sensualitatis, vt dictum est. Et hæc plus in Deo, quā in homine est, nec pōt homo in hoc ei æquari. Vnde ly sicut, non æqualitatem, sed similitudinem & imitationem quandam importat. Subiungit aūt modos quibus proximo misereamur, scilicet non iudicando seu non condemnando & dimittendo, & exhibēdo. Omnis enim misericordia exhibita proximo, est quoddam bonum quo subleuatur miseria eius. Dupliciter autem exhibetur bonum proximo. Primo scilicet positiue dando aliquid, puta eleemosynam corporalem vel spiritualem & quantū ad hoc dicitur date, & dabitur vobis. Secundò negatiue, quia scilicet cessatur ab inferendo malum. Carere. n. malo est quoddam bonum, secundum Philosophum in li. eth & similiter non ferre malū est bene facere qa est facere quòd qs careat malo. Et hoc est dupliciter. Primò quātū ad opus, sicut cùm quis non detinet vinctum cùm possit, aut nō vlciscitur iniuriā & quantum ad hoc dicitur, dimittite, & dimittetur vobis. Et Secundò quantū ad cogitationē ipsam sicut cū quis cessat male suspicari de fratre, cui suspicando poterat inferre damnum, gloriā & famā eius apud seipsū denigrando. Et quantum ad hoc dicitur. Nolite iudicare & nō &c. Dominus ergo assignat tres species misericordiæ exhibitæ proximo, ad quas omnis misericordia reducitur, secundū S. Tho. 1. par. vbi supra. Dicit ergo[Nolite iudicare]temere de occultis, vel de his quæ bono & malo animo fieri possunt.

Vbi aduertendū est duplex esse iudiciū. Quoddam large dictum, quod est omnis vera determinatio eo modo quo dicere consueuimus quòd cœcus de colore non iudicat & hoc licitum est; & de hoc non intendimus. Aliud vero quod est iudicium proprie & est iustitiæ actus, quo. s. de aliquo iudicamus. an bene vel male actū sit. Et hoc duplex est. Vnū s. quod est de seipso quod vocatur iudiciū discussionis, quod licitū est & laudabile, de quo eciā nō curamus. Aliud quod est de alio & est duplex, scilicet licitū & illicitum Licitum est duplex scilicet vtile dicest iudicium suspitiosum sine assensu rationis ad ouiandum: & tolerabile, vt iudiciū determinationis de apertis malis. Illicitum autem triplex est. scilicet vsurpatū, quod scilicet fit ab eo qui non habet authoritatem & peruersum quod fit contra iustitiā, & temerariū quod ex leuibus ꝓcedit signis interpretādo intētionē siue iudicādo de futuro statu hominis siue sententiādo de occultis. Et hoc hēt tres gradus Primus est cùm qs ex leuibus signis dubitat de alicuius bonitate. Secundò cùm firmiter iudicat, & sentit de alicuius malitia. Tertius est qñ vlterius ꝓceditur ad condēnādū ad pœnā. Est ergo peccatū mortale iudicare multis modis Primò si iudex ex leuibus signis cōdemnet aliquē de pœna notabili. Secundò si quis ex leuibus signis firmiter credat aliquē peccare mortaliter, vt accidit qñ res ē occulta, vel i

se inditur ferens quia fit iniuria proximo de quo teneor bene sentire, secus si iudicarē de veniali, quia iniuria non est notabilis. Tertio quando iudicium est iniustum de re notabili. Quarto quādo est vsurpatum Licitū est aūt iudiciū. Primò qn̄ iudex hēt authoritatē, & iudicat recte scd̄m approbata per euidētiā testium, aut ex suspitione violēta. Si autem sit tantum probabilis, licet indicere purgationem canonicā. Secundo licitum est etiam non iudici iudicare. id est credere in manifestis. Tertio quando habentur probabilia signa, hoc enim non est mortale si ex pbabilibus signis crederet firmiter q aliquis aliquod mortale commiserit. scd̄m Archiep. 2. par. ti. 3. cap. 8 Licet dicat hoc esse cauendum. Est autem probabile quod videtur omnibus, aut pluribus aut maxime sapiē tibus. Et his aut omnibus, aut pluribus aut præcipuis, vt patet ex 1. Topic. Vide de his sanctū Tho 2.2.q.40. Hic autem loquitur dominus de iudicio temerario scd̄m Amb. Nō iudicare nanque isto modo ē misereri. Sicut enim carere malo qđ inesse potuit est quoddā bonum. vt patet 2. Phys. ita non inferre malum cùm quis possit, est facere bonum aliquo modo, vt dictum est. Hortatur ergo dominus ne sic iudicemus, maxime cum seueritate aliena discutiendo, Chry. Nec facile reperies quemquam neque patremfamilias, neque claustralem expertem erroris huius. Sūt autē hæc diabolicę tentationis insidię. Nā qui seuere discutit aliena, nunquam pro priorum reatuum merebitur veniam. Vnde sequitur, [& non iudicabimini [sicut enim pius, & misericors de indulgentia accipit fiduciam, sic seuerus & durus quasi criminibus propriis cōdemnatur. Hæc ille. Greg. Nazan. Non ergo cum acrimonia præcipitetis in conseruos sententiā. Hæc ille [nolite condēnare, & non cōdemnabimini] Hic repetitur idem secundū prædictū Greg. Vnde hic est sermo de condemnatione mētali temeraria, non autem de iudiciali, quia male faceret iudex nō condemnando quem debet condemnare. Repetitur autem bis, ne quis credat esse leue peccatum temerariū iudiciū, quod hominē tangit in honore. Non est aūt estimandū, quòd qui proximum non iudicat, vel cōdemnat ipse non sit condemnādus si malefaciat, sed ideo sic dicitur, quia qui iudicat temerarie, cùm ipsū suū iudiciū sit peccatum pro eo iudicabitur, & condemnabitur quod non esset si nō iudicasset. Vel hoc ideo dicitur, quia non iudicare est misereri, misericors autem misericordia cōsequetur, plus vel minus secundū sue misericordiæ quantitatē [Dimittite] iniurias, vt non inferatis p eis mala quæ potest s[& dimittetur vobis] peccatum vestrū Vel vt alia litera hēt [& dimittemini] s. à peccato quod nos tenet in seruitute, ad cuius remissionem valet misericordia proximo exhibita, & à diabolo qui vos per peccatum strauit & addixit seruituti, & à Deo, qui vos alligauit pœnæ æternę infernali, si non estis contriti, vel tēporali purgatorij aut huius mundi si estis qdē contriti. sed non exhibuistis satisfactionē plenā [Date] s. eleemosynas, & beneficia fratribus vestris [& dabitur vobis] scilicet in pſenti gratia, & consolatio à Deo. & in futuro vita beata. Bed Hic dimittere nos iniurias dominus, & dare beneficia iubet, vt & nobis peccata dimittantur, & vita detur ęterna Hæc ille.

Moraliter non dixit Christus. Estote potentes sicut pater vester potens est, vel sapiētes, uel diuites, sed misericordes; quia appetitus potentiæ habet deiectionem, iuxta illud Psal. Deiecisti eos dùm eleuarentur, vt patet etiam in Lucifero, qui aliquo modo appetiit potentiam, idest superioritatem & principatum, & appetitus sapiētiæ inflationem, quia scientia inflat. 1. Corin. 8. Et diuitię obliuionem. quia succedētibus prosperis oblitus est interpretis sui. Gene. 40. Sed misericordia spōdet cœlestis regni possessionem. Vnde Chrs in die iudicij, vt patet Matt. 25. non dicet venite potentes, sed vę qui potentes estis &c. Esa. 5 nec venite sapientes, sed qui sapientes estis in oculis uestris, vt ibidem dicitur, nec venite diuites, sed væ uobis diuitibus, qui habetis hic consolationē vestram. Dicet autem venite benedicti patris mei, idest misericordes Esuiui enim, & dedistis &c. Vnde Deus, vt nos induceret ad hanc pietatem impressit eam omnibus creaturis nobis manifestis, scilicet sensibilibus, vnde Iob. 12. Interroga iumenta, idest considera, & docebunt te, scilicet pietatem, volatilia cœli, & iudicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Nota primo iumenta, hoc enim patet in elephantibus, quia sis

vnus

vnus ceciderit, alii currunt ad subueniendū, & in equabus, quia si vna moritur, aliæ filiū suscipiunt ad nutriendū, & in leonibus, quia parcūt pueris & infinitis animalibus, nisi magna fame vigeantur. Nota secundo in volatilibus cœli vt patet in ciconiis, quæ secūdū Amb. in hexame. parentes suos senes collocant in nido, ac nutriunt. Et in aquila quæ sola prædam non comedit, sed partē sequentibus se ouibus dimittit, & in cobar q̄ auis sic dicitur arabice, quæ filium aquilæ ab ea reiectum (Eiicit enim vnum enido quando tres habuerit propter laborem pascendi) nutriēdum suscipit. Nota tertio terrā. Amb. Noli esse deterior insensibili elemēto quod fructus quos affert non suis vsibus vēdicat, sed tuis ministrat obsequiis. Tu vero solus fructus illius inuadis & tibi concludis. Et idē est de alijs corporibus simplicibus, maxime cœlo. Nota vltimo pisces, ut patet in delphinis, qui homines mortuos deferunt ad litus & in conchis quæ cum semper sint clausæ, quidam piscis defert alimentum, quod eis ad suam præsentiā apertis infert, & recedit.

QVantum ad secundum tangitur ratio quare debemus proximo misereri, præcipue quantum ad dare beneficia, & nō irrogare actualiter mala, quia scilicet misericordia apud Deum magnā obtinet remunerationem.

Pro quo sciendum est, quòd supra dñs est hortatus ad remittendum iniurias inimicis, & dādū eleemosynas pauperibus. Isti ergo dicūtur nobis retribuere inquātū sūt cā q̄ nobis fiat retributio orando pro nobis, vel q̄a eorū meritis nobis retribuitur, q̄a sunt cā sine qua non, sicut ligna sunt cā quòd ignis comburat. Retribuūtur aūt nobis multiplicia bona pro talibus operibus. Dicitur ergo [Mēsuram bonam] quo ad bona fortunæ [& coagitatā] idest cōcussam vt plus capiant, quo ad bona naturæ, puta sanitatem & huiusmodi [& cōfertam] idest non lasilē sed cumulatā quo ad bona gratiæ [& superesfluentem] i. magnifice cumulatā quo ad bona gloriæ [Dabunt] pauperes & inimici in sinū vestrū] tanquā retribuentes pro eo quod exhibuistis eis. Vel per hæc oīa significatur q̄ pro dictis operibus dōminus retribuet nobis in beatitudine aliq̄d dignius quàm fuerint ipsa nostra opera ex se sicut mēsura cōferta aliq̄d plus est quàm bona, idest legitima tantum. Beda. Sicut si farinam sine paucitate mensurare velles, & conferres, & cogitares, & superesfunderes abunde; sic dñs mēsuram magnam & supereffluentem dabit in sinum vestrum. Hæc ille. Et per sinum intelligē intellectum, in quo susciperetur subiectiue fœlicitas, cùm sit visio, & voluntatem, in qua suscipietur ipsa consolatio immensa cōsequēs visionem & ipsam essentiam animæ in qua suscipietur essentia gratiæ causabit in mēte lumen gloriæ, quòd facit videre in voluntate charitatem, quæ facit amare, delectari, & frui. [Eadē quippe mēsura qua mēsi fueritis] in bene operando vel peccando, vt ait Beda [remetietur vobis] præmiū, aut pœnam. Theo.

Interrogabit autem aliquis fortassis subtilius. Si enim supereffluenter redditur, quomodo eadem est mēsura? Ad quod dicimus quòd non dixit, in tanta mensura remetietur vobis, sed in eadem. Qui enim bene fecit, bene fiet ei, quòd est remetiri eadē mensura. Sed supereffluentem mensuram dicit, quia millies bene fiet ei. Sic est & in iudicādo. Qui enim iudicat & deinde iudicatur accipit eandem mēsuram. Secūdū vero quod ad plus diiudicatur, quia sibi similem iudicauit, secundum hoc supereffluens est mensura. Hæc ille. Potest dici etiam quòd est eadem mensura, non secundum quantitatem sed secundum proportionem, quia maiori merito maius redditur præmium & minori minus; & sic de peccato, & pœna. Et secundum quòd quisque se habuit in operando, se habebit et proportionabiliter in recipiendo. & hæc videtur esse intentio Theo.

Sed nota quòd essentiale præmium proportionabitur meritis, idest operibus bonis non secundum se inquantū opera sunt, q̄a nō merentur illud præmiū, sed secundū eorum radicem quæ sunt meriti, idest charitatē, & gratiam. Sed pœna proportionabitur demeritis secundum se, quia licet opus nostrum secundum se non mereatur pœnā. & hoc loquendo de pœna sensus. Pœna enim damni cùm sit priuatio visionis Dei commensuratur visioni quæ debebatur, & consequenter gratiæ qua q̄s meruerat visionē.

Moraliter sciendū est quòd ad opera pietatis triplici præmio inducimur, sed Chris tangit maximum quasi arguens à fortiori. Primum est temporale, quo ad multiplicationem

tionem temporalium. Prouerb. 4. Honora Deum de tua substantia &c. Cùm fratres cuiusdam monasterij cuidam sancto patri, vt legitur in vitis patrum querelam facerent quòd monasterium olim abundans esse tenue dixit. In hoc monasterio cōsueuerūt esse duo fratres socii, scilicet date & dabitur, & vos expulistis fratrem date & frater dabitur indignatus accessit. Secūdum est spirituale quod consistit in peccatorum remissione. Eccl 3. Eleemosyna pauperis non erit obliuione. & sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Secundo in gratiæ collatione. 2. Corin. 9 Qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. s. gratiā in psenti, & gloriā in futuro. Tertiò in gratiæ conseruatione. Eccl. 29 Eleemosyna gratiā hominis quasi pupillā conseruabit. Tertiū est cœlestiale quod hic tangitur, cùm dr̄ Mēsuram bonā &c. Quidā. n. dant pauperibus partē superfluorum. Quidā vero omnia superflua, de quibus Luc. 15 Qui habet duas tunicas &c. Quidā dant partem maiorem, vt Martinus, qui dedit mediā necessarium chlamydem. Quidam vero omnia necessaria scilicet ad decentiam, de quibus Matth. 1 . Ecce nos reliquimus omnia &c. Primi habent mensuram bonam nisi dum fuerint in necessitate extrema vel vrgente. Secundi confertam. Tertii coagitatam. Quarti supereffluentem, quia secundum quòd mensurant in dādo Deus mensurat in retribuendo.

QVantum ad tertiū sciendū quòd Deus vult magis reddere causam quare debemus misericordiam exhibere proximo quantum ad primā misericordiæ speciem. Sed quia prælati & superiores præcipue habēt frequenter maiores occasiones iudicandi quā alii, siue quia plura vidēt & sciūt, siue quia videtur naturalis inclinatio rectoris suspicari de malis ad obuiādum. Ideo ponitur specialis monitio prælatorum & omniū qui habent alios dirigere. & iudicare, cùm dicitur [Dicebat autem illis]. s. apostolis, qui vt dicit Cyrillus futuri erant mūdi doctores [& similitudinem] quo melius intelligerēt qūo de aliis iudicarent, vt eos induceret specialius præ aliis ad remittendas iniurias, & eleemosynas dādas quæ duo potissime ad superiores pertinēt [Nunquid potest cęcus cęcū ducere] quasi dicat. Hoc sine suo periculo facere non potest. Si enim vt dicit Chry. periculosum est cæco cæcū habere ducē, multo periculosius est cæcum velle esse ducem cœci [Nō ne ambo in foueā cadūt] quasi dicat sic, nisi forte raro, & in paucioribus.

Ista aūt similitudo adaptatur ad præmissa quadrupliciter. Primò scd̄m Cyri. adaptatur plaтis quo ad virtutes perficientes intellectū puta sapientiam, & prudentiam. Non enim sufficit eis eleemosynam dare, & iniurias remittere, sed oportet eos duces esse, & alios ad hoc inducere. Nō ergo debent esse cœci, quia non possent alios docere quæ nesciunt. Vnde subditur [Non est discipulus super magistrū]. i. doctior magistro. Est aūt sciendū quòd oīs homo est discipulus Dei docētis interius infundendo lumen naturæ intellectus, & confortando illud, & docētis exterius per sensibiles creaturas. Discipulus ergo alicuius hominis si plus capiat quàm suus magister, hoc non cōpetit ei inquantū discipulus eius est, sed inquantū discipulus Dei est, & tunc efficitur actu, vel potētia magister. Vltima ergo perfectio ad quā potest venire discipulus hominis vt sic, est vt sciat quæ scit suus magister, quia ista sola potest ab eo percipere, & quā primū sic percipit desinit esse discipulus, & fit commagister respectu aliorū. Ideo subditur [Perfectus autē omnis erit discipulus] s. vt sic [si sit sicut magister eius]. i. si nouit ea, & eo modo, quæ & qūo nouit suus magister. Secūdo adaptatur scd̄m Tho. quo ad omnes, vt non iudicent præcipue cùm sint in simili vitio, & specialiter quo ad prælatos quorum specialiter est iudicare. Ait ergo. Si tu alium iudicas & ipse in eisdem peccas, nōne assimilaris cęco cæcū ducenti? Quomodo enim ille à te ducēt ad bonū, cū & tu pecces. Nō est discipulus supra magistrū. Si tu peccas qui te magistrū & ductorū putas, vbi erit qui à te disciplinatur & ducitur? Hæc ille. Tertio, adaptatur secundū eūdē quo ad dare eleemosynā, & iniuriā omittendam vt. s. aliquo inferente iniuria non perdamus oculum per impatientiā, vel aliquo petente eleemosynam, non perdamus per auaritiā, alioqui non poterimus vitia eorum curare cū nostra mens sit viitata. Et subditur [Non est discipulus &c quasi diceret. Si Christus magister noluit vlcisci, sed pati quare vlcisci vis tu qui discipulus es. Et si ipse voluit largiri, tua perfectio erit, si & tu talis fueris vt ille fuit. Quarto scd̄m Augu. adaptatur

adaptatur ad mensuram de qua sermo praecesserat. Ait enim vel ideo subiunxit, nō potest coecus coecum ducere, vt non sperarent a leuitis acceptoros mensuram illam, de qua dixit. Dabit in sinū vestrum, quia scilicet decimas dabāt eis quos coecos dixit, quia Euāgelium non tenerent vt illam remuneratio nem per discipulos domini potius plebs in ciperet iam sperare Quos imitatores suos volens ostendere, addidit. Non est discipulus supra magistrū. Haec ille. Inducit autem rursus dominus aliam similitudinem contra iudicātes temere, siue sint praelati, siue alii qū ipsi grauioribus sunt criminibus irretiti, cùm dicit [Quid autem] idest quare [vides] idest videre conaris [festucam] idest leue peccatum comparatione ad maius.

Sciendum vero quòd veniali comparantur festucae. Primò secūdum glo. quia oculū mentis perturbant, sed non opprimunt vt mortale. Secūdò pp suā leuitatē, vnde venialia dicātur modica. Eccl. 19. Qui spernit modica paulatim decidit. Tertiò propter sui multitudinē, vnde & dicuntur arena. Aug. Vitasti grandia. vide ne obruaris arena. Mortalia vero propter oppositas rationes dicuntur trabes [in oculo] idest in volūtate [fratris tui] quem tu temere iudicas [trabē aūt] idest maius peccatum [quae in oculo tuo est non consideras] Hac enim magna est stultitia. Si enim tibi displicet, peccatum, dēt tibi magis displicere maius quam minus, & tuū magis quam alienū [Aut quomodo potes] sine confusione & rubore [dicere fratri tuo. Frater sine eiciā festucā de oculo tuo, & ipse in oculo tuo trabem non vides] idest non videre fingis. Tales secundū Theo. sunt hypocritae qui cōmuniter reprehēdūt aliena peccata vt iusti videantur. Vñ sequit [Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo. & tunc prospicies] sine confusione propriae cōscientiae [vt educas festucam de oculo fratris tui] Basilius. Videtur reuera incogitatio suspitius grauissimum omniū. Neque enim solum oculus exteriora videns super se visu non vtitur, sed & ipse noster intellectus cùm alienū velociter cōrectat peccatum lētus est erga propriorum perceptionem defectuum. Haec ille.

Moraliter in hac parte Christus ostendit, Primò quales debeant esse praelati, quia debent oculos habere, pro quo nota qđ in coelo omnes sunt videntes, & nullus indiget instructore. Hiere. 31. nō docebit vltra uir pximū suū. in inferno autem oēs sunt coeci: Ideoque ceciderunt in foueam, idest poenarum abyssum. Esa. 24. Formido, fouea, & laqueus super te qui hab tato res terrae, scilicet infernalis. In praesenti autem quidam sunt coeci, scilicet subditi, & illiterati, & quidam videntes, idest praelati qui debent duos oculos splendētes habere, idest vitam, & doctrinā. Sed si ipsi sunt coeci, ambo in foueam cadunt. Et peius est coeco duciā coeco, quàm carere ductore, q a si caret eo, tentat viā baculo, s. naturae instinctu. Greg. Cùm pastor p abrupta graditur, necesse est vt ad praecipiciū grex sequatur. Nota 2. Re. 5. quomodo Iebusei posuerunt coecos, & claudos sup murum Hierusalem, in derisum Dauid, dicētes, Nisi abstuleris coecos & claudos, nō ingredieris huc. Idest, nisi auferantur praelati ignorantes & vitiosi qui sunt constituti in culmine, nō pōt Christus dominari in ecclesia; Et secundo quales debeant esse subditi, quia debent esse praelatis reuerentes, & obedientes. quod notatur cùm dicitur, non est discipulus super magistrum. Et hoc ēt si praelati sunt mali, quòd Chry. super Matt. ostēdit dicēs, Homines ab initio creati sunt pp se, postea aūt sacerdotes ordinati propter te, ergo natura ipsorum est, ordinatio aūt eorum nostra. Si bene vixerint eorum est lucrum, si bene docuerint nostrū. Accipite ergo quod vestrum est, frequenter de homine malo procedit doctrina bona. Ecce enim vilis terra praeciosum aurum producit, nūquid propter terram vilem praeciosum aurū contemnitur? Sed aurum eligitur, & terra relinquitur. Nam & apibus herbae necessariae nō sunt, sed flores herbarum, flores autem colligunt, & herbas relinquunt.

Dominica quinta post Trinitatem.

Textus Euang. Luc. cap. 5.



CVM turbae irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesaret. Et vidit duas naues stantes secus stagnum piscatores autem

tem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum, Et sedens docebat de nauicula turbas Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autē tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent cōcluserunt pisciū multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rete eorū & annuerunt sociis, qui erant in aliā naui, ut uenirent, & adiuuarēt eos. Et uenerūt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut pene mergerētur, quod cùm uideret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens. Exi à me quia homo peccator sum, domine. Stupor enī circundederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium, quā ceperāt. Similiter autem Iacobum, & Ioānem filios Zebedi qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonē Iesus, noli timere, ex hoc iam homines eris capiēs & subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

CVm turbæ irruerent &c. Luc. 5. In præsenti Euangelio tāguntur tria pūcta, quę sunt Prædicatio, Piscatio, & Vocatio.

QVantum ad primum literaliter sciendum est, q sicut dicit Mag. hist. Christus trina uice discipulos uocauit primo uocauit Andream, & ut creditur Ioannē & Philippū, & Nathanaelē, ut habetur Io. 1 Secūdo uocauit Simonē, & ut creditur Andreā; & filios Zebedei, ut dicitur hic, Ex hoc fuit post conuersionē aq in uinū, scd͞m eū, sed quia ad propria sunt reuersi, ideo tres uocauit eosdē dū ambularet secus mare Galileę, ut habetur Mat 4. & Mar. 1 quidā tn̄ dicūt, q ista tertia uocatio. & secunda fuerunt una & eadē, dicitur ergo [cū turbæ irruerēt in Iesum] ibi aduertendū est q irruere in aliquem cōmuniter scd͞m cōsuetū modū loquēdi scripturarū importat aggredi ad occidēdū, sed hic ponitur iste modus loquēdi ad significandū impetū & feruorē turbarū ad sermones Christi. Nō ita cōcurrebant scribę, & pharisæi, qa ut dicitur Lu. 10. abscōdisti hæc s. dulcedinē uerborū Christi à sapiētibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ideo adolescētulæ. i. animæ fideles dilexerūt te nimis. Cant. 1. ūde subdit [ūt audirēt uerbū Dei] & ēt pp qdā alia, sicut enim dicit Chry. Christus populū p tria attrahebat. s. gratiosam faciē, & dulcē sermonē, & stupēda miracula [& ipse stabat secus stagnū Genezareth] erat autē scd͞m Iosephū hoc stagnū lacus quidā per quod Iordanis affluit, de quo & de eius nominib. habes infra dominica. 12. Dicebatur aūt aliqn̄ stagnū, aliquando lacus, aliqn̄ mare, sicut & omnis aquarum cōgregatio hebraico more [Et uidit duas naues] quarū una erat Petri, alia Zebedei [secus stagnū] Nō n. erāt in stagno, sed in terra, uel fortè erant in aqua, sed ad litus, & sic dicūtur fuisse iuxta stagnū [Piscatores aūt descēderāt] de nauibus. s. [& lauabant retia] iā nolentes piscari. Ex hoc uidetur q tertia uocatio supradicta, nō sit illa secūda, de qua hic dicitur, quia de illa tertia dicit Mat. & Mar q Simon & Andreas mittebat rete in mare, filii uero Zebedei reficiebant retia, & ad hoc dici posset, q Petrus & Andreas mittebant rete in mare, nō ad piscandū, sed ad lauandū. De aliis uero dicitur q simul lauabāt, & reficiebāt retia scd͞m diuersas partes, uel q dicūtur hic piscatores lauare retia, nō omnes, sed qui ad nauē Petri pertinebant [Ascendit aūt in unā nauē] Primo ne ei turba corporaliter esset infesta nimis. Secūdo ut dicit Chry. quatenus omnes ante faciē haberet, & nullū post tergū, ut sic omnes uiderēt illam gloriosam faciē, & perciperēt suauissimū sermonē [quæ erat Simonis] quia hunc uolebat apostolorū primum efficere [& rogauit eū à terra ducere pusillū] ut cōmodius ab omnib. audiretur, & uideretur [& sedens docebat de naui turbas] Allegoricè istæ duæ naues significant duos populos. s. gētilem & hebraicū, uel synagogam, & Ecclesiā. De hoc sic ait Bed. Duæ naues circuncisionem & preputium figurant, quas uidens dominus in utroque populo, nouit qui sunt eius, & ad futuræ uitæ tranquillitatem quasi ad litus uidēdo hos est misericorditer

uisitando, prouehit. Piscatores sunt Ecclesiæ doctores, qui nos per rete fidei comprehendunt, & quasi littori, sic terræ viuentium ad uehunt. Sed hæc retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur, quia nō omne tempus est habile doctrinę, sed nunc exercēda est lingua doctoris, & nunc suimet cura gerenda. Nauis Simonis est ecclesia primitiua, quæ bene vna dicta est, quia multitudinis credentium erat cor vnū, & anima vna. Hæc ille. Aug. de consen. Euang. De aqua docebat turbas, quia de authoritate Ecclesiæ docet gentes, reducere autē à terra pusillum significat temperate vtēdū verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec à terrenis in profunda sacramentorū recedant, vel prius in proximis regionibus gentibus prædicandum, vt quod postea dicit, duc in altū ad remotiores gentes postea prædicandum præcipiat. Hæc ille.

Item allegorice secundum interlinea. stagnum est lex Moysi. Christus autem stetit iuxta per obseruationem, sed non intus per obligationem, & subiectionem.

Moraliter auditores verbi Dei instruuntur ꝙ quatuor debēt habere. Primo auiditatē in audiendo, quia irruebant turbæ. Secundo velocitatē in obediendo, quia Petrus velociter obediuit roganti ā terra pusillum reducere. Tertio modestiam in amando terrena, quia Petrum pusillam à terra voluit reducere nauem. Quarto reuerentiam in audiendo verba diuina, quia audiuerunt cum quiete quousque cessauit loqui.

Item moraliter istud stagnū iuxta quod stant auditores Christi, est mundus de quo exeunt tres auræ, quibus periclitantur naues iuxta illud. In spiritu vehementi &c. Et de his 1. Io. 2. Omne quod in mundo est &c. Iuxta stagnum stat qui in sæculo est, sed non sæculariter viuit.

QVantum ad secundum tangitur piscatio de qua sic dicit Cyril. Postquam sufficienter populum docuerat regreditur iterū ad mirificentias proprias, & per piscatoriæ magisteria piscatur discipulos. Hæc ille. Dicitur ergo [vt cessauit aūt loqui] volens facere miraculū in cōspectu totius populi, vt nō solū verbo, sed etiam facto eos consolaretur [dixit ad Simonē. Duc in altū] .i. ad profundū & altitudinē aquæ. Sciendum est autē ꝙ intrantes mare tendunt in altum dupliciter. Vno modo quia vadunt ad maiorem altitudinē aquæ. Alio modo quia reuera ascēdūt. Cùm enim terra sit sphærica, & sit in medio mundi quāto aliquis magis elongatur, & distat à terra, tanto est vicinior cœlo, & consequenter altior. Magis autem à terra distat quis quanto est aqua profundior. Ideo tali modo loquendi vtimur in mari quē etiā ad lacus extendimus, licet intrantes lacum non ascendant, i. vicini magis fiant cœlo. Non enim est in lacu aqua profundior, quia magis eleuetur à sphera terræ, sed quia subtus est vallis ꝓfundior [& laxate retia in capturam] Sicut autem dicit Chrys. Deus condescēdens hominibus, conatur omnes conuertere per ea quæ eis conueniunt, vt magos ꝑ sydus, & piscatores per artē piscatoriā [Et respondens dixit illi Petrus. Præceptor, per totam noctem laborātes nihil cepimus: in verbo autē tuo] .i. ad præceptum tuum [laxabo rete] confidens in tua sanctitate [Et cum hoc fecisset, cōcluserunt piscium multitudinem copiosam [Rumpebatur autem rete eorū. & annuerunt] quia loqui non poterant ex stupore, vt dicit Theo. vel propter distantiam [socijs qui erant in alia naui] qui creduntur fuisse filij Zebedei [& venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, vt penè mergerentur] Nec tamen vt dicit Aug. de consen. Euāgel. existimandum est hoc factum esse illud, quod Ioan. narrat ad mare Tyberiadis, licet fuerit simile. Illud enim fuit post Christi resurrectionem, & rete fuit positum in dextera nauigij, & non fuit ruptum; secus autem hic. Fuit enim hic duplex miraculū, quia & capta ē piscū īsolita multitudo, ꝙ quasi rete rūpebatur, et nō ē ruptū & pisces nō fugerūt

Allegorice sic dicit Ambro. Nauis Petri sc'd'm Matt. fluctuat sed sc'd'm Lucā, replet' piscibus, ut principia ecclesiæ fluctuātis & posteriora exuberantis agnoscas. Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet. In vtraque Petrus, sed quia suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur proditorem, ne per vnum plurimi fluctuemus. Hæc ille. Et infra dicit, ꝙ soli Petro dicitur, duc in altum disputationis, quamuis alijs dicitur laxare retia, per ꝙ innuitur secundū Bedā, ꝙ soli Petro, i. Papę cōuenit decisio dubiorū fidei, vt doceat. S. Tho. 2 2. q. 1. quāuis oēs prælati docere habeant. Ista aūt retia non occidentia, sed seruātia pisces,

sces, & ab infimis ad suprema trahêtia, sunt verborũ cõplexiones, quę vt ait, in verbo domini, & non in facundia humana cõprehendũt pisces. Ruptio retis significat sec̃m Aug. abundantiã carnaliũ in ecclesia, adeo ut rupta pace per hæreses, scinderetur, tñ rupto rhete nõ labit̃ piscis sec̃m Bed. ꝙ dominus seruat suos etiam inter angustias. Alia nauis sec̃m Amb. est iudea ex qua Ioã. & Iacobus eligunt. Adiũcta est aũt ista naui Petri, captis piscibus idê cõuersis gẽtibus, deinde. n. & ipsa piscibus. i. electis iplet & pene mergũtur. i. piclitãtur, & tñ euadũt nec submergũt̃.

Moraliter piscatores legis veteris per totã nocte nihil ceperũt, i. ad vitam adduxerũt secundum glo. & similiter nec laborantes in nocte huius seculi, sed in verbo Dei quicunque laxat rete capit piscem maximum, i. opus meritorium in quo virtualiter continetur Regnum cœlorum, quod est denarius argenteus inuentus in ore piscis. Io. 6.

Moraliter ẽt ista nauis in qua Christus p̃dicauit, significat cathedrã prædicatoris. Isti s. prædicatores aliquãdo non capiunt pisces & hoc duplici causa. Primo quia non piscantur in alto, i. cœlo. s. pro acquisitione cœlestium, sed piscantur in imo, i. in terra laborantes pro terrenis, & solum lutum concludentes, vel in medio, i. in aere laborãtes pro honoribus, & capientes muscas quæ infestant, & cito euolant. Secundo quia non piscantur tempore congruo, habendo. s. lumẽ scripturæ, sed piscantur in nocte ignorantię. Aliquando tamen causa est ex parte piscium ꝙ non capiuntur, quia. s. sunt astuti fugientes rete prædicationis ne audiant quæ facere volunt. vel quia sunt magni, & frangunt, i. contemnunt rete, & omnia diuina iura, vel quia sunt lubrici, vt anguilla faciliter de culpa in culpam ruentes, vel quia ita sunt parui, quod timent ex pusillanimitate pœnitentiam aggredi.

QVantum ad tertiũ tangitur vocatio qua isti piscatores materiales vocati sunt, vt essent spũales, cũ dr̃ [ꝙ cũ vidisset Simõ Petrus] s. multitudinẽ pisciũ, & conseruationẽ retis [procidit ad genua Iesu dicẽs. Exi à me, quia homo peccator sum, Domine] Recordabatur enim, vt dicit Cyril. præteritorum delictorũ, & timebat esse cũ tanta sanctitate [Stupor. n. circũdederat eũ, & omnes q̃ cum illo erant in captura piscium quos ceperãt] Similiter autẽ, & Ioãnẽ, & Iacobũ filios Zebedei qui erant socij Simonis] Secundum autem ꝙ dicit Augu. de conse. euangelista. ibi fuit Andreas, qđ probat ex narratione Math & Mar. Ex quo patet ꝙ Aug. tenet ꝙ secunda, & tertia uocatio fuerunt eadẽ & hoc etiam expresse quibusdam interpositis uidetur sentire [& ait ad Simonem Iesus. Noliti mere, Ex hoc iam] s. tẽpore. i. ab hic retro [eris homines capiẽs] uerbo, sanctæ prędicationis, quod assimilatur hamo piscationis, qui nõ capit piscem, nisi capiatur à pisce. Et idẽ est de uerbo Dei [Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eũ] s. Petrus & Andreas, & duo filii Zebedei, vt dicit Aug. Sed contra, quia in Mar. & Mat. dicitur dixisse dominũ nõ solum Petro ut hic, sed omnibus ꝙ futuri essẽt piscatores hominum. Et respondet Aug ꝙ his similia dñs dixit semel Petro cùm timeret, deinde aliis. Quamuis ut dicit possit intelligi ꝙ post istã uocationẽ sit facta illa de qua dicit Matt. & Mar. nunc uero tñ associauerant eum paulum, ad propria tamen reuersuri. Nota uero triplicem horum fuisse uocationem à Christo Prima fuit ad simplicẽ notitiam, de qua Io. 1. Secunda uero ad familiaritatẽ, de qua hic, & Tertia ad apostolatum de qua Matt. 4. & Lu 6. Allegorice sec̃m Aug. p̃ Petrũ significãt carnales, & uitiosi, q̃ sanctos Xp̃i ministros uerẽtur, & suis moribus à se discedere suadẽt ne p̃ bonos & sanctos regãtur, quãuis eos honorẽt uerbis, qđ significat ad genua cadere. Bed. Cõfortat aũt dñs timorẽ carnaliũ, ne quis uel de suæ cõscientiæ culpa tremens, uel de eorũ innocentia stupens, sãctitatis iter formidet aggredi. Nolite timere. Hæc ille. Significauit autẽ Christus non recedens ab eis, ut dicit Aug. de consen. euãge. nõ esse in sanctis, uiris cõpetentẽ hãc uoluntatem, ut peccatis turbarũ commoti, quo quasi securius trãquilliusque uiuant, munus ecclesiasticũ deserũt. Hęc ille. Qđ uero dñm oĩbus dimissis secuti sũt, signãt sec̃m eũdẽ eos qñq; ab hoc seculo ad dñm migraturos

Moraliter sic dicit Ambro. Dic & tu exi à me dñe, q̃a peccator sum, ut respondeat tibi Deus, Noli timere. Indulgenti dño peccatũ fatere. Vides quã bonus dñm q̃ tãtũ tribuit hoĩbus ut uiuificãdi habeãt potestatẽ. Hæc ille. Deinde facta cõfessiõe debemus dñm seq̃ toto corde, oĩbus [animo saltem] derelictis.

Domini 6. post Trinitatem.

Textus euang. Mat. cap. 5.



NISI abundauerit iustitia uestra plus quã scribarũ, & pharisæorum nõ intrabitis in Regnũ cęlorũ. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatuè, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, qa frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo. Et tũc ueniẽs offeres munus tuũ.

NISI abundauerit iustitia uestra &c.] Matth. 5. In præsenti Euangelio tangũtur tria pũcta, quæ sunt. Comparatio, Probatio. & Monitio.

QVantum ad primum comparat Christus iustitiam eorum qui saluãdi sunt ad iustitiam scribarum, & pharisæorum. dicens discipulis suis [Nisi abundauerit iust. uestra] .i. nisi fuerit magna & copiosa [plusquam scribarum] .i. legis mosaicæ doctorũ [& pharisæorum] .i. quorundã religiosorũ qui apud iudeos iustissimi uidebantur. Erat aũt iustitia horũ primo in præsumẽdo de se & cõdemnando alios ut patet de illo qui dicebat Lu. 18. Ieiuno bis in sabbato &c. Secũdo erat in ostentatione operis. & non in rectitudine intẽtionis. Tertio in munditia exteriori, non interiori. Quarto in afflictione corporis per ieiunia sed nõ in obseruatione charitatis. Et quito erat in minimis, utputa in soluendo decimã de menta. & non in magnis, puta abstinendo à morte Christi. quẽ nouerant hæredẽ uineæ fore. Hæc omnia ex scriptura colligũtur. Si igitur ò discipuli mei [inquit Christus] talẽ iustitiã habueritis, & nõ maiorẽ [non intrabitis in Reg. cælorũ] Hic autem sumitur Reg. cælorum pro ecclesia triumphante & nõ pro militante, in qua sunt multi pharisæi & eis forte peiores. Est aũt ad intellectũ prædictorum sciendum ꝙ magna ignorãtia regnauit in populo iudaico. Credebãt. n. peccata animi, & voluntatis nõ esse peccata, nisi vbi lex talia specialiter prohiberet, vt facit de concupiscentia auaritiæ. Sola autẽ exteriora operã in illis credebant diuina lege prohiberi. Vnde dicit Aug. contra Faustum ꝙ non intelligebant homicidium, nisi peremptionẽ corporis humani. Sed contra quia S. Tho. 1 2 q. 108. art. 3. ad primũ dicit, quòd concupiscentiã adulterinã scribæ & pharisæi non credebant peccatũ, & tamen ista specialiter prohibentur in lege; cùm dicitur. Non cõcupisces vxorẽ &c. Sol. sicut probat Nico. de Lyra. Exo. 20. Iudæi dicunt vnũ præceptũ esse quo prohibetur vxoris alienæ & aliarum rerum cocupiscẽtia ita s. ꝙ secũdũ eos nõ probibetur ibi cõcupiscẽtia vxoris ꝑ venerea, sed ꝑ auaritiam. Vnde de cõcupiscentia adulterina quã secundũ S. Tho. nõ credebãt peccatũ, est quæ prohibetur, non specialiter, sed simul cũ opere per illud præceptũ. Nõ mechaberis. Quidã autem dicunt ꝙ nullã cogitationẽ Iudæi credebãt esse peccatum, & ad hoc probandum inducunt, quia Iosephus 12. antiquitatum reprehendit Polibium historiographũ dicentem, ꝙ Antiochus Epiphanes misere est defunctus, quia tentauit tẽplũ quoddam expoliarẽ Dianæ. Nam inquit Iosephus, qui nullatenus egit peccatũ, sed tm̃ cogitauit, nullo rea tu facti tenetur. Hæc ille. Non vr̃ aũt uerisimile ꝙ tantus uir quantus erat Iosephus sacerdos. s. & doctissimus ignoraret illud præceptum legis in qua educatus erat. Nõ concu rẽ prox. tui. Ideo nõ voluit dicere quin talis princeps uerè esset apud Deũ reus pęnæ sed ꝙ nõ est uerisimile eũ talem qualẽ Deus intulit ei meruisse ex solo motu volũtatis, q a nõ legit Deus talia cõsueuisse iudiciã facere Relinquit ergo vt dictũ ẽ ꝙ sola exteriora opera intelligerẽt ꝓhibita vbi cõcupiscẽtia vel volũtas nõ ꝓhibebatur. vt innuit Aug. Et hoc ẽt patet ex alio. Nã sicut dicit S. Tho. 1 1.2. cũ in lege veteri essẽt ꝑcepta iudicialia, ceremonialia, & moralia. i. 10. ꝑcepta decalogi, prima Chrs reliquit in arbitrio principũ, secunda exhibẽdo veritatẽ. cũ essent

sent umbratica aboleuit, tertia uero confirmauit di. Siquis soluerit unum ex mandatis illis minimis, minimus uocabitur i Regno cœlorũ. i. sc̃d'm Chryso. nõ intrabit in illud. Quomodo ergo debet nostra iustitia super abundare si non sunt noua præcepta addita nisi quia moralia declarauit ut essent nobis præcepta, etiã quo ad interiores motus qđ iudæi non credebant, nisi ubi lex specialiter hoc ꝓhibuisset. Et hoc plane Christus in secunda parte huius euangelii innuit ut patebit. Nec ualet dicere ꝙ sunt superaddita consilia, quia illa non sunt necessaria ad ingressum Regni cœlorũ, cùm tamẽ Christus hic dicat nisi abundauerit &c.

Sed contra præmissam doctrinam uidentur esse uerba Chry. in persona Christi dicentis Nisi quis supra legis mãdata ẽt hæc mea præcepta quæ apud illos minima existimantur impleuerit, nõ intrabit in regnum cœlorũ. Hæc ille. Ergo Christus sup̃ præcepta decalogi alia addidit. Ad hoc dico ꝙ addidit alia secundum opinionem scribarũ qui credebant in aliquibus eorũ sola exteriora prohiberi, non autem addidit secundum ueritatem. Vnde dicit idem. Superimpletiones. i. completę & perfectę impletiones mandatorũ Moysi sunt mandata Christi. Vel põt dici ꝙ dupliciter aliq̃d Moyses prohibebat. Vno modo sicut pertinẽs ad forũ iudiciale. & cõtẽtiosum. Alio modo sc̃d'm cõsciẽtiã, & quo ad forum Dei. Et primò quidem modo sola exteriora prohibita. Secundo uero tam exteriora quàm interiora. Vnde dicit idẽ. Illa mãdata de pœna liberãt quæ legis transgressoribus debebantur, sed nõ introducunt ad regnum. Quamuis dici possit ꝙ ideo sic dicit quia in illis decem charitas non mandatur, neque præcipitur.

Moraliter sciendum est ꝙ uita ueri Christiani debet esse omnino diuersa à uita & cõuersatione scribarũ ac pharisæorũ. Licet autem debeat ei aduersari in omnibus in quibus illa uita non fuit bona tamen præcipue quãtum ad tria. Primũ est quia ut colligitur ex textu Euãgelistarum, uita illorum fuit simulata quo ad Deum, quia falso ostẽdebãt se habere bonas orationes vt patet Mat. 6. & hoc quo ad proximũ, quia falso ostendebãt se facere eleemosynas p̃p Deum ut patet ibidẽ & quo ad seipsos, quia simulabant se magna seruare ieiunia, ut ẽt inde elicitur. Vt autem ibidem patet, orationes Christianorum debent esse cum cordis affectione, eleemosyna cum tecta intentione, & ieiunia cum cordis, & uultus exhilaratione. Secundũ quia illorũ uita seu iustitia fuit mercenaria, quia legis mandata propter tẽporalia consequenda obseruabant. Tria enim seruantibus eã tunc promittebãtur, ut colligitur ex scriptura. s. Corporalium diuitiarum copia, lõgitudo uitæ naturalis, & pax. Sed iustitia Christianorum expectat diuitias gloriæ, & uitam immortalem & pacem cõscientiæ in p̃senti & in futuro. Multi tamen sunt hodie pharisæi in populo Christiano. Tertium quia eorũ iustitia & uita erat nimis seuera. Mat. 5. Audistis quia dictum est antiquis. Oculum pro oculo sed iustitia Euangelica debet esse pia. Nota ꝙ tunc Deus habuit duos officiales seueros. s. ueritatem in discutiendo culpam, & iustitiam in puniendo, sed Deus eisdẽ dedit duos cõsiliatores. s. ueritati misericordiam, quæ consuluit ei diligẽter inspicere an quis ignorantia uel infirmitate humana aut diabolica suggestione peccauerit & iustitiæ pacem quæ ei cõsulit ne intẽdat cõfusioni sed tm̃ reconciliationi cũ Deo & pacificationi cum proximo, & tranquillitati in seipso, iuxta illud Hiere. 9. Ego cogito cogitationes pacis. & psal. Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi per concordiam, scilicet idẽ sentiendo, iustitia & pax osculatæ sunt scilicet in amore idem uolendo.

Qvantum ad secundum Christus ꝓbat qđ dixerat declarãdo p̃ceptum homicidii di. [Audistis q̃a dictũ est] .i. præceptũ [antiquis] patribus [nõ occides] Nõ aũt hic prohibetur occisio plãtarũ, aut brutorũ secũdũ ꝙ dn̄t Manichæi, quia vt dicit Aug. 1 2. de ci. Dei. Iustissima ordinatione sicut plantæ vsibus brutorũ, ita plãta, & bruta vsibus nostris subdũtur, sed occisio ꝓhibetur hoĩs, siue sui, siue alterius. Nec tñ contra hoc facit vt idẽ dicit. q̃ authoritate Dei hoc facit, siue Deo hoc p̃sonaliter mãdante alicui, vt Abraã iuste voluit occidere Isaac, siue Deo mãdãte p̃ legẽ. Sãson vero occidẽdo seipsum cũ inimicis, vt idẽ dicit, nõ excusatur rõnabiliter nisi q̃a hoc Spũssanctus iusserat. Sed nũq̃d iuste põt Deus mãdare id qđ ego iuste facere nequeo, puta ĩnocẽtẽ iugulare. Ad hoc dico, ꝙ id qđ alicui ẽ malũ, nõ ẽ alteri malũ, sicut arborẽ meã ego licitẽ succido, nõ aũt ꝓximus

meus, qui tamen authoritate mea iuste eam
succideret. Et sic est in proposito. Nam Deus
est princeps vniuersi, qui omnes homines iu
ste pōt ad mortē iudicare, vt dicit S. Tho. 1.
2.q.94.2 2.q.64.& 1.dis.47.& 1.q.1.ar.6. [q
aūt occiderit, reus erit iudicio] Iudiciū autē
dupliciter sumitur. Vno modo pro sententia
data secundū probata & allegata. Alio mō, ꝓ
processu quo dicta sententia inuestigatur, q
consistit in accusatione, probatione, defen-
sione, & huiusmodi. Et sic sumitur hic, quia
nō oīs occidens plectebatur per legis sentē-
tiam, sed quidam absoluebantur [Ego aūt di
co vobis] tanquā dominus, & iubens. Isto. n.
loquēdi modo quo nullus alius homo vsus
est ostendit se, vt dicit Chry. in Home. esse le
gislatorē [quia omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio] idest discussione inuestiga
tiua snīæ dandæ in foro Dei. Quæritur aūt,
vtrū omnis ira sit peccatū. Videtur enim ꝙ
sic, quia dicit Beatus Hiero. ꝙ quidā textus
habent, qui irascitur sine causa, sed tamē ue
rus textus hoc nō habet, unde ut dicit ira pe
nitus tollitur. Si. n. iubemur orare ut dicit, ꝓ
inimicis etiam tenemur nō irasci, quia ira ui
ri iustitiam Dei non operatur. Consimiliter
quia sic etiā sentiunt stoici. Nam sic dicit
Aug. 10. de ciuita. Dei. Duæ quidem sunt sen
tētiæ de animi passionibus. Stoicis enim nō
placet huiusmodi passiones cadere in sapien
tem. Peripatetici uero has passiones in sa-
pientē cadere dicunt, sed moderatas, rationi
que subditas. Hæc ille. Ad hoc autem dicit S.
Tho. 2. 2. q. 158. ꝙ in passionibus est peccatū
dupliciter. Vno modo quia passio est mala
de se, & sic peccatum est inuidia, sed nō ira,
quia cū sit appetitus uindictæ potest aliquā
do esse licita. s. si appetatur ita ut puniat is
qui meruit, & quantum meruit, & ab eo qui
punire de iure potest, & ad honestum, & bo-
num finem, puta emendationem delinquen
tis aut aliorum. Alio modo quia passio est
immoderata. Et sic omnis passio potest esse
mala, quia rationem perturbat. Quando er-
go uindicta debite appetitur, & motus irę ra
tione regulatur, quam non præcedit sed se-
quitur, & sub ea frenatur, est ira per zelū quę
bona est, aliás est ira per uitium quæ est ma
la, utputa quia iniustum appetitur; ut. pas-
sio rationem præcedit, aut taliter sequitur ꝙ
secundum eam & nō scd'm rationem iudica
tur. Vnde dicit Chry. Qui sine causa irasci-
tur reus erit, qui uero cum causa, reus non
erit. Nam si ira non fuerit nec doctrina per-
ficit, nec iudicia stant, nec crimina cōpescun
tur. Et infra. Patientia irrationabilis uitia se-
minat, negligētiam nutrit, & non solum ma
los, sed etiam bonos inuitat ad malū. Hæc il
le. Ad motiuum Hie. dicit primo Chryso. ꝙ
iracundia quæ est cum causa non est ira. sed
iudiciū; quia iracundia proprie intelligitur
cōmotio passionis, & intēdit ꝙ irasci est ap
petere uindictam ex passione, & nō ex iudi
cio rationis. Secundo dicit Aug lib. retrac ꝙ
qui iuste irascitur, non fratri, sed peccato ira
scitur. Vnde dicit idē. 14. de ciui. Dei. Irasci
fratri ut corrigatur nullus sanę mētis repre
hendit. Huiusmodi. n. motus de amore boni
& sancta charitate uenientes uitia dicenda
non sunt, cū rectam rationē sequantur. Hæc
ille. Ad id uero quòd de stoicis dicitur, respō
det S. Tho. 1. 2. q. 24. ꝙ stoici nō oēm motū
dicebant passionē, sed immoderatū. unde ea-
dem est sententialiter stoicorū, & peripateti
corū opinio, ut ibi dicit [qui autē dixerit fra
tri suo racha] subaudi sine causa. Sicut autē
dicit Aug. quidam dicunt, ꝙ racha dicitur
pannosus, eo ꝙ græce rachos pannus dicit,
sed probabilius est ut ait, ꝙ nihil significet,
sed est hebraica interiectio significans indi-
gnati animi motum, ut dicit se à quodam he
bræo audiuisse. Vel scd'm Chry. est uerbū cō
temptus sicut nos famulo dicimus, tu & nō
uos. Nam qui syrorū utūtur lingua, pro ly
tu, utunt ly racha ut dicit. Vel scd'm S. Hier.
est hebraica dictio, & significat inanem aut
uacuū, quod nos possumus sine cerebro vul
gata iniuria dicere. Ista autem est ueritas.
Quia tamen ista uacuitas, de qua Hiero. di-
cit sumitur pro uacuitate cerebri, & rerū fa-
miliarium, ideo alienando, racha, stat pro fa
tuo si est expressa iniuria, aliquádo pro ino
pe, ut Iudicū 11. ubi dicitur ꝙ ad Iepte cō-
gregati sunt inopes, in hebræo habetur ra
chim, quod est plurale huius nominis racha
[reus erit concilio] idest collatione iudicum
qua de genere pœnæ decernitur [qui autem
dixerit fatue] subaudi fratri suo, & sine cā
secundum Aug. [reus erit gehennę ignis]

Est autem sciendum ꝙ hēnon est nomen
proprium, geos uero terra. Inde dicta est ual
lis gehēnon, quasi terra hēnon, quædam ual
lis iuxta Hierusalem olim idolis & demo-
num cultui consecrata, in qua filios suos dę

monibus immolabant, & plena erat cadaueribus mortuorũ. Et ab hac sicut dicit Rabba. quidam dictam putant gehennã in qua sunt mortui sempiterna.

Est etiam sciendũ ꝙ prædicta tã uarie exponuntur, ut auditoribus ipsa expositionum uarietas intelligentiam quodãmodo neget. Omissis ergo omnibus secũdũ Aug. dicẽdũ est sic. Nã ipse tres gradus iræ ponit, ipsã ĩcludẽtes. Vnus est cũ ira adhuc manet in corde, nec uoce propalatur. Secũdo cũ ira exprimitur in uoce, sine tamen contumelia, ut dicendo racha quod est secũdũ eũ, interiectio indignãtis. Etsi secũdũ alios importet uacuitatẽ tamẽ põt dici cum iniuria, & sine ut patet ex dictis, & maxime quia licet ex institutione sic significaret, tamẽ ex usu sumebatur forte ut interiectio, & sic concordatur Augu. cum Hier. Tertius cũ exprimitur & ipsa uituperatio Per iudicium autem, & cõcilium, & gehenam intelliguntur tres pœnarum gradus, quorũ secũdus maior est primo, & tertius secundo. Nam in iudicio adhuc est defensioni locus, nec certũ est quæ sententia sit dãda, scilicet cõdemnationis, uel absolutionis. In cõcilio aũt iam præsupponitur, ꝙ damnandus sit reus, sed inquiritur inter iudices de genere pœnæ inferendæ. In gehenna autẽ iã certa est damnatio, & pœna damnati. Et ex his quæ Aug. dicit patet ꝙ iustitia Christi pharisæorũ iustitiã superat, qui de interiori motu nullũ credebant puniendũ, quod falsum est secũdũ Christi legẽ, quia q̃ iudicio dignus est, si reus ĩueniatur, puniẽdus est. De his sic dicit Chry. in ho. Multis hoc graue uidetur si pro solo uerbo tantã patimur pœnã. Propter quod quidam dicunt hic hyperbolice dictũ esse sed timeo ne uerbis nosmetipsos decipiẽtes hic, illic opere ultimũ patiamur supplicium. Non ergo estimetur hoc onerosum. Plures enim pœnarum, & peccatorũ à uerbis habẽt principium. Etenim parua uerba multoties homicidium pepererunt, & ciuitates integras euerterunt. Nõ paruum existimes fratrem tuum uocare stultum, auferẽs ei prudentiam, & intellectum, quo homines sumus, & ab irrationabilibus distamus. Hæc ille. Sed cõtra, quia Christus discipulos suos stultos uocauit, ut patet Lu. ult. O stulti &c. Ad hoc dico ꝙ secũdũ S. Th. peccatores ex ĩtẽtione suã grauitatẽ sortiuntur. Dicere igitur cõtumeliã uel opprobriũ bono aĩo, siue puta ad correctionem, non est malum, quãdo fit cum aliis debitis circunstantiis. Sed quando nõ fit aliquo bono fine, sed solum ad inferendum proximo confusionem, uel damnum aliquod notabile est mortale. Et sic intelliguntur quæ dicuntur hic. Vnde Isido. de sum. bo. dicit quòd ratio loquẽdi quadripartita est. Nam aliquis loquitur bonum benè ut qui recta humiliter annunciat; aliquis malum malè ut qui flagitium aliquod conatur suadere; aliquis bonum male, qui scilicet aliquod bonum prædicat arrogãter; & aliquis malum bene, ut qui aliquod uitium narrando detestatur. Et sic Christus malũ idest uerbum opprobriosum dixit bene, idest ad correctionem, & sic etiam secundum S. Tho. & alios licet habentibus prouidentiam familiæ dicere opprobria dummodo fiat principaliter bono fine, & cum magno moderamine, licet aliqualis surreptitia. Sed tamen frequenter delinquunt qui cum opprobriis corrigunt, ut experientia docet, quia ita quæ deberet ratione duci, frequenter ducit rationẽ

QVantum ad tertium tangitur admonitio, quam Christus ex dictis corollarie infert, cũ dicit [Si ergo offers] sũ enim ut Aug. ait, irasci fratri non est fas, aut dicere racha, aut fatue, multominus animo tenere aliquid, ut in odium indignatio conuertatur. Hęc ille. Ideo subditur [Si ergo offers munus tuum] i. sacrificiũ, uel omne quod Deo offertur siue decima, siue oratio ut dicit Aug. [ad altare] ut immoles Deo p̃ te uel per aliũ puta sacerdotem. Per quod altare etiã ipsa fides intelligitur qua Deo aliqua offerimus [& ibi recordatus fueris q̃a frater tuus habet aliquid aduersũ te] Secũdũ aũt Aug. Hier. & Cyril. ille qui est læsus habet aliqd aduersus aliũ, ideo ire ad alium non tenetur, sed econuerso, vt hic dicitur, sed tamen debet dimittere, & parcere offensam. Si tamen læsus prius rogauerit secũdũ Chry. magnã habebit mercedẽ [Relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade prius recõciliari fratri tuo] Vade inquam ingressu corporis si commode potes, sinautem non potes, quia forte est ultra mare, uade secundũ Aug. saltẽ gressu mentis, iturus gressu corporis tẽpore opportuno [Et tunc ue. of. munus tuũ] & Deo acceptum erit Chry. super Matth. Ecce Deus à discordantibus nõ uult accipere sacrificium. Hinc ergo perpendite quãtum sit

malū discordiæ, propter quod & illud abiicitur, per quod culpa relaxatur. Vide autem misericordiam Dei quomodo hominū utilitates aspexit amplius q̃ suos honores. Plus enim diligit concordiam fidelium quā munera. Quādiu enim fideles homines aliquā dissensionē habuerint, munus eorū non suscipitur oratio non exauditur. Nemo enim inter duos inimicos potest esse fidelis amicus amborum. Ideo & Deus non vult esse amicus fidelium, quādiu inter se fuerint inimici; & nos ergo fidem domini non seruamus si inimicos eius diligimus, & amicos odimus. Qualis autem præcessit offensa talis debet sequi reconciliatio. Si cogitatu offendisti cogitatu reconciliare, si uerbis offendisti, uerbis reconciliare; si operibus offendisti, operibus reconciliare. Omne enim peccatū quomodo committitur, eo modo & pœnitētia de eo agatur. Hæc ille.

Moraliter sciendū est sec̄m scripturas, & sanctos q̄ quadruplex est munus q̄d Deo offerre nos decet, & oportet, & nullum eorum sine proximi charitate gratum est Deo. Primum est munus à manu quod in eleemosynarum largitione consistit. Secundum est ab obsequio, quo scilicet totum corpus nostrū in Dei seruitio mancipamus. Tertium est munus ab ore, quod munus orationis Deo ualde odoriferū ē. Quartum est à corde q̄d est munus amoris, sine quo nullū aliud munus acceptum est. In primo autem munere altare est cor nostrum super quo eleemosynam immolamus quando fit cū hylaritate, cū compassione, cum recta intentione, & fratres sunt Angeli quos offendimus non assentiendo inspirationibus eorum. & reconciliamus, cum eisdem assentimus, & tunc eleemosynas nostras deferunt ante Deum. Dicunt autem fratres nostri quia eundem habent patrem & ad eādem imaginem sunt facti, & ad eandem hæreditatem uocati. In secundo autem altari est fides qua hanc uitam ꝓpter aliā perdere non timemus. Frater uero noster est spiritus noster quem offendimus cùm ei sensualitatem præponimus, & reconciliamus quando postponimus. In tertio uero altari est Christus suꝑ quo offerimus orationes dicentes; per Christū &c. quia fuit altare terreū ratione carnis mortalis & æreū animæ inuictæ, & aureum ratione deitatis ꝓciosæ. De his enim tribus altarib. legimus in scripturis, ut Exod. 20. 4. Reg. 16. & Apoc. 8. Frater noster est ipsemet quem offendimus peccato, & confessione uera reconciliamus. In quarto autem altari est altitudo Trinitatis, de quo Exod. 26. Non ascendes ad altare meum per gradus. In Trinitate enim non sunt gradus sed omnia æqualia. frater autē noster est quilibet Christianus quem reconciliare debemus, alias etiā ipsa si qua esset Dei dilectio non esset sufficiens ad salutem, quia non est uera. Io. 4. Si quis dixerit quoniā diligo Deum, & fratrem suum odit mendax est.

Dominica 7. post Trinitatem.

Textus Euang. Mat. 8.



CVM turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suā, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt septem. Et præcepit turbæ discumbere super terrā, et accipiens septem panes gratias agens, fregit, et dabat discipulis suis ut apponerent, et apposuerunt turbæ, et habebant pisciculos paucos, et ipsos benedixit, et iussit apponi, et manducauerunt, et saturati sunt, et sustulerunt quod supererat de fragmentis septem sportas; erant autem qui manducauerant quasi quatuor millia, et dimisit eos.

CVm turba multa esset cum Iesu &c.Mar.8.In præsenti Euang.tanguntur tria pũcta quæ sunt. Necessitatis intimatio Impossibilitatis expositio, & Diuinitatis operatio.

QVantum ad primum Christus exponit turbæ necessitatẽ.Pro quo sciẽdũ est, quòd bis Christus circa panes miracula fecit, semel.s.prope pascha quando ex 5. panibus satiauit quasi quinque milia hominũ, ut habes dominica ult post fe Trin. Secundò post penteco. secũ m Mag. hist. & de hoc in pñsenti Euang agitur.Dicitur ergo [Cùm tur.multa esset cũ Iesu]. s. in deserto [nec haberẽt quod manducarent] Sicut enim dicit Chry. detulerant quidam aliqua cibaria secum.sed primò & secundo die cõsumpserunt illa, steterunt autem & tertia die cum Christo attracti dulcedine uultus. & morũ, & doctrinæ eius & miraculorum gloria. Sicut enim dicit bea.Marc.tunc sanauit multos cœcos, mutos & claudos[conuocatis discipulis suis]ut ostendat quod maiores debẽt minoribus sua communicare cõsilia in quo apparuit humilitas Christi[ait illis Misereor super turbam[Misericordia propriè est tristitia cordialis de aliena miseria, cui cum possumus subuenire compellimur. Est ergo ꝓpriè sensitiua passio, & fuit uere propriè in Christo inquantum homo, inquantum uero Deus erat fuit in eo effectus misericordiæ, qui est subuentio. & etiam affectus,ut ad uoluntatem pertinet,ut scilicet est propositum liberandi à malo, nõ autem,ut pertinet ad sensum,quia sensus non est ubi nõ est corpus [Quia iam triduo sustinent me] idest expectant [nec habent quod manducent]Sicut tamen dicit Theo. Christus circa alimenta non faciebat faciliter miracula ne propter cibum illum sequerentur, sicut illi quibus ipse dicit Io.6 Quærltis me nõ quia uidistis signa,sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.Erant enim panes quos Christus faciebat suauissimi plusquã alii.Sed tunc incumbebat necessitas faciendi miraculum, nam subditur[Et si dimisero eos]à me[in domum suã]idest ad domum suam ire [deficient] lassitudine,& fame [in uia]quia prolixa erat[Quidam enim ex eis de longe uenerunt] Ecce prouidentia diuina,quomodo se diligentium curam,& solicitudinem gerit

Moraliter autem sciendum est primo quòd quatuor sunt hominum genera quæ maximè ieiunium corporale refugiunt,s. de magna ægritudine conualescentes,itinerantes,pueri, & senes. Qui autẽ nouiter ad pœnitentiã conuertuntur sicut conualescẽtes de infirmitate peccati.& agressi sunt uiã paradisi,& sunt pueri nouiter in gratia renati.& interdum senes in peccatis inueterati. Igitur indigent frequentissima diuini uerbi refectione.Sciendum est secundo moraliter quòd olim fuerunt quatuor sine misericordia dura, sed Christus ea sua pietate mollificauit. Vide de hoc supra dominica 2. quadragesimæ.

Moraliter etiam sciendum est tertio, qđ qui uult cœlesti pane uesci,debet cum Christo esse in deserto. & solitudine pœnitẽtiæ tribus diebus,qui sunt tres pęnitẽtiæ partes. s.contritio,confessio, & satisfactio. Vel ad literam debet esse quantũ potest , & quantũ licet solitarius,quia dicitur Oseæ. 2. Ducã eam,scilicet animam deuotam,in solitudinem,& loquar ad cor illius.

QVantum ad secundũ tangitur quomodo apostoli exposuerunt Christo impossibilitatem satisfaciendi necessitatibus turbarum.cùm dicitur [Et responderunt ei disci.sui] qui ut dicit Theo.adhuc non intelligebãt nec uirtuti eius propter priora miracula credebant[Vnde istos poterit qs hic saturare panibus in solitudine?]Et intellige quod non credebant uirtutem Christi plenè,& perfectè tantum quantum ipse merebatur,nec tantum quantum ipsi postea fecerunt,uel non ita firmiter.Theo. Ipse autem dominus nõ eos uituperat,ex hoc instruens nos,quòd non debemus ignorãtibus,& nõ intelligentibus grauiter irasci,sed eorũ ignorantiæ compati. Hæc ille [Et interrogauit eos]non ex ignorantia , ut dicit sanctus Remigius,sed ut ex eorum responsione miraculum clarius appareret [Quot panes habetis ? Qui dixerunt septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram]& non super fęnũ. Sicut enim dicit Magi. histo. ex sauore solis in terra illa, iam post pentecosten nõ erat fęnũ sicut prius quando prope pascha Christus aliquod simile legitur fecisse. Sic ergo patet quomodo naturaliter erat impossibile,ꝙ apostoli turbę satisfacerẽt de alimẽtis,

tis, ideo oportebat adesse tertium, idest operationem deitatis.

Pro hoc autem sciendũ est, quòd secũdũ Dio. ad prouidentiam diuinam spectat non destruere rerum naturas, sed saluare. Sup quibus verbis, & multis aliis ego cogito, quòd sicut homo nõ dẽt sine necessitate inuocare Deũ, vt miraculose faciat, quod aliter fieri põt, ita ẽt nec Deus hoc facit, ita quod nõ facit miraculose, faciat quod aliter fieri põt ita etiã nec Deus hoc facit, Ita quòd nõ facit miracula ad subueniendum necessitatibus hominum, nisi vbi deficiunt causæ secũdę, sicut nec sapiens dominus exequitur officia seruorum, nisi vbi illa non suppetunt. Et si dicatur, quòd interdum facit aliquid miraculose ad fidem astruendam, quod aliter fieri poterat, sicut quando sanauit socrum Simonis. Dico primo, quòd loquor de miraculis factis ad hominum temporalẽ subuentionẽ, & secundo quòd secundæ causæ nõ poterant facere id, quod tũc miraculose factum est, & fieri oportebat, sicut est ipsa sanatio mulieris infirmæ, approbatio doctrinæ Christi consolatio discipulorum &c.

Morale autẽ documentum est hic, quòd Christus docuit cùm prius requisiuit de numero panũ antequam aliquid diuinitus efficere voluerit, scilicet vt nullus ita in diuina prouidẽtia & virtute cõfidat quin prius omni modo, & via faciat, quod facere põt, vt habeat opportuna.

Sed contra, quia beata Agatha medicinã carnalem suo corpori exhibere recusabat. Ad hoc dicit bea. Tho. 2. 2. qõ. 98. ar. 1. ad tertium, quòd beata Agatha experta erat diuinam beneuolentiam erga se, vt vel nõ pateretur infirmitates pro quibus corporali medicina indigeret, uel statim sentiret diuinæ sanationis effectum. Hæc ille. Et esset simili casu. Nec tamen est peccatum si quis in his quę facere potest oret Deum, ut sibi assistat, & se adiuuet, quia in his etiam quæ possumus impediri multipliciter, possumus & deficere.

QVantum ad tertium tangitur operatio deitatis. cùm subditur [Et accipiens septem panes gratias agens] in signũ ut dicit Remigius, quòd de omnibus beneficiis gratias Deo referre debemus [fregit, & dabat discipulis suis ut apponerẽt, & apponerent turbæ] Ipsi apostoli immediate, in signũ, quod diuina ad inferiores p superiores deriuantur, iuxta doctrinã S. Tho. & Diony. [Et habebant pisciculos paucos] Erãt ergo pisciculi, i. parui pisces quo ad quantitatẽ cõtinuã, & pauci numero quo ad discretam [Et ipsos benedicens] ipsa autem coniunctio, & notat etiã panes fuisse benedictos.

Est autem cibus benedicendus propter tria. Primò ne cum eo diabolũ gustiamus, sicut eum deglutiuit monialis in lactuca, vt Grego. narrat in lib. dial. Secundò contra venenũ, & alia corporaliter nociua, vt idẽ narrat de beato Benedicto ibidẽ. qui signo Crucis confregit vas, in quo ei potus cùm veneno erat oblatus. Tertiò, vt ex diuina virtute cibus nobis fiat amplius salubris. [Iussit apponi] Sequitur autẽ diuina operatio cùm subditur. [Et manducauerunt, & saturati sũt.] Quomodo aũt fuerint isti panes à Christo miraculose augmẽtati, vide infra dominica vltima, quia eodem modo, & isti & illi fuerunt multiplicati. [Et sustulerunt qđ superaerat de fragmẽtis septẽ sportas] ad maiorẽ euidentiã facti, propter quã etiã rẽsidentiã subditur. [Erant autem qui manducauerant quasi quatuor milia, & dimisit eos] saturatos in domum suam.

Sed contra, quia beatus Matth. dicit eos fuisse quatuor milia extra mulieres, & paruulos. Quomdo ergo dicuntur fuisse quatuor milia, cùm ly quasi uideatur diminutionẽ importare? Ad hoc dico, quòd ly quasi, aliquando dicit diminutionem, sed non semper. Nam aliquando dicit similitudinem, vt ii. ad Corin. 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Aliquando veritatem. vt Ioã. 1. Quasi vnigeniti à patre, & sic sumitur hic. Quamuis dici possit, quòd non erant completę quatuor millia, & tamen dicuntur fuisse quatuor milia, quia deerat parum.

Allegorice aũt sciendũ est, scđm Bedã, quòd per quinque panes hordeaceos quibus habes infra dominca vltima, significata est litera veteris testamenti spirituali gratia plena, sed in p̃senti refectione gratia, & veritas noui testamẽti. Triduo vero dominũ expectantes scđm Theo. sunt q trina immersione baptizantur. quos vt Greg. dicit in li. moral. dñs vult verbi Dei pabulo refici, ne deficiãt in p̃sentis vitæ laboribus. De longe venientes secũdũ Bedã sunt q ex gentibus idolatris crediderunt. de q̃bꝰ vero qui ex iudæis

dæis fidelibus. Et in priori quinque panum refectione quæ statim sub lege significabat sup fœno sedebant conuiuæ, vt dicit Bed. quia carnis desideria cōprimere lex iubebat. Hic vero sup terrā, q a in nouo testamento ipsas quoque terrenas facultates cōtēnere cōsuluit dn̄s. Septē panes sec̄d'm Hiero. septē sunt dona spiritussancti, & horum fragmēta mystici intellectus huius septenarii, sec̄d'm eūdē. vel sunt diuersæ participationes eorū à diuersis hominibus post statū primitiuæ ecclesię, in quo illa dona plenissime. & vt ita dixerim. ad satietatem sunt habita inuisibili spiritussancti missione. Frāgere panes sec̄d'm Bed. est aperire sacramenta. Gratias agere est de salute humani generis congaudere. Per discipulos distribuere, est ad nos per illos cœlestem scientiam deriuare. Discipuli sec̄d'm Hiero. sunt libri noui testamenti. quoniā partē piscis assi dominus resurgens postulat. Septē sportæ ab apostolis collectæ septē sunt ecclesiæ sec̄d'm Hier. Et per septē intēdit Hiero. vniuersitatem ecclesiarum. Quatuor milia sec̄d'm Tho. sunt quatuor virtutibus perfecti, vnde & velut fortiores plura comederūt, quia hic septē sportæ, ibi duodecim cophini supersunt; & hoc, q a quinque milia erāt, idest quinque sensibus seruiētes. Oīa p̄dicta in conuiuio sūt noui testamēti.

Moraliter sciēdū est sec̄d'm Bedā, quòd id quod turba comedere, id est operari nequit, apostoli i. perfectiores colligunt siue operātur. Saturatur tamen turba, q à si seruet mādata ad vitam perueniet, etiam si consilia non obseruet. Item moraliter sic dicit Ambro. super Luc. Cùm dominus panes frāgat, & det discipulis, si tu manus non extendas vt accipias tibi escas deficies in via, nec poteris in eum culpam referre, qui miseretur, & dederit. Hæc ille.

Domini. 8. post Trinitatem.

Textus euang. Mat. cap. 7.

ATtēdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus aūt sunt lupi rapaces, A fructibus eorū cognoscetis eos, Nunquid colligūt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic oīs arbor bona, bonos fructus facit, mala aūt arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonū excidetur, & ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi domine, domine, intrabit in Regnum cęlorū, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in Regnum cœlorum.

ATtendite à falsis prophetis &c.] Matth. 7. In præsenti Euāgelio, in quo de falsis prophetis agitur, tanguntur tria puncta, quæ sunt Præmonitio, Notificatio, & Comminatio.

QVantum ad primum prænunciat Christus discipulis suis, & per illos toti Ecclesiæ affuturos falsos prophetas, monens ab eis esse cauendum. Causa autē huius admonitionis multipliciter redditur. Primò sec̄d'm Chry. sic. Nam dixerat dn̄s Ecclesiasticas orationes & ieiuna non esse coram hominibus facienda. sicut hypocritæ faciunt. Vt ergo ostenderet talia in Ecclesia posse fieri per hypocrisim, admonet cauēdos falsos prophetas, i. hypocritas.

Sciendū, quòd sub lege communiter serui Dei, & qui sancti erant, erant ēt prophetæ, vt ex decursu scripturæ patet. Erant aūt multi prophetæ falsi, qui visiones suas nō à Deo, sed à diabolo suscipiebant, & populū auertebant à via Dei, & tamen sanctitatem simulabant, ideoque simulatores sanctitatis, hypocritas prophetas, Christus dicit, sed falsos, non quia visiones à diabolo semper videant, sed quia sanctitatem quæ prophetarū quodā modo videbatur propria, ficte prætendunt, & intendunt fallere plebē. Secundò secundum Augu. sic. Nam dixerat dominus paucos ingredi per arctam uiam. Quia ergo hæretici communiter pauci sūt respectu fideliū, ne credāt, & dicant se illos

esse

esse qui arctã viã gradiũtur, admonet ab huiusmodi cauere, & eos cognoscere. Hos aũt rõne ẽt dicta falsos appellat prophetas. Sẽper enim hæretici sũt hypocritæ. Tertiò ire rũ scd̃m Chry. sic. Nã dixerat arctã esse uiã vitæ, & paucos ꝑ eam intrare. Licet aũt ita sit, tamen multi sunt, qui istã vitã peruertũt vt falsi doctores, qui falsi prophetæ appellantur.

Sed contra, quia Matth. 11. dicitur, quòd lex, & prophetæ usque ad Ioannem, ergo post Christum non erant futuri prophetæ.

Ad hoc dicitur. Primò vt supra dictũ est. Secundò ẽt dicit Chrys. in homel. quòd propheta quis dicitur, & quia prænunciat de Christo, & quia interpretatur, & elucidat p̃nunciata, vt doctores Christũ secuturi. Neque enim vt ait potest q̃s interpretari ꝓpheticos sensus nisi per spiritũ prophetiæ. Possumus aũt oẽs has causas in vnũ colligere, & dicere, quòd q̃a uia arcta est, cauẽdũ est à falsis prophetis, i. à seductoribus quicunq; sint illi. Sunt aũt scd̃m Tho. super Matthe. falsi prælati q̃ decipiunt ex intẽtione uel effectu malo, & hypocritæ intendentes ruinã aliquorũ, & hæretici falsa docẽtes. Hæc ille. Et nota, quòd hypocritarũ venenũ est ualde nociuum quia sub colore boni oĩa mala quodammodo persuadent Ecclesia quidẽ bellum tyrannorum uicit per patientiam, hæreticorũ aũt ꝑ sapientiã, sed hypocritarũ bellũ uincere non põt, quia occultũ, & domesticũ est. Dicit ergo [Attẽdite] Nõ aũt dicit videte quia tales non erant futuri manifesti, sed occulti sub ouina pelle. Nã vt ait Chryso. in homel. Vbi res certa est aspicitur i. simpliciter videtur; vbi aũt incerta est attẽditur, i. caute cõsideratur. Itẽ dicit attendite, quia firma tutela est scire quẽ fugias. Nõ aũt sic dicit atendite quasi inuito domino diabolus hæreses introducat, sed eo permittente. Quia. n. nõ sine iudicio vult seruos suos hie, deo ꝑmisit tentationẽ, q̃a vero nõ vult eos ꝑ ignorantiã perire ideo ꝑmonet. Hæc ille [à falsis prophetis], i. ab oĩbus qui uolũt animas à veritate peruertere, & præcipue hæreticis. Et ne dicerent hæretici, quòd de Iudæorũ, uel gentiliũ doctoribus loquit̃ dñs, ideo secundũ Chry. in home. subditur [Qui ueniunt ad uos in uestimenta ouiũ] ou se quippe uestimentũ, ut ait, est species Christi. nitatis, & simulatæ religionis. Nulla aũt res sic exterminat bonum sicut simulatio. Nã malũ sub specie boni celatũ non cognoscitur, non cauetur. Hæc ille. Ne aut̃ rursus dicant hæretici, quia de veris doctoribus, sed peccatoribus loquitur dñs, ideo scd̃m eundẽ subditur [Intrinsecus aũt sunt lupi rapaces] Catholici enim doctores, ut ait, & si propter peccata sua serui carnis dicantur, non tamen dicuntur lupi, quia Christianos perdere non quærunt.

Moraliter ista uestis ouina sub qua lupi, i. hæretici abscondũtur est triplex, sicut ex moribus lupinis colligitur. Prima est simulata locutio, q̃a lupus, ut dicitur in lib. de animalibus aliquando fingit uocem caninam, ut credatur canis. Et sic aliquando hæretici fingunt verorum canum, id est prædicatorũ uerba, dicentes aliqua uera, ut sic pertrahãt ad falsa. Rom. 16. Per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocẽtum. Secunda est simulata conuersatio in moribus, qui ut in eodem lib. dicitur, lupus aliquando uoces humanas effingit, ut homo credatur. Et sic hæretici fingunt conuersationem humanam, i. humilem ac modestam. Tertia est simulata operatio, quia lupus sub virẽtibus foliis se abscondit vt pascentes oues deglutiat. Et sic hæretici sub foliis bonorum operũ se abscondũt, quæ tñ faciunt intentione peruersa, ut homines electos decipiãt. 2. Timo. 3. Habentes quidẽ speciem pietatis, uirtutem aũt abnegãtes. Qui aũt non vult lupus diaboli, sed Christi ouis existere, debet uerba bona, & mores humanos, & opera recta absque omni simulatione exercere.

QVantum ad scd̃m, Christus tales nobis per signa notificat, quòd necesse erat eos agnoscere, quia occulti sunt. Latent enim vt lupi sub ouina specie, & ueste. Dicit ergo dominus [A fructibus eorum cognoscetis eos]

Sed cõtra, q̃a dictum est, quòd dominus de hæreticis potissime loquitur. Apud hæreticos aũt aliquando inueniuntur bonorũ operũ fructus, apud lupos aũt de quibus dominus loquitur nunquã. Ad hoc dicit̃, scd̃m Aug. de uer. do. quòd isti fructus à quibus tales cognoscẽdi sunt, nõ sunt bona opera, q̃ isti exterius prætẽdunt. Talia. n. cùm bono animo fiunt, sunt uestimẽta ouiũ, oues regẽtes seu protegẽtes, cùm uero fiunt malo anĩmo, sunt ouiũ quidẽ uestes, ut ait, sed lupos tegunt.

regunt. Isti ergo fructus quibus agnoscimur (vt ait) sunt illi de quibus ait Apostolus Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immundicia &c. Et intendit August. dicere id quod S. Tho. dicit expresse. s. quod sicut apparentia opera bona sunt uestes ouium ita occulta opera mala, sunt fructus quibus isti cognoscuntur. Sed si sunt occulta, quomodo possunt deprehedi: Ad hoc dicit S. Tho. quod nullus hypocrita diu latere pôt, si prudenter, & diligenter omnia eius opera considerentur. Cognoscuntur autem maxime eorum mala opera. Primo secundum S. Tho. in repentinis, quia tunc secundum habitû operâtur, & nô cauent. Secûdò secundum Greg. immo quâdo emergit tribulatio, aut têtatio. Tertiò secundum Aug. de sermo. domini quâdo cõsequi nequeût suû ppositû. Quia ergo difficulter cognoscuntur, dominus dicit. Attêdite, s. diligêter considerate. Tunc enim et apud hæreticos ista cognoscemus.

Sed contra arguitur, quia possibile est esse hæreticum qui ex ignorantia fallatur, & omnia opera bona habebat et occulta. Ad hoc dico, quod S. Thom. 2 2. q. 17. Hæresis semper nascitur ex superbia, vel alia concupiscentia. Ideo si quis habeat bona opera, & bonam voluntatem, & solum ex ignorantia erret, iste nunquam efficietur formaliter hæreticus, s. obstinatus, quia suaderi potest ei. & consequenter non est lupus, sed ouis etiâs. Si tamen possibile est hoc aliquando esse, tamen raro est, & in paucioribus. Dominus autem loquitur de eo quòd in pluribus accidit.

Itê cõtra, quia secûdû Bed hoc quod hic dicitur. A fructibus eorû &c. de manifestis operib. intelligitur, de quibus liciû est iudicare. ergo modo nô sunt dicenda opera occulta. Ad hoc dico quod Beda manifesta dicit nô ea quæ sunt publica, sed quæ sunt certa, etiam si vnus solus sciat, nos aût talia dicimus occulta, nô quia nulli sint certa, sed quia nô sunt publica. Ne vero aliquis dicat, quod impossibile est cognoscere tales, ideo secundum Chry. rursus rõnem ab humano exêplo ponit dicês[Nûquid colligût]hoîes coloni[de spi. vuas, aut de tri. fi.]quasi dicat. Sicut spinæ & tribuli, qui etiâ sunt genus spinarum, non possunt producere fructus bonos, huiusmodi sunt unæ, & ficus, sic etiam nec isti seductores possunt producere bona opera, nisi forte in conspectu hominum apparêter tantû & nô veræ, neque bono fine, sed malo, ideo subditur[Sic omnis ar. bona] id est bona volûtas[fructus bonos]id est bona opera[facit]inquantum est bona seu in sensu composito[mala autem] inquâtû mala [fructus malos facit]id est mala opera.

Sciendum est aût quod duplex est arbor fructifera s in genere naturæ, vt anima ex qua pullulant potentiæ, & generaliter omne subiectû ex quo prouenîunt accidentia, & materiales arbores ex quibus prodeunt fructus. Et isto modo, omnis arbor est bona & omnis fructus bonus, Alio modo est arbor in genere, & sic uoluntas est arbor. Et sic arbor est quidem bona in sua natura tam in hoîe, quam in Angelo, sed ex sua libertate pôt seipsam facere malam statuendo sibi malum obiectû aut malum finem, quo facto omnes fructus, id est omnes operationes quas p seipsam elicit vel imperat aliis potentiis inquantum est mala, id est in ordine ad malum obiectû vel finem, sunt mali.

Sciêdû vero est quòd aliquid dicitur impossibile absolute, vt hominê esse equum, & ex suppositione, vt rem albâ effici nigrâ, supposito quod stet alba. Et sic oportet intelligere quæ sequuntur[Nô pôt arbor bona] manens bona, & inquantum bona [fructus malos facere] secus si mutetur à bonitate. Item secus inquâtum est non bona, sed mala. Nihil enim prohibet voluntatem perseuerãtê in bonitate habituali quo ad aliquod obiectû, vel finem esse malam actu vel habitu quo ad alia, & econuerso. Vnde qui de fornicatione non pœnitet, sed denuo intendit fornicari, potest dare eleemosynâ, quod est bonum ex genere sed non dat inquâtû fornicator, & econuerso vir misericors, & quo ad hoc bonus potest loqui ociosa. Vnde eodê mô intelligitur quod sequitur [neque arbor mala fructus bonos facere] Dein de falsis prophetis cõminatur dicens [Omnis arbor]id est omnis voluntas, seu homo qui habet voluntatem[quæ nô fa. fru. bon. exci. & in ignê mittetur, & ardet(Vbi secundum Chry. duæ notâtur pœnæ, s. excidi à regno, & includi in gehenna ignis. Vnde ait, Qui comburitur, & à regno exciditur omnino, quam pœna difficilior est? Multi autem solam gehennam exhorrent. Ego autê casum illius gloriæ multo amariorem pœnam gehenna esse dico. Quis enim paruum vel magnum ma-

malum nō susciperet pater, ut uideat, & po tiatur dilectissimo filio, hoc itaque in gloria illa putemus. Nō enim aliquis filius sua uis est patri, ut illorum beatorum requies, & dissolui & esse cū Chro. Intollerabilis pę na est & gehenna. Sed si quis decē milia ponat gehēnas, nihil tale dicet quale est à beata illa gloria excidere, & odio haberi à Christo. Hæc ille. Concludit autem finaliter dominus ex dicta similitudine id, quod in ista parte intendit dic. [Igitur à fructu eorū co gnoscetis eos]

Moraliter hæretici & hypocritæ, qui ex ueste ouina cognosci nō possunt, cognoscū tur ex fructib. qui sunt præcipue tres ut colligitur ex scriptura. Primus est doctrina pestifera. Cùm enim qs docet dissona scripturæ, & sanctis non est habendus pro bono, sed est hoc signū lupi latentis sub pelle ouina. Matth. 12. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Secundus est uita elata, Nec dico elata patenter, quia iam non laterent sub ueste ouina, sed elata latē ter. Veri enim serui Dei in operibus q̄ gloriam afferunt quærunt latere, hypocritæ autem fingunt se uelle latere, sed latenter q̄runt omnem uiam apparendi. Matth. 6. Exterminant enim &c. Tertius est impia proles. Hæc enim est generalis regula philosophiæ quia omne agens agit simile. Quando ergo hi qui ab aliquibus educantur sunt uiri maligni, inuidi, obloquentes &c. etiam patres eorum sunt similes. Sapientiæ. 4. Ex iniquis omnes filij qui nascūtur testes sunt nequitiæ aduersus parentes suos.

QVantum aduertium Christus comminatur non solum falsis prophetis, sed omnibus Christianis simul qui facta consentanea operibus non habent, dicens [Nō omnis qui dicit mihi Domine Domine, id est qui mihi verbis honorem exhibet, uera & non falsa docendo [intrabit in Regnū cęlorum] nisi verbis facta concordent.

Sed contra istam expositionem arguit Aug. de sermo. domi. Nam nemo pōt dicere Dominus Iesus nisi in spiritusancto, Ergo ois dicens Christo, Domine Domine, habet spiritumsanctum, ergo intrabit in Regnū cœlorū. Ad hoc tripliciter respondet. Primò sc'dm Aug. ibidē, quòd Paulus accipit dicere propriè, scilicet quòd est enunciare, sc'dm quod intellectu cōcipitur, & amatur seu desideratur voluntate, Dominus aūt hic accipit dicere generaliter pro sola vocis expressione, secūdū, quòd dicens nec vult, nec intelligit plenè, quod dicit. Secundo secundum Hiero. quòd cùm motis sit scripturarum dicta pro factis accipere, iuxta illud, Factis autē negant, Apostolus de factis loquitur, & redit ista expositio in idē cum priori. Tertiò secundum Amb. dicitur, quòd à quocunque dicatur veritas, est à spiritusancto. Et intendit, quòd possibile est vt aliquis loquatur veritatem motus à spiritu sancto, qui tamen caret gratia spiritussancti. Nō ergo valet ista argumentatio. Dicit Dominus Iesus, id est prædicat de Christo, quòd ipse sit Dominus, ergo hēt spiritumsanctum per gratiā ad meritoriè operādū, etsi habeat ad uere loquendū [Sed qui facit voluntatē patris mei] Non dicit aūt voluntatem meam nisi latenter, vtpote quia eadem est patris, & filij, sed dicit patris mei, secundum Chry. quia hoc congruebat audito sibus, vt prius sic crederēt cùm essent imbecilles [qui in cœlis est] per manifestationē specialem suæ gloriæ Nam illa corpora tanquam nobilissima arguunt maxime potentiam, & sapientiam artificis, ibi quoque sūt spiritus nobilissimi, & ibi se ad fruendum omnib. beatis exhibēt, & ibi vt dicit S. Tho. 1. par. q. 67 artic. 3. gloria spirituum à principio mūdi incepit in Angelis, & gloria corporū futura incepit in ipso cœlo empyreo, quod lucidū est. Tota enim corporalis creatura elucidanda est suo modo, exceptis infernalibus partibus. Per essentiam aūt, potentiam, & præsentiam Deus vbique est, ut habes 1. q. 8. quia cœlū, & terram ego impleo, dicit Dominus. Hiere. 23. [Ipse intrabit in Regnum cœlorum. Hyla. Cœlestis. n. regni iter obedientia voluntatis Dei, non nuncupatio reperitura est.

Moraliter quilibet conari debet esse arbor fructuosa quia bonorum operū fructibus quis apud Christum adeo magnificat. vt eum secum faciat conregnare.

Sed sciendum est, quòd vt ex p̄senti Euāgelio colligitur, triplex est arbor. Prima est sterilis q̄ nō fructificat, de qua dicitur. Omnis arbor quæ nō facit fructū &c. Sunt autem tres causæ arboris nō fructificādæ. Prima. s. nimia frondositas foliorū. i. verborū, quia scilicet humor q̄ debebat in fructus con-

conuerti, transit ad folia. Isti sunt ficulnea maledicta à domino. Matth. 21. Et secunda nimia proceritas, quia humor ad plura dilatatur. Isti sunt magni & prælati, qui dant vanitatibus quæ debentur pauperibus. Tertia nimia vetustas. Dicit autem Aristotel. quòd si perforetur amigdalus vetus humor in medulla deputatur, & efficitur arbor fertilior. Sic inueteratus in peccatis debet in suo corde tria foramina facere, contritionis, confessionis, & satisfactionis &c. Secūda arbor est q̄ facit fructus, sed insipidos & malos, De qua dicitur, mala arbor &c. Sunt autem necessaria multa vt hi fructus fiant boni scilicet labor, & trāsplantatio, tempus plantationis, & surculus. Nā sec̄dm Aristo. arbores syluestres aliquando fiunt hortenses labore, id est cultura, & sec̄dm eundē arbor alicubi infructuosa, fructificat alibi, & sec̄dm eundē plures plantæ plāsātur in verę iuuētutis, paucæ in autumno perfectæ ætatis. pauciores in hyeme senectutis, paucissimæ in æstate malæ cōsuetudinis, quæ feruorē ad vitia facit. Surculus autem est verbū Dei. Tertia arbor est bona, de qua secūdū Chry. nascuntur gemmæ bonarum cogitationum, & flores bonarum deliberationum, & fructus bonorum operum.

Quia vero totum præsens Euangelium principaliter ad hoc tēdit vt hæreticorum fugiamus errores, ideo in præsēti passu recitare volo hæreticos & hæreses secundum, quòd ex variis locis doctrinæ S. Tho. colliguntur. Hęresis igitur vna Sabellii est, quòd ī diuinis pater est filius vt natus de virgine, & spiritussanctus vt sanctificat creaturā, & habetur 4 contra Gene. cap. 5. & 6. Hæresis Arrii, quòd filius Dei est minor patre secūdū deitatē, & est creatura, ibidem. Alia Hæresis Arrii, quòd solū pater est inuisibilis oī creaturæ, & filius visus est à prophetis. Io. 12. Lec. 6. Hæresis prima Origenis, quòd verbū Dei nō est Deus essentialiter, sed participatiue tātū. Io. 1. lect. 5. quòd spiritussāctus est creatura facta per verbum Dei. Io. 1. lect. 7 quòd aīa Chr̄i cum aliis spiritualibus creaturis fuit creata ante corpora. & à verbo assumpta. & in fine vnita est corpori 4 contra Gene. cap. 33. quòd animæ, creatæ fuerunt omnes ante corpora. & diuersis corporibus vnitæ secundum diuersitatem peccatorum, quæ commiserunt antequam corporibus vnirentur prima parte quæstio. 23. quòd sanctorum beatitudo, & damnatorū, tam hominum quàm dæmonū damnatio aliquando possibiliter terminabitur. prima parte. q. 64 Hæresis eius & Arrii, quod diuinæ personæ differūt in essētia prima quæst. 32. Hæresis prima Manichei. quod principia rerū duo sunt, Vnū bonorū, & spirituū tantum, s. Deus. Alterum quod est principium malorum, & corporalium, s. diabolus 2. distinct. prima q. 1. quòd Deus noui testamenti est pater Christi non autem Deus veteris, sed est diabolus. Io. 2. lect. 2. quod diabolus natura & non voluntate est malus. Io. 8. lect. 5. quod diabolus est generatus & habet patrem. Ioan. 8. lectio 6. quòd quædam animæ sunt ex bona creatione, quædam ex mala, ibidem, quòd quædā animæ sunt de substantia Dei. Ioan. 11. quòd liberum arbitrium ad peccatum cogitur, & illud vitare non pōt, de veri. quæst. 24 arti. 12. quòd non licet comedere carnes, nec oua, quia natura Dei commiscetur eis. Primò Timoth. 4. quòd in toto veteri testamēto nulla est ꝓphetia de Christo, & quicq̄d introducitur in nouo de veteri, est ex corruptione, super Matth. quòd Deus est corpus, & lux infinita, & Christus est iste sol visibilis. Io. 8. quòd non est curandū de fide, sed de operib. nec credendū est supra rationem, Heb. 12. quòd oēs patres veteris testamētī tā Patriarchæ quā Prophetę fuerūt mali, & dānati. Io. 10 lec. 2. quòd charitas vel gratia semel habita amitti nō pōt. Quolibet. 3. q. 5. quòd oē matrioniū est damnādū. 1. Timo. 4 Hæresis Manichei, & Montani & Priscillæ, quòd ꝓmissio spiritussancti nō fuit cōpleta in Apostolis, sed in eis, ideo negant Actus apostolorū, in q̄bus in apostolis narratur cōpleta 2. 2. qō. 106. Hæresis Pelagiī, quòd oīa Dei p̄cepta sine gratia obseruari possunt. 1. Corint. 12. quòd principiū benè operādi est ex nobis, sed consummatio ex Deo. 1. q. 23. quòd homo pōt mereri sine gratia, 2. dis. 28. quòd pueri Christianorū nō cōtrahūt originale peccatū, sed baptizātur ꝓp Regnū Dei. Io. 3. lec. 1. qd̄ pueri nō baptizati reūt ī domo Dei, sed nō in regno. Io. 14. Hæresis Iouiniani quòd homo necessario benè operat, nec pōt peccata cōmittere. 2. dist. 28. qd̄ oēs beati sūt æquales ī p̄mio. opusc. 19. qd̄ matrimoniū æquat virginitati 2.

ti 2.2.q.151. Hæresis Nestorii, quòd in Christo est tantū vna natura Dei & hoīs. 1. Corin. 5. quòd beata Maria non est mater Dei. Gal 4. Hæresis Valētini, quòd verbū dedit cām creatori, quòd mūdū crearet. Io 1. lec. 6. quod principia rerū sunt sex, s. profundū, s. patrē, silentium, intellectus, veritas, verbū, & vita ex quibus sunt. 30. secula. Io. 1. lec. 10. In princ. Hæresis Eutichetis quòd in Christo est tantum vna natura composita ex diuina, & humana. Io. lec. 17 quòd corpora resurgentium, & Christi non erūt palpabilia sed vt ventus 4. cōtra Gen. c. 84 Hæresis Hebionis, quòd Christus conceptus est ex semine viri 4. di. 30. Hæresis Hebionis, Fotini, Cherinci, & Pauli samosateni, quòd Chrs nō fuit ante matrē, sed purus homo meruit deitatē. 3. par. q. 16. Hæresis Gabaonitarū, quòd Christus est cōpositus ex natura diuina, & humana, ideo est semp immortalis, quodlib. 4. q. 5. Hæresis Præscianistarū quòd oīa facta hominū et Chri certis horis subiecta sunt Io. 2 Hæresis Theodori mopsuesteni, q̄ in veteri testamento nihil expresse dr̄ de Christo In prologo super Psal. Hæresis Eunomii, quòd filius Dei est omnino dissimilis patri. Io. lec. 8. Hæresis Nazarenorū, qđ fides Christi sine operibus legis Moysi, non sufficit ad salutem. opus. 3 Hæresis Heluidii, quòd mater Christi non mansit virgo post partū. 4. di 30. Hæresis Vigilātii impugnantis voluntariam paupertatem. 3. contra Gen. c. 131. Hæresis Desiderii lombardi de secta catharrorum, damnantis statū egētium cū Christo facultatibus relictis, opus. 19. Hæresis Vilielmi, de sancto amore, qđ paupertas habitualis, est licita, non autem actualis, ibidem. Hæresis pauperū de Lugduno, qđ quilibet iustus est sacerdos, & quilibet est sacerdos iustus. Habre. 7. Hæresis Græcorū, quòd sancti non vadunt ad paradisum vsque ad diem iudicii. 4. cōtra gētiles. cap. 91. Hæresis Mōtani, quòd prophetæ nō habent lumen ad iudicādū, sed sunt arreptitii, de veri. q. 12. Hæresis īcepit apud iudæos, & venit inter Christianos, quòd serui Dei non debent esse serui hominum. Titum. 2. Hæresis Nouatianorum, quòd peccans post baptismum nō potest resurgere ad gratiam per pœnitentiam 3. par. q. 74. Hæresis Catafrigarum, quòd mulier potest habere ordinis sacros. 1. Tim. 3. Hæresis Abbatis Ioachim, quòd in diuinis, essentia generat essentiam, sicut Deus generat Deū. 1. q. 39. Hæresis Macedonii, quòd spiritussanctus est minister patris & filij Roma. 7 Hæresis Symonis magi, qđ gratia spiritussancti est venal. 2.2 q. c. quòd mūdus est factus à quadā superna virtute, nō à Deo, ibidē. Hæresis Petri albaialarei, quòd Deus nō pōt facere nisi q̄ facit pp ordinē iustitiæ, & sapientiæ eius, quia agit ex necessitate naturæ de po. q. 1. ar. 5. Hæresis Articlinitarum, quòd in sacramento eucharistiæ materia offerenda est panis, & caseus 3. q. 44 Hæresis Carafrigarum, & Peccianorū, quòd in eodē offerēdus est panis ex pueri sanguine cōfectus, ibidē. Hæresis Aquariorum, quòd in eodē aqua offerenda est sine vino. Ibidem. Deum non esse authorem omnium bonorum est hæreticum. Mat q. 8. Deum non videri per essentiam à beatis est hæreticū. 2. dis. 23. In Deo esse compositionem, vel accidens, vel aliquid præter Deum esse æternū est hæreticū, de po. q. 8. quòd aliquid sit non creator neque creatura est hæreticum de po. q. 8. Diabolū non esse factum per verbū Dei est hæreticum. Io. lec 6. Omnia redire eadem numero post multa tempora est hæreticum. 4. cōtra gen. cap. 82. Dimensiones sacramentales esse æquales demēsionibus corporis Christi est hæreticū, opus. 11. Fuisse aliquid in Adā non infectū originali peccato, ex quo formatum sit Christi corpus, est hæreticū Ioā. 3. Beatam Mariam nō esse matrem Dei est hæreticū. 3. q. 35. Melchisedech fuisse filiū Dei est hæreticum. Hæb. 7. Gratiam dari ex meritis, est hæreticū. Mat. q. 8. quòd actus meritorius non excedat facultatem naturæ, est hæreticum. Virtū. q. 2. quòd Angeli aliquid creent est hæreticum. 2. dist. 18. Animas descendere à comparibus stellis, est hæreticum, opus. 28. Non omnes obligatos obedire Papæ est hæreticū opus. 19. Episcopum non differre à simplici sacerdote, est hæreticum 2.2. q 182. Aliquid in sacra scriptura esse falsum est hæreticū. Io. 13. quod homo non resurgat idem numero est hæreticum 4. dist 44 quòd homo mouetur de necessitate ad aliquid eligendum est hæreticū. Mat. q 6. quod melius est in seculo manere, & operibus pietatis vacare, quàm intrare religionē est hæreticum, & diabolicū, quodlib. 3. q. 5. Votū vel iuramentū de ali-

quo bono posset sine peccato dimitti est hæreticum. quodli. 3. q. 5. Omne iuramentum esse peccatum, est hæreticum. 2. di. 29. Non esse peccatum illud quod est contra præceptū Dei, est hæreticum. quodlib. 3. q. 5. Negare prouidentiā Dei circa ista inferiora, est hæreticum. 1. q. 8. Fornicationē simplicem nō esse peccatū, est hæreticum. quodlib. 3. q. 5. Omnem actum matrimonii semper esse peccatum, est hæreticum. 4. di. 25. Aliquem descendere ex Adā per commixtionē uiri, & mulieri, & non contrahere originalè peccatum est erroneum. 12. q. 8. arti. 4.

Dominica 9. post Trinit.

Textus euan. Lu. ca. 16.



OMO quidam erat diues qui habeat uillicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illum & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuę. Iā enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationem. Fodere nō ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciā ut cùm amotus fuero à uillicatione recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, accipe cautionem tuam, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero quātū debes? Qui ait. Cētū choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicū iniquitatis, quia prudēter fecisset, quia filii huius seculi prudētiores filij lucis in generatione sua sunt. Et ego dico uobis. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula.

HOmo quidam erat diues, qui habebat uillicum &c.] Luc. 16. In præsenti Euangelio continētur tria pūcta. quæ sunt. Dura exactio. Astuta cautio, & Amplectenda conclusio.

QVantum ad primum tangitur exactio quam dominus fecit à uillico super ratione reddenda. Et quia Euangelium parabolicum est literalem sensum oportet ex metaphorica significatione suscipere. Dicitur ergo [Dixit Iesus discipulis suis parabolā hanc] Quid aūt sit parabola, & quare dominus parabolicè loquebatur, habes dominica ult. post epi. [Homo quidam erat diues] Iste secūdū Chry. est Deus qui est diues in thesauris corporalib. 2. Cor. 4. Pro nobis egenus factus ē, cùm esset diues Et spūalib. Eph. 2 Deus autem qui diues est misericordia. Et cælestibus. Psal. Gloria & diuitiæ in domo eius. Vel scd̄m alios ē Christus. Sed siue Deus sit, siue Christus solus est diuitiarū dominus. Nos enī nō domini sed dispēsatores earum sumus, ideo subditur [Qui habebat uillicum]. i. hominem cui diuitias Deus dedit, scd̄m Theop. Et hic Christi uillicus scd̄m Gorrā est triplex. s. plātus in spiritualibus, & princeps i tēporalib. & q̄libet Christianus in utrisque. Est aūt scd̄m Bedā. & Hiero. uillicus ꝓpriæ uillæ gubernator. Economus. autē pecuniæ frugū. & omniū quæ habet dominus dispēsator est. Ex quo patet ꝗ uillicus est quem nos castaldium dicimus quasi uillæ custodem, economus autem est factor vulgariter dictus. Sumitur autē hic uillicus pro economo. ut dicit Magister historia. [Et hic diffamatus est apud illum]. s. dominū suum [quasi dissipasset bona illius] expendendo in uanitatibus. The. Cùm non exercemus dispensationē opum ad libitum domini, sed ad proprias illecebras, cùm ipsi abutimur, criminosi uillici sumus Hæc ille. Diffamatur aūt homo apud Deū. nō quasi angeli uel homines annūcient Deo occulta crimina quæ lateant eū. sed quia homo est cā sine qua nō, ꝗ Deus ista nouerit dùm

facit esse quod Deus scit esse factū. Si enim homo non peccaret, Deus nunquam sciret eū peccare. Et quia homo potest etiam facere ꝙ Deus sciat, uel nesciat suas iniquitates, & hoc loquendo absolute, Supposito tamē ꝙ Deus sciuerit aliquem peccaturū, iam iste non pōt facere ꝙ Deus hoc nesciat. Sed tamen nō est necesse ꝙ Deus sciuerit in preteritum, quia nihil apud Deum transit, ūde semper est liber in sciendo, uel non sciendo. Vide de his Capreolum. 1. di. 40. & infra in quæstionibus.

Et nota ꝙ ista diffamatio, uel accusatio fit multiplici testimonio. Primò remorsu cōscientiæ. Ro. 2. Testimonio reddem, &c. Secundo euidentia operum Gen. 8, Clamor sodo. & Go. &c. Tertio clamore uicinorū. Prouer. 11. Qui abscondit frumēta, maledicetur in populis. Quarto querela pauperum pꝑ ñr occisorum famæ. Gene. 4. Vox sāguinis fratris &c. [Et uocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te] Vocat autem dñs uillicum scd̄m Chry. qñ eū timore mortis cōcutit, & reprehendit eū propria conscientia de rebus male cōsumptis, unde ait, Quotidie talia ꝑ effectus nobis exclamat dominus ostēdens fruentē in meridie sospitate, postquā uespera scit examinē, & alij inter prādia expiranrē, & diuersi diuersimode ab hac uillicatione discedimus. Hæc ille [Redde rationē uillicationis tuæ]. i. reddet in tempore mortis. Tunc. n. ex toto amouetur homo ab administratione tēporaliū. Quilibet. n. uillicus reddet rationē de ingressu ad id quod habebat dispensare, & de ꝓgressu, & de egressu. Et quidē si sit platus, dicetur illud Mat. 22. Quō huc intrast. Quis te introduxit, uirtus aut dolus. Deus, aut diabolus, gratia uel numus, caro uel spiritus, redde ergo rationem si per fraudulentiam, aut uiolentiam, aut pecuniam, aut carnalem lineam intrasti ad locū sinceritatis, & libertatis, & grattitudinis, & spiritualitatis. Et de progressu quomodo uixit quo ad se, & alios. Hie. 13. Vbi est grex qui datus est tibi. Et de gressu quomodo scilicet in tota uita se præparauit ad mortem. Deu. 30. Vtinam saperent & intelligerēt, ac nouissima prouiderent [Iam enim nō poteris uillicare]. i. bona temporalia dispensare. Nam post mortem si anima est separata nō utitur temporalibus, simillter neque si reassumpserit corpus, quia ille status, scilicet resurrectionis non est animalis, ut temporalibus egeat ad uictum, ut uestitum. Sciendū est autē ꝙ uillicare scd̄m antiquos dictū est modo autem uillicor dicitur.

Moraliter iste uillicus quēlibet hominē significat, cui Deus curā uillæ. i. proprii corporis commisit, & uitiū animæ, ut hæc exercens domino fructus bonorū operū reddat. Hoc aūt in præsenti tantummodo uita facere post, non in futura. Chry. post transmigrationem hinc factā nō est tempus operādi. Vita præsens habet exercitium mandatorum, futura uero solatium. Si nihil operatus es hic, frustra in futurum curas. Sed nec mēdicando proficies. Huius indicium sunt uirgines fatuæ, quæ imprudenter à prudētibus mendicauerunt, sed reuersæ sunt uacuæ. Quilibet enim suam cōuersationem ut tunicam induit. Non est autem exuere, nec cambire cum alio. Hæc ille.

Qvantum ad secundum tangitur quomodo uillicus fuit cautus, cū dicitur [Ait autē uillicus] idest homo diues, & malus [intra se] timore mortis dante consyderare de futuris [Quid faciam, quia dominus meus aufert] idest vult auferre uel auferet cito [à me villicationem] idest usum diuitiarū mearum, q. d. Quid erit de me cum uita ista fuerit terminata, & Deum pro male dispēsatis facultatibus inimicum habebo [Fodere non valeo] idest propriis naturæ meæ uiribus nō possum mihi de salute post mortē prouidere [mendicare] à religiosis & seruis Dei gratis petendo spiritualia suffragia] erubesco] Erubescet enim diues nisi sic stultus velle à religiosis obtinere suæ animæ consolationē, quibus subsidia temporalia pro uita corporali eorum sustentanda non exhibet. Statim autem quòd diues ita consyderat no deest celestis inspiratio, ut bonū cōsilium sumat, vnde sequitur [Scio] Deo scilicet intrinsecus inspirante, & adiuuante [qd faciam] dùm est tempus villicandi. Cogitat enim per diuitias quibus male vtēdo acquirebat damnationem, dādo ex eis eleemosynas pauperibus æternam aequirere salutem vt pauperes eum recipiant, idest sint ei causa quòd recipiatur in vita æterna, unde ait [ut cum amotus fuero à villicatione] in die ratiocinii, i. mortis [recipiant me] ipsi pauperes, meis copiis recreati [in domos suas]

idest

id est in cœlestes mansiones, quæ pauperum sunt qui in hac uita mala suscipiunt, vt Lazarus de quo Luc.16. habetur.

In hac autem domo pauperes diuitem misericordem suscipiunt dupliciter. Primò secundum Chryso. inquantum coram iudice præbent testimoniũ de diuitis bonitate, non vocibus, sed ostensione bonorum. Alio modo, quia meritis & orationibus eorum Deus aliquando de congruo diuiti cõtritionem & gratiam largitur.

Ad intellectum vero sequentium sciendum est, quòd similia nõ oportet in omnibus esse similia. Vnde q a parabola est similitudo non oportet, vt dicit Augusti. in parabolis omnia significatiue sumere, & scrutari. Quæ ergo sequuntur de conuocatione debitorum dupliciter exponi possunt. Vno modo vt dicatur quòd nõ est similitudo inter villicum istum & diuitẽ quo ad omnia. sed solũ quo ad hoc, quòd sicut ille per diuitias acquisiuit sibi mãsiones in aliena domo, ita & iste. Alio modo vt similitudinem quo ad omnia ferè excogitemus, & dicamus, quòd ut dicit Chry. nihil est nostrũ sed omnia sunt ditionis diuinæ. Hæc ille. Ex hoc autem sequitur, ꝙ illi quos debitores nostros dicimus sint principaliter debitores Dei.

Sunt autem debitores nostri inquantum nos sumus Economi Dei. Diues ergo timẽs mortẽ & volens sibi prouidere, statuit pauperibus facere misericordiam dãdo eleemosynas, vel quod idem est relaxando debita. Ideo dicitur [conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui] id est qui debebãt sibi tanquã Economo Dei, dicebat primo [Quãtum debes domino meo] id est mihi qui sum dispensator domini mei [At ille dixit. Centũ cados olei] Hoc, exempli gratia positum est. Sicut autem dicit Beda, cados, græcè, latinè amphora dicitur, continens urnas tres. i. tria quart aria. Vnde ut alij dicunt est idem quòd barrile [Dixitq; illi Accipe cautionem tuam] id est librũ ratiocinij in quo cauetur à deceptione [& sede cito, & scribe quinquaginta] Dicit autem cito, significãs ꝙ ꝓptẽ eleemosina sit exhibenda [Deinde alio dicit. Tu uero quantum debes. Quia ait. Centum choros tritici] Licet autem chorus multa significet, utputà multitudinem psalientiũ, & quendam ueritum, tamen hic sumitur pro mẽsura decem modiorum [Ait illi, accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis] nõ de sua iniquitate, qua prius male diuitias commissas expendebat sed sua prudentia, & sagacitate [quia prudenter fecisset] pro se, & non pro domino. Sumitur autem secundum Originem prudentia hic pro astutia, & calliditate, ad malam inclinationem habente.

Sciendum est autem ꝙ hic est dissimilitudo inter materialem, & spiritualem villicũ, quia materialis fuit iniquus dupliciter, I. dissipando bona domini sui, & debitoribus sine eius autoritate relaxando.

Spiritualis autem est iniquus, sed misericors. Licet enim ea quæ sunt diuitis sint Dei, tamen potest ea libere pauperibus relaxare, quia dominus hoc gratum habet. Sicut autem dicit Aug. de consensu Euangelistarum, & Magister historiarum intendit dominus inferre, quòd si iniquus villicus callidè sibi prospiciens, laudari potuit à decepto domino, quanto magis qui sine iniquitate, & damno domini sui has diuitias pauperibus largiendo sibi amicos facit: poterit laudari.

Ideo autem prudenter fecit villicus [quia filij huius sæculi] idest qui huius sæculi opera sectantur, secundũ Bedã, vel (quod idẽ est) qui quærunt quæ sibi commoda sunt in terra secundum Theo. Dicuntur autem mali, filij huius sæculi. Primò quia huic sæculo se conformant, contra illud. Roma. 12. Nolite confor. &c. Secundo, quia in sæcularibus se occupant. 2. Timo. 2. Nemo militans &c. Tertio quia in hoc sæculo hæreditatem desiderant. Titum 2. Abne. omnem impie. & seculaeria &c. Quarto quia sæculum diligũt, cum dicatur Iacob. 4. Qui enim voluerit esse amicus &c. Boni autem dicuntur filij lucis. Primò quia faciunt opera lucis. Eph. 2. Fructus lucis in omni bonitate. Secundo quia habent conuersationem lucis. Roma. 13. Abiiciamus opera tenebrarum. Tertio quia sunt amatores lucis, quia qui male agit odit lucem. Io. 13. Ergo à contrario sensu &c. Quarto qui sunt hæredes lucis. Tob. 16. Lucida splendebis &c. [Prudentiores filijs lucis] idest his qui spirituales opes pertractãt secũdũ Theo. [in gñatione sua sunt]. i. in gñe suo, secundũ Orig. Non. n. sunt pru-

dentiores simpliciter, sed in malo sunt prudentiores quàm isti in bono. Theophil. Inuenimur autem in humanis quidē administrationibus prudenter propria disponētes, ac summopere satagētes, ut si defecerimus ab administratione, habeamus vitæ refugium. Cùm vero dispensare debemus diuina non præmeditemur quæ nobis postmodum sunt futura. Hæc ille.

Moraliter exemplo illius villici, quilibet debet meditari se redditurum rationem domino suo, atque semetipsum diligēter discutere, & secū meditari quid facturus sit. Et quidem si potest facere.i. multa bona opera exercere, seruiēdo Deo de rebus, corpore, & anima hoc faciat exemplo formicę, q̄ grana primo congregat in æstate sine messe, & secundo ea perforat, ne germinent sub terra. Vnde non dicitur solū formica quasi ferēs, sed etiā quasi forans micas. Tertio ea decorticat eadem causa. Et quarto, si sucrint humectata exponit soli ne putrescant. Aestas vel messis est tempus præsens hac ratione, quia possumus laborare non hac ratione q a colligimus, q a sic æstas est vita beata. Perforatio est auditio verbi Dei, quòd est gladius, quia sine eo opera bona putrescendo germinãt, & perdunt meritum suum homines dùm labuntur in putredinem peccati. Decorticatio est expurgatio peccatorum. Siccare vero ad solem est iugiter intueri uitam Iesu Christi, cuius intuitus siccat humiditatem effectus terrenorum. Si vero non potest fodere, & erubescit mendicare, iam vacet eleemosinis quantum potest dando bona domini sui, idest sibi à domino suo commissa. Nam sic faciēdo prouidet sibi in vita, quia eleemosina est ignis expurgās facinora. Eccl. 3. Sicut in sereno glacies, soluētur peccata tua. Et in morte, quia animam associat. Ambr. Non sunt hominis bona quæ secū ferre nō potest, sola misericordia comes est defunctorū. Et post mortē, quia liberat ab inferno. Tob. 3. Eleemosina non patitur animam ire in tenebras.

QVantum ad tertium ponitur conclusio quam omnes debent amplecti saltem volūtate, siqui actu nō possunt, ut pauperes. De hac dicit Greg. in li moral. Vt ergo in sua manu homines post mortē quiequam inueniant ante mortem suam diuitias suas in quorū manibus ponāt dicitur, cùm subditur [Et egō dico vobis, facitē vobis amicos de mammona iniquitatis] Hec ille. Est autem mammon dæmō quidā de diuitiis tētas. Inde dicitur mammona hæbraice, q̄ latinè sc̄d'm Aug. sonat diuitiæ. Dicūtur autē diuitiæ māmona iniquitatis multipliciter. Vno modo sc̄d'm magistrū Historiarum, quia de iniquitate colligi solēt. Vnde vt ait vulgata sentētia dicitur omnis diues, aut iniquus aut heres iniqui. Alio modo sc̄d'm eūdē vt diuitiæ iniquitatis dicantur quas tenemus contra æquitatem quam proximo debemus, illæ scilicet quæ nobis sumpta necessitate superfluūt. Tertio sc̄d'm Aug. de con. Euan. dicūtur diuitiæ iniquitatis, q a solis iniquis sunt diuitiæ. Iusti enī & si ista possideant, tamen diuitias non habent nisi cœlestes. Quarto possunt sic dici, quia sunt interdū iniquitatis occasio. Vnde dicit Ambr. Sicut diuitiæ impedimēta sunt reprobis, ita probis sunt adiumenta uirtutis. Hæc ille. Quinto quia interdum illicito actu, uel affectu acquiruntur, utputa per meretricium, quā uis ipsæ tunc licitè percipiātur. Qualitercūque autem dicantur dummodo non dicātur iniquæ quia iniusto titulo tenentur tanquam alienæ res, de quib. certum est cuius sint, de eis potest & debet eleemosina fieri. Quidam tamen ut testatur Aug & Mag. hi. ista male intelligētes rapiunt vni ut largiātur alteri, non intelligentes q̄ qui offert sacrificium de substantia pauperis ac si uictimet filium in conspectu patris [Vt cùm defeceritis] per mortem [recipiant uos in æterna tabernacula] Hoc autē dupliciter intelligitur. Vno modo ut nostri receptores sint ipsi pauperes quos amicos per eleemosinas facimus. Et sic uidetur intelligere Augustin. & Chrysosto. Recipiunt autem isti nos in æterna tabernacula dupliciter, ut dictum est, scilicet testimonium reddendo pro diuite misericorde, & etiam suis meritis & precibus iuuando si beati sunt, & iusti. Alio modo secūdum Ambr. intelligitur ut recipiant nos nō ipsi pauperes, sed Angeli & sancti patriæ qui efficiuntur nobis amici dum pauperum miseremur. Sed quomodo sancti suscipiūt animas; Dico quòd suscipiunt primo coassistendo Deo suscipienti tanquam amici, & gaudendo de susceptione. Secundo quia in ipsa hora mortis adsunt Angeli ut de Lazaro supra patuit, & animas ad cœlum defe

tunt

runt uel saltem associant ut lætitiam ostendant, & ut à dæmonibus defensent. Tertio qui allegant merita quibus animæ sunt dignæ suscipi,& pro eis ferunt testimonium.

Sed quæritur. Quæ,& ubi sunt tabernacula. Non enim possunt esse in cęlo, quia esset foraminibus plenum, quòd est irrationabile. Ad hoc dico ꝙ scđm doctrinã sanctorum,& præcipue sancti Thom. in multis locis, cœlum est incorruptibile,& consequenter non frangibile, ideo beatum corpus nõ diuidet ipsum cælum, sed sine diuisione penetrabit, ita ꝙ duo corpora erunt simul, ut idem dicit in multis locis. Nulla igitur erit actualis superficies cœli intra concauam & connexam eius sed in potentia tantum. Tabernaculum ergo cuiuslibet sancti propriũ est ipsa superficies potentialis in cęlo quam imaginamur æqualem superficiei corporis eius. Pro hoc uide Capreolum.2.distinctio.2. Tabernaculum autem commune est ipsa superficies cœli connexa. Erunt autem ista tabernacula uiciniora à loco, seu tabernaculo, in quo est Christus secundum differẽtiã meritorum, ut dicit Ioann. Nider, unde in cęlo post resurrectionem erit etiam corporalis ordo.

Sed dubitatur ubi erit sedes regia Christi ut circumquaque sanctorũ corpora possint assistere. Dico probabiliter quòd erit in ea parte cœli quę est supra Hierusalem sicut montem oliueti, ubi est passus,& unde ascendit,& ubi iudicabit. Hæc ergo tabernacula per eleemosynas Christus vult nos assequi. Cyril. Sic ergo docebat Christus affluẽtes diuitiis summopere deligere amicitiam pauperum, & thesaurizare in cœlis. Hæc ille.

Moraliter saluator in hoc Euangelio docet nos amicitiam facere. Dicit ergo primo ꝙ amicitiam faciamus. Sed aliquando est amicitia bonorũ cum bonis, quæ sola est uera amicitia scđm Tulliũ. Sed tamen oportet obseruare hæc quæ obseruant qui volunt argẽtum per alchimiam incorporare cum auro impedientia ueram unionem, scilicet uẽtum, idest superbiam,& pulueres, idest cupiditatem,& humiditates, idest obscena. Aliquando est bonorum cum malis & ecõuerso, quæ est periculosa bonis, licet aliquãdo malis sit fructuosa, quia corrũpuntur in uita, inquinantur in conscientia, & offuscantur in fama. Sic uinũ scđm Chrysosto. super Matth. corrumpitur ab aceto, non econuerso,& lutum farinam coinquinat, non econtratio,& aurum pallescit argento. non ecõuerso. Tertia est malorum cum malis, quæ raro cedit in bonum. Secũdo docet quomodo eam faciamus. quia de mammona iniquitatis. i. dando magis quã accipiendo si possibile est. Nam amicitia tãto est perfectior quãto diuino amori similior, qui nõ est gratia accipiendi sed dandi. Deus enim operatur propter suam bonitatem communicandam, non autem acquirendam, cũm eam habeat neque perficiendã. cùm sit infinite pfecta, ũde scđm Auicennã solius primi principii actio est mere liberalis, q̃a omnis creatura operãdo intendit suã perfectionem acquirere, uel augere, licet non semper intendat commodum corporale.

Tertio ostendit propter quid sit facienda cum pauperibus, quia ut cùm defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula, quę scilicet nos edificamus eleemosinis. Vbi nota ꝙ aliqui sibi edificant domum in inferno ut ualde mali. Quidam in cœlo, ut ualde boni, edificantes auro amoris Dei, & argento amoris proximi, & lapidibus præciosis bonorum operum. Quidã uero in cęlo simul & in purgatio, ut mediocriter boni. Edificant autem in purgatorio de ligno, feno,& stipula, ut patet 1. Corin. 3. Per quæ quidam gradus peccatorũ designatur igne purgatorii purgandorum.

Domini, 10. post Trinitatem.

Textus euang. Luc. c. 19.



CVM appropinquaret dominus Hierusalẽ, uidẽs ciuitatẽ fleuit sup illã dicẽs. Quia si cognouisses & tu. Et quidẽ in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abscendita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te, & coangustabunt te undique, &

ad terram prosternēt te,& filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidē super lapidē eo quod nō cognoueris tempus visitationis tuę. Et ingressus in templum, cępit eiicere uendentes in illo, & ementes, dicēs illis. Scriptum est,quia domus mea domus orationis est,uos autē fecistis illam speluncam latronū. Et erat docens quotidie in templo.

CVm appropinquasset Iesus Hierusalem &c.] Luc. 19. Sicut dicitur in mitrali, p̄sens Euāgelium mense Augusti recitatur quia in mense tali ciuitas Hierusa'ē prius à Nabuchodonosor rege Babylonis,postea à Romanis euersa est.In eo autem tanguntur tria puncta quæ sunt Cordialis compassio, Prophetalis præmonitio, & moralis occasio.

PRimum igitur est quomodo Christus huic ciuitati compassus est. Et quo ad literalem quidem sensum, sciendum est ꝙ iste aduentus domini ad Hierusalem est ille in quo cū ramis oliuarum,& populi clamoribus intrauit, ut patet ex Euangelio Matt. 21.& Lu.19.

Ad intellectū quoque præsentis Euangelii præsupponūtur omnia quæ scripsimus in prima dominica de aduentu domini. Cùm ergo dominus descendens de monte oliueti cū tanta gloria,ciuitati propinquasset,& uidisset eam,ex compassione fleuit.

Notā ꝙ Christus legitur fleuisse pluries. Primò in natiuitate sua, iuxta illud Sap.7. Primā uocē similē omnibus emisi plorans. Secundo in Lazari suscitatione. Io.11.Et lachrymatus est Iesus. Tertio in hac solenni processione. Quarto in sua passione.Hebre. 5.Cū clamore ualido & lachrymis &c.Hæc sunt quatuor flumina quæ de paradiso prodierunt Gen.2. ad totius mundi ablutionē & refrigerationē,fæcūdationem,&potationē.Sed uidetur ꝙ hic incōgrue fleuerit, quia scd'm Psal.Lętabitur iustus cum uiderit uindictam. Ad hoc dicit Gorra,ꝙ cū peccatores affliguntur,licet sit cōgaudendum æquitati punientis, tamen etiā est flendum cōpatiendo naturæ patiētis.Vel ut idem dicit, licet flere pro periclitātibus, sed ꝓ damnatis iā periclitatis cōgaudendū iustitiæ,& æquitati diuinæ cōtra eorū ꝑtinacē malitiā.

Nota etiā ꝙ ciuitas tota uideri poterat ex ipso monte olиueti quo ad edificia, sed Christus ei appropinquans aliter eam uidit puta quia uidit homines ciuitatis in spectaculis lætos, quos breui tēpore nouerat sua mala deploraturos,Gre.i home.Fleuit pius redemptor ruinam perfidæ ciuitatis,quā ipsa ciuitas sibi nō cognoscebant esse uēturā. Hęc ille. Cyrillus. Miserebatur illorū Christus qui omnes homines vult saluari, quod nobis non patuisset,nisi per aliquod humanum fieret euidens.Effusæ enim lachrymæ sunt signa tristitiæ. Hæc ille. Sequitur[dicens.Si cognouisses & tu].s. fleres mecū ò Hierusalē, quæ modo quia futura mala nō nosti,lętaris.

Sciendum autem ꝙ nostra sunt quib. ad libitū uti possumus.Dies ergo dr̄ nr̄a,& nō Dei in qua complementum habemus propriæ uolūtatis in uoluptatibus,& uitiis.Hierusalem ergo in tali sua die habebat ea quæ pertinebant ad pacem eius temporalem,diuitias.s.& delitia,& mūdanos honores.Vnde subditur[Et quidem in hac die] non dicit,in hoc anno,ut ostēdat temporis breuitatem[tua]in qua.s.tuam comples uolūtatem ò Hierusalem,habes[quæ ad pacem tibi] i.ad tuam pertinent pacem. Vel aliter. O Hierusalem[& quidem in hac die tua]lætaris [quæ] dies [ad pacem tibi] est. Causa uero præsentis letitiæ erat ignorantia futuri mali,quia.s.nō cōsiderabat offensam Dei præteritam,& præsentem,& futurā quo ad mortem Christi,& consequenter etiam nō cogitabat sui desolationē ꝙ peste,fame,ferro,& flammis euertēda esset.Ideo subditur [Nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis] .s.futura mala.Greg.Si a cordis eius oculis mala quæ imminent abscondita non fuissent, læta in præsentibus prosperis non fuisset.Hæc ille. Quantum uero ad sensum allegoricū sciendum est ꝙ Hierusalē significat Ecclesiā militātē,quæ per orbē dispersa est, quam Christianitatē dicimus.Huic ecclesiæ Christus appropinquat tripliciter.Vno modo per carnis assumptionē, quia frater noster effectus est.Bern.Puto ꝙ me iā despicere nō poteritis os ex ossibus meis,&caro ex

carne

carne mea. Alio modo per misericordiã. Vnde dicitur Zach. 1. Conuertimini ad me dicit dominus exercituum, s. per pœnitentiam, & ego couertar ad vos, s. clementer per misericordiam, & veniã. Alio modo per fidem. Fides enim est ianua per quam intrat Christus ad animam. Vnde motus fidei in iustificatione impij est primum, secundum S. Tho. in 4. sententia. Et sine fide impossibile est placere Deo, ad Heb. 11. Christus ergo sedens super asinam nostræ humanitatis, & veniens ex monte oliuarum, idest misericordiæ quandiu nos tolerauit, & exercens per ministros suos officium sanctæ prædicationis quo de credendis, & agendis docemur, appropinquat ecclesiæ militanti. Et uidens eam virtutibus vacuam quo ad multos, & plenã vitiis, i. luxuria, superbia, auaritia, symonia, in iustitia, & huiusmodi. Videns quoque, quia in exilio lætatur uane, & inaniter, ignorans quæ mala sunt ei ventura, quo ad singulos in vita, & in morte, & quo ad omnes per bella, & famẽ, & pestem, & persecutionem Antichristi, flet super illã; nõ quia vere doleat, quia neque Deus, neq; homo beatus potest dolere, sed quia ad modum flentis se habet. Isto enim modo possumus etiã dicere illud Hiere. 33. Angeli pacis amare flebunt. Vellent enim Deus, & beati nostram salutẽ voluntate antecedente, & si nõ consequenti, vt patet ex S Th. 1. par. q. 19. art. 6. Plorat etiam Christus vere super ecclesia sua non per seipsum, sed per seruos suos quos replet amaritudine super iniquitatibus, quæ fiunt in clero, & in populo, quem sibi suo cruore comparauit. O quantum modo ecclesia deflenda est, sed post tenebras spero lucem. Vere annum nunc agimus 1500. qñ hoc opus vltimo castigatum est, vere annum agimus iubilæi, in quo taliter in Christianos aguntur Christiani, vt inimicus fidei teucer q̃ iam in viscera Italiæ parat irrũpere, pro remedio expectetur, immo & expectatur. Sed omnipotentia, & infinita misericordia Dei nostri, & Saluatoris Iesu Christi ex malis summis, vt credo eliciet maxima bona. Credo n. in vnum Deũ, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Credo filiũ Dei de Virgine natum, crucifixum, mortuũ, & sepultũ, resurrexisse, & sedere ad dexterã Dei, ac sponsam q̃ sibi suo sanguine cõparauit dulciter amare.

Quantum vero ad sensum anagogicum sciendum est, ꝙ quando aliquid est figura alterius non est necesse, immo aliquando est impossibile ꝙ ea quæ dicuntur de figura verificentur de figurato, sed quæ de figura dicuntur inquantum est figura, illa dicuntur etiã de figurato. Exemplum huius est si Hercules habeat marmoream statuam, si dicas, hæc statua, vel imago habet nasum aquilinum, vel faciem uenustam, eadem & de Hercule dici poterunt. Secus vero si dicas, hæc statua est marmorea, non .n. Hercules erit marmoreus. Eodem modo cum Hierusalem sit figura supernæ patriæ, quæ dicuntur de Hierusalem materiali inquantum differt à cœlesti, vtputa quòd est à Deo punienda, ista non possunt intelligi de cœlesti.

Sciendum etiam est, ꝙ quæcunq; sunt in aliquo similia, necessario etiam sunt dissimilia in alio Si .n. in nullo essent dissimilia, iam non distinguerentur in aliquo, & consequenter non essent plura, & consequenter et non essent similia. Vnde & boni dialectici cõcludunt, ꝙ quæ sunt similia inquantũ sunt similia, sunt dissimilia, stante ly inquantũ replicatiuè, & non specificatiue. Ex his sequitur ꝙ iste passus Euãgelii nõ potest exponi anagogice quãtũ ad omnia, vtputa quantum ad hoc quod dicitur ꝙ abscondita sunt mala ab oculis eius, sed solum quantum ad aliqua, puta quòd Christus appropinquabat ei, & hmõi. Dicamus ergo quòd superna Hierusalem, qñ diabolus peccauit fuit destituta suis ciuibus, non qui iam illam intrauerant, quia diabolus nũquã fuit beatus, vt patet 1. q. 61. art. 4. sed qui illam mox fuerant ingressuri, q. a Angelus per vnicum opus meritorium meretur fœlicitatem, quam & statim accipit, nisi p̃stiterit impedimentum, vt patet 1. q. 62. art. 5. Hinc est quòd Saluator noster in parabola de habente centũ oues quarũ nonagintanouẽ reliquit in deserto, ipsum cœlum appellauit desertum, idest derelictum, secundũ B. Greg. Saluator ergo noster ex sua misericordia, vtpote descendens ex Monte Oliuarũ, ascendens asinæ nostræ mortalitatis per incarnationem, & iter per mundũ faciens benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, vt dixit beatus Petrus Act. 10. Appropinquauit Hierusalem cœlesti, quia in omnibus suis operibus deliberatis merebatur, vt patet 3. in de. 81. veri. q. 26. Cœlesti aũt patriæ p̃ merita pro-

pinquamus Et licet semper Christus fleuerit ruinam supernæ ciuitatis.i.desideraueris eius restaurationem,hoc tamẽ maxime fuit quando ei erat propinquus, utputa tẽpore suæ benedictæ passions quando dixit sirio. De hoc fletu.i.desiderio restaurãdæ cælestis Hierusalem quod Christus habuit , dicit sic Aug.in lib.supputationum,quam benignus amator hominũ filius tuus Deus noster, cuius piis uisceri b. non satis uisum est ut se inclinaret factus homo,de uera uirgine natus nisi etiã subiret crucis suspendiũ effuso sanguine propter nos,& propter nostrã salutẽ uenit pius Deus propietate , quærere saluũ facere quod perierat, quæsiuit ouẽ perditã, quæsiuit & inuenit, in humeris suis ad caulas gregis portãs pius Deus,& uere pius pastor.Hæc ille.Et multa alia.

Quantum uero ad sensum moralẽ sciendum est quòd Iesus interpretatur Saluator, & significat eũ qui se,& alios cupit saluare. In hoc ergo quòd Iesus fleuit in tanta gloria positus,docetur quilibet qui vult ad cælestem Hierusalem proficisci , ut lætitiã suã mundanam,& temporalem temperet cogitãdo aliquid triste,puta siquis habet lætitiã de uxore , debet cogitare quòd poterit esse impudica.Ideo dicitˀ Ecclesia.11. In die bonorum ne immemor sis malorum.Similiter etiam quilibet talis debet flere super Hierusalem,idest animam destitutam gratia Dei, quæ effusa in lætitiam,& uanitates nõ cogitat uentura sibi mala.Et nota ut dictum est quòd Christus fleuisse legitˀ quinquies,licet in scriputa nõ nisi quater tantũ.Primò in infantili necessitate,& secundo ex compassione,ut hic,& tertio ex amore ut super Lazaro mortuo. Io.11.Et quarto ex pietate uiscerosa super peccato Iudæ proditoris ut restatur Aug.in quodam sermone,& Euãgelista innuit q dicit.ꝙ turbatus dixit. Vnus uestrũ me tradet , quod tamẽ ex scriptura nõ habetur.& quinto existens in cruce Heb.5. Et hoc fuit ad significãdũ ꝙ quinque debemus plangere,idest miseriam huius uitæ,& proximi calamitatem , & eos qui sunt in peccatis mortui,& prælatos & clericos cadẽtes velut Iuda , & etiam peccata nostra in cruce pœnitentiæ positi . Et hæc de primo puncto Euangelii de quo diffusius dictum est ; quia ab hoc Euangelio nostram auream rosam edere cepimus.

Secundum punctum quod tangitur in Euangelio est quomodo Christus prædixit huius perfidæ ciuitatis ruinam,cùm diceretur[quia uenient dies &c.]

Et quantum ad sensum quidem literalẽ sciendum est.ꝙ circa 42.annum à passione domini Nero Imperator Vespasianũ misit vt iudeã rebellem subiugaret imperio. Qui iussa complens,postquam omnem iudeę regionem armis occupauit excepta Hierusalem creatus est Imperator, & Titus eius filius bellum pro patre suscepit . Et obsidẽs Hierusalẽ,tres aggeres.i.fortalitia ex lignis & terra.& omni materia quæ modo uocantur bastioni fecit, & uallum super eos,idest reparum,ex uallis.i.palis. Destructis autem aggeribus per iudæos, edificatur murum,in circuitu muri ciuitatis cum tredecim castellis,seu fortaliciis.Hæc enĩ omnia asserit Iosephus lib.5.de bello iudaico.

Et hoc est quod dicit Saluator [quia uenient dies in te]idest contra te [& circundabunt te inimici tui uallo] Romani. Dicitur autem hic uallũ sedm aliquos fossa, licet summi possit etiam pro reparo facto ex uallis.i. palis,uel generaliter pro quacunque clausura[& circundabunt te] uallo ut dictũ est [& coangustabũt]sagittis, & armis[te undiq] ut ex nulla parte possit ibi accipere alimenta[& ad terram prosternent te] subuersis muris,& cõbusto tẽplo,& palatiis[& filios tuos qui in te sunt]idest ciues tuos qui fuerũt occisi,uel capti.

Est autem sciendum ꝙ peracto bello iudei qui latuerant in cauernis sicut historiæ docent,reuersi sunt ad habitandum Hierusalem.Propter quòd Romani indignati,miserunt Helium Adrianum, qui ciuitatem funditus usque ad fundamẽta dissipauit,& edificauit ibi prope ad Aquilionem ciuitaculã, quam appellauit Heliam,& multo tempore sic dicta est Et locũ patibuli seu iustitiæ qui erat extra ciuitatem inclusit intra muros. Ideo subiungitur [Et non relinquẽt in te lapidem super lapidem] Subiungit autẽ causam euersionis eius dicens[eo ꝙ nõ cognoueris tẽpus uisitationis tuæ] id est incarnationis , qua eam Christus personaliter uisitauit.Hoc enim mysterium hæc ciuitas non cognouit.id est se non cognoscere ostẽdit, quia Christum non suscepit, sed occidit Sed tamẽ reuera cognouerunt maiores eũ esse hæredem

hæredem, & Christum in lege promissum, vt patet per S.Tho.3.q.47.

Est autem sciendum secundum Iosephū 7 de Bello Iudaico.c.15.ꝙ toto tpe obsidionis cesa fuisse dnr decies centena milia Iudæorū,& captiuata nonaginta. & septē milia uel circa, ita ꝙ ut dicit Hug.flor.iā cē. nō defuerunt qui triginta mācipia uno numismate mercarentur. Et ne ista alicui videantur incredibilia, hocibi Iosephus probat,q̃a circa festum paschæ facta est obsidio,& intra ciuitatē conclusus est fere oīs populus Iudæorum. Nec debet alicui iste numerus videri impossibilis, quia sicut idem dicit circa dies azymorum obsessa est ciuitas, quando maxima multitudo ex longinquo ad sanctum pascha aduenerat. Vnde & idem dicit quòd alias super cestio in festo paschæ immolatæ sunt hostiæ ducente quinquaginta sex milia, & tamen ad quamlibet hostiā comedendam saltem decem homines mundi concurrebant. In ciuitate autem obsidionis tempore fuerunt seditiones maxime,& tanta fames vt mater filium suum comederit, vt testatur qui supra.

Quantum ad sensum autem allegoricum sciēdum est ꝙ Christus est Rex, cuius regnū non est de hoc mundo. idest non est temporale, sed spirituale,& habet duas prouincias scilicet Ecclesiam militantem,& triumphātem,& vtraque dicitur Regnum cœlorū. In vna regnat Christus personaliter, in alia ꝑ uicarium suum. Vtrunque autē Regnū æternum est quia etiā ipsi ecclesiæ militanti nūquam in hoc mundo succedet aliud regnū, quia nauicula beati Petri periclitatur, sed non summergitur. Ista sentētia patet Dan. 2.ubi ad literā loquens de regnis huius mūdi, ait. In diebus autem regnorum illorū suscitabit Deus, cœli regnū, quod in æternum non dissipabitur.& regnum eius populo alteri non tradetur. Comminuet autem & cōsumet vniuersa regna hęc,& ipsum stabit in æternū. Et infra c.7. loquēs de monarchiis quatuor mundi, subiungit de regno Christi dicens. Potestas eius, potestas æterna q̃ nō auferetur & regnum quod non corrumpetur. Et infra in eodem colloquēs de fine monarchiæ Romanorum,& principio Ecclesiæ ait. Regnū aūt,& potestas,& magnitudo regni q̃ est subter omne cęlū detur populo sāctorū altissimi, cuius regnū sempiternū,& omnes reges seruient ei,& obediēt. Vnde S. Tho.1.2 q.6.ar.ult.ad ultimum,& super epistolam ad Ro. c.10. lect. 3. tenet cum Augu.in epistola ad Esichium ꝙ adhuc prædicabitur euangelium in toto mundo cū pleno effectu, ita s.ꝙ Ecclesia fundabitur in toto orbe, quo facto, ueniet mundi cōsummatio. Licet aūr ita sit, tamē Ecclesia passa est multas tribulationes & patietur in posterū quoad aliquas sui partes ꝑpter cleri populique flagitia. Et isto modo Christus allegoricè pronunciat ruinam ecclesiæ, eo ꝙ ipsa non cognoscit tempus suæ spiritualis uisitationis per religiosos diuersorum ordinū magnæ sanctitatis & doctrinæ, & eloquentiæ. Quibus dùm ciuitates aures nō ꝑbent, interdum funditus destruuntur Aug. Omne bonū genus præcepta uitæ accepit, quæ si ab omnibus seruatētur, respublica lōga, & magna pace potiretur. Sed quoniam noluimus audire prædicatores, sentimus barbaros uastatores. Hæc ille. Sensum anagogicum in hac parte non uideo.

Et ideo quantum ad moralem. Sciendū est, ꝙ Hierusalem ciuitas iniqua animam significat peccatricem, ad quam Christus loquitur dicens. Infelix anima, venient dies in te, i. dies mortis, & circundabunt te inimici tui, idest dæmones, vallo desperationis, obiiciendo tibi undique peccata. Et ad terram prosternent te, quia caro in sepulchro & tu in inferno sepelieris Et filios tuos q. in te sunt, i. opera tua uel imitatores tuos ut tecum sint in pœna. Et nō relinquent in te lapidem super lapidem, i. cogitationes omnes discutiēt & obiicient tibi. eo ꝙ non cognoueris, i. cognoscere nolueris tempus uisitationis tuæ, quando te Deus inspirabat ad bonum. Et hæc de secundo.

Tertium quod tangitur in euangelio est, quia Christus ostendit, unde originem traxit exitialis malitia populi, à sacerdotibus scilicet colentibus Deum in templo, & hæc ibi. Et ingressus in templo &c.

Quantum ergo ad sensum literalem uide primo quæ de isto tēplo scripsimus feria secunda quartæ dominicæ quadragesimæ. Deinde scito quòd Chrysost. sic dicit in home. Quia narrauerat mala uentura, protinus templum ingressus est, ut de illo uendentes,& ementes eiiceret, ostendens quia rui-

na

na populi maxime ex culpa sacerdotũ fuit. Hæc ille. Sacerdotium enim vt idem dicit, est sicut stomachus in corpore, quo languẽte non potest esse sanitas.

Notãdum etiam est, vt ex Euãgelio elicitur, quod Christus bis eiecit vendentes de templo, semel post conuersionẽ aquæ in vinum in festo paschæ, vt solus Ioannes testatur 2. capit & alia vice in die palmarum, de qua loquitur Luc. & Marc. 11 & Matth. 22. Alia autem pertinentia ad sensum literalẽ huius partis dicimus vbi supra.

Quantum autem ad sensum allegoricum sciendum est, quod per templũ significatur Ecclesia, in qua vendẽtes sunt symoniaci q. vendunt gratiã spiritussancti, seu ordinata ad gratiam, idest res sacras Vnde isti uenditores dicuntur vendidisse columbas, vt testatur Matth. 21. Per columbam autem significatur spiritussanctus, qui super Christum apparuit in columba. Hos Christus eijcit aliquando priuando eos beneficiis de facto, uel saltem de iure, & priuando gratia sua, & infligẽdo multas pœnas de iure, & aliquando de facto.

Quantum ad sensum anagogicum hæc pars non videtur habere sensum multũ congruum, eo quòd de cęlesti patria nullus possit expelli. Ideo moraliter sciendũ est quòd templum Ecclesiam significat, quæ ad quatuor est facta vt ex præsenti Euãgelio colligitur. Primò vt sit habitatio Dei, ideo dicitur [Domus mea] idest mihi ad habitandũ electa. Secundò vt in ea Christum oremus, ideo subditur [domus orationis est] Tertiò vt in ea Christus laudetur, vnde Matth. 21. dicitur quòd pueri laudabant Christum in templo, clamãtes Osanna filio Dauid Quartò est facta ad docẽdũ, vnde subditur [Erat quotidie docens in templo] Nullus ergo debet ecclesiam ingredi in qua Deus habitat, quin sit amicus Dei per dolorem de peccatis suis neque debet ibi esse nisi oret uel laudet Deum, vel audiat verbum Dei quòd est laudare Deum, & sua salute consulere.

Dominica 11. post Trinitatem.

Textus Euang. Luc. c. 18.

Dixit Iesus ad quosdam qui in se cõfidebant tanquam iusti, et aspernabantur cæteros parabolã istam. Duo homines ascenderũt in tẽplũ vt orarẽt, vnus pharisæus, & alter publicanus. Pharisęus stans hoc apud se orabat. Deus gratias ago tibi q̃a nõ sũ sicut cæteri hoĩes, raptores, iniusti, adulteri, velut ẽt hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ q̃ possideo. Et publicanus lõge stans nolebat nec oculos ad cœlũ leuare, sed percutiebat pectus suũ dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domũ suã ab illo. Quia oĩs qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Dixit Iesus ad quosdã q. in se cõfidebãt &c. Luc. 18. Theo. Quia superbia plusquã aliæ passiones vexat hominum mẽtes, ideo dominus crebrius de hac monet. Hæc ille. Præsens ergo Euangelium totum est cõtra superbos. Et in eo tanguntur tria puncta, quæ sunt, Exaltatio, humiliatio, iustificatio.

Quantum ad primum literaliter sciẽdũ est q͞ sicut testatur Iosephus, & Magi. Hi. apud Iudæos tres fuerunt religiosorũ sectæ, à communi conuersatione reliquorũ vita, & opinione distãtes. Pharisæi quidem, i. diuisi dicti sunt, quia à reliquis erãt diuisi in habitu, quia habebant decẽ præcepta legis scripta in chartis, quasi in fronte, & manibus portabant, ostendẽtes se Dei legẽ in corde, & opere velle habere, q̃ chartæ dicebantur philateria, à phlaxe quod est seruare, & thorath quod legẽ sonat. Habebãt ẽt in angulis palliorũ fimbrias maiores aliis quibus alligabant

gabant spinas, vt dùm ambulando pungentur in calcaneis, diuinæ legis recordarentur. Isti fuerunt superbi, auari, & hypocritæ, & tant æ authoritatis in populo vt tradit Iosephus, quod facile possent suadere quæ uoluissent. Hi licet ponant libertatem arbitrii, tamen dicunt fatum, id est influxum siderum multum hominem iuuare, vel impedire. Iudiciũ esse futurum dicunt, & animas hominum solas immortales. Solas autem animas bonorum, in morte transire ad alia corpora viuificanda vsque ad resurrectionẽ. Malorum autem animas, ęternis carceribus detrudi affirmant. Saducæi vero negant fatum, omnia consistere dicentes in hominis arbitrio. Animarum post mortem, generaliter negant vel supplicia vel honores. Animas etiam cum corporibus mori putantes, resurrectionem futuram negant. Hi seueri nimis erant, nec inter se sociales, ob quã se ueritatem saducæos, id est iustos se nominabant. Ipsi vero ferè in omnibus ducebant vitam monasticã, nuptias fastidiẽtes, adeo vt rati nuberent, nõ quia connubia perimẽda censerent, sed cauendam intemperantiã fœminarum, nullam earũ fidem seruare putantes. Hi viuebant in communi, & cum silẽtio manducabant. Iuramentum habebãt pro periurio. Sectæ suæ nullum adhibebant nisi sub anni probatione, receptũ vero duobus annis experiri volebãt. Deprehẽsum in peccatis à se depellebant, & more pecudum herbas comedentes, vsque ad mortẽ pœnitẽt. Cùm decem simul sederent, nullus loquebatur nisi nouem consentirent. Adeo obseruabant sabbatum, quod ea die aluum non purgabãt. Cùm egerebant superflua obtegebãtur vndique veste, ne splendorem diuinitatis offenderent. Egesta vero, sepelliebant in fossa prius ad hoc parata Mortem pro iustitia, iudicabant immortalitate meliorem. Omnes animas à principio dicunt creatas, sed pro temporibus incorporari. Bonas exutas corporibus vltra mare i locis amęnis lætari dicunt, malis loca procellosa, & hibernia deputantes in pœnam Hæc oĩa habentur à supradictis. Volens ergo Christus dare exemplum, vel similitudinem de aliquo superbo, induxit pharisæum in mediũ. Theo. Parabolam proponit ostendens, quod iustitia (quamuis approximet Deo) si tamen assumat superbiam infimum deiicit hominem. Hæc ille. Dicit ergo euãgelista [Dixit Iesu]. ad q.q. in se. con tãquam iusti secũdum Theso Isti sunt superbi, qui sibi & nõ Deo ascribũt bona quæ faciunt. Notanter autẽ dixit ad quosdã, id est superbos, quia multi sunt alii tan quam iusti, & non vere iusti, quia quadruplex est iustitia non iusta Prima est præsumpta. Rom. 10. ignorant Dei iustitiã & suam &c. Secunda falsa, de qua Greg. Vera. iustitia compassionem habet &c. Tertia simulata de qua Aug. Simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas. Quarta superstitiosa de qua Ecclesiastes. 7. Noli esse nimis iustus [Et aspernabantur cæte.] i. cõtemnebant [parabolã istam dicens] Ex hoc patet quod non fuit vera historia, & consequẽter sensus literalis non est quem uoces propriè significant, sed quem methaphoricè, quia per pharisæum intelligitur superbus, per publicanum humilis, & hoc literaliter [Duo homines ascendebant in templum] Ad literam templum erat in monte, & per gradus ascendebatur in illud, vt patet ex Iosepho in multis locis [Vt orarent] sed vnus orauit, alius merita iactauit [Vnus pharisæus] qui scilicet tanquam religiosus erat, iustus in oculis suis [alter publicanus] Quidam publicanos credunt dici publicos usurarios, & ob hoc beatum Matt. tamquã publicanum vsurarium fuisse asserunt, sed hii falluntur, quia publicani dicti sunt qui publica vectigalia exigebant, quos nos datiarios dicimus. Ista enim est sententia S. Tho. quarto dist. 16 & Nico. de Ly. & Hugo. Cardinalis, & glo. Matt 5. & Remigii. Communiter autem tales viri sunt homines diabolici. Sequitur [Pharisæus autem stans] scilicet sup pedes suos, cum se debuisset corã Deo humiliando prosternere. Theo. Per hoc quod dicit stans, elatum eius animum notat. Ipso enim habitu superbissimus videbatur. Hæc ille [Apud se orabat dicẽs] Basilius. Dicit autem apud se orabat, quasi non apud Deum, quia ad seipsum redibat per peccatum superbiæ. Vnde sequit [Gratias tibi ago &c.] Hæc ille. Est autem sciendum quod iustitia habet duas partes quibus integratur. & perficitur, quæ sunt declinare à malo, & facere bonum. Vtrunque aũt sibi iste superbus ascribit. Et primo dicit a se mala declinasse dicẽs [Gratias tibi, &c.] Augu. de verbis domini. Non reprehenditur quia Deo gratias agebat,

bat, sed quia nihil sibi adiei cupiebat. Ergo iam abundas secūdū suā opinionē. Non est ꝙ iste nō fuit bonus, ergo quia primo se accusasset ꝓ cōfiteor, deinde orasset, deide vltimo reinisisset gratias vt sacerdos dicēdo, ite missa est, Deo gratias. Sequitur [Quia nō sū sicut cæteri hominū] Aug. ubi supra. Diceret saltē sicut multi homines. Quid est cæteri hoīes nisi omnes præter ipsum? Ego inquit iustus sum, cæteri peccatores. Hæc ille. [Raptores, iniusti, adulteri]. Ecce quod alis à se tria vitia imponit. Sed quia iuxta se publicanum vidit, fuit ei secundum August de verb. do. maioris tumoris occasio. Vnde subditur [velut etiam hic publicanus] Chrysost. Non satiauerat eius contemptum tota humana natura, sed & publicanum aggressus est. Hæc ille. Grego. 23. moralium. Quatuor sunt species, quibus omnis arrogantium tumor demonstratur, cùm bonum aut à semet ipsis habere se existimant, aut si sibi datum desuper credunt, pro suis hoc accepisse meritis putant, aut certe cùm iactant se habere, quod non habent, aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere quod habent. Vnde & pharisæus hic bonorum operū sibi merita tribuit. Hæc ille. Cùm autem superbia dicatur tripliciter, s. inclinatio ad superbiendum, quæ est radix vel initium omnis peccati, & elatio contra præceptum, & appetitus excellentiæ inordinatus, loquēdo de ea vt est peccatum, scilicet secundo & tertio modo, dicendum est, secundum doctrinam S. Tho. 2. 2. q. 162 & ma. qō. 8. ar. 2. quòd superbia est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ. Et vt patet 1. dist. 5. q. 1. ar. 3 & 12. q. 44. ar. 2. & alijs locis prææallegatis superbia quæ est peccatum, & est inordinatus appetitus excellentiæ, dupliciter dicitur, & est peccatum. Nam si iste inordinatus appetitus sit circa excellentiam cui exhibetur honor; puta vestes, & diuitias, & huiusmodi sic superbia est speciale peccatū. Si vero sit circa excellentiam in vna quaque re, puta delectatione fornicationis, & sic de alijs, sic est quoddam generale repertum in omni peccato, quia est actualis eleuatio cōtra præceptum superioris. Hoc enim est inordinate appetere excellētiam velle habere aliquid cōtra legem superiorum cui debet subesse. Iste enim appetitus excellētiæ generaliter si sit ordinatus, non est peccatum, sed est naturalis. Est autem inordinatus quādo exceditur regula, & mensura secundū quā Deus vult nos appetere excellentiam, vt si pauper & vilis appetat vti aurais vestibus, vel habere diuitias per rapinam vel habere venereā delectationem extra matrimoniū, aut si generaliter aliquid vellet quis lege prohibente. Peccatum ergo quod est superbia generalis est contemptus diuinæ legis, vel diuini præcepti quòd excedimus. Est autem diligenter considerandum quod dupliciter quis contemnit diuinam legem. Vno modo secundum effectum, vt quando quis fornicatur ex fragilitate, dolens tamen aliquo modo quod Deū offendat, & ꝙ agat contra diuinam legem, ita quod libentissime si posset velle complere desiderium suū, sine offensa Dei. Iste contemptus est quidē peccatum superbiæ materialiter, sed nō est ex superbia nec per superbiā, sed ex infirmitate. Isto modo superbia inuenitur in omni peccato, & est quoddam generale vt dictū est, quia in omni peccato quis prosequitur excellentiam aliquam vltra diuinam legē, puta excellentiam voluptatis, aut diuitiarū, aut honorū, vel huiusmodi. Sed isto modo non est maximum peccatū. Alio modo qꝫ contemnit diuinam legem, & regulam secūdum affectū, quia scilicet non peccat ex infirmitate, vel ignorantia, vel huiusmodi, sed ipsam legem Dei despicit, & in despectum Dei operatur, & hoc proprie est superbire formaliter, & ex superbia peccare. Vnde dicit Boe. quod cætera uitia fugiunt à Deo, sed superbia ei se opponit. Vnde etiā Iaco. 4. dicitur. Deus superbis resistit. Resistentia autem non est nisi ad contraria pugnātem. Isto modo est maximum peccatum, q̄a aggrauat omne peccatum cum nullum sit ita magnum de se, quod non fiat grauius si ex cōtemptu fiat. Quomodo autem intelligē dæ sint istæ species quas assignat Greg. & ad quam superbiam pertineant, vide S. Tho. vbi supra. Quia ergo pharisęus se dixit declinate à malo, consequenter se dicit proseq̄ bonum secundum Theophi. Nam sequitur [Ieiuno bis in sabbato, id est in septimana. s. feria 2. & 5. secundum Theo. His enim diebus vt dicit, ieiunabant Pharisæi. Sabbatū enim tripliciter sumitur. Primo ꝓ septima die septimanæ vt Exodi 20 memēto vt diē sabbati sanctifices, secundo pro tota septimana

mana, vt hic, tertio pro qualibet die septima næ vt Mar. 16. valde mane vna sabbatorũ. Vide quæ de hoc dicũtur in sabbato sãcto [decimas do omnium quæ possideo] phari-sæi enim decimabant mentam, & minum Matth. 23. ad quæ secundũ aliquos non tenebantur. Ex his autem patet quòd iste se perfecte iustum asseruit, quia scilicet nõ erat malus per peccatum, sed bonus per opera bona.

Allegoricè. Iste pharisæus fuit religiosus & superbus, & in se confidens. Significat autem populum Iudaicum, religiosum, rõne acceptæ legis à Deo, & consequenter super bum. Grego Gentilem quemquam ad cognitionem legis admittere, superbus ille populus despiciebat. Hæc ille. Fuit etiam in se confidens, propter sanctitatem suorum patrum. Vnde Matt. 3. Ne velitis dicere patrẽ habemus Abraam, &c. Iste populus despiciebat gentilem cùm ascendisset in templum, i. Ecclesiam primitiuam, quia vt testatur Hiero. in prolo. super epistolã ad Rom. allegabant multa sua merita, postea concludebãt. Ergo ne æquum est, vt hodie idola deserentes quibus ab initio deseruistis, nobis cõpa remini. & non potius in proselitorum locũ ex legis auctoritate, & cõsuetudine depute mini. Hæc ibi.

Anagogicè iste pharisæus, id est diuisus significat hæreticos. Hæresis enim idem est quod diuisio, & oẽs diuisos à vera fide, vt sunt Saraceni & Iudæi. Isti credunt se saluari, & fidem suam esse bonam, eo quòd ipsi viuant morigerate, iactant enim merita, dicentes se esse misericordes, sollicitos in mãdatis Dei, & despiciunt Christianos dicentes quod sunt omni vitio pleni. Et non intelligũt miseri quòd diabolus eos permittit multa bona facere, vt teneat in vno malo infidelitatis, propter quod & damnantur. Vnde ante aduentum Christi quando populus Iudæorum saluabatur per veram fidem, erant peiores quàm modo, peccato infidelitatis excepto, & his quæ consequimur, s. odio & inuidia in Christum & Christianos, hoc ideo quia diabolus tunc eis inuidebat. Modo autem sinit eos facere bona, quia habet eos ligatos in vno malo ad quod ferè ordinant omnia opera bona, & consequẽter nõ solum peccant in malis, sed etiam in bonis, malo fine factis.

Moraliter instruimur primò quòd ad templum, id est Ecclesiam quilibet debet ascendere vt oret, non vt contempletur damicellas. Aug. Nemo in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est. Hæc ille. Secũdo quod si reprehensibilis est ille qui superbè gratias agit Deo, multo magis est reprehẽsibilis ille qui impie oppugnat gratiam. Aug. de verbis Domini. Quis est igitur qui impie oppugnet gratiam, & reprehẽditur, nisi qui superbe agit gratias? Audiant qui dicunt Deus me hominem fecit, ego me iustum facio. O peior, & detestabilior pharisæo, qui superbe iustum se dicebat, sed tamen inde Deo gratias agebat. Hæc ille. Tertio quod nullum quãtumcunque vilẽ despicere debemus, aut irridere. Ecclesia. 7. Nec irrideas hominem in amaritudine animæ. Est enim qui humiliat, & exaltat, circunspector Deus. Quarto monemur, vt caueamus ne habeamus bonum principium vt iste pharisæus in operibus nostris, & post malum progressum, & pessimũ exitũ. Aug. de verbis Domini. In verbis eius nihil inuenies, quòd Deũ rogauerit. Ascendit quidem orare, noluit Deum rogare, sed se laudare, & roganti insultare. Hæc ille.

QVantum ad secundum, sciendum est quod vt dicit Theo. publicanus cum pharisæo in hoc conueniebat quòd stetit, sed in multis differebat, quæ sunt humilitatis signũ. Primum quia à longe stabat. secundum quia tanquam indignus non audebat oculos ad cœlũ leuare, tertium quia percutiebat pectus suum, quartũ quia confitebatur se peccatorem, quintum quia rogabat Deũ vt sui misereretur. Ideo dicitur [Stans autem à lõge publicanus, non audebat nec oculos ad cœlum leuare, sed per. pe. s. d. d. pro. e. mihi peccato.] Immo vt dicit Chrysost. audiuit pharisæum qui eum despiciebat, dicens, velut hic publicanus, & tamen tanta fuit eius humilitas quòd ex hoc vt ait idem nõ indignatus est, sed compunctus. Aug. de verbis domini. Quid igitur miraris si Deus ignoscit. quãdo ipse agnoscit? De longinquo stabat, Deo tamen propinquabat, & eũ dominus de prope attendebat. Excelsus est enim Dominus, et humilia respicit. Nec oculos ad cœlũ leuabat vt respiceret. Tremebat conscientia, spes subleuabat. Percutiebat pectus suum pœnas de se ipso exigebat, propterea Dominus confitenti parcebat. Hæc ille.

Alle-

Allegoricè, hic publicanus gentilem p o pulum significat, iniquitatibus, & erroribus inuolutum. Sed postquam ad templum, id est Ecclesiam per fidem oraturus venit, pec cata sua confitetur Deo, idest vicario Dei sacerdoti. & memor suaũ iniquitatum misericordiam Domini deprecatur.

Anagogicè vero fidelem populum signi ficat, qui multa peccata facit, nouit tamen vnde iustificetur, quia sacramentum pęnité tiæ habet ecclesia, vnde peccata omnia abo lentur, vt fidelibus peccatoribus pateat sa lus per pœnitẽtiam, quæ sibimet instis infi delibus denegatur.

Moraliter sciendum est, quòd conscien tia hominis est quoddam speculum spiritua le, in quo homo suam pulchritudiné, & fœ ditatem potest inspicere. Aliquando autem hoc speculum deprauatur per tumorem su perbiæ, & tunc est speculum mẽdax, q̄ non indicat homini veritaté, & tales significãtur per istũ pharisæũ. q̄ sibi videbatur iustus & erat iniquus, & significãtur etiã ꝑ Naamã 3.R.5. qui interpretatur decoris sibi, cũ tñ es set leprosus. Aliquando vero tale speculum nullo modo est depranatum, sed homini ve re ostendit suam fœditatem. Tales significã tur per publicanum. Vterque tamẽ horũ da tus est nobis in speculum, s. pharisæus, vt vi deamus quantum sit elatio fugienda. & pu blicanus, vt videamus quantum sit humili tas & pœnitentia amplectenda.

QVantum vero ad tertium dicit Augu. de verbis Domini. Audistis superbum accusatorem, audistis humilẽ reum, audite nunc dicentem iudicẽ[Amen dico vobis.d. hic iusti in do.su.ab illo]Hæc ille. Notã iu stificatus, s. à peccatis. In peccato duo sũt. s. culpa siue offẽsa & reatus, seu obligatio ad pœnã vt patet 2.dist.42. & 1 2.q. 7. Contri tio ergo semp̃ delet peccatũ quo ad primũ totaliter, quia remissio peccati est effectus contritionis, vt patet 4. dist.17.q.2.non aũt semper totaliter quo ad scd'm. Hoc ẽt patet in humanis quia offensus ab aliquo aliquã do facit pacẽ, & restituit amicitiã, & tamen vult post ꝙ soluat expensas. Sic & Deus sta tim ꝙ homo ꝑ verã cõtritionẽ ingemiscit, iustificat eũ, ita ꝙ iã nõ est in mortali quã uis non sit confessus, sed habeat solũ ꝓpo situ confitendi tempore suo, & tñ post vult ꝙ faciat pœnitẽtiã. Iste descẽdit iustificatus saltem quo ad primum [Ab illo]id est q̄ ille vt cõiter exponit. i. plus q̄ pharisæus. Vel possumus dicere[ab illo]id est à Deo, à quo viuificari postulabat. Subiungitur autẽ causa[quia omnis qui se exaltat humilia bitur, & qui se humiliat exaltabitur]Chry. Sicut humilitas per sui eminẽtiam peccatĩ pondus superat, & saliens attingit Deũ, sic superbia ob sui molem de facili iustitiã op primit. si ergo plura facta strenue geras pu tas autem te posse præsumere, tota caruisti oratione, si vero mille feras in conscientias faces reatuum, & hoc solum de te eredas ꝙ es infimus omniũ, multam obtinebis ante Deum fiduciam. Hæc ille. Nota ergo ꝙ qui se exaltat per superbiam humiliabitur per pœnam. Et qui se humiliat per peccatorũ cognitionem, & præsentiam, exaltabitur in præsenti per gratiam, & in futuro per glo riam. Mouet autem hic. Theo. dubium, qua re. s. iste pharisæus se parum laudauit & fuit reprobatus, Iob vero multum se laudauit nec tamen Deus eum reprobauit. Et respon det ipsemet. Iob illud non fecit ex superbia, sed ad laudem Dei, vt homines prouocaren tur ad virtutes, & ad hoc fuit coactus ab amicis q̄ ei imponebant multa crimina. Et addit Grego. q̄ ẽt hoc fecit ad seipsũ con fortandũ, quia timuit ne propter magnos dolores quos vndique patiebatur, & affli ctiones animi, laberetur in desperationẽ.

Allegoricè, hic significatur quòd gentilis populus est per fidem iustificatus, hæbraicus vero reprobatus, non tamen ex toto anni hilatus, sed solum dispersus. Et hoc propter tria. propter quæ etiã ecclesia eos non per sequitur. Primò quia omnes in fine mundĩ conuertentur vt alias dictum est. Secundò vt sint nobis memoriale passionis Christi. Quotiens enim eos videmus totiẽs de Chri sti morte recordamur. Ideo ipse Christus in Psalmo dicit. Dominus ostendit mihi super inimicos meos, scilicet Iudæos, & quid ostẽ dit subiungit. Ne occidas eos, id est non oc cides ne quando, id est ne aliquando obliui scantur, scilicet passionis meæ populi meĩ id est populi fideles, deinde alloquitur patrẽ dicens. Disperge eos in virtute tua, s. ꝑ mũ dũ, & depone eos de regno. Quot sunt qui hodie non crederent Christum passum, nisi viderent Iudæos qui asserunt se illum in suis patribus occidisse? Tertiò quia sunt li brarii

brarii nostri. Vnde Augu.super Psalmis.Ne forte pagani nobis dicant vos Christiani literas istas composuistis, pferimus codices à Iudæis inimicis, vt cõfundamus alios inimicos. Codicem portat Iudæus vt inde credat Christianus. Librarii nostri facti sunt, quomodo serui post dominos codices ferre solent. Hæc ille.

Anagogicè patet ex dictis, & similiter moraliter. Nam qui vult à Deo iustificari, & obtinere q̃ postulat in sua oratione, non imitetur pharisæũ qui opera bona cõsiderabat, sed publicanũ, suas miserias commemorantem. Vnde & sacerdos immolaturus sacrificium, ante omnia sua peccata cõfitetur. Vnde & in vitis patrum legitur ꝙ interrogans quispiam vnum ex senioribus, quomodo deberet orare, tale responsum acceperit. Pauperes hoc me docuere, qui nõ uestes pulchras, non vires magnas ostentant, sed paupertatem ac vulnera.

Domini. 12. post Trinitatem.

Textus euang. Mar. cap. 7.



Xiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonẽ ad mare Gallileæ, inter medios fines decapoleos, & adducũt ei surdũ, & mutũ, & deprecabãtur eũ, vt imponat illi manũ. Et apprehẽdẽs eũ đ turba seorsũ, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguã eius. Et suspiciens in cęlũ ingemuit, & ait. Effeta, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutũ est vinculũ linguæ eius, & loquebatur rectè. Et pcepit illis ne cui dicerẽt. Quãto aũt eis pręcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur dicẽtes. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

EXiens Iesus de finibus Tyri uenit per Sydonem &c.] Mar. 7. In isto Euangelio tãguntur tria puncta, quæ sunt deprecatio, exauditio & glorificatio.

QVantum ad primum sciendum est literaliter quod filii Israel intrãtes terrã ꝑmissionis, Dei & armorum virtute (Deo disponente) non potuerunt totã illam regionem armis occupare, sed multæ remãserũt ciuitates ꝑ gentiles habitatæ, inter quas fuerunt Tyrus, & Sydõ, q̃ ꝓpe montẽ Libani sunt. Tyrus q̃dẽ fuit ciuitas fortissima, in mari sita tanq̃ insula, q̃uis parũ à terra distaret. Hæc fuit ditissima, q̃a fuit optimus portus nauiũ deferentiũ merces. Rex Tyri, tpe Salomonis fuit cõfœderatus populo Dei Israel, sed qñ populus Israel fuit ꝑ Nabuchod. captiuatus, ista ciuitas debuit cõpati ei rõne antiquæ amicitiæ, & nõ fecit, sed gauisa est, & isultauit ei. Vñ cõtra eã venit Nabuch. & voluit replere lapidib. & lignis illud spaciũ maris qđ erat iter illã & terrã, & nõ potuit. Vñ cepit eã nauali ꝓlio, & destruxit. Sed post. 70. annos reędificatã, Alexãder magnus eã fecit cõtiguã terræ, repleto spacio pdicto, & eã sine nauigio cepit, & destruxit postq̃ Aegiptũ subiugauerat. Nã ante id tẽtauit, & pficere nõ potuit. Deinde de nuo ædificata est. Sydõ aũt fuit ẽt ciuitas, q̃ dicta ẽ à primo filio Canaã, q̃ dictus est Sydõ, & ab eo Sydones, & Sydonia, ꝓuincia, & Sydon ciuitas. Iesus ergo in finib. Tyri pdicauerat, recedẽdo à pharisæis, q̃ calũnias ei inferebãt, vt patet Matt. 15. Sed vt dicit Theop. ibi morã nõ traxit, ne Iudæi tãquã legis trãsgressorẽ calumniarentur eũ, eo ꝙ gẽtib. se immisceret. Ideo dicit Mar. [Exiẽs Iesus de finibus Tyri] scilicet cito postquã intrauerat. Sed contra quia ipse Matth. 10. præceperat discipulis dicens. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intrauerítis, Respondeo, vt elicitur ex doctrina S. Thom super Matth. gentes erant in duplici differentia, quædam erant extra terram promissionis & dicebtur absolute gentes; quædam vero in terra promissionis, & dicebanť Samaritani, saltẽ pro maiori parte. Sicut ẽt dr ibi conueniẽs fuit prius pdicari euãgeliũ Iudæis, deĩde gẽtib. q̃a oportet prius seruare iustitiã q̃ exhibere misericordiã. Qđ aũt Xps pdicaret iudęis hoc iustitia quodãmõ exigebat, iqu ãtũ

hoc

hoc erat promissum eis à Deo, secus de gentilibus. Ideo dicitur Ro.15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, i. Iudæorum, qui soli circuncidebantur, propter iustitiam Dei, ad confirmandas promissiones patrũ; gentes autem super misericordia honorare Deum. Voluit ergo Christus ꝙ vsque ad suam passionem tantum in Iudæa fieret prædicatio Euangelii sed quia vt dicit S.Tho vbi supra per Iudæam ire non poterant discipul, nisi per vias incederent Samaritanorũ, quia illæ viæ erant cõmunes, ideo non dixit in viã Samaritanorum ne abieritis sed prohibuit ingredi ciuitates eorũ, quo ad alias aũt gẽtes extra terram promissionis existentes prohibuit vtrumque. Dicendum ergo est ꝙ Iesus nõ exiit de Tyro, sed de finibus Tyri quia forte nõ prædicauerat in ciuitate sed in finibus eius ꝑ loca vbi erant aliqui Iudæi inter gentiles habitãtes. Et isto modo etiam soluit Vgo. car. Sed restat dubium quia Io. 4. habetur quod ipse intrauit Sichar quæ erat Samaritanorũ ciuitas sc̃d'm ꝙ signat Magi. hysto. Sed ad hoc dicendum est quòd S.Thom.& Vgo intendunt ꝙ Christus prohibuit intrare discipulos ad tempus ciuitates Samaritanorum ex principali intentione, secus ex secundaria, vtpote quando euntes ad alia loca habebãt pertransire per loca eorũ, & sic Christus ingressus est aliquando ciuitates eorũ, & ista est expressa sententia S. Tho. super Ioã. Sequitur [venit per Sidonẽ] forte intrãdo ciuitatẽ, & annuntiando eis Regnũ Dei quamuis esset ciuitas gentiliũ, quia erat in via ut iret [ad mare Gallileæ] Secundum Bedam, istud mare erat lacus aquæ dulcis, sed dicitur mare hæbraico more, quo omnis aquarũ cõgregatio, mare nũcupatur, siue sit dulcis siue salsa. Et hoc mare habet tria nomina sc̃d'm eũdẽ Bedam. Dicitur.n. mare Gallileæ, prouinciæ quæ illi est coniuncta. & mare Tiberiadis à quadam ciuitate quæ olim Cenereth dicebatur, sed ab Hærode tetracha instaurata, Tiberias in honorem Tiberii Cæsaris appellata est. Dicitur etiam tertio mare Genesareth, græco vocabulo à ꝓprietate sua. Genesar.n. dicitur generans aurã siue ventũ, quia illa aqua nõ est quieta sicut aqua stagnorum, seu paludosa, sed vẽtis agitatur qui de ipso lacu nascũtur. Dicit tamẽ Iosephus ꝙ sic dictus est à regione Genesara. sed hoc non est contra Bedã, q̃a talis regio sic dicta est, propterea ꝙ sibi auram generet mediante lacu illo. Vnde prima ratio huius vocabuli tã in regione, quã in lacu est generatio auræ, à qua primò nominata est regio quasi totum, & deinde lacus quasi pars regionis in qua generatur aura. Generatur autem iste ventus secundum S.Tho. ex resolutionibus aquæ. Et sicut dicit idem super psalterio ventus non ascendit vt appetit. quia reflectitur à frigore medii. s. interstitis aeris, nec tñ descendit q̃a ab eo totaliter non vincitur ideo fertur modo. Erat autem hoc mare in longitudine distentum stadiis 140. in latitudine vero 40. & ꝑ illud transit Iordanis fluuius [Inter medios fines Decapoleos] Decapolis dicitur à decha quod est decẽ, & polis ciuitas. Inde dicitur Decapolis, regio habens in se decẽ ciuitates sc̃d'm Bedã, vel sc̃d'm alios Ciuitas habens sub se decem ciuitates. Et facit in genitiuo decapolis vel decapoleos, vltima acuta sc̃d'm græcũ ydioma. Ista ergo Decapolis sc̃d'm Magi. hist. est trans Iordanẽ ad Oriẽtẽ, cõtra Galileã, quæ est ad occidẽtẽ eiusdẽ maris. Secundũ vero Nico. de Ly. est ista regio ex vtraque parte lacum includens. Cũ n ergo dicit dñs venisse ꝑ medios fines Decapoleos, sc̃d'm Nico. de Ly. itrauit ꝑdictos fines, nõ aũt sc̃d'm Magi. histo. sed tñ uenit ad litus maris ex opposito prædictæ regionis. Et cum eo sentit Beda, qui ait dominũ venisse ad locum qui medios fines Decapoleos ex alia parte maris positos respiciebat [Et adducunt ei surdum, & mutum] qui secundum Theo non patiebatur ista à natiuitate, sed à dæmonio [& deprecabantur eũ] .s. homines regionis [vt imponat illi manũ] firmiter credentes ꝙ inde reportaret sanitatem. Ecce ergo petitio qua petũt simul tria miracula fieri. s. restituere loquelam, & auditum, & effugari dæmonem oppressorẽ infirmi.

Allegoricè sciendũ est ꝙ nunc Christus in gentibus credentibus ei prædicat per seruos suos sed circa finem mundi reuertetur ad Iudæos conuertendos, & tunc Angeli sãcti qui sunt in patria & qui eiunt nũc in via rogabũt pro populo Iudæorũ, surdo ad audiendam veritatẽ propter suam obstinationem, & muto ad laudandũ Christũ. sed nõ ad blasfemandũ, & possesso à diabolo propter

pter infidelitatem. Rogabunt inquam ut im
ponat ei manum suæ misericordiæ, ut sane-
tur. Potest etiam alia allegoria assignari.
Nam iste infirmus est genus humanū scd'm
Hiero. & Grego. quod in Adam peccauit, &
à diabolo arreptū est, sed Christo veniente
ad mare huius seculi, ad prouinciam Galileæ
quæ interpretatur rota, & significat volubi-
litatem nostræ mortalitatis, Christū exorant
Angeli, & sancti ut sanare dignetur infirmū.

Anagogicè sciendum est, quòd in hac vi-
ta omnes etiam sancti sunt quasi surdi, quia
pauca sensibilia solum cognoscimus quan
tum ad quid est, vt patet per S. Tho. 1. q. 88.
& ista etiam pro maiori parte ignoramus.
Credimus autem aliis, puta Deo quædā quæ
non videmus, nec doceri possumus. i. ea quæ
sunt fidei. Sunt ergo omnes surdi quia non
possunt scientifice doceri de omnib. immo
quasi de nullis possumus habere scientiam.
Sunt etiam muti, quia ea pars temporis quā
laudant Deum, ut plurimum est minima,
propter alias occupationes, & etiam à dæ-
mone vexantur, per varia tentamenta. Sed
Christo veniente ad prouinciam Galileæ. i.
rotæ, vel transmigrationis, sic enim inter-
pretatur, quòd sit in transitu mortis, deprecā
tur sancti patriæ, & iusti uiæ, vt Christus im-
ponendo manum morienti doceat eum sciē
tiam beatorum, & perducat ad laudes Ange
lorum, & liberet ab insidiis diaboli. Quod
vtique Christus facit, si moriturus efficaci-
ter desiderat curam actu vel habitu.

Moraliter, iste infirmus significat quemli-
bet peccatorem. Talis enim est surdus quia
non audit inspirantem, nec præcipientē, nec
exortātē, nec cōminātē. Tria aūt sunt q̄ audi
tū corporalē impediunt, scilicet instatura si
nascatur in aure, & terra si ingrediatur il-
luc, & putredo si ibi generetur. Et ista tria si-
gnificant superbiam quæ turget, & auaritiā
quæ terram, id est aurum insequitur, & luxu
riam putrescentem coram Deo & hominib.
Legitur quod aspis quando incantatur tres
habet astucias, vna quia stat firmus in cauer
na, etiam si sit putrida, secunda quia obturat
vnam aurem cum terra, tertia quia aliā clau
dit cum cauda. Incantator volens aspidem,
id est peccatorem tra here ad Deum, est præ
dicator. Sed primam astutiam habet luxu-
riosus, qui cùm audit prædicatorem, cogitat
quantum dulcis sit et putrida cauerna luxu-
riæ, secundam autem auarus, qui de auro co
gitat, tertiam superbus, & omnis alius pecca
tor qui credit se longam habiturum vitam,
& cum spe longæ caudæ, id est uitæ, claudit
aurem. Est etiam mutus quia nec Deum lau
dat, nec sua peccata confitetur. Iste debet of-
ferri Christo à prælatis, quibus non suffi-
cit uenire ad Christum, sed tenentur addu-
cere alios, & debent pro eo rogare Christū
& deprecari.

QVantum ad secundum literaliter scien
dum est, quod Christus exaudi-
uit istos [Ideo apprehendens eum de turba
seorsum] Secundum Chryso. Christus factu-
rus miraculum seorsum à turba voluit sece-
dere, vt doceret inanem gloriam esse fugien
dam. Sed contra hoc arguitur sic. Christus
enim faciebat miracula ad confirmandam
suam doctrinam, & probandam suam diui-
nitatem. Ergo illa miracula debebat facere
coram eis quibus prædicabant suam doctri-
nam, & quos volebat credere suam deitatē.
Non ergo debebat illa facere seorsum quia
impediebatur finis eius. Ad hoc dicitur q̄ ar
gumentum probat, quòd illa miracula debe
bant esse multitudini manifesta. Est autem
possibile quòd aliquis curetur in occulto, &
tamen post sciatur ab omnibus, puta quan-
do omnes sciebant talem esse mutum & sur
dum. Seorsum ergo Christus curauit, vt do-
ceret inanem gloriam declinare, & tamen
eo volente miraculum fuit publicatum ad
confirmationem suæ doctrinæ. Sequitur [Mi
sit digitos suos in auriculas eius] quamuis
solo verbo curare posset, & hoc secundum
Chryso. vt ostenderet suam humanitatem
organum, & instrumentum esse diuinitatis,
cui erat vnita, & consequenter ostenderet
humanam naturam per ipsum esse à suis pas
sionibus liberandam quæ iam in ipso tantæ
erat dignitatis, vt per eam sanarentur infir-
mi [Et expuens tetigit linguam eius] The.
Vt scilicet ostenderet quod omnia membra
sacri corporis eius diuina existūt, & sancta,
sicut, vt sputum quod vincula linguæ dissol
uit. Etenim omne sputum quidem est super
fluitas, sed in domino omnia diuina fuerūt.
Hæc ille. Ad intelligēdum aūt verba Theo.
est sciēdū, q̄ uirtus spūalis & supnaturaliter
opans, nō solū pōt esse i aīa & mēbris aiatis,
sed ēt i reb. inaiatis. vt patet de aqua baptis-
mali, q̄ tantā in se hēt virtutem q̄ expellens

peccata inducit gratiam. Est ergo sententia Theo. quod uoluit ostendere talem uirtutem in suo sputo esse, & consequenter arguerer quod multo maior erat in suis membris. Non autem uoluit dicere ꝙ sputum esset diuinum, idest diuinitati unitum cùm nō sit de ueritate humanæ naturæ, sed quòd esset diuinum. i. habens in se quandā diuinam, & supernaturalem uirtutem. Vel forte potest dici ꝙ dominus expuit propter misterium, quod in allegoria dicemus. Sequitur [Et suspiciens in cœlum] secundum Bedam, vt doceret de cœlo omnem infirmorum medelam esse quærendam [ingemuit] Beda. Non quia ipsi opus esset aliquid petere à patre, sed ut nobis gemendi daret exemplum, cùm uel pro nostris, uel pro nostrorum erratibus proximorum, supernæ pietatis præsidia inuocamus, hæc ille. Est autem sciendum, secundum quòd dicit San. Tho. 3. par. 47. ꝙ Christus aliquādo. i. in miraculis faciēdis orabat, ut se ostenderet à Deo missum ad quem recurrebat. Sed hoc ut dicit faciebat in minoribus: non autem in maioribus, puta quando remittebat peccata, aut suscitabat mortuos, sed tunc suo imperio, & potestate faciebat miracula, ut se ostenderet æqualem Deo patri. Et si obiiciatur quòd quando uoluit suscitare Lazarum orauit ut patet Ioan. 11. dicit idem ꝙ hoc fecit propter exemplum circunstantium, Vnde ibi dicitur ut credant quia tu me misisti. Hæc ex S. Thom qui intendit quòd si iudæi adstantes credidisset Christū à Deo missum, orādo, credidissent vtiq; ei æqualē in imperādo. Quia uero illi nec dū credebāt eū à Deo missum, ideo ad hoc ostendendū orauit. conueniens enim erat ordo ut prius crederent eum esse bonum, & iustum, quàm quod esset æqualis Deo.

Sequitur & ait imperatiue [Effeta, ꝙ est adaperire] & hoc quo ad aures secundum Bedam. Lingua enim non erat aperienda, sed soluēda [Et statim apertę sunt aures eius & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte] Et sic secundum Bedā ingemiscendo & suspiciendo in cœlum, docuit se esse hominem, sed imperando Deum.

Allegorice sciendum est ꝙ digitus Christi significat dona Spiritus sancti, scd'm Hiero & Gregoriū. Nam ubi Luc. 11. dicitur, si in digito Dei eiicio dæmonia, Matth. 12. dicitur; si in spiritu Dei eiicio demon. Saliua uero Christi secundum eundem significat sapienciam, eo quòd sicut saliua à capite ad os; & ad uentrem fluit, ita sapientia omnis à Deo est caput omnium, & inde descendit ad uentrem nostræ mentis. Sanatur ergo populus iudęorum à Christo, uel genus humanum, quando per sapientiam ꝑficitur intellectus ut recte credat, & per ardorem Spiritus sancti uoluntas inflammatur, ut feruenter amet.

Anagogice autem sciendum est ꝙ ex dictis patet sensus anagogicus huius partis. Sicut enim in uia perficitur intellectus noster per sapientiā fidei, & uoluntas per amorē uitæ qui tenuis, & modicus est ita in patria perficitur intellectus per sapientiā uisionis, & uoluntas per amorē consumatę gratiæ, qua anima tota manet ebria, ut post modum in æternum laudet Deum, Psal. beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te.

Moraliter peccator surdus sanatur per immissionē digiti in auriculam, idest ꝑ hoc quod amor spiritus sancti tangit cor. Statim enim frangitur inflatura superbię, ut patet in Paulo elato, qui prostratus de lupo in agnum est conuersus; & abiicitur terra auaritiæ, ut patet in Mattheo, qui terrenis lucris inhiabat, & statim ad huius digiti tactū reliquit omnia; & similiter emūdat fętorem luxuriæ, ut patet in Magdalena. Mutus uero sanatur per saliuam, idest sapientiam.

Est autem saliua medium, uel dispositiua medii per quod gustus sentit. Vnde si fuerit saliua corrupta gustus male iudicat, ut patet de febricitāte propter amaram saliuam quam habet in lingua iudicat dulcia, amara. Est autem triplex saliua scilicet amara, insipida, & dulcis, quæ facit cibum apparere amarum, insipidum, & dulcem. Et significat triplicem sapientiam Prima. n. est diabolica, qua quis sapiens est in peccando; secunda est humana, uel mundana, ut sapientia in acquirendis diuitijs, vel cùm quis est magnus philosophus; tertia est diuina. Prima facit quòd dulcia opera pietatis, & virtuosa uidentur amara; secunda facit quòd uideantur insipida, tertia verò iudicat de rebus vt sunt, ita ꝙ spiritualia iudicat dulcia, & carnalia amara. Ista aperit os muti, vt laudet

laudet Deum, & confiteatur sua peccata.


Quantum ad tertium dicit Euangelista quòd præcepit illis ne cuiquam aliquid [dicerent] & hoc vt doceret inanem gloriam fugiendam esse secundū Chry. & Hiero. vt supradictum est, & ne ante tempus accenderet Iudæos ad homicidiū in se per inuidiam perpetrandū. secundum eundē Chry. Sed contra ista arguitur vt supra, quia Christus per hoc præceptum impediebat finem suum, scilicet manifestationē suæ diuinitatis, & confirmationē suæ doctrinæ, quod non debuit facere, p̄sertim, quia ei quē à dæmonio liberauerat præcepit dicens. Mat. 5. Vade in domum tuā ad tuos, & narra quanta tibi fecerit Deus. Ad hoc dicitur secundū S. Tho. 3. par. q. 44. & secundū Chry. ꝙ duplex gloria in nostro opere consideratur, s. nostra & diuina. Cùm ergo præcipit ne cui dicatur docet propriam gloriam fugere, cùm vero præcipit vt res gesta prædicetur docet gloriam quærere Dei. Non autē sunt ista cōtraria, s. nolle aliquid dici ad gloriā propriā, & velle illud dici ad gloriam Dei. & vūt velle isti doctores, quod Christus prohibuit laudari opus suum, vt ostenderet se non quærere gloriam de illo, & tamen sciebat quòd sine peccato illi publicarent. & sic sua deitas, & doctrina approbaretur. Fortè autem possumus aliter dicere. Sciendum. n. est quod miracula tripliciter fiunt. Aliqua enim fiunt ad confirmandam doctrinam fidei. Isto modo possunt mali facere miracula, & de facto quando fides primo fundabatur, multi pessimi fecerunt miracula. Vnde dicitur Mat. 7. Multi dicent mihi in illa die, s. iudicij. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Prædicantes vero falsum non possent isto modo miracula facere, quia Deus non potest reddere testimonium falsitati. Aliqua vero fiunt ad probandā sanctitatem alicuius. Et isto modo post fundatam fidem sancti faciunt miracula communiter. Vnde quando sanctus est approbandus, seu canonizādus, fit inquisitio de miraculis. Alio modo fiunt ad consolationem fidelium, qui postulantes aliquid siue à Deo immediate, siue mediante aliquo sancto aliquando merentur exaudiri. Possumus ergo dicere ꝙ Christus multotiens in illa patria prædicauerat, & miracula fecerat vt patet ex histo. Euangelica, ideo credebant in eum omnes, vel saltem habebant credendi causam. Vnde hoc miraculum non fuit ad confirmandam doctrinam eius, vel deitatem asserendam, sed ad exaudiendum deprecantes. Ideo in tali miraculo, voluit ostendere se gloriam Dei, & non suam quærere, & in illo, & in alijs. Sequitur [Quanto autem præcipiebat eis, tanto magis plus p̄dicabant] Sed si Christus sciebat ꝙ ita facturi erant, quare præcipiebat ne facerent? Ad hoc respondet Aug. de con. Euan. dicens ꝙ hoc fecit ut excitaret pigros. Si enim isti quibus p̄dicatio prohibebatur prædicabant, quid facere debuerant illi quibus iniungebatur ut prædicarent? Vel possumus forte dicere ꝙ Christus sic præcipiebat, ut ostenderet quod quantum in se erat laudes proprias non quærebat. Sed contra prædicta arguo sic. Aut Christus volebat quod isti obedirēt, aut nō. Si primum, isti peccauerunt, quos tamē Euāgelium uidetur commendare. Si secundum, sequitur ꝙ in Christo fuerit duplicitas, quia præcipiebat quod nolebat obseruari. Ad hoc dico ꝙ sicut patet per Magistrum sententiarum, primo distinctione 45. Duplex est in Deo voluntas, & similiter in Christo, voluntas, scilicet beneplaciti quæ aliquid vult esse vel non esse, & voluntas signi, qua nihil vult esse vel nō esse, sed se habet sicut aliquis volens aliquid esse vel non esse. Nos enim si volumus aliquid esse præcipimus vt fiat, ideo quando Deus aliquid præcipit, licet aliquando illud esse non velit tamē se habet ut homo volens. Et istud præceptū ꝙ mō Christus facit, dicitur voluntas signi, quia scilicet præceptum est signum voluntatis in illis quanuis non in Deo. Si enim Deus uellet fieri omnia quæ præcipit, nullus posset agere contra præcepta Dei sicut nullus potest eius voluntati resistere. Voluntas ergo beneplaciti semper obseruatur, nō uolūtas signi. Ad hoc argumentum ego dico quod Christus non voluit illos tacere voluntate beneplaciti, q̄ a omnino tacuissent, nec etiam voluntate signi quasi eos obligaret ad peccatum, quia dicit S. Tho. super Matth. quod tales nō peccauerunt. Nec tamen in Christo fuit duplicitas, quia in suo præcepto non ostendebat nisi quod ipse quantum in se erat appetebat latere, non autem ostendebat se eos velle obligare. Vnde ipsi uidentes quod ex humili

...tate præcipiebat acceperunt illud præceptū quasi deprecationem, & nolentes eum exaudire ne ipsi nigrati uiderentur sicut ille uidebatur humilis, magnificabant eum, & publicauerunt factum. Vnde secuta est magna laus Christi in turba. Vnde subditur [& eo amplius admirabantur] scilicet tam itti, q̄ turbæ quæ de humilitate Christi & miraculis eius stupebant [dicentes Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui].

Moraliter docemur quòd qui quærūt gloriam humiliantur & qui humiliant se exaltantur ab aliis, uel à Deo. Hiero. Ciuitas in monte posita undique circunspecta abscondi non potest, & humilitas semper præcedit gloriam. Hæc ille. Item instruimur iuxta doctrinam Theo. dicentis. Docemur autem ex hoc si cui beneficia elargimur, minime applausus & laudes appetere. Cum uero accipimus beneficia, benefactores prædicare, & laudare, quamuis noluerint. Hæc ille. Amen.

Dominica 12. post Trinitatem.

Textus euan. Luc. Cap. 10.



Beati oculi qui uidēt quæ uos uidetis. Dico enim uobis q̄d multi prophetæ, & Reges uoluerūt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt; & audire quę auditis, & nō audierūt. Et ecce quidā legis peritus sur rexerit tēptās illū, & dicēs. Magister q̄d faciēdo uitā ęternā possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptū est? Quomodo legis? ille respondens: dixit. Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. dixitq; illi. Recte respōdisti hoc fac, & uiues. Ille autē volēs iustificare seipsū, dixit ad Iesū. Et q̄s est meus proximus? Suspiciēs autē Iesus, dixit. Homo q̄dā descēdebat ab Hierusalē in Iericho, & incidit in latrones. Qui etiā despoliauerūt eū, & plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit autē ut sacerdos q̄dā descenderet eadē uia, & viso illo præteriuit. Similiter & leuita cū esset secus locū & uideret eū, ptrāsiit, Samaritanus autē q̄dā iter faciēs, uenit secus eū, & uidēs eū misericordia motus est. Et appropiās alligauit uulnera eius infundēs oleū, & uinū. Et imponens illum in iumentum suū, duxit in stabulū, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cùm rediero reddam tibi. Quis horum triū uidetur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit. Ille qui fecit misericordiam in illū. Et ait illi Iesus. Vade, & tu fac similiter.

Beati Oculi qui uident quæ uos uidetis, &c.] Luc. 10. Sicut dicit Beatū [Ambro. lib. de officiis multiplex olim fuit de fœlicitate opinio. Quidam enim illam posuerunt in corporis voluptate, vt Epicurus. Qui quamuis diligenter excoluerit virtutes, vt testatur San. Thom. super lib. Ethico. tamen hoc ideo fecit vt quietiùs frueretur corporis voluptate. Quidam uerò illam posuerūt in animi virtute, & quadam exteriori hon'estate, vt peripathetici. Quidam vèro in cognitione Dei, & uisione, vt Christiani, cum quibus tamen etiam peripathetici potissime Aristo. conueniunt, quia principaliter dicunt illam consistere in nobilissima operatione nobilissimæ potentiæ respectu nobilissimi obiecti vt patet in libro Ethimo. quamuis secundario consistat in aliis virtuosis operibus. Ista autē nobilissima operatio est intellectio Dei, quia intellectus est nobilissima potentia, & Deus nobilissimū obiectum. Hanc ergo opinionem Saluator confirmat in præsenti Euangelio, in quo tanguntur tria puncta, quæ sunt

ista.

instructio, temptatio, iustificatio.

Quantum ad primum literaliter sciendum est, q Christus nos instruit ubi sit vera faelicitas & beatitudo, dicens ad discipulos suos [Beati oculi qui uidēt quæ uos uidetis] Sed cōtra quia beati qui non uiderūt & crediderunt Ioan. 20 Solu de dominica i octa pasc. Vbi sciendū est q apostoli duo ui debant, scillicet diuinitatē Christi secūdum mētē, & humanitatē eiusdē, secūdum corporales oculos. In his autē duobus cōsistit fælicitas & præmiū nostrum, in primo quidē fælicitas essentialis, in secundo uero accidentalis. Et licet humanitas Christi uideatur oculo corporali, tamen potest uideri oculo non glorificato ut uiderunt apostoli, & glorificato ut uidebunt sancti in patria. Similiter diuinitas potest uideri per apertam uisionem patriæ, & p fidem uiæ. Qui ergo uidet diuinitatem Christi per uisionem patriæ, & eius humanitatem per oculum gloriosum, est p fectissime beatus. Qui aūt uidet diuinitatem per fidē purā & uiuā, beatus ē in spe. & si nō in actu. Vnde Psal. Beati maculati in uia. Et si talis uideat etiam Christi humanitatē, ut faciebant apostoli, talis erit adhuc beatior. Viderunt enim apostoli Christi gratiosam præsentiam uerbi In assumpta humanitate ut patet, Ioan. 1. Secundo sanctitatem uitæ, in eius conuersatione, iuxta illud Baruch 3. Postea in terris uisus est, & cū hominibus cōuersatus est. Tertio eius potestatē in miraculorū operatione. Luc. 5. Repleti sunt timore magno, dicētes quia uidimus mirabilia hoc die. Quarto eius gloriam in transfiguratione ut patet Luc. 9. Quinto eius pietatem in pauperum miseratione Matt. 8 Misereor super turbam. Sexto eius mansuetudinem, in opprobriorum supportatione. Ioan. 9. Vos inhonorastis me. Et sequitur. Ego non quæro gloriam meam. Septimo eius feruorem in prædicatione. Ioan. 8. Iterum diluculo uenit in templum. Vnde ut patet ex Euangelistarum decursu, per multos annos continue, & incessanter docuit. & discurrebat pedes. Octauo eius patientia in uulneribus, & passione unde dicitur Matth. 27. Iesus autem nihil loquebaturr, ita ut miraretur præses, &c. Omnia autē hæc. fiebāt & certitudine uidebant. Et sic Christus beatos dicit apostolos. Non autem fuerunt beati pharisæi quia non uiderunt diuinitatem per ueram fidem, sed beati potius à Christo dicti sumus nos, qui fide uidemus quæ apostoli fide & corporeo sensu uiderunt. Cyrillus. Multi iudæorum uiderunt Christum, diuina operantem corporis intuitu, nec tamen omnib. beatificatio conuenit. Nō enim crediderūt, neque uiderunt gloriam eius oculis mentis. Beatificati ergo sunt oculi nostri, qui fide uidemus uerbū pro nobis hominem factum. Hæc ille. Et licet beatiores fuerint apostoli quam prophetæ, & Reges, tamen etiam illi fuerunt beati quia per fidem uiderunt & desiderauerunt uidere oculo corporali Christum, sed non uiderunt. Vnde subditur [Dico enim uobis quòd multi prophetæ & Reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis] scilicet me incarnatum [& non uiderunt, & audire quæ uos auditis] scilicet secreta cælestia ex ore meo [& non audierunt] Et notanter Euangelista dicit multi, & non omnes secundum Orige. quia uiderunt Christum aliqui eorum, licet pauci. Vnde & Abraham dicitur q uidet diē Christi. & gauisus est ut Io. 8. uel secundum Chriso. cum dicit Multi debemus intelligere omnes, quia licet aliqui eorum uiderint Christum, non tamen uiderunt quæ uiderunt apostoli, scilicet conuersantem Deum inter homines, & loquentem eis sicut frater loquitur ad fratres.

Moraliter instruimur q semper debemus Christum & eius doctrinam atque opera cōtemplari, quia beati sunt talium oculi. Vnde dicit apostolus ad Heb. 12. Aspicientes in auctorem fidei & consumatorem Iesum, q proposito sibi gaudio sustinuit crucem cōfusione contempta.

Quantum ad secundum literaliter sciendum est q Saluator dixerat quòd nomina discipulorū erant scripta in cælis, ideo secundū Bedā quidā legis peritus. i. doctor in lege Moysi in hoc sumpsit occasionē tentandi Christum. i. sumendi experimentum de eo quantum sciret, & quantum nesciret unde sequitur [Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans eum, & di.] Iste secūdum Cyrillum erat de numero aliquorum loquacium. qui circuibant regiones detrahentes Christo, & dicentes q inutilia loqueretur. Voluit ergo eum prouocare, ut dicit idē Cyril. quatenus aliquid diceret contra Moysen, dicens [Magister, quid faciendo uitam æternam possidebo? in qua. s. sunt scripta no

mina iustorum. Sequitur [At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est quemodo legis?] Ad intellectū autem responsionis quā legis peritus respondet, sciendum est iuxta doctrinam S Tho. 2.2.q.44. ꝙ Deu 7. praecipitur ut Deus diligatur ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Sed. Marci. 12.& Luc 10. ponuntur eadem tria, scilicet cor, anima, & uires, seu uirtus quod idem est quòd fortitudo, & additur mens. Sed Matt. 22. ponuntur duo, scilicet cor, & anima, & dimittitur ex tota fortitudine, & additur ex tota mente. Oportet ergo ut declaremus quatuor, scilicet cor, animam, fortitudinem, & mentem, quia si aliquod horum alicubi ommittitur, hoc est quia in aliis intelligitur. Est ergo sciendum ꝙ per cor hic significatur voluntas. Nam sicut cor est principium omnium spiritualium, maxime quantum ad intentionem finis qui est obiectum charitatis. Tria autem sunt principia spiritualium actuum, quae principia ad operandum ex voluntate mouentur, scilicet intellectus, qui hic dicitur mens, & appetitus sensitiuus, qui hic dicitur anima, & uis exequutiua, quę hic dicitur fortitudo, siue uirtus, uel uires. Praecipitur ergo nobis quòd intentio nostra feratur in Deum, quod est Deum toto corde diligere, & quòd intellectus subdatur Deo, credendo ea quae Deus iubet credere, & quòd appetitus sensitiuus reguletur secundum Deū, & quòd actus exterior obediat Deo. Dicitur ergo [At ille respondens dixit] supple in lege sic lego [Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo] ita quòd tuus finis sit Deus [& ex tota anima tua] ita quòd tuus affectus sensitiuus reguletur secundum rationem [& ex omnibus uiribus tuis] ita quod actus tui exteriores sint scd'm legē Dei [& ex oī mente tua] ita ꝙ ītellectus tuus subdatur Deo. Sed contra, quia hoc membrum nō inuenitur in tota lege veteri. Ad hoc dicit Gorra, ꝙ ideo dicitur ibi scriptum quia deducitur ex scriptis [Et proximum tuum sicut te ipsum] Est autem sciendum quòd ly sicut, aliquādo importat aequalitatem, & sic amare proximum sicut seipsum, est amare illum tantum, quantum quis seipsum amat. Isto autē modo nullus tenetur amare proximum ut seipsum, q a ordo charitatis requirit ut quis se plus quā proximum amet ut patet. 22.q.26. Aliquando uero ly sicut, importat similitudinē, & sic ille amat proximum ut seipsum, qui illum amat ad eundem finem ultimum secū, quia scilicet vult ei foelicitatem aeternam, & illa quae ad illā uenit. s. uirtutes, & gratiā Dei, & alia inquantū sunt pro bono animae eius. Et isto modo tenemur amare proximum sicut nos, id est eo modo quo nos ipsos amamus sed non tantum quantum nos amamus. Sed nunquid potest homo ista in hac uita implere? Respondet S. Tom. 22.q.54. ꝙ possumus implere imperfecte, nihil. s. agendo quod repugnet perfecte unioni animae ad Deū, quae est finis Dei in hoc praecepto: non autē possumus implere, pertingendo. s. ad praedictum finem, sed hoc erit in patria. Dupliciter enim potest aliquod praeceptum impleri, puta si Dux praecipiat ut pugnetur. Vno modo perfecte, perueniendo, scilicet ad finem praecipientis puta uictoriam. Alio modo imperfecte, quia scilicet licet perueniat quis ad finē puta victoriam, tamen nihil facit repugnās uictoriae, ut puta si pugnet. scd'm ꝙ pugnare debuit, id est scd'm disciplinā militarē. Sicut ergo non peccat miles qui recte pugnat, & tamen non uincit, ita & qui nihil facit cōtra Deū, siue qui nullum mortale committit, & tamen non toto corde unitur Deo, eo modo quo uniemur in patria, non peccat, quasi hoc praeceptum nō obseruet. Quia uero omnia praecepta diuina ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, iuxta illud Matt. 22. in his duobus mandatis uniuersa lex pēdet, & prophetae, ideo subiungitur. [Dixitq; illi recte respondisti. Hoc fac & viues] vita aeterna, & immortali.

Moraliter docemur, quòd non est semper respondendum dure, interrogantib. ex mala voluntate. Nam Saluator tentanti se benigne respondit, & dicta eius commendauit.

QVantum ad tertium literaliter sciendum est, ꝙ tempore illo fuit magna quaestio inter pharisaeos, & scribas, quod esset maximū mandatū legis. Quidam. n. dicebant, ꝙ sacrificare Deo erat maximū opus, quod pertinet ad latriā. Quidā vero, praeferebāt opera pietatis. Iste ergo scriba, siue doctor interrogauit Christum de duobus, s. quid faciendo vitam aeternam possideret, vt dicit hic Luc. & quod esset maximū mandatum in lege, vt dicitur Mat. 22. & Mar. 12. Et hoc dico supposito quòd fuerit idem scriba de quo iste, & illi loquūtur, qd' tn̄ non habeo certū, quāuis

haec

hæc teneant communiter expositores. Iste ergo scriba secundum Cyrillum audita Christi responsione eum commendantis, in superbiam elatus est, sed secundũ Nic. de Ly. & aliquos alios non est elatus in superbiã, sed cõpungus est in verbis Christi, quamuis in principio iterrogauerit malo fine. Vnde Christus dixit ei. Non longes à Regno Dei ut patet Mat. 12. Secũdum ergo has duas opiniones dupliciter exponitur quod sequitur, scilicet [Ille autem volens iustificare seipsum] Nam qui dicunt eum superbisse, dicunt ꝙ voluit se iustificare, idest ostendere iustũ, quasi nullum haberet proximum, i. sibi iniustitia comparandum; vel quòd voluit se iustificare, inquantum credidit se habitutum tale responsum a Christo per quod ostenderet se iustũ. Alij vero dicunt, quòd voluit iustificare seipsum, verè opere adimplendo mandatum de dilectione proximi. Veruntamen etiam dato, quòd sit idem scriba videtur tenẽdũ eum sanctis ꝙ non sit compunctus, sed elatus potius. Neque hoc probatur per illud, non longe es à Regno Dei. Pro quo sciendum est, ꝙ ille interrogauit quod esset maximum mandatum in lege, & Christus respondit quęrat mandatum dilectionis, & non sacrificij. Et quia ille doctor tenebat hanc opinionẽ, commendauit opinionem Christi dicens in veritate magister rectè respondisti, vt patet Mar. 12. Et econtra Christus videns quòd sapienter ille respondisset, dixit. Non longe es à Regno Dei, quod ideo dixit, non quia esset cõpunctus, sed quia rectam opinionem sequebatur in prædicta quæstione. Et ideo dicit gl. quòd longius distant ignorãtes quàm scientes, & Chry. dicit, ꝙ licet non esset longe, tamẽ distabat à Regno Dei. Sequitur [Dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus] quasi diceret in animo suo, secundùm Cyril. & Theo. Parem non habeo in iustitia, vt possit mihi esse proximus. Vel secundum alios vt statim subiungat hunc se semper dilexisse, si Christus respondisset vt cogitabat. Notandum vero quòd proximus dicitur primo carnali propinquitate. Psalm. Amici mei & proximi mei, aduersum &c. Secundo religione vt omnes Christiani. Ecclesia. 15. Exaltauit illum apud proximos suos. Tertio pietate, vt soli boni, vt patet hic. Quarto natura conformitate, vt omnes homines, vt hic Christus concludere vult, exceptis damnatis [Suspiciens autem Iesus dixit] Forte suspexit domi nus ad cælum suspirando, quia id quod uolebat dicere, significabat calamitatem humani generis. Nam sequitur [Homo quidã] Secundũ aliquos istud non fuit res gesta, sed parabola, sed secundum alios fuit res gesta, quia inter Hierusalem & Hierico erat silua magna, seu desertum; in quo latrones cedes & prædas exercebant, Sed siue sic sit, siue sic, sciendum secundum Gorram ꝙ statim Saluator poterat respõdere, & dicere, omnis homo est proximus tuus, sed uoluit inducere exemplum, ut ex responsione scribæ conuinceret eum de falsa sua opinione. Iudei enim nullum existimabãt proximum nisi iudeos. Christus autem uoluit probare quod omnis homo est proximus omni homini, arguẽs à maiori, ut patebit. Dicitur ergo ꝙ ille homo [descendebat ab Hierusalem in Hierico] Hierusalem enim est in montibus & Hierico in campestribus [Et incidit in latrones. Qui etiam despoliauerũt eum, & plagis impositis abierũt semiuiuo relicto] uel quia ille uoluerat se defendere, uel quia ab eo latrones cognoscebantur, & consequenter timentes ne proderet eos, noluerunt illum occidere. His enim de causis consueuerunt uulnerare [Accidit autem ut sacerdos quidam descẽderet eadem uia] Iste qui fuerat uulneratus creditur fuisse iudæus, & hoc tenet Hugo car. & uidetur idem sentire Augu. de uerbis domini, & consequenter ipse, & sacerdos qui illac transibat erant eiusdem gentis [& uiso illo præteriuit] durus & crudelis. Iste sacerdos uidetur fuisse crudelior feris. Dicit enim beat. Thom. super psalm. 37. ꝙ nullus est ita crudelis qui non compatiatur naturaliter afflicto. Vnde ut idem ait, & experientia docet canis nõ mordet iacentem. Iste ergo fecit contra naturam, & uidetur fuisse crudelissimus [Similiter, & Leuita] Leuita est ꝑsona sacra quæ sacerdoti immediate subministrat in sacrificiis diuinis [Cum esset secus locum, & uideret eum pertransiit] quamuis esset ei genere propinquus, secundum Theoph. & Augusti. de uerbis domini [Samaritanus autem quidam] Samaritani, & iudæi intantum fuerunt inimici quòd non coutebantur. Vnde & mirabatur mulier Samaritana quòd Christus qui iudęus erat, postularet ab ea aquam [iter faciens] Erat enim extra regionem suam & peregrinus, &

consequenter eum magno incommodo poterat gerere curam vulnerati, & tamen [venit secus eum] vt videret quidnam haberet, [& videns eum] in tantis doloribus [misericordia motus est] quamuis esset de gente & populo inimico[& appropians]idest appropinquās secundum locum,& compassionem [alligauit vulnera eius infundens oleum] ad dulcorandum & [vinum] ad purgandum [& imponens illum in iumentum suum]ipse tamen pedes iuit, & forte lætior quàm antea ret in equo, quia amor fraternæ compassionis portabat eum[duxit in stabulum]stabulum dicitur statio boum, & secundum aliquos erat locus pastorum in deserto, sed re uera videtur fuisse hospitium in quo itinerantes pausant,& reficiuntur. Hoc enim expresse innuit Chryso. qui stabulum Ecclesiæ comparans, ait. Est enim stabulum Ecclesia quæ itinere mundi lassatos suscipit, & vbi viator lassus reficitur.Hæc ille. [& curam illius egit. Et altera die protulit duos denarios,& dedit stabulario] idest hospiti [& ait. Curam illius habe] Denarius proprie fuit nummus argenteus valens decem nummos vsuales idest paruos, sed tamen ampliato vocabulo omnis nummus argenteus dictus est denarius Vnde denarii quos iste obtulit pro salute, & expēsis infirmi creduntur fuisse magni valoris sicut alicubi sunt nummi argentei valoris magni. Vt quid enim iste Samaritanus qui videtur fuisse homo nobilis,postquam in hospitio habuisset infirmum per vnam diem protulisset 20 obolos pro expensis factis,& faciendis. Fuisset enim derisibile hoc,& rusticum. Sed credo quòd duo denarij fuerant duo argentei, qui argentei valebant duos aureos,vel circa. Et idem credo de argenteis,quibus & Christus venditus, & ager Acheldemach emptus est [& quodcūque supererogaueris ego cùm rediero reddam tibi] adducto ergo exemplo Christus intendit concludere propositum suum, id est istam conclusionem,quod omnis creatura rationalis cui possumus exhibere misericordiam, vel à qua possumus misericordiam suscipere est noster proximus. Dicit ergo [Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse ei, qui incidit in latrones?] Verum necquid sacerdos, aut leuita qui erant genere vicini, aut Samaritanus qui erat inimicus?[At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum]

Ex hoc arguitur dupliciter. Primo sic. Si quis homo esse posset, qui non esset noster proximus. ille maxime esset inimicus. Sed hoc est falsum, quia scriba testatur quòd Samaritanus fuit proximus Iudæo vulnerato inimico. Ergo nullus homo est, qui non sit noster proximus. Si enim inimicus est proximus, multo magis alij. Secundo arguit Aug.de doc. Christiana sic. Proximus est cui exhibenda est misericordia, sed exhibenda est omnibus, quibus potest exhiberi, etiam inimicis dicente domino. Benefacite his,qui oderunt vos. Ergo proximus est omnis cui non potest misericordia exhiberi. Et quia non possum esse proximus tibi, nisi tu sis proximus mihi, cùm ista sint correlatiua sicut & vicinus, ideo sequitur ꝙ etiam proximus sit qui potest misericordiā facere. Ex his sequitur ꝙ proximi nostri quos diligere tenemur sint, ipse Iesus Christus saltē inquātū hō (quicquid sit inquantū Deus) secundo Angeli beati, tertio beatæ animæ.Hi sunt proximi qui possunt impēdere nobis misericordiam; quarto animę quæ sunt in purgatorio & 5. omnes uiuentes in carne.Hi autem sunt proximi quia eis possumus impendere misericordiam. Diabolus autem & omnes damnati non sunt proximi nostri, ideo tandem cōclusit Saluator[Hoc fac, & uiues]idest impende misericordiam,quia illa facit esse proximum,potius quàm generis propinquitas. Hæc omnia sunt de mente Augu.ubi supra. Est autem sciendum ꝙ prædicta non fuerit res gesta, sed parabolam dixit Saluator, assignatur alius sensus literalis, qui tamen esset allegoricus si res illæ uerè fuerunt gestæ. Siue ergo fuerit sic,siue sic. Dicamus sic[homo quidā].i. Adā scd̃m Orige.uel genus humanū scd̃m alios[descēdebat]per peccatum [ab Hierusalam] idest à cœlesti uita & fœlicitate scd̃m Augu. de cōsen. Euāg uel a paradiso in quo omnia quæ uidebat erant ad pacem eius,secundum eundem contra Pela.[in Hierico] idest in mundum secundum eundem contra Pela; Hierico enim interpretatur luna, & significat huius seculi uariationem [Et incidit in latrones] idest in diabolum & angelos eius,secundum Chrysostom. Amb. & Augu.contra Pela.[qui etiam despoliauerunt eum[bonis scilicet morum ornamentis,& iustitia originali,& gratia Dei, & omnibus uirtutibus moralibus infusis, & hic.

breuiter secundum Amb. omnibus indumentis gratiæ spiritualis[& plagis impositis]quātū ad malas inclinationes quæ in natura remā serūt[abierūt semiuiuo relicto]secundum Aug. contra Pela. homo autem post peccatū fuit semiuiuus,i. pro medietate viuus in quātu n habuit quidem liberū arbitrium,sed non ta liter vt posset redire ad æternam vitam quā perdiderat,ideo carens propriis viribus iacebat. Vel secundum Theo. semiuiuus est quia anima quidē immortalis est, sed corpus mortale. Vel semiuiuus quia plenè non poterat operari viui,id est virtuosa,q a licet ab eo non fuerit sublata natura,fuit tamen diminuta habilitas ad bonum In natura sua, & fuit inducta mala concupiscentia. Negligentia autē ad bene operandum, & inclinatio ad malū,sunt causa iacendi sine operibus. Secundū Chry. autem per sacerdotem intelligitur Aaron, & per leuitam Moyses, & neuter potuit curare vulneratum. Vel secundum Aug. per sacerdotem intelligitur tempus legis in qua mandabāt sacrificia, per leuitam vero tempus prophetarum, per Samaritanum vero intelligitur Christus secundū Aug. de uerbis domini, quia Samaritanus interpretatur custos, hic Samaritanus secundum Amb. descendit non per peccatū sed per incarnationis mysterium, & uenit secus,i. prope infirmū secundum Aug eo quod ueuerit in similitudine carnis peccati, quis nō in carne peccati. Alligare vulnera secundum Aug est cōdonare & parcere peccata. Oleū secundum ipsū est consolatio spei. Sed viuū exhortatio ad operandū. Vel oleum secundum Amb. est remissio peccatorum. Vinum vero est præceptum quo mala cohibentur. Vel oleū secundum Gre. est pietas, vinū vero iustitia, & timor iudicii; vel oleū secundū Theo. est conuersatio humana Christi, vinū vero diuina, quo vtroq; nos saluat Christus. Vel secundum Chrys. oleū est Chrisma, vinū est sanguis passionis. Iumētum, secūdū Amb. est caro, cui nos imponit dum pro nobis in cruce patitur. Stabulum est Ecclesia secūdū Chry in qua peregrini & quiescunt in spe cœlestiū à terrenis laboribus, & reficiūtur verbo Dei. Altera dies secundum Amb. est dies resurrectionis, duo vero denarii secundū eundem sunt duo testamenta quæ imaginē præferunt æterni regis. Stabularius est ecclesiæ prælatus. Amb. Beatus ergo stabularius qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille cui dixit Iesus, quodcunque supererogaueris reddam tibi. Nam quando reuerteris domine, nisi iudicii die? Nam licet vbique sis semper & stans in medio nostrum auertens à nobis. Erit tamē tēpus quo vniuersa cāro te respiciat reuertentem. Reddes ergo quod debes Beati quibus es debitor. Vtinam nos simus idonei debitores, si quod accipimus possimus exoluere. Hæc ille.

Moraliter prædicta exponūtur de peccatore quolibet descendente a statu iustitiæ in peccatum mortale. Hic spoliatur a dæmonibus bonis gratiæ, & vulneratur in bonis naturæ, & relinquitur semiuiuus, quia tollitur ab eo vita gratiæ remanente vita naturæ. Cui Christus appropinquans in sacramēto pœnitētiæ alligat vulnera eius infundens oleum misericordiæ cū vino iustitiæ, ducit que in stabulum, idest Ecclesiam vbi simplices reficiunt. Et altera die, i. in die confessionis, prima enim fuit contritionis, & tertia satisfactionis. Dedit prælato duos denarios, i. intelligentiā diuinæ & humanæ legis dicēs. Curam illius habe, salutarem pœnitētiā imponendo & quodcunque supererogaueris vltra præcepta ad quæ quilibet tenetur, reddam tibi in vita æterna.

Dominica 14. post Trinit.

Textus euan. Lu. ca. 17.



Vm iret Iesus in Hierusalē, trāsibat p mediā Samariā, & Galilæā, & cū īgrederet quoddā castellū occurrerūt ei decē viri leprosi q steterunt à lōge, & leuauerūt vocē dicētes. Iesu præceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostēdite uos sacerdotibus. Et factū est dū irēt, mūdati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est regressus est cum magna voce magnificans Deū. Et cecidit in faciem ante pedes eius gra-

ctas agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit Non ne decem mūdati sunt? Et nouē vbi sunt? Nō est inuentus qui rediret, & daret gloriā Deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, & vade quia fides tua te saluum fecit.

CVm iret Iesus in Hierusalem transibat per mediam Samariam& Galileam] Luc.17. In præsenti Euang. tanguntur tria puncta quæ sunt Postulatio, Sanatio & Reprehensio.

QVantum ad primum literaliter, sciendum est ꝙ Samaria aliquando significat regiā ciuitatē, aliquando prouinciā. Nā cùm populus Dei 12. tribubus contineret sub Roboam filio Salomonis stulto, diuisū est regnū eius, & remanserunt sibi duæ tribus. s. Iuda & Beniamin. reliquæ aūt 10. fecerūt sibi regē Hieroboā, vt patet. 3. Reg. 12. & sedes regni 10. tribuum fuit Samaria ciuitas. Sed captiuatis 10. tribubus per Nabucho. regem Baby. misit idem Rex gentes quæ colerent terrā illā, & dicti sunt Samaritani ab illa ciuitate vel prouincia. Et isti colebant simul Deū, & idola, saltem aliquo tempore. Nā cùm prius colerēt idola, Deus immisit bestias infestātes eos, ideo sunt coacti colere Deū. Et semper fuerunt Iudæorū inimici, & recipiebāt quinq; libros Moysi, sed non prophetas. Dicitur ergo[Dum iret Iesus in Hierusalē]. s. vltima vice quando ibat ad mortem[transibat per mediā Samariā]sumendo Samariā ꝓ prouincia[& Galileā] Qūo autē transiuit Iesus per vias, & ciuitates gētiū, vide supra dñica 12.[Et cū ingrederet quoddā castellū] vt ibi effunderet cibū animarū. i. doctrinā suā [occurrerūt ei decē viri leprosi]in ipso. s. ingressu castelli q a scd'm Titum extra ciuitates tanq̄ im mūdi morabātur. Occurrerūt inq̄ q a audierāt famā miraculorū eius[qui steterunt à lōgè]p p reuerētiā Chri, et ēt q a sanis appropinquare verebantur p p immūditiā suam erubescētes, secundū Theo. (& leuauerunt vocē]lamentationis. & deprecationis ex magno desiderio sanitatis[dicentes, Iesu pceptor]Secundū Theo. in hoc ostendunt se Iesum Deū esse credere. Vnde subditur[miserere nostri]quasi di. Potes nos solo verbo curare.

Allegoricè scd'm Aug. de cōs. Euan. & Bedā, isti leprosi sunt hæretici, qui in exterioribus, i in verbis ostēdunt variū colorem, dū dāt quædā vera. & quædā falsa. Lepra. n. est vitiū coloris in superficie prætendēs varietatem. hi taliter sunt ab Ecclesia vitandi, vt ipsa exclusione coacti Iesum præceptorem magnis vocibus clament, & bene præceptorem Iesum appellant, quia in eius verbis errauerant.

Moraliter lepra significat generaliter omne peccatū mortale q a est morbus incurabilis, abominabilis & inutilis. Sic peccatum mortale non pōt curari, nisi virtute diuina, vt patet 3. di. 19. art. 1. & facit abominabilē apud Deū, & corrumpit vniuersaliter omnia dona, consequentiā gratiā Dei, quia ipsam tollit gratiā. Spiritualiter tamē significat luxuriā, auaritiā & superbiā. q a est morbus fetidus, sitibūdus & cōtagiosus. Modus autem quo isti tales curandi sunt est. Primo per humilē sui cognitionem, quia steterūt à longe velut publicanus. Et secundo per intensum desideriū & clamosam orationē. q a. leuauerunt vocem. Et tertio per puram confessionem, quia missi sunt ad sacerdotes, vt videbitur.

QVantū ad scd'm literaliter sciendū est ꝙ lex Mosayca mādauit. Leuitic. 14. vt mūdati à lepra ostenderent se sacerdotibus propter duo. Primò quia sacerdoris erat iudicare vtrū essent vere mundati vel non. Secundo vt offerrent ꝓ sua mundatione sacrificiū in lege statutū. Legalia autē habuerūt cursum vsque ad Christi passionem, in qua dixit Cōsumatū est. Vnde Christus ea seruauit, vt patet in circūsione, purificatione, & immolatione agni. Ideo quos à lepra sanabat, ad sacerdotes mittebat. Sequitur ergo [quos vt uidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus] vt. s. illi quorū interest experiantur vestrā emundationē scd'm Theo. & vt offeratis legale sacrificiū purgationis, scd'm Cyr. & vt publicet miraculū scd'm Gor. Vñ dixit sacerdotibus, nō sacerdoti, & vt ostēdat spiritualis curationis ordo, vt. s. post cōtritionē sequatur confessio. Dicit aūt hic quædā gl. ꝙ vitia alia ab infidelitate dñs per seipsum sanat in mente sed per hoc non intēdit excludere secretā confessionē sed publicā re conci-

cōciliationē scd̄m Gorrā. Notat aūt ēt idē hic ꝙ sicut alienū, ita & propriū delictū ei so li debemus pandere qui possit, & velit ꝓdes se. Et vt dicit Theo. dn̄s in hoc suo pcepto ostendebat eos, esse curandos alios, ad q̄d eos misisset, vt iudicarent de emundatione. Vnde sequitur[Et factum est dùm irēt, mun dati sunt] diuina virtute, cōcurrēte fide eorū & obediētia ad Christū. Cùm aūt decē essēt vnus eorū erat Samaritanus, scd̄m Theo. re liqui Iudæi. Sed Samaritanus statim vt se mūdū vidit, regressus ē ad regratiādū Chro. Ideo sequitur[Vnus aūt ex illis vt vidit q̄ a mundatus est, regressus est cū magna voce magnificans Deū] Titus. Dedit aūt ei appro pinquandi fiduciā suscepta purgatio. Vnde subditur[Et cecidit in facie suā ante pedes eius gratias agens] fidē suā simul cū beniuo lentia pandens. Hæc ille[Et hic erat Samaritanus] Theo Hinc pōt coniici ꝙ nihil impe dit quēquā placere Deo, ēt si de genere pro phano processerit, dūmodo bonū gerat ꝓpositū. Nullus ēt natus ex sanctis superbiat, nouē.n. qui israelitæ erant ingrati fuerunt. Hæc ille.

Allegorice sciēdū est ꝙ peccatori non suf ficit contritio seu dolor peccati vbi potest hēre copiā confessoris, quia tenetur confiteri, vt patet ꝑ oēs theologos. Iubet ergo dominus eos q̄ misericordiā petunt à Deo, ire ad sacerdotes, vt idest confiteantur iniquitates suas, sed dū vadunt mundantur q̄ a cōfessio iustificat in ꝓposito habita, antequā ha beatur in actu, dūmodo dolor sufficiēs sit, vt patet per S. Tho. in 4. di. 17.

Moraliter instruimur quātū debeat regratiari Deo qui liberatur a lepra peccati. Psal. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Sed multi reperiuntur ingrati, ideoque recidiuare permittuntur.

QVantum ad tertium literaliter sciendū est secundū Nico. de Ly. ꝙ isti nouē leprosi qui erant Iudæi non sunt regressi ad gratias agendū Christo quia decepti fuerunt à sacerdotibus qui doctrinæ Christi & miraculis detrahebant, & secundum eorum informationem attribuerunt emundationē suam obseruationi legis, & nōn virtuti Christi, licet à principio fideliter & deuote petiuissent ab eo sanari; hos ergo reprehendit Christus tanquam ingratos cùm dicitur [Et respondens Iesus dixit. Nonne decem mundati sunt?] Non interrogat vt discat q̄d nescit, sed vt ostēdat se scire quod scit[& no uem vbi sunt? Nō est inuentus] ex illis decē [qui rediret & daret gloriā Deo, nisi hic alie nigena] idest aliunde quàm in populo Dei genitus. Legitur autem dominus in Samaritanis tria laudasse, primo fidei facilitatem. Io. 4. Videte regiones quia iam albæ sunt ad messem. Secundo misericordiæ pietatem, vt patet Luc. 10. de eo qui alligauit vulnera sauciati. Tertio beneficii recognitionem, vt hic. Quilibet igitur conetur esse bonus Samaritanus, idest custos animæ suæ per hæc tria. Sed hic est vna dubitatio. Tenet enim S. Tho 3. q. 44. quòd Christus nunquam aliquem sanauit in corpore quem nō prius sa naret in anima, faciebat enim miracula uir tute diuina, Dei autem perfecta sunt opera, vt dicitur Deut. 32. ca. & consequenter talia opera pertingunt ad finem operantis. Finis autem Christi curantis corpora, quia erat sa lus animarum, principalius venerat animas curare quàm corpora. Sed contra ista videtur esse instantia de istis nouem leprosis, & etiā de illo seruo cui Christus abscisam au riculam restituit, de quo non habetur quòd fuerit iustificatus. Ad primum horum dicitur dupliciter, primò quòd isti leprosi fuerunt prius iusti in anima quàm mūdati vel tempore vel natura, sed tamen post emūdationem peccauerunt mortaliter, quia perdi derunt fidem suasi à sacerdotibus secundū quosdam. Secūdo dicitur quòd forte isti nō peccauerunt per infidelitatem, sed per ingratitudinem tantum, quæ tamen forte nō fuit peccatū mortale, vt patet ex his quæ de ingratitudine dicit S. Tho. 2. 2. q. 107. Iustificatio autem quā Christus faciebat, non constituebat homines impeccabiles venialiter, immo nec mortaliter vt patet in Petro negante, de quo dubium non est quòd mortaliter peccauit, vel si hęc ingratitudo fuit peccatum mortale tamen prius fuerūt iusti, vt dictum est. Videtur autem rationabilius ꝙ mortaliter peccauerunt sic, vel sic, quia nō est probabile Christum pro veniali sic eos reprehendisse. Ad secūdū de seruo dici potest similiter dupliciter. Primò ꝙ fuit iustificatus, & licet hoc in euangelio nō habeat, non tamen habetur oppositū. Secundo ꝙ dictus S. Tho. intelligit de his quos Christus curabat quasi exhibendo beneficium, hunc

une autem curauit quasi satisfaciens debito apparēter. Nam actus Petri videbatur in iustitiam continere apud illos, qui Christū non nouissent,& consequenter Petrus tenebatur apparenter tali satisfacere,etiam pro membro absciso si potuisset sed q̄a nō poterat, satis fecit pro eo Christus [Et ait illi. Surge,& vade, quia fides tua te saluum fecit]dispositiuc & ex cōgruo. Dei autem virtus effectiuè.

Allegoricè secūdum Titum hic significatur qđ gentiles susceptis beneficiis à Christo ad eū deuote confugerūt, Iudæis in sua duricia permanentibus.

Moraliter in hoc quòd iste qui fuit commendatus à Christo tanquām saluus clamauit ante suam mundationem,& post innuitur quòd peccator debet clamare ad Deū per orationem ante suam conuersionem,vt conuertatur,& post conuersionem vt conseruetur.Nā quatuor sunt propter quæ clamat homo.Clamat enim à facie ignis,à violentia furis ab impetu aquarum à terrore hostium.In nobis autē post conuersionem adhuc est ignis concupiscentiæ,& sunt in nobis fures,idest oculi & aquæ tribulationum continuum bellum aduersus inimicos.

Est etiā moraliter sciendū ꝙ lepra quinque modis legitur fuisse mūdata,primò per occultationē,vt patet i manu Moysi Exod. 3.Et secundo oratione,vt patet de lepra Mariæ.Nu.7 Et tertio ablutione vt lepra Naaman.4.Reg.5. Et quarto tactu manus diuinæ,ut patet Matth.8. & quinto impletione obedientiæ, vt hic.Hæc aūt significant quinque requisita ad mundationem spiritualis lepræ saltē de bene esse.Primum suiip̄sius absconsio à peccatis, & secundum intercessio sanctorum & tertium lachrymosa cōtritio, & confessio.& quartum infusio gratiæ diuinæ,& quintum est humilis satisfactio.

Domini.15.post Trinitatem.

Textus euang. Mat.c.6.

NEmo potest duobus domini nis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum dilig et:aut vnum sustinebit & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mãmona. Ideo dico vobis ne soliciti sitis animę vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca,& corpus plusquā vestimentū? Respicitie volatilia cęli qm̄ non serunt, neque metunt, neq; congregant in horrea, & pater vester cęlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autē vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum. Et de vestimēto quid soliciti estis. Cōsiderate lilia agri quomodo crescunt,nō laborant neq; nent. Dico aūt vobis quòd nec Salomon i omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autē fęnū agri quod hodie est & cras in clibanū mittitur Deus sic vestit,quanto magis vos modicę fidei?Nolite ergo soliciti esse dicētes,quid māducabimus,aut q̄d bibemus,aut quo operiemur. Hęc enim omnia gentes inquirunt. Scit.n. pater vester quia his omnibus idigetis. Quærite ergo primum regnum Dei,& iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

NEmo pōt duobus dominis seruire &c.] Matth. c. 6 In præsenti Euang. Christus docet istam conclusionē scilicet. Nullus debet habere solicitudinem superfluā, uel anxiam circa temporalia,puta cibum,potum, vestitum & huiusmodi. Et tangit tria puncta,quæ sunt Ratiocinatio, Exemplificatio, & Correctio.

QVantum ad primum literaliter sciendū est quòd duplici ratione Christus conclusionem suam probat. Et prima est talis. Quandocunque fuerunt duo domini contrarii,contraria iubentes eligendum est seruire meliori, cùm non sit possibile seruire vtrique.Sed Deus & mãmona,idest dæmon qui diuitiis præest , seu ipsæ diuitiæ quando dominantur affectui,sunt domini cōtrarii,

quia

quia Deus iubet iustitiam,alii rapinā.Ideo eligendū est seruire meliori i. Deo per deuotionē.& nō mamonæ per superfluā solicitudinē.Hāc ergo rōnem tāgit Christus dicēs [Nemo pōt duobus dñis seruire]q.i.q sunt cōtrarii,aut dispari,& nō sibi inuicē possunt,vt in proposito quia auaritia quæ est seruitus idolorum nō potest stare cum diuino obsequio,nec voluntas diaboli est conformis voluntati Dei.

Ad intellectum autem sequentiū sciendū est quòd Deus scd'm se a nullo pōt odio haberi,vt patet per S.Tho 4 dist.50.& 1.q.60.& p Capreo.1.di.1.q.2.& ratio vna est, quia Deus est essentialis & prima bonitas. Nullus autem potest odire purani & primā bonitatē,qua quilibet vult bonū necessario & consequenter quilibet amat ipsam bonitatē,qua bonū amatū est bonū,& consequēter amat primā bonitatē qua omnis bonitas est bona,i. Deū. Alia ratio est, q a Deus est essentialis bonitas ergo nullo modo habet rationem mali,ergo nullo modo est odibilis.In suis autē effectibus Deus odiri pōt in quātū illi apprehenduntur vt mali,vtputa pœna quā infligit. Oditur ergo ipsa pœna, & consequenter Deus illator eius oditur per accidens, inquantū punitor & non secundū se vel per se. E conuerso aūt diabolus in se cōsideratus i. sine suo effectu, licet nō sine sua mala voluntate est odibilis,quia est inimicus noster ad quē naturaliter vt inimicus est odiū habemus, vnde non est proximus noster, nec tenemur, immo nec debemus illum ex charitate diligere,vt patet per S.Tho.in 2.2.In suo tamen effectu aliquādo dil:gitur,vt cūm homini pcurat diuitias aut corporis voluptatē. Dicit ergo saluator [Aut enim vnū odio habebit].s.diabolū, qui in se non est amabilis. Sustinetur aūt sicut dicit Aug.eo modo quo aliquis dñm,& diligens ancillam eius sustinet durā seruitutem propter amorē ancillæ. Sic etiā vani homines amore voluptatū sustinent durā seruitutē diaboli quē non amant [Et alterū contemnet].i.Deū. Et non dicitur, odio habebit quia Deus non est odibilis.Cōtemnunt autem eū homines vani quasi de eius māsuetudine & bonitate securi,vt dicit beatus Aug. Exprimit aūt specialiter saluator q sint isti dñi dicēs [Nō potestis Deo seruire,& māmonę]Māmona syriace,latine dicūtur diuitiæ. Per māmona secundū Hiero intelliguntur diuitiæ,quibus simul cum Christo seruiri non pōt.Sed secūdū glo.per māmona intelligitur quidā dæmon, sic dictus quia præest diuitiis,non quia possit eas dare nisi vt Deus permittit, sed quia per eas hoīes fallit vt eadē glo.dicit.Sed reuera secūdū Aug. q seruit diuitijs. vt dicit Hie. seruit et dæmoni. vt dicit gl.Sūt aūt hic duo scienda. Primū est,q vt colligitur ex variis scripturæ locis & dictis sanctorū lucifer habet septē duces, q tentāt de septē vitiis capitalibus Leuiathan quidē de superbia,māmona de auaritia, asmodeus de luxuria,belberit de ira.belphegor de gula,& Beelzebub de inuidia,& de accidia astaroth. Secūdū est,q non dixit Christus, non potestis Deo seruire,& habere diuitias, quia aliud est habere diuitias,& aliud est seruire diuitiis.Hie. Qui diuitiarū seruus est diuitias custodit vt seruus,qui autem seruitutis excutit iugum destribuit eas vt dñs.Hęc ille Quidam enim amant diuitias supra Deū vt auari, & serui illarū,quidā amant eas,sed infra,seu minus quàm Deum,vt viri imperfecti,quidam eas non amant sed tenent propter Deū, vt seruiant de eis pauperibus & familiæ,vt viri perfecti.Deinde saluator conclusionem suā probat secunda ratione, quæ talis est scd'm Hie.Chry.& S.Tho.super Mat.Quicunque dat maiora dat et ēt minora sed Deus dedit animā & corpus quæ sunt maiora cibo,potu & vestimēto, igitur ista minora dabit sine superflua solicitudine.Hāc saluator tāgit dicens[Ideo dico vobis:ne soliciti sitis aīæ vestrę quid māducetis]scd'm Hie.in aliqbus textibus additur neque quid bibatis.Sed posito q non sit de textu,saluator in cibo conclusit etiā potū,quē cibus necessario requirit[Neque corpori vestro quid induamini] Aduertēdū est autē q scd'm Chry. hic p anima accipitur ipsa anima rationalis,cui man ducamus, non quasi ipsa egeat cibo,sed qa sine cibo deficit corpus, & consequēter illa in corpore stare non pōt.Sed scd'm Aug.per animam hic accipitur vita corporalis & animalis,sicut & ibi, q amat animā suā perdet illam. Hæc autē anima per cibū conseruatur in corp ore.Aduertēdū est secundo q quidā hæretici euchitæ appellati. Aug.teste li.de hære.& li.de operibus monachorū, ex his verbis dñi dicunt q viro apostolico vtputa

religioso nō licet operari manibus, & lucrari panem suum. Quorum error ex hoc ipso destruitur, quia scit (scriptura teste) in multis locis, beatus Paulus operabaẽ manibus suis lucrando sibi victum, ne grauaret pauperes Christianos, & vt daret exēplū pseudo apostolis, qui indebite volebant à suis auditoribus stipendia surripere. Licet ergo ista procurare, immo quilibet qui nō habet tenetur procurare sibi victum. Quilibet enim tenetur se amare, quia proximum quilibet tenetur amare sicut seipsum, ergo quilibet tenetur conseruare vitam suam sicut & vitā ꝓximi, & magis, & cōsequenter quilibet tenetur sibi prouidere de his sine quibus viuere non potest. Vnde qui ex notabili negligentia permitteret se mori fame, esset damnatus. Quod vero dicit [ne soliciti sitis] sic debet intelligi. Ne soliciti sitis scilicet superflue & inordinate, & anxie. Sicut enim habetur ex doctrina S. Tho. super Matt. & ad Philip. 4. & 2. 2. q. 55. & 1. q. 108. & 4. di. 15. & 3. cōtra gen. c. 135. & in variis aliis locis, solicitudo dupliciter sumitur. Vno modo ꝓ diligentia quærendi quod deest. Alio modo sumitur pro anxietate animi cum defectu spei, & ista prohibetur, nec vnquā potest esse laudabiliter. Prima autem pōt esse laudabilis sed est vitiosa multis modis, vt elicitur ex locis præallegatis. Primò si ponatur finis in re quæsita, & non in Deo, tunc enim est peccatum mortale. Secūdò si quærātur superflua necessitati, & decentiæ status. Tertiò si quærātur necessaria cum superfluo studio nimis immergendo mentem in talibus. Quartò, si quærantur necessaria cū debito studio, sed tamen cum diffidentia diuini auxilii, ita scilicet ꝙ homo non speret quòd si ipse faciat quod potest, Deus debeat supplere. Hiero. Præcipitur nobis ne soliciti simus quid comedamus. Et quia in sudore vultus præparamus nobis panem, labor exercendus est, solicitudo tollenda. Hæc ille. Chrys. super Matth. Non enim solicitudinibus spiritualibus, sed laboribus corporalibus acquirendus est panis, qui laborantibus pro præstante abundat, & negligentibus pro pœna Deo faciente subducitur. Hæc ille. Sequitur [Nonne anima plus est quàm esca.] idest maioris prætii [& corpus plusquam vestimentum] quasi di. secundū Hiero. Deus qui dedit maiora, dabit etiam minora. Sicut etiam dicit Chrys. Si Deus fecit hominem vt sit, cùm esse non possit sine alimento, vtique exhibebit ei alimentum. Quòd intelligēdum est si homo faciat quod in se est, quia Deus nō fecit hominem vt sit, & viuat contra suam voluntatem sed vt sit si velit esse.

QVantum ad secundum sciendum est quòd Christus conclusionem suā probat exemplariter, & adducit duo exempla. Primum de cibo & potu, cùm dicit [Respicite volatilia cœli] idest considerate aues quæ volant in cœlo, idest in aere [Non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa] Sicut autem testatur Aug. quidam dicunt ꝙ exemplo cœlestium auium laborandum non est, sicut illæ non seminant neque metunt, sed vt idē ait, tales nolunt considerare quod sequitur neque congregant in horrea. Tales enim volūt habere manus ociosas, & repositoria plena. Intēdit ergo Saluator vt idem innuit, ꝙ sicut Deus pascit aues quærentes cibum secundum solicitudinem suæ naturæ debitā, ita pascet hoīes facientes quod in se est, q̄a homo dignior est oībus animalibus. Ideo subditur [Nonne vos pluris estis illis] idest carius valeris, secūdm Aug. de ver. domini, seu maioris estis prætii, & consequenter multo magis Deus vos conseruabit si faciatis q̄d in vobis est. Sicut autem dicit Hiero. quidā nimis alta sapientes per volucres accipiunt Angelos non intelligentes ꝙ tunc false diceretur, nonne vos pluris estis illis? Possumus tamen secundum Hilarium per aues dæmones intelligere, quos sine solicitudine Deus conseruat, & sunt minoris prætii quàm sint homines serui Christi, & hoc in esse gratiæ, sed non in esse naturæ. Confirmat autē dominus quod dixerat per quoddam expertū, vt dicit glo. cùm subditur [Quis autē vestrū cogitans] idest cogitādo [potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?] quasi diceat nullus. Deus per singulos dies nutrimēta tui corporis facit. Si ergo ī te ipso quotidie Dei prouidentia operatur, quomodo in necessariis tuis cessabit? Si autem vos cogitādo modicam partem corpori vestro addere nō potestis, quomodo cogitādo saluādi estis ī toto? Hæc ille. Oportet ergo excludere à nobis anxiā cogitationē, & superfluā. Secundum exemplū est de vestitu, qui non est ita necessarius sicut victus cùm dicitur [Et de vestimento

mento quid] idest quare solieiti estis scilicet cum superfluitate & anxietate, quasi diceret. Nulla est causa ꝙ ita solicitemini, quāuis per hoc nō excludatur solicitudo debita vt dicit Chry. [Considerate lilia agri] Chry. Non aūt vtitur exemplo volucrū vt induceret pauonem vel Cygnum, à quibus erat similia exempla accipere. sed vtitur exemplo liliorum. Vult enim ex duobus mōstrare superabundantiam à munificentia pulchritudinis, & à vtilitate participantium tali decore. Hæc ille. Item Chry. super Matth. ostēdit quæ sit liliorum pulchritudo dicens. Lilia enim statuto tempore formantur in frōdibus, vestiuntur candore, implentur odoribus, & quod terra non dederat, Deus inuisibili opere largitur. Hæc ille. Si quis autem dicat ꝙ iste liliorum ornatus non est ex diuina prouidentia, sed a casu, seu à fortuna: Contra hoc arguitur, quia ea quæ à casu sunt raro eueniunt, vt patet per Aristote. 2. Phys. Lilia autem semper eodem modo vestiuntur, & omnia lilia similiter. Chry. super Matth. In omnibus autem eadem plenitudo seruatur vt non ab euentu facta putentur, sed Dei prouidentia intelligantur esse disposita. Hæc ille. Sequitur [non laborant] vt viri [neque nent] id est filant vt fœminæ. Et vt magis in eis commendetur diuina prouidentia, subditur comparatio de Salomone, qui fuit gloriosissimus. Nam fuit potentissimus, quia viuēte Dauid patre suo factus est rex totius populi Dei, id est duodecim tribuū. Omnes autem Reges alii post eum habuerunt tantum duas tribus, & vltra hoc regnum, vt dicitur 3. Reg. 4. erat habens secū in ditione oīa regna à flumine terræ philistiim vsque ad terrā Aegypti. Habuit etiā tantam familiā ꝙ vt ibidem dicit scriptura ꝑ singulos dies sua curia volebat 30. choros simile. Chorus vt dicit dominus archiepiscopus est mille librarum & 60. choros farinæ, & 10. boues pingues, & 20. pascuales, i. vitulos vt credo & centum arietes, excepta venatione caprarum, & ceruorū, & bubalorum, & auium. Ista non sunt vana, quia scriptura sic testatur. Vnde vt dicit qui supra satis est rationabile quod. 30. milia personarū haberet in atrio suo. Habebat enim. 40. milia equorum currulium, quos nostri leuces appellant & 12 milia equestrium. Fuit etiā ditissimus, quia vt cōputat qui supra, ex his quæ dicit scriptura vbi supra suus introitus annualis certus erat 47. milia, nongētæ quinquaginta duæ libræ auri. Libra autē auri valet circa. 90. ducatos. De his omnibus vide si uis archiepiscopum. 2 parte titu. 5. Fuit etiam sapientissimus quia habuit sapiētiam infusam à Deo, vt dicit scriptura. Quæsiuit etiam complacere mulieribus in omnibus, quia propter amorem earum cùm iam esset senex, visus est sapientiam perdidisse, & adorare idola, & consequenter verisimile est ꝙ se quantum potuit ornauerit, & tamen nunquam æquauit lilia, ideo dicitur [Dico autē vobis quod neque Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis] Hiero. Reuera quod sericum, quæ regū purpura, quæ pictura textricū potest floribus comparari? Hæc ille. Chryso. Quid ita rubet vt rosa quid ita candet vt lilium? Violæ vero purpura, nulla superari murice, oculorum magis quàm sermonis iudicium est. Quātum enim veritatis ad mendacium, tantum vestimētorum, & florum differentiæ. Hæc ille. Et notāter dicitur in omni gloria sua, quia vt dicit Chry. non solum interdū Salomon superatus est à florū decore, sed semper, ita quòd nec vna quidem die æquatus est eis in pulchritudine.

Est autem notādum quòd tria sunt agentia subordinata quorum vnum est nobilius altero, Deus scilicet, natura, & ars. Vnde ars nūquam ita perfecte operatur vt natura, neque natura vt Deus. Ideo nunquam fuit ita bonum vinum vt illud quod fecit Christus Deus, secūdū sanctos, neque ita pulchri flores vel colores vt illi quos facit natura, nisi eos faceret Deus. Vnde Salomon nō æquauit lilia in decore. Et vltra hoc vestes Salomonis non fuerunt sine molestia factæ vt vestes liliorum. Chry. super Mat. Salomon & si non laborabat vnde vestiretur tamen videbat. Vbi autem est visio, illic, & ministrātiū offensa, & iubentis ira frequēter inuenitur. Hæc ille [Si autē fœnum agri] idest lilia quæ appellat fœnum secundū Chrys. vt ostēdat eorum vilitatē respectu hominū [quod hodie est] pulchrum scilicet, & decorū [& cras] id est quasi immediate post suā pulcritudinem. Vel cras secundum Hier. sumitur ꝓ futuro secundū cōsuetudinem scripturarum [in clibanum mittitur] i. in fornacem ignis quia alicubi testes S. Tho. super Mat. pro lignis

gnis habentur stipulæ. Vel vt dicit glo. alii textus loco clibani habent accruum qui est similis clibano cū eleuetur ad modum mōticuli, sicut & clibanus, qui a cliuo dicitur [Deus sic vestit] sine eius superflua cura quā to magis vos modicæ fidei. Videtur autem hic sumi fides pro quadam confidentia, quā uis possit sumi pro vera fide, quia ex magna fide magna confidētia nascitur. Ex his patet q opinio illorum qui dicunt Deū non habere prouidentiam de omnibus in singulari est hæretica, & quia est cōtra diuinam scripturam, vt hic patet de auibus, & liliis. Est etiam ista opinio stolida quia est expresse contra philosophicam rationem, qđ sic patet. Suppono enim primo id q dicit Arist. li. 4. Phy & experientia docet, q omne agens aliquid aut mouens, agit, & mouet illud ad aliquem finem. Et probatur, omne agens aut agit per voluntatem, vt homo Angelus, & Deus, aut per naturam, vt bruta, & alia, vtrunque autem horum agit propter finem. Vel sicut se mouens in finē, vt homo, vel sicut motum & directū ab alio, vt sagitta. Secundū quòd omne quod fit & mouetur, fit & mouetur ad aliquem finem. Hoc enim sequitur ex primo. Tertio quòd causa principalis est causa effectus causæ secundariæ, vt puta si Sortrates tenens baculum manu per illum voluat lapidem, immo magis quā baculus, q a causa primaria plus influit quā secunda iux a regulam philosophiæ traditam in libro de causis. Et ratio est, quia secunda causa habet totam virtutem suam à prima. Vnde consueuit dici & verū est, qđ quicquid est causa causati est cā per se. Quarto q est vna prima causa effectiua q a nulla alia mouetur, vt probatur 2. Meta. Ista autem causa effectiua immobilis est tārū vna, vt probat Aristoteles 7 Metaph y. & 8. Phys. & hoc ipsum isti cōcedunt Ex hoc autem sequitur q omnis alia causa mouetur ab ista quia si vna esset quæ non moueretur ab ista, iam essent duæ causæ immobiles cōtra suppositum, Quinto q Deus quæcunque facit per intellectūm, & voluntate facit in creaturis, quia est spiritus, & aliam non habet potentiam. Sexto, q prouidentia sit ratio seu conceptus mentis factus de rebus ordinandis in finem. Executio autem prouidentia est res ordinata in finem secundū prædictū conceptum, vt patet ex S. Tho. 1. par. q. 22.

Tunc arguo sic. Deus facit omnes causas per quartum præsuppositum, ergo facit omnes effectus per tertium præsuppositum, ergo facit omnia quæ fiunt a quocunque propter aliquem finem per primum & secūdū præsuppositum, ergo cōceptum habet ordinis omnium in fines eorum per quintū præsuppositum. Si enim per intellectum facit oportet vt concipiat, sicut & quilibet artifex ideo Deus nouit omnia quæ fuerunt, quæ sunt, & quæ erunt, & q esse possunt, & eius scientia est infinitorū. Patet ergo q Deus habet prouidentiam de omnibus quæ fiūt, immo ipse exequitur prouidentiam suam, quia ipse mouet in omni mouere & sine eo tota natura non posset mouere capillum, sicut neque baculus lapidē sine manu, nec manus sine brachio, nec brachium sine homine. Mouere autem aliquid ad suum finē per intellectum, est habere & exequi prouidentiam circa talem rem motam.

QVantum ad tertium Christus hortatur ad firmiter tenendum conclusionem suam, dicens [Nolite ergo solciti esse] scilicet superflue, & anxie vt dicit glo. [dicētes, quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur?] Sic enim quærere pertinet ad eos qui diuinam prouidentiā negant circa singulares hominum actus, vt dicit S. Tho. super Matth. ideo subditur [Hæc enim omnia gentes inquirunt] Quia scilicet in rebus humanis credunt esse fortunam, & non prouidentiam vt dicit Chry. super Mat. Et subdit. Qui autem credit se iudicio Dei gubernari, escam suam in manu Dei committat, cogitet autē de bono & de malo de quo nisi solicitus fuerit neque malum fugiet, neque bonum apprehēdet. Hæc ille. Et nota q per victum, & vestitum omnia necessaria intelliguntur, pro quibus sperare debemus in domino, faciēdo quod in nobis est, ideo subditur [Scit enim pater vester q a his omnib. indigetis] Et scdm Chry. non dixit scit Deus sed scit pater, vt nos magis ad amorem, & & spem ducat, qualis enim est pater q sustinet necessaria filio nō dari? Si autem essent superflua nō ita oporteret fidere, Hæc ille. [Quærite ergo primum idest ex principali intentione secundum Aug. [regnum Dei] idest vitā æternam quæ est finis noster debitus [& iustitiā eius] idest viam per quam venitur ad illud regnum secundum Chryso. [& hæc omnia]

omnia] scilicet temporalia secundum Aug. [adiicentur uobis] scd'm q̃ erit uobis expediens scd'm Aug. supposita tñ debita solicitudine quæ scd'm Augu. notatur in hoc q̃ dicitur primũ. Significatur enim q̃ secundario temporalia sunt quærenda, aliter Deum tentaremus. Patet ergo conclusio intenta q̃ solicitudinem superfluam, & anxiam uitare debemus. Ex qua sequitur corrolarie q̃ si quis ambulet in ueritate corã Deo, & facit q̃ potest, aut non deficiet in necessariis, aut ueritas mentita est. Est & aliud ex dictis notandum quòd hominem in omnibus aduersis sufficit consolari. s. q̃ Deus habet omnium etiam in speciali prouidentiam. Hoc enim est dicere q̃ nulla res tibi accidit quantumcunque minima nisi Deo sciente, & volente, vel saltem permittente ad aliquem bonum finem.

Domini. 16. post Trinitatem.

Textus euang. Luc. cap. 7.



IBAT Iesus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quã cùm vidisset Iesus misericordia motus super eam, dixit illi Noli flere & accessit, & tetigit loculum. Hi autẽ qui portabãt steterũt; & ait, adolescẽs tibi dico surge, & resedit qui erat mortuus, & cępit loqui. Et dedit illum matri suę. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit ĩ nobis, & quia Deus uisitauit plebẽ suã.

IBat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim &c.] Luc. 7. Circa suscitationem adolescentis de quo in presenti Euã. fit mentio, tria pũcta tanguntur quæ sunt, Magna desolatio, magna miseratio, & magna consolatio.

QVantum ad primum literaliter tangitur magna viduæ desolatio, cum dicitur [Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim] Est aũt Naim secundũ Bed. quędã parua ciuitas Galilææ, secũdo miliario distans à monte Thabor[Et ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa]ex diuina ordinatione secundum Bed. vt essent tanti miraculi testes. Ibat etiam turba cũ Iesu quantum erat ex se propter varias causas dictas sæpissime, sed præcipue propter deuotionem ad doctrinam, & miracula eius [Cum autem appropinquaret portę ciuitatis, ecce defunctus efferebatur]ad sepulturam quæ antiquitus erat extra ciuitates, ne ex corruptione, & putrefactione cadauerum inficeretur habitatio [filius vnicus] idest solus[matri suæ, & hæc vidua erat] Grego. Nissen. Erumnæ molem breuibus uerbis explicuit. Mater uidua erat, quæ non sperabat ulterius filios procreare. Non habebat in quem aspectum uiæ defuncti dirigeret. Hunc solum lactauerat, solus aderat, alacritatis causa in domo. Nihil matri dulce ac pretiosum nisi hic solus extitetat. Miseranda passio, & ad fletum & ad lachrymas potens prouocare. Hæc ille. In hac parte est documentum ut pietatis opera libenter sectemur. Turba enim huius ciuitatis quia defunctum eflerebat, meruit uidere mirabilia Christi. Est etiam documentum quia iste mortuus erat adolescens, ideo caueant adolescentes quia sunt aliis ad mortem animæ pronlores, & frequentius moriuntur, nisi conentur habere conditiones uirtuales, refrenantes eorum conditiones naturales. Conentur igitur contra ætatem lasciuiorem habere disciplinatam conuersationem, maxime per obedientiam ad seniores. Et secundo contra suam pulchritudinem habere elongationem à personis male appetentibus, maxime adolescentulæ. Et tertio quia faciliter assuescunt, debent conari ut sua consuetudo sit circa bona, iuxta illud Tren. 4. bonum erit uiro cùm portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Et quarto quia pa tum sunt experti, debent esse tardi, & rari in loquendo. Et quinto quia sunt agiliores, & magis in motu, debent esse etiam seruiti les, ut motus suos exerceant in seruitio seniorum, maxime in religionibus,

ubi patres occupantur circa maiora, puta studia,& prædicationes, & huiusmodi in quibus iuniores non possunt esse ita fructuosi. Vnde in signum huius, ad imperium domini iste etiam a mortuis resurrexit, & multo magis ad præceptum senioris debet adolescens à dormitione statim, & alacriter euigilare.

QVantum ad secundum dicitur[Quam cum uidisset Dominus, misericordia motus super illam] Christus enim sicut uere naturam humanam ita assumpsit omnes naturales affectus, qui naturam consequūtur. Ideo fuit etiam inquantum homo naturaliter ualde pius,& compatiens, quia natus est de matre misericordiæ, & de patre misericordiarum, & totius consolationis, ut dicit 2.Corin.1. [Dixit illi. Noli flere] quasi diceret secundum Bedam. Desiste quasi mortuū flere quem mox resurgere uidebis. Hæc ille [Et accessit, & tetigit loculum] id est feretrum. Vt autem suam humanitatē ostenderet organum esse diuinitatis, secundum Ciril.Loculum tetigit cùm posset solo uerbo sanare.Sicut enim ut idem ait ferrum adiunctum igni perficit opus ignis, sic caro coniūcta uerbo, effecta est uiuificatiua, & mortis expulsiua[Hi autem qui portabant steterūt] forte sperantes quod futurum erat. In hac parte est documentum ꝙ in funeribus nostris debemus ex futura resurrectione solatium capere. Titus. Iubens autem cessat à lacrimis, qui consolatur mæstos, monet nos præsentibus defunctis consolationem recipere,resurrectionem sperantes.Hęc ille.

QVantum ad tertium dicit Titus. Non est Saluator similis Heliæ flenti filium sareptanæ, nec qualis Heliseus, qui propium corpus super corpus posuit defuncti, nec qualis Petrus, qui pro Tabita orauit, sed ipse est qui non entia uelut entia uocat, qui mortuos, & uiuos alloqui potest. Hæc ille. Vnde sequitur. Et ait[Adolescens] Sicut dicit S.Tho.4.dist.40. sex sunt hominis ætates secundum sex notabiles uarietates in statu eius.Prima est infantia usque ad 7. annū, secunda pueritia usque ad 14. tertia adolescentia usque ad 28. quarta iuuentus usque ad 50.quinta senectus usque ad 70. sexta usque ad finem. Iste ergo ingrediebatur florē ætatis,& sicut dicit Gre.nisse.incipiebat emittere barbam [tibi dico] propria auctoritate non orando ut Helias [surge] à statu mortis ad statum uitæ. Titus. Incunctanter autem erectus est, cui sunt mandata directa, Diuina enim potestas est irrefragabilis, nulla mora, nulla orationum instantia. Hæc ille. Vnde sequitur[Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui]in signū ueræ resurrectionis secundum Titum. Vnde & de Symone mago legitur ꝙ mortuum suscitauerit apparenter. sed loqui non potuit. Quamodo autem locutio,& ambulatio,& comestio,& huiusmodi possint esse signa efficacia ueræ resurrectionis uide feria.3. post pascha[Et dedit illi matri suæ]& cum filio dedit ei consolationem infinitam quodammodo [Accepit autē omnes]astantes[timor]admirationis. Vnde & hoc factum ut dicit Euangelista fuit diuulgatum tanquam mirabile per totam Iudæā, & in circuitu regionis[& magnificabāt Deū in Christo filio eius [dicentes quia propheta magnus] antonomastice, id est ille de quo prædixerat Moyses Deute.18. Prophetam suscitabit eis, quod de Christo Messia intelligitur [surrexit in nobis] Dicuntur autem spirituales uiri surgere quando eleuantur ad aliquam excellentem sanctitatē uel ad aliud donum Dei.Sic enim eleuantur à communi statu hominum ad altiorem [Et quia Deus uisitauit plebem suam] mittendo ei Saluatorem expectatum diu.Est autem notādum ꝙ sicut dicit Maximus idoneum est dicere ꝙ septem resurrectiones ante dominicā narrātur,quarū prima est filij Sareptanæ, Secunda filij sunamitis,tertia que facta est in reliquiis Helisei,quarta quæ facta est in Naim, quinta filiæ archisynagogi. sexta Lazari,septima in Christi passione,multa namq. corpora surrexerūt. Octaua est Christi, qui expers mortis remansit ulterius, in signū ꝙ cōis resurrectio quæ futura est non tolletur morte,sed indissolubilis permanebit Hæc ille.Vtrū aūt qui in Christi passione suscitati sunt, sint iterū mortui, sicut dicit hic Maximus,est dubiū apud aliquos.Nā sicut dicit S. Tho.3.par.q.53.Hie. hoc sub dubio relinquit Aug aūt ad Eno.dicit.ꝙ sunt denuo mortui cuius rationes sunt efficaciores quā rōnes Hier. Idō tenet S. Tho. ꝙ Christus fuit primus qui surrexit,non moriturus. Et ēt ipse Hie.dicit, ꝙ si illi surrexerunt immortales, surrexerut post Xpm. In hac parte exēplum habēt uiduæ desolatæ sperandi in Christum, &

& recurrendi ad ipsum, & consolabitur eas, quia non minus est misericors modo quàm tunc esset quando flentem uiduam consolatus est. Vnde 1.ad Timo.v. Quæ uerè uidua est & desolata. speret in domino, & instet orationibus, & obsecrationibus nocte & die. Moraliter secundum omnes sanctos iste defunctus significat peccatorem. Est enim peccator ad instar mortui primo frigidus. quæ frigiditas prouenit ex uento aquilonari suggestionis diabolicæ, & ex frigido ueneno peccati & extinctiõe ignis diuini amoris. Sed o est põderosus adeoq; Deus ipsum sustinere nõ potest, sed mergitur de pctõ in peccatum. Greg. Peccatum quod per pnĩam non diluitur, mox suo põdere ad aliud trahit. Hæc ille. Et tandẽ mergit in abyssum. Tertio est fœtidus. Vnde & p porcos significatur peccatores, in quos diaboli petierunt mitti. Monumentum autem peccatoris est mala consuetudo, à qua quis cum magna difficultate reuocat, in cuius signum dominus resuscitatus Lazarũ fleuit, & orauit. Portitores aũt ad malam cõsuetudinem deferentes sunt quatuor qui faciunt in peccato perseuerare. s. fiducia diu uiuendi, consideratio alienæ culpæ, fiducia in misericordia Dei, & blanda adulatio. Vel sunt quatuor genera passionum animæ quæ nos ad mala impellunt. Primum est existentium in irascibili respectu boni, ut amor, desyderiũ, delectatio, uel gaudiũ. Secundum existentium ibidem respectu mali, ut odium fuga, dolor, uel tristitia. Tertium est existentium in irascibili respectu boni, ut spes, & desperatio. Quartum uero existentium ibidem respectu mali ut timor, audacia, & ira. De his uide. l. ii. quõ. xxiiii. Porta aũt extra quam ferebatur (secundum Bedam) est quicunque corporeus sensus per quem exercetur peccatum. Vidua autem sui sponsi præsentia destituta est sancta mater Ecclesia quæ super peccatoribus plangit. Ad cuius lachrymas sæpe Christus suscitat mortuos, ueram tribuens eis pœnitentiam, quã sine diuino auxilio facere nequiuissent. Confert autem ad hoc turba quæ erat cum uidua. i. Sancti qui sunt in uia, & quæ erat cum Christo. i. sancti patres, qui pro nobis orant. Est aũt notãdum quod tres tantum Christus mortuos legitur suscitasse. quamuis scdm Aug. multo plures fuerint, & hoc pro magno mysterio secũdũ sanctos nã filia archisynagogi fuit suscitata ad huc existens intra domũ, iste autẽ adolescẽs extra domũ, sed nõ de sepulchro, Lazarus aũt de sepulchro. Per hos aũt significantur tres peccatores. Primus est peccator in cogitatione tantum quasi in domo qui. s. consensit quidem in peccatũ, sed non executus est illud. Secundus est in opere tantũ, & nõ hñs consuetudinẽ malam, quæ per sepulchrũ significat. Tertius est qui iam intrauit hoc fœtidum sepulchrũ, & magno difficultatis lapide clauditur. Nullus aũt istorũ fuit suscitatus sine fletu, sed maior fuit in suscitatiõe tertii. Nam in primo mortuo ut dicitur Mar. v. fuit fletus, s. parentum, & similiter hic flebãt. Sed circa Lazarũ fleuit Martha, fleuit Maria, fleuerunt iudæi fleuit Christus. quia tales peccatores cum maiori difficultate curantur.

Dominica 17. post Trinitatem.

Textus euan. Luc. ca. xiiij.



Vm intraret Iesus in domũ cuiusdã principis phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum & ecce homo quidã hydropicus erat ante illũ. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & phariseos Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt: ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius uestrum bos aut asinus in puteum cadet; & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hoc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam; intendens quomodo primos accubitus eligerent; dicẽs ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias nõ discũbas in primo loco; ne forte honoratior te sit ab illo inuitatus: & ueniẽs is qui te & illum uocauit dicat tibi. Da huic locũ, & tũc incipias cum rubore nouissimum locum tene

re. Sed cum uocatus fueris uade recũbe in nouissimo loco; ut cùm uenerit qui te inuitauit dicat tibi; Amice ascẽde superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discũbẽtibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

CVm intraret Iesus in domum cuiusdam principis &c.] Luc. xiiij. In præsenti Euãgelio tanguntur tria puncta quæ sunt Malignatio, Confirmatio, & Admonitio.

QVantum ad primum tangitur magna pharisæorum malitia aduersus Christum.
Est autem aduertendum ꝙ pharisæi fuerunt apud iudeos religiosi magnę opinionis, & qui extrinsecus prætẽdebant magnam sanctitatem, sed erant hypocritæ, & auari & superbi, & omni uitio pleni. Dicit ergo [Cùm intraret Iesus] inuitatus [domum cuiusdam principis] .i. uiri nobilis [pharisæorum] i. qui erat de secta pharisæorum [sabbato] .i. in die festo, in quo non licebat operari [manducare panem.] i. refici. Nam panis, & aqua noĩe in scriptura intelliguntur omnia quæ ueniũt in cibum, & potum hominis. Vnde. iiij. Reg. vj. dicitur. Pone panem & aquam coram eis. Et sequitur. Et apposita est ciborum magna præparatio [Et ipsi] .s. pharisæi [obseruabant eum] Ex quo uidetur ꝙ malitiose eum inuitassent. Sed quare iuit? Respondet Cyrillus. Quamuis inquit dominus malitiam pharisæorum cognosceret, tamen ad eorum uadit conuiuia. ut prodesset præsentibus per uerba & miracula. Hæc ille. Sed quid obseruabant? Dicit Cyrillus quod obseruabant si aliquid faceret eorum quæ erant prohibita in sabbato, & præcipue si curaret, seu faceret miracula circa infirmos, ut dicit Magister histo. Vel si aliquid diceret aut faceret in quo possent eum notare tanquam ueri inuidi, & eius inimici. Ecce ergo eorum malitia, quia eum pascebant cibo, & uolebant eum infamia mordere. Sed Christus uolens eos in totum confutare, fecit unum miraculum. Nam sequitur [Et ecce quidam hydropicus] Est autem hydropisis mor bus, Beda. & Magister histo. testibus, humor subcutaneus de uitio uesicæ natus cũ anhelitu fœtido, & inflatione turgente. Vnde hic morbus ab aquoso humore dicitur, Græce enim hydor: latine aqua dicitur. [erat ante illum] forte insidiose adductus à pharisæis, uel forte ex se uenerat ad medicum ut sanaretur. Et misericordiam petebat eo ipso ꝙ ante medicum se ponebat. Non aũt audebat petere uerbo propter pharisæos secundũ Cyril. Videns aũt eum Christus misericordia motus est. Vnde sequitur [Et respondens Iesus.] Contra quia nullus loquebatur eum eo. Ad hoc dicit Beda, quòd loquebantur cum eo cogitationes istorum obseruantiũ eum, quas ipse nouerat. quãuis dici possit, quòd hic ponitur responsio ꝓ locutione. [dixit ad legisperitos] .i. legis doctores scribas [& pharisæos. Si licet sabbato curare?] .i. sanare infirmos. Et in hoc secundum Theo. tãquam amentes eos derider, quia illa dies est à dño benedicta, & consequenter in qua debent bona opa fieri. Dies autem quæ bona opera non admittit est maledicta. Vnde etiam Magister hist. dicit, quòd mirum est de ipsis, quia cùm in traditionibus suis habeant circa septuaginta genera operum quæ sabbato non licet, inter illa non habent curam infirmorum, maxime quæ fiebant solo verbo, vt plerunq; ne Christus faciebat. [At illi tacuerunt] Beda. Merito interrogati tacent, qui contra se dictum, quicquid dixerint vident. Nã si licet sabbato curare, quare Saluatorem an curent obseruant? Si non licet quare ipsi sabbato pecora curant? Hæc ille. Iesus ergo neglexit eorum insidias, & non interrogauit etiam infirmum secundũ Cyril. quia videbat eum affectuose desiderare, & sperare salutem, quam pharisæorum metu oretenus petere non audebat. ideo sequitur [Ipse vero apprehensum sanauit eum ac dimisit] Theo. In quo non hoc prospexit dominus ne scandalizaret pharisæos. sed vt benefaciat egenti remediis. Decet enim nos cũ magna resultat vtilitas non curare si stulti scandalizantur. Hæc ille.

Moraliter iste hydropicus significat multa peccatorum genera. Nam hydropicus secundum Bedam habet tres miserias, s. inflationem quæ significat superbiam, & inexringuibilẽ sitim, quæ significat auaritiã, & exhalationem fœtoris quæ significat luxuriam. Hos Christus apprehendit quando de faucibus diaboli ꝑ contritionẽ eripit. Et sanat qñ facta cõfessione absoluit, maxime si ꝓcedens

dolor

dolor nō fuerat perfectus. Tunc.n. perficitur per claues Petri apostoli. Et dimittit cōpleta satisfactione, vt liberi ad cęlū possint euolare.

QVantum ad secundum ponitur pharisæorum confutatio, cùm dicitur [Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non extrahet illum continuo] idest statim [die sabbati] quasi dicat, magna est stultitia dicere, quòd licet animali succurrere ex auaritia vt facitis vos, & quod homini nobilissimæ creaturę non licet succurrere ex charitate [Et non poterant ad hæc respondere illi.]

Moraliter isti pharisæi magis de asino, quàm de homine curantes, significāt eos qui non habent curam de anima sua, q̄ in peccatorum sordibus voluptari patiuntur, & tamē multum curant de corpore, quod tanquam asinus pigrum est ad bona. Volunt enim tales omnia ad corpus spectantia habere pulcherrima, & de animæ pulchritudine non curant. Sed confundendi sunt isti à Christo In die iudicii, taliter vt respondere non possint.

QVantum ad tertium ponitur monitio quædam spectans ad humilitatem contra pharisæorum superbiam. Non solum enim erant auari, sed & ambitiosi, quia multum curabant de primo loco in locis vbi plures conueniebant. Dicitur ergo. [Dicebat autem. & ad inuitatos] ab ipsorum pharisæorum principe] parabolam.] Est autem hic aduertendum quod parabola vt habes dominica vltima post octa. Epiph. proprie est quando aliquid ad significandum fingitur, de quo siue fuerit, siue non, non curamus. Et tunc vt ibi dictum est, sensus literalis non est quem propriè voces exprimunt, sed quem metaphoricè. Large tamen aliquando parabola dicitur quæcunque comparatio rerum genere dissimilium, etiam si vtrunque sit vera res, vt si dicam. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Et tunc illa parabola habet duplicem sensum, vnum qui proprie per voces exprimitur, alium qui metaphoricè. Et ita est in proposito. Dicit ergo Christus parabolam, idest aliquid simile alteri, intendens significare duo, vnum proprie, aliud transumptiue. Proprie quidem locutus est de materialibus conuiuiis, aut nuptiis [intendens] idest intelligens secundum aliquos, vel intendens supple docere [quomodo primos accubitus] idest sedes ad comedendum. Quia enim antiqui comedebant in lectis, assidentes mensæ, dicuntur accumbere, & ipsa sedes accubitus [eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco] Cyrillus. Prosilire enim prompte ad honores quæ nobis non conueniunt iudicat nos temerarios, & facta nostra vituperio replet. Hæc ille. Vnde sequitur [Ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te, & illum uocauit dicat tibi. Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.] Est autem notandum, quòd non debemus esse præsumptuosi in possidendis incongruis honoribus. Primo quidem, quia malum est, & displicens Deo. Secundo autem quia dato quòd Deum nō timeamus, adhuc est malum secundum id, quod quærimus, q a vt dicit Chry. satagens vt abundet honoribus non honoratur. Hæc ille. Etsi aliquando honoretur loco, tamen apud mentes hominum aliquando contemnitur; vel saltem se exponit periculo confusionis. Istis ergo qui Deum non timebant, saluator secundam adduxit causam fugiendi talia [Sed cū uocatus fueris ad nuptias, uade, & recumbe in nouissimo loco] Primò quidem propter Deum, & humilitatē, deinde si Deū non times, sed vis omnino honorari, & sic esset tibi faciendū, maxime inter personas ciuiles [ut cum uenerit qui te inuitauit dicat tibi, Amice ascēde superius, tunc erit tibi gloria corā simul discūbētibus] In his aūt uerbis nō hortatur saluator ut ultimū locū teneamus finaliter, propter hominē gloriā inde sequentē, sed ex præsuppositione loquit, ac si dicat. Si gloriā quæris, stultus es facere id ꝓpter qͦ confundaris. Vel loquit de gloria q̄ prouenit ex actu bono & benefacto, quam tū postmodum in Deū referre debemus. Sic.n. q̄rere gloriam vt glorificet Deus in bonis nostris nō est malū, sed bonū, licet infirmis & incipientib. periculosum [quia oīs qui se exaltat] p̄sumptuose ultra debitū, non solū in loco sed in aliis [humiliabit] non solum à Deo in futurū sed interdum etiā ab hominib. in p̄nti qui ægre ferunt tales temerarios. Et econuerso [q se humiliat exaltabitur] ab eisdem. Est enim sciendum qͦ quando aliquid est in communi cōsuetudine hoīm, vniuersaliter dicimus sic fieri, vel esse, quāuis aliqū ita non sit. Vt si di-

cam ꝙ omni anno fructificantur vites, uel ꝙ omnis homo primo bonum vinũ ponit. Et similiter est cùm dicitur. Omnis qui se exaltat humiliabitur, vel extrinsecus, vel saltem apud mentes hominum despiciẽtium tales. Alius autem literalis sensus est hic transsumptiue. Pro quo sciẽdum est quod per nuptias intelligitur Ecclesia militãs ad quas nuptias quis per baptismum ingreditur. Per primum locum autem intelligitur omnis dignitas ad quã nullus se debet ingerere, sed debet quisque se meliores sibi preponere quãtum in se est, dummodo cesset obstinatio. qui ait Basi. ꝙ maius est ex repugnantia superbię indiciũ, quam ex primo accubitu, quando eum cum imperio obtinemus. Hæc ille. Si autem ita non egerit inuitator principalis, s. Deus à quo est omnis dignitas potestatis, deiiciet talem à sua dignitate, saltem spiritualiter per sententiam damnationis, aliquando etiã talem deiicit temporali depositione. Si autem aliquis humiliter refugiens promotiones, sicut patres antiqui faciebant, tandem ex obedientia suscepit dignitatem, & ex charitate fraterna bene vsus fuerit ea, tandẽ cœlestẽ gloriam obtinebit. Ideo dicitur [Et erit tibi gloria] &c. cuius ratio subditur [Quia omnis qui se exaltat præsumptuose, se dignitatibus ecclesiasticis ingerẽdo [humiliabitur] modo prædicto, & qui se humiliat vere, & non ficte exaltabitur hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

Est autem notandũ ꝙ in religionib. multi cum magna potius obstinatione quàm humilitate recusant prælationis dignitatem, quos non est dubium male agere, quia sunt tardi ad obedientiam quæ se extendit ad indignitates, & dignitates.

Et si obiiciatur ꝙ sancti ita fecerunt, dico ꝙ uerum est quando non à suis superioribus promouebẽtur, sed à populis. A duersus maiores autẽ nullus sanctus est obstinatus in his in quibus certus est ꝙ benefacit obediendo vel saltem est dubius. Et si quis recte scrutetur talis obstinatio venit ex amore sui quem præponunt amori diuino. Nam si diligis me pasce oues meas. Est enim opus maxime charitatis ꝙ qui sibi uacare uellet suam consolationem negligat propter utilitatem animarum. Iustificanda est ergo in prælatione intentio & deinde humiliter debet quis suscipere iniunctionem & patienter, immo alacriter ferre absolutionem. Sed iniunctionẽ proterue recusare, & de absolutione murmurare immo in suo corde dolere, hypocritarum est ac superborum.

Feria 4. quatuor temporum.

Textus Euang. Mar. c 9.



Espõdens unus de turba dixit ad Iesũ. Magister, attuli filium meũ ad te habẽtem spiritum mutũ. Qui vbicunque eum apprehenderit allidit eum, & spumat, & stridet dẽtibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis vt eiicerent illum, & nõ potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula quãdiu ero apud vos? quamdiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerũt eum. Et cùm vidisset illum, statim spiritus conturbauit eũ, & elisus in terrã volutabatur spumãs. Et interrogauit patrẽ eius, Quãtum temporis est, ex quo hoc ei accidit? At ille ait? Ab infantia. Et frequẽter eum in ignem, & in aquã misit vt eũ perderet. Sed siquid potes adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cũ lachrymis aiebat. Credo domine, adiuua icredulitatẽ meã. Et cùm uideret Iesus concurrẽtẽ turbã cõminatus ẽ spiritui immũdò, dicens illi. Surde & mute spiritus, ego tibi pcipio, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et clamans, & multũ discerpens eum exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerẽt quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eũ, & surrexit. Et cùm introisset in domũ, discipuli

eius

eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eiicere eũ? Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

MAgister attuli filium meum &c.] Mar. 9. In hoc Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt Præparatio, Perpetratio, & Consultatio.

QVantum ad primum tangitur præparatio ad faciẽdum miraculum. Pro quo sciendum est ꝙ ante hoc Euãgelium sic dicit Mar. [Iesus ueniens]. s. de Mõte Thabor in quo fuerat transfiguratus [ad discipulos suos] nõ omnes. Sed ad eos quos non assum pserat secum in mõte [uidit turbam magnã circa eos] quia ibi aderat dæmoniacus quem discipuli curare uolebãt, nec poterant [& scribas] idest doctores legis [conquerentes] idest disputantes cum illis. Et in his notatur pressura discipulorum propter erubescentiã q a curare non poterant, quod eis tãto erat grauius quanto erat ibi turba copiosior, & quia emuli scribæ stimulabant [Et confestim omnis populus uidens Iesum stupefactus est, & expauerunt] & hoc secundum aliquos ut recitat Theo. quia ex transfiguratione effectus erat splendidior [Et occurrentes salutabant eum] quod tamen scribæ non fecerunt, qui prius deridebant discipulos non valentes curare [& interrogauit eos] non ex ignorantia, sed vt haberet responsum, & confessionẽ proprie necessitatis à patre pueri curandi [quid conquæritis inter vos. Et respõdens vnus de turba, dixit. Magister attuli filium meum ad te] sed supple non inueni [habentem spiritum mutum] idest causantẽ istam passionem in corpore obsessi. Matthæus autem dicit ꝙ erat lunaticus, quia. s. dæmon tempore nouilunii magis vexabat eum. Primò, quia cerebrum dispositius est ad malas impressiones, & secundo vt lunam infamaret quasi malam & per lunam factorem lunæ, secundum Aug. & Raba. [Qui vbicunque eum apprehenderit allidit, & spumat, & stridet dẽtibus, & arescit] diabolo ad omnia hæc impellente. Immo vt dicit Mar. sæpe cadebat in ignẽ, & crebro in aquam. Ex his autem patet acerbitas morbi, sed difficultas curationis eius exprimitur, cùm subditur [Et dixi discipulis tuis vt eiecerẽt illum, & nõ potuerunt] Ibi enim vt dicit Chry. non erant tres columnæ quæ fuerant in monte cum domino, scilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes. Huius autem impossibilitatis causa fuit. Primo difficultas morbi, quia hoc genus non eiicitur &c. Secundo imbecillitas Apostolorum secundum Chry.

Sed contra quia Luc. 9. dederat eis Christus potestatem super omnia dæmonia. Ad hoc dicitur secundum aliquos, quòd illa potestas fuit quo ad illos qui erant digni curari, cuiusmodi non erat hic. Sed quare Christus curauit indignum? Quia lachrymæ patris hoc meruerunt. Tertio fuit indignitas curati, & infidelitas petentis secundum Hiero. Vnde dicit Chry. quòd quia pater ascribebat causam huius apostolis, qui curare non poterant, Christus ascribit eam illi etiam dicẽs [O generatio incredula] quantum ad fidem [& peruersa] vt dicit Matt. quantum ad mores, & in hoc totum genus iudæorum reprehendit [Quandiu apud vos ero] Chrysosto. in quo ostendit, & mortem se desiderare, & graue ei conuersari cum illis. Hæc ille. Hanc autem grauedinem conuersationis subdit dicens [Quandiu vos patiar] Et in hoc habemus exemplum patienter substinendi socios in sua conuersatione onerosos, quia vt ait Bern. Christus istos non verbis contradictores, in factis obseruatores, & in suppliciis sustinuit illusores.

QVantum vero ad secundum, idest perpetrationem miraculi dicitur [Afferte illum ad me. Et attulerũt] vnde innuitur quod dæmon priuauerat eum gressu [Et cùm vidisset illum, statim spiritus conturbauit illum] Sed videtur, quod potius debuisset tremere ad presentiam Christi. Quare ergo hoc fecit? Ad hoc dici potest quòd hoc fecit. Primò quia Christus sic voluit ad euidentiam miraculi; & secundo, quia vidit se expellendum, & consequenter voluit ei nocere dùm poterat. Tertio, quia fortè Christus aspiciendo aliqua spirituali virtute dæmonem afflixit, qui ad præsentiam contrarii excanduit in furorem, sicut fortificatur frigus ad præsentiam caloris per antiparistasim, idest contra resistentiã sicut in æstate humor in nube ita fortiter congelatur vt fiat grando, & loca subterranea quando aer est calidus sunt frigida, & quando frigidus, calida, quia scilicet contrarium fortificatur in visceribus terræ [Et elisus in terram volutabatur spumans] Sed

quare fons clementiæ non statim curabat eum ? Ad hoc dici potest quod hoc fecit Primò vt curaret melius astantes per miraculum euidentius. Et secundo ut magis accē deret desyderiū patris, propter quod ēt subditur, [Et interrogauit patrē eius, quantū tēporis est ex quo hoc ei accidit ? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eū in ignē & in aquam misit, ut eum perderet. Sed & si quid potes adiuua nos misertus nostri.] Ecce īperfectionem fidei eius quia conditionaliter loqui est dubitantis [Iesus aūt] uolens eius desyderium, & fidem adhuc augere [ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti] q.d. scdm Chry. Ego quidē possum similia, & maiora; dūmodo in te sit talis dispositio ut hoc merearis, immo & contra merita illius hoc absolute potuisset, sed non expediebat. [Et continuo exclamans cum lacrymis pater pueri aiebat. Credo dñe] s. debiliter. ideoque [adiuua incredulitatem meā] scilicet debilem fidem conforta, secundū Chry. & Bedā. [Et cùm uideret Iesus concurrentē turbam] ne uideret inani gloria expectare multitudinem populi [cōminatus est spiritui immūdo] Mat. dicit ꝙ increpauit eū. & glo. Bedę dicit eum. i. puerum. quia ut dicunt aliqui licet ab infantia peccato parentum uexaret tamē factus adultus addidit peccatū peccatis. Chry. tamen dicit quod non increpauit puerum, sed dæmonem, quod aliqui exponunt principaliter, & bene, quia secundum textum Mat. dicentis, & increpauit eum Iesus, & exit ab eo dæmonium, est necesse dicere quod increpauerit puerum [dicēs illi, Surde & mute spiritus] Ex quo patet quot mala patiebatur [ego tibi præcipio] propria scilicet authoritate [exi ab eo, & amplius ne introeas in eū. Et clamans] scilicet clamore confuso modo muti, cùm adhuc esset mutus [& multum discerpens eum] & etiam peiora facturus si potuisset exiit [ab eo] & factus est sicut mortuus [ex uehementia doloris illati à dæmone discerpēte] ita ut multi dicerent, quia mortuus est [Ex quo patet quod acrius eum conturbauit quàm prius. Et in hoc est documentum quod tangit Raba. di. Dum de corde expellitur dæmon, acriores tentationes excitat. Quod autem dicitur. Io. vii. In mundo præssuram habebitis, intelligitur exterius; in me autem pacem scilicet interius. vnde subditur [quod Iesus tenuit manum eius, & surrexit] quia scilicet militem suum Christus semper in statu rectitudinis mētalis s. st:t, & conseruat.

QVantum ad tertium dicitur [Et cùm introisset in domum discipuli eius] qui secundum Chry. timebant ne gratiam quam acceperant perdidissent [secreto interrogabant eum] Secreto inquam, ne Christus coram turba eos de aliqua imperfectione reprehēderet [Quare nos non potuimus eiicere eum] scilicet non obstante incredulitate patris sicut & tu [Et dixit illis. Hoc genus.] s. lunaticorū [in nullo] .i. à nullo [potest exire] s. violenter impulsus. vel in nullo potest exire. i. cogi ad exitum [nisi in oratione] id est per orationem [& ieiunio] Pro quo sciendum est, quod dæmones omnes non sunt æqualis potentiæ. Vnde quidam difficilius expelluntur, non ex parte uirtutis Dei, quæ cùm sit infinita facillime omnia potest, sed ex parte hominis in quo maior dispositio requiritur ad hoc ut congrue per illum Deus operetur ad expulsionem huius dæmonis, quam ad expulsionem illius, unde hoc genus lunaticorum non expellitur, nisi expellens habeat corpus subiectum spiritui per ieiunium, & spiritum eleuatum in Deum per orationem. Huius tamen causa Mat. vii. dicitur fuisse incredulitas apostolorum. Et re uera utraque causa fuit, quia & præsente spōso non ieiunabant, & nondum recepto spiritusancto erant imperfecti. Principaliter tamen causa dicitur fuisse infidelitas, & indispositio patris, & filii.

In hac autem parte est documentum. ꝙ qui dæmonem de suo corde vult expellere, oret, & ieiunet, & sit firmus in fide.

Feria sexta quatuor temporum.

Textus euan. Luc. Cap. 7.

ROgabat Iesum quidam pharisæus ut manducaret cum illo &c.

ROgabat Iesum quidam pharisæus &c.] Luc. 7. V ide feri. 7. post dominicam de passione.

Sabba-

Sabbato. Luc. cap. 13.

ARborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens &c.

ARborem fici habebat quidã &c.] Luc. 13. Totum hoc Euangeliũ ex his paucis quæ dicentur est patens. Hæc enim parabola dicta fuit à Christo ad significandum destructionem populi iudaici, vt patet Luc. vbi supra. Per ficum igitur significatur synagoga seu populus Iudæorũ plenus verborum folijs, & vacuus fructibus operum bonorum. Vinea est terra iudeæ & promissionis, in quo iste populus habitabat. Cultor est Angelus curam habens illius populi, qui fodit circa illam quãdo inspirat ad perscrutãdũ secreta conscientiæ, & mittit stercora, quando ad mentem eius reducit putredines suorũ vitiorũ vt inde educat displicentiam eorũ, & fructus bonorum operum. Hæc arbor tandem per Romanos succisa est.

Domini. 18. post Trinitatem.

Textus euang. Mat. c 22.



PHarisæi audientes ꝙ Iesus silẽtiũ imposuisset saducęis, conuenerunt in vnũ. Et interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor tẽtãs eũ, magister quod est mãdatũ magnũ in lege. Ait illi Iesus. Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximũ, & primũ mandatũ. Secundum aũt simile est huic. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pẽdet & prophetę. Cõgregatis autẽ pharisęis ĩterrogauit eos Iesus dicẽs. Quid vobis videt̃ de Christo cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid ĩ spiritu vocat eũ Dominus dicens? Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. Si ergo Dauid vocat eũ Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei verbũ, neque ausus fuit quisquam ex illa hora eum amplius interrogare.

AVdientes Pharisæi ꝙ Iesus silentiũ &c.] Matt. 22. In præsenti Euang. tanguntur tria puncta quæ sunt Interrogatio, Responsio & Confutatio.

QVantum ad primũ literaliter tangitur vna maligna, & insidiosa interrogatio quãm Pharisæi Christo fecerunt. Qui autẽ fuerunt pharisæi, & qui saducei habes domi nica 11. post festum Tri. Quantum vero spectat ad præsens. Euan. sciendũ est ꝙ saducæi fuerunt religiosi hæretici in lege Iudæorũ, quia vt Iosephus refert, credebant animã cũ corpore mori & nunq̃ futurã esse corporũ resurrectionẽ. Istis Christus sic imposuit silentiũ. Nã vt dicit Matt. 22. pharisæi tentauerunt quadã die Christũ vt eũ caperent in sermone dicentes, Licet censum dari Cæsari an non. Quib. ille ita rñdit, ꝙ remanserũt muti. Et in eodẽ die vt ibidẽ dr̃, saducæi qui erant inimici pharisæorũ cõuenerũt & ipsi vt Christũ confunderent. Et quia Christus prædicabat resurrectionẽ mortuorum quã ipsi non credebant, crediderunt se factu ros argumentum insolubile. Pro quo aduertẽdum est, ꝙ in lege Mosayca qñ aliquis accepta vxore sine liberis moriebatur, frater eius relictam debebat accipere vt nomine fratris mortui filios generaret. Argumẽtati sunt ergo sicut dicit Mat. ibi. Magr̃ Moses dixit, si quis mortuus fuerit nõ hñs filiũ, ꝙ ducat fr̃ eius vxorẽ illius vt suscitet semẽ fratri suo. Erãt aũt apud nos septem fratres Et primus vxore ducta defunctus est, & nõ hñs semẽ, reliq̃t vxorẽ suã fr̃i suo, similiter secũ- & tertius vsq; ad septimum. Nouissime aũt oium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor. Omnes enim habuerunt eam. Isti ergo volebant

ex hoc concludere ꝙ mortui non resurgent, quia videbatur eis sequi ꝙ ista vxor tunc se ptem haberet viros aut nullum, cùm eadem sit de omnibus ratio, & vtrūque reputabāt inconueniens. Christus aūt voluit dicere, ꝙ ligamen matrimonii durat solum vsque ad mortem, & ꝙ in illo statu vbi nullus morie tur non oportebit ꝙ aliquis nascatur, iō ibi non erit matrimoniū [Ait ergo eis. Erratis nescientes scripturas neque virtutē Dei. In resurrectione enim neq; nubēt, neq; nubenē sed erūt sicut Angeli Dei in cęlo] & sic Christus soluit argumentū eorū. Et deinde probauit eis ex scriptura ꝙ mortui resurgunt, taliter ꝙ nesciuerunt quid dicerent. Vnde eis silentium imposuit, de quo pharisæi doluerunt quia licet essent inimici saducæorū, tn̄ concordes erant in persequendo, ideo dr̄ [Audiētes pharisæi], i. q̄dā religiosi Iudæorū [ꝙ Iesus silentiū imposuisset saducæis] id est quibusdam alijs religiosis eiusdem gentis Iudæorū [conuenerunt] cum ipsis saducæis [in vnum] vt simul Christum impugnarent. Hiero Pharisæi & saducæi qui inter se contrarii sunt, ad tētandū Iesum pari mente consentiunt. Hæc ille. Chry. Conuenerūt autem in vnum, vt multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant. A veritate nudos se esse ꝓfessi sunt qui multitudine se amauerunt. Dicebant enim apud se. Vnus loquatur ꝓ omnib. & oēs loquamur per vnum, vt si q̄dē vicerit, oēs videamur vicisse; si aūt victus fuerit vel solus videatur confusus. Hæc ille. Iō sequit̄ [& interrogauit eū vnus ex eis legis doctor tentans eum]

Contra, quia Mar. 12. dicitur ꝙ Christus huic doctori dixit, nō lōge es à Regno Dei, non ergo tentabat dn̄m. Ad hoc dicitur dupliciter de mente Aug. lib. de consen. Euan. Primò ꝙ iste doctor in principio mala intētione venit ad interrogandū, sed postea audita Christi responsione vera & conformi suæ opinioni, pœnituit, & approbauit dictū Christi di. Magister in veritate bene dixisti, vt habetur ibi Marc. 12. & tunc Christus subiunxit. Non longe es à Regno Dei. Simile habetur Io. 7. vbi dicitur, ꝙ principes & pharisæi miserunt ministros vt comprehenderent Iesum. Qui audientes eius prædicationem pęnituerunt, & sic ad principes sunt regressi. A quibus dùm percontarentur quare eum non adduxissent, dixerunt. Nunquam sic locutus est homo. Alio modo vt ipsa tentatio non accipiatur in malum, sed in bonū vt esset nō decipere volentis, sed volētis experiri ignotū, i. si talis erat Christus qualis pdicabatur, & hoc nō fuisset malū secundū S. Tho. Potest etiam dici, ꝙ non erat longe à Regno Dei, quia circa præsentē quæstionē cum intentione mala habebat bonam opinionem [Magister, quod est mādatū magnum] inter oīa, id est maximum [in lege] Est autē sciendū, ꝙ vt testatur Hugo Cardinalis, & Mag. hist. tunc temporis erat quæstio quid præemineret, aut opera dilectionis aut opera legis, seu sacrificiorum quæ mandantur in lege. Et iste doctor tenebat ꝙ p̄cellerent opera dilectionis, & de hoc mouit quæstionem. Et si quidē maliciose tentauit, in probabilius creditur cùm fuerit societate inimicorū Christi, cogitauit quòd Christus statim responderet de mandato primo primæ tabulæ, scilicet non adorabis Deos alienos, & tunc statim habuisset argumentū contra eum de præcepto charitatis q̄d maius est, sicut & charitas maior est fide, & latria. Sic ergo patet prima pars Euangelii. In qua hoc est documentum, ꝙ passiones faciunt hominem cæcū, & inuerecundum. Vnde Hiero. Quia super pharisæi in ostensione denarij fuerant confutati, & aduersæ partis viderant fictionem manifestatā debuerunt exemplo moueri ne vltra molirentur insidias; sed maliuolentia, & liuor nutrit impudentiam. Hæc ille.

QVantum ad tertium tangitur Christi responsio cùm dicitur [Ait illi Iesus. Diliges dn̄m Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & in tota mente tua] Qūo aūt ista sint intelligenda vide supra dominica 13. post festū Tni. [Hoc est maximū, & primū mandatū] quia ēt charitas est potissima virtus, & Deus est eius potissimū obiectū, sicut proximus secūdariū. Hoc aūt mandatū ponitur Deute. 6. Est aūt sciendū ꝙ Deus hoc mandatū de dilectione principaliter dedit, primò ꝑ facultatē amandi, & secundo ꝑ eius suauitatē, quia omnia facit dulcia, & tertio ꝑ eius gratiositatem, quia amor ita Deo placet ꝙ omnia alia facit placere. Nec hoc mandatum dicitur primūgeneratione vt fide, sed perfectione. Debemus āt conari diligere Deū & IesūXp̄m, multiplici rōne. Primò q̄a nos ꝑ nostrā vtilitatem

litatē creauit. Et tñ dicit fecisse omnia propter suā bonitatem, s. communicandam, & non acquirendam, & propter glotiam suam quam, s. vult de creatura ad vtilitatem creaturæ. & non sui. Secundo quia de nostro patre, est effectus noster frater. Tertio quia ꝓ nobis sanguinem & vitam exposuit. Quarto q̄ a dedit nobis Angelos tutores, & custodes. Quinto quia nos rebelles clementer ad pœnitentiam expectat. Sexto quia faciliter culpam & pœnā nobis pœnitētibus remittit, æternam commutando in temporalē, & temporalem purgatoriam in temporalē in hoc mundo explebilem. Septimo, quia cessātibus omnibus prædictis est summa bonitas ita quòd sicut nihil diligitur nisi inquantū bonum, ita non diligitur aliquid nisi inquantum participat de diligibilitate Dei. [Secundum autem simile est huic. Diliges proximū tuum]. i. omnem creaturam cui potes exhibere, aut à qua potes suscipere misericordiam, secundum Aug. de doctri. christiana. vt puta Christum inquantum homo, & omnes Angelos, & omnes beatos, & existentes in purgatorio. & in hoc mundo, non autem in inferno [Sicut teipsum] id est ad illū finem ad quem te diligis. scilicet beatitudinis secundum S. Thō. non autem sicut, id est, tantum quantum teipsum. Dicitur autē secundum Chry. hoc mandatum simile primo, q̄ a cùm homo sit imago Dei, in homine amato amatur Deus [In his duobus mādatis, tota lex pendet, & prophetæ]. i. scd̄m Raba. & Aug. de cons. Euan. omnia dicta legis, & prophetarum ad hunc finem ordināṫur, vt diligatur Deus & proximus. Vnde & p̄cepta decalogi ita diuidūtur, vt ea q̄ sunt primæ tabulæ ad dilectionē Dei pertineāt; quæ vero secūdæ ad dilectionem proximi. Est aūt sciendū scd̄m Aug. de consen. Euan. ꝙ licet ista præcepta sint duo, propter duo charitatis obiecta, quæ sunt Deus & pro ximus tamen aliquando vnum ponitur pro vtroque tanquam includens aliud, vt cùm dicitur, omnis lex vno sermone impletur. Diliges proximum tuum, & diligentibus Deū omnia cooperantur in bonū. Et ratio est, quia ex vna eademque charitate Deum propter seipsum diligimus, nos autem & proximum propter Deum. Et sic patet secundū. In quo hoc habetur documētum qđ Chry. tangit dicens. Diliges inquit, non timebis quia diligere magis est quam timere. Timere enim seruorum est, diligere aūt filiorū. Timor sub necessitate est, dilectio in libertate. Qui in timore seruit Deo, pœnam quidem euadit mercedem vero iustitiæ nō habet q̄ a inuitus fecit bonum propter timorem. Nō vult ergo Deus vt timeatur seruiliter ab hominibus quasi dominus, sed vt diligatur quasi pater, quia adoptionis spiritū donauit hominibus. Hæc ille.

QVantum ad tertium tangitur confutatio pharisæorum, cùm dicitur [Congregatis autem pharisæis]

Sed quare dicit congregatis, quia supra dictum est quòd conuenerant in vnum? Ad hoc potest dici ꝙ conuenerant in vnum in secreto vbi inter se sunt cōsiliati, sed ad Christum sunt paulatim congregati donec ille doctor interrogabat, non autem venerunt omnes simul, ne patefacerent insidias suas. Congregatis ergo eis vt dictū est [interrogauit eos Iesus] dicens [Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est?] Hæc quæstiò fuit difficillima, quia dicitur Esa. 45. Generationem eius quis enarrabit? Fuit etiam cōgrua quia æstimabant ꝙ esset purus homo, & nō Deus. quia sic non tentarent eum [Dicūt ei, Dauid] Et sic insufficienter responderūt, q̄ a cum in Christo duplex sit generatio, s. secūdum diuinitatem, & secūdum humanitatē, ipsi responderunt de secunda tantum. Ideo Christus arguit contra eos ex authoritate psalmi, dicens [Quomodo ergo Dauid in spiritu] scilicet sancto secundum Hieron. vt tollatur omnis erroris suspicio [vocat eum dominū dicēs Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, donec po. ini. tu. sca. pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum dominū, quomodo filius eius est?] Argumentum domini in his verbis est tale. Omnis dominus est maior seruo, sed Christus est dominus Dauid. ergo est maior Dauid. Nullus autem filius est maior patre. ergo vel Christus non est filius Dauid, vel habet vnam naturam quā est filius eius, & aliam qua est eo maior, quæ est diuina. In hac autem authoritatē allegata patet. Primò præeminentia Christi ad sanctos, quia dr̄ dominus Dauid, & consequenter aliorum sanctorum: Secundò æqualitas eiusdem ad patrem. Nam dixit dominus pater domino meo Christo, sede à dextris meis, i. ī æqualitate ad me Be

da.

da. A dextris Dei sedere est in honore ęquali paternæ dignitatis manere. Hoc autem dicere secundũ S. Tho. patris ad filium: nihil est aliud, quam patrem filium in æqualitate dicendo producere. Tertiò tangit quid agatur de inimicis Christi, i. de infidelib. vel rebellis. quia ponentur scabellum pedum Christi, i. totaliter ei subiicientur. Et not a ꝙ ly donec non importat determinatum tempus scd̃m S. Tho. sed infinitum.

Est autem notandum secundũ Hiero. ꝙ Iudæi Christi deitatem negantes, multa cõfingunt vt hanc euadant authoritatem. Dicunt enim ꝙ intelligitur de Abraã, & quòd Helizer dispensator eius fecit hunc psalmũ, agens Deo gratias ꝓ victoria quam habuit Abraã de quinque regibus, vt habetur Gene. 14. Et sic exponũt. Dixit dominus, i. Deus domino meo, id est Abraæ sede à dextris meis, quia scilicet confortauit eum dicens. Noli timere Abraam.

Sed contra arguit Hier. quia de Abraam dicere nõ possunt quæ sequũtur. s. ꝙ ante luciferum sit genitus, nec quod fuerit sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech, cùm pro eo Melchisedech obtulerit sacrificium. Item potest argui ex titulo psalmi qui in hebræo talis est. ps Dauid [Et nemo poterat ei respõdere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illo Dei eũ amplius interrogare] quia Christus superauit eos respõdendo, & opponendo. In hac parte est documentum quòd Raba. tangit di. Ex hoc intelligimus venena inuidiæ superi posse, sed difficile quiescere. Hæc ille. Et intẽdit ꝙ illi siluerunt contra suam voluntatem quia non habebant quid dicerent secundũ Chrys. Nõ autem siluerunt amore veritatis, quam sapientia diuina docuerat, quia inuidiæ venena prohibebant.

Dominica 15. post Trinit.

Textus euan. Mat. ca. 9.

ASCendens Iesus in nauiculã trãsfretauit, & venit ĩ ciuitatẽ suã. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorũ dixit paralytico Cõfide fili, remittũtur tibi peccata tua. Et ecce qui dã de scribis dixerũt intra se. Hic blasphemat. Et cùm uidisset Iesus cogitationes eorũ dixit, vt quid cogitatis mala in cordibus uestris. Quid est facilius dicere, dimittũtur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula. Vt autem sciatis quoniã filius hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata. Tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum, & vade in domũ tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

ASCendens Iesus in nauiculam &c. Mat. 9 In præsenti euangelio tangũtur tria prædicta, quæ sunt Remissio, Detractio, Confirmatio.

QVantum ad primũ literaliter tangitur remissio peccatorum, quã Christus paralytico fecit, pro quo sciendum est, vt ex textu patet Euangelii ꝙ Christus quando recedens de Galilæa ascendit nauiculã, & facta est in mari tempestas magna, tunc transiuit mare, i. lacum Galilææ, & venit in regionem Gerasenorum. Et ibi eiecit demones de illis duobus hominibus habitantibus in monumentis, & misit eos in porcos, qui se præcipitauerũt in mare, & suffocati sunt. Et tunc incolę regionis reputantes se indignos tanta sanctitate rogauerunt Christũ vt discederet ab eis. Et ascendens nauem, reuersus est in Galilæam. Et hoc est quod in præsenti Euangelio recitatur. Dicitur ergo [Ascendens Iesus in nauiculã] vt recederet à Gerasenis. & veniret in Galilæam [transfretauit.] i. trans fretum siue trans mare venit [& venit in ciuitatem suam] Ioannes episcopus. Creator mundi orbis terræ dominus, postea quam se ꝓpter nos nostra angustiauit in carne, cœpit habere humanam patriã, cœpit ciuitatis Iudaicæ esse ciuis. parentes habere cępit oĩum ipse parẽs, vt attraheret charitas.

tas, vinciret amor, quos metus dispersérat. Hæc ille. Sed contra, quia istud miraculum quod Christus fecit, est factum in Capharnaum vt habetur Mar. 2. Capharnaum autẽ non erat ciuitas Christi, sed Nazareth. Ad hoc dicitur ꝙ ista sua ciuitas ad quam venit sc̃dm doctores aliquos. s. Aug. & S. Tho po test esse Capharnaum, & potest esse Nazareth. Et si quidem teneamus ꝙ sit Capharnaum, sic dicit Chrys. & S. Tho. ꝙ sicut Bethleem fuit Christi ciuitas ratione natiuitatis, sic & Nazareth ratione nutritionis, & Capharnaũ ratione continuæ habitationis, & operationis miraculorũ. Vnde & ciues Nazareth dicebãt ei Luc. 4. quãta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. vel potest dici sicut dicit Aug. de con. Euang. & Mag. hist. & S. Tho. quod Capharnaum erat principalis ciuitas Galileæ. Nazareth vero erat quasi quoddam oppidum, vel castrũ aut villa respectu eius. Ideo qui erant de Nazareth, poterant dici etiam de Capharnaum, eo modo quo existens de aliqua villa vicina Parisius, dicitur de Parisio. Si vero teneamus quòd hæc ciuitas sit Nazareth, vt Hiero. videtur sentire, dicendum est, sicut dicit Sanct. Tho. & Aug. de consen. Euang. ꝙ Christus primo venit Nazaret, deinde Capharnaũ, vbi hoc miraculũ fecit. Euangelista autem dicit eum venisse in ciuitatẽ suam, & statim subiungit de miraculo quod nõ in ciuitate sua, sed in alia, i. in Capharnaũ fecit. Solent enim Euangelistæ tacito aliquo medio quædã extrema ponere, quasi vnũ sine medio consequatur ad aliud [Et ecce offerebant ei paralyticũ] id est dissolutũ membris, modus autem offerendi tangitur Mar. 2. Portabatur enim à quatuor. Et non valentes peruenire ad præsentiam Christi præ turba (prædicabat enim in quadam domo) ascenderunt tectum & inde submiserunt eum cum lecto suo, seu grabato, vt ibi dicitur, ideo sequitur [iacentem in lecto] .i. in grabato quod est lectus pauperũ, in quo capiti tñ aliquid imponitur dictum à graba quòd est caput, secũdũ Mag. hist. Et nota sc̃dm Chry. ꝙ iste paralyticus non est ille de quo narrat Ioan. quia ille iacebat in natatorijs, & carebat famulis. Iste autem erat in Capharnaum, & habebat sui curam gerentes. Videtur autem velle Chrysost. in his verbis ꝙ probatica piscina esset de qua dictum est, vade ad natatoria siloæ [Videns autem Iesus fidem illorum] .s. offerentiũ, sc̃dm Hiero. & Ioan. episcopum, & non languidi. Non enim vt dicit Chryso. dominus semper exigebat fidẽ à languidis vtpote quando fuissent insani, aut alites propter ęgritudinem in excessu mentis. Vel secũdũ alios melius dicitur illorum, i. offerentiũ & paralytici, quia etiã vt Chry. subiunxit. Non dimisisset se submitti nisi credidisset [dicit paralytico. Confide fili, remittunť tibi peccata tua] Ex quo patet ꝙ paralyticus credebat. Licet enim vt dicit Chrys. corporalis sanitas sine fidei infirmi aliquãdo conferatur, secus de spirituali, quæ est per remissionem peccatorũ, & hoc in adultis. Sed cùm iste sanitatem corporis petat, vt qui dominus illi remittit peccata? Ad hoc dicit Sanct. Tho. ꝙ remouebat ægritudinis causam, vt post induceret sanitatem, vnde Hiero. O mira humilitas, despectum & debilem, totis membrorum compaginibus dissolutũ filium vocat quem sacerdotes non dignabantur attingere aut certè ideo filiũ quia dimittuntur ei peccata sua. vbi datur nobis intelligi, propter peccata plerisque euenire corporum debilitates, & idcirco forsitan prius dimittũtur peccata vt causis debilitatis ablatis sanitas restituatur. Hæc ille. Et tangit Hier. in his verbis documentũ qđ in hac parte euangelii habeť. Pro his tamen sciendũ est quòd corporalis infirmitas a Deo multis de causis infligitur Primò propter peccati punitionem, siue peccati purgatione, & sic talis infirmitas est quoddam præambulum gehennalis tormẽti. Isto modo fuit punitus Herodes Act. 12. qui propter elationem fuit corrosus statim a vermibus, & expirauit. & Pharao qui inter flagella est peior effectus. Secundo propter peccati commissi purgationem, sicut Nabuchodonosor fuit percussus amentia ad tempus Dan. 4. & secundum aliquos Maria Magdalena fuit oppressa a diabolo. Tertio ad gloriam Dei manifestandam, vt patet in cœco nato Ioan. 9. Quarto ad conseruationẽ humilitatis, vt patet de Paulo 2. Corin. 2. Ne magnitudo (inquit) reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ &c. Quinto ꝓpter probationem & ostensionẽ patientiæ, sicut patet de Iob. 1. c. eiusdẽ. Vnde versus. Iob ꝓbat, inclinat

nat Paulum, sese manifestat in cœco purgat Mariam. punit Herodem.

Moraliter ista nauis per quam Christus, id est qui animam suam & aliorum quærit saluare vadit ad patriam suam, est pœnitentia, quam qui ascenderit perueniet Capharnaum, id est ad villam consolationis cœlestis. Vel significat religionem propter tria vota quæ ibi obseruantur, cùm habeant nautæ parcum victum, & nauclero omnes obediant, & sine vxoribus fiat nauigatio. Quatuor autem venti hanc nauem exagitant. s. inanis gloria, quæ ab oriente flat. Procedit enim communiter vel ex carnis origine, vel lumine scientiæ. Et carnalis concupiscentia quæ flat ab occidente, i. à carne tendente quotidie ad occasum. Et auaritia, quæ flat à meridie propter æstũ terrenorum. Et accidia quæ flat à septentrione propter suã frigiditatem. Imminente autem tentationis tẽpestate debemus proiicere onus peccatorũ, & deponere velum elationis, & figere anchoram spei, & inuocare Sãctos, vt faciunt nautæ. Mare aũt significat mũdũ, ꝓpter inquietudinem, & propter instabilitatem, absorbet enim omnia flumina, & propter amaritudinem, qui ergo per pœnitentiam in religione nauigat ad patriam tendit, vbi infirmitates curantur, vt videbitur statim.

QVantum ad secundum tangitur detractio, facta Christo à scribis, i. doctoribus legis, cùm dicitur [Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se] id est cogitando [Hic blasphemat] Blasphemare proprie est attribuere Deo quod ei non cõuenit, vel ab eo remouere quod ei conuenit. Qui aũt attribuit creaturæ quod est proprium Dei, remouet à Deo quod ei conuenit. Est autẽ proprium Dei remittere peccata, iuxta illud Esa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Isti ergo scd'm Hiero. q a Iesum putũ hominem putabant, cùm remittere peccata se dicebat crediderunt blasphemare. Vnde sicut dicit beatus Mar. dicebant, Quis potest remittere peccata nisi solus Deus? Christus autem vt dicit Hiero. voluit se ostendere esse Deum, primo per hoc quod cordis eorum secreta penetrabat, quòd solius Dei est, ideo sequitur [Et cùm vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala] de me in cordibus vestris] credendo scilicet me esse blasphemum, & malum. De inde secundo ostendit se Deum in sanatione paralytici, & hoc duplici ratione. Primò inquantum illum sanauit propria virtute. Secundò inquantum illum sanauit in testimonium quòd ipse qui Deum se dicebat, verum diceret. Illud enim miraculum nõ potuit esse nisi a Deo, cúm per naturam infirmitas illa esset incurabilis. Si ergo est factũ ad approbandum Christi doctrinam qua se Deum dicebat, oportet quod illa doctrina sit vera, aut quòd Deus qui miraculũ in testimonium eius fecit, asseruerit mendacium esse verum, quòd est impossibile, cùm sit veritas prima & essentialis. Dicitur ergo [Quid est facilius dicere, remittuntur tibi peccata, an dicere surge, & ambula?] id est quid est maius, remittere peccata. aut sanare insanabilem quasi di. scd'm Hier. Vtrũq; est æqualis virtutis, quia vtrunque requirit diuinam & infinitã potentiam, sed in hoc differunt ista. quia si sanatur corporaliter languidus, vos potestis aduertere, non autẽ si ei remissero peccata, & ideo volo quòd co gnoscatis vnum per aliud. Vnde subditur [Vt autem sciatis ꝙ filius hominis] id est ego ipse, sic se appellabat, vel quia vnius tãtum hominis erat filius, id est virginis, vel causa humilitatis, cùm se posset filium Dei appellare [habet potestatem in terra remittendi peccata] authoritatiue inquãtũ Deus & per potestatẽ excellentiæ inquãtũ homo. Dicimus humanitatem vnitam diuinitati, 3. par. q 64. [tunc ait paralytico.]

Est autem sciendum secundum glo. & S. Tho. quòd illa verba. Vt sciatis &c. possunt esse Christi, vel Euangelistæ quasi Euangeli gelista diceret Ipsi scribæ dubitabat eũ posse peccata dimittere, sed vt sciatis vos qui de Christo estis audituri vel lecturi, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, ait paralytico &c. Si autem Christus dicatur pronunciasse hæc verba, sic sunt intelligenda. Vos dubitatis me posse peccata dimittere, sed vt sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, supple, ego sanabo istũ. Vnde est oratio imperfecta. Quòd autem sequitur, tunc ait paralytico, sine dubio sunt verba Euangelistæ narrantis actum Christi, postquam orationem imperfectam dixerat; & sunt interpositio per parenthesim respectu verborum Christi, quæ statim postquam dixerat,

vt sciatis, &c. conuersus ad paralyticum ait [Surge tolle lectum tuum, & vade in domū tuam.] Hæc autem omnia mandauit secūdū Chry. vt miraculum videretur verum, & non phantasticum, seu apparens tantum [Et surrexit, & abiit in domū suam] virtute, & imperio Christi. Sicut autem per literam habentem sigillum declaratur scribentis volūtas, sic per miraculum ostenditur virtus diuinitatis, qua sola miracula fiunt, quæ tūc apparet esse in faciente miraculum, quando nequc orat Deū, neque imperat ex parte Dei, sed propria auctoritate. Itaque se Deum esse, clarius hoc facto monstrauit [Videntes autem turbæ timuerunt] timore admirationis & reuerentiæ; scribæ autem contempserunt. [& glorificauerunt Deū qui dedit potestatem talem hominibus] scilicet remittēdi peccata, quæ conuenit soli Deo auctoritate, & Christo homini excellenter, ministris autem eius sacerdotibus ministerialiter vt patet 3. par. q. 64. & sic patet 2. & 3. pars Euāgelii simul.


Allegoricè sciendum est, secundum doctrinā & mentem Hilarij, & Ioānis episcopi, quòd in hoc quod Christus repudiatus in Iudæa venit in Galilæam, quæ transmigratio interpretatur vel rota, significatur ꝙ populo Iudaico non credente, gentilis transmigraret per fidem ab idolis ad Deū, & ꝙ in ciuitate sua, i. ecclesia militanti, remittit peccata, & sanat infirmos spiritualiter, blasfemantibus Iudæis, & gentilium turbis cū mirantibus.

Anagogicè vero significatur, quòd Christus transito mari huius seculi per nauim, i. lignum crucis venit in Capharnaū, i. villā consolationis cœlestis, & ibi sanat infirmos ab omni penitus miseria liberando eos qui sibi per sanctos Angelos tanquam iusti præsentantur, & ibi laudatur à beatis & à damnatis blasfematur, quorum figurā, & typū scribæ isti præ se ferebant.

Moraliter sciendū est quod paralisis causatur aliquando ex frigiditate constringente, aliquando ex humore oppilante, aliquando ex vulnere neruos incidēte. His enim impeditur transitus spirituū ad sensuum instrumenta. Iste ergo paralyticus est auarus ratione frigiditatis, quia nihil habet de igne charitatis ad proximū, & luxuriosus ratione humiditatis i cibo, & potu, & aliis; superbus vero ratione incisionis & separationis à Deo. Ad istam autem infirmitatem sequitur primo tremor. s. faciendi pęnitentiam. Et secundo immobilitas scilicet per bonorum operū viam. Paralyticus. n. vt ait nō mouetur aut retrocedit, sed vnum passum facit ad dexteram & alium ad sinistram. Et tertio insēsibilitas. Paralyticus enim spiritualiter, non sentit diabolicas tentationes, quia eis statim consentit. Nec sentit diuinas suauitates nec suas imperfectiones. Huic Christus iubet vt surgat. Raba. Surgere est animam à carnalibus desideriis abstrahere. Lectū tollere, est carnem à terrenis desideriis ad voluptatem spiritus attollere. Domum ire, est ad paradisum redire, vel ad internam sui costodiam, ne iterum peccet. Hæc ille. Amen.

Dominica 20. post Trinitatem.

Textus euang. Mat. c. 22.



Imile factum est regnū cęlorū homini Regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebāt venire. Iterū misit alios seruos dicēs. Dicite iuitatis, Ecce prādiū meū paraui, tauri mei & altilia occisa, & oīa parata, venite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt. Et abierūt alius in villā suam, alius vero ad negotiationē suā. Reliq vero tenuerūt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cùm audisset, iratus est. Et missis exercitibus suis pdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidē paratę sunt, sed qui inuitati erāt non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunque inueneritis vocate

cate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias cõgregauerũt oẽs quos inue nerunt, bonos, & malos. Et impletæ sunt nuptiæ discumbentiũ. Intrauit autẽ Rex vt videret discumbentes. Et vidit ibi hominem non vestitũ veste nuptiali. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tũc dixit Rex ministris, ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Simile est regnum cœlorum homini Regi &c.] Mat. 22. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt, inuitatio, Vindicatio, & Condemnatio.

QVantum ad primum tangitur Inuitatio quam fecit Rex ad conuiuiũ nuptiarum filij sui. Sed quia Euangelium est parabolicum oportet literalem sensum sumere iuxta significatum metaphoricum dictionum.

Est autem sciendũ ꝙ ante præsens Euan. vt patet ex textu Mat. Christus dixerat multas parabolas principibus sacerdotũ, & maioribus populi, post suum vltimum aduẽtũ in Hierusalem instante passione. In quibus parabolis illi intellexrunt ꝙ ad eos loquebatur, & ꝙ eis imponebat ꝙ occisuri essent Christum, ideo irati sunt valde, & uolueiũt occidere illum nisi ipse habuisset fauorem populi, qui pendebat ab ore eius & tanquã prophetam illũ habebat. Christus ergo magis volens eis notificare peccatum eorum, & pœnã quam paterentur non solum in futuro sæculo, sed in præsenti dixit præsentem parabolam nuptiarum.

Sed quia beatus Luc. 14. c. narrat parabolam huic similem, solet esse dubitatio, vtrũ eadem vel alia sit. Sed breuiter secundum Aug. & Grego. non est eadem sicut patet ex ordine narrandi, sed Lu. loquitur de nuptiis Ecclesiæ triumphantis, vnde nullus ibi dicitẽ expulsus. Mat. vero militantis, vt patet quia ibi fuit quidã malus. Dicitur ergo [Simile est Regnũ cœlorũ] idest status ecclesiæ militantis seu Christianitatis. Quot modis autem dicatur Regnũ cœlorũ, vide dominica vi. post Epiphaniã [homini regi] id est Deo patri qui regnat in cœlo per gloriã, in hoc mũdo per gratiã & in inferno per iustitiã. Secundũ Orige. autẽ Regnũ cœlorũ simile est homini Regi quantũ ad regnantẽ in illo, quantũ autẽ ad corregnantem est simile filio regis sed quantũ ad eos super quibus regnat est simile inuitatis ad nuptias. Hæc enim tria inueniuntur in regno cœlorũ. Regnans, corregnans, & serui regis [qui fecit nuptias filio suo] Istæ nuptiæ secũdũ Greg. factæ sunt quando Deus humanam naturam, tanquam sponsam filio suo in vtero virginis tanquam in thalamo coniunxit.

Sed contra quia coniunctio nuptialis, seu matrimonialis est inter duas personas. ergo sequitur ꝙ alia sit vna ꝑsona diuina, & alia humana in Christo, quod non est secũdũ sanam doctrinã. Ad hoc dicit beatus Grego. ꝙ Christus ex duabus naturis, & in duabus naturis existit, sed non ex duabus personis compositũ dicimus, quasi velit dicere, ꝙ istud matrimoniũ non fuit inter duas personas, sed inter vnã personam & vnã naturam. Subiungit tamen ꝙ securius possumus dicere ꝙ hoc matrimoniũ est inter Christum & Sanctam Ecclesiam celebratum in eodem virginis vtero tãquam in thalamo, de quo Christus tanquã sponsus processit [& misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias] Isti inuitati secundũ Hiero. & Chrysost. fuerunt Iudæi qui fuerunt inuitati ab Abraam secundũ Chrysost. cui promissio de Christo facta est. Serui autẽ missi ad vocandũ prius inuitatos sc̃d̃m Hiero. fuerunt prophetæ qui clarius pronunciauerunt de Christo quæ in lege obscurius continebantur, & hortabãtur populũ ad expectationẽ Christi, & ad credendũ in ipsum per fidẽ, & opera bona. Quidam tamen textus habent; seruũ suũ, vt dicit Hiero. & tunc ad Moysen vt dicit referendũ est [& noluerunt venire] quia verbis prophetarũ noluerunt obedire, vt patet ex libris Sanctis [Iterũ misit alios seruos dicens] Isti secundũ Chriso. sunt apostoli. Idem dicit Hierony. supposito ꝙ textus supra habeat, seruos & non seruum

Et cum apostolis debemus etiam Ioannem intelligere, qui se tenet cum lege noua, ut dicit sanctus Tho. iij. per. q. xxxviii. licet fuerit medius inter nouam, & ueterem, secundum Orig. tamē per seruos primò missos possunt intelligi primi prophetę, per eos uero qui sunt missi secundo loco, alia congregatio prophetarum posterior. Vel secūdum Hyla. primi serui sunt apostoli qui uocauerunt inuitatos à prophetis. Secundi uero sunt Apostolorum successores [dicite inuitatis]. i. obstinatis [ecce prandium meum paraui] Istud prandium sunt ea quibus Christus sponsus animas reficit, doctrina scillicet Euangelica, secundum Hiero. & Orige. & ecclesiastica sacramenta secundum alios potissime eucharistię sacramentum, in quo nobis exhibetur corpus Christi in cibum, & sanguis in potum [tauri mei & altilia occisa sunt] Altilia proprie significāt aues saginatas, siue impinguatas, secūdū Greg. & san. Tho. Dicta enim sunt altilia, quasi alta, uel quasi alita. Secundum Orige. ergo cùm per prandium intelligatur doctrina scripturarum. Tauri sunt rationes uel authoritates, fortes. s. firmæ, & ualidæ ad sacram doctrinam pertinentes, sed suaues & delectabiles affectui, sunt saginata siue altilia. Ista autem dicuntur occisa quando ita sunt in prædictorum cordibus, ut prōpte possint & uelint ea populis tanquam spirituales delitias apponere. Vel aliter secundum Grego. Per tauros inquit patres ueteris testamenti figurantur, qui ex permissione legis inimicos suos uirtutis corpore cornu feriebant. Per altilia uero patres noui testamenti qui dum gratiā pingue diuis, idest internæ dulcedinis percipiunt à terrenis desiderijs ad sublimia contemplationis suæ subleuantur. Dicit ergo. Tauri mei, & altilia occisa sunt, ac si dicatur. Patrum præcedentium mores aspicite, & remedia uitæ uestræ cogitate. Hæc ille.

Est autem notandum quòd in prima inuitatione non fit mentio de tauris, et altilibus sicut in secunda quia ut dicit Greg. Omnipotens Deus cùm uerba eius audire noluimus, adiungit exempla. Hæc ille. Vel per tauros secundum Tho. intelligūtur sacerdotes, quia taurus est animal immolaticium, per altilia vero prophetæ qui fuerunt saginati sapientia Dei & consolationibus spiritussancti [Et omnia parata sunt] Chry. quia s. quicquid acquiritur ad salutē, iā adimpletū est in scripturis. Qui ignorās est, inuenit ibi quod discat, q; cōtumax quod timeat, qui non laborat, promissa quibus excitetur ad opus. Vel omnia parata sunt. i. introitus regni apertus est per fidē meæ incarnationis, qui ante fuerat clausus. Vel omnia parata sunt quæ pertinent ad mysteriū dñicę passionis & nostræ resurrectionis. Venite ad nuptias nō pedibus, sed fide & moribus. Hæc ille [Illi aūt neglexerūt] quia iudæi pro maiori parte remanserūt obstinati, Christo & eius apostolis prædicātibus [& abierunt alius in uineā suā] se occupando in terrenis, & corporalibus laboribus [alius uero ad negotiationem suam] se occupando in lucris terrenis. Grego. Qui intentus labori terreno, uel mūdi actionibus deditus, mysterium incarnationis dominicæ pensare & secundum illud uiuere dissimulat, quasi ad uillā & negocium pergenes uenire ad regis nuptias recusat. Hæc ille. Vel secundum Chry. populares iudæorum sunt q abierunt in uillam sed sacerdotes & ministri tēpli quos auaritia separauit à fide abierunt ad negotiationem suam. Et de oībus istis nō dicitur q sint malignati, sed q uenire cōtēpserāt, sed q odio uel inuidia occiderunt Christum aut apostolos, malignitati sunt; de sua tamē morte dominus tacet, quia in priori parabola dixerat. De malignis ergo dicit Grego. Et plerunquæ quod est grauius nonnulli uocati gratiam non solum respuunt, sed ēt persequuntur Hæc ille. Vnde subditur [Reliqui uero tenuerunt seruos eius.]. i. Ioannē, Stephanū, & apostolos [& contumellis] immo etiā flagellis, ut patet Act. iiii. [affectos] prius, postmodū ēt tandē [occiderunt] aut oēs aut quosdā, puta Ioannē, & Stephanū, & Iacobū maiorē & minorē. In hac pte habemus hic exēplū de patiētia & misericordia cōditoris q multoties aīas ad nuptias. i. ad fidē & bonos mores reuocat. Grego. Ecce peccādo authori terga ī faciē dedimus, & tū ut reuertamur admonemur. Et quos ferire aduersātes potuit, ut reuertamur munerare promittit. Tanta ergo misericordia conditoris emolliat duritiam nostri reatus. Hæc ille.

QVantum ad secundum tangitur uindicatio facta per regem, cùm dicitur [Rex autem cùm audisset iratus est.]

Ira propriè, & formaliter est appetitus sensualis uindictæ. Dicit tamen san. Tho.

a.contra gen.c.79. ꝙ nomina passionum animæ dupliciter sumuntur. Vno modo pro actibus appetitus sensitiui. Alio modo pro actib. uoluntatis Si igitur sumatur ira pro appetitu sensitiuo uindictę sic nō potest esse in Deo, sicut neque sensus. Secus si sumatur pro uoluntate seu uolitione uindictæ, sic enim ira est in Deo, ut idem dicit 3.di.15. quia Deus uult aliquorum uindictam. Attribuitur etiam Deo ira quantum ad ipsum effectum, quia punit [Et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit] Hie. Per hos exercitus Romanos intelligamus sub ducibus Vespasiano, & Tito, q occisis iudeæ populus præuaricatricē incēderunt ciuitatē. Hęc ille. Et sēd'm Chrys. illi exercitus fuerunt Dei, quia domini est terra & plenitudo eius, & quia ad destruendū Hierusalē eos dominus excitauit. Vel sēd'm Gre. isti exercitus sunt Angelorum agmina per quæ in hominibus exercet iudicia sua. Qui etiam exercitus perdunt homicidas, dum fidei persecutores interimunt. Incenditur autem talium ciuitas, dùm corpus in quo habitarent flamma gehennæ consumit.

Quomodo autem fuerint iudæi occisi per dictos principes, & Hierusalem combusta, dictum est alias. s. dominica 10. [Tunc ait Rex seruis suis] id est apostolis, aut Angelis qui præerunt uocationi gentium, secundū Orig. [Nuptiæ quidem]. i. nuptiarum prandiū [paratæ sunt. sed qui inuitati erant]. i. iudæi [nō fuerunt digni] quia Dei iustitiam ignorātes & suam statuere uolentes, indignos se iudicauerunt æternæ uitæ. Act. 13. Quia uero iudaicus populus repulit Euangelicam doctrinā Apostoli ex mandato domini iuerunt gētibus pdicare. Vnde Act. ubi sup. dixit Paulus iudæis induratis. Vobis quidem oportebat primum loqui uerbū Dei. sed quoniā repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim pcepit nobis Deus. Et hoc est qd' subdit [Ite ergo ad exitus uiarum]. i. ad populum gentilem. Hiero Gentilium namque populi non erant in uia, sed in exitibus uiarum. i. in suis erroribus secundum Remi. Vel sēd'm Chry. uiæ sunt omnes professiones, puta philosophiæ, musicæ, & huiusmodi. Ire ergo ad exitus uiarum, est ire ad omnes hominum uarietates. Vel aliter secundum Greg. Nam uiæ sunt actiones, exitus uiarum sunt defectus in actionibus. In exitibus ergo sunt uiarum qui in suis actionibus aduersa patiuntur. Et tales plerunque facilius conuertuntur ad Deum [& quoscunque inueneritis] in populo gentili secundum Hieron. uel quacunque arte seu professione sēd'm Chry. uel in quacūque aduersitate sēd'm Gre. [uocate ad nuptias] i. ad fidē Iesu Christi. [Et egressi serui eius]. i. Apostoli hierusalē egressi [in uias]. i. p uias. Licet. n. serui iuerint ad exitus uiarū, tamē iuerunt per uias id ē per uerā fidē, & bonos mores [congregauerunt omnes] gentiles [quos inuenerunt] uolentes venire ad fidem [bonos & malos] Sed contra quia omnes gentiles erant mali, quia idolatræ, quomodo ergo ex eis congregauerunt aliquos bonos. Ad hoc uidetur soluere Hie. quod boni dicitur quidam eorum ex hoc quod erant inclinati ad bonum, Greg. vero dicit ꝙ hoc dicitur habito respectu ad id quod fuerunt gentiles post uocationem, quia dato ꝙ ante oēs fuerint mali, tamen post aliqui boni, & aliqui mali fuerunt. Possumus autem dicere ꝙ etiam in ipsis gentilibus erāt quidam boni Deum colentes, qui vocati sunt ad fidem, vt patet Act. 8. de eunucho Candacis reginæ quem baptizauit Philippus [Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium] quia ecclesia sancta vbique terrarum diffusa est, & multo plures uenerunt ex gentibus, quam ex iudæis.

In hac parte est documentum quod licet Deus sit pius, & misericors expectando ad pœnitentiam, non tamen est iniustus, ut iniquitates derelinquat impunitas. sed acrius contemptores sui exterminat per æternam pœnam gehennæ. aliquando etiam per temporalem. Vnde Greg. 9 moralium. Quandiu superna longanimitas tolerat, extrema iudicii seueritas necat. Hæc ille.

QVantum ad tertium tangitur condemnatio eius qui cum uestibus sordidis in conuiuio nuptiarum reperitur, cùm dicitur [intrauit tunc Rex] non mutando locum secundum Chrys. cùm vbique sit. sed exercēdo iudicium. Intrat ergo secundum eundem in die iudicii Cum autem sit duplex iudiciū. generale. s. in fine mundi futurum, & speciale in morte cuiusque possumus dicere ꝙ dupliciter Rex intrat [ut uideret discumbentes] christianos positos ad mensam Euangelicæ doctrinæ, & sacramentorum nouæ legis.

Ista

Ista aūt visio est examinatio,& discussio meritorum[Et vidit ibi].s.in Christianitate, seu in ecclesia militanti [hominem non vestitū veste nuptiali].i.charitate secundum Grego. Hanc.n.dominus habuit, vt ad sociandæ sibi ecclesiæ nuptias veniret. Hæc ille. Aug. Intrat ergo ad nuptias sine veste nuptiali, qui in ecclesia fidem habet,sed charitatē non habet.Vel qui quærit ibi gloriam non spōsi, sed suam.Hæc ille.Aug.tamen contra Fau.videtur dicere, quòd ista vestis sit gratia Spiritussancti, sed redit in idem, quia sicut splendor consequitur necessario Solem, ita amor charitatis gratiam Spiritussancti. Similiter Hiero.dicit,ꝙ ista vestis sunt opera bona,sed redit in idem, quia bona opera sunt quæ ex gratia,& charitate procedunt. In veste ergo nuptiali est,qui est in gratia Dei,& amat caritatiue Deū,& proximū,& sancte viuit,& operatur,si est adultus. Dicitur autem iste fuisse vnus in singulari secundum Orige. quia omnes mali,sunt vnius generis,quia sunt mali,& serui diaboli. Vel dicendum, quòd hoc fit, vt denotetur paucitas eorum, qui damnātur ex vocatis qui venerunt per veram fidem. De hoc vide dominicam in 70. [Et ait illi. Amice] amicum dicit secundum Hiero. ratione fidei qua vocatus venit, vel secūdum S.Tho. quia ipse Rex eum amauit, sicut & dominus Iudam se tradentem amicum appellauit, vel vt idem dicit amicum appellat imperando,vt se amet [Quomodo huc intrasti,non habens vestem nuptialem?] quasi diceret. Ingratus es,qui honorantem non honoras,& temerarius, qui nuptias meas temerare, & maculare præsumpsisti.Sed contra. Si Rex noluit ibi esse malos, quare vocauit malos? Ad hoc dicit S.Tho. ꝙ vocauit malos vt essent boni. Ideo isti male fecit intrando malus scilicet, sed sicut & indispositus accepit ad baptismū, qui est ianua qua intratur ad fidem, sed peius fecit perseuerando impœnitens, aut si semel habita innocentiæ vestem candidā deposuit,& assumpsit sordidam,i.vitiosam [At ille obmutuit]Hiero In tēpore enim illo,non erit locus impudentiæ, nec negandi facultas, cùm omnes Angeli,& mundus testes sint peccatorum.Hęc ille.[Tunc Rex dixit ministris] i. Angelis qui diuinam iustitiam exequentur in iudicio generali, & priuato [ligatis manibus].i.omnibus potentiis productiuis bonorum operum,quę bona opera cessabunt post mortem quantū ad mereri præmiū,maxime in malis in quibus nullo mō erūt,vel esse poterūt;in beatis.n.erunt quidem bonæ operationes,sed non erunt propriè merita,sed pars præmii[& pedibus].i.omnibus potentiis electiuis bonorum affectuum, quæ sunt pedes quibus ad Deum accedimus, vtputa voluntas,& irascibilis,& concupiscibilis. Ipsæ autē bonæ affectiones, & volitiones sunt tanquā passus, quibus fęlicitatem adire possumus in vita. Sed post mortem in malis cessabit potestas bene volendi, quia erunt in termino, & semper perseuerabunt in desiderio,&mala voluntate cum qua morientur,vt patet quarto,di.4.& di.50.[Proiicite eū in tenebras exteriores]Secundū Grego.tenebræ interiores sunt tenebræ cordis, quas oīs peccator ēt in vita patitur; exteriores vero sunt tenebræ dānationis,q̄ licet Grego.non explicet sunt duplices,s.corporales,& spirituales quę sunt priuatio visionis diuinæ.Vel secundū Chry.vtraque tenebræ, s. interiores,& exteriores sunt gehēnales,sed differūt secūdū plus & minus. Nā vt dicit ipse p̄ hoc designatur differentia tormentorū,in peccatoribus.Sunt.n.primæ tenebræ exteriores,interiores aūt minores,& nouissimi loci. Hæc ille. Est autem notandū ꝙ corporales tenebræ in inferno sunt ita densæ,quin damnati oculis corporalibus possint aliqua videre,sed videbunt quædā, licet male & obscure,& quæ terrorem,&dolorem magis q̄ consolationem ingerant, vt patet per S.Tho.4.di.50.&quarto contra e.89 [ibi erit fletus, & stridor dentium] Est autem notandū ꝙ motus cœli secundum doctrinam fidei quādoq; cessabit,&consequenter cessabit omnis actio quæ dependet à cœlesti motu. Est autē duplex actio in inferioribus corporibus.Vna quæ est propria corporis inquantū corpus ē. qua agit transmutando materiā per propriū motum. Proprium.n.est corporis vt motum moueat,transmutando materiā de calido ad frigidum,& huiusmodi. Alia quoq; q̄ conuenit ei inquantum participat aliquid de natura substantiarū separatarū, qua nō trāsmutat materiam, sed similitudinē suam multiplicat in medio,secundū similitudinē spiritualis intētionis quæ reperitur in sensu,vel intellectu. Isto modo Sol illuminat aerē, & color emittit speciem,et similitudinem suam ad speculum. Vtraque autem harum actionum reperitur in elemētis virtute cœli. Vnde si vtraque

prædictorum actionũ cessaret in cœlo cessaret etiã vtraque in elementis, qa vero cessabit tantum cœli motus, cessabit & motus omnis elementorũ, sed non alia actio. Vnde post iudiciũ si esset speculũ in aere oppositũ terræ, adhuc in eo terra videretur. Si autẽ sit aliquis motus inferiorum corporũ qui habeat cãm quæ à cœlo non dependeat talis motus stante cœlo poterit esse, si talis forma in suo corpore inueniatur.

Cùm ergo rationalis anima à cœlo non dependeat, sed sit immediate à Deo vt etiam vult philosophus in libro de anima libus vbi dicit ꝙ solus intellectus, i. anima intellectiua est ab extrinseco, i. non educitur de potentia materiæ ab agente naturali, sequitur ꝙ motus causati ab illa post resurrectionem esse poterunt.

Ideo erit motus cordis, & motus localis membrorum. Hæc omnia sunt Sanct. Tho. sententialiter de pot. q. 5. Cùm vero ipsemet velit ꝙ stante motu cœli cessabit omnis corruptio, vt patet. 4. contra gentiles. c. vlt. & in multis aliis locis, oportet secũdũ mẽtẽ illius dicere ꝙ fletus erit quidem possibilis in dãnatis quantũ ad motum localem, puta constrictionem cerebri, & contractionem vel cõturbationem faciei, non autem quantum ad resolutionem lachrymarum, quia illa non est sine corruptione. Et sic ipse expresse tenet. 4. dist. 50. & 4. contra gentiles cap. 89. & quodlibet 8. Est autem ad euidentiã prædictorum sciendum ꝙ anima causat motum cordis in mente, sed motũ corruptionis proprij corporis prouenientem ab intrinseco causat per qualitates contrarias elementorum, quæ ipsam animam consequuntur & corpus simul. Ideo stante motu cœli erit motus cordis possibilis non autem ille alius qa anima sine cœlo agente potest agere, cùm non sit à cœlo, non autem tales qualitates, quia aliquo modo dependeat à cœlo, sicut & corpus nostrum Vel potest melius dici ꝙ in tali statu corpus erit totaliter animæ subiectũ, ideo non poterit suscipere aliquam formã realẽ & absolutam contrariam dispositionibus corporis ad subesse animæ. Poterit aũt suscipere intentionalem vt sentiendo & relatiuam, vt in motu locali, in quo neque perditur neque acquiritur aliqua absoluta forma & firma, qđ dico, quia mouens locali rei imprimit mobili ipsi impetũ in motu saltem violento, qui impetus nõn est forma relatiua, sed tamen est quasi intentionalis & instabilis. Sed quare in damnatis erũt ista duo fletus & stridor? Rñ. San. Tho. ꝙ ibi erit fletus ex tristitia & stridor ex ira. & impatiẽtia. Vel ibi erit fletus ratione caloris. & stridor rõne frigoris. Transibunt enim ab aquis niuium ad calorem nimium. Iob 23. Et intellige quod ibi erit stridor quo ad motũ localem dentium, non autem quo ad sonum quia sonus cùm sit per aeris fractionẽ causatus non est sine alteratione. Poterit tamẽ ibi esse miraculose [Multi aũt sunt vocati] ad nuptias præsentes in via [pauci vero electi] ad futuras in patria, quia multi vocati non veniunt, & eorum qui veniunt aliqui inueniuntur in morte sine veste nuptiali. Vtrum autem eorũ qui vocãtur & veniunt multi eligantur ad gloriam vel pauci; vide dominica in Septuagesima.

Domini. 21. post Trinitatem.

Textus euang. Ioan. c. 4.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cùm audisset qa Iesus adueniret à Iudæa in Galilæã, abiit ad eũ & rogabat eũ vt descenderet, & sanaret filiũ eius. Incipiebat. n. mori. Dixit ergo Iesus ad eũ Nisi signa & prodigia videritis non creditis. Dixit ad eũ regulus. Domine descende prius quã moriatur filius meus. Dixit ei Iesus. Vade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quẽ dixit ei Iesus, & ibat. Iã aũt eo descendẽte serui occurrerunt ei & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerũt ei. Quia heri hora septima reliquit eũ febris? Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit illi Iesus, Filius tuus uiuit. Et credidit ipse & domus eius tota.

ERat quidam regulus &c. Io.4. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Deprecatio, Increpatio,& Conuersio.

QVantum ad primum tangitur literaliter deprecatio, quam Domino regulus fecit.

Ad cuius intellectum oportet præcognoscere ꝙ saluator uł dū primo pdicaret in Nazareth ciuitate sua,cō patriotæ eius inuidiæ zelo & ira cōcitati cōtra eū, voluerūt eū pcipitare, ut hr̃ Lu.4. Qui ascendit in iudæā & ibi ipse prædicabat,discipuli uero eius baptizabant, & plures discipulos faciebat,quā Ioannes. Quod audientes pharisæi ex inuidia cū persecq cœperūt,sicut & scd̄m aliquos Ioannem.Nam ipsi procurauerunt,ut dicunt Ioannis carcerem ex inuidia, ut patet, quia dicitur Matt.17.de Ioanne.Hælias iam uenit, & fecerunt in eum quæcunque voluerūt. Vnde Christus recedens à iudæa ucnit in Galileam,dans locum inuidiæ iudaicæ. Dr̄ ergo [Erat q̄dā Regulus] Non erat iste q̄dam paruus Rex ut nomē sonat,q̄a sicut ex chronicis patet,Romani uolētes infringere superbiam iudæorum priuauerunt eos nomine & dignitate regia, diuiso regno in quatuor tetrarchias.Secundum aliquos ergo (ut Chry.recitat)fuit officialis imperatoris, habens aliquā dignitatem à qua sic dicebatur.Et ut dicunt, fuit idem quod centurio, de quo dicit Matt. Sed ut idem dicit, non fuit ille. primo quia ille Iesum uolentem eius domum ingredi ꝓhibuit. iste autem rogat ut ad domum suam descendat. Secundo, quia ille obuiauit Christo descendenti de monte in Capharnaū,iste uero in chanā Galileæ. Tertio quia illius seruus,& huius filius infirmabatur. Addit autem sanctus Tho. quartū, quia seruus centurionis erat paralyticus, filius autem reguli febricitabat,quia dicitur infra. Heri hora septima reliquit eum febris.Istæ tamen rationes possunt solui dicendo ꝙ fuit ille dictus centurio à centenario militum, quos sub se habebat & dictus regulus, id est paruus rex à regendo ciuitatem capharnaum. sed alia uice pro seruo, alia pro filio rogauit.quis ergo iste fuerit,certum non est, sed tamen certum est ꝙ Rex non fuit,secundum Chry. autem fuit aliquis de genere regali. descendens.s.ab Hærode.uel habebat aliquē principatum, siue centurio siue alius fuerit, & tunc dicere possumus ꝙ fuit uere Rex eo modo, quo antiquitus sacra scriptura loquebatur.Reges enim uidētur appellati fuisse olim omnes domini habentes aliquod homagium, & talis forte fuit iste, utpote si ei Romani aliquam ciuitatem tradidissent.Sanctus Thom.autem dicit ꝙ tribus modis sumitur Regulus.Primò pro eo qui præest paruo regno. Et scd̄o aliq̄s de stirpe regia. Et tertio aliquis officialis regis. Et primo modo non sumitur hic,secūdū illud Io.19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Nec secundo, & tertio.Fuit igitur quidam de familia Hærodis tetrarchæ, siue officialis, siue nuntius Imperatoris. Hæc ille. Vtrum autem gentilis fuerit uel iudæus cùm sint uariæ sententiæ,nulla est certa[cuius filius infirmabatur capharnaum] id est in ciuitate q̄ erat metropolis in ꝓuincia Galileæ.Iste scd̄m Theo. fuit pn̄s q̄n Christus aquam mutauit in uinū iō cōcepit fidē de eo, ꝙ si affuisset,potuisset suū filiū liberare.iō seq̄tur[Hic cùm audisset ꝙ Iesus adueniret à iudæa in Galilæā] fugiēs phariseorum stimulos [abiit ad eum & rogabat vt descenderet] à chana in capharnaum [& sanaret filium eius]q̄a scilicet scd̄m Aug non credebat ꝙ absens Christus posset conferre sanitatem.

Allegoricè scd̄m Orige. iste duplex aduentus dn̄i in Galilæā unus ad lætificandū conuiuas ex uini suauitate, alius ad sanandū reguli filium penè mortuū, significat primū aduētū Christi ad redimendum mundum,& scd̄m in fine mūdi ad conuertēdū filiū reguli,i.populū Iudaicū filiū Abraā,qui continuè orat vt sanetur populus ille.Sicut & de Hieremia legitur. 2. Machab. vltim. ꝙ orabat pro populo Dei.

Anagogicè aūt scd̄m eundē pn̄t figurari duo aduētus verbi Xp̄i in aīam.Primus q̄dē ex facto vino pbens aīæ gaudiū spūalis conuiuii.Scd̄s vero omnis languoris ac mortis reliquias amputans.Hæc ille. Et intendit ꝙ ad animam Christus aduenit per gratiam consolando,& per gloriam beatificando.

Moraliter significatur ꝙ dicit Theo. Regulus inq̄t ē oīs hō nō solū q̄a & regi vniuersorū ꝓpinquus existit scd̄m aīam,sed q̄a & ipse sup oīa principatū sumpsit, cuius filius,i. meus febricitat voluptatibus prauis & delicatiis. Accedit autē ad Iesum & deprecatur vt descendat,i. vt ex descensu misericordiæ

utatur, & pareat peccatis prius q̃ à uolupta tum infirmitate mortificetur. Sed dominus dixit, uade.i, profectum contiuum circa bo num ostendas & tunc filius eius uiuet. Sic aũt ambulare cessaueris, mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem. Hæc ille.

QVantum ad secundum ponitur increpatio infidelitatis in isto regulo à Christo cũ dr̃ [Dixit ergo Iesus] ad eũ [nisi signa] id est miracula cõia [& ꝓdigia] i. miracula maiora scd̃m f. Th. Prodigiũ.n. importat quod dã monstruosum plenũ admiratione. Et ut colligitur ex. 2. 2. q 170. 8. ar. 1. ad tertium, & super 10. & 2. Thes. 2. miraculum dicitur q̃a fit supra naturam. signum quia diuinã uirtutem demonstrat; prodigium uero uel quia certissime iudicat, ut dicat quasi porro dictũ uel quia aliquid futurũ portẽdit, ut dicat ꝓdigiũ quasi procul ostẽdẽs effectũ futurũ. Hæc ille. Scito ꝙ porro aliquando est idem quod certe, aliquando idẽ qđ procul, sicut ipse dicit in primo ꝙ prouidẽtia dr̃ qua porro. i. à lõge uidẽtia. Et sumẽdo primo mõ dr̃ ꝓdigiũ inquãrũ certe indicat pñs. Et scđo mõ in quantũ ꝓsignat futurũ quo mõ etiam aliqđ miraculũ excellẽs uel res monstruosa dr̃ portẽtum à portẽdo. quia. s. aliquid in posterũ significet [uideritis] occulta fide [non creditis] Et in his uerbis scd̃m Aug. Christus arguit istũ modicæ fidei fuisse aut nullius, sed quasi uellet tentare quid Christus posset de sui filii sanitate. Alii tñ ut Gre. dicunt ꝙ credidit Christũ posse suum filiũ sanare. sed in fide dubitauit scd̃m Greg. ex hoc ꝙ nõ credidit ꝙ posset salutẽ absenti tribuere, uel secũdũ Chry. q̃a credidit ꝙ eũdẽ post mortẽ non posset cõferre sanitatẽ & uitam. Mihi uidetur, ꝙ textus innuit ꝙ dubitabit in utroque dùm dixit descẽde prius quã moriatur. Immo dicit Sanct. Tho. ꝙ iste non solum habuit defectum fidei, quia non credidit Christum uirtutẽ habere diuinam, & efficacẽ etiã respectu distãtiũ, sed etiã quia scd̃m Chry. dubitabat an filium suum Christus sanare potuisset, cuius signum est, quia non adiuit Christum extra terram suam existentem, sed eius expectauit aduẽtum, & deinde quasi desperatus adiuit eum nihil uolens omittere quod circa hoc facere posset, sicut desperantes de salute filiorum etiã medicos imperitos non negligunt. Si enim pro certo credidisset Christũ id potuisse, ad eum extra terram suam perrexisset. Hæc ille. Dicamus ergo ꝙ de diuinitate Christi qua posset operari circa absentiam non cogitabat, & de uirtute suscitandi mortuum desperabat, & de uirtute sanandi infirmum desperabat, nec credebat pro certo, idcoque dicitur credidisse, & non credidisse. Et sic omnes doctores concordant. Ex his autem uerbis arguit Magi. hist. ꝙ iudæus iste regulus fuerit, q̃a iudæi signa petunt scd̃m apostolũ. 1. ad Cor. 1. græci sapientiam, sed tñ ista ratio non cogit. Non enim fuit intẽtio apostoli dicere quod græci credant ea quæ sunt fidei propter sapientiam & non propter signa, immo est totum oppositum. quia Dionysius non credidit propter sapientiam Pauli, sed propter illuminationem cæci, ut patet in eius historia, sed intendebat ꝙ græci tanquam sapientes delectabantur doctrinã. & uiris doctis cũ quo stat ꝙ signa peterent aliqñ ad confirmationem fidei. [Dicit ad eum regulus] non attendẽs ad increpationem, sed iterato replicans suam petitionem, [Domine descende prius q̃ moriatur filius meus] Iste ut quibusdam uisum est q̃uis nõ haberet perfectam fidẽ, tñ deuotionem habebat ad Christũ, unde & quã primũ audiuit de eo, relicto infirmo accessit ad eũ existẽtem in alia terra. Ideo Christus simul & semel uoluit non solum eum exaudire in eo quod petebat, sed etiam eius infidelitatẽ fugare, unde [dixit ei Iesus. Vade] Non dixit ueniam, sed [filius tuus uiuit] id est uiuet, seu uiuit perfecte, scilicet potitus sanitate. Sed hic ẽ quæstio quã mouet Grego. scilicet quare Saluator non rogatus uoluit personaliter accedere ad seruum Centurionis, ad filium autem reguli rogatus accedere noluit. Videtur enim, licet Grego. hoc non dicat, quod dignior esset regulus, de quo tenetur communiter quod aliquem principatum haberet, quã Cẽturio, quia nihil habebat nisi centum milites, non suos, sed sub se, & etiam dignior est filius, quã seruus, cæteris paribus. Ad hoc dicit Chriso. & san. Thom. ꝙ Centurio firmã & sanam habebat fidem, quam firmare non erat necesse, ideo Christus tãtum uoluit eius deuotionẽ patefacere. Iste uero non sanè credebat, & ideo uoluit eum edificare in fide, ut crederet quod etiam absens poterat sanare. Vnde ire noluit. Et potest addi, quod dum Christus ostendit

se absentem posse sanare simul etiam ostendit se posse uitam post mortem conferre, quia se Deum ostendit, cuius solius est operari suæ uoluntatis imperio, ad prope & ad procul. Grego. autem sic dicit. Hinc superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginē Dei facti sunt, sed honores & diuitias ueneramur. Redemptor autem noster ut ostenderet quoniam quæ alta sunt hominibus, sanctis despicienda sunt, & quæ despecta sunt hominibus despicienda non sunt, Sanctis ad filium reguli ire noluit, ad seruum autem centurionis ire paratus fuit. Hæc ille.

Moraliter quilibet homo est regulus, quia suorum actuum est dominus, sed iste cuius filius infirmabatur Capharnaū, id est in agro pinguedinis & consolationis uilla, sicut illi qui languent animo propter corporeas commoditates & consolationes. Isti quia uellent non esse uitam præter istam sic etiam credunt, aut dubitant, uel saltem non firmiter credunt, & dicunt quòd si uiderent signa, & miracula crederent. Sed erat magna stultitia illius, quia miracula Christi erant rationabiliter & patentia cùm ab hominibus narrarentur, sicut & stulti sunt isti, quia apostolorum miracula adhuc rationabiliter nobis patent. Videmus enim mundum ab idololatria ad Deum conuersum credendo alta, & sperando ardua. Aut ergo ista conuersio est per miracula facta, aut sine miraculis. Si primum, ergo fuerunt ista miracula, si secundum, ergo ipsa conuersio fuit maximum miraculum, cùm homines idiotæ sine miraculis conuerterint mundum. Et si dicas ꝙ isto modo etiam posset mahumetista quisque arguere, dico ꝙ non est uerum. Nam dicit san. Tho. primo contra, ca. vi. ubi prædictum argumentum facit inspectis apostolorum miraculis, non ui armorum, non uoluptatum promissione, cum propriæ uitæ periculo inter persecutorum tyrannidem innumera turba etiam doctissimorum hominum ad Christianam fidē conuolauit. In qua prædicant excedentia rōēm, cohibentur uoluptates, & mundus cōtemni docetur. Mahumet autem uia contraria ad conuersionē suæ gentis incessit. Promisit enim uoluptates & promissis instituens pcepta cōformia uoluptati habenas relaxauit, & nihil docuit. nisi quod facilitet q̄libet capiat, immo fabulosa multa doctrinæ suæ inseruit signa, non adhibuit nisi quæ & possunt esse militum latronū uē, dicens se missum in uirtute armorum, & ꝙ omnis alia fidei probatio est inanis. Sapientes uero nulli à principio ei crediderunt, sed homines uel potius bestiæ rationales colentes eremum, quib alios in suam fidem coegit, sacram scripturā & oracula diuina suis legenda prohibuit, ne falsitatis author deprehenderet. Hæc omnia ex sancto Thoma ibidem.

QVantum autem ad tertium tangitur conuersio huius reguli ab imperfecta fide ad perfectā, cùm dicitur. [Credidit hō sermoni quē dixit ei Iesus] credidit inquantum plus q̄ prius, ut ex dictis patet. Credidit n. absentē sanatū, sed tñ scd̄m Chryso. nō credidit integre, neq; sane, ut patebit. [Et ibat] lætus ex concepta spe in uerbo Christi, sed tñ fluctuabat in animo. [Iam aūt eo descendente] q̄ a Capharnaū est ciuitas in ualle sita [serui occurrerunt ei.] In hoc aūt ꝙ seruos habuit, eius dignitas declaratur, scd̄m Orige. [Et nunciauerūt ei dicētes, quia filius eius uiueret] ad consolandum eū, & ne cōtigisset eū superflue defatigare magistrū. i. Christū. [Interrogabat ergo horam ab eis; in qua melius habuerat] Ex quo scd̄m Chry. patet ꝙ nō plene credebat, q̄ uolebat scire an hoc pcepto Christi, uel alia cā contigisset. [Et dixerunt quia heri hora septima reliquit eū febris] statim & perfecte [Cognouit ergo pater ꝙ illa hora erat in qua Christus dixit ei. Filius tuus uiuit, & credidit ipse & domus eius tota] Beda Vnde datur intelligi & in fide gradus esse sicut in aliis uirtutibus, quib. est initiū, incrementū, atque perfectio. Huius ergo fides initiū habuit cùm filii salutē petit, incrementū cùm credidit sermoni dñi, deinde pfectionem obtinuit nunciantib. seruis. Hæc ille.

Moraliter serui reguli sunt actus hominis qui ad partē sensitiuā qui subduntur rōis imperio. Hi annunciāt filiū. i. animū reguli uiuere qn̄ occurrunt dño suo. i. rationi, p debitam subiectionē. Moraliter &t ista febris quā laborat filius reguli. i. animus hoīs est, peccatum mortale, quod agitat hoīes per uariationē de calore mundanæ cupiditatis ad frigus timoris de aduersitatib. Sunt aūt multæ eius species. Prima est febris quotidiana, & significat gulę peccatū quod quotidie insequitur. Vel significat peccata uenialia. Secunda est ephimera dicta ab ephimero pisce, quia ea-

&c die nascitur & moritur, & significat subitū iræ motū q ante so is occasum nisi dēt. Tertia est erratica q nō ace dit certis horis. & significat inuidiā q cū quis laudatur accidit, cū uituperatur recedit & quoties vel quādocunque conantur accessiones. Quarta est tertiana, quā patiuntur qui post duas pœnitētiæ partes, scilicet contritionē & cōfessionē, non volunt tertiā, id est satisfactionē explere. Quinta est continua q tollit quietē & cibum & somnū, & consequenter cito occidit. Ista significat auaritiā. Auarus enim nocte & die peccat, maxime usurarius, & uidetur peior Iuda, qui uēdidit Christū, quia ipse uēdit Christū & oēs sanctos, eorū festa in usuris cōputando. Auarus ēt nec quiescit nec dormit, nec audet māducare. Sexta est quartana, & significat superbiā, q quatuor species habet. Septima est ethica q est radicata in mēbris. Ista est mortalis o īno, & significat odiū, quod est cū tristitia quadā de alieno bono. Prouerb. xvii. Spiritus tristis exiccat ossa.

Dominica 22. post Trinitatem.

Textus euan. Mat cap. 18.

SIMILE est regnum cęlorum homini regi qui voluit rationem ponere cū seruis suis. Et cum cepisset rōnē ponere, oblatus est ei unus qui debebat decē millia talenta. Cū aūt nō haberet vnde redderet, iussit eū dominus uenūdari, & uxorem eius, & filios, & omnia q habebat, & reddi. Procidēs aūt seruus ille, rogabat eū, dicēs. Patiētiā habe in me, & oīa reddā tibi. Misertus aūt dominus serui illius, dimisit eū, & debitū dimisit ei. Egressus autē seruus ille, inuenit unū de cōseruis suis, q debebat ei cētū denarios. Et tenēs suffocabat eū, dicēs. Redde q debes. Et procidēs cōseruus eius rogabat eū, dicēs. Patiētiā habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autē noluit, sed abiit, & misit eū in carcerē donec redderet debitū. Vidētes aūt conserui eius q fiebāt, cōtristati sūt ualde. Et uenerunt, & narrauerunt domino suo omnia q facta fuerāt. Tūc uocauit illū dominus suus, & ait illi. Serue nequā omne debitū dimisi tibi, quoniā rogasti me. Nōne ergo oportuit & te misereri cōserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dn̄s eius tradidit eū tortorib. quoadusque redderet uniuersū debitum. Sic & pater meus cęlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

SImile est regnum cœlorum hoī regi q uoluit rōnē ponere cū seruis suis] Mat. xviii. In præsenti Euāgelio tāguntur tria pūcta, q sunt Miseratio, Malignatio, & Castigatio.

QVantum ad primum literaliter tangitur, miseratio magna domini aduersus debitorem seruum, qui indutias petebat, & relaxationem integram obtinuit. Est aūt aduertendū q dominus hortatus fuerat discipulos suos ut sibi inuicem offensas remitterent, ut eorum orationes essent exaudibiles, dicens. [Si duo ex uobis consenserint] i. idē senserint p vnanimitatē & concordiam sup terrā de omni re quācunque petierint, fiet illis à patre meo. Tunc aūt beatus Petrus quæsiuit dicens. Dn̄e quoties peccabit in me frater meus & dimittā ei, usque septies? Et respondit dn̄s. Non dico tibi usque septies, sed usque septuagiessepties. i. toties quoties peccabit, scd̄m sanctos, q a ponitur ibi numerus determinatus p indeterminato. Illi tn̄ duo numeri scilicet septuagies & septies dupliciter coniūgūtur. Vno modo p aggregationē, vt uult Aug. i. lxxvii. uicib. Alio modo p multiplicationē, vt uult Hier. multiplicando. s. unū aduerbiū p aliud. i. quadringētis & nonaginta uicib. seu toties in die quoties uix posset peccare. Sed ne dn̄s uideretur q graue nobis iniunxisse in tā frequenti remissione scd̄m Chry. adiecit parabolā. in qua cōparatur patiētia Dei ad humanā. Vel ideo adiecit scd̄m Hiero. ut iuxta consuetudinē Syrorum maxime palestinorū loquēs facilius memoriæ cōmēdaretur qd̄ dixerat. Dr̄ ergo [Simile ē regnū cœlorū] i. status ecclesię militātis seu christianitatis quātū ad eū q in ea regnat (homi-

[hōi regi] scd̃m Rem. cū ꝑ hoīem regē in re gn̄o cœlorū aliquādo sumatur pater, vt ibi Simile est regnū cœlorū hoī regi q̄ fecit nuptias filio suo. Aliquādo filius, hic vterq; pōt intelligi, quia sunt vnus Deus q̄ cuncta q̄ creauit, regit, & gubernat [qui voluit rōnē ponere cū seruis suis] Scd̃m S.Tho. & Orig. isti serui sūt plati, scd̃m Remi. aūt possunt esse oēs homines. Exigit aūt Deus istā rationē scd̃m S.Tho. qñ immittit aliquā tribulationē pro pc̄is cōmissis, sed finis huius rōcinii qđ in tribulatione incipit, in iudicio cōsumabitur. Et videtur velle S Tho ꝙ tribulatio sit quasi nūcius vocās ad ratiociniū faciēdū coram Deo.i.corā eius vicario qui duplex est. f.confessor & ꝓprius aīus apud quē hō se accusat [Et cū cœpisset rōnē ponere].i. examinare cōsciētiā, scd̃m S.Tho. [oblatus est ei vnus q̄ debebat decē milia talēta].i.diabolus scd̃m quosdā, vt refert Hiero. sed interpretatio ē incōpetēs, quia diabolo non dimittuntur peccata. Vnde ille seruus debet decē milia talenta, qui est hō peccans in Deū scd̃m Chry. vel cōmittēs maiora crimina scd̃m Hier. vel trāsgrediēs decē legis ꝓcepta, scd̃m Aug. Vñ ait de verbis dñi. Quia lex in decē ꝓceptis commendatur, ille debebat decē milia talentorū ꝑ quod oīa pc̄a significantur, quæ, f contra legē fuerint. Hæc ille [Cū aūt nō hēret vnde redderet] Remig. Hō sua voluntate & sponte peccans suo conatu nullo modo surgere valet. Et nō hēt vnde reddat, quia nihil in se inuenit ꝑ qđ se a peccatis absoluat. Hæc ille. [Iussit eū dominus venundari & vxorē eius] Sed quo iure potuit iste Rex vēdere pro debito mariti? Saluator enim, vt uidetur non ita loqueretur nisi consueuissent vendi vxores. Et forte dici posset quod antiquitus viri quasi emebant vxores, vt patet de Iacob qui pro Rachel seruiuit annis septem in gelu & æstu, & consequenter eas vendebant, maxime quando non erant principales, sed quasi famulę empticiæ. Nunc autem propter feminarum abundanciam & earum fastidia, & importunitates habendi pompas, iam viri vxores non emunt, quinimmo nec habere volunt nisi sint onustæ vt auro maritus ditior fiat [& filios & omnia quę habebat, & reddi] hic sunt duę sanctorum expositiones. Prima est Remigii & Augustini & San.Tho quòd vxor peccatoris est carnis voluptas, vel concupiscentia. Filii vero inde generati, sunt mala opera. Omnia autem alia quæ habebat sunt Dei dona, quibus non est bene vsus. Præcium autem quo ista venduntur est ipsa pœna dānati. Iussit ergo Dominus istum venūdari scd̃m mentem istorum sanctorum cū iussit vt traderetur diabolo, pœnas pro his omnibus soluturus.

Et nota ꝙ recte isti sancti pœnam vocant præcium, quia per eam fit æqualitas eius qđ Deo per peccatum subtractū est. Quia enim peccator subtraxit Deo quantum in se fuit honorem, dum per pęnam aufertur ei quod suum erat puta quies sensuum & potētiarū, fit æqualitas iustitiæ, vt patet per S. Tho. in 4. Alia est expositio Hiero. talis. Iussit, id est permisit iusto iudicio eum venundari, id est subdi diabolicæ potestati, ipsum & vxorem eius, id est malam concupiscentiam, & filios id est opera mala, & omnia quæ habebat etiam temporalia. Possumus autem addere tertiam fundatam in dictis Chrysost & San. Tho. ꝙ in parabolicis non oportet omnia scrutari. Nam omnia similia sunt necessario dissimilia, Debemus ergo principaliter attēdere ad id quod loquens intendit. Intendit autem Christus quòd sicut Rex temporalis vult debitum suum, etsi subditus non habet vnde soluat, iubet vt vendantur bona eius: Ita Deus cùm ei debemus pęnam pro aliquibus delictis, vult quod exoluamus eā in præsenti vel in futuro, nec in hoc est crudelis, sed iustus [Procidens autem seruus ille] cum videret se in periculo damnationis [ad pedes eius, rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi] Remigius. His verbis humiliatio, & sanctificatio peccatoris ostēditur, dùm dicitur procidens In hoc vero quod dicit, patientiam habe in me, vox exprimitur peccatoris poscentis tempus viuendi, spatium corrigendi. Est autem larga Dei benignitas & clementia erga peccatores conuersos, quoniam ipse semper est paratus per baptismum aut pęnitentiam peccata dimittere. Hæc ille. Vnde sequitur [Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei] id est relaxauit pœnæ reatum. Chry Vnde autem diuini amoris su per abundantia? Petit seruus solius temporis dilationem, ipse autem maius eo quod petijt dedit, dimissionem & concessionē totius mutui. Hæc ille.

Moraliter est hic documentum, ꝙ ex quo ratio-

rationem habemus reddere, teneamus bene cōputum nostrū, & videamus qualiter tractemus de quib. habemus reddere rationem. Quatuor.n.bona Deus nobis cōmisit, de quibus conueniendi sumus animā.s.vt eā honoremus sicut imaginē Dei, corpus, vt mundū seruemus.& tpalia vt pauperib. dispēsemus, & tps vt bene exponamus. De primo male reddēt rōnē superbi, q bona animæ p superbiā perdiderunt. de scdo luxuriosi, de tertio auari, de quarto ociosi. exiget etiam rō de bonis omissis, & de alis commissis.

QVantum ad secundū tangitur malignatio & crudelitas quā conseruus exercuit in conseruū, cū dicit. [Et egressus seruus ille] .i. facie dñi sui, p relapsum & recidiuū in pcō [inuenit] statim post egressū, scdm Chr. q grauius fuit, q̄ si post aliquot dies id egisset [vnū de cōseruis suis q debebat ei centū denarios] Iste debitor cētū denariorū scdm Chr. est ille q cōtra hoiem peccat, sicut alius decē miliū talētorū, & q cōtra Deū deliquit. Grauiora.n.sunt peccata cōmissa in Deū & rōe psonæ viuit, & rōe suscepti beneficij. Vnde ait, fecit enim nos esse, & omnia propter nos operatus est. Animā rōnalem nobis inspirauit, filium suum misit, cœlum nobis aperuit, & nos filios suos fecit. Nunquid ergo si vnaquaque die moreremus pro illo, retribueremus ei aliquid dignum? Nequaquam. Sed hoc rursum ad nostram vtilitatem pertinet. Nos aūt econtrario in legib. eius offendimus. Hæc ille. Secundum Remigiū vero & Hier. Isti debitores distinguūtur scdm maiora, & minora peccata. Vnde ait Hiero. Si qs vestrū cōmiserit adulteriū, homicidiū, maiora crimina, decē miliū talentorum roganti debitum dimittitur, & si ipse dimittat minora peccantibus Hæc ille [Et tenens suffocabat eum] Remi.i.acriter insistebat vt vindictā ab eo exigeret. Hæc ille. Et vt dicit Orig. ideo suffocabat, quia egressus erat a domino, s. per peccatum. Si enim non exisset nō suffocasset [Et procidens] .i. ante vel præ oculis cadens per pœnitentiam [seruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddā tibi] .i. dimitte mihi offensam & satisfaciā pro damno vel iniuria. Sciendum est enim quod in peccato contra proximum sunt duo, offensa scilicet & damnum illatum in rebus vel honore vel persona. Primum quilibet tenetur dimittere expellendo de corde suo odium & iram tendentem in vindictam iniustam, nō autem secundum. Vnde restitutus homo ad amicitiā nihilominus ad emendā tenetur, sicut etiam & Deus peccatorem post iustificationem, ad purgatorium mittit vt soluat emendam si ante non soluerat, quia quantū in se fuit damnum intulit honori diuino. [Ille aūt noluit] offensam remittere [sed abijt] magis exasperatus secundum Remigium, vt vindictam exigeret, & misit eum in carcerē donec redderet debitum] .i. vindictam de illo sumpsit, secundū Remi. Vel q in idē redit, secundum S. Tho. misit in carcerem, i. in tribulationem & in angustiā deduxit animā eius. Ex his aūt omnibus apparet q valde nequā & malus fuerit iste in facto suo. Primo ex eo q statim tale q d egerit post susceptam misericordiā. Secundo quia circa cōseruū, i. eiusdē domini seruum. Tertio q a pro centū denarijs. Quarto quia acriter institit suffocando. Quinto quia ille pcidit & rogauit. Sexto quia totum debitum exegit per carceris tormentum.

Moraliter, ex isto iniquo seruo quilibet dēt exēplū ad sui informationē suscipere, quō debemus iugiter reddere dño q̄ debemus. Si enim ratione peccatorum iste tantum debuit Deo, multo maiora nos debemus propter peccata cōmissa, & resuscepta ab eo beneficia, ita q secundum philosophum, Deo non possumus cōdigne retribuere. ps. Quid retribuā domino pro omnib. q̄ retribuit mihi. Bernardus. O si cognouisses q̄ multa, & q̄ multis debeas. videres, q nihil est qd facis. Primo debes Christo totā vitam tuam, quia ipse pro tua posuit suā, exigunt præterita peccata, futurā vitam tuam, vt facias fructus dignos pœnitentiæ, & recogites omnes ānos tuos in amaritudinē animæ tuæ. Quid si tertium debitorē ostendā, qui vendicet sibi eā. Puto q desiderans gloriā, quam oculus non vidit. Non ne ad hāc emendam, te totū & quodcunque poteris dare oportebit, & cū omnia cōpleueris dices, non sunt condignæ passiones huius tēporis ad futurā gloriam. q̄ reuelabit in nobis. Quarto debitori debes q es, a quo totum habes qui te fecit & bene fecit, & tibi cuncta ministrat. Hæc ille.

QVantum ad tertiū tangitur serui neq̄ castigatio, cùm dicit. Videntes autem conserui eius &c.i. Sancti viri siue Ecclesia secun-

cundū Aug.isti enim sicut gaudent de bono, ita de malo tristant.vel scd'm Remigiū sunt Angeli qui de talibus tristantur, quod intelligendum est sane.Cùm enim Angeli dolentes de peccatis sint boni & non mali, sunt etiam beati & consequenter nec dolent,nec dolere possunt,sed tamen dicuntur tristari, quia vindictam appetunt zelo iustitiæ diuinæ,vel quia effectum faciunt tristari. Vnde sequitur[Et venerunt]non corpore sed animo,siue fuerint homines,siue Angeli[& narrauerunt hæc domino suo] inquantum sui cordis affectiones coram Deo producunt, petentes vt iustitia fiat[Tunc vocauit eum dominus suus]Remig.Vocauit quidem per sententiam mortis,& ab hoc seculo migrare iussit.Hæc ille.Et primo exprobrat ei maliciam,cū sequitur[Et ait illi. Serue nequā] id est qui non es iustus,seu æquus. Secundo beneficium illatum dicens [Omne debitum dimisi tibi,quoniam tu rogasti me] non relaxationem , sed dilationem [Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum]& nihil legitur respondisse,quia secūdū Chrysost.in iudicio & post hanc vitam omne argumentum excusationis cessabit[Et iratus Dominus]id est appetens vindictam seu volens. Ira enim proprie est sensitiuus appetitus vindictæ, sed largius etiam ipsa voluntas vindictæ dicitur ira, & ista in Deo est. Quamuis etiā scd'm Remigiū dicatur Deus iratus, quia facit effectū irati,id est punit[Tradidit eum tortoribus] Remigius.Tortores autem dicuntur dæmones,qui semper parati sunt vt perditas animas suscipiant , & in pœna æternæ damnationis torqueant.Hæc ille[quòad vsque redderet vniuersum debitum.Sed nunquid reddito debito euadet tortorū manus? Ad hoc dicitur quòd non,secundum Chry.quia nunquam reddet totum . Nam illa culpa pro qua quis in inferno punitur semper durabit, & consequenter semper durabit pœna,vt patet per S. Tho.4. dist.4. q. 1.tertio, vel secūdum Remig. dicendū est, quòd non exibit aliquando,quia quo vsque hic accipitur pro æterno,vnde semper soluet & nunquam persoluet. Et redit hoc in idem. Sed nunquid peccata quæ prius huic fuerant dimissa redierunt? Videtur quòd sic quia dicit Aug.de verbis Domini,dicit Deus dimittite & dimittetur vobis.Si ego prior dimisi, dimittite vel postea. Nam si non dimiseritis reuocabo, & quicquid tibi dimiseram replicabo tibi.Hæc ille. Item hic dicitur quòd iste seruus coactus est reddere vniuersum debitum, scilicet prius dimissum. Ad hoc dicitur ex doctrina Sanct.Tho.2.par.q.88.& 4.dist 22. quòd peccata dimissa redire per sequēs peccatum est necesse dicere,quia multæ sanctorum authoritates hoc sonant. Duo autem sunt in peccato, scilicet conuersio ad bonū creatū,puta turpem delectationem, & auersio à Deo. Ex hac autem parte inest peccanti priuatio gratiæ,vel macula,& reatus pœnæ.Clarū est autem quod sequens peccatū non reiterat primum quantum est ex parte conuersionis,quia interdum primum & sequens sunt contraria, puta prodigalitas & auaritia, & sic simul homo tenderet ad acquirendum habitum auaritiæ , & habitum contrarium , id est prodigalitatis. Clarum etiam est quòd sequens reiterat primum dimissum ex parte auersionis , quantū ad hoc quod est denuo inducere priuationem gratiæ & reatum pœnæ,quia ista duo inueniuntur in omni mortali , & sic intelligitur illud q offendit in vno factus est omniū reus , q a scilicet ista duo sunt effectus cōmunes omnium peccatorum mortalium. Sed hic est dubium,vtrum reatus pœnæ & priuatio gratiæ reiterentur, & redeant propter eandem causam, propter quam prius inerant, id est propter peccatum dimissum? Et quidam dicunt q sic, sed dictum eorum stare non potest quia secundum hoc opus hominis puta sequens peccatum irritum faceret opus Dei, puta priorem remissionem. quòd est impossibile . Alij dicunt quòd Deus non remittit peccata ei quem scit postea peccaturum absolute,sed tantum sub conditione, scilicet quòd nō peccet de cætero,sed & hoc falsum est.Si enim talibus fit remissio sub conditione pendente in futurum,non fit absolute,ergo neque causa remissionis,id est gratia est absolute causa & consequenter gratia non causat remissionem sufficienter,quod est hæreticum,Redeunt ergo dimissa quo ad duo prædicta secundum quid tantum, inquantū scilicet peccatum sequens continet virtualiter aliquo modo reatum prius dimissum. Grauius enim est peccatum sequens , quàm si nullum fuisset ante dimissum ratione ingratitudinis . Multa ad istam materiam pertinen-

est Iosephus erant in magna populi estimatione, cum primum aliquis in pop ulo app r ebat hñs opinionem sanctitatis qui non esset de sua secta statim mordebant eũ inuidia. Vnde persecuti sunt Ioannẽ primũ vt di ctum est supra, deinde Christũ. [Conciliũ inierunt]. s. cũ herodianis secũdũ Chrysost. quod hinc patet quia post simul cũ illis mise runt discipulos suos[vt caperẽt Iesum in ser mone.]Tũ quia in facto eũ capere vel rep̃hendere non poterant Tũ q a faciliusest in verbo quàm in opere capere. Ex hoc patet si cut dicit Chry ꝙ affectata malicia aliquãdo quidẽ cõfundit, sed nõ emendat, quòd dupli ci exẽplo probat. s. quæ currentis, cui si obturatur vnus actus, statim aliũ reperit. Sic & istorũ malicia in vno confusa viam aliã molitur; & exemplo ignis qui erescit ex ad ditione lignorum. Et sic animus malus quanto plus audiuerit veritatẽ, tanto plus etiam inflammatur ad malitiã[Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes] Isti herodiani scd'm Mag hist. fuerũt milites Herodis tetrarchæ, i. filij Herodus ascalonitæ q erat tũnc præsens in Hierusalem secũdũ S. Tho. cũm ita quæstio fuerit facta Chri sto feria quarta ante passionem suam, & de Herode legitur ꝙ venerat ad solennitatẽ paschalem. Vel secundum eundem fue rũt milites Herodis ascalonitæ iam defũcti. Secundũ Hiero. vero Herodes ascalonita sub quo descriptio orbis facta est, fuit à Cæsare constitutus Rex & exactor tributi in Iudæa. Fuerunt ergo secundum eum isti Herodiani vel milites Herodis deputati ad exactionem tributi, vel illi quos pharisæi illudendo herodianos appellabant eo ꝙ cẽnsum redde rent Cæsari quem Herodes exigere consueuit. Mittunt autem isti discipulos suos secũdũ Chrysost. tanquã minus cognitos vt non deprehenderentur. & secundo vt deprehensi minus erubescerent. Subdit autem Chry. dicens. Discipuli aũt illi magistris suis erant ætate minores, malicia aũt pares. Nam & pupilli serpentum statura breuiores sunt, veneno autem æquales. Et catuli luporum & si venationem tenere non possunt tamen sanguine gaudent, & morsibus ludunt. Hæc ille. Mittunt autem eos cum Herodianis secundum glo. vt ignotiores adhuc facilius deciperent, & deceptum per illos milites caperent, quod per se facere non audebant timentes turbam.

Moraliter in hac parte q ilibet debet sibi sumere exẽplũ tacendi. quia pharisæi. i. dia boli, & diabolici viri diuisi à Deo quærunt capere Iesum, i. iustum virum in sermone. Si enim conati sunt capere Christum multo magis te. Cauendum est autem multiloquiũ. Primò, quia est occasio peccandi. Prouer. 10. In multiloquio non deerit peccatum. Sec ndò, quia est signum stultitiæ. Ecc. 10. Stultus verba multiplicat. Tertio, q a est causa displicentiæ Eccles 20. Est odibilis qui procax est ad loquendum. Quartò, quia est contra ordinationẽ naturæ, secundum Xenocratem qui multa loqui ait, Os vnum & duas aures à natura recepimus. q. d. multa audite; & pauca loqui deberes.

QVantum ad secundum tangitur insidiosa interrogatio. Pro qua aduertendũ est, quòd teste Hiero. cũm Iudæa facta fuit romano imperatori tributaria, magna est in populo exorta seditio, dicentibus quibusdam quòd iste deberetur Romanis tributum, qui pro communi salute & quiete populi militarent. Pharisæis vero qui sibi iustitiam applaudebant econtrario dicentibus, non debere populum Dei qui decimas & primitias. & cætera in lege domini constituta solueret, humanis legibus subiacere. Ideo isti pharisæi cogitauerunt hanc proponere quæstionem domino, vt si quidem diceret ꝙ licet dari tributum Cæsari. infamarent eum apud populũ quasi non esset zelator pro lege & populi Dei libertate. Si vero diceret ꝙ non licet, statim per milites quos forte etiã pecunia & promissis conduxerant, & quibus hoc displicebat, caperent illum. Et hoc secundum Magis. volebant. Et ideo vsi arte rethorica attribuebant ei quod obtinere volebãt. s. constantiam dicendi veritatem sine aliquo timore cuiusuis personæ, vt per hoc ad loquendum contra Cæsarem moueretur. Dicunt ergo[Magister] Incipiunt à laudibus vt beneuolentiam captent. Chrysosto. Hæc est autem hypocritarum prima simulatio, quia laudant quos perdere volunt. Et ideo in laudem prorumpunt dicentes[Magister] Magistrum eum vocant, vt quasi honoratus & laudatus mysterium sui cordis simpliciter eis aperiat tãquã volens eos habere discipulos Hæc ille.[Scimus q a verax es]i vi ta[& viã Dei in veritate doces]quo ad doctri nam

nam[& non est tibi cura de aliquo Non.n. accipis personam hominum] quo ad iustitiā tuendā Et in hoc secundum Chryso. occulte insinuabant Cæsarem & Herodem. Sic ergo commendauerunt eum fallaciter de veritate vitæ,& doctrinæ,& iustitiæ, & hoc ut contra Cæsarem loqueretur.Hiero. Blanda quippe & fraudulenta interrogatio illuc pro uocat respondentem ut magis Deum timeat quam Cæsarem, Hæc ille. [Dic ergo nobis] quasi dicerent.Parati sumus stare dicto tuo, quod tamen falsum erat. [Quid tibi uidetur Licet censum dari Cæsari, an non?] Et hoc dicebant secundum Hiero. ut si negatiue responderet,statim Herodiani eum tanquam seditionis reum contra Romanum principē tenerent. Sciebant enim ut Chrysosto. ait, hac de causa alios occisos. Si uero respondisset affirmatiue credebant eum gratiā populi amissurum. Si uero taceret, arguissent eum timidum esse in professione ueritatis.

Moraliter in hac parte quilibet habet documentum uitandi adulatores, & eis aspere respondendi.sicut & Christus fecit. Sicut.n. dicit Aug.super ps. Duo sunt genera persecutorum, scilicet Vituperantium, & Adulantium. & plus persequitur lingua adulatoris quàm manus interfectoris,Sunt enim isti sicut syrenæ quæ dormire.& quiescere.i.perseuerare faciunt in peccatis, & sicut apes habentes in ore mel, & aculeum in cauda, quia in absentia vituperant. Et sicut scorpio, qui facie blanditur, & cauda occidit.

QVantum ad tertium tangitur gloriosa confutatio,cùm dicitur [Cognita autem Iesu nequitia eorum ait] non respondendo secundum eorum blandos sermones, sed secundum asperam quam nouerat eorum conscientiam,secundum Chryso. [Quid me tentatis hypocritæ?] idest simulatores, & deceptores,secundum Chry. Dicit ergo eis,hypocritæ, vt considerantes eum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant,perficere non auderent. Vide ergo, ꝙ pharisæi blandiebantur vt perderent. sed Iesus confundebat vt saluaret, quia vtilior est homini Deus iratus, quàm homo propitius. Hæc ille. [Ostendite mihi nummisma census] idest quod pro censu datur. Est enim sciendum ꝙ singulis annis singula capita domorum, secundum aliquos pro tributo dabant num...um argenteum valentem decem nummos vsuales, ideoque denarius dicebatur. Dicitur autem numisma idem, quòd nummus,vel scriptura. seu impressio facta in nummo, quam primò Numa Pōpilius apud Romanos introduxit,à quo & numus,vel numisma dicuntur. [At illi obtulerunt ei denarium]qui erat idem quod numisma,vel habebat impressum numisma. In eo enim, vt ait Hiero.erat Cæsaris imago. Et videtur etiam hic dicere tex. quod circa imaginem haberet nomē Cæsaris inscriptum. Vnde & secundum aliquos dictū est quasi nomisma, quia nomina principum erant inscripta in eo.[Et ait illis. Cuius est imago hæc, & superscriptio?]idest nomen circa,vel supra imaginem scriptum. Nec interrogat ex ignorantia cum tantæ esset ætatis secundum Hiero. vt nomē scire posset Imperatoris, sed ex dispensatione,vt scilicet ex sua responsione eos conuincat.[Dicunt ei,Cæsaris] non Aug. secundum Hier. sed Tiberii præuigni eius, sub quo passus est dominus.Omnes tamen Romani Imperatores,vt idem dicit à primo Caio Cæsare, qui imperium arripuerat, Cæsares appellantur. Tunc ait illis. [Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo] q.d.secundum S.Tho.Vos estis Dei & Cæsaris & aliqua habentes à Deo,vt diuitias naturales, & aliqua à Cæsare, s.artificiales, vt numos. Reddite ergo Deo quæ sunt Dei, scilicet decimas,& primitias, & quæ sunt Cæsaris,Cæsari,i.tributum. Vel aliter vos estis sub Deo immediate spiritualiter, sed sub Cæsare temporaliter.Reddite ergo Deo spiritualiter seruitiū,& Cęsari corporale,& temporale,Iudæi.n.iurauerant ei fidelitatem,& tributum. Et sic Christus saluauit iura Dei, & Cæsaris. Est autem hic considerandum quantū Christus de iustitia curauit, quia multa habuit motiua ad dicendum contra Cæsarem, puta quia erat infidelis, & alienigena. & per tale tributum pauperes grauabantur,& multi ob hoc retrahi poterant à solutionibus decimarum,& oblatione Dei.Habuit etiā motiuum ad dicendum contra Deum ipsam Cæsaris & tyrannorum potentiam. Sed tamen Christus iura vtriusque saluauit, nec contra iustitiam voluit aliquid dicere propter amorem priuatum,aut in fauorem pauperum,aut pro textu diuini cultus,aut propter timorem alicuius tyranni.

Moraliter secundum Orige. Cæsar est cor-

pus. Deus vero est anima, & vtrique quod suum est oportet tribuere. Quidam vere attendunt Cæsari, nihil de hoc curantes; qui dam econuerso, licet raro, & vtrique male faciunt. Aug. Sicut obnoxium est corpori corpoream escam non posse percipere, ita periculosum est animæ spirituales delitias fastidire.

Dominica 24. post Trinitatem.

Textus euan. Mat. cap. 9.

LOQVENTE Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eũ, dicens, domine, filia mea modo defuncta ẽ, sed veni impone manum tuam super eam & viuet. Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro, & tetigit fimbriã vestimẽti eius; dicebat enim intra se. Si tetigero tantum uestimentum eius salua ero. At Iesus cõuersus, & videns eam, dixit. Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuãtem dicebat. Recedite. Non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cùm eiecta esset turba intrauit & tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et exiit fama hęc in uniuersã terram illam.

LOquente Iesu ad turbas. Ecce princeps unus &c.] Mat. 9. In præsenti Euangelio tanguntur tria puncta quæ sunt, Deprecatio, Sanatio, & suscitatio.

QVantum ad primum tangitur deprecatio quam fecit princeps synagogæ Christo pro filia sua cùm dicitur [Loquente Iesu ad turbas [Reuera vt patet ex textu, Christus loquebatur directe ad discipulos Ioannis in domo Matthæi euangelistæ, in qua erat factum conuiuium, & excusabat discipulos si non ieiunabant existente cum eis sponso id est Christo. Ecclesia autem dicit quod loquebatur ad turbas. quia reuera multi ibi erant præter eos, quod patet, quia dũ recessit de illa domo per viam comprimebatur à turba, ut dicit Marcus, & sic etiam turbæ audiebant uerba Christi. Conuenientius autem dicit ecclesia ad turbas quàm ad discipulos Ioannis, ne in ipso statim exordio Euangelii animus auerteretur ab historia quæ in eo narratur, & suspenderetur ad cogitandum quid & quare discipulis Ioannis loqueretur [Ecce princeps unus] cuius Mar. exprimit nomẽ, quia dicebatur Iairus, & etiam principatum, quia erat archisynagogus, id est princeps synagogæ. Iudei nãq. cùm in tota regione solum in Hierusalem haberent templum in quo licite possent sacrificare, in aliis ciuitatibus & uillis habebant synagogas, ad quas conueniebant oraturi Deum & audituri verbum Dei, & ut tractarent de rep. Et ille qui præerat sinagogæ, cuius scilicet authoritate populus congregabatur, dicebatur princeps sinagogæ, & forte multi erant tales in una sinagoga, quod dicit Marcus ꝙ iste fuit de archisinagogis [Accessit & adorabat eum] adoratione duliç. i. reuerebatur, & ut Mar. dicit quod procidit ad pedes eius [Dicẽs. Domine filia mea] unica, ut dicit Luc. [modo defuncta est] Contra, quia scd'm Mar. 5. dicitur ꝙ dixit eã fuisse in extremis, & Luc. 8. ꝙ moriebatur. Ad hoc soluit Aug. de consen. Euang ꝙ Iairus dixit id quod dicunt Lucas & Marcus, scilicet ꝙ erat in extremis quãdo eam reliquit, sed tamen cogitabat id quod dixit Mat. scilicet ꝙ esset mortua. Ideo Matheus ad cogitationẽ & uoluntatem, alii ad uerba respexerunt. Sed contra, quia in uia occurrerunt ei serui dicentes, quod iam esset mortua, & quod nõ oportebat uexare magistrum, ergo uidetur ꝙ ipse non habuerit in cogitatione ꝙ esset mortua, & quod dominus eam ueniret resuscitare. Ad hoc dicit ipse Aug. ꝙ non legitur ꝙ ipse consenserit suis sic nunciãtibus ut staret propter hoc ne conduceret Christum. Item contra. quia audita morte puellæ Christus dixit ei. Noli timere, sed tantummodo crede.

crede. Ergo uidetur quod tunc fuerit diffisus, & consequenter ante non intendebat conducere Christum ad suscitandum. Ad hoc dico sustinendo expositionem Augu. ꝙ tunc non fuit diffisus, sed fluctuabat ex certitudine mortis quam tunc sciuit sicut ante credidit. Christus autem dixit, crede non ut fidem conciperet de resurrectione puellæ, sed ut conceptam iam diu soli daret, atque perficeret. Alii dicunt quod beatus Matt. breuitati studens, retulit uerbo principis solum ab eo loco quo audita morte puellæ assecuratus Christo concepit fidem de suscitatione eius, & dixisse creditur. Veni ergo & impone manum &c. Alii vt Magister histo. dicunt quod dixit eam mortuam, id est morti proximam. Quod enim parum distat accipitur ac si nihil distet. Alii ut Chry. dicunt, ꝙ per exaggerationem locutus est, aggrauando miseriam suam, ut mortuam dixerit quæ erat uicina morti. Forte autem posset dici ꝙ sic dixit Domine filia mea est in extremis, quantū ego scio, sed tenetia credo ꝙ sit mortua, quia uidi quod diu uiuere non posset. Et isto modo omnia sunt cōsona [Sed ueni] personaliter [pone manum tuam super eā] corporaliter [& uiuet] corporaliter & spiritualiter. In hoc tamen quod aduentum domini & tactum manus expostulat, secundum Chry. suam patefacit grossitiem, tanquam alter Naaman, qui tactum manus ex pectabat Hælisæi [Et surgens Iesus statim] In quo secundum Remig. apparet miranda atque inaudita eius humilitas & mansuetudo [sequebatur eum] ad domum eius [& discipuli eius] immo turba multa scd̃m alios Euāgelistas. Sēsus aūt spiritualis huius infra patebit.

QVuantum ad secundum ponitur sanatio mulieris hemorroissæ facta à Christo existente in uia cūm dicitur [Et ecce mulier] Ista mulier scd̃m Ambr. in libro de sapientissimo Salamone fuit beata Martha. Nam ibi enarrans beneficia Christi ad genus humanum ait. Largum sanguinis fluxū siccauit in Martha, dæmones expulit de Maria corpus rediuiui spiritus calore constrinxit in Lazaro. Hæc ille [quæ sanguinis fluxū patiebatur] non omnibus mulieribus certis temporibus communem, sed insolitum [duodecim annis] adeo quod Marcus dicit ꝙ in medicos erogauerat omnia sua, id est omnem substantiam suam, ut etiam dicit Lucas. Quod intelligendum est de rebus mobilib; si fuit Martha, uel accipitur totum pro magna uel maiori parte, & tamen nihil proficerat, sed in peius se habebat scd̃m Marcum [accessit retro] Non enim audebat Christo patefacere necessitatem suā, scd̃m Chrysost, quia uerecundabatur propter passionem immundā se existimans, sed retro accessit [& tetigit fimbriam uestimenti eius] quia secundum Remig. ex humilitate indignam se existimabat tangere pedes Domini aut plenitudinem uestimenti.

Est autem sciendum ꝙ populus ex quo Christus erat scd̃m carnem nasciturus, inter omnes populos debuit speciali sanctitate pollere & ab omnibus distingui. Et circuncisione quidem distinguebatur in carne, lege uero in modo uiuendi, sed fimbriis in uestitu. De his habetur Nume. 15. quod præcepit Dominus filiis Israel ut fimbrias ꝑ quatuor angulos haberent palliorum, cum uittis hyacinthinis, id est cœlestis coloris, prætendentes quod cœlestem deberent præ aliis habere conuersationem, iuxta illud Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est, unde ibidē Nume. 15. subditur. Vt recordentur mandatorū Dei & sint sancti dño Deo suo. Talem ergo uestem Christus tanquam Iudæus portauit [Dicebat enim intra se] ex magnitudine fidei [si tetigero fimbriam uestimenti eius, salua ero] propter sanctitatem uestiti. Christi. Hic dicunt alii Euangelistæ ꝙ confestim ut tetigit Christi uestimentum siccatus est fons sanguinis eius, & ipsa sensit se sanatam. Et tunc dicit Christus. Quis me tetigit? Negantibus autem omnibus se eum tetigisse dixit Petrus & alii discipuli. Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt & dicis quis me tetigit, ista tamen non interrogabat Christus ex ignorantia, sed ut publicaretur miraculū & fides mulieris, ad laudem Dei. Vnde subiūxit. Tetigit me aliquis? Nam & ego noui uirtutem seu miraculum de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit, sicut ex uerecundia appetiuerat, tremens uenit & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo & quomodo confestim sanata sit. Ista omnia habentur ex Luca & Marco Et hoc est quod subiungit Matthæus [At Iesus conuersus] ad inquirendum quis eum tetigisset [& uidens eam] uenientem & procidentem ante se [dixit

rit Confide filia] Sed quare iubetur confidere quæ iā erat sanata? Ad hoc dicit Rabanus, quòd in hoc hortatur eam dominus ad robur, & perseuerantiam fidei Chryso. vero in Homi. dicit, quòd hoc ideo dicit Christus, quia erat formidolosa hæc mulier [Et salua facta est mulier ex illa hora] qua Christum tetigerat, vt dicit Marcus, & Lucas. Nō autem qua Christus dixit confide.

Est autem sciendum secundum Eusebium in historia Ecclesiastica, quod mulier hemorroissa postquam fuit à sanguinis profluuio liberata in Cæsarea Philippi vnde fuerat oriūda, statuam fecit in curia sua, Christum cum fimbriis prout eam viderat repræsentantem. Fecit & imaginem sui stantē ante imaginem Christi genibus flexis, & manibus cancellatis, & ibidem dicitur, ꝙ sub statua Christi herba crescebat, quæ à principio quidem nullius pœnitus erat valoris. Postquā vero fimbriam vestimenti Christi tetigisset, omnem sanabat languorem. Sicut autem testatur Hieron. in historia tripertita: Iulianus apostata ægreferens gloriam Christi amota prædicta Christi imagine ibi, suum simulachrum statuit, sed postmodum actu fulminis confractum est. Sed si ista mulier fuit Martha, quomodo habuit curiam in Cæsarea Philippi? Ad hoc potest dici, quòd vt historiæ tradunt erat valde nobilis, & de sanguine regio. Ideo potuit non solum Bethaniam, sed & alia loca habere, & ibi fuisse nata, maxime quia suus pater Theophilus Syrus scribitur à Petro Calo Cluniensi habuisse Ducatum Syriæ, quòd hoc modo verum credo, quia fuit Syriæ gubernator.

Sensus spirituales huius partis vide in fine Euangelii.

QVantum ad tertium tangitur resuscitatio prædictæ puellæ. Pro quā aduertēdum est, quòd vt dicit Chrysost. Christus voluit moram contrahære in via interueniente curatione hemorroissæ, sed multis sermonibus, vt interim puella perfecte moreretur, & consequenter omnibus patefieret gloriosa resurrectio. Et sicut alii Euangelistæ tradunt, Christo existente in via, nunciata est mors puellæ, & Christus statim confortauit principem, dicens. Noli timere, sed tantum crede, & salua erit. Et cū venisset ad domū non permisit se sequi, vel intrare nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, ostendens ꝙ in operib. miraculosis nō est ostentatio quærenda. Et licet vellet miraculum sciri, tamen volebat etiam, vt populus sciret, quòd ipse quantum in se erat de hoc non curabat, nisi propter honorem Dei, & salutem animarum. Ideo quærebat latere, & tamen volebat publicari, vtrumque ad ædificationem nostram. Dicitur ergo [Et cùm venisset in domum principis] ingressus, scilicet cum trib. prædictis & principe [& vidisset tibicines] Diuersæ enim melodiæ diuersas excitant passiones. Quædam audaciam, vt bellicæ, quædam deuotionem, vt Ecclesiasticæ, quædā lætitiā vt vanæ, & quædam fletum, & de his dicit Ambro. More veteri tibicines ad excitandam in mortuos cōpassionem adhibent. Hæc ille. Tales erant isti [Et turbam tumultuantē] id est flentem, & eiulantem multum, vt dicit Marcus [& dicebat, Recedite] de camera & non de domo [Non est enim mortua puella] Deo, vt dicit glos. & si mortua esset hominibus [sed dormit] ei qui æque faciliter à morte suscitat, sicut homo à somno excitat, & amplius [Et deridebant eum] Christus secūdū Chrys. non increpauit derisionem, vt & ipsa derisio, & tibiæ, & omnia alia demonstrarent veram puellæ mortem, quia multoties postquā erāt facta miracula, homines non credebant [Et cùm eiecta esset turba] quæ talia mysteria videre non merebatur secundum Hierony. eo quod resuscitaturum irridebat [intrauit] cameram [& tenuit manum eius] sua sancta manu quæ erat instrumentum deitatis, & in qua erat diuina virtus infirmitatum sanatiua [Et surrexit puella] velut ex somno, cum eadem anima quam prius habuerat, vt dicit Chry. [Exiit fama hæc in vniuersam terram illam] propter magnitudinem & nouitatē, vt dicit glo.

Allegoricè in hoc Euangelio sunt sacramenta miranda de idolatria populi gentilis, & post de eius conuersione, & infidelitate synagogæ, & tandem de conuersione synagogæ in fine mundi. Rabanus. Archisynagogus significat Moysen, & dicitur Ianus quasi illuminans, vel illuminatus, quia accepit verba vitæ dare nobis, & per hoc cunctos illuminat ipse illuminatus à Spiritusancto. Filia Archisynagogi est ipsa synagoga, quæ velut duodecimo ætatis anno, quòd tempus pubertatis est, postquam spiritua-

lem sobolem Deo generare debebat, errorum languore consternata est.

Ad hanc ergo principis filiam dum properat Dei verbũ, vt saluos faceret filios Israel, Sancta Ecclesia ex gentibus congregata, quæ interiorum lapsu criminum deperibat, paratam aliis percepit sanitatem.

Notandum, cùm archisynagogi filia sit duodenis, & mulier hic ab annis duodecim sanguine fluxerit, eo tempore quo hæc nata est illa cœpit infirmari. Vna enim seculi ætate, & synagoga ex patriarchis cœpit nasci, & gentium exterarum nationum idolatriæ sentina fedari. Nam fluxus sanguinis bifariã potest intelligi, hoc est super idolatriæ pollutione, & super his quæ carnis, & sanguinis delectatione geruntur. Et sic quamdiu synagoga viguit laborauit ecclesia, sed illa derelicta salus gentibus facta est. Accedit autem & tãgit dominum ecclesia cùm ei per fidem appropinquat. Hæc ille. Glos. Credidit, dixit, tetigit. qa his tribus. Fide, verbo, & opere, omnis salus acquiritur. Hæc ille: Rabañ. Accedit autem retro siue iuxta hoc quod ipse ait. Si quis mihi ministrat me sequatur. Siue quia potest ẽt dominum in carne non vidẽs p actis iam sacramentis incarnationis illius, ad agnitionis illius gratiam peruenire. Vnde & fimbriam vestimenti tangit, quia cũ Christum in carne gentium populus nõ vidisset, verba incarnationis recepit. Vestimentũ .n. Christi dicitur mysterium incarnatiõis eius, quo diuinitas induta est, fimbria vestimenti verba de incarnatione eius depẽdentia. Non autem vestem sed fimbriam tangit, quia nõ vidit in carne dominum, sed suscepit per Apostolos incarnationis verbum. Beatus qui vel extremam partem verbi fide tangit. Non autem in vrbe, sed in itinere pergente domino sanatur. Vnde Apostoli dicunt, quia indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Gentilitas autem ex hora dominici aduentus cœpit habere salutem. Hæc ille. Hylarius. Mystice autem dominus domum principis, id est synagogam ingreditur, cui in canticis legis hymnus luctuum personabat. Hieronym. Vsque enim hodie iacet in domo principis mortua, & qui videntur Magistri, tibicines sunt carmen lugubere canentes. Turba quoque Iudæorum non est turba credentium, sed tumultuantium. Sed cùm intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet. Hæc ille. Hyla. Vt autem rarus ex lege credentium numerus possit intelligi, turba expulsa est, quam vtique saluari dominus optasset. Sed irridendo dicta, gestaque eius, resurrectionis non fuit digna consortio. Hæc ille. Hier. Tenuit autem manum eius, & resurrexit puella, quia nisi prius mundatæ fuerint manus Iudæorum, quę sanguine plenæ sunt, synagoga eorum mortua non consurget. Hæc ille. Hylarius. Exeit autem fama in vniuersam terram illam, electionis salus, donum Christi, atque opera prædicantur, Hæc ille.

Moraliter ait Rabanus. Puella in domo mortua, est anima mortua in cogitatione, dicit autem quòd puella dormit, quia qui peccant in præsenti, adhuc per pœnitentiam resuscitari possunt. Tibicines sunt adulatores, qui fouent mortuam. Hæc ille: Grego. 15. Mora: Foras autem turba eijcitur, vt puella suscitetur, quia nisi prius à secretioribus cordis expellatur secularium multitudo curarum, anima quæ intrinsecus iacet mortua non resurgit. Hæc ille. Raba. In domo autem puella coram paucis arbitris surgit, iuuenis extra portam, & Lazarus coram multis, quia publica noxa publico eget remedio, leuis leuiori, & secreta potest deleri pœnitentia. Hæc ille.

Dominica 5. post Trinitatem.

Textus euang. Ioan. c. 6.



Vm subleuasset oculos Iesus, & vidisset qa multitudo maxima venit ad eũ, dicit ad Philippum. Vnde emomus panes, vt mãducent hi? Hoc autem dicebat tẽtans eũ: Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducẽtorum denariorum panes non sufficiũt eis, vt vnusquisque modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simõis Petri. Est puer unus hic q hẽt quinque panes hor-

dea-

deaceos, & duos pisces, sed hæc qd sũt iter tãtos? Dixit ergo Iesus. Facite hoĩes discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerũt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo Iesus panes, & cùm gratias egisset, distribuit discũbẽtibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sũt, dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum ex quinque panib. hordeaceis quę superfuerunt his qui mãducauerant. Illi ergo homines cùm vidissent quod fecerat signum, dicebãt. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum.

ABijt Iesus trans mare Galileæ &c.] Io. 6. Circa miraculum de panibus in præsenti Euangelio tanguntur tria puncta, quæ sunt Miraculi præparatio, Facti perpetratio, & Christi glorificatio.

QVantum ad primum literaliter sciendũ est quod bis circa panes Christus miraculum fecit. Semel scilicet post pentecosten, vt dicit Magister histo. quando ex septẽ panibus satiauit quatuor milia hominum, extra paruulos, & mulieres, vt habetur Mat. 15. Et semel propè pascha, vt habetur in præsenti Euangelio. Dicitur ergo [Abijt Iesus] recedens à Iudæa, quia Iudæi persequebantur eum eo quòd Sabbato languidũ curasset in probatica piscina, vt dicit Ioan. & ipse eorum furori cedebat secundum Chrysost. [trans mare Galilææ] id est vltra quendam lacum, de quo & de eius nominibus habes supra dominica 12. Et secundum Theo. transijt Christus de loco ad locum, ut auidiores & sollicitiores reddat homines vniuscuiusque ciuitatis; vnde sequitur [Et sequebatur eum multitudo magna] quæ non erat rusticorum, sed ciuium, Matthe. 14. Turbæ secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et hoc propter venustam Christi faciem, & dulcem doctrinam, & gloriosa miracula, sicut dicit Chrysostom. quamuis etiã aliqui sequerentur ex inuidia, & appetitu detrahendi. Maior tamen pars propter doctrinam, & miracula sequebatur illum [quia videbant signa] id est miracula [quæ faciebat super his qui infirmabantur] Sanabat enim eos corpore, & anima ita quod sicut dicit Alchui. & S. Thom. nullum sanauit in corpore quin sanauerit in anima, ad quã sanandam principaliter venerat [Subijt ergo in montem Iesus] Primo secũdum Chryso. quia erat ibi miraculum facturus. Secundo, secundum eundem, vt erudiret nos tumultus declinare. Tertio forte ascendit, quia erat locus doctrinæ, & contemplationi congruus, ideo subditur [Et ibi sedebat cum discipulis suis] scilicet quos docebat, secundũ Chrysost. [Erat autem proximum pascha] In isto paschate Christus non fuit in Hierusalem secundum Chryso. & Theo. & S. Thom, licet de hoc esset legis præceptum, & causa est secundum eosdem, quia paulatim soluebat legem, ostendere volens, quòd illa legalia festa à aduemiente veritate, & quod ipse legi non subijciebatur. Sumebat autẽ occasionẽ huius, vt dicũt à iudaica nequitia, qui illũ volebant occidere. Qui enim habebant capitales inimicitias non tenebantur ascendere. Dixit autem hic Beda, ꝙ ex hoc ꝙ factum dicitur accidisse prope pascha secũdũ Io & Mat. dicit quòd Christus audita necce Ioannis secessit in desertum, & ibi hoc miraculum fecit, colligitur quòd Ioannes propè vnum pascha fuit occisus, & Christus propè aliud sequens, ita quòd inter vtriusque mortem spatium fluxit vnius anni, dies festus Iudæorum] Additur autem, Iudæorum non quia alienationes celebrarent pascha, sed ꝓpter causas dictas supra feria secunda post quartam dominicam quadragesimæ. Et adde quòd forte hoc dixit, quia quando Ioannes scripsit Euangeliũ, iam diu erat ꝙ in Ecclesia non obseruabantur Iudæorum festa. ideo hoc addidit, vt sciretur etiam in lege veteri fuisse pascha celebratum, etiam ab his qui penthateucum non viderunt, sed ab idolatria conuertebantur ad Deum.

In hac parte documentum est morale, vt rumores fugere debeamus & tumultus mundanos, qui nos inquietant animos, & ascẽdere

te montem contemplationis ponendo finē nostrum in Deo, quia tunc non sentiemus mundi præssuras. Greg. in lib. mora. Ille huius mundi veraciter mala sentit, qui eius bona inhianter appetit. Nam cuius mens in altum suspenditur sub ipsa est quicquid cōtra ipsam mouetur. Hæc ille.

QVantum ad secundū literaliter tangitur miraculi perpetratio cùm dicitur [Cū subleuasset ergo oculos Iesus] Beda. Oculos enim non erigebat huc atq; illuc, sed pudice sedebat attentus cum discipulis suis. Hæc ille [& vidisset quia multitudo maxima venit ad eum] cum tanta deuotione, vt obliuiscerentur secum deferre cibaria [dixit ad Philippum] Est autem sciendū ꝙ sicut dicitur Matth. 14. & Mar. 6. Christus videns multitudinē non statim allocutus est Philippum, sed sicut dicit Mat. curauit languidos eorū, & sicut dicit Mar docuit eos multa & protraxit sermonem vsque ad vesperam. Et tunc dixerunt ei discipuli, vt dicit Mar. desertus est locus hoc, & iam hora præteriit, dimitte illos, vt euntes in proximas villas, & vicos emant sibi cibos quos manducent. Et respōdens ait illis. Date illis vos manducare, & dixerunt ei, euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus eis manducare, & tunc ipse dixit ad Philippum [Vnde ememus panes, vt manducent hi] i. ex quo prætio ememus, cùm forte tantam summam non haberent, vel ex quo loco ememus, cum forte tot panes non potuissent ibi reperiri. Non interrogat autem ex ignorātia, scđm Chry. sed vt euidentius fiat miraculum ex responsione Philippi. Quem potius interrogauit quàm alium, quia vt dicit Chry. sciebat quia discipulorum eius ampliori indigebant doctrina [Hoc autem dicebat tētans eum] Tentare aliquando est ad malum prouocare, sic Deus neminem tētat, sed est officiū diaboli. Aliquando est experimētū sumere de re incognita, & sic Deus dicitur tentare, non quasi ipse experiatur incognitū, sed quia facit alios experiri, sicut Gen. 22. tētauit Abraā, vt eius obedientia aliis manifestaretur. Et sic tētauit Philippū. s. vt ipse suā tarditatē in credendo agnoscat, scđm Alchuinū, vel vt hoc ipsum aliis ostendat, scđm Theop. Vel vt aliis fieret manifestus defectus pecuniarum, & panū non solū vt ipse addisceret quod nesciebat [ipse enim sciebat q d esset facturus.]

Sed quare non interrogauit Iudam qui habebat loculos. Ad hoc dicitur, ꝙ Philippus erat de illa patria oriundus, & forte eū magis solicitabat quàm alii apostoli, vt turbā dimitteret ademendos cibos [Dicit ei Philippus, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat] quasi di. Neque pecunia, neque res venalis suppetit nobis. Alchui. In quo tarditatē suā ostendit. Nā si perfecte de creatore intelligeret, de eius potentiæ largitate non diffideret. Hæc ille. Sed contra quia beatus Marcus dicit prædicta fuisse responsa à discipulis. Ad hoc dicit Aug. de consen. Euan dupliciter, quia. s. Philippus ore cæterorum locutus est. Vel ponitur singulare pro plurali, vel econuerso [Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic] qui scđm Magistrū histo. creditur vnus ex discipulis fuisse [qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces] Hic videt melius dispositus quàm Philippus. Quia enim audi uerat ꝙ Hælyseus ex viginti panibus hordeaceis satiauit centū homines, vt ait Chrys. aliquid cogitauit de multiplicatione horum, sed tamē, vt idem ait, imperfecte credidit, qa cogitauit ꝙ de paucioribus pauciora, de pluribus plura Christus multiplicando faceret, ideo subditur [sed quid sunt inter tātos] quasi di. Si isti multiplicentur, vt multiplicauit Hæliseus, tantum. 50. viri sunt comesturi.

Sed contra, quia scđm Marcum ista verba nō fuerunt Andreæ, sed discipulorū. Ad hoc dicit Augu. de consen. Euang. ꝙ Marcus posuit plurale pro singulari [Dicit eis Iesus. Facite homines discumbere] .i. ordinate sedere ad manducandū. Alchuinus. Ad literam homines discumbere dicimus, iacendo comedere more antiquorum. Hæc ille. Et vt intelligatur ille locus aptus fuisse sessioni, dicitur [Erat autē fœnū multū in loco] Theo. idest herba viridis. Erat enim pascha ꝙ in primo mense veris perficiebatur. Hæc ille. [Discubuerunt ergo viri] Theo. soli viri numerantur ab Euangelista, quia legalem consuetudinē sequebatur, quæ à viginti annis & supra populū numerare docet [numero quasi quinq; milia] expectantes deuote quid facturus esset Christus. Et sicut dicit Marcus discubuerūt per contubernia, qa vt dicit Mag. histo. diuersarū villarū homines in diuersis locis sedebant [Accepit ergo Iesus panes, & cùm

& cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant] scilicet ex piscibus & panibus, ex quo patet quòd fuerũt multiplicati. Sed quomodo fuerunt multiplicati? Ad hoc dicit Sanct. Tho 1 par. q. 92. ꝙ eodem modo fuerũt multiplicati quo & corpus Euę formatum ex costa viri. Quidam ergo dicunt, quòd ibi nulla fuit materia addita, sed tantum præexistens maiorem accepit quantitatem.

Sed cõtra, quia hoc fuisset per rarefactionem, quòd non est conueniens, quia rarefactio in talibus multiplicationibus non apparet. Item quia licet S. Tho. nõ dicat, illi fuissent quidẽ impleti, sed non satiati. Impleti q dẽ ratione magnæ quãtitatis, sed nõ satiati rõne modicitatis substãtiæ, quia vere ibi nõ fuisset nisi substãtia quinq; panũ. Vt ergo dicit vbi supra hoc factũ est altero duorũ modorũ, q̃a Deus, uel addebat pexistẽti materię aliam quam nouiter creabat, vel prius creatã quã nouiter in panẽ conuertebat. Et secũdũ est probabilius, & uidetur mens esse Augu. dicẽtis. Vnde. n. multiplicabat de paucis granis segetes, inde in manib. suis multiplicauit quinque panes. Hæc ille. Constat autẽ ꝙ segetes multiplicantur ex conuersione humoris terræ. Et idem dicitur de Eua. Dicitur tamen Deus ex quinque panibus satiasse turbas, quia illa materia quinque panibus addebatur, & eodem modo Euam de costa formasse. Hæc ex S. Tho. Credo autem illos panes fuisse multiplicatos non solũ in manibus Christi, ut dicit Aug. sed in manibus apostolorũ, & in ore & in stomacho comedentium donec fuerunt satiati. Nõ enim est uerisimile quòd Christus uel Apostoli tãtam panis quantitatem attrectauerint. Et materiam quæ in panem conuertebatur credo aerem fuisse qui panem circunstabat.

Est autem notandum secundum Chryso. quòd Christus suscitans mortuos, & faciens maiora miracula, non orat, ut se Deum ostẽdat, & oratione nõ indigere. Hic autẽ orat. Primò ut ostendat cibum sumere uolentes debere gratias agere Deo. Secundò ut ostẽdat se esse à Deo, & non contrarium Deo. Vnde ut idem dicit quando multi astabant quibus oportebat suadere quòd esset amicus Dei, orabat propter secundam rationem dictam, secus quando miracula faciebat in occulto. Hinc est (licet Chrysosto. non dicat) quòd etiam in maioribus aliquando orauit ut in suscitatione Lazari.

In hac parte est morale documentum, de quo Theo ait, Addiscimus autem ex miraculo perpetrato non fieri pusillamines in coarctationibus paupertatis. Hæc ille.

QVantum ad tertium ostenditur glorificatio Christi qui gloriã ex ipso facto, & ex testimonio turbarũ exportauit, cum dicitur [Vt aũt impleti sunt] id est satiati. Ex quo patet quod miraculum fuit uerũ, & non apparens [dixit discipulus suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta] Non dicit panes, quia nullus ibi mansit integer. Voluit autẽ colligi fragmenta. Primò propter rationem quam ipse tangit, dicẽs [ne pereant] sed supple pauperib. ministrentur. Secundo ut miraculum per reliquias publicaretur & apud illos qui non interfuerunt. Tertio propter figuram de qua dicitur [Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ super fuerunt his qui manducauerant] non à casu sed ex diuina ordinatione, ut tot essent quot apostoli, scd'm Chry. ut s. p hoc significaretur scd'm Aug. ꝙ ea q̃ turbæ comedere, i. capere non ualebant in mentibus perfectorum reconderentur. Vel ut significaretur ꝙ singuli apostolorum deferrent uerba Christi & reliquias doctrinæ suæ ad eos q. ipsum in carne docentem non uiderunt. Sed quomodo ibi habuerunt cophinos, dicitur quod erant in aliqua villa uicina, uel delati fuerunt ut multitudini venderentur. Vel ibi non fuerunt cophini, sed ex reliquiis tantum sublatum est quantum duodecim cophini capiunt. Est aũt cophinus scd'm Magistrum q. d ex iunceis, & palmarũ foliis cõtextum, & credo. ꝙ sit idẽ quod sporta [Illi ergo homines] q̃a scd'm Bed. carnales erãt, & carnaliter intelligebant [cùm uidissent quod fecerat signũ] Deum esse illum nescientes [dicebant, quia hic est vere propheta] Nec tñ falluntur quia ut dicit Alchui. ipse se prophetã uocauit, dicens. Non capit prophetam perire extra Hierusalem Mat. 12. Fuit tñ & cum hoc dñs prophetarũ scd'm Aug. quia nullus est propheta sine uerbo Dei, quod est Christus. Chry. Ex hoc aũt ꝙ dicunt [qui uenturus est in mundum] manifestum est ꝙ prophetam quendam expectabant principalem. Et

ideo quod dicit. Hic est vere propheta, in græco cum adiectione articuli ponitur, ad ostendendum scilicet eum esse discretum ab aliis prophætis. Hæc ille.

In hac parte autem est documentum, ꝙ Dei opera miremur, de quo August. ait. Considerandum est quòd quia Deus non est talis substantia quæ videri oculis possit, & mirabilis eius quibus totum mundum regit vniuersamque creaturam administrat assiduitate viluerunt, seruauit sibi quædam quæ faceret oportuno tempore præter vsitatum cursum, ordinemque naturæ, vt non maiora sed insolita videndo stuperent, quibus quotidiana viluerunt. Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quàm saturatio quinque milium hominum de quinque panibus, & tamen hoc nemo miratur, illud mirantur homines non quia maius, sed quia rarum est. Hæc ille.

Anagogicè secundum Alchuin. Christus mare Galilææ, id est præsens seculum, adiit nascendo, transiuit moriendo, & resurgẽdo, & secundum Bed. ascendit in montem, id est in cœlum per Ascensionem, & sequuntur eũ secundum Alchui. turbæ conuersorum ad fidem. Isti vero panes quinque, fuerunt quinque libri Moysi, secundum August. qui fuerunt hordeacei, id est grossæ corticis, secundum eundem, quia in tali lege spiritualia sub corporalibus sacramentis tegebantur, vel secundum Bed. quia hordeum est iumentorum & ceruorum pabulum. Iudæi autem cerui fuerunt, & iumenta, quia carnales. Duo pisces secundum Alchuin. fuerunt doctrina prophetarum, & Psalmistæ. Puer vero qui ista portabat nec manducabat, secundum August. est Iudæorum populus sensus puerilis. Ista secundum August. 83. quæst. fregit Christus apostolis disserendo, & illi turbæ, & sic totum mundum satiatet. Vnde & secundum Alchuin. quia non fecit nouos panes significat, quòd non reprobauit veterem scripturam, sed aperiendo patefecit.

Moraliter. Quinque panes sunt quos nobis Christus exhibet quantum in se est, & quos vult nos manducare, vt inde maximã consolationem reportemus. Primus est pœnitentialis, qui dicitur panis lachrymarum & doloris, & conficitur ex peccatis contritis & comminutis. Secundus est sacramentalis, id est eucharistia, qui dicitur panis viuus. Iste factus est in arca vteri virginalis, ex tribus farinis, scilicet deitate, anima, & corpore, & in Cruce fuit quinque vulneribus incisus, & manducatur spiritualiter tantum ab omnibus iustis per meditationem, & sacramentaliter tantum à peccatoribus communicantibus, & vtroque modo à iustis communicantibus. Tertius est materialis, quem debemus comedere in societate aliorũ, mediante eleemosyna. Quartus est doctrinalis qui est cib. animæ, secundum illud Matth. 4. Non in solo pane, scilicet materiali viuit homo, sed &c. & est diuina scriptura, in qua anima per lectionem & meditationẽ refici debet. Quintus est cœlestialis qui manducatur in regno Dei, vt patet Lu. 14. & 22. dicitur. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis, & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Iste panis est visio deitatis, vel Deus visus, ad quem toto corde debemus anhelare, & per panem lachrymarum, & panem sacramentalem, & materialem, & doctrinalem ad illum pergere, præstante Christo Iesu Domino nostro, qui cum Patre & Spiritusancto Deus regnat in æternum. Amen

TRACTATVS TERTIVS AVREÆ ROSÆ.



VIA repleta est terra scientia domini, sicut aquę maris operantis, vt olim prædixerat Esaias capitulo 11. & iam fideliũ multitudo, ex diuini verbi frequenti vsu, ad aliqua subtiliora cõtemplãda potest assurgere, nũc super Euãgeliis tẽporalibus festiuis, volo quædã subtiliora mouere, quædam vero etiã discutere: sup ferialibus autem plerũque mouere tantummodo. Ea est.n. librorum copia, vt possumus ad alia loca remittere lectorẽ, & harũ q̃stionũ q̃dã erunt pro maiori parte theorice, intellectũ Sancti Euangelii concernentes, q̃dã vero morales, & penitus impertinẽtes, iuxta ea quæ in voluminis exordio spopondi.

Igitur Dominica. I. in aduentu Domini.

Quæstio. I.



V æritur vtrũ si asina humanę naturæ peccari demerito à diabolo non fuisset alligata, Dei filius per incarnationem venisset eã insidere vel non? Ad hoc dico quòd Sco. in 3. sententiarũ dist. 7. licet dicat se loqui sine præiudicio, tamẽ tenet ꝙ si homo non peccasset, nihilominus filius Dei venisset per carnis assumptionẽ, non vt redemptor, sed vt glorificator. Sed Sanct. Tho. in 3. dist. 1. tenet probabiliter ꝙ non venisset, licet dicat, ꝙ alia opinio quam sequitur Scotus potest etiã ꝓbabiliter sustineri. In tertia parte aurẽ q. 1, ar. 3. dicit ꝙ magis assentiendũ est opinioni dicenti ꝙ non venisset, & eius conclusio est tenenda. Et probat rõne vtrobique sic. Nam ea quæ ex sola Dei volũtate depẽdent, nobis innotescere nõ possunt, nisi per reuelationẽ factã sanctis. Sed in sacra scriptura, & dictis sanctorum hæc sola incarnationis causa assignatur redẽptio, scilicet hominis à seruitute peccati, ita ꝙ cessante peccato ipsa cessasset. Intendit aũt S. Tho arguere sic. Quicunque in his quæ sunt fidei asserit, quod ignorat, pręsumptuose asserit, sed qui asserũt Christũ homine non peccante fuisse venturũ asserunt qđ ignorãt. Nã cùm aliquid sciatur, vel rõne, vel reuelatione, isti hoc non sciunt ratione, q.a sic non possunt cognosci quæ solũ ex diuina volũtate depẽdet quã ignoramus, nec reuelatione, q.a sancti q.bus facta est reuelatio eorũ quæ sunt fidei non dicunt hoc, sed oppositũ innuũt. Confirmatur aũt ratio S. Tho. q.a si cessante peccato filius Dei fuisset humanatus nulla põt ratio reddi nisi pro seruiẽdo quare non fuit angelicatus naturã angelicã assumendo & glorificando. Probat etiã vtrobiq; authoritate. Nam Leo in sermone de natiuitate dicit. Si homo ad imaginem & similitudinẽ Dei factus in suo honore mansisset, creator mundi creatura non fieret, aut sempiternus temporalitatẽ subiret, aut æqualis Deo patri Dei filius formã serui assumeret. Et Aug. in oratione ad beatam Virginem. Vt quid, inquit, nesciũ peccati ꝓ peccatoribus parceres, si deesset qui peccasset. Aut quid mater fieres saluatoris si nulla esset indigentia salutis. Item idem super illud Matt. 1. Ipse enim saluum faciet &c. Si homo non peccasset, virgo non peperisset. Et de verbis Domini exponens illud Lu. 19. Venit filius hominis quærere &c. Si homo inquit, non peccasset, filius hominis non venisset. Et glo. 1. Tim. 1. super illud. Christus venit in hunc mundũ peccatores saluos &c. dicit. Nulla causa fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla erit medicinæ causa.

Sed contra determinatum sermonem, & conclusionẽ, omissis argumentis, & quæ Sanctus Tho. facit & soluit, arguo per rationes in quibus fundauit se Scotus. Primò sic. Nã omnis ordinate volens prius vult quod est fini propinquius, puta prius gloriam quã gr[illegible]

conuenit. Et quia illam non fuit necesse vni corpori passibili, omnes authoritates quæ videntur sonare quod nō venisset, sunt glossandæ quia nō venisset, vt redemptor, nec vt passibilis. Sol. Concedo consequens illatum de prioritate rationis ex parte ratiocinantis In telligimus enim primo Deum volentem suā bonitatem manifestare in productione perfecti vniuersi. Secundo quod in eo voluit esse creaturas rationales, & intellectuales beatis Tertio quod vidit casum aliquarum prædestinatarum. Quarto quod decreuit eas reparare per incarnationem filii. Quinto quod voluit animam Christi inter omnes præstare gratia & gloria, & aliarum glorias ordinare ad gloriam Christi. Sed prioritate perfectionis & causalitatis ex parte effectus temporalis est econuerso. Est tamen sciendum quod Sanctus Tho. in 2. dist. 1. q. 2. ar. 3 dicit quod aliquid puta a. dicitur finis b. dupliciter. Primo, q a b. ordinatur ad acquisitionem, & conseruationem a. vel quia ex b. prouenit vtilitas ipsi a. Et secundo quia b. tendit in a. sicut in illud cuius similem, & participationem desiderat. Primo modo rusticus est finis regis, & sanitas est finis medicinæ, & prædestinatio nostra prædestinationis Christi, sed secundo modo est econuerso, quia nostra salus redundat in gloriam Christi: quòd autem ordinatur ad finem primo modo, est duplex, s. quoddam non participans diuina bonitate nisi in ordine ad aliud cui est vtile, vt partes in ordine ad totum, & quod eam participat etiam sine illo ordine, sicut angeli sine ad hominem Primum non est nisi sit ille finis, sed secus de secundo. Hæc ibi. Modus autem glossandi authoritates quem Scotus tradit, licet S. Th. in 3. dicat quod probabiliter posset sustineri, tñ eum præsumptuosum credidit, immo videtur quòd repugnet dictis sanctorum, licet non scripturæ. Stante enim tali glossa fuit causa Christo domino veniendi scilicet peccatores saluos facere, & humanā naturam glorificare.

Sed hoc est contra glossam supra inductā quæ dicit quod nulla causa veniendi fuit nisi vna, scilicet peccatores saluos facere. Præterea super illud Leui. vlti. Omnis estimatio siclo sanctuarii ponderabitur. dicit gloss. Omnis diffinitio sanctis fiat ponderibus de sancta scriptura venientibus. Sed sic est quod dicta glo. non venit de sacra scriptura, id est in ea non habet fundamentum, ergo per eam nihil bene diffinitur, vel determinatur. De his omnibus uide si vis Capreolum in 3. di. 1.

Quæri etiam potest vtrum conueniens fuerit Christū incarnari. De quo vide S. Tho. vbi supra. Et vtrū cōuenientius fuerit icarnari filiū quàm patrem, vel spiritum sanctum de quo vide Tho. 3. par. q. 3. articu. 8. & 3. dist. 1. q. 2. art. 2. & 3.

Dominica secunda in aduentu.

Quæstio 2.



VAERITVR Vtrum Deus possit astra, i. solē, lunā, & stellas suo splēdore priuare. Ad qđ rñdeo p tres cōcusiones. Prima, Sol nulla lua luce vere priuari pōt. Nā impossibile ē quod stāte cā remoueat effectus, q a cā est ad q̄ de necessitate sequit aliud, vt patet. 5. Meta. Sed stāte sole cā oīs suę lucis, quia non hēt lucem alienam siue ab alio participatā, nec propriam quæ sit accidens, i. commune, sed habet solū propriam quæ est accidens per se, &. naturalis. pprietas eius. Omne aūt tale accidens consequitur principia speciei cui inest, vt risibilitas principia hominis, & dicitur causari à suo subiecto, non per actionē, sed per naturalē sequelam i. sic quod producens subiectū producit per illud proprias subiecti passiones. Secunda. Luna priuari potest vere aliqua luce, vt patet ad sensum, quia priuatur ea quā habet à sole, vt patet in eclipsi. Non aūt omni, quia secūdum S. Th. sup libro de cœlo, & mūdo, cū luce participata à sole habet propriā, licet debilē, & solū in superficie. Et hæc cōsequitur principia lunæ, sicut in sole dictū est. Tertia. Stellæ priuari possunt vere aliqua luce, quia ea quam habent a sole, q. secūdum San. Tho. illuminat omnes stellas, non autē omni, quia si luna quæ inter omnia corpora stellarum est infima adeo, vt sit opaca, habet aliqualem lucem propriam, à fortiori videntur eam habere stellæ, vt innuit Sanct. Tho verit. q. 12. ar. 1. in corpore dicens lumen esse in stellis, vt qualitas, & forma permanens, in ea re vero, vt passio.

Sed

Sed contra præmissa, quia quidam dicunt solem in passione Christi vere priuatum lumine. Sol. Hoc est falsum, & contra Dionysium in epistola ad Polycarpum, qui dicit se vidisse tunc lunam subintrasse solem. Nec hoc mirum si ipse hoc vidit, non autem illi qui erant in Hierusalem, quia ipse fuit in Aegypto vbi raro sunt nubes, tunc autē fuerunt nubes in Iudæa ad maiorem horrorem mortis Christi. Secundo. Nam Scotus, & multi alii videntur habere pro maxima, quod quādocunque aliqua se habent, vt prius, & posterius realiter distincta, Deus potest separare prius à posteriori, quia ab eo non dependet, sed huiusmodi sunt sol, & suus splendor, & luna, & stellæ. Solu. Illa maxima est falsissima. Fallit enim primo vbi vnum eorum est reliquo ratio essendi. Vnde non posset Deus facere materiam sine forma qua est prior, & à qua realiter distinguitur. Et secundo vbi vnum est effectus, & naturalis sequela alterius, sicut passio subiecti, quia tunc est impossibile agere ad conseruationem subiecti, & non eius quod necessario est à subiecto. Et licet prius non dependeat à posteriori, tamen necessario illud causat, & infert, & ipsum posterius à priori sic dependet, vt aliquando non sinat ipsum sine se esse.

Sed contra hoc, quia non magis dependet passio à subiecto, puta calor ab igne, quā actio à passione, vel qualitate, puta calefactio à calore. Sed Deus potest passionē siue qualitatem subiecti separare ab actione, vt patet in tribus pueris. Ergo & subiectum à passione. Solu. Proprietates quæ sunt cum motu potest Deus à subiecto separare, quia non sunt proprietates nisi supposito motu primi mobilis, à quo dependent, & magis à Deo, de quorum numero est calefacere respectu ignis, non autem potest separare quæ sequuntur subiectum per simplicem emanationem, vt lucere. Hæc Petrus. Sed quia etiā stante motu cœli ignis aliquando est absolutus ab actione quæ est calefactio, ideo melius dici potest, quod nō est simile, quia passio est in subiecto, non autem actio in passione, sed transit in passum, & per eius indispositionem potest impediri. Vnde si actio sit immanens, & naturalis, vt ea qua angelus se intelligit, est inseparabilis. Non ergo ignis est circa tres pueros absolutus à calefactione quasi aliquid circa ipsum factum sit, sed quia aliqua forma impressa est pueris per modum habitus, vel actus quæ prohibebat eos comburi, sicut & imprimetur corporib. gloriosis.

Tertio. Nam luna, & stellæ non habent lucem nisi ab alio, quia sol est fons totius luminis, & dictus est sic, quia solus luceat. Ergo possunt omni luce priuari. Solu. Sol lucet solus luce propria, & pura, non mixta cū alia luce, & est fons totius luminis Inquantum ad omnia luminaria diffundit aliquod lumen per modum passionis siue accidentis non consequentis principia speciei: non autem quasi omne lumen luminarium sit hoc modo ab illo.

Sed contra hoc, quia lumen, quod stellæ habent, à sole semper habent, ergo non habent illud per modum passionum. Solu. Negatur consequentia, quia quod semper illud habeant est, non quia habeant, vt aliquid permanens, & consequens earum naturam, sed quia semper aspiciunt solem, & idem esset de aere si sol firmaretur in vna parte hemisperii. Et forte quòd hac ratione Sanctus Thomas dicit in eis esse lumen, vt formam permanentem, quamuis posset dici, quod loquitur de luce propria stellarum.

Quarto quia non videtur à quo tunc possint luminaria obscurati si non priuantur lumine. Solu. Immo poterunt obscurari per nubes quę etiam tunc erunt quicquid erunt, cùm Christus sit venturus in nube, & per condensationem maximam aeris, quæ aliquando etiam tanta est, vt aer videatur corpus humanum, vt eum apparet angelus, vel dæmon corporali visione; & per maioris luminis præsentiam; id est corporis Christi & sanctorum, quorum corpora lucebunt, vt sol, & consequenter Christus plus quàm sol.

Quæri etiam potest vtrum aduentum secundum Christi præcedere debeant aliqua bona? De quo vide 4. senten. dist. 48. quæst. 1. ar. 4. Et vtrum Christus iudicabit in forma gloriosa? De quo vide ibi ar. 2.

Do-

Dominica 3. in aduentu.

Quęstio. 3.



VERITVR vtrum opera, idest miracula Christi ostē derent eū sic euidēter esse filiū Dei vt discipuli Ioannis hoc credere tenerētur? Ad hoc aūt dico quòd sic. Miracula Chri fuerūt tri plici differentia. Quædā.n. fecit Christus ad consolationem fideliū, vel infideliū conuersionē, orando & deprecando, sicut suscitauit Lazarum præmissa oratione. Quædā vero fecit ad eundē finē imperando authoritate ꝓpria sicut suscitauit filium viduæ dicens. Adolescens tibi dico surge. Quędam vero ēt fecit in testimonium eorum quæ dicebat, sicut sanabat paralyticum, præmittens illa verba Vt aūt sciatis quia filius hoīs hēt in terra potestatem &c. Prima igitur miracula nullo modo arguebant ipsum esse Deū, nec de hoc faciebant suppositionem in mente, quia in nullo differebant à miraculis aliorum sanctorum, quæ non arguebant eos esse Deos. Secunda vero faciebant de hoc probabilem fidem, qui illi qui erant cum eo in naui, viso quòd mari & ventis imperasset, dixerunt. Qualis est hic quia venti, & mare obediunt ei, quasi dicerent, hic non est præcise homo, vt alii. Tertia vero conuincebant dæmones credere, quia cùm sciant totā virtutem naturæ creatæ, sciebant talia fieri nō quacunque virtute creata, sed immediate à Deo de quo constat eius quod non pōt reddere testimonium falsitati, & consequenter concludebant (vt ita dicam) illam doctrinam esse veram, in cuius testimonium illa fiebāt. Homines autem valde prouocabant ad fidem, quia quod dæmones sciunt, scilicet ista miracula fuisse à Deo homines probabiliter credebant frequenter, sed non conuincebāt, quia non constabat euidenter eis hæc esse à Deo, quia non nouerunt omnes naturales causas occultas. Vnde quidam attribuebant ea diabolicæ virtuti, quod diabolus facere non poterat quia in hac re certus erat. Ratione tamen multitudinis, prima, secunda, & tertia miracula faciebant probabilem coniecturam, quòd esset Christus de quo erat fama, quòd multa facturus esset miracula, qa ipse fuit tanquam fons miraculorum, cū virtus de illo exiret, & sanaret oēs. Similiter ēt prima, secunda, & tertia probabant qđ erat Christus & similiter probabant deitatē aliquo modo, scilicet mediate, i. supposito ꝙ ipse diceret, & prædicaret se esse Christum & Deū, quia cum Deus mendacio non faueat prædicans falsam doctrinam miracula facere non potest. Discipuli igitur Ioannis qui cum magistro suo opera Christi vt creditur audiuerunt, necnon & viderant, credere nitebantur, maximè quia prædictum fuerat per Esaiam Christum facturum talia miracula. Esa. 35. Et sic habes quæstiones multas, & vnum responsiuum corolarium.

Sed contra ꝑdicta. Primò. Nam quicquid probat Iesum esse Christum, probat esse filium Dei, quia scripturæ sacræ Christo attribuunt deitatem, vt patebit. Sed prima miracula sunt huiusmodi, quia erat quædam impletio prophetiarum, quæ talia fienda per Christum prædixerant, vt patet in expositione Euangelii. Solutio. Non ducebant in deitatem Christi immediate inquantum talia miracula, vt dictum est, sed mediate inquantum ducebant in Christum, & inquantum propheta de Christo vel facta ab eo, qui se Christum asserebat.

Sed replicatur, quia etiam talia fecit imperando, cùm dixerit. Lazare veni foras. Solutio. Ex quo præcesserat oratio ad Deum illud imperium intelligebantur esse diuinæ virtutis, & non propriæ authoritatis Secundo. Nam quod puris hominibus cōuenit, nō facit fidem de alicuius deitate. Sed huiusmodi erant miracula secunda, quia sancti viri ex potestate aliquando fecerunt miracula, secundum Greg. Vnde beatus Benedictus solo aspectu oculorum soluit rusticum alligatū. Solutio. Deus per sanctos sic est operatus miracula aliquando eis non orantibus [sicut per sacramenta iustificat animam]. s. per virtutem existentem intentionaliter à Deo in viris que, & deriuatam ab eis per intermedia corpora vsque ad materiam, in qua terminabatur operatio. Sic enim verba consecrationis conuertunt panem, & vinum in corpus, & sanguinem Christi, & sic Petrus voce Ananiam prostrauit & Saphiram. Act. 2 Sed tamen nullus sanctus ita temere locutus est, vt in propria persona ipsum effe-

ctum

ctum miraculi imperaueri sicut Christus. Nō enim Petrus imperauit mortē illi, sed eo loquente ceciderant.

Tertio. Nam quòd intellectum conuincit facit scientiam, vel intellectum, quia inter habitus intellectus speculatiui isti soli conuincunt, cū in omnibus aliis maneat locus trepidationi, vt patet in coniectura, & opiniōe. Sed tertia miracula non faciebant sciam de Christi deitate, alioqui eadem conclusio fidei fuisset scita, & credita, cùm de ea sit articulus fidei. Solutio. Quicquid conuincit intellectum facit de conclusione scientiam in speciali, i. faciendo ꝙ videātur rationes subiecti, & prædicati, & eorum ordo adinuicem vel in generali, i. faciendo ꝙ sciatur quidem conclusio esse vera, sed tamen ipsa in se non sit visa. Primò modo facit scientiam diffinitio terminorum. Sed secundo modo miracula. Vnde istam conclusionem corpus Christi est in hostia, in spirituali diabolus nō videt, quia non videt aliquam colligationem inter illud subiectum, & prædicatum resultantem ex rationibus eorum, quia nec eam habent cum illud prædicatum non conueniat illi subiecto ex sua ratione sed ex Dei voluntate, quæ diabolum latet. Videt tñ ꝙ non potest esse falsa, quia videt & scit clare aliqua miracula facta esse à Deo in testimonium illius conclusionis. Vide autem de ista quæstione & aliis pertinentibus ad miracula Christi Sanct. Tho. in 3. quæst. 44. & q. 54.

Quæri etiam potest an Ioānes fuerit martyr. Ad quod dicendum est ex decisione generali Sanct. Thom. de matrimonio 2.2.q. 124.

Et vtrum adulatio sit peccatum mortale. Ad quod respondendum est ex 2.2. quæst. 115 ar. 2.

Feria 4. post tertiam dominicam aduentus.

Quæstio. 4.



QVERITVR Vtrum angelus possit sua naturali virtute exhibere se visibilē hoīb. Ad hoc aūt dico quòd aliquid videtur multipliciter, scilicet [illegible] vt habet color in concreto, siue hoc coloratum inquantum coloratum, siue inquantum est in esse & genere qualitatis, & per accidens vt substātia. Et hoc dupliciter scilicet vt substantia subiecta colori per propriam quantitatem, vt lapis & corpus animalis, vel plantæ, & non subiecta per ꝓpriā quantitatē, sed per quantitatem alicuius ad se pertinentis. Et hoc dupliciter, scilicet per quantitatem sui proprii perfectibilis, & mobilis simul, sicut videtur vita, & anima animalis per colorē animalis cui subiicitur animalis corpus perfectū ab anima, & per quantitatem sui proprii mobilis, licet non sui perfectibilis, sicut videmus hominem vestitum per colorem vestium quas mouet, licet non perficiat animando. Angelus igitur non potest se exhibere visibilem primo modo, quia non est color aut lux corporalis. Nec secundo modo, quia non est corpus. Nec tertio modo, quia non est anima, aut vita corporis. Sed potest se exhibere visibilem quarto modo, quia potest formare corpus, & illud mouere, & per illud repræsentare suas proprietates, puta intellectum formando illud corpus in forma hominis, & agilitatem, formando animas, & puritatem formando pulchrū. Nam secundum Diony. Angeli in corporibus assumptis tales se exhibent in exterioribus, quales sunt intus. Et hoc sic patet. Quicquid enim fieri potest motu locali inferiorum corporum hoc totum Angelus naturali virtute potest, quia prima corpora mouere potest localiter ad motum suum, sicut anima mouet corpus proprium, vt patet per Aug. & per rationem, quia si anima quæ est spiritus inferior mouet ad nutum aliquod determinatum corpus. s. humanum, spiritus superior. i. Angelus ad nutum poterit mouere corpus illimitatus, & vniuersalius, puta, omne corpus corruptibile, maximè aerem ꝗ est valde mobilis. Patet etiam experimento, quia secundum phylosophos per voluntatem mouent cœlos. & cōsequenter à fortiori ista inferiora. Sed supradicta apparitio potest fieri motu locali corporum inferiorum, maxime aeris, quia per talem motum condensatur, & figuratur, & per naturalia semina decoloratur, vt videatur homo.

Ex his autem patent multa. Primò cōclusio principaliter intenta. Secundò patet vnde hoc habeant efficaciam incantationes sanatiuæ infirmitatum, quia, s. diabolus per scien-

sententiam suam scit medicinalia corporum & per motum localem ea applicat, & hoc vi sibiliter: sic vt talia corpora non uideantur talia corpora sed alia, puta panni inuoluti aut aliquid tale. Hoc autem diabolus facere potest tripliciter. Primo inuoluendo circa talia corpora aerem condensatum. Secundo causando in oculis astantium acrisiam, vel aorisiam, quæ est quasi quædam, sed non omnis. Et tertio applicando illa corpora quando nullus intuetur. Tertio patet, unde est quod aliqui vident in aqua, vel in igne, aut lapide terso imagines, aliqua corpora format ex aere & obijcit tali aquæ vel corpori terso, sicut si nos obijcimus faciem speculo, vel ex hoc quod talia corpora format & obiicit sensibus nostris: vel ex hoc quod in imaginatione format tales species ac imagines cum tanta impressione vt videatur esse res veræ modo illo quo statim dicetur. Signum autem quod illæ imagines sint in sensibus nostris & non in re, est quando non uidentur ab omnibus. Quarto vnde est quòd quædam fatuæ credunt se ludere cum hærodiana, cum tamen sint in lecto, quia. s. diabolus mouet spiritus corporales, in quibus sunt phantasmata, & deducit eos per motum localem ad obiiciendū phantasiæ eo modo quo fit in freneticis. Nec tamen nego quin aliquando realiter huiusmodi deferantur ad ludum, quia diabolus portare posset turrim, nedum vetulam.

Sed contra prædicta arguitur primo. Nā obiectum intellectus nunquam potest percipi à sensu puta visu, quia si visus non potest percipere obiectum alterius sensus sibi vicini, puta sonum, multo minus potest præcipere obiectum potentiæ magis distantis, puta intellectus, sed Angelus est obiectum intellectus quia est immaterialis, ergo non potest videri. Solu. Ratio probat quòd non potest videri oculo corporali primo, vel secundo vel tertio modo, quia quæ sic videntur sunt materialia, non autem probat quin videatur quarto modo. Secundo Nam si dicimus videre Angelum, quia uidemus corpus ab illo motum, pari rōne diceremur videre vaporem, quia videmus terremotum causatum ab illo. Solutio. Non est simile, quia ad apparere motorem in suo mobili non sufficit mouere aliquid. Si enim videamus aliquid corpus motum à diabolo, vt quando exquiruntur furta à maleficis & mouetur setatium aut cribum, non propter hoc dicimus videre diabolum, aut dicimus diabolum apparere. Sed requirit quod tale mobile repræsentet proprietates motoris, sic vestis proprietates seu figuram vestitis, quòd non facit terremotus respectu vaporis. Vnde in corpore formato ab Angelo aliquādo dicitur apparere Angelus, & aliqn̄ Deus, quia. s. illud corpus aliquando in Deum, aliquādo in Angelum ducit repræsentando eius conditiones. Vnde Augu. dicit quòd quando Deus apparuit prophetis, factum est ministerio Angelico, sed quia corpus illud ducebat in cognitionem Dei, ideo dicitur Deus apparuisse. Tertio si videtur motor in mobili se repræsentante, deitas posset videri in omni creatura, quia quælibet creatura est a Deo mota, & Deum repræsentat, cùm sit ei similis. Solutio. Dico duo. Primum est, quòd non dicitur semper motor videri aut apparere eo modo quo Angelus in mobili se repræsentante, quia non dicitur videre patrem Socratis latentem si videamus filium eius ab eo actualiter motum. Sed tunc quando ad se repræsentandum est formatum vt imago, & non vt vera res talis qualis videtur, sicut cum aer formatur ad instar humani corporis. Modo licet quælibet creatura moueatur à Deo, & illum repræsentet, & ad illum repræsentādum sit facta, non tamen est sic ad hoc facta quin sit vere illa res quam se esse prætendit, sicut lapis est uere lapis. Secundum est, quod secundum Augu. in ulti. de ciui. Dei Occuli beatorum poterunt uidere incorporalia, etiam deitatem, secundum san. Tho. 1. q. 12. ar. 3. ad secundum. s. eo modo quo uitam uiuentis uidemus uiuendo opera uitæ. Tunc enim intellectus erit perspicax, & diuina gloria maxime refulgebit in corporibus, ideoque statim intellectus apprȩhendet deitatem uisis corporibus, sicut modo statim apprehendit uitam uiuentis, uiso motu eius.

Quæri etiam potest circa hoc Euangelium utrum Deus possit facere omne uerbum, id est omne à nobis intelligibile siue nō implicans contradictionem.

Vide. 1. q. 25. art. 3. po. q. 1. art. 3.

Feria sexta post tertiam dominicam in Aduentu.

Quęstio. 5.



QVERITVR Vtrū credere Deo reuelanti quicquam necessario sit meritoriū? Ad hoc aūt dico q̄ secūdū doctrinā san. Th. vbiq̄, pcipue. 12. quol 13. & secunda dist. 40. & ma. q. 2. Aliquis actus humanus secundum spēm vel genus consideratus est indifferens ad bonū & malū morale, licet habeat naturale bonitatem inquantū est. Nam sic actus humani obiectū includit aliquid rōni couenies, actus est bonus, vt misereri pauperis, & malus si includat aliq̄d ei repugnās vt furari, & neuter si non includit conueniēs nec repugnans, vt leuare festucam de terra, q̄a oīs actus habet spēm ab obiecto relato ad principium actuū humanorū quod est rō. Sed si loquamur de actu scd'm indiuiduū, sic quelibet actū particularē humanū, i. deliberādū necesse est esse bonū vel malū moraliter non solū scd'm theologū, sed et scd'm Philosophū morale, quia si actus fiat q̄n opportet, & vbi oportet, & sicut oportet, & sic de alijs circunstātijs, est bonus, & si q̄d horū deficit est malus. Est aūt necessariū q̄ fiat cum omnibus istis, aut nō fiat, & consequenter q̄ sit bonus vel malus. Et si quis habeat gratiā nō pōt esse actus humanus in eo considyeratus scd'm indiuiduū, qui nō sit peccatū uel meritū. Nā quicq̄d ab eo q̄ habet charitatē ordinat in finē alicuius virtutis, ordinat in finē charitatis, & consequenter est meritoriū, q̄a sicut uoluntas oēs potētias, ita charitas oēs uirtutes mouet ad finē suum. Sed oīs actus bonus ordinatur in fine alicuius uirtutū, & cōiter est meritorius, & si sit malus est demeritorius. Habens igitur charitatē meretur comedēdo, & ludendo ad recreatiōnē, seruato mō tēperantiæ & eutrapeliæ. Hæc ex san. Tho. vbi supra. Igitur credere, supposita gratia, est meritorium, cum sit actus virtutis. & ideo bene dicitur beata virgo quæ credidit domino.

Sed contra. Primo quia sequit q̄ quis simul in vno instanti merebit & peccabit mortaliter, posito q̄ Socrati reuelet à Deo sua dānatio, Credendo. n. merebit vt dictū est, & peccabit, quia desperabit. Solutio. Secundum san. Tho. Deus nulli reuelat suam dānationē, sed nec reuelare pōt ex potentia ordinata, q̄ si faciat intelligendū est q̄ loquatur cōminatorie, non ex snia. Hæc ille. Et si ponatur q̄ loquatur ex snia, dico q̄ talis acceptet Dei iustitiam scd'm quā credit se dānādū, meretur, non aut peccat desperando, quia non tenemur sperare nisi quousque sumus dubij de salute. Si aūt non acceptet eam, iam peccabit, & non merebitur. Et si ponatur casus quod Deus reuelet ex snia, & cū hoc stet preceptū de spe. Dico q̄ casus est impossibilis, quia sequitur quod Deus uellet istum simul credere contradictoria. s. se damnandum & saluandum, cum non possit sperare salutem, nisi crēdat se saluandum. Secundum quia posset aliquis mereri credendo falsum, sicut Ezechias credendo se moriturum, & Niniuitæ se credēdo subuertendos. Sed hoc est contra Ansel. Cur deus homo. c. 16. Si uera inquit non fuisset fides mortis Christi, nihil profuisset. Solutio. Non pōt sequi q̄ quis mereatur credendo falsum, quia Deus non pōt reuelare falsum, nec illud verbum fuit falsum, morieris Ezechia. quia sensus erat, mors tua est futura, quod fuit verum. Nā aliquid est futurū dupliciter q̄ sua cā est disposita vt veniat, & ita erat de prima morte, quia habebat causas naturales vt morbum mortale. Et similiter subuersiō Niniue erat in sua causa, id est in demeritis Niniuitarum. Et ideo dicitur. 2. de generatione, q̄ futurus quis incedere non incedet, quia scilicet sua incedendi causā impeditur aut remouebitur. Sic ergo tā sit duplex s. prima. i. Dei voluntas ac præsentia & scd'a. i. cælū & aliæ cāæ creatæ, aliquando aliquid est futurū scd'm primā, non secundam vt iudiciū gñale. Aliquando scd'm secundam non primam vt mortem Ezechiæ & subuersionem Niniue, quia aut est futurū scd'm primā, semper euenit, nō aūt q̄ scd'am, q̄d prima impediri non pōt sicut scd'a. Posito tñ q̄ quis credat falsum, vt uetula credit peccatori errāti vt Deo, tunc creditur falsum sub rōne veri, & est meritorium. Nec est contra Ansel. quia illa sunt uerba discipuli, quamuis dici etiam possit, q̄ illa fides non profuisset. s. obiectum illius fidei, quia nihil fuisset falsum, profuisset tamen ipse actus, quia fuisset actus virtutis nobilissimæ, id est fidei.

Quæri etiam potest An Ioannes exultauerit motus ab alio, vel per accelerationem usus rationis. Vide 3. q. 27. ar. 6.

Sabbato ante quartam dominicam in Aduentu.

Quæstio. 6.



QVÆRITVR: Verùm is sui per quē fit verbū Dei per aliquā inspirationē, possit esse certus q̄ à Deo sit talis reuelatio? Ad hoc aūt dico sic. Ille cui fit talis quæ reuelatio occultorū per uisionem corporalem uel imaginariam vel intellectualem, pōt de eius authore an sit spiritus bonus vel malus habere coniecturā probabilem, s. si termineur in lætitia mētali. Hoc n. signū tradunt ferè oēs sancti, sed primo beatus Anto. quantū ego legerim. & deinde sān. Tho. 3. q. 30. ad tertiū. Sed hoc signū est probabile tm̄, vt dit S. Chaterina in dialogo edocta p Christū de hac re: & est fallax, qa ēt quo ad hoc diabolus fingit se Angelū lucis. Ratio q̄ hoc sit signū naturale, quia naturaliter apparitio Angelica est nobis horrida, & eam veremur, sicut alia animalia verent communiter hoīem, quià natura inferior ad præsentiā superioris timet. Sed Angelus malus tanquam superbus, hominē in isto timore relinquit, vt ipse appareat magnus, vt potētiq; timeatur ab hoīe. Bonus aūt tāquā charitate plenus hoīem confortat, vel latenter interius inspirando, vel exterius loquendo, aut se exhibendo familiarem. Incipit vero bonus à timore, & quia rerū natura hoc exigit, & quia vult hominem eleuare & attentiorem reddere, ad quod talis pturbatio valet. Malus aūt incipit ab aliquali lætitia non repugnante prædicto timori, sicut ea quam facit per verba salutando, & per candorem uestium, aut lucem, vel huiusmodi, vt mente per inanem gloriam eleuet, aut alia causa. Rō autem q̄ hoc signum sit probabile est, qa talē lętitiā mentalē diabolus absolute procurare pōt per phantasmata læta q̄ posset imprimere. i. deducere ad phantasiam per motum spirituum, & ēt posset eā procurare supposito suo fine peruerso, quia ipsam ad illum potest ordinare, vt. s. mediante tali lætitia ducat hominem in errorem. Potest etiam talis de eodem habere coniecturam necessariam & demonstratiuā (vt ita dixerim) i. timorē virtutis, vt dicit beata Catherina vbi sup. & iudicium vel lumen intellectus, vt colligitur ex sān. Tho. Ratio horū est, qa si quid est q̄ diabolus absolute possit, illud ex suppositione non pōt si repugnet fini suo, quia nullus pōt velle ea q̄ scit repugnare suo volito principali, cuiusmodi est suus finis. Igitur cū diabolus intendat auertere hominē à Deo, diabolus nihil potest facere p quod homo semper pmoueatur in Deū. Igitur hoīem prouocare non pōt ad displicentiā de peccatis inquantū sunt offensa Dei, nec ad amorē virtutis. Et iō bene dicit san. Catherina ex doctrina Christi Iesu, q̄ qū mens post visionē sentit se amore virtutis ampliori succensa, hoc est infallibile signū q̄ aīa à suo sponso visitata sit. Non pōt ēt diabolus reuelare aliqua homini confortando lumē eius ex suppositione sui finis, licet hoc possit absolute, qa intendit hoīes fallere, & inducere in errorem, cui repugnat confortare lumen intellectus. Vnde diabolus manifestat aliqua hoī mouēdo & ordinādo phantasmata, & vt dicit san. Tho. in 2. dis. 7. q. 1. ar. 2. etiam illuminando lumine fortiori ipsa phantasmata, vt. s. inde homo melius sciat dubitare, & inducatur in aliqua q̄ diiudicare nesciat, non aūt manifestat confortando lumen intellectus, vt ipse dicit in 1. parte. q. 4. ar. 1. Et ipse etiam cōcludit. 2. 2. q. 171. arti. 3. q̄ prophetæ licet certi non sint de his q̄ instinctu quodā, id est per cordis inspirationē cognoscunt vtrum sint à Deo vel à proprio suo spiritu, tamen de his quę prophetice cognoscunt, idest per manifestam reuelationem, sunt certissimi, quòd hinc dicit patere, quia inde Abraam mouebatur ad filium occidendum, quòd non fecisset nisi fuisset certissimus. Et hoc ideo, q̄a vt ibi dicitur, maior est certitudo quæ est per lumen diuinum, quàm quæ est per lumen naturale. Sed habens scientiam, pro certo scit se habere, ergo habens prophetiam per lumen diuinum, multo magis est certus se habere. Vnde & Augu. dicit. 6. confes. quòd mater sua dicebat discernere se, nescio quo sapore, quem verbis exprimere non poterat quid interesset inter Deum reuelantem, & animam suam somniantem.

Sed contra prædicta. Nam si talis esset certus de aliquo reuelato q̄ illud esset a Deo,

sciret

sciret etiam quæcũque cogitaret, & nõ Deo reuelante esse à sua cogitatione, sicut si cognosco certe omnem ciuem Bononien. cognosco etiam certe omnem non Bononiensem non esse Bononiensem. Sed hoc est falsum, quia Grego. super Ezech. dicit quod ꝓphetæ sancti dum aliquando consuluntur, ex magno vsu prophetandi quædam ex spiritu suo proferunt, & se hoc ex ꝓphetiæ spiritu dicere suspicantur. Et huius exemplum est de Nathan, qui consulente Dauid an fabricare deberet templum domino, dixit ꝙ sic, q̃a dominus cum eo erat, vt patet. 1. Pal. cap. 13. Sed tamen, post admonitus à Deo reuocauit. Solutio. San. Tho. vbi supra, dicitur, quòd verba Grego. non intelliguntur de his quæ cognoscuntur prophetice, sed quæ per instinctum, qui est quid imperfectum in genere prophetiæ.

Quæri potest verum baptismus Ioannis sic esset baptismus pœnitentiæ quòd gratiã conferret. Vide 3. q. 38. ar. 3.

Dominica 4. in aduentu.

Quæstio 7.



QVAERITVR verum Christus debuerit talem habere conuersationẽ extra desertum, & sine aspero victu & vestitu, vt Ioannes videretur sanctior & Christus esse. Ad hoc autem dico sub vna conclusione, & vno responsiuo corolario sic. Christus debuit conuersari inter homines secundum illud Baruch. 4. Post hæc in terris visus est, & cum hominib. conuersatus est. Et taliter cõuersari vt mediocrem viam in cibo, & potu, & dormitione & vestitu duceret, secundum illud præsentis Euangelij. Medius vestrum stetit &c. Nam quicunque operatur vt congruit sui fini, operatur vt debet, quia vnaquæque operatio & res congrue debet suo fini, cum à fine trahatur ratio eorum quæ sunt ad finem sicut serrare trahitur ratio quare serra ferrea sit & dẽtata, sed Christus conuersando cum hominibus & taliter vt dictum est cõuersando operabatur vt suo fini congruebat. Hoc autem patet. Primò q̃a venit (vt ipsemet dicit Luc. 4.) euangelizare regnum Dei, & testificari veritati diuinorum, vt dixit ipse Pilato, sed hoc facere non potuisset si semper fuisset in deserto, nisi forte raro & quo ad paucos. Secundo quia venit taliter quærere ouem perditam, vt etiam prælatis & prædicatoribus vicem eius gerentibus daret seipsum formã secundum quam quærere deberent. Sed hoc conuenienter non fecisset, nisi quærẽdo nos supra fontem sedisset lassus ex itinere, ex calore, ex fame, ex siti, ex anxietate nostræ salutis, vnde secundum Chry. licet in eodem loco manendo posset Christus homines ad se trahere vt eius prædicationem audirent, non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum ut perambularemus & requireremus pereuntes sicut pastor ouem perditam. Tertio, quia uenit non solum retrahere nos à peccato, sed principaliter vt induceret nos ad amorem & amicitiam, & familiaritatem cum Deo. Sed hoc conuenientissime factum est eo familiariter conuersante & discumbente cum peccatoribus quia vt dicit Augusti. nulla maior ad amorem inuitatio quam præuenire amantem. Et vt dicit Ambr. nihil est naturæ tam insertum quàm diligentem se diligere. Quarto, & hæc est ratio san. Tho. 3. q. 49 art. 2. Nam venit vt esset dux & præceptor omnium christianorum, quem debeberent audire & sequi, secundum illud Esa. Ecce testem populis dedi eum, ducem & præceptorem gentibus. Sed non potest esse omnium dux, nisi cum omnes possent imitari. Igitur quantum ad exteriorem conuersationem debuit maioris austeritatis apparere quàm Ioannes, & consequenter Ioannes debuit esse magis in opinione ꝙ esset Christus & maxime accidentibus alijs quæ dicentur. Sed contra præmissa. Nam quicunque est Deus, decet eum vita solitaria, quia secundum Philosophum. 1. Pol. qui conuersatur solitarie aut est bestia, ex stultitia, aut Deus, si ex amore contemplandæ veritatis id facit. Vnde dicitur Dan. 2. Exceptis Dijs quorum non est cum hominibus conuersatio. Solutio. Qui non est Deus purus sed est etiam homo habens suam deitatem publicare, debet conuersari vt dictum est. Secundo. Nam quicunque habet ducere vitam contemplatiuam, habet conuersari solitarie, quia ad hoc maxime confert solitudo, secundum illud Oseæ 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Sed Christus debuit ducere

cere uitam contemplatiuam, quia ista est perfectissima, secundum illud. Maria optimam partem elegit. Solutio. Vita contemplatiua est perfectissima, non simpliciter, sed inter uitas (ut ita dicam) simplices & puras, sed perfectissima simpliciter est mixta ex contemplatiua & practica, qua quis contemplata tradit aliis per prædicationem ducens et illos in uitam contemplatiuam. Iste enim præsupponit contemplationis abundantiã, quia tunc perfectum est unumquodque, quã do potest facere sibi simile. Tertio. Nam qui cunque habet initium dare consiliis & religionum formam instituere, non debet com munem uitam ducere, sed pauperem. Sed Christus fuit huiusmodi. Solu. Sicut dicit S. Tho. in 3. parte q. 40. ubi de omnibus istis diffuse loquitur. Mediocrem uitam in uictu & uestitu ducere potest habens, & non habens diuitias. Ideo ista simul stant, Christum dedisse religionum formam, & non habuisse austeritatem Ioannis.

Quæri etiam potest utrum conueniens fuerit Ioannem baptizare. Vide 3.q.38.ar.1. Et utrum Christus fuerit secundum legem conuersatus. Vide 3.q.40.ar.4.

In uigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.

Quęstio. 8.

QVÆRITVR Vtrum Beata virgo sic inuenta sit habens in utero de spiritusancto, ꝙ filius eius debeat dici de spiritusancto conceptus? Ad hoc dico ꝙ ly de, sicut dicit S.Tho.1.q.39.ar.5.& q.41.3.primum, dicit habitudinem cõsubstantialitatis materialis, sicut dicimus cultellũ esse de ferro. & efficientis, sicut dicimus filium esse de patre. Igitur si ly de dicat principium consubstantiale materiale, Christus est conceptus de purissimis beatæ Mariæ sanguinib. quia ista est causa materialis in conceptione cuiuslibet de muliere nascentis, ut patet 3.q.31.ar.5.& per Philosophũ in lib. de animalibus. Si uero dicat principium consubstantiale effectiuũ, potest dici conceptus de spiritusancto si consubstantialitas referatur ad unum, & causalitas ad aliud: non autem si referatur ad idẽ. Nam cùm in Christo concepto sint duo. s. diuinũ suppositũ, & corpus cõceptũ de spiritu sancto respectu suppositi, hẽt consubstantialitatẽ, cũ sint eiusdẽ numero, naturæ, & respectu corporis effectiuam causalitatem, sed respectu suppositi Christi non habet rationem causalitatis, nec respectu corporis habet consubstãtialitatem. Vnde illud corpus non dicitur de spiritu sancto, sed ex spiritu sancto.

Sed contra. Primò. Nã principiũ actiuũ de quo aliquid cõcipitur, in generatione se hẽt ut semẽ. Sed spũssanctus in cõceptione Chri nõ se habuit ut semẽ. Nã dicit Hie. in expo. ca. fi. Non sicut q̃dã sceleratissimi opinãtur spiritũsanctũ dicimus fuisse pro semine, sed potentia & uirtute creationis dicimus fuisse operatũ i. formatũ corpus Chri. Ergo non dẽt dici cõceptus de spiritusancto. Solu. Hic uř esse diuersitas inter Hier. & quosdã alios dicẽtes spiritũsanctũ ibi fuisse pro semine, sicut dicit Chry. sup Mat. & Dama. in lib. Sed de facili soluitur, q̃a illi duo loquunť scd'm ꝙ in semine intelligiť uirtus actiua, q̃a sic cõparant semini spiritũsanctũ, uel ẽt filiũ q̃ est uirtus altissimi. Sed Hier. hoc negat scd'm ꝙ in semine intelligiť substãtia corporalis, q̃ i cõceptione trãsmutatur si sit ministrata a mře. Secundo. Nihil. n. unũ formatur de duob. nisi aliquo mõ cõmixtis. Si ergo corpus Christi dicitur formatũ de virgine dicatur ẽt cõceptũ de spũsancto, uř facta cõmixtio spũssancti, & Mariæ q̃ mř ministrauit, qđ pater falsũ. Sol. Sicut dicit Aug in enchir. nõ eodẽ mõ dicitur Christus cõceptus aut natus de spũsancto & de Maria virgine, q̃a de Maria virgine materialiter, & de spũsancto effectiue est cõceptus. Et iõ nõ habuit hic locũ cõmixtio. Oĩa aũt hactenus dicta in hac q̃one sunt sentẽtialiter S.Tho. ĩ locis allegatis, uel ĩ 3.par.q.32. ar.2. Tertio. Nã si dř cõceptus de spũsãcto rõne efficiẽtiæ & cõsubstãtialitatis, dř ẽt conceptus de parte & de seipso, q̃a scd'm Aug in 1. de Trin. indiuisa sũt o͞pa Trinitatis, s. ad extra. So. Licet tota Trinitas istã cõceptionem o͞pata sit, tñ attribuitur spiritui sancto triplici rõne, ut patet 3.q.32.ar.1. uide ibi si uis. Quarto, Non est conceptus de charitate, uel de dono, ergo nec de spũsctõ. So. Negatur cõsequentia, q̃a licet spũssanctus sit charitas & donũ, tñ ista nõ significãtur ut p͞sona subsistẽs, cuius est agere & esse cãm efficiẽtẽ consubstãtialẽ. Quæri ẽt põt citra hoc Euã. utrũ spũsctũs possit dici př xpi. uide 3.q 32.ar 3.

In nocte natiuitatis Christi.

Quæstio. 9.



VAERITVR Vtrum beata virgo secundum temporalem natiuitatẽ Christi posset dici mater Christi. Ad hoc ante sic respondeo. Beata virgo dici põt mater Christi. Tum quia Euangelium dicit quia peperit filium suum primogenitum, & non alium quã istũ. Tum quia quæcunque requiruntur & sufficiunt ad rationem ueræ matris beata uirgo habuit. & quæcunque habent aliæ matres. q̃ sunt ministrare materiam unde concipiatur filii corpus & quæ ad hoc consequuntur, Potest etiã mater Dei. Tum quia dicit Damasce. in l. 3. Etheocestros, idest Dei genitricẽ uere & principaliter uirginẽ prædicamus. Tum quia hoc asserit in capituli Cyrilli in ephesina synodo comprobatis, sic ꝙ hoc negans anathema sit. tamen etiam quia ex hoc dicitur mulier aliqua alicuius mater ꝙ eũ concepit & genuit. Sed beata virgo Deum concepit & genuit, quod san. Tho 3 par. q. 3. 35. ar. 4 sic probat. Omne nomẽ significans in concreto aliquã naturam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cùm igitur unio incarnationis sit facta in hypostasi, ly Deus supponere potest pro hypostasi habente humanã & diuinam naturam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ & humanæ, illi personę potest attribui, siue secundum quid pro ea supponit nomen significans diuinam naturam, siue secundum quòd pro eo supponit nomen significans naturam humanam. Concipiatur & nasci personæ attribuitur & hypostasi. secundum illam naturam in qua concipitur, & nascitur. Cùm igitur in ipso principio cõceptionis fuerit natura humana assumpta à persona diuina, consequens est quod uere possit dici Deum esse conceptum & natum de uirgine. Hæc ille formaliter.

Sed cõtra prędicta, primò. Nam Damasc. dicit in 3. lib. Christothocon i. Christi matrẽ virginem non dicimus. Sol. Non negat eam Damasc. esse matrem Christi, sed dicit quod non dicimus Christothocon. quia hoc nomẽ inuentum erat à Nestorio ab abolendum theotocon, idest Dei matrem. Cum hæreticis enim nec nomina debemus habere communia, ut dicit Hiero. super Osee. 2. Secundo. Ministrare materiam non sufficit adesse matrem sine actione, alioqui lignum esset mater lecti. Sed beata Maria virgo solum ministrauit materiam, ergo non est mater Christi. Solu. Beata virgo ministrauit materiam aptam ut inde produceretur uiuens eiusdem speciei secum, & locum conuenientem in utero & nutrimentum conueniens fœtui.

Tertio. Nam quod potest esse erroris occasio non est asserendum. Sed huiusmodi est si dicatur mater Dei, quia intelligitur mater patris & spiritussancti. Sol. Quidam olim hoc concedebant, dicentes quòd debet dici mater filii, sed non Dei. Sed ly Deus licet sit cõe tribus personis, & pro qualibet supponere possit, q̃a significat in cõcreto naturã diuinam, tñ põt locutionem reddere ueram pro una persona, secũdũ ꝙ dicitur Deus generat, sicut ẽt dicitur hõ currit, solo Petro currente, unde simpliciter cõceditur ꝙ est mater Dei, sicut & ꝙ Iesus est Deus. Nec ob. ꝙ sit pdicatũ, & pdicata teneanr formaliter, quia significat naturã subsistentẽ, & cõsequenter tenerĩ pt ꝓ supposito tã à parte subiecti q̃ à parte pdicati, ut dicit san. Tho. in 3. dist. 4. q. 2. ar. 2. ad secundũ. Quarto, nulla. n. mulier est mater alicuius nisi secundũ naturã, quã ab ea accepit. Sed filius nõ accepit à uirgine naturã diuinã sed humanã, ergo &c. So. Quia una persona subsistit in utraq. natura, cõicat sibi naturæ idiomata sua. i. proprietates, ut dicit Dama. Vñ sicut Iudæi dicuntur crucifixisse dominum gloriæ, licet non secundũ dietatẽ, ita & virgo eundẽ peperit. Et sicut dicimus hominẽ creasse cœlos, ita dicimus Deũ natũ de virgine, & consequenter uirginẽ matrẽ Dei. Quæri ẽt pt circa hoc euang. Vtrum Christus debuerit nasci in Bethleem, & utrum sine dolore matris. Vide. 3. q. 35. ar. 6. & 7.

In aurora. *Quæstio.* 10.

QVAERITVR Vtrum collatio de qua dicit, uirgo erat conferens in corde suo, esset dubitatiua. Ad quod dico ꝙ ex ipso uerbo euangelistæ dicentis conferens, & non dicentis, inquirens, sumetur huius qõnis solutio. Nam aliud

aliud est cõparare, aliud inquirere, quia inquirere rationem ad aliquã cõclusionẽ est dubitantis utrũ sit uera, uel non, sed comparare unum alteri non est dubitare, sed actualiter contemplari q̃ habitu sciuntur, sicut si quis per uisionẽ in somnis aliqíd uidisset, puta ꝙ sacerdos ꝑdicaret, & deinde illũ uideret ex pleri compararet effectũ ipm suæ uisioni de neutro dubitando. Hoc aũt põt fieri cũ delectatione maxima, tũ quia naturale est animę nostræ conferre, & propterea tm̃ delectamur in picturis & repræsentationib. quia conferimus ista ad ea quorũ sunt signa: cõferre ãt est delectabile cui est naturale, tũ quia est naturale desyderium quod scitur uno mõ, puta reuelatione ut per scripturã, scire per aliũ, tũ ẽt quia interdum accrescit gaudio ꝙ ipę res de quib.ẽ medicatio sunt ualde delectabiles. Et ista oĩa concurrebant in uirgine, & maxime tertiũ, quia illa erat ei ualde grata, tum quia erant maxime ad honorẽ Dei, qui pro seruo filiũ dederat quẽ ipse summe amabat, tũ quia erant ad maximam utilitatem proximi, idest salutẽ uniuersi. tũ quia alia per eum explebãtur tanquã per electum à Deo. Est aũt sciendum ꝙ secundũ Orig. & sanctos ipsa clarissime nouerat interpretationẽ oĩum figurarũ & ꝓphetarũ, quia habuit donũ sapientiæ & ꝓphetiæ, & omniũ grat arũ excellentissime. Et quia oĩa q̃ circa Christum gerebãtur erãt figurata & prophetata omnibus maxime lætabantur. Vnde dicit Beda ꝙ conferebat, q̃ a quæ acta erant uidebantur conformia huic quæ agenda legerat. Legerat.n. Esa.11. Exiet uirga de radice Iesse & Nazarenus de radice eius ascendet. Et ex opposito uidebat se ex stirpe Dauid ortã, in Nazareth de spiritusancto concepisse. Legerat Micheæ 5. Et tu Bethleem ephrata nequaquam parua es in milib. Iuda. Ex te.n. egredietur &c. Ex opposito uidebat se in Bethleẽ peperisse. Legerat Esa. 7. Ecce uirgo concipiet & pariet filium &c. Abac. 3. secundũ 70. interpretes Domine in medio duorũ animaliũ innotesceris. Et se uirginem nouerat, & filiũ in præsepio inter bruta conspiciebat. Legerat multa alia quæ dictim cõpleri uidebat. Quæri etiã potest circa hoc euangelium. Vtrum natiuitas Christi debuerit manifestari pastoribus ab Angelis uel ab ipso Christo. Vide.4.q 35.ar.4.& 5.& utrũ primo debuerit manifestari pastoribus. Vide ibi articulo.6.

In Missa maiori.

Quæstio. II.

QVAERITVR Circa hoc euangeliũ de quo circa expositionẽ multa subtilia dicenda forẽt, quo hæc ꝓpositio sit uera de qua non est dubiũ ꝙ sit uera, s. Verbũ caro factũ est? ad ꝙ sic dico. Si uerbũ diuinũ assumpsisset Angelum, uel columbã, uel solẽ, uel saphyrũ, uel ignem, aut aliam quãuis naturã, sicut & assumere potuit secundum san. Tho.3.di.2.s. de potentia absoluta, sicut assumpsit humanitatem diceretur Angelus, uel columba, uel sol, uel saphyrus, uel ignis, sicut dicitur hõ, quia omnis natura in concreto prædicatur de supposito habente naturam, siue habeat illam per creationem ut sol, siue per generationem ut Sortes, siue per assumptionem, ut uerbũ Dei habet humanitatem. Aliter tamen uero dicitur de uerbo natura assumpta, & aliter pars naturæ assumptæ, quia cum pars nunquam prædicetur de toto, sicut homo non est anima, nec est caro aĩata per aĩam, natura prædicatur de habente naturã gratia sui, quia natura est totũ, sicut humanitas est aĩa & corpus: quis autem solum gratia totius per synecdochen. Igitur hæc propositio. Verbũ est caro, est uera per figurã, idest per synecdochẽ, sed hæc Verbum est hõ est uera sine figura Si tñ per possibile uel impossibile uerbum assumpsisset carnẽ ut est pars animalis uerbũ esset caro, sicut modo est homo. Ad quæstionem dico ꝙ hæc propositio. Verbũ factum est caro, est uera in sensu, in quo est uera illa, uerbum est caro, scilicet per synecdochen, ut sit sensus. Verbum caro factum est.i. factum est homo, dicente Athana. in epistola ad Epipha. ꝙ dicere uerbum caro factum est simile est ac si diceretur, homo factus est. Nã quicquid est aliquid, & prius non erat illud, est factum illud. sicut, Rex est, factus Rex. Sed Deus est homo, aliquando prius non erat homo. ergo factus est homo siue caro. Sed contra prædicta, Primò. Nam si est uera ly factus determinat absolute subiectum aut prædicatum cùm sit determinatio. Sed neutrum illorum determinat, quia nec Deus qui est subiectum est factus, nec ille homo Christo demonstrato est factus, nisi aliquid addatur q̃ a

supponit æternum suppositum.ergo non est uera. Sol. Neutrum illorum absolute determinat ratione dicta,sed determinat subiectū non absolute, sed in ordine ad prædicatum, & importat fieri rationis circa Deum non absolute,ut dicatur Deus.Potest etiam determinare totam propositionē ut sit sensus,factum est,ut hæc propositio sit uera Verbum caro factum est.Secundo. Nam si est factū caro.est caro,sicut qui est factus albus est albus. sed non est caro. Si dicatur ꝙ est caro per synecdochen , Contra ; quia si est ita,melius euangelista dixisset propriè, est factū homo, quàm impropriè est factum caro. So. Affirmo responsionē, quia homo dicitur aliquando caro. sicut Esa.xl. Videbit omnis caro salutare Dei. Ad replicam dico ꝙ solam carnē nominauit.Primo quia caro fuit uerbo ratio apparendi uisibiliter.Vnde subditur. Et uidimus gloriam eius.Secundo ut ostēderet per locum à maiori nihil esse in natura hominis quod uerbum non assumpserit. Tertio ad ostendendum carnis ueritatem contra Manichæos dicentes, uerbum carnem phantasticā assumpsisse.Quarto ad ostendendam pietatē Dei. Magnum.n.fuisset pietatis sacramentū si Deus animam rationalem sibi uiciniorem assumpsisset. sed multo magis si passus ē corporari.i. corpori uniri, sed'm illud.i.ad Timi. 3.Et manifeste magnum est pietatis sacramē tum.quod manifestatum est in carne.Tertio, Nam adhuc est falsa sumpta ibi carne pro homine,quia Deus esset factus simpliciter,quia cùm homo sit substantia, fieri hominem est fieri simpliciter. Sol. Fieri hominem est fieri simpliciter quando simul fit natura humana & ipsum suppositum in quo est.Modo non sic est hic , quia suppositum uerbi æternum est. Vnde simile est Deum fieri hominem,sicut Socratem præexistentem paruum quantitate , fieri magnum per incorporationem alimenti,cui anima nouiter communicat suum esse antiquum,licet hoc & omne aliud exem plum non sit omnino simile.

Quæri etiam potest utrum hæc sit uera Caro , uel homo factus est Deus. Vide 3.q.16.art.7.Et utrum ille homo demonstrato Christo seu uerbo incarnato inceperit esse. Vide ibidem artic. nono.

Dominica infra octauam Natiuitatis.

Quæstio. 12.

QVAERITVR Vtrum Beata virgo sic fuerit gladio mortis, aut ubi Christi perforata, ut possit martyr appellari ? Ad quod sic dico ex doctrina Sancti Thom.2.2.quæstio. 124. Cùm dicat Isidorus in lib. Etymo. duo esse genera martyrii. Vnum in aperta passione. Aliud in occulta animi uirtute,beata virgo non fuit martyr primo modo, idest proprie. Nam cum martyr græcè, latine dicatur testis, ad perfectam rationem martyrii requiritur ut quis mortem sustineat, in testimonium ueritatis fidei Christi, qua omnia uisibilia propie inuisibilia postponuntur, siue contemnenda proponuntur, quia requiritur ut testificetur opera ita esse, quòd non facit plene, quandiu uitam retinet propter quam omnia alia sustinentur. Sed Beata virgo non sustinuit mortem uiolentam,ut creditur & supponitur . Fuit autem martyr secundo modo.& per quandam similitudinem, propter immensitatem amoris ad filium, quem summè dilexit . Tum quia solus , tum quia benignus & uirtuosus , tum quia cum labore educatus propter fugam egyptiacam & alia, & tum quia Deus. Nam grauius fuit tantam animi passionem sentire , quàm pati pro uirtute in corpore cum animi lætitia,sicut martyres faciebant, quia dicebant se in tormentis quasi in pratis & floribus epulari. Vnde Augustin in quodam sermone ita dicit . Maria quia mente passa est plus,quàm martyr fuit , nimirum , quia eius dilectio amplius fortis quàm mors,quoniam mortem Christi suam fecit.

Sed contra uidetur. quòd fuerit martyr rectè & proprie , quia dicit Hierony. in serde assum.Rectè dixerim , Dei genetrix virgo & martyr fuit , quamuis in pace uitam finierit. Solu. secundum Sanctum Thom.in 2.2. & in 4. Omnes huiusmodi authoritates sanctorum intelligendæ sunt de martyrio secūdum similitudinem , sicut quod dicit Grego. Iure plus quàm martyr est. quæ nimio amore uulnerata testis extitit Saluatoris , & præ merore in animo cruciatū sustinuit passionis. Et ꝙ dicit Bernar. longe eam plus ꝗ mar-

martyrem censemus, in qua passionis censum cõpassionis superauit affectus. Et rursus idẽ super illud. In plenitudine sanctorũ &c. Merito inquit in plenitudine sanctorũ detentio eius erat, cui nec puritas Angelorũ, nec fides defuit patriarcharum nec spũs prophetarũ, nec apostolorũ zelus, nec constãtia martyrũ, nec sobrietas confessorũ, nec cõiugatorum fęcunditas. Quæri ẽt põt circa hoc euãgelium. Vtrũ maiores aut minores Iudæorũ cõtradixerunt huic signo, i. Christo ex ignorantia, aut certe scienter Christum cognoscendo. vide. 3. q. 47. ar. 5. Et vtrum bonitas morum præcipue castitas vidualis disponet ad spũm prophetitiæ possidẽdum. Vide. 2. 2. q. 171. ar. 4.

In circuncisione Domini.

Quæritur utrum Christus debuerit circuncidi? Et scd'o, vtrum conuenienter fuerit ei nomẽ impositũ? Et de vtroque vide 3. q. 37. ar. 1. & 2 Et vtrum nos licite possumus mõ circuncidi. De quo vide in 4. di. 1. q. 2. arti. 5. quæstiuncula. 3.

In vigilia Epiphaniæ.

Quæstio 13.

Quæritur vtrum Christus possit dici Nazarenus. Ad hoc dico q᷑ sic Et hoc conuenientissime. Prio q̃a nazarenus interpretatur sanctus siue sanctificatus, sed Christus dr̃ sanctus sãctorũ. Danie. 9 & de seipso dicit Io. 9. Quẽ pater sanctificauit. Scd'o, quia Nazarenus interpretaẽ floridus. Sed Chr̃s di flos scd'm Hier. sicut btã virgo dicitur virgo dicitur virga, scd'm illud Esa. 40. egredietr virga de radice Iesse, & flos &c. Tertio q̃a cõceptus ẽ i Nazareth, & cõuersatus ipse, & sui parẽtes, vt dicit gl. Lu. 2. Sed cõtra, primo Nã hoĩ cui nõ cõuenit sanctificari, i. sanctũ fieri non conuenit esse sanctum, & consequẽter nec Nazarenũ, quòd scd'm glos. inter. interpretatur sanctus, q̃a quod nõ põt esse, nõ põt fieri, scd'm phylosophum. 1. phys. Sed Christo homini non conuenit sanctificari, cùm sit principium totius humanæ sanctificationis, quia primum mouens in quolibet ordine est immobile &c. So. Cùm homo fiat sctũs ex sancto dupliciter, s. ex minus sancto magis sctũs, & ex æque sancto æque sctũs per continuationem eiusdẽ sanctitatis pcise cũ ẽt homo fiat sctũs ex non sancto dupliciter, s. ex non sctõ priuatiue quãdo. s. homo est & nõ est sctũs, & nagatiue, sed scilicet hõ nõ est & producitur sanctus. Christo cõpetebat fieri sctũm ex sctõ secundo mõ, scd'm aliquos iuxta illud Io. 16. Ego pro eis sãctifico meipsũ. Vel ẽt primo mõ, i. ex minus sctõ, nõ quo ad ipsum habitum gr̃æ sanctificãtis, sed quo ad merita q̃ sunt effectus gr̃æ, in quib᷒ crescebat. Et similiter fieri sctũm ex nõ sctõ negatiuẽ in quantum hõ erat loquendo semper, quia ante primum instãs in quo factus est & sanctus factus est, non erat sanctus homo. & consequenter factus est ex non sancto sctũs. Non aũt priuatiue, q̃a nunq̃ fuit sine sctitate. Ad argm̃ dico q᷑ mouens primũ simpliciter est immobile simpliciter, sed primũ i aliquo genere est immobile in illo genere, sed nõ simpliciter, sicut primũ alterans, i. cęlũ est immobile scd'm alterationem, sed tamen localiter mouetur. Similiter Christus inquantum hõ nõ est sãctificãs simpliciter primũ, sed Deus Trinitas. Est vero primũ sanctificans in hoc gñ. i. per modum satisfacientis pro peccato, & quantum ad hunc motum est immobilis, quia nullus satisfecit pro peccato eius, cùm illud non fecerit nec contraxerit. Secundo. Nam cui non conuenit habere contrarium sanctificationis termino, i. gratię non conuenit sanctificari, quia generationes ex contrariis sũt, scd'm philosophũ. Sed Christo nõ cõuenit hic tale contrarium, cum illud sit pa[c]trum, ergo &c. Solu. Generationes, i. productiones factæ agente naturali, fiunt ex contrariis q̃a nõ agit nisi alterando de qualitate in qualitatẽ. Sed productiones factæ à Deo possunt esse ex contradictorio. i. non ente, sicut fecit cœlum non ex contrario, sed ex cõtradictorio. Et similiter facit aliq̃n sanctum non ex impio, sed ex nõ sancto, siue ex negatione sanctitatis, & sic Chr̃s est factus sctũs. Tertio. Nam si sic debet dici, ideo est, quia sic est prophetatum, vt colligiẽ ex hoc euangelio. Sed nullibi in scriptura sic repetitur prophetatum, ergo &c. Sol. Licet hoc non fuerit prophetatum formaliter, secus vir-

tualiter quia nazarenus, vt dictum est inter- pretaẽ sāctus & floridus. Christus aūt in scri- pturis dicitẽ sanctus, & similiter flos, iuxta il- lud Cañ. 2. Ego flos cāpi, & iuxta illud Esa. 12. & flos &c. Vnde forte signãtur dicit euã gelista, per prophetas in plurali.

Quæri etiam potest vtrum cōueniens fue rit Ioseph admoneri à Deo per Angelū, vel potius debuerit admoneri à Deo immedia- te. Ad quod vide prima parte. q. 2 a arti. 3.

In die Epiphaniæ

Quæstio. 14.



Væritur vtrū fuerit conue- niens Magos de Christi na tiuitate doceri per stellam. Ad hoc dico nō esse dubiū quòd sic, q a hoc ordinauit Deus q̃ nihil nisi cōueniē- tissime, & sapientissime or dinat, q a Dei perfecta sunt opera. Deut. 32. Rō aūt conuenientię est hæc. Nā Deus oīa effe- ctiue mouet scd̃m quòd eorū natura requi- rit. s. naturalia p naturales inclinationes, aīalia sñia p sensibiles appetitus, & hoīes rō nales p appetitū rōnalẽ cū libertate quadā: Vnde Diony. dicit q̇ ad prouidentiā Dei p- tinet rerum naturas non destruere, sed salua re. Sicut aūt omnia mouet vt cōgruit eis, ita etiam oīa trahit scd̃m modos eis conuenien tiores sicut Eustachium venatorẽ nobilem traxit p ceruum Caterinam virginem ele- gantissimam p viam cuiusdā apparentis ma trimonii consueti quo maximè solent dele ctari iuuenculæ. Augu. vero perfectum ora- torem, per sapientiam, & facundiam Ambro sianam. vnde quia ipse ex sua viscerosa cha- ritate nullum conuenientem modum trahē- di animam prætermittit dicit Esa. 5. c. Quid vltra debui facere vineæ meæ (idest popul meo vel cuilibet animæ) & non feci? Igitur etiam istos astrologos conuenienter traxit per stellam. Et confirmatur rō. quia sicut oīs notificatio syllogistica dēt esse per notiora, sicut Philosophus 1. poste. & 1. phys. docet, ita q̃ sit p aliqua signa, vel inditia, dēt fieri p notiora, & consequenter familiariora his quib. aliquid notificaẽ. Sed viris iustis, & san- ctis familiare est instrui intrinsecus scti spūs instinctu per donum propheticum, reliquis aūt per sensibilia, Iudæis aūt instrui per An- gelos visibiliter apparētes, p quos legẽ acce perant, vt patet Act 8. & rūsa frequenter gē- tib. vero & astrologis maximè familiare e- rat doceri p sensibilia, & maxime astra. Igiẽ Anna & Symeon iusti & sancti acceperūt no titiā natiuitatis Christi p instinctū spūs̄ san cti, pastores vero Iudæi p Angelos, & gētiles astrologi p sydera. Sed cōtra primo, nihil inducēs hoīes a deo in errorẽ conuenien ter fit à Deo, quia ipse vult oēs homines sal uos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, sed apparitio huius stellæ est hōmi, quia fa- uet his qui dicunt sydera natiuitatib. homi num dominari, ergo &c. Sol. Ista apparitio nullam cām errandi dedit nisi his qui verita tem intelligere noluerūt, quia scd̃m Aug cō tra Fau. nulli astrologi constituerunt ita na- scētium hominem facta sub stellis, vt aliquā stellarum homine aliquo nato, circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eum qui natus est perrexisse asseuerent. Si aūt Deus vellet sub- trahere oēm cām errandi his q volunt erra re, quorum. s. ignorantia non solū est cā pcti, sed ēt pctm̃, subtrahere ēt aliis occasiones ad discendi, sicut si subtraxisset apparitionem huius stellæ, ignoraremus multa q̃ scimus. Scd̃o. Nam omne signū notificatiuū conue niēter alicuius est certe ducens in illud. Sed ista stella non certe notificabat natiuitatẽ Christi futuri regis istis astrologis, tū quia esto quod prætenderet regem futurum, tū impediri poterat ne regnaret, quia sydera non cogunt homines, tum ēt quia si nō pos set impediri, tamen non prætendebat eum esse natum in determinato loco cùm po- tuisset mater regis sicut Bethleem, ita & lon- giorem regionem petiuisse. Tum ēt quia da to q̇ locum determinatum ipsa pēderet, tamē non p̄tendebat determinatā personā, quia existens in aere non pōt vnum hominē designare si esset inter multos vt pe terat es- se Rex. Tum quia dato q̇ vnum determinate designaret, tamen isti cognoscere non pote tant, qui stellæ naturam ignorabant, cùm eam antea non vidissent ergo &c. Solu. Fuit signum certum determinatæ personæ quan tum ad officium, i. regis futuri, sed non fuit signum certum ex se præcise, sicut sydera signant bella aut morbos, sed gratia nouæ prophetiæ, vel inspirationis diuinæ. Non enim isti sunt moti quærere Christum præ cise innitentes astrorum peritiæ, cum ista stella

stella de illis non fuerit, quas obseruat ars astronomica, sed innitebantur reuelationi diuinæ (vt patuit in expositione euangelii) & etiã inspirationi diuinæ interiori q̃ sec̃m Herueum est quædam inclinatio animæ ad Deum. Non poterat autem impediri iste rex regnare (supposita diuina ordinatione) Et stella prætendebat locum natiuitatis generalem, id est Iudæam gratia prophetiæ, vel inspirationis afferentis quod apparente tali stella ibi Christus nasceretur, qua inspiratione supposita mater regis non se poterat absentare. Et licet non prætenderet determinatam personã quo ad substantiam, tamen sperabat in Iudæa per aliam viam regis personam inuestigare, sicut & fecerunt.

Quæri etiam potest. Vtrum illa stella fuerit vna de cœlestibus, & vtrum Magi conuenienter ad Christum adorãdum venerint, vide autem. 3. q. 36. arti. 7. & 8.

Dominica infra octa. Epiphaniæ.

Quæstio, 15.



Quæritur circa euangelium. Vtrum Christus audiendo siue interrogando doctores, vel alios, aliquid ab homine didicerit, vel ab Angelis. Ad quod ex doctrina Sancti Thom. 3. q. art. 3. & 4. sic respondetur. Non fuit conueniens dignitati Christi, ut à quocunque homine doceretur. Nam in quolibet genere primum mouens non mouetur sec̃d nullã speciẽ motus, sicut primum alterans non alteratur. Sed Christus est omnium hominum constitutus caput, sic vt ab eo omnes doctrinam veritatis acciperent. Vnde ipse dicit Io. 16. Ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Nihil etiam didicit ab Angelis. Nã anima humana sicut media est inter spiritualia, & corporalia duobus modis perfici nata est, scilicet per scientiam acceptam à sensibilibus, & per inditam impressionem spiritualium substantiarum. Sed anima Christi perfecta est ex sensibilibus qui de n per experientiam ad quam lumen angelicum non requiritur, & ex impressione superiori superinfusam immediate à Deo, quia sicut supra communem modum creaturæ vnita est verbo personaliter, ita et supra eundem repleta est gratia & scientia, non mediãtibus Angelis, qui ex verbi influẽtia, scientiam acceperunt. Sed contra primã conclusionem Primo. Nam interrogare & respondere est addiscentis. Sed Christus ista inter doctores fecit, ergo &c Sol. secundum Orig. super Lu. non interrogabat vt addisceret, sed vt erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter. Vnde & dicitur, ꝙ stupebãt omnes qui eum audiebant super prudentia, & responsis eius. Secundo. Nam Christus accipiebat scientiam experimentalem à sensibilibus, ergo à fortiori, & ab hominibus quod est nobilius, cùm in anima docentis species itelligibiles sunt in actu, quæ in sensibilibus sunt in potentia. Sol. Addiscens ab homine non accipit scientiam à speciebus intelligibilibus eius immediate, sed mediantibus uocibus quæ sunt conceptionem intellectualiũ signa, sicut & creaturæ conditæ à Deo similiter sunt signa sapientiæ eius. Vnde sicut dignius est doceri à Deo, quàm ab homine, ita dignius est accipere scientiam per sensibiles creaturas quàm per homines doctrinã. Tertio. Nam quilibet audiens sermonem significatiuum alicuius quod nescit, potest illud addiscere, sed Christus à principio secundum scientiam experimentalem non sciuit omnia, ergo &c.

Solutio. Christus in scientia experimentali sicut in ætate proficiebat. Sicut aũt ad accipere scientiam per intentionem, ita & ad accipere per disciplinam requiritur ætas perfecta. Dominus autem nihil fecit suæ ætati nõ congruens. Igitur audiendis doctrinæ sermonibus non commodauit auditum, nisi illo tẽpore quo poterat per viam experiẽtiæ talẽ scientiæ gradum attigisse. Hæc omnia cũ multis alijs. S. Tho. vbi supra virtualiter. Sed tamen cùm dicit ꝙ Christus ab homine non didicit, videtur intelligẽdum de rebus ab homine naturaliter scibilibus, cuiusmodi est notitiam omnium naturalium: non autem de his per seipsum naturaliter scire nullo potest, cuiusmodi est loqui hac vel illa lingua, cùm hoc non sit quid naturale, sed ex voluntaria institutione dependens. Scientia enim experimentali Christus addiscebat, & proficiebat modo naturali quo non poterat, vt videtur scire prædicta.

Sed tamen sciendum est ꝙ homo in doce-

do dupliciter sciri pōt,s.vt doctor,qñ.s.ex i tētiōe docēdi aliqd facit,& vt res qdā,qñ.s.si nę intētiōe docēdi aliqd facit,aut dicit vnde aliusaddiscit. Ex isto secūdo mō forte Chrs à mre sua loq didicit,qa.s.ex bonitate suæ phātasiæ & memoriæ,cùm audiebat noiari panē & videbat afferri panē, & apprehēdebat φ ly panis,panē significabat siue p cogitatiuā.vt faciūt alii pueri añ vsū rōnis,siue p rōnē cuius vsū semp habuit. Vñ añquā tem pus adesset quo virgo mater eū verba formare doceret iā ista didicerat. Quæri ēt pōt Vtrū gratia Christi fuerit infinita, vide 3.q. q.7.ar.11.Et vtrū quodlibet actu suo Christus proficeret p gratiā.i.effectum gratię seu me ritū vide 3.dist.18.q.1.ar.5.

In octa.Epiphaniæ.

Quæstio 16.

QVæritur vtrū Io. videns Christū & ei testimoniū reddēs.ipsū vt dicit Io.agnū appellauerit cōueniētius q̄ aliud animal solitū imolari,cuiusmōi est bos,vitulus, capra, tur.colūba?Ad qđ rñdet φ sic.Primò.Nā vt patet Num 24.agnus erat principale sacrificiū.qa licet alia aialia certis tēporib. imolarent.tñ vnū erat quotidianū sacrificiū, quo imolabaī vnus agnus mane, alius vespere. Sed Christus est principale sacrificiū qa licet sancti passi p fide ad salutē fideliū conferāt, nō tñ hñt hoc nisi inqnantū sup oblationē agni quasi oblatio adiūcta principali significato imolabaī mane, & vespere in signū φ p Chrm bēamus i pria visionē matutinā, & vespertinā vel i signū φ ipse sit alpha &c. Et cōfirmaī rō, qa ille agens inter eius figuras erat explīsior respectu passiōis Chri,qa erat sine macula.& p illū filii Israel sūt liberati ab imperio Pharaōis,sicut p Chrm purissimū liberamur ab impio diaboli. Est āt notādū φ hoc testimoniū Io.reddidit Chro vt vř,qñ ipsū baptizauit,qa vt patet Io. 1.c. ipse Io. nō cognoscebat Chrm,sed à Deo acceperat signū φ ipse eēt sup quē videret descēdentē colūbā,quā vidit descēdere ī baptismo Io. p babile ē φ tūc statī glorificauerit Christū apud suos discipulos,qb. eū pdixerat vēturū. Scđo,pp māsuetudinē Esa.35. Quasi agnus &c.Sed cōtra quāto aial ē similius Christo, tāto cōueniētius p nomē eius noiatur. Sed vitulus ē similiorū Christo q̄ agnus, qa ē pfectior,& quāto aliqd ē pfectius ē Deo similius.So.Aliqd dicitur simile alteri duob.mo dis.Vno mō i repsētādo vt imago,alio mō ī essēdo,sicut filius ē simili patri.Quāto ergo aliqd ē pfectius, ē Deo similius ī essēdo qa magis appropinquat diuinę naturæ,sed nō ī repræsentādo,qa interdū viliora hñt pprietates magis expressiuas pprietatū Dei , sicut magis exprimūt p misericordē gallinā q pullos fouet & ptegit.q̄ p equū fremētē,mordētē, calcitrātē,& bella cupiētē. Sed si instetur quia ēt filius est similis pri in repræsentādo dico φ verū est vnde plus assimilat q̄ imago,extensiue, sed tñ imago alias plus assimilatur intensiue quantum ad repræsentationem,quia interdum filius erit dissimilior patri in accusantibus,puta quantitate,figura,& colore, quàm imago. Quæri etiam potest vtrum Christus debuerit baptizari baptismo Ioan.& vtrum debuerint tunc cœli aperiri.vide 3 q.39.ar.2. & 5.

Dominica 1. post octauam Epiphaniæ.

Quæstio. 17.

QVAERITVR Vtrū iste sponsus fuit Ioanes euangelista, vel non. Adhoc autem dico probabiliter & sine præiud cio quod sic, quod probo auctoritate Augu super Ioannem in prolog. & in glo.& etiam Hierony.vt patebit, & Alberti Magni super Ioan.dicens, quòd absque dubio celebrior opinio est quod ista sponsa fuerit vna de virginibus Deo consecratis, quæ postea cum matre Iesu permanserit.Hoc autem est valde conueniens,vt Christus statim tantum faueret virginitati, vt ipso facto ostenderet matrimonium non cōsumatum.gratia eius posse dissolui. Suadetur etiam alia ratione,quia non est verisimile quod ibi fuisset mater Domini,vt patuit in expositione textus.

Oppositum tamen tenuit Chry. & Orige. & Victorinus.

Et arguo pro eis.Primo. Nam si sic est,idē sponsus fuisset vocatus ad nuptias, quia vocatus est Iesus & discipuli eius, inter quos discipulos erat Ioannes,vt videtur, quia ip-

se

se cum fratre sicut & Petrus cũ Andrea uñtur uocati fuisse anteq̃ signũ aliqđ uiderent, & cõsequẽter ati has nuptias in q̃bus fuit primũ signũ. Et q̃a inter baptismũ post quẽ statim fere cœpit congregare discipulos, & has nuptias ad minus fluxit annus scđm S. Tho. in quo ut idẽ dicit discipuli cõuersi sunt. Solutio. Posset dici q̃ discipuli fuerũt uocati, quia fuit uocatũ eoru collegiũ, licet aliq̃s de collegio nõ fuerit uocatus, i. Ioã. Scđo, q̃a non est uerisimile q̃ discipulus uocatus ad statũ uirginitatis à Xpo, uoluerit aspicere retro, & nubere, ꝑpue tã dilectus. Solu. Põt dici, q̃ nõ erat adhuc uocatus ad perfectũ discipulatũ, sed ad quãdã notitiã & familiaritatem. Et q̃ dũtur uocati discipuli ad nuptias, intelligitur, q̃a uocati sunt q̃ discipuli futuri erãt qñ ista scribebat, licet si tũc quãdo fuerũt uocati ad nuptias. Sed cõtra si fuerũt uocati discipuli futuri oportet q̃ haberẽt colligantiã oẽs cũ spõso uel cũ aliquo gr̃a cui uocaretur. Nõ primũ, q̃a erãt de diuersis ciuitatib. unde nõ est verisimile spõsum tã paupertẽ ut ei deficeret vinum sic à remotis inuitasse. ergo &c Ergo erãt iã discipuli. Solu. Erãt aliq̃ uel oẽs de collegio apostolorũ tũc iã discipuli imꝑfecti, & futuri discipuli ꝑfecti. Tertio arguitur argumẽto Victorini. Nã uirginitas inq̃t est iu carne corruptibili incorruptionis ꝑpetua meditatio, ergo nõ est credẽdũ q̃ Ioã. cui de uirginitate testimoniũ perhibetur unq̃ in nuptiis cõsẽserit. So. Ad hoc rñdet Alber. mag. dicẽs. Est incorruptio scđm mẽtẽ, & scđm corpus, & scđm utrũq̃ Virginitas aũt q̃ scđm Amb. habet radicem in mẽte, & ramos in corpore primo, & principaliter meditationẽ habet in mẽte. sed meditatio incorruptionis corporis diuersa ẽ ꝓ tẽporũ diuersitate. Nã tẽpore nõ reuelatæ gratiæ q̃uis incorruptio corporis desyderetur, tamẽ diuinæ dispensationi cõmittitur, sicut ẽt beata uirgo fecit. eo q̃ tũc matrimoniũ fructificabat gratiæ, q̃a cũ propagatione seminis fiebat ẽt ꝓpagatio religionis. Tẽpore aũt gratiæ reuelatæ incorruptio corporis tenetur in integritate & fcitate, q̃a uerbo castitatis fiebat ẽt ad gẽtes propagatio religionis. Et q̃a matrimoniũ ante legẽ & castitas tẽpore gratiæ Deo fructificabant, matrimonio Abrahæ nõ pfertur cœlibatus Ioã. q̃a castitatẽ q̃ Ioã. exhibebat in corpore, Abraã habuit in habitu & in mẽte. Et talis incorruptionis meditatio est uirginitas ubi incorruptio tenetur in mẽte. & incorruptio corporis in habitu mẽtis, q̃uis non sit in corpore. Et q̃ dicit Victorinus q̃ nõ cõsensit Ioan: in corruptionẽ corporis, intelligẽdum est de illa corruptione quæ uiolat habitũ cõtinentiæ in mẽte. Hæc ille. Cuius uerba aliqualiter alteraui q̃a exẽplũ uidebatur mihi incorrectum. Intẽdit aũt dicere q̃ quãdo populus Dei crescebat ꝑ matrimoniũ sicut in lege, nõ repugnabat ꝑfecte virginitati habere in mẽte desyderiũ cõtinẽtiæ si Deo placeret, & deinde cõmittere se Deo cõsentiẽdo ĩ copulã cõiugalẽ, q̃a sic fuit in beata virgine scđm S. Th. & uidetur secundũ Albertũ. Modo aũt populus Dei crescit ꝑ baptismũ. ideo non est simile. Quæri etiam potest, Vtrũ Christus debuerit facere miracula, & utrum cœperit ea facere in nuptiis. Vide autem, 3.43. arti. 1. & 3.

Dominica secunda post octauam Epiphaniæ.

Quæstio. 18.

QVAERITVR Vtrũ Xp̃s leprosum sanauerit uirtute diuina immediate uel mediante aliqua uirtute creata? Ad hoc autẽ dico q̃ Deus triplici uirtute aliquid operatur. Nam aliqua facit immediate sua uirtute, quæ est sua essentia, sicut creauit cœlũ & alias primas creaturas nou mediante alia creatura, alioqui in creaturis iretur in infinitum. Aliqua uero mediãte uirtute sua & uirtute quæ alicui creaturæ est naturaliter, sicut calefacit sua uirtute & mediante calore, cùm Deus sit causa oĩum effectuũ & oĩum operationũ. aliqua uero mediãte sua uirtute & mediante uirtute creata nulli creaturæ naturali, sed existẽte intẽtionaliter in creatura etiã corporali, eo modo quo motus est in serra à secante sicut iustificat aĩam per talem uirtutẽ existẽtẽ in sacramentis ꝑ ea quæ dicit Cap. in 4. di. 1. q. 1. Igitur virtus diuina sumitur duobus modis. Primo ꝓ essentia diuina, & scđo ꝓ uirtute creata influxa à Deo creaturæ supernaturaliter. i. sic q̃ nulli creaturæ est naturalis. Tũc respondeo ꝑ multas cõclusiões Prima. Quęcũq̃ fiũt naturaliter uel miraculose, fiũt ꝑ diuinã essẽtiã q̃a ipsa cũ sit cã oĩum cãrũ, est ẽt cã oĩum effectuũ. Secũda Nõ tñ omnia q̃ fiũt sola diuina uirtute primo mõ, sed cum ea concurrit aliquando

Aliquando uirtus naturalis, & aliquando uirtus diuina secundo modo, i. creata. Nã actiones rerum naturalium nõ sunt immediate à Deo solo, sed ab ipsis uirtutibus naturalibus ut calefactio à calore, ut probat S. Tho. 3. cõtra. c. 69. & 70. Actiones ẽt sacramentorũ nouæ legis, puta iustificatio animæ per gratiã, & conuersio panis & uini in carnem & sanguinem, similiter fiunt uirtute creata immediate, sed non naturali, sed diuina secundo modo, ut probat idem. 4. dist. 1. q. 1. ar. 4. q. 1. Actiones etiã miraculorum factorũ; per sanctos aliqñ sunt immediate per aliquam talẽ uirtutẽ, quãdo. s. ex potestate & non orando miracula faciũt sicut beatus Benedictus dissoluit rusticũ loris alligatũ aspectu suo tantũmodo ut etiã idẽ dicit po. qõ. 6. ar. 4. Deus tñ non utitur talib. uirtutib. quasi sine eis oĩa effectiue facere non possit quæcunque ꝑ illa efficit, sed ut creaturas sibi magis assimilet, & magis eisdẽ suã cõmunicet bonitatẽ, quia melius est assimilari Deo in duobus, scilicet in esse, & in esse causam alicuius quam in uno tñ, scilicet in esse. Tertia. Aliqua tamen fiunt sola diuina virtute, primo modo, id est sola diuina essentia, nulla instrumentali uirtute concurrente, Hoc enim patet de primis creatis. Et sicut dicit S. Tho. de ipsa resurrectione nostra futura ad quã nihil Angeli cooperabuntur, licet aliqua præcedẽtia sint facturi, puta cinerum collectionem, ut idem dicit. Quarta. Christus omnia sua miracula fecit diuina uirtute, ut probat San. Tho. 3. q. 43. ar. 2. quia, inquit, solus Deus mutare non potest ordinem naturæ quod pertinet ad miraculi rationem. Vnde dicit Leo ad Flauianum. Cùm in Christo sint duæ naturæ. Vna earum est. s. diuina, quę fulget miraculis. Altera scilicet humana quæ succumbit in iurijs. Quinta. Quædã tamen miracula fecit Christus ut uidetur quibusdam sola diuina uirtute primo modo, sicut Lazari suscitationem. Quædam uero etiã diuina uirtute secũdo modo sicut leprosi huius mundationem, sic ꝙ à diuinitate deriuabatur ad illam beatã humanitatem uirtus effectiua miraculorum quæ ei non erat naturalis. Ista enim conclusio est de mente S. Tho. 3. q. 13. arti. 5. ubi dicit animam Christi habuisse uirtutem ad faciẽda quædam miracula circa corpus suum, & in 3 q 6 . ar. 3. ad secundum ubi sic dicit. Christus uenerat sa'uare mundum non solũ uirtute diuina, sed per mysterium incarnationis ipsius. Et ideo frequenter in sanatione infirmorum non sola diuina potestate vtebatur curando per modum imperij, sed etiam aliquid ad humanitatem eius pertinens apponendo. Vnde super illud Lu. 4. Singulis manus imponens curabat omnes, dicit Cyrillus. Quamuis vt Deus potuisset omnes verbo pellere morbos, tangit tamen eos ostendens propriam carnem efficacẽ ad præstanda remedia. Hæc S. Tho. Posset tamen quis sine peccato tenere ꝙ in omnibus miraculis Christus vtraq; diuina virtute vtebatur: ita quod ab eius deitate non solum ad humanitatem, sed etiam ad uestes & ad alia corpora ei coniuncta deriuabatur supernatnralis virtus vsque ad rem. in qua fiebat miraculum, puta vsque ad infernum in suscitatione Lazari, & hoc repente & subito sicut à sole in instanti diffunditur possibiliter vel de facto lumen à cælo vsq; ad terram, & ab oriente vsque ad occidentem.

Sed contra prædicta, Primo. Nam si Christus fecit miracula virtute diuina in faciendo fuisset omnipotens, sicut & ista virtus omnipotens est, sed hoc est falsum, quia dicitur Mat. 6. quod non poterat ibi, scilicet in patria sua vllam virtutem facere. Solu, illud nõ intelligitur de potentia eius absoluta, sed quia non erat congruum operari miracula inter incredulos, vt dicit S. Tho. 3. q 43. ar. 1. ad primum. Vnde subditur ibidem, & mirabatur propter incredulitatem eorum. Et secundum hunc modum dicitur Gen. 8. Num celare potero Abraam quæ gesturus sum. Et Gen. 19. Non potero facere quicq̃ donec ingrediaris illuc. Secundo. Nam si fecisset miracula diuina virtute aut potestate, nõ orasset, q a ẽt nec sancti orant qñ miracula ex potestate faciũt scd̃m Greg. Sed hoc est falsum q a orauit in suscitatione Lazari, Io. 11. & panũ multiplicatione. Mat. 14. So. Ad hoc dicit S. Th. vbi supra ad scd̃m post Chry. ꝙ q a de Xp̃o oportebat credi ꝙ à pr̃e sit, & ꝙ ei ęqualis sit Xp̃s vtrũq; oñdebat, nũc orãdo, & nũc ex potestate miracula faciẽdo. In minorib. q̃dẽ vt in panũ augmento, respiciendo cęlum, Et in maiorib. puta relaxatione peccatorũ, & mortuorũ suscitatione, cũ potestate operãdo, qđ aũt Ioã. 11. dr̃ Lazarũ suscitaturus oculos in cœlum leuasse non ꝑ suffragij necessitatem sed propter exemplum hoc fecit.

Vbi ibi dicit, propter populum qui circumstat dixi, vt credant quia tu me misisti. Tertio. Si leprosum mundauit diuina virtute, creata tantum, sequitur ꝙ virtus spiritualis esset in corpore. Nam illa virtus agebat in spiritu, puta in animas, eas iustificando, qa cum Christus venisset propter animam principaliter secundum San. Tho. non prius curabat corpora animas, & consequenter erat spiritualis, quia vt dicitur in li. sex principiorum, impossibile est non corpus, puta spiritum, corpore. i. corporali virtute moueri Solutio. Non inconuenit spiritualem virtutem esse in corpore per modum inuentionis vel transeuntis, sicut conceptus scriptoris est in calamo aliquo modo. Vide de hoc Capreo. 4. dis. 1. q. 1. conclusione. 4. & in solutione argumentorum contra ipsam.

Quæri etiam potest vtrum Christus potuerit secundum aliquam scientiam suam aliqua ignorare, & consequenter mirari. Vide 9. q 10. ar. 2. q. 11. art. 1 q. 12. ar. 1. Et vtrum in inferno erit fletus. Vide quodlibet. 7. q. 5. ar. 3.

Dominica. 3. post octauam Epiphaniæ.

Quæstio. 19.



QVAERITVR vtrū vniuersalis ecclesia designata per nauiculam secundum glo. quandoque sit sic procellis conquassanda vt patiatur naufragiū. Ad quod dico quod non. Hoc autē patet. Primò ꝑ dictum Aug in lib. de catholica fide dicentis. Nauicula. i. ecclesia Christi in medio mari videlicet mundi diu iactata est fluctibus, sed vexata non, dissoluta aut summersa, quia ille imperauit vento & mari qui eidem ecclesiæ promisit se vsque ad finem assuturum.

Secundo per dictū Ambr. in quodam ser. dicētis. Nauim ecclesiam debemus accipere in salo huius mundi cōstitutam, quæ & si vndarū fluctibus aut procellis sæpe vexetur, tū nunquam potest sustinere naufragium.

Patet tertio per illud Mat. 17. f. portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hoc enim non esset uerum si aliquando uexationibus conquassata naufragij dispendia pateretur. Patet quarto ex ratione Sancti Tho. 1. 2. q. 106. ar. ulti. Dicit enim quòd cùm status mundi possit uariari dupliciter, scilicet secundum quòd stante una & eadem lege homines se habent diuersimode ad illam obseruandum, & secundum diuersam legem. Primo modo sicut status legis ueteris diuersimode fuit mutatus, ita etiam status nouæ mutabitur secundum diuersitatem locorum ac temporum. Non tamen expectandus est status in quo perfectius habeatur gratia spiritussancti quā habita sit hactenus, maxime ab apostolis, qui primitias spiritus acceperūt, & tpe prius & cæteris abundantius. secundū glo. Rom. 8. Sed secundo modo dicit, quòd huic statui non succedet alius. Nam status, inquit, ueteris legis successit status nouæ sicut perfectior pôt quam status nouæ legis, quia nihil pôt esse ultimo fini propinquius q̄ ꝙ ad illum immediate introducit, quòd facit noua lex Tanto est aūt unumquodque perfectius quanto ultimo fini propinquius. Hæc ille. Patet etiam ultimo testimonio ꝓphetico. Nam Daniel. 2 ca. Daniel declarauit Nabuchodonosor exponendo significatum statuæ quam uiderat Rex, & dicit futura esse quatuor regna. seu quatuor monarchias scilicet regnum Chaldeorum, regnum Medorum & Persarum, regnum Græcorum, & regnum Romanorum. Et deinde subiungit, di. In diebus regnorum illorum suscitabit Deus regnum cœli. i Christianitatem, uel ecclesiam, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius i. Christi (quem iam nominauerat in suo signo. i. lapide pracioso sine manibus) populo alteri non tradetur. Comminuet autem & cōsumet uniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum secundum quod uidisti quod de monte abscisus est lapis sine manibus i. Christus missus de cœlo sine uiri semine, & comminuit testam, & ferrum & æs, & argentum, & aurum. Similiter etiam cap. 7. iterum describit dictas quatuor monarchias sub figura quatuor bestiarum. Deinde dicit filium hominis. i. Christum accipere à Deo regnum i. potestatem super Christianitatem & de illo regno subiungit. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod uon corrumpet. s. durante ista uita, sed in fine eius ex duabus prouincijs,

tincijs, idest ecclesia militante & triumphante fiet vna, idest triumphans quo ad bonos, Intelligo autem ecclesiam semper duraturam, quia semper in aliqua parte orbis dominabuntur Christiani, & in aliqua erit sedes beati Petri, sicut econuerso dicitur iudaeorum regnum & synagoga defecisse, quia nō habent dominium, sed vbique addicti sunt seruituti.

Sed contra praemissa Primo. Nam cùm defecerit fides, hostia, & sacrificiū, deficiet ecclesia, quia secundum Augu. vbi fides, ibi ecclesia. Sed praedicta deficient, quia dicitur Danielis 9. Deficit hostia & sacrificiū, & erit in templo abominatio desolutionis & vsque ad consumationem & finem &c. Solu. Dictū Danielis non videtur intelligi de consumatione mundi, sed Hierusalem. Dato autem q̄ loquatur de fine mundi & abominatio antichristis, tamen non deficiet fides totaliter. Et si deficiat sacrificium altaris in aliquibus terris quas inuadet, quia Christus Lu. 22. policitus est pastori ecclesiae suae. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua & Christus exauditus est pro sua reuerentia. Heb 5. ca, Et hoc in omni oratione, quia semper pater eum audit, vt dicitur Ioa. 11 Quia vero Daniel dicit regnum Christi perpetuum, & quia destructa sede regali, regnum videtur destructum, sicut capta Hierusalem destructum est regnum Iudeorum. estimo quod vsque ad finem mundi durabit sedes apostolica, etiam tempore feruidae persecutionis Antichristi, licet tunc multa Christianorum regna occupabit, sicut & Maumeth fecit, quē quidam dicunt fuisse antichristum quorum sententiam licet approbare non velim, nolo tamen reprobare, quia multum est mihi apparēs Secundo. Nam Luc. 18. dicitur. Veruntamen filius hominis veniens putas fidē inueniet in terra. q. d. non. ergo &c. Solutio. Illud non dicitur quia fides sit omnino defecta, sed propter paucitatem fidelium, qui erunt tēpore Antichristi. Vel hoc dicitur nō propter fidelium paucitatem, sed propter fidei remissionem, quia erit, quidem fides in multis, sed & exigua & tenuis.

Quaeri etiam potest vtrum Christus conuenienter permittat suos in ventis tentationum ipso dormiente, id est sic se habente ac si ignoraret suos tentari. Vide. 2. 2. q. 165. artu. 1. Et vtrum aliquis timor possit esse naturalis. Vide. 1. 2. q. 4. ar. 3.

Dominica quarta post octauam Epiphaniae.

Quaestio. 20.

QVAERITVR vtrum inimicus homo, id est diabolus dictus homo propter conuenientiam in intelligendo, possit in agro Dei, id est anima humana superseminate zizaniam haeresum, vel non?

Respondeo. Ad haeresim quae in intellectu consistit essentialiter multa requiruntur. Primò, sensibile aliquod mouens sensum nostrum, quia omnis nostra cognitio, ortum habet à sensitiua, vt patet. 1. poster. & sensitiua à sensibili. vt patet ad sensum. Et secundo phantasia quae est motus factus à sensu, quia necesse est intelligentem phantasmata speculari. i. formare, phantasmata, speculari, id est formare phantasia ex quibus, & in quibus videat rem. Et tertio lumen intellectus faciens phantasmata habilia ad imprimendum speciē intellectu possibilem. Quarto species intelligibilis faciens intellectum inquantum est intellectus, licet primus esset in actu inquantum res quadam, quia ipse de se est sicut tabula in qua nihil est scriptum, & est pura potentia in genere intelligibilium, & consequenter non potest intelligibiliter agere, id est intelligere, cum potentia non sit principium agendi, sed actus, seu forma. Quinto requiritur verbum formatum ab intellectu actuato per speciem intelligibilem, quia etiam Deus non potest intelligere se vel alia sine verbo, & multo minus Angelus etiam intelligēdo essentiam suam; & multo minus etiam homo. Sexto requiritur iudicium quo verbum simplex de verbo simplici affirmetur aut negetur. quia haeresis est credulitas falsi falsum autem est solum in compositione & diuisione existēs, propriae. Septimo requiritur obstinantio ex parte uoluntatis, quia secundum August. & sanc. Tho. 2. 2. q. 11. artu. 2 si aliqua opinio sit haeretica, & tenens eam non sit obstinatus, ipse non est haereticus & consequenter opinio

haeretica

hæretica non est hæresis, sed tamen efficitur hæresis superueniente obstinatione Diabolus igitur potest seminare hæresim quo ad primū, quia ut patet ex dictis ser. 3. post tertiam dominicam aduentus, potest aliquod & quodcunque sensibile supponere oculis & sensibus nostris. Et similiter, quo ad secūdū, ut ibi patet. Non autem quo ad tertium, id est lumen, quia licet absolute possit illud intendere, non tamen ex suppositione sui finis ut ibi patet. Et probat sanctus Thom. 1.q.3. arti.1. Nec quo ad quartum.i.speciem. Nam ut colligitur ex sancto Thom. q.16. articu. 12.& 2. distin.19. arti. 5. nec Angelus malus nec bonus potest influere species in intellectum humanum. licet possit uterque aliqua signa exteriora adhibere, qu bus homo excitatur ad intelligendum & possit illustrare & illuminare species imag.narias. Nec quo ad quintum, quia in libertate nostræ uoluntatis est, ut hac specie uel illa utamur, & consequenter ut iudicemus secundum illas, uel nō iudicemus. Nec quo ad sextum, ut patebit in alia quæstione, quia de uoluntate non se potest impedire nisi suadendo. Est ergo causa hæresis licet insufficiens. Et hoc potissime duobus modis. Primò scilicet illustrando & ordinando phantasmata, ut homo sciat bene dubitare & cogitare falsa, quæ tamē diu dicare non possit. Vnde & hac ratione non intendit lumē intellectus sicut posset, ne scilicet homo sciat dissoluere nodos in quos inducit. Et secundo persuadendo firmitatē in falso iudicio eo modo, quo & alia uitia uoluntati suadet.

Sed contra præmissa. Primò. Nullum enim procedens ex libero arbitrio seminari potest à diabolo. Sed huiusmodi sunt hæreses, quia secundum Hierony. & habetur 23. q.3. in cap. hæresis. Hæresis græce ab electione dicitur, quòd scilicet eam sibi unusquisq. eligat disciplinam, quam putat esse meliorē, ergo &c. Solutio. Negatur minor, quia licet diabolus non possit super liberum arbitrium mouendo illud, secus suadendo. Vnde dicit Aug. 4. de Trinita. Diabolus sua subtilitate malignos affectus inspirat, & sic superseminantur hæreses.

Quæri etiam potest utrum hæretici sint extirpandi per mortem. Vide. 2.2. quæstio. 11. articu. 3. & utrum diabolus possit in uoluntate seminare zizaniā odij, & uitiorum mouendo illam effectiue. Vide. 1.q 3. ar. 2 & 2.q.9.ar.6.3. contra gen.ca.88.

Dominica in Septuagesima.

Quæstio. 21.

Quæritur utrum denarius diurnus, idest qui pro labore diurno, seu diei unius reddi consueuit, i. Deus uel beata uisio omnibus laborantibus in uinea domini sit eiusdem ponderis, ac ualoris. Respondeo ex sancto Tho. 1 2 q. 5. ar. 2.& 4. dist. 49. q. 4. quæstiuncula 2. colligitur sequens doctrina. Gradus beatitudinis est attendendus secundum gradum perfectionis in operando, quia beatitudo in operatione consistit. Pensatur autem perfectio operationis in qua fœlicitas consistit ex duobus. Ex parte scilicet operationis & ex parte obiecti. Vnde philosophus dicit in Eth. quod perfectissima operatio est altissimæ potentiæ perfectæ habitu nobilissimo, quòd est ex parte operantis, & respectu nobilissimi obiecti. Igitur cùm in ratione beatitudinis includantur duo, scilicet finis ultimus, qui est summū bonum, & eius adeptio uel fruitio. Vna beatitudo non potest esse maior alia, nec possunt in ea esse gradus ex parte obiecti operationis seu quantum ad ipsum bonum quòd est beatitudinis obiectum, & causa, quia illud non est nisi unū omnino idem. i. Deus uel essentia Dei, potest tamen unum esse beatior ex parte operantium, seu quantum ad ipsam adeptionem uel fruitionem huiusmodi boni, quia secundum quòd habitus perficiens ad ipsam operationem, idest lumen gloriæ erit perfectior in uno, quam in alio erit perfectior operatio & delectatio maior. Sed cōtra uidetur ꝙ unus non possit alio esse beatior. Primo. Nam hic dicitur ꝙ acceperunt singulos denarios, quia scilicet ut dicit Grego. æqualem eternæ uitæ retributionē sortiti sunt. Solu. Vnitas denarii significat unitatem beatitudinis ex parte obiecti, sed diuersitas mansionum diuersitatem eiusdem secundū diuersum gradū fruitionis. Secundo. Nam summo non potest esse maius, sed beatitudo est summum bonum, ergo beatitudo unius non est maior q̄ alterius. Sol. est summum.

mum bonum inquantum est possessio siue fruitio summi boni. Tertio. Nam vel homo non est beatus uel beatitudo non potest esse maior, quia si deest aliquod bonũ quod suppleri possit, desiderium hominis non quietatur: si autem nihil deest, non poterit esse maius bonum. Solu. Nulli beato deest aliquod bonum desiderandum, quia habent bonum omnis boni, sed dicitur quis alio beatior ex diuersa eiusdẽ boni participatione. Beatitudo autem non consistit in gradu habendi Deum, quia cùm quocunque habito, haberi possit alius, nullus esset beatus, sed consistit in habendo seu videndo Deum. Additio autem aliorum bonorum non auget beatitudinem. Vnde dicit August. 5. confessio. Qui te & alia nouit non propter illa beatior, sed propter te solum beatus. Hæc omnia ex sancto Tho. Ex quibus patet quod ille denarius, id est Deus visus est eiusdem valoris in se, sed non capientibus illum, quia non omnes capiunt eum secundum totum eius valorem, sed secundum plus ac minus. Sed denarius id est visio Dei illa in se non est vna omnium nec eiusdem valoris, sed est nna extrinsece, quia est de vno obiecto.

Quæri etiam potest vtrum valor istius denarij sit futurus maior post iudicium. Vide 4. dist. 49. q. 1. ar 4. quæstiuncula. 1. & vtrum laborantes in vinea recipiunt diuersum valorem illius denarij secundum diuersitatem laboris exerciti, vel secũdum duiersitatem charitatis & affectus quo laborat. Vide 4. distin. 49. q. 1. ar. 4. quæstiuncula vlti.

Dominica in Sexagesima.

Quæstio 22.



QVAERITVR vtrũ Christus qui docẽdo parabolis & similitudinibus vtebatur, debuerit significarẽ diuina p corpora vilia puta p semẽ & seminatorẽ, & terras ac spinas vel per nobilia puta solem, lunam, astra, & superiores substantias? Respon. De hoc Sanctus Tho. 1. distin. 34. quæst. 2. arti. 2. sic docet Diony. 3. ca. cœle. hierar. ostendit conuenientius significari diuina per creaturas viliores, quàm p nobiliores. Primò, quia per ista magis occultantur diuina his quibus occultanda sunt, id est indignis. Secundo, quia modus cõuenientissimus significandi diuina est per negationem. Sed viliora magis negãtur, & distant à Deo, quã alia. Tertio, quia nobis datur minor erroris occasio in talibus. Si enim de Deo diceretur corpora nobiliora p similitudinem de facili simplices aliqui vix præter sensibilia aliquid cogitare valentes possent credere illa de eo dici secundum proprietatẽ quod non contingit si Deus dicatur uile animal. Inuenitur tamen Deus in scriptura ẽt nobilioribus creatnris designari sicut sole & stella, & huiusmodi, sed non frequenter. Sed contra. Primò. Nam oĩs trãsumptio nominis fit per modum similitudinis. Sed in rebus vilibus non sunt nobiles conditiones, ex quibus similitudo ad Deum possit attendi, ergo ex talibus non debent transumi omnia ad diuina. Solu. Nihil omnino caret participatione diuinæ bonitatis, ideoque ex rebus quantumcunque vilibus possunt assumi aliquæ conditiones conuenientes ad diuinam. Quædam tamen nomina creaturarum non tantum nominant id qđ creatum est, sed etiam defectum culpæ annexum, sicut ly diabolus nominat naturam deformatam peccato, & ideo talibus nominibus vel non possumus transumptiue ad significanda diuina. Secundo Nam quanto in aliquibus rebus inuenitur expressior Dei similitudo, tanto magis inde nomina transumi debent ad significanda diuina. Sed in Angelis incorporeis expressior est similitudo Dei quàm in corporibus, ergo &c. Solu. cum in Angelis possimus considerare ipsas eorũ perfectiones, & modum habendi eas qui cõuenit naturæ, vel ordini eorum perfectionũ nomina dicuntur de Deo proprie, & non symbolice, sicut dicitur sapiens, & iustus, sed nomina exprimentia illum modum nõ possunt dici de Deo proprie, nec etiam metaphorice, quia metaphora sumenda est ex manifestis sensui. Et ideo nunquam inuenimus in scriptura Deum nominatum Cherubin, vel Seraphin, vel huiusmodi. Sciendum est tamen quòd cùm in vna re sint diuersæ proprietates non inconuenit si ex eadem re fiat transumptio ad contraria, vt Deus dicatur leo ratione fortitudinis, & diabolus similiter dicatur leo ratione crudelitatis.

Quæri

Quæri etiam potest utrum Christus debuerit diuina uerborum obscuritate uelare. Vide Thoma 3. q. 2. art. 4. Et utrum conueniens fuerit Christum tantum frequẽtare parabolas. Vide. 1. q. 1. ar. 9. & primo in prologo.

Dominica in Quinquagesima.

Quęstio. 23.



VAERITVR Vtrum Christus fuerit occisus à Iudæis & gentilibus ut uidetur dici in hoc euãge. uel certe ipse seipsum occiderit sponte ponendo aĩam suam, ut uidetur ipse dicere. Ioan. 10. c. Nemo tollit à me aiam meam &c. Respondeo. Ad hoc responderi potest ex doctrina sancti Tho. primo quodl. q. 2. ar. 2. dicentis sic. Ad uidendũ causam mortis Christi qui sine dubio in cruce mortuus fuit, considerandum est ꝙ potestati eius suberat quicquid pertinet ad humanam naturam in Christo, quod in aliis non contingit, ut. s. uoluntati eorũ subiaceat quæ sunt naturalia, quia ipse fuit uerus Deus & uerus homo. Vnde hæc assignatur causa, quare anima eius simul fruebatur & patiebatur, quia. s. eo nolente hoc factũ est, ut. s. à superioribus uiribus ad inferiores redundãtia non fieret, nec inferiores propter suam passionem retardarent superiores ab actu suo ꝙ in aliis non cõtingit propter naturalem potentiarum adinuicem coniunctionem. Similiter autem in proposito suberat eius uoluntati quando naturam resisteret nocumento illato, & consequenter mors retardaretur, & q̃n cederet, ex qua cessione sequitur mors uiolenta. Vnde eo uolente natura restitit nocumento illato usque ad finẽ plus quã in aliis possit, ita ꝙ in fine post multum sanguinis effusionẽ quasi integer uiribus clamauit uoce magna, & statim in eo uolente natura cessit, & tradidit spũm ut se ostenderit dñm naturæ, ac uitæ & mortis. Vnde hoc admirans Cẽturio dixit. Vere hic homo filius Dei erat. Igitur Iudæi ipsum occiderunt, quia intulerunt nocumentum mortiferum, & tamen ipse animam suã posuit, & tradidit spiritum, quia quando uoluit naturaliter cessit. Sed contra. Nam secundum hoc ipse fuisset homicida. Sol. Non est culpandus propter hoc quasi sui homicida, quia cùm corpus sit propter animam nõ e conuerso, iniuria quidem fit animæ cũ per nocumentum expellitur de corpore contra naturalem suum appetitum. Si tamen anima in sui potestate haberet quando uellet a corpore recedere, & iterum quãdo vellet aduenire, non esset maioris culpæ si deseret corpus quàm quòd habitator deserat domum, licet culpæ sit quòd inde expellatur inuitus. Hæc sanctus Thomas.

Sed contra istam solutionem. Nam ꝓ hoc quòd anima Christi habebat in sui potestate reintrare corpus non tollitur, quia fuerit à corpore separata in uita, quia separauit se quidem per voluntatem, sed tamen contra eius naturalem inclinationem, & contra sensualitatem. So. Dico dupliciter. Primò quòd non fit iniuria animæ si pars eius nobilior. i. ratio iudicet bonum egredi corpus contra inclinationem inferioris partis, quia quod enimæ est bonum secundum partem nobiliorem, est ei bonum simpliciter. Vnde non est peccatum habitatori si ipsemet deserat domum contra aliquam suam inferiorem inclinationem, licet esset peccatum si alius eum expelleret. Secundò quòd licet aĩa Christi potuisset deserere forte corpus suum sine cuiuscunque vulneris illatione, tamen hoc non fecit, sed egressa est præualente vulnere per Christi voluntatem. Christum ergo animam posuisse quantum pertinet ad hũc passum, est ipsam non voluisse conseruare naturam nisi vsque ad illud instans Modo non est propter hoc homicida si miraculum (vt ita dicam) quod aliquo tempore rationabiliter fecit semper facere non voluit. Sicut nec esset homicida purus homo qui est infirmus aut vulneratus si non rogat Deum vt sanetur, dummodo non omittat quæ naturaliter fieri possunt.

Quæri etiam potest vtrum conueniens & necessarium fuerit Christum pati pro generis humani salute. Vide 3. quæstio. 46. articuli. Et vtrum conuenienter elegerit Hierosolymam passioni. Vide 3. quæstio. 46. artic. 10.

Feria autem 3. in capite ieiunii quæritur.

Vtrum ieiunare sit de iure naturæ. 2. 2. q. 147. ar. 3.

Vtrum

Vtrum quis per ieiunium mereatur indigne uitam æternam. 1.2.q. 114.artic.3.& 2. di.27.

Feria 5. quæritur sicut dominica secunda post octa. Epipha.

Feria sexta quæritur.

Vtrum sit Deo gratius amicum quàm inimicum diligere. 2.2.q.27.artic 7.

Vtrum oratio debeat esse uocalis. 2.2.q. 83.artic.12.

Sabbato quæritur.

Vtrum corpus Christi ambulando super aquas habuerit dotem agilitatis. 3. q.45.artic.2.

Vtrum uentus contrarius tribulationum & tentationum sit appetendus. 2. di.21.q.1. ar.3.3.q.41.artic.2.ad secundum.

Dominica. 1. in Quadrage.

Quęstio. 24.

QVAERITVR Vtrum quilibet Christianus teneatur esse contentus ꝙ ieiunium quadragesimale sit institutum sub præcepto à Deo, uel ab Ecclesia,& alacrius suscipere tempus quadragesimale, quàm tempus nuptiarum regis? Respon. Sicut patet per Archi. in 2. parte chronicæ. tit. 12, cap. 3.§.14. Quadragesimam (ut dicitur) à Petro institutam. 2. feria post primam eius dominicam.& Greg. 2.4.fer. cinerum ut conformemur Christo in ieiunio 40.dierum, qui & declarauit non solum à carnibus, sed etiam ab ouis & caseo abstinendum, ut patet di.4.c. denique. Dico igitur primò quod quilibet qui potest ieiunare tenetur alacriter, alacritate rationis hoc tempus ieiunii completi quantum ad abstinentiam pertinet. Quilibet enim cui fit aliquod præceptum à Deo uel homine, authoritate Dei tenetur illud implere sponte,& consequenter alacriter secundum rationem deliberatam, quia Ber. de dispen. & præce. sic dicit. Siue Deus, siue homo uicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit, pari obsequendum est cura, pari reuerentia deferendum. Sed de ieiunio 40. est factum præceptum cuilibet potenti ieiunare post. 21. annum, ut patebit infra in quæstionibus moralibus. Dico secundo, quòd licet quilibet stante præcepto, teneatur alacriter illud implere,& uelle implere, ut dictum est: nullus tamen tenetur esse contentus quod hoc præceptum sit ab ecclesia promulgatum. Nam ista est differentia inter præcepta Dei & ecclesiæ, ꝙ præcepta Dei quilibet tenetur uelle esse facta, dicente Heruco, quòd quæ Deus fecit, tenemur uelle esse facta, quia præcepta Dei sunt de actibus uirtutum, quæ omnibus placere debent. Vnde dicit Aug. super psal. 66. Non est amicus recti, qui, si fieri posset, mallet quod rectum est non iuberi. Secus autem de præceptis Ecclesiæ nisi quatenus illa sunt de aliquo, de quo est & præceptum iuris naturalis, quia cùm ecclesia de interioribus se non intromittat, nisi quatenus habent necessariam colligationem cum exterioribus, teneor quidem uelle facere quod ille me facere sed non teneor uelle quod ille uult me uelle. Vnde præcipere non potest quod ieiunem hac uel illa intentione, licet præcipere possit quòd ieiunem, & consequẽter quasi per accidens ratione colligationis quod uelim ieiunare. Dico tertio quòd quilibet nihilominus debet gaudere de tali uel consimili præcepto, quia est ualde rationabile, ut scilicet tempore quo peccauit Adam, cùm etiam mundus sit factus eodem tempore secundum rabbi Moysen, scilicet in Martio. quia dicitur Gen. 1. Germinet terra herbam uirẽtem. Vnde Exo. 12. Martius dicitur primus mensis,& omnes astrologi suas calculationes incipiunt ab arietis signo, quòd circa m. dium Martii ingreditur Sol. Rabbi autem Helizer tenet quod in Septembri, quia dicitur,& facientem semen, Deus facit opera perfecta. Sed ecclesia tenet primam opinionem, ut dicitur, & est rationabilior, quia non inconuenit Deum aliquid fecisse in sui principio imperfectum quòd postmodum ipse perfecerit. Et tenent alioqui ꝙ sit factus 8.cal. Aprilis. i. 25. Martii in æquinoctio, q̃a diuisit Deus lucem à tenebris. Sed forte melius dicunt alii, quod 14.calen. Aprilis. 20. Martii. Circa idem etiam tempus Christus pro nobis est humanatus & passus. Et etiam in eodem climate in quo Adam peccauit, ut rationabiliter apparet, quia illud quartum clima, in quo est Hierusalem secundum Alb. de natura locorum est temperatissimum,& consequenter in eo est paradisus terrestris.

Quid ergo est rationabilius quā vt eodē tēpore pœniteas. Et 40. diebus secūdum institutionē Greg. vt cōformes te capiti. Vel 36. secūdum institutionē beati Petri vt temporis totius anni decimam soluas. Sed cōtra. Nam in primo die Quadragesimæ ecclesia proponit epistolā Ioel. ca. 2. in qua hortamur ad ieiunium cum fletu ergo non est alacriter suscipiendum. So. In hoc ieiunio si consideretur sola ratio præcepti, & fructus ieiunii nulla est causa tristitię, sed alacriter est explendū, sed si consideretur in ordine ad peccata quæ illud mortificamus & dolemus, debet esse cū fletu. Vnde si quis carens omnino peccato ieiunare deberet sine dolore rationis, nisi forte doleret pro peccatis alienis.

Quæri etiam potest vtrum fuerit conueniens Christum tentari, vide. 3 q 41. ar. 1. Et vtrum diabolus tentans superatus ab homine decreto præsumat illum tentare. vide 2. dist. 6 q. 1. ar. 5. 1. q 44. ar. 5.

Feria. 2. quæritur.

Vtrum cum solo originali decedentes cōparebunt in iudicio. 4. dist. 47. ar 4.

Vtrum filio magis conueniat iudicare quàm patri. 3. q. 59. ar. 1.

Feria. 3. quæritur.

Vtrum Christus fuerit propheta. 3. q 7. ar. 8.

Vtrum Deus spiritualiter inhabitat spirituale templum, i. animam iusti. 1. q 43. articu. 3.

Feria 4. quæritur.

Vtrum quæcunque prædicit Deus semper eueniant. 1. q. 9. ar. 6. 1. di 46. & 47.

Vtrum peccata dimissa redeant per recidiuum. 4. distin. 22. qua stio. 1. arti. 3. q. 88. artic. 1.

Feria. 5. quæritur.

Vtrum veri discipuli Christi per gratiam eius liberentur à seruitute peccati. 1 2. q. 109. ar. 7.

Feria sexta quæritur.

Vtrum peccatum mortale semper hominem priuet diuina filiatione. 3. q 83. ar 3.

Vtrum Angelus posit moueri localiter. 1. q. 53 ar. 1.

Vtrū motus Angeli in assumpto corpore sit vita. 2. q. 53. ar. 3. 2. di. 8. ar 4.

Sabbato quæritur.

Vtrum corpus gloriosum videri posit ab oculo non glorioso. 4. di 40. q. 6.

Vtrum lux transfigurationis Christi esset à corpore uel ab anima 3. q. 45. ar. 5.

Dominica 2. in Quadragesima.

Quæstio 25.



Quæritur vtrum diabolus obsidens hominē semper æqualiter eū affligat, vel magis vno tempore quā alio? Respondeo. dico, Primò quòd diabolus quo ad vires rōnales i. intellectū & voluntatem pōt aliquo tempore vexare magis, vel minus, vel tantū, nisi exterius proponendo, quia in has vires imprimere cùm nō possit formam nisi per corpus naturale, quod in spiritum agere non potest. Poßet tamen absolute augere impressam, id est lumen naturale intellectus, quod posset suo lumine confortare, sed hoc non potest si sit supposito à se intento, qui est homini deceptio, quia nullus potest operari sciēter quòd suæ intentioni repugnat. Dico secundo quòd diabolus potest hominem quo ad corpus, & vires naturales ac sensitiuas animæ affligere magis vno tempore, quàm in alio. Nā quicūque agit per corpus naturale tanquā pro instrumentū, potest aliquando magis, aliquando minus efficaciter operari, secūdum quòd passum magis, vel minus disponitur, quia omne tale corpus psupponit dispositionē in passiuo. Sed diabolus est huiusmodi, quia non pōt aliquam formam imprimere nisi per motū localem, vt dicit S. Tho. 1. q. 91. ar. 2 q. 114. ad secundum qui motus nō est nisi corporis naturalis. Dico tertio quòd hoc facit quandoque de facto, quod patet Primo, quia dicitur Mat. 13 quòd demon ad pceptū Christi exclamans, & multum, scilicet vltra solitū discerpēs hominem, exiit ab eo & factus est sicut mortuus. Et secundo, quia Sanct Tho. dicit. 1. q. 115. ar. 5. ad primum sic. Dæmones magis vexant lunaticos in augmēto lunæ propter duo. Primò quidem secundum Hier. & Chry. vt infament Dei creaturam, scilicet lunam. Secundo quia cùm non possint operari nisi mediantibus naturalibus virtutibus, vt supra dictum est, in suis operibus con

siderant corporum aptitudines ad effectus intentos. Manifestum est autem ꝙ cerebrum est humidissimum omnium partium corporis, vt dicit Arist. Et ideo magis subiicitur operationi lunæ, quæ ex sua proprietate habet mouere humorem Et quia in cerebro ꝑficiuntur vires animales, secūdum certa augmēta lunæ perturbant hominis phantasiā, quando ad hoc considerant cerebrum esse dispositum. Hæc ille. Dico quarto quod Deus hoc rationabiliter ac misericorditer permittit, quod patet per dictū S. Th. 3. q. 44. art. 1. ad quartum, dicentis Christus docere, & miracula facere venerat propter hominum vtilitatem principaliter quātum ad animæ salutem. Et ideo dæmones quos eiiciebat ab hominibus permisit vel in corpore, vel in rebus inferre nocumentum, propter salutem animæ, ad hominum, scilicet instructionem, sicut Mat. 8. permisit intrare porcos quod secundum Chry. super Matt. fecit non quasi à dæmonibus presuasus, sed primo, vt doceret magnitudinem nocumēti dæmonum, qui hominibus insidiantur, & secūdo vt omnes intelligant ꝙ nec aduersus porcos auderēt aliquid facere nisi ipse consensisset. Et tertio vt ostenderet ꝙ grauiora in homines illos exercuissent, nisi misericordia diuina fuissent adiuti. Et propter easdem causas permisit eum qui à dæmonibus liberabatur, ad horam grauius affligi, à qua tamen afflictione eum continuo liberauit. Hæc ille. Sed cōtra. Nam si possunt magis nocere vno tempore, quàm alio, est vel ex parte sua, vel ex parte patientium. Non primum, quia semper ipsi habent voluntatem nocendi, & potestatem æque intensam, alioqui si intendi, vel remitti posset, eorum velle aut posse, etiā posset corrumpi, quod est falsum, cùm non possit potētiam perdere, nec mutare voluntatem. Nec secundum, quia cùm inferiora corpora subiiciantur eorū volūtati ad nutum, semper possunt activa applicare passiuis. Nec valet dicere ꝙ passiua nō sunt semper æque disposita. quia possunt applicare ad nutum ea quæ disponunt. Sol. Dico hoc esse ex parte patiētium. Et licet quo ad motum localem obediant eis inferiora ad nutum, tamen hoc intelligitur nisi impediantur ab alio spiritu, puta à superiore Angelo qui inferiorē non solum potest impedire ne moueat, sed etiā eū potest ligare, vel etiam ab ipsa anima forte, quia licet ipse ordine naturæ sit inferior dæmone, tamē ex quo humanum corpus est eidem animæ ꝓportionatum, forte ꝙ ipsa anima quando bene corpori dominatur, aliquāliter impedit motum dæmonis. Quicquid autem sit de hoc, certum est ꝙ ipsa passiua nō sunt æqualiter disposita. Et licet possint ad libitū applicare corpora quæ disponūt passiua, tamen corpora ipsa dispositiua non possunt ad libitum dæmonum etiam applicata disponere, q̃a eis resistit naturalis virtus, quæ anima corpore denominatur, & forte ista ē causa ꝙ abhorret diabolus rutam in ore obsessi, quia scilicet ipsa dispōnit ad contrariū, quam faciunt dispositiua naturalia, quibus vt instrumentis vtitur dæmon.

Quæri etiam potest vtrum hominem peccantem mortaliter dæmon inhabitet per effectum malitiæ secūdum essentiam Vide 4 cōtra. Cap. 18. & 3. quodlibet. q. 3. ar. 3 Et vtrum dæmones vexent filiam Chananeæ, id est animam genitam ab ecclesia in purgatorio Vide. 4. distin. 21 quæstio. 1. artic. 1. quæstiuncula. 5.

Feria secunda quæritur.

Vtrum principium rerum sit vnum, uel plura. 1. q 55. ar. 1. 2. di. 1.

Vtrum Iudæi tenerentur credere Christo visibilia miracula non facienti, quodl. 2. artic. 6.

Feria tertia quæritur.

Vtrū magister in theologia tractans quæstiones curiosas peccet mortaliter. Henricus quodl. 2. q. 16.

Vtrum magister dicens in morali peccet mortaliter. Sanct. Thom. quodli. articu. 9.

Feria quarta quæritur.

Quid sit sedere ad dexteram Dei. 3. q. 57. ar. 1. 3. di. 2. 2. q. 3.

Vtrum Christus agentibus debuerit pati 3. q. 47. ar. 4.

Feria. 5. quæritur sicut dominica prima post festum Trini.

Feria sexta quæritur.

Vtrum Angeli sepiant homines per custodiam. 1. q. 113. 2. di. 11.

Vtrum mali quos Deus dicit male perituros semper male pereant. 2 2. quæst. 171 ar. 6.

Sabbato quæritur.

Vtrum Deus oculo misericordiæ uideat pecca-

peccatorem statim post contritionem antequam confiteatur.4.di.17.ar.10.

Vtrum peccator semper resurgat in gratia æquali, vel maiori.3.q.88.& 3.di.81.q.1.ar.3.

Dominica tertia in Quadragesima.

Quæstio 26.



Quæritur vtrũ sit vera consequentia, vel cõditionalis seu argumẽtũ quo vtitur Christus dicẽs? Si in digito Dei eiicio dæmonia pfectò venit in vos regnũ Dei, i. regnũ messiæ, vel Christi in lege pmissi. Respõdeo pculdubio sic. Et est argumẽtũ efficacissimũ, cũ eo summa veritas, & summa sapiẽtia vtatur, Ratio autem veritatis eius est duplex. Pro quarum prima sciendum est. Primò, quod Christus dæmones expellebat non solum à corpore, sed etiam ab anima, quod probabat sancta conuersatio eorum, quos liberabat.

Sciẽdum est secundo, quòd oportet quemlibet hominem esse super regno Dei, vel diaboli, & nõ põt sub vtroque simul esse. Est autẽ regnum vtrũq; principaliter super animã ita, ad regnum Dei pertinet qui est in gratia, etiã si scd'm corpus sit obsessus à dæmone, & ad regnũ diaboli ptinet qui est in peccato, quantũcunque vt corpore mundus ac purus. Licet aũt diabolus superior posset dæmonem à corpore humano depellere, nõ tamẽ à voluntate, quia solus Deus in ea operatur, scd'm S Th. Ita quia quilibet diabolus intendit auersionẽ humanæ voluntatis à Deo. Nullus ergo potest liberare hominem à regno diaboli nisi Deus. Tunc probo cõditionalẽ Christi. Primò ratione logicali. Nã ex opposito cõsequẽtis infertur oppositum antecedentis sic. Nõ peruenit in vos regnũ Dei .i ego non sum Messia, ergo non eiicio dæmones in digito Dei, i. virtute spiritussancti à corpore & anima, à qua nullus põt eiicere nisi Deus, & consequenter nullus homo nisi Messias, qui est Deus. Præterea oppositũ cõsequẽtis repugnat antecedẽti. Nõ enim stãt simul, non venit regnum Dei, & ego eiicio dæmones eo modo, s. quo eiicio idest à corpore & anima, quia isto modo nullus eiicit nisi Deus, & nullus Deus est homo, nisi Messias. Et secundo ratione Theologicali. Nam quandoque verum signum aliquid significat adesse, ipsum significatũ adest. Sed si Christus in digito Dei eiiciebat dæmones modo prædicto, signum Messiæ significabat illum adesse, quod patet. Nam diminutio prædicta potestatis diabolicæ ab hominum animabus signum erat aduentus regni Dei siue Messiæ scd'm illud numeri.44. Orietur stella quæ. s. magos ad Christum perduxit, & Christũ significabat lucẽ mũdi, ex Iacob nõ quasi ipsa stella descenderit à Iacob, vel surrexerit ab occidẽte vbi iacebat regio Iacob, i. Judæa, sed quia ex Iacob ortũ est significatũ p stellam, idest Christus, vel quia ipsa stella apparuit oriẽtalibus à parte Iudeæ, licet versus Iudæã moueretur. Et surget virga de Israel, i. Christus. q. dictus est virga q̃ est instrumẽtũ pcussionis, & suffragiũ sustẽtatiõis, q̃a Deus p Christũ attriuit diabolum & sustentauit fideles. Et percutiet duces Moab i dæmones principes idolatrarum. Igitur tunc aderat signatum. Sed tñ sciendum est cùm duplex esset diaboli super homines ptãs. Detinẽdi .s. in inferno, & Impugnandi. Prima p Christum sublata totaliter quo ad sufficientiam, & efficaciã, nisi quo ad morientes in mortali respectu quorũ est sublata solũ sufficiẽter, non efficaciter. Sed secunda est solũ debilitata, dũ Christus illũ vicit & hoĩbus contulit auxilia vincendi multa, vt sacramenta, & gratiam abundantiorem, & hmõi. Sed contra pmissa Nam filii Iudæorum quicunque sint illi virtute Dei eiicibant dæmones, & tamen ex illorum eiectione non sequitur adesse regnũ Christi, similiter nec ex eiectione exorcistarum Salomonis. Ergo nec hoc sequitur ex Christi eiectione. Solutio. Non est simile de exorcistis Salomonis, pp duo Primo. qa expellebant dæmones solum à corporibus. Secundo quia non expellebant eos propria virtute. Et sic de aliis quibuscunque, vel vtraque, vel altera ratione prædicta Secundo. Nã Christus maiora fecit quã expellere dæmones, & tñ ex illis nõ intulit aduenisse regnum Dei, ergo nec ex istis hoc debet inferre. Solutio. Primò quidem ex aliis miraculis virtualiter intulit idẽ, sicut cũ ad discipulos Ioannis interrogantes. Tu es qui venturus

 tus

tiecis productis a Deo. Secundo. Nam istud miraculum significabat eucharistiam, quæ in tritico conficitur. Ergo idem. Solutio. Negatur consequentia secundum Alber. magnum, quia hoc mirandum est quidem signum Eucharistiæ, sed remotu, & ideo non habuit expressam similitudinem in materia.

Quæri etiam potest. Vtrum repugnet perfectioni religionis habere pecunias in communi, unde possint emi panes & necessaria p religiosis de collegio, uel aliis indigentibus, sicut habuerunt Apostoli, ut ex multis colligitur. Vide. 2. 2. quæst. 188. art. 7. Et utrum Christo conueniret orare, sicut legitur aliquando in benedictione panum fecisse. Vide 3. q. 21. ar. 1. 3. dist. 17. art. 3. quæstiuncula prima.

Est autem notandum pro hac quæstiuncula & pro aliis, quòd licet quandoque in eis sit doctrina san. Tho. eam tamen non allegaui, q a uerba alteraui, aut aliqua superaddidi. Licet autem multæ earum sint Ioannis de Turre cremata, tamen cum similiter non allegauit, quia nihil ferè dixi eo modo quo ille dixit.

Feria 2. quæritur. de symonia ad libitum. 2. 2. q. c. & 4. dc. 25.

Feria 3. quæritur.

Vtrum Christus aliquid ab homine didicerit. Vide dominicam infra octauam Epiphaniæ.

Quæ sit ratio & figura omnium festorum ueteris testamenti. 1. 2. q. 102 ar. 4. 10.

Feria 4. quæritur.

Vtrum homo possit operari opera bona in nocte, i. post mortem. 3. q. 8. ar. 1. 3. di. 18. art. 2.

Vtrum Deum adorare corde uel corpore sit res Deo ualde grata. 3. distin. 9. articu. 10.

Feria 5. quęritur.

Vtrum Deus possit rem corruptam eandem numero reparare. 4. di. 44. ar. 1.

Vtrum idem numero surrexit iste adolescens, & nos resurgemus. 4. distin. 44. articu. 1.

Feria sexta quæritur.

Vtrum passionum turbatio fuerit in Christo. 3. dist. 15. & 3. distin. 46. arti. 6.

Vtrum omnis Christi oratio sit exaudita. 3. di. 173. di. 21. ar. 4.

Sabbato quæritur.

Vtrum pater mittat filium inquantum est æqualis patri, i. Deus. 1. q. 43. arti. primo. dist. 5.

Vtrum homo naturaliter sciri possit unde sit Christus, i. generationem eius. q. 1. 32. ar. 1.

Dominica de passione.

Quæstio. 28.

Quæritur utrum Christus melius dixerit, antequam Abraam fieret ego sum, quam si dixisset, ego fui uel fueram? Ad quod ex sancto Tho. 1. dist. 8. q. 2. arti. 3. respondetur. Ratio nostra non potest formare enunciationes nisi per uerba temporalia. Nam de aliquo non potest fieri enunciatio, nisi secundum quòd cadit in cognitione. Sed cùm omnem cognoscens secundum Boe. cognoscat per modum suum, rationi nostræ in statu uiæ est generale accipere cum tempore, quia eius cognitio causatur à sensibilibus, quæ in tempore sunt. Vnde etiam enuncians de Deo, licet intelligat ipsum esse supra omne tempus, cogitur tamen uerbis temporalibus uti. Hęc tamen false enunciat, quia esse diuinum habet in se omne esse quantum ad id, quod perfectionis est in omnibus. Et ideo enunciamus de eo omnium temporum uerba propter id, quod nulli tempori deest, & quicquid perfectionis est in omnibus temporibus ipse habet. Sed inter alia præsens per prius Deo conuenit inquantum non implicat successionem, nec aliquid habet de non esse inclusum. Dicuntur tamen de Deo & alia secundum id quòd perfectionis est in eis, & non ratione successionis, uel alterius defectus. Sed contra uidetur, quòd maxime de eo dicatur præteritum. Nam diuinum esse est perfectum. Sed præteritum inter alia maxime sonat perfectionem. Solutio. Dicitur. de eo præteritum ratione perfectionis, & quia non est nouum secundum ipse Deus præteritis non defuit. Aliquando tamen perfectio per præsens magis quã per præteritũ designatur scilicet perfectio eorum quorum esse consistit in permanendo, quia in hoc ꝙ sunt, habent perfectionẽ & prę teritũ dicitur scd̃m recessum ab

esse aliquando autem magis per præteritum quam per præsens, scilicet perfectio eorum quorum esse est in fieri, quorum scilicet perfectio non est nisi quando uenitur ad terminum, ut sunt motus, & huiusmodi successiua. Vnde in diuinis quæ dicuntur per modum permanentis, uerius significantur per præsens, ut Deus est bonus, sed per præteritum ea quæ significantur per modum actus. sicut dicit Grego. ꝙ magis proprie dicitur filius natus, quàm nasci.

Secundo uidetur etiam quòd præteritum imperfectum, quia Ioannes in principio sui Euangelii altissime de Deo locutus utitur eo ad significandam diuinam æternitatem dicens. In principio erat uerbum. Solutio. Magis proprie de eo dicitur quantum ad aliquid, quàm præteritum perfectum, quia terminationem non includit sicut præteritum perfectum. Nam licet in his quæ dicuntur per modum actus uerius dicatur præteritum perfectum, quia scilicet horum perfectio significari non potest nisi ex termino, tamen quæ significantur non permodum operationis, uerius significantur per imperfectum, quia horum perfectio non dependet a termino. Tertio uidetur ꝙ futurum. Nam diuina essentia maxime distat à defectu. Sed futurum inter alia est remotum à deficiendo. Solutio. Maxime remouetur à diuina prædicatione futurum, quia nondum est nisi in potentia, tamen obiecta imperfectione dicitur secūdum id quòd perfectionis est in ipso, idest secundum ꝙ longe distat à deficiendo. Hæc omnia san. Tho. Ex quibus patet ꝙ Christus bene dicere potuisset ego ero, & melius, ego fui, & ad huc melius, ego eram, & optime, ego sum.

Quæri etiam potest Vtrum in Christum cadere potuerit peccatum, Vide. 3. q. 15. articu. 1. & 2 siue.

Et utrum aliquis possit scire se audire uerba Dei, siue esse à Deo per gratiam, uide. 1. 2. quæstio. 112. art. ulti. ueri. q 10. ar. 10.

Feria secunda quæritur.

Vtrum homo naturaliter ire possit ubi est Christus, idest ad uisionem deitatis. 1. q. 12. art. 4.

Vtrum omnis faciens quod in se est credendo in Christo acquirat gratiam, sanctus Tho. 2. dist. 28. arti. 5.

Feria tertia quæritur.

Vtrum exemplo Christi liceat Christianis declinare persecutiones. 2. 2. q. 185. arti. 5.

Vtrum peccet qui timore ductus suam fidem non profitetur. 2. 2. q. ar. 2.

Feria quarta quæritur.

Vtrum miracula Christi ostenderint eum esse Deum, uide dominica 3. in aduentu.

Vtrum una diuina persona sit in alia. 1. q. 42. arti. 5.

Feria quinta quæritur.

Vtrum amor sit causa remissionis peccatorum. 1. 2. q. 109. ar. 7.

Vtrum Christus potuerit peccata remittere inquantum homo sine sacramentis. 3. di. 10. q. 1. ar. 1.

Feria sexta quæritur.

Vtrum expediens fuerit filium Dei mori. 3. di. 20. quæstio. 1. ar. 3. tertia. q. 46. articu. 3.

Vtrum mali possunt esse prophetæ. 2. 2. q. 172. arti. 4.

Sabbato quæritur.

Vtrum Christus habeat potestatem super omnes homines. 3. q. 8. ar. 1. 2. & 3.

Vtrum uerà felicitas sit solum in cognitione diuina. 1. 2. quæstio. 2. quarto. di. 48.

Dominica in Ramis.

Questio. 29.

QVAERITVR Vtrum conuenienter Christus Hierusalem cum tanta gloria intrauerit moriturus? Respondeo. Hoc Euangelium sicut legitur in aduentu secundum quandam similitudinem & adaptationem, ita legitur hodie ad litteram, quia tali die contingit historia quæ in eo narratur. Et conuenientissime Christus uadens ad mortem per quam acquireret sibi principatum & regnum portata cruce super humerum suum, taliter regalem ciuitatem intrauit qualiter in sancto hoc euangelio narratur, quòd patet discurrendo per singulas circunstantias huius ingressus. Primò scilicet quantum ad hoc ꝙ uoluit ipse ire in Hierusalem tali die. Conueniens enim erat passurum propinquare loco passionis, ut ostenderet se sponte pati, & tali

si die appropinquare, i. ante quinque dies paschæ, secundum Bedã, vt se ostenderet esse quē figurabat agnus immaculatus, quo Dei populus liberatus est ab impio Pharaonis, q. añ quinq; dies paschæ, id est decimo die mē sis primi, segregabatur à grege, & inferebat ciuitati in qua erat immolandus. Secundo quãtum ad hoc ꝙ Rex uoluit appellari. Per hoc enim uoluit vt quisq; eruditus hunc etiã intelligeret, quem olim Zacha 9. cap. sic Hierosolymam venturum prophetauerat dicens. Dicite filiæ Syon, id est Hierusalem. Ecce Rex tuus, & ubi dicit Albertus magnus, ꝙ Christus describitur ab octo. Primò ab euidē tia venientis, quia dicitur Ecce, Esa. 40. Vi debit omnis caro salutare Dei nostri. Secun do à dignitate potestatis ibi Rex. Esa. 9. Dominus legifer noster, dominus Rex noster. Tertio à connaturalitate hominis, q.a tuus Esa. 9. Paruulus natus est nobis. Quarto à propinquitate amoris, quia venit, Prouer. 8. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Quinto ab vtilitate operis, quia tibi, id est ad vtilitatem tuam. Sexto à bono habitu cordis, quia mansuetus. Matt. 11. Discite à me &c. Septimo à quietate regiminis, quia sedens, Esa. 16. Præparabitur in misericordia solium eius. Vel ab humilitate, & simplicitate conuersationis, quia sedens super asinam, ecce humilitatem, & pullum filium subiugalis, ecce simplicitatem. Tertio inquantum voluit sibi exhiberi signa lætitiæ, per vestes stratas, & ramos cæsos, & voces exaltabundas, quia & Zacharias prædixerat quod in eius aduentu ciuitas Hierusalem exultare ac lætari debebat.

Sed contra, Primò, quia multoties alias venerat Hierusalem, & nunquam sic intrauit, ergo nec modo debebat sic intrare, vt videtur. Sol. nunquam ante intrauit quasi accepturus regium sceptrum, & regiam coronam, nisi modo quando venerat tenere sceptrum arundineum, & spineam coronam, & inire bellum aduersus inimicum, quem sua propria morte, & suo cruore prostrauit. Et ideo nunc solũ intrauit, vt rex, Secundo. Nã qui olim regalē honorem refutauit, ut patet Io. 6. nunc non debet illum acceptare, quia videretur instabilis, & vel tunc male refutasse, vel nunc male acceptare. Nam si bo num erat eum esse regem, male refutauit: si non erat bonum, male acceptauit. Solutio. Christus quia erat ordinatus Rex à Deo patre secundum spirituale regnũ, non debuit acceptare regnum terrenum ab hominibus, ideo bene illud refutauit. Debuit tamen à Deo acceptare, spirituale, & consequenter ab hominibus acceptare, non quidem regnũ tale, quia illud dare nõ poterant, sed regias laudes ad nostrã vtilitatem, & suam gloriã, quã tamen gloriam etiam in nostram vtilitatē referebat. Neque enim Deus vult laudari à nobis nisi quia hoc est nobis bonum sc. cum illud Esa. c. 48. Laude mea infrenabo te, ne intereas.

Quæri etiam potest sicut quæsitum est dominica prima in aduentu.

In die sancto Paschæ de integritate Resurrectionis.

Quæstio. 31.



CIRCA Integritatē resurrectionis Christi de qua ĩ lectione paschalis Euangelii est pertracta ũ, multa restãt discutiēda quo ad prætiosum & electum Iesu Christi sanguinem, magnum nostræ salutis pretiũ. Primo. n. quæritur. Vtrũ ille sanguis q̃ Christus in resurrectione reassumpsit, & in passione fuderat, fuerit in triduo mortis eius à deitate separatus.

Et posito ꝙ non. Quæritur secũdo, vtrum repugnet fidei aliquid de vero, & naturali sanguine Christi reperiri in terra de facto.

Et posito ꝙ nõ. Quæritur tertio, vtrũ illud met repugnet doctrinæ San. Thom. Et posito ꝙ non. Quæritur quarto, vtrum sustineri possit ꝙ in terra sit de sanguine, & aqua lateris Christi. Et posito ꝙ sic. Quærit quinto qua adoratione talis sanguis si venerandus, vtrum scilicet latria, aut non.

QVantum igitur ad primam quæstionem (quia ipsa fuit olim coram Pio Secundo pontifice maximo agitata.) Primo volo ea q̃ vere, & catholice circa hoc sunt scripta recitare, & deinde ad declarationem eorum superaddere quædam pauca. Tres itaque sacræ paginæ professores in tota religione prædicatorum vita, & doctrina celeberrimi, qui de hac re ex obedientia sui ordinis coram dicto pontifice disputauerunt mandante eodē

rum &c. & intelligitur de sanguine effuso, quod patet per similitudinem de sanguine hircorum, qui erat effusus. Hoc aũt non põt esse nisi ratione deitatis vnitæ, quia talis operatio est soli deitati debita. Vnde Nico. de ly. ibi scilicet Hæbr. 9. dicit quod sanguis Christi ex vnione ad suppositum diuinum habet virtutem ad emundationem animæ. Item 1. Pet. 1. dicitur. Non corruptibilibus auro &c. & intelligitur expresse de sanguine effuso, quo sumus redempti. Vbi notamur Primo, qđ significatur sanguis Christi esse incorruptibilis, quæ incorruptibilitas constat ei ex vnione ad deitatem, vt patet ex Henr. de gan. quodlibet. 12. q. 15. dicente ꝙ si Christus resurrectionem suam vsque ad iudicium distulisset, pie credẽdum est, ꝙ illud corpus non fuisset corruptum rõne vnionis. Et adducit expositionem Aug. super illud. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, dicentis, id est corpus meum à te sanctificatum. Et idem de sanguine dicendum est. Erat igitur vnitus.

Notamus secundo, quòd dicitur prætiosior, id est pretio pleno. s. pretio sufficienti ad redẽptionem nostram, de qua loquitur. Non fuisset autem pretium sufficiens, nisi fuisset prætium infinitum, & consequenter deitati vnitum.

Notamus tertio, quòd dicitur, quasi agni immaculati, vt per ly quasi, videatur fieri relatio ad figuram, i. agnum, cuius sanguis fusus, & linitus in postib. liberauit filios Israel ab exterminatore, vt scilicet eodem modo sanguis Christi per illũ agnum figurati effusus liberauerit nos. Quòd non potuit facere nisi fuerit vnitus.

2 Secundo probatur authoritatibus sanctorum doctorum Nam Dam 3 lib. c. 3. dicit sic Inuertibiliter inconfusibiliter, & inseparabiliter in duabus naturis perfecte se habentib. vnã hypostasim cõfitemur verbi Dei. Vbi notatur inseparabiliter, quasi velit dicere ꝙ diuinitas ab humana natura euelli non potuit, ꝙ de ipsa humanitate non põt intelligi, quia in triduo desiit esse humanitas, sed intelligitur de partib. eius, inter quas est sanguis. Vnde idem dicit in capi. 31. Nullam partium naturæ deposuit, non corpus, non animam, sed corpus & animam possedit, & ita rediit ad cœlum. Si autem per corpus intelligit corpus sine sanguine, rediisset ad cœlos sine sanguine. Si verò per corpus intelligit oẽs partes corporis etiã cum sanguine, habetur intentũ. Itẽ idẽ lib. 4 c. 16. Vna Chr. sti persona est scđm nullũ modũ diuisa, ca ꝗ scđm hypostasim ex vnione. Si. n. scđm nullũ modũ est diuisa, ergo scđm sanguinẽ nõ est facta diuisio vnionis. Item Leo sermone x. natiui. q. incipit. Sæpe, loquẽs de forma Dei, & serui. ait. Quæ in vnitatẽ conuenerunt, nec separationẽ habere possent, nec finem nec credentes dilectissimi Christiani sumus. Cum igitur sanguis fuerit vnitus, sequitur ꝙ non potuit separari. Item idem sermone 18 de passione, qui incipit. Sermo proximus. In tanta, inquit, vnitate Dei & hominis natura conueniunt, quòd nec supplicio potuerit minus, nec morte disiungi. In morte autem separatur à corpore anima, in supplicio vero sanguis, & tamen ibi non est disiuncta vnitas, nec hic diminuta. Item idem serm. 9. natiuitatis, qui incipit. Excedit. Indesinenter, inquit, illam verbi, & carnis indissolubilem copulam non minus suscipimus in præsepio iacentem, quàm in resurrectione paternæ altitudinis conscendentem. Per carnem autem ad quam dicit indissolubilem copulam, intelligit totum hominem, vt ipse expresse dicit sermone. 7. de Natiuitate vbi habet, Caro est suscepta in cuius nomine homo totus accipitur. In toto autem homine continetur etiam sanguis. Item idem sermone 19. de passione, qui incipit. Sacramenta.

Nisi, inquit, verbum caro fieret, & tam solida consisteret vnitas in vtraque natura, vt à suscipiẽte susceptum nec ipsum breue mortis tempus abiungeret, nunquam valeret ad æternitatem redire mortalitas. Cùm igitur illa solida vnitas non potuerit abiungi, non potuerit abiungi diuinitas à sanguine Item Beda super illo verbo Act. 2. Ecclesiam Dei quàm acquisiuit sanguine suo. Non dubitauit, inquit san. Paulus, cuius, scilicet sunt illa verba sanguinem Dei, dicere propter vnionem personæ in duabus naturis Iesu Christi. Item Bern. de conside. ad Euge. postquã dixerat vnionem verbi ad humanitatem primum locum tenere post vnitatem Trinitatis, subiungit.

Neque enim qua ex parte contigit separatio potuit vnitati præscribere permanenti. Et licet explicite de carne, & ani-

ma loquaf, tamē ex verbis eius idem pōt de sanguine intelligi, vt patet ꝑcessum eius intuenti. Probatur ēt authoritate modernorū doctorum. Nam hanc tantum San. Thom. 5. quodlibet. ar. 5. & Alb. mag. in tractatu de Missa post mediū, vbi dicit ꝙ sanguis lauat rōe cōiunctæ deitati, & ꝙ in eo Deus posuit deitatis acumen vt lauaret sordes electorū. Et ponit exemplum de lixiuio ad lauandas sordes profundatas. Item Nico. de Ly. super. 9. cap. ad Heb. de hac materia dicit am plam quæstionem, & idem expresse determinat. Tertio probatur rationibus ex canone sumptis. Arguitur igitur Primò sic. Nullum beneficiū diuinum reuocatur nisi ex culpa recipientis, quia sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei. Rom. 11. & decet concessum à principe beneficium esse mansurum, secūdum iuristas. Sed vnio verbi ad sanguinem fuit maximum beneficium, & in sanguine nulla culpa fuit. Ergo &c. Secundo, Nam si sic fuit, idest si fuit separatus Christus, vel eius sanguis perdidisset dignitatem ex hoc ꝙ patri obediebat, qa ex eius mandato posuit animā, vt patet Io 10. Tertio. Nā ista separatio à sanguine non per inebat aliquo modo ad finem propter quē Christus illum effundebat, cū ille esset salus hominum, iuxta illud Esa. 49 Vt sit salus mea vsque ad extremum terræ. ad quam salutem ista separatio non pertinet effectiue, vel exemplariter, vel alio modo. Ergo non est ponenda. Quarto. Nam beatifica vnio nunquam reuocatur, Apoc. 3. Foras non egredientur amplius, ergo nec personalis qua est maior secūdum Ber. vbi sup. Quinto. Nam secūdum doctores nulla natura præter humanam fuit assumptibilis congruenter. Vnde nec corpus nec partes corporis erant assumptibilia nisi propter ordinem ad totam naturam humanam. Et iterum qa in corpore exanimi remansit ordo reunitionis, remansit deitati vnitum propter illum sic, ꝙ si non habuisset ad animam rationalem ordinem quasi iterum ei esse reuniendum, non habuisset vnionem personalem ad verbum, vt clare colligitur à San. Thom. 3. di. 2. q. 2. ar. 1. q. 3. Tūc sic. In sanguine de quo loquimur manebat ordo ad naturam humanā, quia iterū erat assumendus, ergo manebat vnio ad deitatem sicut & in corpore. Sexto. Nam omnib. partibus quæ sunt de veritate humanæ naturæ etiam separatis manet vnita deitas secundum doc. nostros, & partis aduersæ. Sed talis pars est sanguis, quod patet. Primò extra de cœle. mis. in quadam, vbi Innocentius Tertius probat veritatem corporis Christi ex veritate sanguinis, qui exiuit de latere eius.

Secundo, quia perficitur ab anima rationali secundum Sanct. Tho 4. dist. 47. Septimo. Nam idem est de partibus quæ sunt de integritate naturæ humanæ, & de eis eodem modo formatur ratio. Talis autem est sanguis, vt patet per medicos, maxime Auerro. in suo collig. lib. 1. c. 10. & li. 2. c. 2. qui ponit sanguinem inter membra simplicia hominis. Octauo.

Nam si non fuit vnitus, igitur fecit suam hypostasym de per se, & consequenter fuisset vna hypostasis sanguinis, & vna alia uerbi ac corporis, & animæ, contra Damasc. lib. tertio cap. 28. dicentem. Vna est semper verbi hypostasis, & non duæ, quia vna semper hypostasis Christi. Hypostasis autem verbi indubitanter semper vna est, quia filius in deitate non habet nisi unam personam, sed hypostasis Christi significat hypostasin in humanitate, quam quia Damasc. dicit semper vnam non potest sanguis ad humanitatem pertinens hypostasim de per se fecisse, quia iam essent duæ hypostases Christi. Nono.

Nam verisimile est, aliquam particulam sanguinis in Christi corpore remansisse, quia omnia vulnera fuerunt in extremitatibus, excepto vulnere lateris, quod illatum est post expirationem. Huic autem secundum partem aduersam fuit vnita diuinitas. Ergo etiam fuit vnita effusio, quia inter hunc, & illum non erat differentia, nisi per esse in corpore, & extra, maxime etiam quia nulla culpa fuit in sanguine exeunte. Decimo.

Nullus enim sapiens instituit, vt perpetuo repræsententur res inutiles. Deus autem sapiens instituit, vt in Missa repræsentetur sanguis effusus dūm cōsecratur sub propriis speciebus; ergo ille non est inutilis, quòd esset si esset à deitate separatus. Ex positione autem aduersa sequuntur inconuenientia. Primum scilicet quòd in illo triduo sanguis non erat adorandus latria.

Et quia hoc conceditur, arguitur sic. Sanguis enim sacramenti est signum siue commemo-

memoratio sanguinis effusi, ut patet ex Augu. de fide ad Petrum. Sed sanguis sacramenti adoratur latria, ergo & sanguis effusus sic esset adorandus, quia nunquam signum debet esse in maiori reuerentia, quàm signatum. Et secundum quòd scilicet si in illo triduo fuisset facta consecratio, sacramentum illud sanguinis non fuisset excellens ratione contenti, quia continuisset sanguinē præcise sine deitate. Et tertium, quia sequitur q̄ uariatur forma sacramenti quantum ad illam habitudinem uel significationem, quam dicit ly meus. Nam cùm dicit Christus. Hic est sanguis meus, intelligitur uel mihi unitus, uel qui est actu meus. Si autem hoc factum fuisset in triduo opotuisset exponere qui fuit meus. Et quartum, quia sequitur q̄ in illo triduo ille sanguis non fuisset uiuificatiuus saltem eo modo quo caro, contra illud Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet uitam æternam, & Caro mea uere est cibus &c. Vbi Theo. & alii uolunt carnem esse uiuificatiuam ratione deitatis unitæ. Et Damasce. 4. lib. de communione dicit, quòd Deus his duobus scilicet carni & sanguini coniuxit deitatem, & ratione deitatis habent animare & uiuificare. Et ponit exemplum de ferro ignito quod calefacit ratione ignis, & non ratione ferri.

NVNC in secunda parte beatissime pater refellenda sunt aduersæ positionis fundamenta, quæ est, in prædicto triduo prædicto sanguini non fuit coniuncta diuinitas, nec tunc fuit adorandus latria, nec ei consecrato tunc fuisset adiuncta diuinitas. Fundamenta autem eius quantum recordari possumus tria sunt Autoritas scilicet, Ratio, & Exemplum. Autoritas prima est Damasce 3. lib. ca. 28. dicentis, quòd in morte Christi non fuit deitas à corpore & anima eius separata, ergo fuit separata à sanguine, quia de eo nullam facit mentionem. Sol. Dicitur primo quòd arguitur à particulari autoritate negatiue, quòd nō ualet. Dicitur secūdo melius & Damas. nullibi explicite dixit deitatem unitam sanguini dùm esset cum corpore, sed implicite tantum, ut patet ex dictis. Vnde non fuit conueniens quòd explicite diceret eam fuisse coniunctam sanguini effuso, sed implicite tantum, dùm per corpus intelligit corpus & sanguinem. Esset autem ratio aliqua-lis apparentiæ si prius expresse dixisset deitatem unitam sanguini in corpore, & deinde loquens de separatione in triduo fecisset mentionem de corpore & anima, sed non de sanguine. Secunda auctoritas est, quia cùm sint quatuor compilationes generales continentes plene ea quæ sunt fidei, scilicet decretum, magister sententiarum, liber originalium doctorum, & catena aurea S. Thomæ. in nulla eorum, nec etiam in symbolo fidei continetur, quod tunc illi sanguini fuerit diuinitas unita. ergo &c. Solu. Argumentum deficit primo, quia est à particulari autoritate negatiue. Et secundo, quia licet nostra positio non contineatur in prædictis explicite, continetur tamen implicite ibi, uel alibi, ut ostensum est. Tertio, quia non oportet quæ fidei sunt ad prædicta quatuor restringere. Prima autem ratio hæc est. Vbi est unio deitatis est communicatio idiomatum, quia secundum Aug. & Dama. talis unio est causa talis communicationis. Sed ista communicatio non potuit esse ibi, ut scilicet diceretur. Christus est effusus, uel Christus est in Cruce propter sanguinem ibi existentem, & sic de aliis. Sol. Dicitur primo quòd falsum est fundamentum, quia possemus dicere Christum effusum super terram, iuxta illud Psal. ex persona Christi. Sicut aqua effusus sum. Vbi glo. Augu. dicit. Aqua quando effunditur aut abluit, aut rigat. Effusus est Christus, abluti sunt sordentes, rigati sunt sitientes. Et quia dicebatur quòd debebat fieri communicatio per ly est, quòd significat præsentialitatem, ut diceretur, filius Dei est in Cruce, filius Dei est in terra, quòd tamen non dicimus. Respondetur, quòd potest dici, quòd filius Dei in illo triduo fuit & erat in omni loco, in quo erat aliqua gutta sanguinis prædicti, ratione sanguinis sibi personaliter uniti. Nec tamen potuissemus dicere, ut arguens dicebat, quòd filius Dei tribus diebus pendebat in Cruce, uel quòd tribus diebus fuit in Cruce eleuatus, quia ille sanguis nec pendebat, nec erat elauatus. Nec inconuenit, quòd sicut Deum sine diminutione suæ maiestatis dicimus esse in omni creatura uilissima, & turpissima tribus modis quos sancti ponunt, sic etiam dicamus filium esse ubi est sanguis ei personaliter unitus, præsertim cùm essent maioris uilitatis illa quæ in passione occurrebant, quàm in hoc quòd est filium Dei esse

ubi erat sanguis ille. Non autem dicimus ꝙ Christus qui dicit suppositum in duabus naturis in illo triduo fuerit in Cruce, quia sanguis non est pars principalis hominis à qua fit denominatio, & quia necessitas disputationis nos ad hoc non coegit. Dicitur secundo iuxta beatum Tho. 3. dul.in.22. ar.1.& 3. q.16.arti.4.ad ultimum, quòd communicatio idiomatum seu proprietatum non intelligitur de omnibus absolute, & specialiter de his quæ dicuntur de partibus, ut partes sunt, quia non dicimus filium Dei esse formam, licet anima sit forma, sed intelligitur de his quæ dicuntur de subsistente, ut sic, ut quod homo ille est æternus & immortalis. Sanguini autem illi competabat effusio, ut pars est, & consequenter non est necesse ꝙ effusio dicatur de filio. Tertio dicitur, ꝙ sanguis non est pars nata denominare totũ, ut crispitudo, quia non dicitur rubens qui habet rubeum sanguinem, sicut dicitur crispus habens capillos crispos. Vnde non est necesse filium Dei esse effusum ex hoc quòd sanguis est effusus. Et cõfirmatur, quia nulla ꝓprietas partis humanæ naturæ debet prædicari de filio Dei, nisi possit prædicari de filio hominis, cuiusmodi non est effusio, quia non dicitur homo effundi suo sanguine effuso, quamuis, ut dictum est uideatur posse dici quod Christus, uel filius Dei est effusus super terram, non propter communicationem idiomatum, sed propter unionem suppositalem. Quod si diceremus hanc prædicationẽ fieri propter communicationem, oporteret econtrario de sanguine dici idiomata Dei, ut dicere. Ille sanguis est æternus quòd inconuenit. Quarto dicitur ex sententia sancti Thom. ꝙ fit communicato idiomatum, sed in obliquo & non in recto, ut dicatur. Filius Dei habet sanguinem fusum, sicut diceremus, filius uirginis habet sanguinem fusum. Secunda ratio est hæc. Nam guttæ illius sanguinis fuerunt plurimæ, & consequẽter non est uerisimile quòd omnibus remanserit deitas unita. Solu. Non est difficile uerbo Dei quòd infinitum est, esse multis guttis vnitum. Tertia uero hæc. Nam partibus quæ non sunt de ueritate humanæ naturæ separatis, diuina natura non mansit unita. Huiusmodi autem est sanguis. Solu. immo sanguis est de ueritate humanæ naturæ, & ab anima perficitur. Vnde negatur minor. Sed probatur, inquiunt, primo per S. Tho. 1. q. ult. ar. 1. ad tertium. Solu. Ibi S. Tho. nõ sensit sanguinem de quo loquimur non esse ueritate humanæ naturæ, cùm dicat oppositum. 3. q. 54. ar. 3. Sed loquitur ibi, idest in prima parte expresse de humido nutrimentali. Vnde cùm dicit ibi, quod sanguis non suscipit perfecte naturam speciei, intellige sicut suscipit humidum radicale, in quo fundatur uirtus speciei cum quo tamen stat ꝙ sanguis informatur anima, ut alibi dicit. Posito autem ꝙ sanguis non sit de ueritate humanæ naturæ, nec perficiatur anima humana, tamen est de integritate eiusdem naturæ, cùm pertineat etiam ad resurrectionem nostram, quòd sufficit ad esse unitum uerbo, quòd unitur omnibus quæ sunt de integritate prædictæ naturæ: præterea sanguinem informari anima uel non, est problema neutrum in philosophia apud aliquos, & consequenter non est tutum ex hoc concludere ex necessitate in theologia, maxime tam periculosum, ut est separatio uerbi à sanguine, quòd uero nos huiusmodi rationem assumpserimus pro parte nostra fecimus, sequentes doctorem nostrum, qui expresse in 4. dicit sanguinem perfici anima humana, & consequenter est de ueritate humanæ naturæ. Et præterea alia multa fundamenta induximus. Secundo, quia sanguis non est subiecto sanitatis, uel ægritudinis, ergo non est caro, vel membrum corporis. Et tertio, quia medici ponunt febrem ethicam in membris, & synocham in sanguine, ergo si sanguis esset pars uel membrum corporis, febri synocha non distingueretur ab ethica. Sol. Hæ duæ rationes implicant expressam contradictionem. Si enim febris synocha est in sanguine, est subiectum ægritudinis, non est in eo febris synocha. Quarto quia Alber. Mag de partibus corporis materialibus & formalibus & mediis fecit longam distinctionem, & sanguinem non nominauit, ergo de mente eius est quòd non sit pars, & consequenter separatus non est unitus deitati. Solu. Sanguis non est de mẽbris de quibus ille agebat, sed secundum Auerroim est de membris simplicibus. Quinto quia idem Alb. 3. de animalibus dicit, ꝙ sanguis non est actu pars animalis, sed in potẽtia. Solu. Sicut membrũ ita & pars corporis animati est duplex, scilicet perfecta siue principalis, & minus perfecta, seu minus principalis,

palis,& talis est sanguis,sicut quatuor elemẽta sunt partes vniuersi minus principales, & tamen sunt de eius perfectione & habẽt formas suas in illo. Partes aũt principales hominis qui est paruus mundus sunt cor & epar & huiusmodi. Minus principales vero sunt quatuor humores qui perficiuntur anima,licet non vsque adeo vt sentiat,sicut nec ossa sentiunt. Exemplum aũt ponũt primo de columba quã vt dicunt assumpsit spiritussanctus,& tamen ei non fuit vnita personaliter. Solu. Impropriè dicitur assumpta,nec fuit vnquã vnita spirituisancto personaliter & cõsequenter nec põt dici derelicta vel separata à deitate. Vnde non est simile. & secundo quia ecclesia in die parasceue non consecrat sanguinem , in signum ꝙ tunc ei diuinitas non fuit vnita. Solu. sic est ergo, nec tunc fuit deitas vnita corpori,quia ẽt corpus nõ consecratur. Si dicat ꝙ nõ loquuntur de cõsecratione, sed de sumptione , quia s. ecclesia illa die sumit corpus,sed non sanguinem. Cõtra, quia cũ ecclesia in sabbatũ quod est pars illius tridui consecrat & sumit sub vtraq; specie significabit vnio ad vtrũq; Non ergo illa est ratio non consecrandi vel non sumendi, sed quã doctores ponunt,quia scilicet adueniente veritate cessat figura , hoc autem sacramentũ est exẽplũ & figura passionis Christi. vnde ea die qua ipsa recolitur prout realiter gesta est non celebratur huiusmodi sacramenti cõsecratione eũ ecclesia illa die sit sine fructu passionis nobis exhibito per hoc sacramentũ,corpus Christi consecratum die priori reseruatur illa die sumendum. His fundamentis beatissime pater,quia iudicio nostro valde debilia sunt,facile fuit respõdere, & ea paucis absoluimus, q a nec in sacro canone,nec in aliquo sacro doctore fundãtur.

EXPEDITA autẽ prima & secũda parte aggredimur tertiã. Dicebant ergo primo ad authoritates canonis sonantes, ꝙ ille sanguis emundauit & redemit ꝙ redemptio nostra est facta in morte Christi inquantũ ipse dedit vitã suã corporalẽ pro nobis. Et quia illa cõsistit in sanguine, hinc est ꝙ sanguine dicimur redẽpti. Dicunt vlterius meritũ Chri fuisse ex eo ꝙ volũtariè acceptauit passionẽ. Et ita exponunt oẽs authoritates canonis. Sed hæc respõsio nõ euacuat argumentum. Nam vt colligitur à S. Tho.3 quæst.50.ar.6. Christus est operatus salutem nostram per modum meriti,& per modum efficientiæ Et quia per quendam fuit recapitulatum quòd S. Tho. in hac opinione fuit singularis ideo dicitur ꝙ hæc distinctio colligitur etiam ex glo. Augu. Heb.9. vbi dicitur. Sicut Moises sanguinem prædicatorum animalium accepit vt eos aspergeret & mundaret , sic noster Moyses id est Christus sanguinem egressum cum aqua de suo latere ad hoc opus accepit, scilicet per aquam baptismũ sanctificans,per tò sanguinis nos redimens. Ex quo patet sanguinem Christi post eius mortem effusum aliquid operari ad nostram salutem ; & hoc per modum efficientiæ. quia non per modũ meriti. Cũ igitur dicunt doctores vel glo. redemptionem nostram fieri per mortẽ Christi ex eo,ꝙ dedit vitam corporalẽ vel acceptauit passionem,intelligitur per modũ meriti. Authoritates autem adductæ intelliguntur per modum efficientię. Et hoc esse necessariũ probatur primò, quia si sanguis nõ operatur, sed tñ passio Christi de virtute sermonis erit falsa litera Apostoli quã non licet minuere nisi cogente alia authoritate scripturæ. Secundo quia aliter videtur esse contra intentionem eius,comparat enim sanguinem hircorum ad sanguinem Christi. Tertio quia tollerentur ferè oẽs figurę veteris testamenti vt agni paschalis cuius sanguinem liberati sunt filij Israel,& sic de alijs. Quarto,quia videtur ista responsio esse contra Leonẽ in sermone Christi de passione dicentẽ Fuit sanguinem iustum qui mundo reconciliando prætiũ esset & poculum manifestum est autem quòd sanguis effusus est poculum . Et cùm idẽ sit prætium,sanguis effusus est prætium. Quinto Nam scriptura quam non licet minorare vel augere vel peruersè intelligere operationes quæ à Deo fiunt attribuit illi sanguini sine aliqua determinatione vt mundare,sanctificare &c. Ergo oportet illum esse Deum vel instrumentum deitati coniunctũ. quia actiones solent attribui vel principali agenti vel instrumento couiuncto. Cũ ergo nõ sit principale agens,est instrumentum. Respõdebãt secundo ad authoritatem beati Petri dicentis illum sanguinem non esse corruptibilem vt aurũ & argentũ quæ corrumpũt mentes hominũ. Sed contra. Primò quia beato Petro dicẽdũ fuerat in voce actiua nõ corrũpentib. aut corruptiuis auro & argento , & non in voce

voce passiua corruptibilibus. Secundo quia corpus Christi fuit incorruptibile secundum communem opinionem doctorum iuxta illud. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, ergo similiter & sanguis quia idem iudicium est de toto & parte. Quādo autem dicebatur, est preciosus, ergo deitati vnitus, dicebant esse fallaciam consequentis, sed argumentum non capiebatur, quia dicendo, preciosus, loquitur de precio quo sumus redempti, iuxta illud Ezech. In quo habemus redemptionem per sanguinem. glo. qui nostræ redemptionis est prætium. Esse autem tali pretio pretiosum, est esse deitati vnitum. Ad authoritatem autem sanctorum doctorum, quorum sententia est hæc, quod semel verbum assumpsit nunquam deposuit, dicūt ꝙ intelliguntur solum de partibus principalibus, cuiusmodi non est sanguis. Et adducūt multas instantias, quia deposuit humanitatem, sanguinem nutrimentalem, vngues, capillos, superfluos sudores cum aliis superfluitatibus, & multa resoluta per calorem naturalem. Sed pro his notandum est primo ꝙ in his quæ dependent ex voluntate Dei nihil est dicendum assertiue aut negatiue, nisi qđ habetur ex scriptura vel sacris doctoribus ꝑ ecclesiam approbatis, vt colligitur à Diony. cap. 1. de di. nominibus. Secundo notandum est quod cùm in aliqua facultate ponitur regula vniuersalis, accipienda est vniuersaliter, nisi in eadem facultate fiat exceptio saltem implicite, vt patet discurrenti per omnes facultates. Et singulariter hoc est verum in theologia quæ innuitur diuinæ reuelationi. Nam temerarium esset limitare quòd scriptura dicit, nisi illa limitatio saltem implicite contineatur in scriptura, vt colligitur ex 2. de diui. nominibus. Et idem obseruandum est in sacris doctoribus. Tertio notandum est, Vtrum sanguis Christi qui secundum omnes fuit vnitus deitati à principio Natiuitatis eius vsque ad mortem, & à puncto resurrectionis vsque in æternum fuerit de facto vnitus in triduo mortis eius, vel non, ex sola Dei voluntate dependet, qui nobis in sacro canone, vel sacris doctoribus reuelatur. His præmissis corroboramus positionē nostram. Primò sic. In scriptura legimus sanguinem vnitum diuinitati, iuxta illud Ioan. primo. Verbum caro factum est. Vbi per carnem totus homo accipitur, etiam secundum aduersarios. Et nunquam post legimus fuisse separatum. Ergo dicendum est ipsum semper fuisse vnitum, nunquam vero fuisse separatum, nisi nostro sensu excipiamus illud triduum nulla authoritate vel ratione cogente. Secundo sic. In sacris doctoribus inueniuntur multæ author. allegatæ & allegabiles huiusmodi sententiæ, quòd Dei verbum nunquā dimisit quod semel assumpsit, & quòd ea q̄ in vnitate conuertunt non possunt habere separationem, & nunquam in eisdem doctoribus explicite vel implicite excipitur sanguis, ergo idem quòd prius. Et licet pro se supra allegauerint Damas. tamen potius est contra eos, vt patet ex dictis, deinde ostendimus omnia illa de quibus datur instantia excipi in scripturis. Primò enim excipitur humanitas, cum dicitur Christus mortuus, ex quo sequitur dimissa esse omnia, quæ per mortem tolluntur necessario vt humanitas, operationes vitales sensitiuæ & intellectiuæ inquantum dependent à phantasmate. Et secundo sanguis nutrimentalis, cum dicitur Christus resurrexisse ex mortuis quia ex consequenti ei attribuuntur omnia quæ statui resurgentium conueniunt, cuiusmodi est nō habere humidum nutrimentale. Tertio excipiuntur omnia reliqua, cum scriptura dicit Christū fuisse hominem verum, integrum & mortalem. Ex consequenti. n. attribuuntur ei, qui cū alijs hominibus naturaliter scđm p̄senē statū cōueniunt, vt prædicta. Cū ergo sanguis non excipiatur ēt implicite, sequitur ꝙ semꝑ fuit vnitus. Deinde ostenditur ꝙ illa expositio de partibus principalibus non est bona. Primo quia non colligitur ex scriptura vt debet colligi omnis expositio theologica. Secundo quia sequit̄ ꝙ partes minus principales q̄ sanguis vt cæteri humores, & pinguedo in illo triduo non fuissent vnitæ. Tertio, quia est contra Damas. dicentem qđ nunquā est generata alia hypostasis præter hypostasim verbi, quod esset falsum, si qua pars minus principalis fuisset diuisa. Quarto quia causa quare pars separata maneat vnita, est quia assumptibilis est quæ causa fuit in sanguine cū de facto post fuerit assumptus. Ad Albertum autem respondebatur restringendo textum eius ad effusionem & mortem. Sed hoc est contra eius textum, cum in eodem libro, exponendo illud Iob. 16. Terra ne operias sanguinem meum, sic

dicat. Vult enim quòd sanguis in terra fusus vacuus à fructu non lateat. Ad Nico. de Ly. dicebant quòd insufficienter allegabatur, cũ velit Christus nos redemisse dando uitam corporalem, vt patet ex processu libri. Sed ad hoc dicimus quòd aspicientibus librum patet nos sufficienter allegasse. quòd autem post dicit Christum nos redemisse dando uitam corporalem, verum est per modum meriti. Ad primam autem rationem dicebant donum vnionis est datum sanguini vsq; ad tempus effusionis quo desijt corporali uitæ Christi deseruire.

Sed hoc ex scriptura non colligitur, sed supponitur cùm esset probandum. Quòd vero additur de seruitio si valet infert, q etiã aliæ partes minus principales fuerunt à deitate relictæ. Ad secundum autem dicebant, quòd sanguis non perdidit, sed Christus qui suam dignitatem non perdidit, sed sanguis ad modicum perdidit, sicut & humanitas.

Sed cõtra, quia perditio dignitatis in parte, i. sanguine redundat in totum, i. Christũ. Et ita isti secundum aliquam partem, scilicet secundum sanguinem soluunt Christum contra Leonem dicẽtem in epistola ad Flauia. Omnis spiritus qui soluit Christum ex Deo non est, hic est antichristus. Quid est autem soluere Iesum Christum nisi ab eo separare naturam humanam? Sed statim respondebit, quòd per humanam naturam intelliguntur partes principales. Sed ipse in eadem epistola per ecclesiam approbata declarat, quòd per humanam naturam intelliguntur omnia quæ in nobis Saluator condidit & reparanda suscepit, cuiusmodi est sanguis dicens. In integra veri hominis perfectaque natura nexus, natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus quæ in nobis ab initio creator condidit, & q̃ reparanda suscepit. Quòd autẽ dicitur de humanitate non est filii, quia necesse fuit Christum pro nostra salute mori, & communiter humanitatem deponere. Non autem est filii de sanguine, quia inde nulla fuisset secuta vtilitas. Postremo respondebat ad rationem de ordine, dicentes quòd sanguis nõ remansit unitus, quia non habuit ordinem immediatum, sed mediatum. Sed contra. Primò, quia nos ponimus illum ordinem fuisse immediatum, quia immediate sanguis informatur ab anima. Secundo quia, & si sit mediatus tamen talis sufficeret ad sanguinem vniri deitati dum erat extra corpus, quia sufficiebat idem ordo ad hoc dum adhuc esset in corpore. Multa autẽ dici & scribi ad hoc propositum potuissent beatissime pater, sed studuimus breuitati, maximè quia hæc erát vestræ sanctitatis præsentanda, quæ sapientissima & prudentissima multa ex paucis colligere nouit. Cuius correctioni, & determinationi omnia subiicimus, & Romanę ecclesiæ pati respondere ad alias rationes, & responsiones si quas fecerint. Et sit finis opusculum prædictorum patrum, quòd hic recitaui, quibusdam sublatis propter prolixitatem, sed tamen nullum verbum addidi, vel mutaui exceptis his quæ ad partium orationis connexionem spectant. Sed tamen pro dictis eorum aliqua sunt rursus annotanda.

AD pleniorem igitur prædictorum notitiam duo faciam. Primò ponam aliquas declarationes, & secundo iterum obiiciam pro aduersa parte.

QVantum ad primum igitur sciendum est quòd verum sanguis sit animatus seu informetur anima, vel non etiam inter eos qui doctrinam Sanct. Thom. profitentur est diuersa opinio, quamuis secundum quamlibet non fuerit separatus. Quod enim non sit animatus arguitur ex dictis eius. Primo quia secundum eum non est pars in actu, vt patet 4. di. 2. in litera. Esset autem actu ps si esset animatus. Secundo, quia secundum eum, vt videtur semen quod est sanguis digestissimus non est animatum. Vnde ex dictis eius. 1. q. vlti. ar. 2. sic arguitur. Si semen habet animam, vt cùm resoluitur ad generandum eam retinet, aut non. Si non, igitur est in uia corruptionis, & recessus à forma generantis, & consequenter non potest generare ei simile, quòd inconuenit. Si autem eam retinet adhuc habet formam determinatæ partis animalis generantis, & consequenter in generato non poterit nisi ad illam partem, cuius habet formam, & consequenter ex eo non generabitur nisi semen, quòd inconuenit. Patet autem totus iste processus vbi supra. Tertio. Nam si habet animam in morte Christi, sanguis fuit corruptus, quia perdidit suam formam substantialem, cùm anima rationalis sit indiuisibilis. ergo ab ea fuit separata diuinitas, sicut & ab

buma-

prædicti, patres, vel sancti diuinitatem non potuisse diuelli à sanguine, non intelligitur de potentia Dei absoluta, sed de ordinaria. Vel intelligitur eo modo quo dicimus non potuisse fieri, quòd non est factū, aliquo tamen impellēte, vt fieret. Mors enim Christi siue inferens mortē mouebat nō solū ad separationē animæ à corpore q̄ respectu corporis est corruptio quasi materiæ, sed alterius quantū erat de se mouebat ad corruptionem ipsius cadaueris per incinerationē quæ est corruptio quasi totius. Et similiter de sanguine dicendum est.

Sciendū est tertio, ꝙ filius aut Christus licet dicatur effusus, non tamē proprie cū hoc sit fluidorū, sed metaphorice, & per similitudinē quandā, quia, s. liquor dùm effluit dissipaē, & perit, & sic illa benedicta humanitas Christo moriente est dissipata. Et ideo ipsa mors effusio dicitur. Isti igitur patres concedūt Christū effusum esse non ratione effusi sanguinis qui proprie est effusus, quia non est pars denominatiua totius, sed ratione simul effusi sanguinis, & effusæ humanitatis. Vnde Psal. cū dixisset ex eius persona. Sicut aqua effusus sum, subiunxit modū effusionis di. Dispersa sunt omnia ossa mea. Effusa aūt humanitate, & omnibus partibus corporis improprie ēt dicit filius Dei effusus, & similiter Christus ratione suppositalis vnionis, q̄a. s. illud suppositū denominaē effusum à sua natura, i. humanitate. Nō autē ratione cōmunicationis idiomatū, maxime cū sanguine, q̄a diceretē effusus proprie, sicut & sanguis. Et ista videtur mihi mens sanctorū patrū, qui (nisi liber vnde hoc sumpsi fuerit incorrectus) cōcedunt Christū effusum ratione vnionis, & negant Christum triduo fuisse in cruce, in qua tūc erat aliquid ad quod stabat vnio, sed illud non erat sufficiens per se solū denominare totum, s. sanguis.

Sciendū est quarto ꝙ sanguis dicitur de integritate humanæ naturæ, non quia sit pars principalis in actu, sed quia est pars secundaria, & ꝙ sine eo materialiter, & dispositiue cōcurrente non potest esse homo integer, & hoc si non sit animatus.

Sciendū est etiā pro prima ratione aduersariorum, ꝙ illud, quod cedit in dedecus Deitatis nullo modo debet per hominē attentari. Sed si attentatū sit, debet in signum immēsi amoris Dei hoc pro hominibus sustinē tis seruenter prædicari. Et per hoc patet ad illud inconueniens, quod ipsi intendunt ꝙ deitas fuisset conculcata cum sanguine & cū mixta terra, & huiusmodi: & certe non est mirum si is, qui patiēter tulit mortē, tulit & conculcationem.

Sciendū etiam vltimo pro secūda ratione eorū, ꝙ soluitur, q̄a sanguis est membrū simpliciter. Est autem subiectum sanitatis remotum secundū aliquos. Multa alia faciunt ad declarationem prædictorum, quæ habentur in sequentibus.

QVantū ad scd̄m arguitur. Primo sic. Nā omne coniunctū deitati desinens esse, quòd erat, desinit esse coniunctū, vt patet de humanitate in triduo, quia nō est, quod non est coniunctū, sed huiusmodi fuit ille sanguis in triduo, quod patet, quia fuit coagulatus & desiccatus, & cōmixtus terræ, & consequēter trāsiuit in lutū. Sed coagulatio seu congelatio soluit specie, vt patet in aqua quæ cōgelatione vertitur in crystallum, & lac pro coagulatione in caseū. Desiccatio quoque similiter soluitur in humido, q̄a humiditas & siccitas sunt qualitates oppositæ, & per se passiones humidi, & sicci. Similiter ēt & mixtio, q̄a mixta transeunt in tertiū, vt patet ex lib. de generatione. Sol. Ad hoc dupliciter solui potest. Primò ꝙ ille sanguis fuit corruptus eo modo, quo, & corpus, s. per abscessū suæ formæ substātialis, licet per incinerationē aut putrefactionem. Quo posito diceretur ꝙ ille sanguis dicitur mansisse vnitus gratia suæ materiæ, sicut oportet dicere de eo si sit animatus, non autem gratia formæ, vel totius, vt probat argumentū. Secundo aūt soluitur, & forte melius, dicendo sic. Congelatio nō soluit speciem semper saltē interueniente virtute Dei, vt patet in oleo, & si aliquando qn̄ est diuturna Similiter nec coagulatio vt patet in cera, si tamen proprie coagulatur maxime Deo cōseruante. Siccitas ēt non soluit speciē humidi, nisi sit intēsissima. Potuit igitur Deus conseruare sanguinem verbi cū prædictis accidentibus, & cū humiditate remissa, sicut forte est de sancti Ianuarii, q̄ est Neapoli, qui aliquo tempore etiam calidissimo durescit, quòd non est habentium intensam humiditatem, & aliquo tempore scilicet semper, vel frequenter quando appropinquat capiti eiusdem Sancti ebullitur intensa, vt videtur diuinitus eius humiditas.

Et idẽ videtur de sanguine à Magdalena sub cruce cum terra collecto, qui singulis annis in parasceue perlecta passione ebullit vt omnes asserunt in sancto Maximino, cum reliquo tempore videatur in terra desiccatus. Ad lutum autem potest dici per idem, quia non oportet intelligere quòd omnis humor com mixtus puluerí transeat in lutũ tanquam tertium, immutata .s. substantiali forma, cũ non sit ibi necessario mixtio per alteratione cor ruptiuã, sed ibi potest esse cõmixtio per iuxta positionẽ partium, maxime operante Deo vt lutũ substantialiter nihil aliud sit, quã terra & aqua, vel terra & sanguis. Et possibile est diuinitus nullam humoris partem resolui, sed fieri põt lutum humiditate impressa pulueri, & remissa in humore. Nec est mirum si remittatur humiditas in sanguine, quia etiã potest aliqualiter remitti caliditas in igne, quod patet primo, quia dicit san. Thom. 4. quòd ignis inferni est eiusdem speciei cum isto, & tamen est calidior ratione .s. frigiditatis terræ, & consequenter iste minus intense caliditatis. Et secundo, quia aliter non posset alterari ad formam aeris. Secundo arguitur confirmando priorẽ rationem. Nam aliqua pars principalis corporis Christi corrupta est in morte & consequenter desinit esse vnita scilicet illa ex qua generata est aqua lateris per resolutionem, ergo à fortiori hoc verũ est de aliqua parte sanguinis, qui est pars minus principalis. Solutio. Illa aqua vndecunque sit causata, fuit vera aqua secundum decretalem supra allegatam, quæ etiam ponit sub distinctionem vt videtur, quòd si non fuit naturalis, fit miraculose facta vel nouiter creata, vel ex partibus corporis Christi per miraculosam resolutionem expressa. Et si fuit secundo modo, vt magis videtur velle, materia eius fuit de veritate corporis Christi plusquam sanguinis materia, & veritate corporis Christi arguebat, quia vt dicit decretalis, naturale est compositum & elementorum resolui in componentia & elementa. Et illa quidem pars vnde generara est definit esse vnita in triduo, quia desiit esse, sed materia eius sub forma aquæ semper fuit vnita sicut fuit de humiditate corrupta, & fuisset de corpore si iterum fuisset corruptus, & similiter fuisset de sanguine idem. Cõpleto aũt effectu gratiæ, cuius fuit resoluta miraculose in eandem partem est cõuersa, ne quid deesset glorioso corpori Christi resurgentis. Si vero dicatur fuisse vera aqua nouiter creata, nihilominus ostendebat verum Christi corpus, quia Deus non attestatur falsitati, & cõpleto ministerio non mansit aqua pura non vnita verbo tanquam superflua. Ad argumẽtum negat consequentia etiam si fuit generata ex corpore Christi, quia est assignare vtilitatem quare aliqua eius pars sit corrupta .s. vt dicit decretalis ad figurandum mysterium regenerationis, & etiam ad confirmandam fidem humanitatis. Non est autem simile de sanguine. Tertio. Nam Ambro. super Luc. exponens illud, vt quid dereliquisti me, sic dicit. Clamauit homo diuinitatis separatione moriturus. Nam cum diuinitas libera sit à morte, vtique mors esse non poterat nisi diuinitas discederet, quia vita diuinitas est. Solutio. Hoc argumentum æque vel magis concludetur si quid valeret separationem deitatis à corpore, & anima quam à sanguine. Dico ego primo, quòd secundum aliquos loquitur Amb. de separatione deitatis, quæ etiã per subtractionem exterioris auxilij, secundũ illud vt quid dereliquisti me, non autem de ea quæ est per solutionem vnionis. Dico secundo ꝙ nihil uiuens cui diuinitas coniuncta est, potest mori nisi separetur à deitate ꝑ quam est, sicut nihil potest mori nisi perdat suum esse. Vnde si deitas semper fuisset unita illi humanitati, nunquã illa suũ esse perdidisset, & consequenter nunquam interiisset. Illa ergo separatio de qua loquitur Ambros. facta est ab humanitate, non à partibus eius, inter quas est sanguis. Non tamen fiat difficultas in uerbis, eo ꝙ separatio sit prope eorum quæ separata manent, cessatio autẽ vnionis est etiam in his quorum alterũ uel utrunque interit, Vnde inter animas sola rationalis dicitur proprie separari à corpore, cæterũ aurẽ desinunt ei esse unitæ, sed non separantur ꝓprie. Et sic nec humanitas est à deitate separata, quamuis desierit esse unita.

Quęstio. 31.

QVANTVM autem ad secundam quæstionem, utrũ scilicet repugnet fidei aliquid de uero & naturali sanguine Christi reperiri in terra, uisis & præsuppositis his quæ sanct. Tho. docet. 1. quæstio. ulti. ar. 1. & 2. distinct. 30. & 4. dist.

4.distin.44.& 8.quodlib.qõ.3.arti. vnico, sic dico, Quatuor elementa sic sunt in mundo, ꝙ habent proprias formas stabilitas aliquo modo, scilicet quo ad totalem suam materiã: & aliquo modo non stabilitas, scilicet quo ad partem, quia formæ elementorum nõ formæ mixtorum & sic sunt eis propriæ, & secũdũm eas, vel ab eis aut ad eas non mutatur tota earum materia, sic sunt stabilitæ quo ad totalem materiam, & secundum partem generantur ex mixtis, & ex eis generantur mixta, & sic suæ formæ non sunt penitus stabilitæ. Eo autem modo quo sunt elemẽta in mũdo, sunt quatuor humores in corpore humano, secundũ S.Tho.vbi supra. Vnde sanguis quo ad suam totalitatem habet formam stabilitam, ita, ꝙ totus non potest generari, vel corrumpi nisi generetur, vel corrũpatur animal, dicente dno Deu.12. aĩa in sanguine est. scilicet in eo sine quo nõ est vita, & Ari.3. animalibus, quod sine eo non viuit animal. Sed tamen continue generatur ex cibis, & continue ex eo generantur partes principales, animal puta caro, & ossa, & huiusmodi. Vnde dicit Dama. in 2. lib.c. 17. Fructus per quos.s. intelligit omnes cibos ex elementis consistunt, humores vero ex fructibus, animalium vero corpora ex humoribus. De sanguine igitur possumus loqui tripliciter. Primo loquendo de ipso totali sanguine gratia partiũ suarum, qui non sunt in via ad perfectius habendam naturam sanguinis, nec in via recedẽdi à forma sanguinis & tendendi ad formam principalium membrorum, sed sunt stabilitæ sub forma sanguinis nulla penitus habentes alterationem intentam ab anima promouente ad perfectiorem formam, quòd dico propter eam, quæ est à naturali calore. Isto modo sanguis dicitur sanguis sine aliqua additione siue simpliciter, & sic loquitur de sanguine S.Tho.in 3.parte quæstio.54.ar.3. quando dicit, quod carnes & ossa & sanguis in corpore Christi resurgentis fuerunt integraliter sine diminutione. Et secundo loquendo de ipso quo ad partes, quæ sunt in generari ex cibis, ita quòd nondum attigerunt ad perfecte habendam formam sanguinis.

Et sic dicitur sanguis nutrimentalis, vel humidum nutrimentale. Et tertio loquendo de eo quo ad partes quæ sunt in motu à forma sanguinis, ad formã principaliũ partiũ mẽbrorũ. Et sic dicitur ros, vt est in principio transmutationis, & cambiũ, vt est in medio iam incipiens dealbari, & glutẽ, vt est in fine iam incorporatus membris. Primo igitur modo pertinet ad humidum radicale tm̃ in genere sanguinis. Secundo autem ad nutrimentalẽ tm̃. Tertio vero ad vtrunque diuersimode, vt mihi videtur. Sicut enim patet vbi supra, humidum radicale licet secundum vnam opinionẽ sit illa materia, quæ habetur à generante in vtero matris in ipsa conceptione, nutrimentale vero omne, quod ex cibis generatur, tñ secundũ probabiliorẽ opinionem illa duo non distinguũtur secundũ principiũ, vt.s. vnũ sit ꝑ virtutẽ generatiuã, aliud vero per nutritiuã, sed secundũ finem, vt.s. illud dicatur humidũ radicale, quòd tam peruenit ad terminũ generationis, i. ad perfecte habendũ naturã speciei, siue ad illũ peruenerit per actũ nutritiue, siue per actũ generatiue, nutrimẽtale vero est quod adhuc ad illum terminũ non peruenit, sed adhuc est in uia ad illum, & in via nutriendi. Hæc ex illo, qui licet in prima parte dicat sanguinem se tenere ex parte nutrimentalis, tamen loquitur de sanguine, vt nondum peruenit ad naturam speciei, sed est in generari ex cibis. Vel loquitur de sanguine, vt est in transmutari ad mambra actu, vel etiam aptitudine aliquo modo. Cum igitur naturalis calor agat in ipsum totalem sanguinem etiã quantũ ad illas partes, quæ sunt stabilitæ formæ, & similiter in alia mẽbra principalia ipse sanguis restauratus per alimentũ & principalia membra per partes sanguinis. Partes igitur sanguinis, quæ promouentur ad restaurationem membrorum in principio saltem pertinent ad humidum radicale in genere sanguinis, inquantum perfecte participant naturam speciei in genere suo, idest sanguinis, & ad nutrimentale non in genere sanguinis inquantum sunt in via ad principalia membra. In eo igitur statu, in quo naturalis calor resoluitur necessarius est homini triplex sanguis. scilicet sanguis stabilitatæ formæ. siue sic arterialis siue alius. ne. scilicet anima statim discedat à corpore & nutrimentalis ne arterialis totaliter consumatur, & ros ac cambium, ne principalia membra totaliter resoluantur. Quando vero cessat actio caloris prædicti, tam est necessarius primus tantum, quia alii duo sunt necessarii solum ad restaurandum, & remota causa remouetur effectus, Vnde in resurgentibus non erit ros,

vel cambium, vt dicit S. Thom. in 4 nec sanguis nutrimentalis, vt idem dicit in 5. quodlib. vbi supra. Ex his autem patet, quòd Christo vsque ad mortem erat necessarius aliquis sanguis, scilicet nutrimentalis, & ros ac cambium, qui est sanguis verus & naturalis, licet primum sit imperfectus, & secundus sit in recedere à forma sanguinis, & tamen nullus talis est ei necessarius in statu resurrectionis. Nec curo virum ros & cambium dicantur de aliis humoribus, vel non. Dico igitur, quòd repugnat fidei aliquid de vero sanguine Christi esse in terra, loquendo de nutrimentali, & de rore, ac cambio. Hoc autem patet. Primo ex dictis, quia vterque superfluit corpori glorioso, & Secundo authoritate San. Tho. quia de rore ac cambio dicit in 4. quòd non resurget, quia post resurrectionem omnes partes corporis stabilientur in suis formis, & de sanguine nutrimentali in 5. quodlib. vbi supra sic dicit. Quamuis circa ea, quæ sunt de veritate humanæ naturæ sit diuersa diuersorum opinio secundum quamlibet non totus sanguis nutrimentalis, idest qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Cùm ergo Christus ante passionem comederit & biberit, nihil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertineret. & quem non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire. Hæc ille. Et tertio patet aut. do. Bona. 4 distinctio. 12. dicentis. In Christo resurrexit totum, quod fuit de veritate humanæ naturæ, & quod spectat ad decentiam, & ideo dicitur esse totus in cœlo. Quòd ergo obiicitur de præputio. Dicendum, quòd vel non fuit de carne secundum speciem, sed diuina dispensatione parum de carne secundum materiam ibi fuit, vt daretur nobis in deuotionem sicut reliquiæ. Et sic dicendum est de sanguine. Vel aliquid fuit de veritate humanæ naturæ, & illud surrexit cũ Christo, & est in Cœlo. Hæc ille. Qui ex suo modo loquendi manifeste innuit non esse inconueniens in carne, val sanguine Christi esse partem necessariam, & partem superfluam. Si autem aliquis dicat prædicta esse vera de sanguine ante passionem, sed non tempore passionis, vel in die passionis effuso. Dico quòd nulla prohibitio reperitur arctans nos quin licite credamus fuisse in Christo in die veneris, quòd licitè credimus in eo fuisse die præcedenti, vel ante per mensem, imo solum non prohibemur hoc credere, sed rationabile est sic de facto fuisse, & forte necessario, vt sicut calor naturalis continue vsque ad mortem agebat in eius humidum radicale, ita etiam fieret continua generatio sanguinis ad restaurandum deperditum. Vnde rursus probatur specialiter idem de sanguine effuso in passione dupliciter. Primo autho. summi ponti. sic dicentis. Pius episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis abbati monasterii sanctæ Mariæ Xanton. ac priori prioratus sancti Eutropii extra muros Xantone, s. & Apostolic. bene. Et infra. Petitio exhibita continebat, quòd licet tanto tempore, cuius memoria non extitit in ecclesiæ dictæ domus, vt pie creditur quædam portiuncula preciosissimi sanguinis domini nostri Iesu Christi in ligno Crucis pro redemprione humani generis salubriter effusi &c. Et infra. Nos igitur, qui de prædictis certam notitiam habemus attendentes, quòd veritati fidei nullatenus repugnat affirmare redemptorem nostrum de sanguine præfato ob ipsius passionis memoriam aliquam partem in terris reliquisse, ac propterea deuotionem ipsorum fidelium plurimum conseruari & scandalis &c. Et infra datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnatione domini 1461. Ex quo patet propositum.

Sed restat dubium, quia videtur pontifex idem affirmare de sanguine salubri, qui fuit diuinitati vnitus, & de veritate humanæ naturæ, quòd repugnat prædictis. Solutio. Spiritus sanctus locutus est per os eius. Nõ enim dicit, pro redemptione humani generis salubri effusi, sed salubriter effusi. Omnis enim sanguis fusus à Christo fuit salubriter fusus, quia ad salutem contulit ex parte fundentis per modum meriti, cuius actionem determinat ly salubriter aduerbium, non tamen omnis fuit salubris post effusionem per modum efficientiæ, sed solus ille cui deitas fuit vnita, vnde sanguis effusus in circuncisione, supposito, quod fuerit nutrimentalis fuit salubriter effusus, non tamen fuit salubris quasi pretium nostrum, sicut nec alia superflua.

Reperitur ergo in terra de sanguine salubriter effuso cum salubri, sed non de ipso salubri. Quòd autem sic debeant intelligi verba pontificia, probo per ea, quæ cõgerunt

runt. Nam anno domini 1351. Barchinonæ quidam prædicauit ꝙ sanguis Christi in passione fuit à deitate separatus. Sed contra eũ insurrexit inquisitor frater Nicolaus Rosellius ordinis prædicatorũ, & processũ formauit de mandato Clementis Sexti, vt patet ꝑ literarũ copiam domini Ioan. Cardinalis Sabnien. quam vidi, & est Brixiæ in archiuis inquisitionis, vt patet etiam per Ioan. Dominici, & directorium inquisitionis. Vnde qui hoc prædicauerat illud reuocauit solenniter, & copia reuocationis est vbi supra. Deinde processus delatus est ad curiam, & eius discussio commissa est domino Bernardo Cardinali cũ plena authoritate per Piũ Secundũ, qui Dominus Bernardus authoritate summi pontificis dictũ processum approbauit, & copia approbationis est vbi supra. Et similiter ipse processus ibidem est autenticatus. Prædicationem aũt dicti articuli, & eius cõdemnationẽ directoriũ inquisitionis, & ẽt dominus Ioannes Dominici Cardinalis testatur in suis quæstionibus euangelicis in die Paschæ, sic dicens. Confirmat totũ id, quod dictũ est, id quod legitur in directorio inquisitionis ꝙ Clemens sextus informatus per fratrem Nicolaũ Roselli ordinis prædicatorum, ꝙ in Cataloniain ciuitate Barchino. publice prædicabatur, ꝙ in sanguine Christi aspersu in parasceue non remansit diuinitas, nec sanguis ille erat deificatus habita solenni concilio magistrorũ, & aliorũ, mandauit per suas patentes literas dicto inquisitori quatenus dictum articulũ, vt hæticalẽ, & erroneum faceret publice reuocari, atque solenniter condemnari, quòd & fecit in ecclesia cathedrali. Hæc in directorio inquisitionis. Hæc ille. Patet igitur, ꝙ Pius in supradicto breui non loquitur de sanguine salubri, id est deificato, quia talis cùm sit de veritate humanæ naturæ sc̃d͂m oẽs fuit reassumptus. Vnde dicit beatus Tho. in 3. quòd diuinitas non mansit vnita nisi reuniendis, vel reassumendis, sed de salubriter, id est meritorie, & vtiliter effuso. Patet inquam. Primo ex commissione Clementis, quia supponitur, ꝙ vterque pontifex circa ea quæ sunt fidei, idem senserunt, maxime quando inquantum pontifices loquuntur, quòd tunc semper accidit quando quis eos consulit in talibus non vt doctos, sed vt pastores, & ipsi ad taliter quæsita respondent. Sensit autem Clemens aliquis sanguis in die passionis effusus, quod deificatus esset in triduo, & consequenter ille fuit reunitus sc̃d͂m S. Tho. quia qui nõ meruit esse etiam vnitus, & consequenter de isto non loquitur Pius. Patet Secundo ex cõmissione etiam ipsius Pii, & approbatione eius circa dictum processum.

Est autem hic notandum, ꝙ quidam dicunt Pium mandasse sub excommunicationis pœna, ne in prædicto articulo altera pars alteram condemnet, sed nullus eorum qui enumerant excommunicationis latas post sextum & Clemens, facit mẽtionem de ista. Vnde credo rem ita actam esse. Nam Pius primo mandauit nihil circa hoc debere innouari, donec per ipsum aut sedẽ apostolicã de hoc decerneretur, vt patet in breui quo dã ad Magistrũ Iacobũ de Petris, cuius copia est Brixiæ. Sed interim rem cõmisit dicto Cardinali, vt dictum est, & ille processum approbauit maxime recognito, ꝙ prædecessor Pii, Clemens sextus ipsum articulũ execrabatur. Secundo probatur idẽ specialiter de sanguine effuso in passione per signũ. Et vt omittamus instrumenta passionis, quæ dicuntur adhuc haberi cruentata, vt corona spinea in capella regis Franciæ, & vna spina Rechanati in conuentu Aeremitarum, & Nurimbergæ ferrum Lanceæ, & similiter sanguinem, qui dicitur esse Mantuæ in abbatia Sancti Benedicti in ecclesia Sanct. Andreæ, quem vt dicitur Longinus ibi requiescens attulit. Assumo pro signo terram quam Magdalena collegit sub Cruce. Nullus enim sanæ mentis, & sanę fidei videtur mihi posse ambigere quin vere Magdalena sic fecerit si videat ea quæ infra feria quinta post pascha narrantur. Effectus enim qui adhuc apparent, & chronicæ simul euidenter ostendunt, ꝙ vera fuit historia Caroli, & reuelatio Magdalenæ. Oportet igitur dicere, ꝙ in illa terra sit substantia alicuius sanguinis superflui, vel ꝙ vltra alia miracula quæ circa illã fiunt ibi miraculose conseruetur color sanguinis, sine dubio alius ab eo qui fuit in sanguine Christi, quia accidentia non migrant de subiecto in subiectũ. Non autem est ad miracula recurrendũ concurrentibus duobus, scilicet Primo, ꝙ vera naturalis causa possit de aliquo assignari, & secundo ꝙ non sit maior rõ, ꝙ aliq̃d fiat miraculose q̃ naturaliter, vt in ꝓposito, Et hoc. q̃ a Deus nõ ope

ratur miraculosa sine causa, & necessitate. Forte tamen diceret aliquis, quòd sicut agē te igne ī aliquo participatur caliditas ignis, in quo non est substantia ignis, ita etiā sanguis ille fecit in prædictis impressionem sui coloris, qui remansit. Sed hoc non est probabile propter duo. Primò, quia nō videtur color ita esse actiuus, vt suā similitudinem realiter imprimat, nisi per commixtionē sui subiecti cū alio. Secundo, quia Pius Pontifex in breui supra recitato non loquitur de colore sanguinis, sed de sanguine. Et concedit ꝙ prædictus sanguis, qui est Xantone (vt dicitur) possit adorari, quod non fecisset, vt videtur, si ibi non esset substantia alicuius sanguinis naturalis, vel miraculosi, sed solū aliquis effectus sanguinis Christi, id est color sanguineus. Quicquid autem sit de hoc nobis sufficit, ꝙ fidei non repugnet sic esse vt diximus, & ꝙ probabiliter ita sit de facto. Sed cōtra prædicta arguitur. Primo sic. Nā si aliquis sanguis superfluus in die passionis fuit in Christo, ille erat continuus cū alio in corpore Christi existens, vt patet. Et similiter etiam post effusionem saltē probabiliter, vel ad minus possibiliter, quòd dico ne cauillando sine ratione dicatur, quòd in ipsa effusione fuit ab alio per guttulas separatus: vtriusque igitur sanguis, id est necessarii, & superflui erat vnū esse, & vnū suppositū, quia partes continui non habent propriū suppositū, vel esse, sed vnū est totius, & omniū partiū diuersimode. Aut igitur illud suppositū, vel esse erat diuinū, & sic sanguis superfluus post effusionem erat vnitus Deo suppositaliter, quòd incōueniēs. Aut erat aliud à diuino, & sic sanguis necessarius non erat vnitus, contra prædicta. Sol. Dupliciter ad hoc solui potest. Nam hoc sine dubio tenendū est ex S. Tho. & S. Bonauen. ꝙ partes quæ non fuerunt de veritate humanæ naturæ aliquando desierunt esse deitati vnitæ, quia pars sanguinis quæ nō meruit in resurrectionem reassumi, multo minus meruit remanere vnita deitati. Vnde S. Tho 3. dist. 2. sic dicit. In omnibus quæ sunt de veritate humanæ naturæ etiam separatis manet ordo ad totam naturam, & ideo manet in eis assumptibilitas, & consequenter vnio, sicut in corpore Christi remansit anima separata. Vnde & eis latria debetur. Si autem separentur aliquæ partes quæ non sint de veritate humanæ naturæ, non remanet in eis ordo ad naturam humanam cui principaliter assumptio debetur, & ideo non remaneret vnio nec debitū latriæ. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd partes superfluæ sanguinis aliquando sunt à deitate separatæ. Quando autē sint separatæ potest dici. Primò quòd tunc quando sunt separatæ à partibus necessariis, id est in puncto resurrectionis sic quòd toto triduo fuerunt vnitæ, nisi ante aliquæ fuerint separatæ a necessariis, sicut etiam in resurrectione nostra assumptis necessariis, superflua quæ prius eis erant coniuncta incipient habere nouū suppositū. Potest etiam dici secundo, quòd tunc quando primo sunt separata à corpore Christi sicut accidebat de capillis ab eo defluentibus ita, quòd in toto triduo fuerit saltem possibiliter in eodem continuo cùm necessariis, sed nō in eodem supposito, Deo ibi operante, sicut accidit cū calici consecrato miscetur gutta vini. Tunc enim eiusdē continui aliqua quantitas subsistit in se, & aliqua inhæret vino, Et sic patet etiam ad argumentū dupliciter. Sed si contra primū modū instetur, quia sanguis qui stetit vnitus in triduo est reassumptus secūdum S. Tho. in 5. quodlib. Dico ꝙ verū est, si erat vnitus ꝑ se, siue gratia sui, quasi habens per se ordinē ad naturā, vt sanguis necessarius: secus autem si per accidens, id est gratia alterius cui erat continuus, vt superfluus. Secundo. Nam sanguis, qui est in sacramento est idem cū effuso in parasceue, dicente dominio. Hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur. Sed in sanguine sacramenti non est pars superflua, quia nihil nobis esset proficua &c. Sol. Est idem cum effuso necessario quem demōstrat ly hic, quia beatus Ioā. dominici habet pro inconuenienti ꝙ Christus dederit in ꝑtium nostrū id, quod nō erat de veritate humanæ naturæ. Et licet vnus esset continuus alteri, & ly hic, demonstret totū, tamen demonstrat totū gratia partis maioris, vel nobilioris, sicut cum dico. Iste piscis est bonus ad vescendum, non demonstro illū gratia omniū partiū eius. Tertio. Nā superfluitas sanguinis in Christo non potuit esse à Deo vel natura, quia non abundant in superfluis, nec à ratione, quia non est ratio boni consilii, qui parat superflua Ergo esset ab aliquo malo regimine vitæ, puta quia immoderate

vescebatur, quod est prophanū. Sol. Fuit possibiliter à Deo & natura quia licet natura ꝑ se non producat superflua in statu naturali, tamen producit quædam in eo necessaria & superflua in statu corruptionis.

Quæstio 23.

AD tertiam quæstionem respondeo primo, ꝙ esto ꝙ prædicta repugnent doctrinæ S. Tho. ꝙ tamen nego. Adhuc discipulus S. Thom. & professor doctrinæ eius sine reprehensione pōt concedere aliquid de Chri sanguine vero. i. nō miraculose esse in terra, q̄a in hac re loquitur dubitatiue, vt patet in 3. quodlib. in prima rōne eius, vbi dicit, vř magis dicēdū. Et in responsione ad vltimū loquēs de sanguine miraculoso, qui in quibusdā ecclesijs ostendit, dicit, ꝙ dicit fluxisse &c. Pōt igit discipulus eius soluere rationē quā ipse sciuit esse solubile, potissime accedēte nouo motiuo cuius modi est determinatio pontificis. & sanguis Magdalenæ prædictus, de quo S. Tho. nō fecit mentionē, quòd patet, quia ille de quo ipse loquitur di fluxisse de imagine crucifixi, iste aūt dr & legitur fluxisse de vero corpore Christi. Dico secūdo ꝙ nunq̄ S. Tho. sensit q̄n de Christi vero sanguine sit in terra possibiliter, q̄d probo ex quinto quodlib. vbi supra clare, & patenter, sicut ex pcedenti recitatū est. Et hoc ēt si sit fusus in passione, quod sic suadeo. Primo. Nā ex verbis eius non potest necessario concludi oppositū huius, vt patebit soluēdo obiectiones, ergo nō est dicēdū, ꝙ S. Tho. oppositū huius senserit. Secondo, quia ex verbis S. Tho. sequitur probabiliter, & forte necessario id, quod dico. Nā causa ꝑ quā concedit posse esse in terra aliquē sanguinē nutrimenralē, est, quia talis generatur ex alimēto, & Chrs comedit, & bibit. Sed istamet causa fuit ꝑe passionis, quia à ieiunio 40 dierum vsque ad passionē duxit vitā cōmunē cū alijs comedendo, & bibēdo ēt vinum, vt patet ex decursu euāgelii, & in cœna comedit carnes, i. agnū, & bibit de genimine vitis. Et post cœnā ante cōpletā digestionem, vel circa, statim cœpit sanguinē fundere in flagellis. Quomodo ergo est verisimile, quòd in eo tunc non fuerit sanguis nutrimentalis generatus ex illo cibo, vel aliis prioribus qui adhuc non esset in summa perfectione sanguinis quem nutrimentalem dicimus. Si dicitur quòd hoc fuit propter perfectam ætatem Christi, dico ꝙ Deus nō potest alterationem facere subito, & multo minus virtus stomachalis Christi poterat alimenta repente conuertere in sanguinem, maxime, quia secundum Damas. Christus in passione permisit omnibus virib. sua officia peragere. Nisi forte aliquis dicat Christū q̄ nobilissimæ cōplexionis fuit in flore iuuentutis qui non ita arte cibo vsus est, quin cum oēs possent imitari, ita debilem habuit virtutē digestiuā, ꝙ oportet diuinitus cibū ab eo sumptū digeri quæ sunt insana. Refert tamen beatus Ioannes dñici ꝙ Ioannes de Poliaco in suo quarto quodlib. probarit in hora passionis Christū nullum habuisse superfluū sanguinē, cuius rationib. respondere nō valeo, quia eas non adduxit, sed tamen qua ratione probari potest ꝙ ex quo vsque ad illam horam Christi vniformiter vixit non generaretur cōtinue in eo sanguis ad restaurandā continuā deperditionē. Immo ego dico, ꝙ potuit in sanguine lateris ēt naturaliter esse aliquid de sanguine nutrimētali vel, rorido, sed maxime Deo volente, vt esset nobis in reliquiā. Sed contra ista arguitur ex verbis S. Tho. ꝙ licet sed m eū repugnet fidei aliquid de sanguine in passione effuso esse in terra, vt supra deductū est, tamen repugnat veritati. sic quòd de facto existimauit nihil eius esse in terra. Primo sic. Nam expresse dicit, quòd totus sanguis effusus ī passione sit reassumptus, vt patet in 5 quodlib. Solu. Immo ibi hoc non dicit, sed dicit sic. Sed quia specialiter fit quæstio de sanguine effuso, in passione pro redēptione humani generis de hoc magis dicendū videtur, ꝙ rorius in resurrectione ad corpus Christi rediret. Hæc ille. Multū enim distat inter sanguinē effusū, & effusum pro redēptione, quia iste proculdubio non est superfluus q̄a Christus superfluū aliquid pro nobis in pretiū non dedit plus q̄ capillos fluentes. Cōtulit tamē ad redēptionē nostrā sanguis superfluus ex parte Christi per modū meriti inquantū patienter, & voluntarie tolerabat flagella, & vulnera quib. fundebatur, sed non per modū efficientiæ eo modo quo sanguis verus, & deificatus. Sed contra istā responsionē instatur, q̄a ipse 3 q. 54. arti. 3 ad ter-

artiū clare sic dicit. Totus sāguis, qui de corpore Christi fluxit cùm ad veritatē humanæ naturæ pertineat in corpore Xpi resurrexit. Hæc ille. Sol. S. Tho. ibi non loquitur de sanguine effuso in passione præcise, sed vniuersaliter de effuso. Vnde ad mentē arguentium sic sequeretur, ꝙ S. Tho. sentiret omnem sanguinē etiā nutrimentalē quandocunque fusum iterū fuisse reassumptū. Quòd et si de illo loquatur, vt videt, nō loquitur de sanguine nutrimētali, sed d̄ sāguine simpliciter dicto, q̄. s. puenit pfecte ad naturā sāguinis, & adhuc sub ca est. Et hoc pbo euidenter. Prio testimonio triū supradictorū patrū. Secundo q̄a S. Tho. vbiq; dixit verū in hac materia, vt supponit, & cōsequenter dictū in tertia parte intelligitur iuxta limitationē quā dat in quodlibet. vt scilicet intelligatur totus effusus, p redemptione, qui & simpliciter dicitur sanguis. Tertio, quia S. Tho. ibi in tertia parte intelligitur loqui de sanguine eodē modo accipiendo sanguinem in corpore articuli, & in responsione ad tertium, quia ipse non æquiuocat, vt suppono. Et tamen in corpore cùm dicit sanguinem in corpore Christi resurgentis fuisse integraliter sine diminutione, clarum est, quòd non potest intelligi nisi de sanguine arteriali seu stabilito, quia secundum eius doctrinam vbique non resurgit sanguis nutrimentalis, nec ros, vel cambium, immo etiam ex verbis eius ibi ad tertium patet, ꝙ loquitur de sanguine, qui est de veritate humanæ naturæ, cuiusmodi non est nutrimentalis. Sed quare ibi in tertia parte non ponit Sanct. Tho. istam limitationē? Sol. Hoc est, quia sub intelligitur propter duo. Primò, quia ille sanguis quem pro salute nostra fudit, est sanguis simpliciter, id est sine additione alicuius, cùm sit perfectissimus in genere sanguinis. Secundo, quia cū passio Christi ex eius intentione ad redemptionem esset ordinata, proprie, & per se illum sanguinē dicitur fudisse in passione, quem pro redemptione fundit. Reliquo autem accidit fundi tunc per accidens quantum fuit ex intentione Christi intendentis redemptionem. Et hoc nisi ratione annexi operi operantis ex parte Christi, vt sæpe dictum est.

Secundo. Nam in prædicto quodl. sic dicit. Cùm Christus ante passionē comederit, & biberit, nihil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalē, id est qui ex cibis generatur, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertineret, & quem non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire. Hæc ille. Ex quibus verbis patet, quòd distinguit inter sanguinem effusum, ante passionem, & alium in ordine ad necessarium, vel superfluum. Cùm ergo fusus ante passionem sit superfluus, reliquus est necessarius. Sol. Immo non sic distinguit, sed assignat causam quare in Christo nihil prohibet tempore passionis fuisse sanguinem superfluū, quia. s. ante passionem comedit, & bibit. non autem dicit, ante sanguinem fudit. Tertio. Nam ibi in prima rōe sua ad probandū, ꝙ totus sanguis effusus, in passione pro redēptione &c. vult, ꝙ quicquid fuit in eo, vel alio in perfecta ętate pertineret ad veritatem humanæ naturæ, dicens. Prima ratio accipi potest ex ætate Christi patientis. Passus est enim in perfectissima ætate, in qua maxime ea quæ in homine inueniuntur ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur. Hæc ille. Sol. Qui capit istū sensum in Sanct. Tho. ꝙ ea ætate quæcunque sunt in homine sunt de veritate &c. videtur mihi satis habes, quia sequeretur tunc non esse in homine semen, vel sanguinem nutrimentalem, aut humiditatē rorīdā, vel cambium, quæ licet Christus fuerit de veritate suo modo, id est ratione sanguinis, vel alterius humoris, tamen iam tunc sunt in recessu à tali forma, & adhuc non attigerunt ad aliam, & consequenter non sunt de veritate saltem in corpore resurgente. Et similiter sequitur nullū capillū ob eo defluere sua spōte, & quòd non posset vngues præcidere sine diminutione suæ integritatis. Intendit ergo ibi Sanct. Thom. q̄d tunc ea quæ sunt in homine, sunt maxime de veritate, supposito, ꝙ sint de veritate humanæ naturæ. Quarto. Nam in quodlibet. 5, vbi supra sic dicit. Sanguis in passione effusus, qui maxime fuit salubris, fuit diuinitati vnitus. Et ideo oportuit, quòd in resurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus. Hæc ille. Tunc sic. Totus sanguis tunc effusus fuit vnitus deitati in toto triduo, quia totus fuit vnitus per se, vel continuus cum vnito, & consequenter vnitus, ergo totus fuit reassumptus. Sol. Dico dupliciter iuxta dicta arti. præcedentis ad primum. Primo, negando antecedens, & ad probationem

eius patet qui diuinitus potuit in eodem cõtinuo esse unitus & non unitus. Dicit tamen S.Tho. sanguinem tunc effusum fuisse unitũ nulla facta distinctione, quia proprie ille dicitur effusus, qui ex Christi intentione effluxit ad redimendũ effectiue. Vel quia iam distinxerat uirtualiter dicendo quæstionẽ esse specialiter de effuso pro redemptione humani generis. Secundo, negando consequentiã, quia dato antecedente, dico, ꝙ ille solus fuit reassumptus qui fuit unitus per se. Quinto. Nam ibi in fine articuli sic dicit soluendo argumentum de sanguine, qui alicubi ostenditur. Sanguis Christi qui in quibusdam ecclesiis ostẽditur dicitur ex quadã imagine Christi percussa miraculose fluxisse, uel etiã alias ex corpore Christi. Hæc ille. Ex quibus uerbis arguitur dupliciter. Primo sic. Si sanctus Thom. credidisset probabiliter esse aliquid de Christi sanguine in terra non habuisset causam soluendi argumentum quod probat hoc esse uerum, & consequenter non soluisset, & cùm illud soluerit, sequitur, ꝙ prædicta non credidit, & consequẽter uidetur credidisse oppositum, cùm hanc materiam considerauerit, & non remanserit perplexus, vt suppono. Sol. Etiam si crediderit sic esse. vt concludit argumentum, adhuc habuit ad illud aliquid dicere. Tum ne sanguis miraculosus crederetur naturalis. Tum ne naturalis superfluus crederetur deificatus. Et ista duo in responsione sua tangit. Secundo, quia in sua responsione affirmat uirtualiter istam conclusionem, scilicet. Si sanguis qui ostenditur in quibusdam ecclesiis non fuit miraculosus, i. per miraculũ ab imagine crucifixi resolutus, fluxit de corpore Christi, alias, idest alio tempore, quàm de tempore passionis. Solu. Negatur assumptum, quia ly alias, nõ significat ibi, vt exponitur, sed ly alias, stat pro ly aliter, vt sensus, ꝙ si ille sanguis non est miraculosus, fluxit de corpore Christi, alias, idest aliter, quàm modo dicto. sed aliter, quàm ille qui fluxit, vt pretium redemptionis nostræ, uel si ly alias stet pro alio tempore, ly alio non refert Christi passionis, sed refert tẽpus illius effluxus miraculosi ab imagine Christi percussa, de quo ibi loquitur. Sexto. Nam Thomistæ cõiter imponunt sancto Thome, ꝙ sic senserit, vt Io. dominici, & quidam alii. So. Timuerunt olim Thomistæ, ne si concederent unam partẽ sanguinis tunc fusi fuisse superfluum, & cõsequẽter à deitate separatum, cogerentur idem cõcedere de toto, vel saltem ne ex hoc fuisset quo ad hoc debilitata fides unionis ad sanguinem. Vnde conati sunt interpretar san. Tho. ad propositum suum. Prædicti autem tres magistri tanquam viri doctissimi voluerunt se de hoc articulo intromittere (utique vt reos) existimãtes, ꝙ circa hoc ueritas non erat in fauorem apud rudiores illi ueritati q̃ defensare conabantur. Vnde protestati sunt se de hoc non uelle loqui, vt patet ex dictis.

Quæstio. 24.

Qvantum autem ad quartam quæstionem duo faciam. Primo enim adducam fundamenta vnde elicitur responsio ad quæstionem, & Secundo respondebo.

Qvantum ad primum fundamentum, primum est dictum Innocentii extra de cele. mis. in decretali, quæ incipit. In quadã. postquam probauerat, quòd illa sit vera aqua dicentis. Restat igitur, vt qualiscunque fuit illa aqua, siue naturalis, siue miraculosa, siue de nouo diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta proculdubio vera fuit. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd salua fide potest credi. Primo, ꝙ illa fuit naturalis, i. à natura producta, & lateri Christi angelica, vel diuina virtute, vel qualitercunque applicata. Et secũdo, ꝙ fuit miraculosa, i. facta de quocunque corpore Christi forte tamẽ hoc mẽbrum non ponit in numerũ cum duobus sequentibus. Et tertio, ꝙ fuit nouiter creata. Et quarto, ꝙ fuit de aliqua parte corporis Christi per resolutionem generata. Secundũ autem est dictum domini Bona. supra recitatũ. s. In Christo resurrexit totũ, qđ fuit de veritate humanæ naturæ, & qđ spectat ad decẽtiã, & ideo totus esse in cęlo. Quòd ergo obiicitur de præputio. Dicendũ, ꝙ vel nõ fuit de carne secundũ speciẽ, sed diuina dispensatione parũ de carne secũdũ materiã ibi fuit, vt daretur nobis in deuotionẽ sicut reliquiæ. Et sic dicendũ est de sanguine. Vel aliquid fuit ibi de veritate humanæ naturæ, & aliud surrexit cũ Christo, & est in cœlo, & residuum mansit. Hæc ille. Et quia caro magis est de veritate naturæ, quàm sanguis, quòd ipse dicit de carne, potest dici de sanguine à fortiori, quantumcunque fuerit stabilitæ formæ, & perfectus.


perfectus. Tertium est dictum Scoti in 4.di. 44. qui quasi exponendo dictum sancti Bonauer. sic dicit. Forma dat esse & agere. Ergo pars secundũ formã potest dici quandiu habet esse secundũ formã, vel quandiu habet agere secundum formam. Et secundũ infert primũ, licet nõ econtrario. Citius.n. deficit alicui acto propter imperfectionem quàm esse, Et siue sic, siue sic pars secundum formã non est tantum pars formæ, sed includit materiã & formam. Primò autem modo quæcunque pars dũ manet in toto dicitur pars secundum formã à principio, scilicet periodi sui usq. ad finem, quia scilicet tandiu habet esse. Sed secundo modo non dicitur pro omni parte periodi pars secundũ formã, sed pro illa quam habet ueritatem ita efficacẽ, ꝙ potest sibi cõpetere actio secundũ formã. Et infra. Primo modo parti secundum speciẽ nõ ponitur propriè pars secundũ materiã, nisi sicut homini uno opponitur homo mortuus. Et sic eadem pars dicitur secundũ speciẽ dum manet in toto, & pars secundũ materiã quãdo fluit. Sed secundo modo alia est pars secundũ speciẽ, & alia secundũ materiã, etiã partibus manentibus in toto, quia aliqua modica pars cui nõ potest competere propria actio etiam si sit in principio periodi sui, est pars secundũ materiam: Pars autem quantitatis & uirtutis sufficientis ad agendum est pars secundum speciem. Quartum fundamentum est opinio aliquorum, qui dicunt, quòd non totus sanguis qui est stabilitæ formæ & necessarius in corpore mortali, est de ueritate humanæ naturæ in eodem corpore resurgente, aut ei necessarius, quia plus indiget idem corpus mortale quàm immortale. Quam opinionem possemus sic declarare, & confirmare. Nam secundum medicos natura est sagax, & in animalibus de ea materia qua subuenit mẽbris restaurandis plus semper sibi retinet non solum quàm sit necesse ad uiuere, sed etiã quã sit necesse ad consuetam restaurationem tenuem, ut si non ministrentur sibi alimenta horis consuetis, possit membra vtcunque restaurare. Hinc est, ꝙ homo lassus sumpto cibo statim recuperat membrorũ uires, non quia iam cibus transierit ad membra, sed quia natura id quod pro munitione reseruabat statim exhibet, postquam est sibi alimentum exhibitũ unde possit alium humorem generare. Istud ergo plus quo ad sanguinem spectat, est quidem necessarium in corpore mortali, & est uerus & perfectissimus sanguis, sed non est necessarius in corpore glorioso, nec in eo totam resurgit, vt dicunt.

QVANTVM autem ad secundum de aqua dico, quòd sana fide potest affirmari esse in terra, quia si fuit ibi primo, vel secundo, vel tertio modo supradicto, clarum est, ꝙ non fuit de ueritatis humanitatis Christi, & consequenter potest credi à Deo conseruata esse in terris. Si autem fuit ibi quarto modo, idest per resolutionem factam de corpore Christi, etiam idem credi potest eo modo, quo dominus Bonauentu. dicit de præputio, ut scilicet sit in terra quo ad aliquas partes secundum materiam quæ fuerunt in corpore Christi, vnde resoluta est ex diuina dispensatione, vel quia id vnde resoluta est non erat totum de veritate humanæ naturæ, quia scilicet in ea parte erant alioqui humores, qui erant in via transmutationis de forma in formam, vel quia ibi erat aliqua pars carnis mox per calorem naturalem resoluenda tanquam carens operatione speciei iuxta modum loquendi Scoti, quæ non erat reassumenda possibiliter secundum aliquos. Igitur tribus modis potest affirmari, quòd illa aqua tota sit in terra, & quarto, quòd sit secundum partem. Primo dicendo, ꝙ fuit vera aqua naturalis, idest à natura producta. Et secundo dicendo, ꝙ fuit generata de aliquo corpore alio à corpore Christi. Et tertio dicendo, ꝙ fuit nouiter creata. Et quarto dicendo, ꝙ fuit de carne Christi resoluta, in qua erat aliquid non de veritate naturæ, quod in aquam cum carne conuersum est, vel in qua secundũ aliquos erat saltem diuinitus pars secundũ materiã non reassumenda. Quantum autem ad sanguinem illũ, videtur mihi, ꝙ nõ possit dici totus esse in terra aliquo modo, quia pars eius fuit deificata (vt videtur) cum dicant doctores sacramenta à tali sanguine habere uirtutem. Potest autem dici in terra esse secundum partem, quia potest credi in illo sanguine multum fuisse de nutrimentali, quia ille maxime viget in epate, quòd fuit vulneri lateris vicinum. Nec est verum, quòd dicit Guilel. in rationali, Christum fuisse lanceatum latere sinistro, tum quia dicit magister historiarum, ꝙ in latere dextro, tum, quia hoc idem ostendit cõsuetudo pictorum, ex qua idem magister arguit in ortu

domi

domini fuiſſe bouem & aſinū, tum quia ad hunc ſenſum eccleſia videtur cantare illum verſiculum. Vidi aquam egredientem de tẽplo à latere dextro. Igitur tribus modis poteſt dici pars illius ſanguinis eſſe in terra. Primò dicendo quòd ibi erat ſanguis nutrimentalis, à quo eas ſeparauit deificum in hora reſurrectionis. Secundò dicendo ſicut ſanctus Bona. de præputio, quod ibi eſt diſpenſatione Dei, vel aliter fuit pars ſanguinis ſecundum materiam, ſiue quæ mox erat per calorem naturalem reſoluenda, cui alia perfectior à natura erat ſubſtantia, quæ iam formam ſanguinis attigerat. Tertiò dicendo quòd non erat Chriſto neceſſarius totus eius ſanguis poſt reſurrectionem ſicut ante ſecundum aliquos.

Quæſtio 34.



D quintam quæſtionẽ vtrū ſ. talis ſanguis ſuꝑfluus ſi q̃s ſit, poſſit adorari latria: S. Th. in 3 ſẽtẽtiarum dicit quòd nõ, vt patuit articulo p̄cedenti. Et idẽ tenuerunt tres viri p̄dicti. Sed Ioãnes dominici allegat & nõ reprobat Ioannẽ de poli. qui ſenſit, quòd poteſt, & dẽt adorari latria vt reliquiæ Chriſti, ſi fluxit de corpore Chriſti, & ſimiliter etiam ſi fluxit de imagine Chriſti, vel hoſtia conſecrata, quia repreſentat Chriſtum paſſum, & gratia eius adoratur,

Concordia autem fit ſic. Nam multipliciter aliquid adoratur latria, quæ debet Deo. Primo quia eſt Deus, vt pater, filius & ſpiritusſanctus. Et ſecundo, quia eſt in ſuppoſito diuino, vt humanitas Chriſti, & ſanguis vnitus. Tertio, quia eſt imago prædictorum, vt crux. Quarto quia tetigit Chriſtum tanquã aliquid eius, vt veſtes, & claui, & huiuſmodi. Notanter dicitur tanquam aliquid eius, q̃a etiam manus crucifigentium tetigerunt eū. Dico autẽ eius fuiſſe quòd poſſedit, & quo vſus eſt ipſe, vel alii circa ipſum, niſi ſint partes rationales creaturæ. Et iſto quarto modo ratione cõtactus ſanguis, modo nõ vnitus debet adorari latria, & capilli deſtuentes, & huiuſmodi. Si enim crux quæ Chriſtū tetigerit, & vt perfuſa ſanguine eius debet latria adorari, vt imago, & ratione contactus à fortiori ipſe ſanguis qui fuit pars corporis & vnitus deitati ſic debet adorari. Et ſimiliter illa aqua inquantum tetigit Chriſtum, vel repreſentat eum lanceatum. Ex prædictis patet quòd ordo prædicatum nunquam ſuſcepit in communi ad ſuſtinendum nihil de ſanguine Chriſti eſſe in terra, licet forte aliquis frater in particulari hoc fecerit. Patet etiam quòd San. Thom nunquam ſenſit in oppoſitum, & qui hoc ei imponunt, non bene illum capiunt. Et hæc ſufficiant de tota iſta materia, in qua laboraui pro inueniẽda ueritate. Et ubi inueni aduerſariorū maledicta, conatus ſum uincere in bono malū, & benedicere maledicentibus, niſi quatenus materia me coegit. Chriſtus autem Ieſus æternus amor, qui iuxta Eſa. uaticinium in charitate perpetua dilexit nos, & attraxit nos miſerans, utique ſanguine ſuo, omnibus cordibus illum infundat charitatis ardorem quo ꝑ omnibus & ſingulis nobis ſanguinẽ & uitam miſericorditer dedit, ut eum ſimul & ueritatem quærendo, inuidiam, & odia omnes obliuioni perpetuæ tradam. Amen.

Feria ſecunda Paſchę.

Quæſtio 35.



Væritur vtrum Chriſtus reſurrectionem ſuam manifeſtauerit ſuſficiẽtibus argumentis.

Reſpondeo. S. Tho. Aq. 3. q. 55. ar. 6. ſic reſpondet, Cūm Chriſtus ſuã reſurrectionem dupliciter manifeſtauerit. ſ. teſtimonio, & argumento ſeu ſigno, utraque manifeſtatio in genere ſuo ſufficiẽs fuit. Prima q̃dẽ, quia vſus eſt teſtimonio duplici, quorū neutrum refelli potuit, Angelorum. ſ. qui mulieribus apparuerunt, & ſcripturarū quas ipſe propoſuit, ut dicitur Luc. ult. Et ſimiliter ſecunda. Nam oſtendit ſuam reſurrectionem fuiſſe ueram ex parte corporis, de quo oſtendit primo quòd erat uerum, quia palpabile præbuit. Secundo quòd erat humanum, oſtẽdendo effigiem ueram, quam oculis intuerentur. Et Tertio quòd eſſet idem numero

quòd

quod habuerat prius ostendendo vulnerum cicatrices. Et similiter ex parte animæ ostendit idem per opera triplicis vitæ. Primo nutritiuæ, in hoc quòd cùm discipulis manducauit & bibit. & Secundo sensitiuæ, in hoc quòd ad interrogata respondebat, & discipulos præsentes salutauit. & Tertio intellectiue, in hoc quòd loquebatur & differebat de scripturis. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis, ostendit etiam se diuinam habere naturam per miraculum, quod fecit in piscibus capiendis, & vlterius per hoc quòd eis videntibus ascendit in cœlum, quia vt dicitur Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Ostendit etiam resurrectionis gloriam per hoc quod clausis ianuis introiuit ad discipulos, & per hoc quòd ab oculis eorum statim euanuit, vt dicitur Luc. vlt. quia p hoc ostendebat in sua esse potestate videri, & non videri, quæ est conditio corporis gloriosi. Hæc ille.

Sed contra. Nihil enim post resurrectionem Christus discipulis ostendit, quòd angeli in corporibus apparentes ostendere nõ possint, qua se in effigie humana ostenderunt, & comederunt, loquendo, vt patet Genes. 28. & tamen non habuerunt vera corpora. Ergo argumenta prædicta non fuerunt sufficientia. Solutio. Licet singula argumenta non sufficerent, omnia tamen simul perfecte resurrectionem Christi manifestabãt maxime propter scripturæ testimonium, & Angelorum dicta, & assertionem Christi confirmatam miraculis. Angeli autem apparentes non se asserebant homines esse, vt Christus. Aliter tamen Christus atque aliter Angelus manducauit, quia cùm Angelus non habeat corpus naturaliter vnitum, & viuificatum, sua comestio non est vera, etiam dixit Angelus Tob. 10. Videbar quidem inquit manducare, &c. Hæc idem.

Sed intelligendum est, quòd argumentum duobus modis aliquid probat. Euidenter scilicet sic, quòd non possit mente non credi id quod probatur. Et isto modo nullum est argumentum respectu hominis in statu viæ ad ea quæ sunt fidei, vt patet discurrenti per singula. Et licet miraculum factum in testimonium fidei, conuincat dæmones, quibus constat illud à Deo fieri, non tamẽ conuincit hominẽ, quia si videro (verbi gratia) mortuum resurgere, licet credam, quòd solus Deus te suscitat, nescio tamen an iste vere, aut phantastice, resurrexit. Alio modo probabiliter, ita quòd quilibet bene dispositus ad bonum, & mundus à passionibus sic crederet. Et isto modo signa simul sufficientia fuerunt maxime, quia per quadraginta dies durauerunt, in quibus perpendissent de dolo, si resurrectio phantastica fuisset, & tanto magis quanto spiritus angelicus non potest opera vitæ ita bene fingere, sicut anima potest vere exercere.

Quæri etiam potest. Vtrum Christus discipulis in effigie aliena debuerit apparere. Vide 3. quæstio. 55. artic 4. Et vtrum debuerit euanescere ab oculis discipulorum, vel cum eis continue conuersari. Vide ibidem artic. tertio.

Feria tertia Paschæ.

Quæstio 36.



VAERITVR, vtrũ discipuli sicut post resurrectionem, ita & in pũcto resurrectionis debuerint Christum videre resurgentem. Respondeo ex doctrina san. Tho. 3. par. q. 50. ar. 1. resurrectio Christi non debuit videri immediate ab hominibus, sed eis debuit nuntiari ab Angelis. Nam quæ sunt supra homines sunt eis per Angelos manifestanda, quia talẽ ordinẽ Deus in rebus instituit, vt tenet Dion. 4. c. cel. hierar. quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Ac. 13. sed Christus resurgens non resurrexit ad vitam communiter omnibus notam, sed ad immortalem & conformem Deo, secundũ illud Rom. 6. q enim viuit, viuit Deo. Vnde dicit Hyla. super Matth. quòd ideo Angelus primus resurrectionis est iudex, vt quodam famulatum paternæ voluntatis resurrectio nunciaretur.

Sed contra, primo. Nam qui debet testimonium ferre de aliquo, hunc conueniens est videre illud, quia testimonium de visu est certissimum. Sed Apostoli habebant de resurrectione testificari, secundum illud Act. 4. Virtute magna &c. Solutio. Poterant testificari de visu, quia Christum viuentem oculata fi-

ta fide uiderunt, quem sciuerant mortuum, sed sicut ad visionem beatam peruenitur per auditum fidei, ita ad visionem Christi resurgentis peruenerunt homines per audita ab Angelis. Secundo. Nam sicut de ascensione ita & de resurrectione oportebat habere certam fidem. Sed ad habendam certam fidem de ascensione illam viderunt, vt patet Act. 1. ergo debuerunt etiam videre resurrectionem. Solu. Non est simile, quia ascensio cōmunem hominum notitiam transcendebat solum quantum ad terminum ad quem, non a quo, ideo videri potuit quantum ad terminum à quo, idest secundum quòd eleuabatur à terra, non autem ad quem, quia non viderunt quomodo reciperetur in cœlo Sed resurrectio eam transcendebat quantum ad terminum à quo, secundum quòd anima rediit ab inferis, & corpus exiuit de clauso sepulchro; & ad quem secundū quòd est adeptus Christus vitam gloriosam.

Tertio. Nam viderunt resurrectionem Lazari, quæ fuit indicium resurrectionis Christi &c. Solutio. Non est simile, quia Lazarus est resuscitatus ad vitam talem, qualem prius habuerat, quæ communem hominum notitiam non transcendit. Hæc omnia sanctus Tho. virtualiter.

Quæri etiam potest vtrum Christi resurrectio debuerit omnibus aut certè solum apostolis manifestari. Vide. 3. q. 55. ar. 1. Et vtrum omnia naturali desiderio appetant pacem quam quidam appetitu deliberato odiunt. Vide 2. 2. q. 29 ar. 2.

Dominica in octaua Paschæ.

Quæstio 37.

QVAERITVR Vtrum Thomas Christi cicatrices tetigerit, aut viderit tantum? Respondeo. Quidam dicunt Christum exhibuisse quidem palpandum latus ac manus, sed Thomam solo visu credidisse, nec ausum fuisse propter reuerentiam tangere. Quòd Augu. videtur dubitando dicere, vt dicit Alber. magnus super Ioan. sed alii scilicet ipse Albertus & suus discipulus san. Tho. & Alexander & multi alii dicunt melius, quòd vidit & tetigit propter nos, vt crederemus. Videntur autem isti moueri propter dictum Leonis Papæ dicentis. Suffecerat ad fidem propriam, quòd viderat, sed nobis operatus est, vt tangeret quod videbat Posset autem adduci argumentum probabile. Licet enim consueuerit dici, quòd sanctus Georgius ibi lancea percussit draconem vbi pictoribus placet, tamen quādo semper & apud omnes aliquid pingitur ex pictura argumentum probabile sumitur, quia uerisimile est tale quasi semper in catholicis successiue deriuatum à primis, qui viderunt. Vnde hoc argumento vtitur Magister histo. ad astruendum, quòd in Christi natiuitate bos & asinus affuerunt, Vnde & picturæ dicuntur libri laicorum. Sed Tho. quantum scitur semper & vniuersaliter pingitur velut Christi latus tetigerit &c.

Sed contra. Nullus enim non credens resurrectionem Christi tetigit Christum, quia dicit Hiero. ad Marcellam, quòd non meretur tangere Christum, qui resurrectionem eius nō credit. Vnde beatæ Mariæ Magdalenæ dictū fuit. Noli me tangere. Ioan. 20. Sed Thomas resurrectionem non credebat. Sol. Sicut dicit san. Thom. in 3. statim qaando vidit vulnera, credidit. Vnde dicit Christus, quia vidisti, & non quia tetigisti me Tho. &c. Et consequenter meruit tangere & tetigit, non vt ipse crederet, qui iam credebat, sed vt nos crederemus. Gloriosa autem Magdalena non eligebatur, vt dicit sau. Tho. vel vt testis resurrectionis in populis, quia mulierem in ecclesia docere non decet, vt patet. 1. Cor. 14. Et ideo tāgere non est permissa, licet etiam & huius assignentur aliæ causæ.

Quæri etiam potest vtrum duo corpora possint diuina virtute simul esse in eodem loco Vide. 4. di. 44. art. 2. quæstiuncula. 3. & Capit. etiam in 4. eadem dist. q 3. conclusione. 3. Et vtrum ratio faciens rem videri minuat, vel totaliter auferat meritum fidei. Vide 2. 2. q. 2 art 10.

Dominica prima post octa. Paschæ.

Quæstio 38.

QVAERITVR Vtrum sit licitum pastori persecutionum tempore aufugere à grege deserto secundum illud Saluatoris. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate &c.

Re-

Respondeo. Tripliciter (secundū scripturas & sanctos dicitur lupus) s. diabolus tentans, hæreticus decipiens, & tyrannus violenter eruens. Igitur tēpore persecutionis primi & secundi lupi. i. diaboli, & hæretici nō licet pastori relinquere gregem suum propter commodum temporale aut periculum personale, si adeo sit grauis persecutio, vt consyderata cōditione personarū ac rerum, probabiliter timeatur perditio omniū ouiū, aut plurū, vel etiam unius. Nam quilibet tenetur vbi per suum incommodū, vel periculum personale crederet se alterius salutem procurare hoc ipsum facere, quia hoc exigit ordo charitatis, vt plus uitam corporalem proximi, quòd res nostras temporales, & plus eius uitam spiritualē quā nostrā corporalē diligamus, vt patet per san. Tho. 1. 2. q. 26. ar. 5. Res aūt tēporales dicūt aliqui superflua necessitati & decentis, nō aūt necessaria alteri eorū: alioqui non iam plus corporalē vitā proximi, quā tēporalia, licet ꝙ vitā, vel decentiā nostram, & sequēter, quàm ueritatē affabilitatis diligeremus, sed de hoc patebit in quæstionibus moralibus. Præcipue vero & speciali ratione ad hoc tenetur pastor. Nam quicūque est obligatus ad aliquid faciendum, maxime est obligatus vbi facere vel nō facere illud est causa, quàm finis obligationis sit, vel non sit, sicut qui est stipendiatus, vt ducem defendat à gladio, maxime ad hoc tenetur ubi dux gladius impetitur, quia si eum defendit, stat finis, si non defendit, non stat.

Sed pastores obligauerunt se ad exequendū officiū pastoralē ad hunc finē, quæ est salus æterna subditorū, & ad exibendū animā pro salute ouium, quia hoc ab eis expresse exigitur in consecratione, cùm dicitur. Vis ponere animam tuam pro ouibus tibi commissis, & respondet, volo. Ergo vbi salus pecorum præsentiam exigit pastoris, illicitum est suam absentare personam, sed tenetur oues protegere orationibus, doctrina, & exemplis. Vnde Zach. 11. fugiens pastor dicitur, idest umbra & similitudo veri pastoris. O pastor inquit & idolum derelinquens gregem.

Si vero de tertio lupo, i. tyranno loquamur, distinguendū est, quia aut persecutio est personalis, i. cōtra personam pastoris solum, aūt communis. Si primum sic conclusio est, ꝙ quando in eius absentia per alium prouideri potest subditorum saluti, licet & propter ecclesiæ cōmodum, vel periculū suæ personæ corporaliter relinquere gregem. Quæ conclusio probatur authoritate beati Augusti. in epistola ad Honoratum. Fugiant inquit de ciuitate in ciuitatem serui Christi quando eorum quisque specialiter à persecutoribus quæritur, ab aliis qui non ita quæruntur non deseratur ecclesia. Et exemplo Pauli Act. 9. fugientes è Damasco, & Thomæ cantuari, & multorum similium. Et ratione. Nam pastor relinquens gregem tempore luporum, non peccat, nisi sit persecutio contra gregem, quia ratio & causa peccandi in similibus est, quia non protegitur grex vbi est necesse, quia necessitas nulla est vbi non impugnatur. Sed cùm quæritur persona pastoris solum non est pugna, vel persecutio cōtra gregem. Si vero persecutio sit in personam eius, & gregem, iterum distinguendum est. Si enim vnus tantum sit pastor, est conclusio, ꝙ non licet illi gregem deserere, alioqui esset mercenarius. Si enim periculosus est nautā nauim in tranquilitate deserere, quanto magis in fluctibus, vt dicit Nicolaus Papa, & habetur in decretis. Si autem sunt multi pastores quibus alibi indigeat ecclesia, cōclusio est, quòd aliqui eorum fugere possunt, vt dicit Augu. vbi supra, & aliqui remanere, quia sic nec talis ecclesia deseritur, nec pastor necessarius interibit. Et si communi concordia, aut alia conuenienti, qui remaneant, & qui vadant determinari non possit, possunt, inuocata gratia Spiritussancti mitti fortes, secundum eundem ibidem.

Sed contra. Videtur, ꝙ nullo modo liceat fugere. Nam fugientem saluator dicit mercenarium, & non pastorem, sed contra pastorē illum diuidit. Solu Mercenarius est, qui plus de mercede quàm de ouium salute curat. Secus siquis securus de salute ouium, pro qua mori est paratus si oporteret, vult etiam saluare seipsum corporaliter, quia sic dominus consuluit.

Quæri etiam potest vtrum pastor noster Christus animam, idest uitam suam dedit precium pro ouibus, idest fidelibus suis. Vide 3. quæstio. 48. art. 2. Et secundo. Vtrum Christus oues suas sic certitudinaliter cognoscat, vt sciat quot saluabuntur, & quæ, ita quòd saluari nequeant nec plures, nec pauciores, nec aliæ ab illis quas scit. V. de 1. q. 23. ar. 7. ueri ta. q. 6. ar. 4.

Domi-

Dominica 2. post oct. Paschæ.

Quæstio 39.



VAERITVR Vtrū Apostoli dolores de morte domini in hoc ipso diuinæ voluntati conformarentur. Respondeo. Apostoli de morte domini summe tristabantur, & gaudebāt quando erant in vera fide & dilectione. Nam si passio Christi per se & secūdum se consideretur, de ea dolebant, quia quicunque habet charitatem dolet de iniqua morte innocentis, & tanto magis quanto magis est sibi dilectus. Sed si considerentur in ordine ad fructum in de sequentem, qui est liberatio mundi, sic lætabantur, quia rōne fidei hoc credebant, & ratione charitatis hoc volebant. Vtroque autē modo. s. volendo & nolendo diuinæ volunta ti conformabantur. Nolendo quidem, quia ēt Deus nolebat illam passionem secundum se, immo nullum malum pœnæ vult, nisi sub ratione alicuius boni. Et similiter volendo, vt patet. Et hoc est quód sub alijs verbis dicimus, & dicit. s. Tho. 1. di. 6. art. vlt. ad tertium ꝙ beata virgo rōne deliberata volebat Christi mortem, quam voluntate naturali abhorrer quilibet sanctus. Sed contra. Nam qui satis habet exultare non conformatur diuinæ voluntati si multum tristetur, quia exultare est extra salire præ lætitia, quando. s. tanta est vt lætus contineri non possit. Sed dicitur Zacha 9. Exulta satis &c. Solutio. Qui multum habet exultare non conformatur si tristetur ea ratione, quia habet exultare, secus si alia: Zacharias autem dicebat exultandum esse de aduentu saluatoris, inquantum erat salus ac redemptio mundi: non autem inquantū erat ad iniquissimā innocentis afflictionē. sed sic de duris conqueritur Dauid in persona Christi in psal. dicen. Quæsiui [. i. desideraui. naturali desiderio, maxime tempore passionis] qui simul contristaretur scilicet condolendo mihi [fuisset enim magnū solatiū Christo afflicto inquātum homo] & non fuit, quia. s. quasi nullus fuit. Fuerunt enim paucæ mulieres nobiles & deuotæ, & pauci discipuli. Quæri ēt pōt vtrum quilibet in morte parentum vel amicorum flendo & plorando diuinæ voluntati conformetur? Vide 1. di. vl. ar. 3. Et vtrum gaudium beatificum semel habitū de Christo viso possit à beato vel auferri vel perdi. Vide 1. 2. q. 5. art. 4.

Dominica quarta post oct. Paschæ.

Quæstio. 40.

QVAERITVR Vtrum expedierit Apostolis corporalem Christi præsentiam perdere? Respondeo quòd sic, propter duo. Primo, quia quando minus bonum præiudicat bono maiori, expedit illud perdere, sicut perditur & abscinditur pes ne totum corpus pereat. Sed bonum partis sensitiuæ est minus, quàm intellectiuæ, cum illa pars sit inferior. Igitur vbi præiudicat bono rationis, etiam expedit nos illo priuari. Et ita erat in apostolis, quia corporalis delectatio discipulorum in visu personæ & actuū Christi, & in auditu verborum ita eos detinebat, ꝙ eleuatio mentis eorum ad secreta diuinitatis eius prepediebatur, Beda in homi. Expedit vobis vt forma serui vestris subtrahatur aspectibus, quatenus amor diuinitatis aptius vestris infigatur mentibus. Secundo Nam illud ad quod, vel post quod sequitur summa rei perfectio, expedit tali rei fieri, sicut ei expedit sua perfectio, quia illud est causa perfectionis saltem sine qua non. Sed huiusmodi est ascensio Christi, quia plenitudo spiritussancti danda non erat nisi post eam, vt in alia quæstione patebit. Sed contra. Nam si hoc expediebat, ideo erat quia illa præsentia erat impeditiua consolationis spiritussancti. Sed hoc est falsum, quia ipsa erat bona & salutaris. bonum autem non repugnat bono. Solutio. Licet illa præsentia esset salutaris. i. conferens ad salutem. & non contraria aduentui spiritussancti directe. & per se, neque consolationi eius, tñ indirecte & per accidens aliqualiter illum impediebat propter conditiones naturales animæ nostræ, cuius intentio si diuidatur ad plura, minuitur, & quāto circa vnū intenditur, tāto minuitur circa illud. Igitur stāte delectatione

&

& attentione apostolorum ad Christi humanitatem, non poterat in eis esse summa intẽsio amoris diuinitatis.

Sed contra hoc. Primo, quia quando potentiæ animæ sunt subordinatæ, si vna in suo actu intendatur, intensio secundæ propter hoc non remittitur. Sed intellectus coordinatur sensui, ergo &c Solutio. Istud procedit quando illæ potentiæ sunt circa idem, sicut dum rem aliquam videmus, non minus imaginamur, vel intelligimur, sed non est sic in proposito, quia sensus apostolorum erat circa humanitatem, & intellectus circa deitatem, quæ sunt diuersa. Secundo, quia pari ratione in patria, vbi cum summo gaudio videtur humanitas, non esset summus amor in Deũ. Sol. Non est simile. Nam quando aliquorũ duorũ vnũ, est ratio volendi aliud, intensio amoris circa vnũ non est causa remissionis circa aliud, sed est causa, vel effectus intensionis circa aliud, sicut intense velle sanitatem est causa intense volendi medicinam, & intensa volitio medicinæ est effectus intense volitionis sanitatis. Sed in patria Deus est ratio intelligendi, & volendi omnia. Vnde plus ibi gaudet de diuinitate Christi, qui plus gaudet de humanitate, & econuerso. Non sic autem est in via vbi deitatem nec semper amamus, nec semper videmus actualiter. Secundo. Nam spiritussanctus æque potuit eis dari, Christo præsente, sicut Christo absente, quia æque Christus potuit eum dare, cùm æqualis esset potestatis, ergo dationi eius non erat necessarium Christum abire. Sol. Negatur consequentia, quia licet esset possibile hoc Christo, non tamen erat conueniens, quamdiu erat cũ eis secundum Sanct. Thom. super Ioan. multiplici ratione. Primò propter eorum dispositionẽ quia Spiritussancto cùm sit amor spiritualis, contrariatur aliquo modo amor carnalis, cuiusmodi erat quodammodo amor apostolorũ ad Christũ. Secundo propter auxilij diuini conditionem, quòd maxime consueuit adesse quando quis aliis remediis, & adiutorijs priuatur, sicut sunt priuati apostoli Christo recedente. Vnde statim affuit alius adiutor, & consolator. Ideo dicit Christus. Alium paracletum dabit vobis. Tertio propter dignitatis Christi considerationem, ne scilicet homo inquantum homo crederetur esse, qui dat spiritumsanctum, qui existens cum apostolis videbatur esse quasi vnus ex illis. Vnde Ioan. 9. Nondũ erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Quarto propter vnitatem ecclesiæ conseruandam, sicut Ioannes nullum signum fecit, vt dicitur Io. 4. ne. s. populus diuideretur à Christo, sed appareret Christi super Ioannem eminentia. Discipuli enim Christi ita erant replendi gratia spiritussancti, vt maiora facerent, quàm ipse fecisset, vt patet. Io. 13. Et ideo si ante passionem fuisset apostolis datus, apud multos fuisset in dubium versum quisnam eorũ Christus esset. Tertio. Nam quòd adducit ad deitatis amorem, ab illo non abducit, sed huiusmodi fuit præsentia Christi &c. Sol. Albert. mag sic dicit. Quando Christus suã præsentiã corporalem exhibuit, statim ad amorem diuinitatis erexit. Et ideo exhibuit suam corporalẽ societatem, vt viam, sed diuinam promisit vt terminũ viæ. Qui autem permanet in hoc quod est viæ impeditur à termino, & eo fruitur quo debet vti. Et hoc est, quod dicũt sancti corporalem delectationem in Christo secundũ carnẽ impediuisse consolationem spiritus sancti. Hæc ex illo.

Quæri etiam potest vtrũ plenitudo spiritus sancti dari debuerit in veteri lege visibiliter. Vide 1. distin 16. Et vtrum Spiritussanctus accipiat de eo, quod est filii, quasi ab eo procedens. Vide 1. q. 36. arti. 2. potentia q. 10. ar. 4.

Dominica 4. post oct. Paschę.

Quæstio. 41.



Quæritur vtrũ Christus in patria annunciet nobis de patre palã? Ad quod sic respondeo. Aliqd annũciat de aliquo multipliciter. Primo effectiue, sicut cã effectiua cognitionis. Et hoc tripliciter. Primo, vt cã remota. Secũdo, vt proxima, quæ est potẽtia sicut intellectus. Tertio, vt species intelligibilis, & omnis habitus intellectus faciens ad eliciendũ intellectionẽ, & secundo formaliter. Et hoc dupliciter. Primò sicut intellectio manifestat, q̃ scilicet ẽ ipsa manifestatio, & secũdo sicut verbũ est manifestatiuũ tanquã terminus manifesta-

nifestationis proximus. Tunc respondeo ꝑ aliquas conclusiones. Prima tam in via quã in patria Deus, id est pater, verbum, & spiritussanctus annunciant nobis omnia effectiue primo modo, quia ipse est causa prima omniũ, & consequenter causa remota omniũ habentiũ secundas causas proximas, cuiusmodi est nostra manifestatio. Secunda. Effectiue secundo modo de patre æterno (siue sumatur essentialiter pro Deo patre, filio & spiritusancto, siue personaliter pro ꝑsona prima in trinitate) annunciat nobis intellectus noster possibilis, quia ipse solus est potẽtia, qua apprehẽdimus, & intelligimus immaterialia, vt patet 3. de anima, & 2. poste. rio. Tertia. Effectiue tertio modo de patre æterno annunciabat nobis per speculũ in enigmate species intelligibilis creaturæ sensibilis, quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sũt intellecta conspiciuntur. Rom. 1. Sed palã, i. facie ad faciẽ, annũciat nobis solũ essentia diuina, cõiũcta nobis vt species intelligibilis, & lumẽ gloriæ ad ipsam requisitũ. q̃a Deus nõ põt facialiter, vt ita dicã, seu essentialiter per essentiã videri per quamcunq; similitudinem creatã, sed solũ per ipsam diuinã essentiam, vt probat doctor Angelicus. 1. qõ. 12. ar. 2. Quarta. Formaliter aũt primo mõ annũciat nobis palã de patre sola visio beatifica, i. elicita ꝑ lumẽ gloriæ, & essentiã diuinã tenẽtẽ locũ speciei intelligibilis, quia oĩs alia intellectio nostra est enigmatica, vt patet ex locis allegatis. Quinta. Formaliter aũt secũdo modo solũ verbũ æternũ annũciat nobis palã de patre. Nã oẽ verbũ annuncians nobis de æterno patre palam est beatificũ. Sed solũ verbũ ęternũ est beatificũ, quia nullũ aliud verbũ terminat beatã visionẽ, vt patet per Capr. in 4. di. 49. qõ. 5. cõclu. 5. qui ibi hẽt ꝙ beati per intellectionẽ beatificam nõ producũt verbũ, sed ipsa ad verbum increatum terminatur, & per sanct. Thom. 1. dist. 2. ar. 3. vbi hẽt, ꝙ beati nominãt Deũ per verbũ, seu cõceptũ increatũ: & cõsequẽter Deũ per illud verbũ intelligũt. Et hoc est q̃d dr̃ Zac. c. 13. In die illa, s. qñ Deũ videbimus sicuti est, erit dominus vnus scilicet vere, & opinatiue, & nomen eius vnum, i. sumptum ab vno verbo increato.

Sed cõtra pmissa arguitur. Primo. Nã si filius Dei annũciat in patria de patre, i. manifestat patrẽ, & verbũ, iõ est, q̃a itellectus ad intelligendũ indiget verbo. Sed hoc est falsum, q̃a sensus est imperfectior in cognoscẽdo q̃ intellectus, & tñ cognoscit ꝑ solã operationẽ sine alio in se producto, & cõsequenter à fortiori, & intellectus. Sol. Sciendũ est ꝙ sentire, & intelligere sunt operationes immanẽtes, & conuenientes in hoc ꝙ per neutrã aliquid producitur extra sentientẽ, & intelligentẽ, immo nec extra potentiã sensitiuã, & intellectiuam, sed in hoc differũt, ꝙ per sentire nihil producitur in potentia sensitiua, sed per intelligere in potentia intellectiua producitur aliud quod est terminus intellectionis, & primum seu immediatum intellectũ, & dicitur verbũ, i. forma specularis ad quam aspiciens intellectus intelligit rem existentem extra animam, quæ forma specularis realiter idem est cum ipsa ĩtellectione, vt aliàs dictũ est. Ratio aũt differentiæ est duplex. Prima est conditio sensationis, quia ꝑꝑ suã imperfectionem, & materialitatem non potest habere terminum intrinsecũ in suo principio elicitiuo. Et secunda, quia etiam hoc nõ oportet propter ea, ꝙ obiectũ sensationis sit actu sensibile in rerum natura, & consequenter non oportet aliquid produci in quo res sensibilis sentiatur. Sed intellectio ꝑꝑ sui ꝑfectionẽ habet intrinsecũ terminũ, & rursus obiectũ intellectus nostri non est actu intelligibile, sed oportet produci aliquid in quo & per quod videatur, id est verbum. Vnde secundum aliquos, quando intellectus est cogitatio non pertingens ad rei quidditatem, per eam non producitur verbum, quòd qualiter sit verum aliàs forte declarabitur.

Secundo. Nam si ĩtellectus ad ĩtelligẽdũ indigeret verbo, vt sic filius annũciet de patre, vt verbum, Angelus intelligendo essentiam suam produceret verbũ. Sed hoc est falsum, quia quando potentia cognoscitiua habet obiectum actu cognoscibile non producit aliquando in quo illud cognoscatur, vt patet de sensu. Solutio. Per quodlibet intelligere producitur verbum ab aliquo intelligẽte, & si non à quodlibet, vt patet per sanct. Thom. 1. q. 27. ar. 1. Angelus igitur intelligendo se necessario producit verbum, non obstante, ꝙ sua essentia sit actu intelligibilis, quia cùm duæ sint causæ non producẽdi terminũ intrinsecũ operationi immanenti cognoscitiuę: imperfectio, scilicet eius, & actualitas obiecti, si i Angelo esset prima, eẽ

etiam in nobis cũ intelligimus quidditatem aliquam,& sic secunda ipsa etiã esset in Deo, igitur si nec homo nec Deus possunt sic intelligere nisi producendo verbum, multo minus Angelus cuius essentia est minus intelligibilis q̃ diuina,& cuius intellectio est perfectior q̃ humana. Pro his sciendũ est,ꝙ quanto actus est altior, tanto plura sibi eminenter identificat sicut sensus cõis identificat sibi eminentes oẽs proprios inquantũ vna vis, quæ est ipse,potest omnia quæ possunt illi. Cùm igitur rõ operationis,& ratio similitudinis seu representatiui sit alia & alia, istas duas aliqua cognitio propter suam eminentiam sibi identificat,vt eadem sit operatio, & species repræsentatiua alterius, sicut etiã Deus qui est eminentissimus,identificat sibi etiam genere diuersa,puta absolutum,& relatiuum.

Quæri etiam potest vtrum omnis petens in nomine Christi exaudiatur. Vide 2.2.q.13. ar.6.secundum,& ar.16. & 4.di.15.q.4. ar.7. quæstiun.3. Et vtrũ gaudiũ spũale,quod veritatis cõtemplationem sequitur,possit vnquã terminari circa claram cognitionem entis infiniti.1.2.q.7.ar.3

In die Ascensionis.

Quæstio 43.

Quæritur vtrum congruum fuerit Christum ascendere? Et posito, quòd sic,vtrum ascenderit super omnes cœlos visibiles tantum, aut visibiles, & intelligibiles tantum, aut visibiles intelligibiles,& credibiles. Et posito,ꝙ super omnes etiã credibiles. vtrũ sic ascenderit super vltimum omnium, vt sit infra vltimi idest empyrei superficiem connexam,vel extra secundum veritatem. Et posito, quòd sit infra vere, vtrum Sanct. Thom. sic senserit?

Respondeo ad primum quæsitum, S. Tho. 3.dist.22.q.3.ar.1.& 3.q.57.ar.1. respondet, quòd Christum ascendere in cœlũ fuit conueniens sibi. Nam locus debet esse proportionatus locato. Sed Christus ad vitam incorruptibilem resurrexerat,& locus cœlestis est locus incorruptionis.

Sed contra hoc. Nam motus cùm sit actus existentis in potentia,est actus imperfecti,& propter aliquam indigentiam, & propter aliquid melius. Sed Christus post gloriosam resurrectionem non fuit imperfectus nec indigens, nec fuit ei melius in cœlo, quàm in terra,ergo non ascendit. Sol. Per motum localem non ponitur in mobili aliqua perfectio, quasi desit ei aliquid eorum quæ debent inesse, sed ponitur imperfectio secundum quid, per hoc quòd dum est in isto loco non est in alio, quia talis motus non ponit exitum de potentia ad actum intrinsecum, sed ad extrinsecum, quia secundum philosophum 8. physi. non mutat aliquid intraneum rei, sed id, quod est extra. Non fuit ẽt motus Christi propter aliquam indigentiã,quia indigeret ipse ex parte sua in seipso habere,sed propter nostrã, vt esset in loco conuenienti sibi,in quo nondũ erat. Nihil ẽt ei accreuit quantũ ad essẽtialia gloriæ scd̃m corpus, vel animã, sed accreuit ei aliqd quãtũ ad loci decẽtiã, qđ est de bene esse. Et de hac decẽtia gaudiũ habuit,nõ q̃a tunc gaudere inciperet cũ cœlũ ascendit,sed quia nouo mõ de hoc gauisus est sicut de re impleta. Fuit etiã conueniens nobis. Primo vt nos quasi in possessionem corporalem induceret cœli,quam nobis sanguinis sui pretio emerat. Secundo, vt speremus nos illud posse conscendere,vbi est nostra natura. Tertio,vt illum iam non agnoscentes secundũ carnem spiritualiter tantum coniungamur illi, & consequenter efficiamur idonei ad dona spiritussancti secundum quòd dictum est. Ascendit in altum dedit dona hominib. Sed contra hoc,q̃ a sua præsentia corporalis magis fuisset ad nostrã salutẽ quàm ascensio. Sol. Illa præsentia in duobus poterat esse nociua. Primo quantum ad fidem, quia secundum glo. Ioan.2. videntes eũ in forma qua erat patre minor, non crederent de facili patri æqualem. Secundo quantum ad dilectionem,quia illum non solum spiritualiter,sed etiam carnaliter diligeremus, cum ipso corporaliter conuersantes, quòd est de imperfectione dilectionis. Hæc omnia San. Tho. Ad secundum autem quæsitum idem 3.par. vbi sup.ar.4.& 3. dist.22.q.3.ar.3.q. 5. sic dicit. Quanto aliqua corpora perfectius de diuina bonitate participant, tanto ordine corporali,qui est localis, sunt superiora.

Vnde

Vnde corpora formaliora ſunt ſuperiora, vt patet.4.phy.& 2.cœli, quia per formã omne corpus participat diuinũ eſſe, vt patet.1.phy. Sed de diuina bonitate plus participat corpus per gloriã, maxime corpus Chriſti, quod inter cætera, corpora glorioſa maxime refulget gloria, quàm omne corpus naturale per formã ſuæ naturæ, unde conuenientiſſimum eſt ſibi. ꝙ ſit ſupra oĩa corpora conſtitutũ in alto. Et iõ ſuper illud Eph.4. Aſcendẽs in altũ, dicit gl. loco & dignitate. Sed contra hoc. Nã dicitur in pſal. Dñs in tẽplo ſanct. ſuo, dominus in cœlo ſedes eius. Sed quòd eſt in cœlo, non eſt ſupra cœlũ. Ergo Chriſtus non aſcendit ſuper omnes cœlos. Solu. Sedes Dei dicitur eſſe in cœlo, non ſicut in continente, ſed ſicut in contento. Vnde non oportet aliquã partem cœli eſſe eo ſuperiorem, ſed ipſum eſſe ſuper omnes cœlos, ſicut in pſal. dicitur. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos Deus. Secundo. Nam corpus Chriſti neceſſario eſt in loco. Sed extra cœlũ non eſt locus ſecundum philoſophũ.1.cœli. Sol. Non dicitur aſcẽdiſſe ſuper cœlos, quia ſit extra cœlũ empyreũ, ſed quia in altiſſimã partẽ eius aſcẽdit. Hæc omnia ſupra Thomas. Ad tertiũ autẽ quæſitum dico, ꝙ quidam cœli ſunt viſibiles gratia alicuius ſui i. cœli.7. planetarũ, & ſtellarũ fixarũ, quia horũ quilibet habet ſaltẽ unam ſtellam viſu deprehenſam. Et iſti cognoſcuntur eſſe diſtincti ex motu ſuarum ſtellarum, quæ nõ ſunt ſemper in eadem diſtantia ad inuicem. Quidam autem non ſunt uiſibiles, quia carẽt ſtellis, ſed ſunt intelligibiles, quia deprehenduntur in motib. inferiorũ. Et iſti ſecundũ aliquos ſunt duo ſupra octauã ſpherã: ſecundũ alios vero unus tantũ. Cùm enim primũ mobile tanquã propinquiſſimũ ſubſtãtiis immo bilib. i. Angelis minimũ debeat habere de uariatione motus, ſecundũ omnes philoſophos debet habere unũ motũ tantũ, & conſequenter octaua ſphera non eſt primũ mobile, quia ipſa deprehenditur moueri trib. motibus diſtinctis, de quib. aliàs. Intelligitur igitur ꝙ ſupra ipſam eſt ad minus vnũ cœlũ, forte autẽ nõ oportet ponere plures ſupra eam propter dictam rationem, quia ipſa poteſt duplici motu moueri ab vno Angelo, vel duobus, & vno à ſuperiori corpore. Sed tñ probabilius eſt, ꝙ ſupra eam ſint iterũ duo cœli moti, vt dicunt quidã aſtrologorũ, quorũ opinionẽ videtur ſequi ſanctus Thom.1.2.di. 14. art.1. & Alb. mag.2.cœli Quoddam aũt cœlũ non eſt uiſibile nec intelligibile per naturalem rationẽ, ſed eſt credibile ut empyreũ, quòd tenetur au toritate Strab. & Bedæ, & Raba. Licet igitur poſſet dici, ꝙ Chriſtus aſcendit ſuper omnes cœlos uiſibiles, vel etiam intelligibiles. Et ſic intelligitur dictum apoſtoli. Eph.4. ſupra allegatũ, quia antiqui doctores vt Aug & Hie. & hmõi, nihil de empyreo dicunt. Tamen tenendũ eſt ꝙ aſcẽdit etiã ſupra cęlũ credibile, quia corpori nobiliſſimo debetur locus nobiliſſimus. Ad quartũ quæſitum dico, ꝙ aſcendit ſupra omnes cęlos etiam ſupra vltimum, eo modo quo quis montẽ dicatur aſcendiſſe, quia maiorẽ partẽ eius aſcẽdit, q̃uis extremũ cacumẽ pedib. non ſuperauerit: non autem ſic quaſi ſit omnino extra cœlum. Nam ſi eſſet extra omnino, neque ipſe ſanctos, neque ſancti ipſum uidere poſſent, quia ſpẽs uiſibiles deferri non poſſent à uiſibili, cùm nihil eſſet mediũ niſi forte miraculoſe, & eo modo quo nunc per phantaſiam ſimilitudinẽ habemus rei abſentis. Non poſſent etiam ſe inuicem audire loquentes & laudantes Deum, quia non eſſet medium per quod uox deferretur ad aures. Locũ etiã Chriſti nõ haberet gloriã corporalẽ, cùm illa non poſſit eſſe in nihilo, aut in relatione ſituali. Et ponit corpus Chriſti non eſſe in loco, puta de ratiõne loci ſunt duo, ſcilicet ſuperficies continens, & immobilitas. Nõ tamen nego quin poſſit eſſe quod cunq; corpus glorioſum in conuexo cœli ultimi, ſiue omnino extra illud, quia hoc probat ſanct. Tho.6 quolibet.q.ar.2. ubi quærit, utrũ corpus glorioſum, vel Angelus poſſit eſſe in uexo cœli empyrei.

Ad quintũ quæſitũ dico, ꝙ ſupra Tho. ſenſit, vt ſupra dictũ eſt, nõ aũt, ꝙ corpus Chriſti ſit omnino extra vniuerſum. Quòd ſuadeo primo. Non ſecundum ipſum corpus Chriſti eſt in loco, ſed ſi eſſet extra cœlum, non eſſet in loco ſcd'm veritatẽ, vt probatũ eſt, nec ẽt ſecundũ ſan. Tho. quod patet, quia in dicto quodlibet, uolens probare, ꝙ corpus glorioſũ vel Angelus poteſt eſſe extra cœlũ, utitur hoc medio. ſ. quòd neceſſe eſt eſſe in loco, dependenti à primo cõtinente, ſed p̃dicta nõ depẽdet à primo cõtinẽte, ergo non eſt neceſſe, ꝙ ab aliquo localiter ambianẽ, & conſequẽter pñt ibi eſſe. Secundo, quia ſi exiſtimaſſet corpus Chri eſſe in cõuexo cœli, & ſic intelligiẽ dictũ apoſtoli allegatũ, & nõ eſt ueriſimile, ꝙ

ad effectum, qui est conuersio mundi. Vnde cuilibet facienti, quòd in se erat, istud testimonium erat sufficiens. Sed contra. Nã post sufficiens testimonium Dei non remanet error nec dubitatio, quia testimonium domini fidele sapientiam, præstans &c. vt dicitur in Psal. Sed post dictũ testimoniũ remanet error & dubitatio. Solu. Quòd ista remanserint, non fuit ex insufficientia testimonij, sed ex hominum dispositione ac malitia nolentiũ doctrinã veritatis accipere. Vnde bene ibi dicitur, paruulis, idest humilib. & non superbis.

Sed contra, quia dato ꝙ illud testimonium tunc fuerit sufficiens, non tamen est modo, quia talis signa & effectus non videmus. Sol. Sicut dicit san. Tho. in principio. 1. cõtra gen. quilibet potest prædicta videre in suis effectibus, quia videmus & legimus mundũ conuersum ad credendum & sperandum tam ardua. Quod si hoc per miracula factum est, etiam nunc ea videmus in gentium conuersione. Si vero sine miraculo, etiam hoc fuit maximum miraculum, quòd idiotæ hoc potuerint sine signis & sine gladio.

Sed contra, quia eodem modo posset respondere mahumetista. So. Non est verũ, quia mahumeth nihil arduum proponit credendũ vel sperandũ, sed solum corporea. Et à principio subiecit sibi agrestes, deinde vi armorum alios. Vnde ipse dicit se missum in probatione gladii, quæ scilicet lenonib. & prædonib. non deest, non autem miraculorum. Vide de his si vis san. Tho. vbi supra pulchre disserentem. Quæri etiam potest vtrum aliqua diuina persona etiam modo mittatur inuisibiliter. Vide san. Tho. 1. q. 43. ar. 6. Item. 1. di. 15. q. 5. ar. 1. Et vtrum conscientia erronea obliget, vel excusat. Vide sanctum Thomam quolibeto. 13. ar. 27. & 12. q. 19.

In die sancto Pentecostes.

Quæstio 44.

QVAERITVR vtrum spiritussanctus debuerit visibiliter mitti. Ad quod sanct. Thom. 1. quæstio 43. arti. 7. sic respondet. Spirituisancto conueniebat visibiliter mitti, quia Deus omnibus prouidet secundum proprium eorum modum, qui quo ad homines est, vt per visibilia ad inuisibilia ducantur. Igitur sicut Deus & processiones æternæ diuinarum personarum, ita & earum inuisibiles missiones fuerunt per aliqua sensibilia signa demostranda. Nec tamen ratione huius missionis spiritussanctus dici potest minor patre, sicut dicitur filius, quia creaturam inuisibilẽ in qua apparuit spiritussanctus, puta columba, ipse nõ assumpsit in vnitatem personæ, sicut filius in humanitatem, vt de eo dicantur, quæ dicuntur de illa creatura, puta columba.

Sed contra. Primo. Nam si mitteretur visibiliter spiritussanctus, esset hoc secundum nobilissimam creaturam, idest secundum rationalem, sicut & filius secundum eam missus est. Solu. Missio filii debuit esse secundum rationalem creaturam, cuius est agere, & cui cõpetit sanctificari, quia filium oportuit declarari, vt sanctificationis autorem. Sanctificationis autem indicium esse potuit omnis alia creatura, nec oportuit eam, quæ ad iudicandum tantum formabatur assumi à spiritusancto in vnitatem personæ, quia non assũmebatur ad agendum aliquid, sed ad indicandum tantum.

Secundo. Nam missio visibilis attenditur secundum aliquam creaturam visibilem assumptam, sicut missio filii secundum carnẽ. Sed spiritussanctus nullam creaturam assumpsit, & consequenter non potest dici, quòd in aliqua tali sit, nisi forte, vt in signo, sicut & in sacramentis & figuris legalibus. Igitur vel non mittitur visibiliter, vel secundũ omnia hæc missio visibilis attenditur. So. Missio visibiliter spiritussancti nõ attenditur secundũ visionẽ imaginariã, quæ est visio prophetica, quia secundũ Aug. 2. de tri. ista visio est in spũ ꝑ spirituales imagines corporũ, columbã autẽ illã & ignẽ oculis viderunt quicunq. viderunt. Nec iterum ad has species colũbæ & ignis se habuit spiritussanctus, vt filius ad petram, quæ erat Christus, quia illa iam erat, & per actionis modũ nũcupata est noĩe Christi. Colũba aũt & ignis ille ad hoc tm̃ significandũ repente extiterunt. Sed videtur hæc similia flãmæ, quę Moysi apparuit in rubo, & columnæ quã in deserto populus sequebatur, & fulgorib. ac tonitruis quæ fiebant cũ lex daretur in monte, quia ad hoc rerũ illarũ coporalis extitit species, vt aliquid significaret. Nõ attenditur etiam secundum signa sacramentalia, quæ sunt quædam res præexistentes ad

aliquid significandum assumptæ. Dicitur.n. visibiliter missus spiritussanctus inquātū apparuit in quibusdā creaturis, vt in signis ad hoc specialiter factis. Hæc oīa ille. Sed nota scdm S. Tho. ꝙ filius visibiliter mittit solū in natura assumpta. spiritussanctus aūt mittitur in multiplici spē, quia ille speciem sensibilē in qua apparuit, idest humanitatem nunquā deposuit, sed spiritussanctus nullam illarum specierū assumpsit, ideo post vnam apparuit in alia, vt dicit S Tho.

Quæri etiam potest circa hoc euangeliū, & duo sequentia immediate, vtrū missio visibilis fieri debuerit ad patres veteris testamēti. Et vtrū species in quibus fit visibilis missio fiant ministerio Angelorū? Et vtrū missio inuisibilis filii, & spiritussancti distinguantur? Et vtrū missio inuisibilis fuerit post incarnationem plenior, quàm ante? Et vtrum fiat secundum omne augmentum gratiæ? De quibus omnibus vide 1. dist. 15. vel. 1. q. 43

In festo Trinitatis.

Quæstio 45.

Quæritur super illo verbo. Spiritus vbi vult spirat. Vtrum spiritussanctus, vel Deus sit nunc liber libertate contradictionis ad prædestinādum me, vel non prædestinandum, ita quòd possit me etiam modo prædestinare, & non prædestinare? Respondeo. Sanct. Tho. in prima di. 39. q. 1. in corpore vbi tenet, quòd Deus potest non scire, quòd scit, sic dicit, Hæc est ratio voluntatis, vt liberè actum suū producat. Quòd enim fit voluntare, non fit necessitate, vt dicit Sanct. Aug. vnde potest velle, & non velle. Sed hoc intelligendū est, dum est actus in egrediendo à voluntate, quia post quam transijt, non subiacet facultati eius. Non enim potest non voluisse, quòd voluit. Similiter non subiacet facultati eius vt virunque simul producat. Non enim potest simul velle, & non velle. Et hoc non tantum intelligendum est de actu ipsius voluntatis immediate, sed de omnibus actibus imperatis à voluntate, sicut cohabitare, loqui, & huiusmodi. Cum igitur actus diuinæ voluntatis semper sit in actu, & non pertransiens in futurum, semper est quasi in egrediendo à voluntate. Et ideo manet libertas diuinæ voluntatis respectu ipsius. Vnde potest dici, quòd Deus potest velle, & non velle hoc, non tamen potest esse, vt simul velit, & non velit, vel vt nunc velit, & postmodum non velit, quia mutabilis esse non potest. Hæc ille. Scotus autem in 40. dist. primi, quasi amplians prædicta verba S. Tho. dicit. Si per impossibile intelligeremus Deum adhuc non determinasse voluntatem suam ad alteram partem, sed quasi deliberaret vtrum vellet istum prædestinare, aut non, bene posset intellectus noster capere, quod contingenter ipsum prædestinaret, vel non prædestinaret, sicut patet in actu voluntatis nostræ. Sed quia semper recurrimus ad actum voluntatis diuinæ, quasi præteritum ideo quasi non concipimus libertatem in voluntate illa ad actum quasi iam sit positus absolutè à voluntate. Sed ista imaginatio falsa est. Illud enim nunc æternitatis in quo est iste actus semper præsens est, & ita intelligendum est de voluntate diuina siue volitione eius, vt est huius obiecti sicut si per impossibile nunc inciperet Deus habere velle in isto nunc, & ita libere potest Deus in nunc æternitatis velle, quod vult, sicut si ad nihil esset sua voluntas determinata. Hæc ille valde bene..

Sed vt melius intelligantur dicta eorum, tria faciam. Primo enim ponam quędam fundamenta, & secundo quædam notabilia, & tertio quasdam conclusiones.

Quantum ad primum fundamentum, primum est, quòd Deus ad extra, idest in creatura nihil vult necessario, secundum fidem catholicam, & veram philosophiam. Quicquid enim volens vult necessario, est vltimus finis eius, vel ad vltimum finem eius necessarium sine quo non, vt patet in nobis per experientiam, qui nihil necessario volumus nisi sit beatitudo, aut aliquid apprehensum, vt necessarium ad illam. Sed nulla creatura est vltimus finis Dei, quia est eo nobilior neque est necessaria sine quo nō ad vltimū finem eius, qui. s. est sua bonitas, quia alioqui Deus non posset sine illa esse beatus & pfectus, & consequenter pfectio Dei depēderet à creatura. Secundum est. ꝙ æternitas licet in valore æquiualeat infinito tpi præterito

tertio,& futuro, tamen formaliter est aliqd indiuisibile non habens prius,vel posterius, sed totum simul existens, quia sic à Boetio diffinitur. Aeternitas est interminabilis vitæ tota simul,& perfecta possessio. Et hoc sequitur,quòd ipsa quantum est de se ad omnia comparatur,vt præsens,quia in se ex quo est tota simul,est solum præsens non habens partem præteritam,vel futuram, vt tempus. Ex quo vlterius sequitur,quòd futura non sunt futura respectu æternitatis,sed respectu eorum,quæ sunt in tempore. Tũ quia nõ sunt futura nisi respectu præteritorum, & præsentium,quæ statim erunt præterita. Tum etiã quia quæ sunt in tempore,vt futura, & extra tempus,vt æternitas,non possunt comparari secundum prius,& posterius,sed solum secũdum præsens,in quo aliquo modo conueniunt.Huius autem exemplum S.Tho. ponit in 1.contra gen.dicens,æternitatem ita comparari ad ea, quæ sunt in tempore, sicut centrum circuli comparatur ad puncta signata in circunferentia, ad quã omnia comparatur,vt præsens, vel coexistens, licet illa ad inuicem comparentur secundum prius & posterius in situ. Sed tamen adde tu,quòd in hoc est dissimilitudo, quia cùm omnia puncta illa sint simul in actu, simul & semel centrum ad omnia illa comparatur, vt coexistens, sed quia ea quæ temporis decursu producuntur non sunt simul, sed successiue fiunt,ideo æternitas ad omnia comparatur quidem,vt præsens,quando ipsa sunt, sed nõ comparãtur,vt præsens ad omnia simul, sed successiue.Si tamen per impossibile ipsa, & omnes temporis partes simul essent ipsa omnibus illis compararetur,vt præsens, quia vt dictum est,in ea non est nisi præsens.& quantum de se præsens est etiam futuris, quibus ideo non est præsens,quia illa non sunt.

Tertium est,quòd Deus secundum suum esse,& suam operationem, vt dicitur in lib. de causis,est in æternitate,licet suus effectus sequatur nouiter ab æterna eius volitione. Nam si esse Dei,vel eius operatio mensuraretur tempore, haberet prius,& posterius,& cõsequenter decommutaretur. Si autem mensuraretur æuo sicut esse cœli,& Angeli,nõ esset quidem prius,& posterius in illo, vel in illa operatione,quia sicut æternitas,ita vt æuũ est totũ simul, sed tamen illi esse,vel operationi posset prius,& posterius cõiungi,sicut ipsi esse cœli coniungitur prius, & posterius secundum motum localem: esse vero Angeli secundum successionem affectionum, & intellectionum. Quartum est ꝙ diuina prouidentia non excludit causas secundas contingentes, vt experimus, immo causas includit, vt probat S. Thom. 1. q. 23. arti. 7.

QVantum ad secundum notandum est. Primò, quòd quando in subiecto alicuius propositionis est terminus contractus, qui.s.significat substant.ã, & qualitatẽ inhærentem,vt ly albũ,quòd significat aliquo modo.& rem albam,& ipsam albedinem.potest intelligi,quòd prædicatũ dictæ propositionis dupliciter attribuatur subiecto, s.gratia substantiæ præcisæ,& gratia substantiæ, & accidentis simul.Iuxta quòd distinguitur talis ꝓpositio,dicendo ꝙ potest esse diuisa,& composita:Exempli gratia, dicendo, albũ potest esse nigrũ,si posse esse nigrum attribuatur subiecto gratia substantiæ,est propositio diuisa & vera,quia substantia quæ est alba potest esse nigra,sed si attribuatur etiam gratia accidentis,i.albedinis,est composita,& falsa,quia huic toto,quòd est substantia,& albedo nõ potest conuenire nigredo.

Notandum est,secundo,quod vt patet 5. Metaph. dupliciter dicitur possibile, scilicet secundum se,& in ordine ad aliquam potentiam,siue sub aliis verbis logice, & naturaliter. Possibile secundum se,id est logice,est illud quod in terminis non habet repugnantiam, vt Socrates cœcus,videt. Et similiter impossibile dicitur, quòd ex terminis repugnat,vt homo est sine ratione. Possibile naturaliter est,quod alicui est possibile per aliquam potentiam,& impossibile quod secundum aliquam potentiam non est ei possibile, sicut habenti oculos possibile est videre, cœco autem est impossibile, licet non sit repugnantia terminorum, quia cœcus non habet potentiam, vt videat. Quicquid autem est possibile naturaliter,est etiã possibile logice,& quicquid possibile logice est etiam possibile naturaliter, vel fuit. Quod ideo dico,quia Deus habet naturalem potentiam respectu omnis possibilis logici, cùm illud non includat contradictionem, sed tamen illud possibile aliquando perdit rationem possibilis,& transit in necessarium,

& consequenter definit esse obiectum diuinæ potentiæ, quæ prius se extendebat in illud, sicut Adam non fuisse, aliquando Deus facere poterat, sed non modo. Notandum est tertio, quòd vt sequitur ex secundo notabili, aliud est Socratē posse velle aliquid, aliud possibile est, quòd Socrates velit aliquid, quia in primo importatur possibile naturale, in secundo vero logicum. Cùm igitur Socrates in instanti, a, vult aliquid, puta, b. in eodē instanti impossibile est logice Socratem nō velle, b, sed vtrum Socrates possit non velle. b, siue vtrum sit possibile naturale est dubiū. Quibusdam autem videtur φ sic, quod si verum esset, multo magis essent veræ conclusiones ponendæ. Sed ego credo, φ tunc, id est in instantia, Socratem non velle, b, sit possibile logicum, & non naturale, quia iam nec potentia Socratis, nec Dei se potest ad illud extendere, quia cum Dei potentia facere non posset, vt in instanti, in quo est volitio, b, ipsa non sit, quia simul esset, & non esset, non potest etiam facere, φ in eodē sit nolitio, aut non volitio, quia simul essent cōtradictoria, vel contraria, & consequenter etiam contradictoria. Hoc etiam videtur sentire Scotus 28. primi. s. φ illud possibile sit logicum, non aūt naturale. Et si dicatur, φ S. Tho in verbis supra allegatis dicit, φ voluntas libere producit actum suum quando ipse actus est in egrediendo, i. in instanti in quo ingreditur. Dico φ ista glo. non est bona, sed intelligitur in egrediendo, i. quando imminet, vt egrediatur, ita φ adhuc nec transiuit in præteritum, nec incipit transire, sed incipit esse præsens, quia. s. tunc non est, & ferè statim erit. Hoc aūt patet esse de mente eius ex duob. Primo ex verbis supra allegatis, cū dixit. Cū igitur actus diuinæ voluntatis semper sit in actu, & nō pertrāsiēs in futurū, semꝑ quasi in egrediēdo à voluntate. Vbi nota in futurū, i. respectu futurorū, non autē ꝑteritorū, vel ꝓ sentiū. Sed quia posset aliquis dicere φ liber est incorrectus, & pro ly futurū, debet habere ly in ꝑteritum q̄ q̄ oēs libri, quos vidi habeant in futurū, nisi sint abrasi & rescripti, ideo dico, φ hoc patet secundo, quia ipse in 44. dist. t. q. 1. ar. 4. in corpore sic dicit. Potentia actiua est respectu alicuius operādi. Vñ qñ aliquid est iā determinatū, vt sit ꝓsens in actu, vel in ꝑteritū transijt, possibilis rationē amittit. Et iō dicit, φ Deus illud facere nō pōt. Hæc ille. Si aūt aliquid factū præsens amittit rationē possibilis, & consequēter induit rationē necessarii, oportet oppositū eius inducere rationem impossibilis naturalis, & si non logici. Notandum est quarto φ ex dictis sequitur hanc esse differentiam inter Socratem in, a, instanti volentem b, & Deum simul volentem, b. in instanti c, puta in nunc æternitatis, quia Socratem non velle, b, in, a, est possibile solū logice, nō aūt naturaliter, sed Deū in, c, non velle, b, est possibile vtroq; modo, quia Deus in creatura nihil nisi vult libere contradictorie si illud sit futurū. Vnde in eo instāti, in quo vult, potest non velle, alioqui cùm nihil velit nisi in vno instanti, i. e. si in illo non posset non velle, quæ vult, non esset liber in volendo ad extra contra præmissa. Primam autem huius differentiæ causam si Deo placuerit assignabo in breui.

QVantum ad tertium prima conclusio est hæc, Deus ab æterno libere prædestinauit, vel melius ꝓdestinat oēs electos libertate contradictionis, ita φ poterat non prędestinare. Si. n. nō ꝓdestinabat libere, sed necessario, ēt necessario volebat salutem electorū, quia in prædestinatione includitur voluntas de salute prædestinati. Sed illā salutem non volebat necessario, quia in creatura nihil vult necessario &c. Secunda conclusio. Deus nūc ita libere ꝓdestinat eos, qui adhuc non sunt saluati, sicut ab æterno libere prædestinabat eos, qui iam sunt saluati. Nam si non esset sic, ideo esset, vel quia Deus perdidit suam libertatem, vel quia salus futura aliquorum perdidit suam possibilitatem, & acquisiuit necessitatem, vel impossibilitatem. Non primū. Tum quia actus voluntatis Dei nondum est mutatus, vt transiuerit in præteritum, sed adhuc est in illo nunc, in quo est elicitus, & cōsequenter nūc elicitur sicut & ab æterno, & consequenter nunc, vt tunc est liber. Tum quia pro illo instanti, in quo Deus aliquid vult, pōt non velle illud si sit futurū, vt probatū est. Neque secundū, quia futura per causas contingentes, cuiusmodi est salus quæ est per voluntatem quandiu sunt futura sunt factibilia, & consequenter possibilia. Tertio. Necesse est hominem prædestinatum contingenter, id est per liberum arbitrium saluari, & præscitum contingenter damnari. Nā omnis voluntas non impedibilis, vt diuina,

producit effectum, eo modo quo vult eum produci, id est libere, vel contingenter, & consequenter prædestinati saluantur eo modo quo Deus vult, id est libere &c. Sed contra primam conclusionem. Nam ab æterno aut Deus prædestinabat, aut non. Si primum, igitur non poterat non prædestinare, si secundum nõ poterat prædestinare, quia vtrobique sequitur, quòd mutaretur. Sol. Prædestinabat Petrum, & poterat illum non prædestinare absolute, licet non supposito, quòd prædestinaret. Et si ponatur, quòd non prædistinaret Petrum, non sequitur, ꝙ mutetur, sed ꝙ nunquam illũ prædestinasset. Altera enim pars contradictionis posita in talibus deponit aliam æternaliter. Contra secundam. Nam omne præteritum necesse est esse præteritũ. Sed actus prædestinationis saluandorum est præteritus. Tùm quia hoc importat ly præ. Tum quia est æternus. Sol. Immo non est præteritus, sed est præsens. Ad primum tamẽ dico, quod ly præ, importat antecessionem, sed dupliciter aliquid antecedit aliud. Primò, quia est in eodem ordine cum illo, & nõ est simul, sicut vnus punctus circunferentiæ circuli antecedit aliud, & vna hora diei aliã. Et secundo, quia non est in eodem ordine, sed coexistit priori existenti in eodem ordine, sicut si dicamus centrũ circuli, vt cointelligitur, & coassumitur vni puncto circunferentiæ præcedere alia puncta, quæ sequuntur illum cui coassumitur. Et isto modo æternitas, & prædestinatio præcedit hanc diem, quia coexistebat diei æternæ. Et sic patet ad secundum. Contra tertiam. Nam ex causa, coassumpto vero, sequitur falsum sic. Quicũque necessario damnatur contigenter, non potest contingenter saluari, quia eo modo quo aliquid necesse est esse, necesse est oppositum non esse, & consequenter impossibile est esse. Sed præscitus necessario damnatur contingenter, non potest contingenter, id est libere saluari. Sol. Si minor intelligatur de necessitate absoluta, est falsa, si de conditionata, est vera, sed non infert impossibilitatẽ conclusionis nisi conditionatam, quia scilicet ex suppositione, quòd præscitus sit præscitus, non potest saluari. Et si dicatur, ꝙ est necesse ipsum esse præscitum, hoc nego; quia S.Tho. dicit in 39. dist. primi. q. 2. ar. 1. ad primum sic. Actus diuinæ scientiæ nunquã trãsit in præteritum, sed semper est in actu, ideo semper manet in libertate voluntatis. Hæc ille. Vnde sicut Deus nunc libere præscit ac reprobat. Hæc sunt quæ breuiter scribere volui, vt satisfacerem pro modulo meo ingeniis humanis, veruntamen mihi videtur, ꝙ omni animæ satisfacere debeat hoc quod Deus iubet fieri bona, & mala vitari, promittens bonis præmia, & minitans pœnas iniquis. Si autem Deus iste mandat, factibilia sunt, alioqui esset iniquus si hoc sciens mandaret, vel inscius, scilicet ignoranter. Plus autem debet homo Deo, quam sibi credere, quia rudes sumus, nec possumus intelligere grossissima etiam quæ sentimus, vtpote vnde est quòd paleæ conseruent niues, & ematurent mespilia, cum illud frigus, & hoc calor efficiat.

Domini. 2. post festum Tri.

Quæstio 46.



Quæritur vtrum damnati gaudeant de pœnis inimicorum suorum damnatorum, sicut iste videtur doluisse de pœna parentum? Respondeo. S.Tho. 3. quodlibeto ar. 24. sic dicit. Licet idẽ secundum diuersas rationes sit delectabile, & triste, tamen simpliciter dicitur tale ab eo quòd præeminet, ab eo vero quòd est minus dicitur secundũ quid. Igitur pœna inimici in damnatis habet rationem delectabilis quodammodo, id est inquantum impletur voluntas damnati de malo inimici sui, quia vt dicitur Ezechielis 18. Damnati descendunt ad infernum cum armis, id est prauis affectionibus. Vnde supra illud Esa. 14. Omnes principes terræ surrexerunt, dicit gl. Hiero Solatium est malis, inimicos suos socios habere pœnarum. Et quodammodo ẽt habet rationem tristabilis propter duo. Primo inquantum in pœna damnati impletur iustitia diuina, quam odiunt, & blasphemant damnati, secundũ illud Apoca. 16. Estuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen domini. Secundo propter vermem conscientiæ, quia sic in eis remanent prauæ affectiones odii, & inuidiæ, quòd de eis dolent ad punitionem, non ad purgationẽ, secundum illud Sap. 5. Pœnitẽtiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Sed contra.

Nam

Nam cũ omne gaudium diminuat dolorem, vt patet 7. Ethico. tantum possent alicuius damnati multiplicari inimici ꝙ eius dolor, qui intensiue finitus est totaliter deleretur, quòd est contra diuinam iustitiam. Sol. Sicut in hac vita pœnitentes dolent,& gaudent de dolore, ita damnati gaudent de pœnis inimicorum,& de ipso gaudio magis dolent,& præcipue si præstiterunt eis causam damnationis. Hæc ille. Qui sentit, ꝙ de illis pœnis gaudēt scd̄m q̄d, & simpliciter dolent.

Quæri etiam potest vtrum damnati vellent omnes alios etiam suos parētes esse dānatos. Vide S.Th.quodl.8.ar.70. Itē 4.di 50. q.2.ar.1.q.40. Et vtrū anima separata possit igne corporeo cruciari. Vide 4. di.64.q.10. ar.2.

Dominica 2. post festum Trini.

Quæstio 47.

QVAERITVR Vtrum homines peccatores maxime infideles sint ad bonum compellendi secundum quòd hic dicitur? Exi in vias, & sepes,& compelle intrare. Respondeo. Infideles,qui nunquam fidem susceperunt, vt gentiles,& Iudæi,nullo modo compellendi sunt ad bonum fidei,vt credant, quia credere voluntatis est. Vnde in decretis dist.45. sic dicitur. De Iudæis præcepit sancta synodus neminem de cætero ad credendum vim inferre. Sunt tamen,si facultas adest, compellendi ne fidem impediant blasphemiis, vel persuasionibus,vel persecutionibus,propter quæ fideles contra eos bellum mouent, non vt eos credere cogant, quos relinquerent in sua libertate credendi,etiam si eos captiuos haberent. Sed infideles qui quandoque fidem susceperunt,& profitentur vt hæretici, & apostatæ,sunt etiam corporaliter compellendi,vt impleant,quòd promiserunt vt de Iudæis dicitur vbi supra. Sed contra. Primo. Nam pater familias Matth.13. prohibuit zizania colligi,vbi dicit Chry. Hæc dicens prohibet occisiones fieri. Nec enim oportet interficere hæreticum,quia si eos occideritis ecesse, est multos sanctorum simul subuerti. Ergo pari ratione videtur, quòd non sint aliqui infideles ad fidem cogendi. Sol. Quidam intellexerunt ibi prohiberi non excomunicationem,sed occisionem hæreticorū,vt patet ex autoritate Chrysī inducta. Et Aug. ad Vincen. de se dicit. Hæc primitus mea sententia erat neminem ad vnitatem Christi esse agendum,disputatione pugnandum, sed hæc opinio mea non contradicentiū verbis, sed demonstrantiū superatur exemplis. Legum enim terror ita profuit,vt multi dicant gratias domino,qui vincula nostra dirupit. Quomodo autem debeat intelligi illud. Sinite vtraque crescere,apparet ex hoc quòd subditur. Ne forte eradicetis simul,& triticū. Aug. contra epistolam Promeniani. Cùm metus iste non subest, idest quando ita cuiusque crimē notū est, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus,vel non tales, habeant defensores,per quos possit scisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ. Secundo. Nam secundū Aug. cætera potest homo nolens credere vero non nisi volens. Sed voluntas cogi non potest. Ergo non sunt infideles. Sol. Sicut vouere voluntatis sed reddere necessitatis est, ita uoluntatis est accipere fidem, sed necessitatis acceptam tenere. Ideo compellendi sunt hæretici, vt fidem teneant. Tertio. Nam Ezech. 18. dicitur ex persona domini. Nolo mortem &c. Sed nos debemus nostram voluntatem conformare diuinæ &c. Sol. Sicut Aug. in epistola ad Bonifaciū comitem. Nullus nostrū vult aliquem hæreticū perire, sed dicitur quòd non meruit habere pacem domus Dauid,nisi, filius eius Absalon in bello,quòd contra pacem gerebat,fuisset extinctus. Sic ecclesia catholica si ex aliquorū perditione,cæteros colligit,dolorem materni sanat cordis tantorū liberatione populorum. Hæc omnia S.Tho.2.2.q.10.ar.8. Arguitur etiam per rationes eorū,qui tenent pueros infideliū inuitis parentibus baptizandos. Vide c.4.di.5.& 6.q.1.conclu.1.

Quæri etiam potest. Vtrū ista quæ parata sunt in cœna patris familias,i. in beatitudine sint bona corporalia. Vide 1.2.q.4.ar.7. Et vtrum voluntati possit inferri violentiam. Vide 1.2.q.6.ar.4.

Dominica 3 post festum Trini.

Quæstio 48.



Quæritur vtrũ Angeli plus gaudeant super vno peccatore pęnitentiam agente, quã supra nonagintanouẽ iustis? Respõdeo. Angeli sup pęnitẽtis pœnitẽtia gaudent. Primo, quia vident suæ custodiæ fructũ. Secundo, quia vident eorũ numerũ ac ruinam reparari. Tertio quia ex amplitudine charitatis lætantur sic in laudando Deũ habere consortium, cùm prius soli laudarent, iuxta illud Iob 3. Vbi eras cũ me laudarent, astra matutina, id est Angeli, & iubilarẽt omnes filii Dei. Immo dicit San. Bona. sup Luc. eos gaudere de pœnitẽtia peccatorũ pp septẽ. Primo, quia destruitur culpa. Secũdo, quia recuperatur iustitia. Tertio, quia confutatur dęmonũ superbia. Quarto, quia efficax inuenitur Angelorũ custodia. Quinto, q a reparatur ecclesia. Sexto q a placatur ira diuina. Septimo, quia restauratur Hierusalem superna. Angelos aũt plus de dicta pœnitentia, quã de nonaginta nouem iustis gaudere, dupliciter potest intelligi esse verũ. Primo intelligendo per pœnitentiã humanã redemptionem, & per peccatorem pœnitẽtẽ genus humanũ, quòd Dei amicitiam merito suæ redemptionis recuperat, & per 99. iustos intelligẽdo Angelorũ vniuersitatẽ, & ẽt aliarum creaturarum. Sic enim Deus plus super hoc gaudet. Tum quia est maius bonũ includẽdo in genere humano ipsum redẽptorem, cuius humanitas, vt vnita verbo, est magis dilecta quã omnes Angeli. Tum quia aliquam rationẽ gaudii magis in hoc, quàm non hẽt in aliis. Tum quia in eã pœnitentiæ humani generis, i. in eius redemptione, quæ facit eius pœnitentiam acceptam, est materia maioris gaudii, quã in aliis operibus eius. Nã in opere redẽptionis plus est operatus Deus, quàm in cõsetuatione totius multitudinis cœlestis, quia hoc est manifestatiuũ maioris potentiæ, maioris prudentiæ. & maioris misericordiæ. Maioris potẽtiæ, quia max mũ opus Dei aliquo modo est viuificare impium vt patet. 1. 2. q. 103. ar. 9 in e. hẽ unire humanitatẽ deitati personaliter, quòd est miraculũ miraculorũ, ut dicit S. Tho. de poten. q. 6 ar. 2. ad vltimũ. Maioris ẽt prudentiæ, quia prudẽtia eius percussit superbũ, i. diabolũ Iob. 22. Vnde dicitur de Augustino. Nec satiebatur dulcedine mirabili, considerare altitudinẽ diuini consilii super salute humani generis. Maioris ẽt misericordiæ, quia genus humanũ qd' dam nationẽ meruerat sic subleuauit, vt non solũ per gratiã, & gloriã, sed ẽt personaliter sibi vniret in aliquo eius indiuiduo, i. Christi humanitate. Luc. 1. Per viscera misericordiæ Dei nostri &c. Secundo potest intelligi esse uerum de singulis pœnitentibus. Super singulo. n. eorũ Angelus plus gaudet. Tũ quia gau diũ sibi est magis nouum, siue quia habet in eo aliam rationem gaudii. Tum quia est aliquãdo feruẽtior iusto, & cautior, & humilior Sed contra. Nam de meliori magis est gaudẽdũ, sed maius bonũ sunt 99. iusti, quàm vnus pęnitẽs &c. So. Nõ plus gaudẽt Angeli de isto vno, quã de illis, quia sit melior, sed propter nouitatẽ rationis gaudii. Vnde cæteris paribus magis gaudent de meliori, sed secus si in minus bono sit aliqua ratio gaudendi specialis. Tunc enim aliquo modo est gaudium maius de minus bono. Si tamen pœnitens dicitur genus humanũ, est maius bonũ, includẽdo humanitatẽ verbo coniunctam. Vtrũ aũt pœnitentes semper resurgant in gradu æquali, vel maiori, quã prius habuerint? vide Capreo. 4 di 14. q. 2 conclu. 2.

Quæri etiam potest vtrũ Christus gaudeat quando ouẽ perditã suis humeris imposuit portãs crucem. Vide 3. q 46. ar. 9. Et vtrũ super inuentione ouis perditæ sit cõgaudendũ oui, & congratulandum, vel pastor, i. vtrũ magis gaudeat de bono eius ipsa ouis, vel pastor? Vide 4. di. 49. q 4. ar. 5. q. 4. Vbi habes quòd de bono inferioris beati, magis gaudet superior, quàm ipse inferior, & multo magis ipse Deus.

Domini. 4 post festum Tri.

Quæstio 49.

Quæritur vtrum esse proximo misericordem sit esse summe, & maxime virtuosum? Respondeo. Licet misericordia, vt est dolor de aliena miseria sensiuus, sit passio, & non

& docentes qualiter alij debeant salutem animarum procurare. Vnde & Apostolus de se dicit 1. Cor. 1. Non enim misit me Christus baptizare sed euãgelizare, quanuis baptizare sit opus maximè cõferens saluti animarum. Ipsa ẽt iõ demonstrat ꝙ melius est erudire de pertinentibus ad salutem eos, qui & in se & in alijs proficere possunt, quàm simplices qui proficere possunt in se tantum. In aliquo tamẽ casu necessitate imminente deberent episcopi, & Doctores intermisso officio particulari, intendere saluti animarum. Nihil enim prohibet, ꝙ simpliciter est melius, vt philosophari, ꝗ ditari, & margarita ꝗ panis, in aliquo casu esse minus eligendum, vt tpe necessitatis, & famis, sc'd'm illud Hieremiæ 4. Dederunt quæque præciosa pro cibo. Sed cõtra, primò. Nulla n. est grauior iactura quàm temporis. Ergo non debet aliquis totum tempus in studio expẽdere differens curam animarum. So. Nullam patitur temporis iacturam, qui operatur quod melius est docendo scripturam, vel se ad hoc per studium disponendo. Hæc S. Th. cum multis alijs. Ex his aũt patet ad primum quæsitũ, hoc tamen notando, ꝙ S. Th. nõ loquitur de eo ꝗ studet quidem in Theologicis, sed nõ vt doceat verbo aut scripto, sed vt sciat, & in ipso lætetur de Deo, sed de Deo qui se per studium disponit vt doceat, ly vt, dicente causam finalem. Hic aũt est actiuus, ille vero contemplatiuus, vt patet 2. 2. qõ. 181. ar. 3. in corpore. Et ad inuicem in merito comparantur eo modo, quo vita mere contemplatiua, & acti veniens ex plenitudo contemplationis, de quo vide 2. 2. q. 182. ar. 1. in cor.

AD secundum autem quæsitum dico, vt patet ex dictis S Th. in hac quæstione, ꝙ melius est simpliciter docere scripto quàm verbo, quia docens verbo, vt in pluribus docet simplices tantum in seipsis proficientes, docẽs autem scripto docet etiam futuros doctores, & si vterque doceat doctores futuros [vt docens verbo in scholis, aut alibi] adhuc melius est docere scripto, quia hæc doctrina est vniuersalior & durabilior. Et eadem ratione simpliciter, melius est docere futuros doctores verbo in scholis, quàm simplices in ecclesia, licet illi sint plures, quia sicut docens in ecclesia est architectus respectu particulariter salutem animarum procurantium, ita docens in scholis respectu docentium in ecclesia est architectus, quia docet qualiter doceant. Et consequenter est particeps totius fructus eorum quos docuit, secundum illud Gal. 6. Communicet autem is, qui &c.

Quæri etiam potest. Vtrum docere sit actus vitæ actiuæ, aut contemplatiuę? Vide 2. 2. q. 181. ar. 3. Et vtrum doctor vel prædicator habeat à Deo in patria præmium specialem, idest aureolam, quãdo propter inanem gloriam prædicat non laxans retia in capturam, sed suspendens in ventum? Vide 4. distinct. 48. quæst. 5. artic. 3. q. 3, & quodli. 5. qõ. 11. ar. 1.

Dominica 6. post festum Trini.

Quæstio 51.

QVAERITVR vtrum reconciliatio fratris semper sit facienda ante oblationem sacrificij? Respondeo quod sic, ab eo qui fecit iniuriam, si fratris præsentia haberi possit, quia aliter non videtur, quomodo possint verba Saluatoris habere locum, scilicet. Vade prius reconciliari fra. &c.

Si vero est absens sufficit ad eum pedibus mentis ire secundum August. de sermone domini in monte dicentem. Pergendum est non pedibus corporis, sed motibus animi, vt te humili affectu prosternas fratri, ad quem chara cogitatione concurris in cõspectu eius cui munus oblaturus es. Sicut enim Deus iustificat confitentem voto, & desiderio, sic accepiat munus reconciliantis fratrem desiderio, etsi nondum facto. Qui autem suscepit iniuriam secundum Alexan. de Ales. in 3. reconciliationem quærere non debet debito necessitatis. Vnde dicit August. vbi supra Non veniam postulabis ab eo, qui tibi iniuriam fecit, sed tantum dimittas, sicut tibi à domino dimitti cupis, quod ipse commiseris. Debet autem eam quærere debito honestatis, vt gloriam duplicem consequatur, dicit Chrys. Vnam quia iniuriatus est, aliam quia prior rogauit.

Sed cõtra uidetur, ꝙ semper sit facienda ante. Nã maius est damnũ allatum in bonis animę, & spiritualibus contristando spiritum fratris, aut dehonorando illum, quã illatum in bonis fortunę, sicut & illa bona potiora. Sed

stante

stante damno, secundo, nunquã Deus accepiat sacrificium, vel aliud opus bonum de manu damnificatoris, quia semper stat eius peccatum, eo quòd non remittitur peccatum nisi restituatur male ablatum, extra de regu.iu. lib.6. Ergo multo fortius nec stante damno primo. Solu, Damnum in bonis fortunæ dupliciter stat, scilicet in effectu, quandiu scilicet non est emendatum, & in affectu, scilicet quandiu non est deliberatio emendandi. Regula ergo loquitur in secundo sensu, non autem in primo, quia Deus parcit si quis delibe rat resarcire damnum, quòd tamen adhuc non emendat ex iusta causa puta impotentia & huiusmodi Si enim uellet restituere eum qui nequit obligat ad impossibile, contra aliã regulam iuris ibidem, scilicet Impossibilium non est obligatio. Est autem naturale de alio damno.

Quæri etiam potest an irasci fratri semper sit peccatum? Vide.2.2.q. 158.art. 2.& 3. Et virum conuenienter gradus iræ à domino assignetur. Vide.2.2.q.158.ar.7.in c.

Dominica.7. post festum Tri.

Quæstio. 52.

Quæritur quot modis Christus poterat turbam magnam panibus satiare in deserto? Respondeo. Natura & ars nihil facere possunt nisi uno modo, scilicet natura, alterando materiam productã à Deo, & ars alterando & disponendo materiã productam à natura, vel saltem à Deo. Nam omne agens secũdum sicut actionem, ita & effectum prioris præsupponit in quod agat, quia cùm non sit purus actus non potest se toto agere, & consequenter nec totum quod est in suo effectu producere. Deus autẽ potest rem compositam, quicquid sit de simplici quatuor modis facere. Primo totaliter creando, ita quòd nihil rei factæ præexisteret factioni sicut fecit cœlum. Et secundo alterando eo modo quo agens naturale, ita quòd factioni rei præexistat quædã rei fiendæ materia, sed non forma, sicut ex virga à ratio produxit fructus. Nume. 17.c. Et tertio conuertendo materiam rei in aliam rem iam præexistentem, quòd factioni præexistat materia & forma rei fiendæ, sed non sit eo modo quo est post factionem, sicut natura ex alimentis facit carnes præexistentes inquantum illas auget conuersa noua materia in carnes, quia quòd potest effectiue Deus facere per naturam, potest etiam immediate efficere per seipsum. Et sic fecit etiam conuertendo aliquam materiam in carne & os quæ erat in costa Adæ. vel saltem in os, vt patet. 1. q.92. art. 3. ad primum. Et quarto conuertendo in rem præexistentem, non solum materiam, sed etiã formam alterius rei existentis, conuertendo totam rem unam in totam aliam, sicut conuertit totum panem quantum ad materiam & formam in totum corpus Christi, vt patet 3.q. 75.art. 4. in ca. Quod autem Deus hoc posset quanuis sancti hoc doceant, tamen sic naturali ratione probatur. Nam cùm omne agens agat inquantum est actus, agens naturale, vel creatum, propter hoc non potest agere nisi ad immutationem formæ, quia in suo actu est determinatũ, vt pote existentes determinati generis & speciei, & consequẽter eius actio nõ fertur nisi super aliquẽ actũ determinatũ, & consequenter super formã tantũ, qua fit determinatio in esse actuali. Igitur sicut se habet agens creatũ ad transmutandum secundũ formam qua quid determinatur in esse actuali, ita se habet increatum ad transmutandũ totã entis naturã. s. materiã, & formã, quia est actus infinitus. Igitur sicut agẽs creatũ perficere potest conuersionem formalẽ, idest secundũ formã, ita potest increatũ perficere substantialẽ, idest secundũ totam substãtiã rei. Igitur Christus poterat in deserto cùm esset Deus quatuor modis turbam panibus saturare. Primo creando panes, & secundo alterando aliquam materiam ad nouam formam panis. Et tertio adducendo aliquam materiam ad formam panis præexistentem. Et quarto conuertendo lapides, vel aliquid tale in panes. Potuit autem eiusdẽ quatuor modis replere stomachum turbarum, & ulterius etiam. Quinto modo scilicet rarefaciendo panes paucos, idest nullam addendo substantiam, sed augendo. Eo enim casu fuissent repleti, quia replere est quantitatis, sed non satiari, quia satiare appetitum cibi est exhibere aliquid vnde nutriatur corpus & restauretur, quod resolutum est per calorem naturalem, quòd quantitatis facere non potest. alioqui posset quis nutriri sphera mathematica

thematica si hanc deglutiret.

Sed contra prædicta arguo, quòd quartus modus sit impossibilis. Si enim totus lapis transiret in totum panem, esset ibi aliquòd subiectum vtriusque, quia in omni mutatione oportet esse subiectum, quod prius sit potentia, post vero in actu, cum motus sit actus existentis in potentia 3 Physi. Sed hoc non est ibi assignare, ergo &c. Sol. Procedit hæc obiectio de mutatione formali, quia proprium formæ est in materia, vel subiecto esse. Non autem habet locum in conuersione totius substantiæ. Vnde cùm hæc conuersio substantialis importet quendam ordinē substantiarum, quarum vna conuertitur in alteram, est sicut in subiecto in vtraque substantia, sicut ordo, & numerus. Vide de his omnibus. 3. q. 75. ar. 4. Secundo. Nam data possibilitate dicti modi, non sequitur, quod Christus potuisset inde satiare turbas, quia etiam si totum mundum conuertisset in septem panes illos, non fuissent maiores quantitate nec substantia, sicut corpus Christi nō crescit ex consecratione panis. Sol. Iste quartus modus subdiuidi potest in quatuor. Primus est conuertendo in illos septem panes existentes alia corpora, puta lapides. Secundus est conuertendo lapides, vel aliud in panes nouos, ita quod totum transiret in totum sicut posset cogitari vxor Loth transiuisse in salem nouum, qui prius nō erat. Tertius mutando materiam lapidis ad formam noui panis, sine quacunque alteratione, vel dispositione media præuia, sed cum dispositione quæ est naturalis sequela. Quartus est conuertendo illos panes in lapides magnos, & rursus illos lapides in panes maiores prioribus. Eo enim casu satiati ex maioribus panibus dicerentur aliqua ratione satiati ex prioribus, quia scilicet satiati essent ex illis in quos sunt conuersi lapides in quos erant conuersi primi panes. De primo autē horū non est dubium, quia est sanctorum, similiter nec de tertio, quia si Deus potest producere formam cum materia simul sine præuia dispositione, vt produxit cœlum, potest etiam producere formam. Sed de aliis est dubium, & si est possibilis vnus, est & reliquus, quia sequens includit priorem in secunda conuersione. Et quidem si solus primus horum modorum est possibilis, argumentum concludit. Si autem possibilis est aliquis aliorum duorum, id est secundi, & tertij, sic sta quartus modus satiandi in deserto non ex illis septem panibus, sed ex panibus multis. Si autem possibilis sit vltimus, sic erit saturatio aliquo modo ex eisdem.

Quæri etiam potest sicut quæsitum est do minica 4. in Quadragesima.

Dominica 8. post festum Trini.

Quæstio 53.



QVAERITVR vtrum arbor bona, i. volūtas boua possit facere malū fructū, i. malā actionem? Respōdeo ex doctrina S. Tho. 2. di. 39 q. 1. ar. 2. Cùm volūtas feratur in finē vltimū, vt est intēdens, & finem primū, id est obiectū ordinatum in finem vltimum, vt est eligens, voluntas mala, vt est intendens semper facit malum fructum, quia eius finis malus est. Sed tamen voluntas bona, vt intendens non propter hoc necessario facit bonum fructū, vt si obiectum proximum sit de se malum, puta fornicari. Bonum enim secundum Diony. est ex totali, & integra causa, malum aūt ex singulis defectibus, sicut pulcher homo non est nisi habeat omnia membra pulchra, præter oculum vnum, secundum quem fit Strabo. Sed voluntas bona secundum ꝙ est eligens, non potest facere fructum malum. Nam si electio est bona, oportet esse consilium bonum, quod electionem præcedit. Et si consilium est bonum, vt patet. 7. Ethico. t. finis est debitus, quia non dicitur consiliarius bonus ad malum finem inueniens vias efficaces. Et secundo, id per quod intendit consequi finem est bonum, quia non est bonus consiliarius, qui bonum finem medio in conuenienti consequitur. Et tertio tempus debitum, ita ꝙ nec tarde nec præcipitanter consilians consiliatur. Licet hoc tertium pertineat ad bonitatem consilij, vt est in ratione: alia vero duo ex parte rei consiliabilis. Et si bonus est finis, & id, quod ordinatur in finem, bona est actio. Sed contra, videtur ꝙ simpliciter ex voluntate actus iudicentur boni, vel mali, quia non potest arbor bona fructus malos facere &c. Sol. Saluator comparat

parat arbori voluntatem sc͂d'm ꝙ est eligens, quia ex electione immediate sequitur actus, sicut ex arbore immediate fructus. Siue sub aliis verbis comparat arbori bonæ voluntatē bonā sc͂d'm ꝙ ex bona ex actu volito, & fine intento, vt dicit s.Tho. 1.2.q.19.

Quæri etiam potest utrum fructus malus arbori malæ habeat rationem peccati, & cōsequenter sit ei causa excisionis, & cōbustionis. Vide. 1.2.q.21.ar.1. Et utrum unus, & idem fructus possit esse utriusque arboris, i. bonus, & malus. Vide. 1.2. q. 20. arti. ultimo.

Domini.9.post festum Tri.

Quæstio 54.

Quæritur vtrum liceat hunc villicum imitari faciendo eleemosynam de illicite acquisitis? Respondeo. Tripliter aliquid est illicite acquisitum. Primo, quia debetur ei à quo acquisitum est, vt in furto, rapina, & vsura. Secundo, quia licet non debeatur ei à quo acquisitum est, tamen acquirens illud retinere non potest, quia scilicet vnus dedit, & alter accepit contra iustitiam, vt in symonia. Tertio, quia licet acquisitio sit licita, illicitum tamen est id, quo acquiritur sicut patet de eo, quod per meretricium acquirit mulier, quòd proprie dicit turpe lucrum. Agit enim iniuste meretrix meretricando, sed non mercedem pro meretricio accipiendo. Igitur de primo eleemosyna fieri non potest, quia homo tenetur illud restituere nisi sit incertum cuius sit, quia tunc non solum licet, sed necessariū est illud in eleemosynas erogari, vel ipsi habenti si indiget, à suo confessore seu prælato, vel alteri, & hoc ab ipso, vel à confessore, vel à prælato suo. De secundo aūt eleemosyna fieri debet, quia illud non potest teneri, nec debet restitui ei qui dedit. Et simile est de aliis, in quibus datio, & acceptio est cōtra legem. De tertia autem fieri potest, licet non sit debitum necessitatis, quia tale est effectum proprium, & potest retineri, non tamen de acquisito per meretricium fit sacrificium, uel oblatio ad altare. Tum propter scādalum. Tum propter sanctorum reuerentiā. Sed contra uidetur, quòd possit fieri de illicite acquisitis, quia hoc est consilium Christi dicentis. Facite uobis amicos &c. ubi dicit gl. Iniquitas bene dispensatā in iustitiam uertitur. Sol. Mammona iniquitatis dicuntur diuitiæ acquisitæ illicite, sed tamen licite detentæ. Vel dicuntur diuitiæ licite acquisitæ, sed tamen quæ frequenter sunt causa iniquitatis &c. ut in expositione dictum est. Secundo. Nam quicunque uidet existentem in extrema necessitate, ei omnino subuenire debet. Sed nihil habens nisi illicite acquisitum, licite iuuat talem, ergo &c. Sol. Si tali daret, non daret de alieno, quia in necessitate extrema omnia sunt communia.

Quæri etiam potest, utrum clericus habēs à domino, id est Christo uillicationem, peccet mortaliter non dando pauperibus superflua iuxta intentionē domini sui. Vide 6. quodl. ar. 12. Et utrum sequens opera pietatis possit damnari, uel certe necessario recipiatur in æterna tabernacula. Vide. 3. dist. 15. q. 2. ar. 2.

Domini.10.post festum Tri.

Quęstio. 55.

Quæritur utrum cognosci possit ex scripturis tempus uisitationis Hierusalem, quod illa non cognouit? Respondeo. Ad probandum Christum dominum iam uenisse Hierusalem, & plebem domini. Primo induco prophetiā Iacob. Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec ueniat, q̄ mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Sed modo ablatum est sceptrum, regimen & dominatio à Iudæis à tempore Herodis ascalonitæ sub quo natus est Iesus. Ergo ab illo tempore venit Christus. Ad hoc respondent aliqui Iudæi, quòd hæc authoritas non est intelligenda de Christo ad literam, sed de Nabuchodonosor rege Babylonię, q̄ missus est ex ordinatione diuina contra Hierusalem propter peccata propria, vt habetur 3. Reg. 24. Ex tunc enim defecit regimen Iudæorū qua cepit Ezedechiā regem, & excęcauit eū & filios eius occidit, vt habetur ibidem ca. 15. Nec post aliquis de semine eius regnauit. Sed hoc dictū apparet falsum, quia post captiuitatem babylonicam habuerunt duces

ces & principes, vt patet de Zorobabel. Esdra, Neemia, & Machabeis. Habuerunt etiam reges, quia Ioannes Hircanus Simonis Machabei filius imposuit sibi diadema regium. Et ex tunc regnaiunt filii eius vsque ad Herodem, qui fuit Ascalonita & ab alienigena gente. Et ideo vsque ad illud tempus nō fuit amotum omnino regnum iudæorum. Si autem dicit, quòd à tempore Nabuchodonosor fuit amotum à tribu Iuda, de qua amotione loquitur propheta prædictus, quia illi, qui postea regnauerunt fuerunt de alia tribu, quia Machabei fuerunt de tribu sacerdotali, non potest stare hoc dictum, quia Zorobabel qui post captiuitatem Babilonicam fuit eorum dux, fuit de tribu Iuda, vt patet manifeste in multis locis scripturæ, similiter Machabei; quia tribus sacerdotalis & regia fuerunt mixtæ. Et ideo alii soluuntur aliter, dicentes, quòd intelligitur de Roboam filio Salomonis, à quo recesserunt decem tribus, & adheserunt Ieroboam filio Nabath, vt habetur. 3. Regum 12.

Sic ergo exponunt. prædictam authoritatē Non auferetur &c. donec ueniat filio. & est nomen loci, vt dicunt, quia ubi Hierony. transtulit mittendus, hebraica ueritas habet filio. Ad illum autem locum venit Roboam, vt cōstitueretur ex parte patris, & in illo loco recessit populus. Israel ab eo, & constituerunt super se Ieroboam, qui erat de alia tribu, scilicet Ephraim, & sic tunc fuit ablatū sceptrū de Iuda. Veruntamen quia ipsi filio Salomonis remanserunt duæ tribus, ideo sequitur in hæbraica ueritate. Et ei aggregabuntur gentes, vbi Hieron. transtulit. Et ipse erit expectatio gentium. Sed ista responsio patet falsa per textum. 3. Reg. 12. quia ibi dicitur, quòd ille locus in quo Roboam fuit à populo derelictus vocatur Sichem, & est locus bene remotus ab illo, loco qui uocatur Silo. Item huiusmodi responsio præcedens & consimiles apparent falsæ per translationē chaldaicam apud omnes Iudæos ita autenticam, vt nullus sit ei olim contradicere ausus. secundum quam ubi Hierony. transtulit, donec ueniat qui mittendus est. Hebraica ueritas habet donec ueniat Messias. Nam id quod erat obscurum per hoc uoluit declarare. Et sic patet, ꝙ prædicta authoritas non poterat intelligi de Nabuchodono. nec de Roboā, nec de aliquo alio quàm de Christo.

Quòd autem sequitur in hæbraico. Et aggregabuntur ei gentes, sic est intelligendum quia Iudæi in aduentu Christi pro maiori parte sunt obstinati in sua infidelitate, & gentiles, qui nomine gentium designantur aggregati fuerunt ipsi Christo. fidem eius deuote suscipientes, secundū ꝙ dicit apostolus, Ro. 11. Cæcitas ex parte &c. Quod autem tempore Hærodis ablatū est à Iudæis sceptrū, patet quia ipse fuit primus alienigena, qui regnauit in Iudæa. Pater enim eius fuit Idumeus: Iste Hærodes Romanorum auxilio fretus, debellauit Antigonum regem Iudæorum. qui descenderat à Machabeis, & omnem ptolem regiam occidit, & libros de analogia regum combussit, ne postea deprehenderentur alieni ipse & filii eius à regno Dauid. Interfecit etiam in populo doctores, qui docebant illud Deu. 17. De medio fratrum tuorum pones super te regem, vt sic aufert Iudæis omnem uiam recuperandi sceptrum. Quod etiam patet per effectum, quia ab illo tempore vsque nunc fluxerunt M D. anni ad minus, quia tali anno incarnationis correctum est hoc opus, & adhuc Iudæi videntur magis à prædicto sceptro longinqui, quàm à principio. Cùm igitur ablatio sceptri fuerit signum eis prædictum de aduentu Christi, manifeste patet, quòd illud impletum est tempore Hærodis, quo regnante natus est Iesus Christus. Et sic patet propositum, scilicet ꝙ tempus incarnationis sit præteritum. Item hoc idem probatur authoritate Aggei 2. Hæc dicit dominus. Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo cœlum & terram, mare & aridam & mouebo omnes gentes, & veniet desyderatus cunctis gentibus. Et infra. Magna erit gloria huius nouissime, quàm primo, secundum omnes doctores hebreorum habetur ꝙ iste desyderatus est Messias. Patet igitur per plura in authoritate prædicta posita, quòd tempus aduentus Christi sic præteritum. Primo per hoc, quòd dicitur ibi. Adhuc vnum modicum, & subditur de aduentu Christi. Veniet desyderatus cunctis gentibus. Aggeus enim propheta dixit hoc verbum secundo anno Darii regis Persarum. Ab illo autem tempore vsque nunc fluxerunt anni fere duo millia secundum computationem Iudæorum, multo magis sedm̄ cōputationē nostrā. Talis autem numerus non dicitur in scriptura modicum. Cùm igitur dicat propheta in

scriptura restare tempus modicum usque ad tēpus desyderati cunctis gentibus, patet, ꝙ tēpus sui aduentus est præteritū. Sed ad hoc respōdent aliqui. ꝙ tantū tēpus in scriptura bene dicitur modicū, q̄a dicitur in psal. 81. Mille anni ante ocu. tu. tāquā dies hesterna. Sed ꝙ hæc respōsio nō ualeat, patet, quia si tēpus mille annorū cōparetur æternitati, modicum est. Et sic loquitur authoritas psalmi, prædicti, quòd patet per hoc, ꝙ dicit. Ante oculos tuos, quia diuina cognitio, quæ per oculos designatur, æternitate mensuratur. Sed si referatur tēpus mille annorū ad expectationē populi, sic non potest diei rationabiliter loquēdo tēpus modicū, sed multū. Vnde & Baruch. 6. tempus captiuitatis Babylonicæ prædicit magnum & longū, quod tamē fuit ualde modicū respectiue. s. 70. annorū. Itē patet propositum per id, quod in authoritate subditur. Replebo domum istam gloria, & loquitur de domo Dei edificata à Iudæis post captiuitatē Babyloniæ. Igitur stante illa domo uenit Christus, quia propheta dicit eam replendam gloria per aduentum ipsius desyderati ad eam. Domus autem illa destructa est per Titum & Vespasianum quadragesimosecundo anno post domini passionē, ergo &c. Item tertio patet propositum per illud, quod sequitur in authoritate prædicta. Magna erit gloria istius domus nouissimæ &c. Constat enim ꝙ loquitur de edificata post captiuitatem Babyloniæ ad eius edificationem inducebat populum, & prædixit gloriam eius maiorem futuram, quàm fuit gloria domus edificatæ per Salomonem. Hæc autem non intelligitur propter maiores diuitias, seu honores, seu cultū diuinū, uel edificationes, quia domus & status populi tunc erat quasi nullius momenti respectu illius domus & status, qui fuit sub Salomone Propter hoc dicitur. 2. Esdræ. 12. quòd sacerdotes, qui uiderant primam domum lachrymabantur, aliis exultantibus in dedicatione domus secundæ, q̄a qua si nullius momenti erat respectu primæ. Et ideo non potest intelligi gloria eius maior nisi per aduentū ipsius desyderati cunctis gentibus, qui eā glorificauit præsencia sua, quia in ea fuit à matre oblatus secundum, ꝙ propheta Malachias prædixerat. 3. ca. Statim ueniet ad templum &c. Ipsam etiam domū frequenter honorauit quando ibi prædicauit & miracula sine numero fecit. Mat. 21. Accesserunt ad eum cæci & claudi in templo & sanauit eos. Dicunt autem aliqui Iudæi ad hoc ꝙ maior fuit gloria secundæ domus &c. in annis, quia plus durauit. Sed hoc non ualet etiam si uerum sit, ꝙ plus durauit, quia hoc non fuit ad gloriam, sed ignominiam, quia pluribus temporibus fuit conculcata & dehonorata. Primo, quia Antiochus epiphanes posuit ibi adorandum idolum, & fecit ibi prostibula mulierum, secundū quòd habetur. 1. Macha. 2. Sed quia librum istum non recipiunt Iudæi, ideo potest dici, quòd hoc idem habetur Daniel. 8. Hoc etiam dicit Iosephus lib. 12. antiquitatum. Similiter quando Hierusalem fuit capta per Pompeium Romanū imperatorē, qui in templo collocauit equos. Item iterum aliàs & ultimo quando destructa fuit per Titum & Vespasianū. Omnibus enim istis temporibus fuit ista domus deiecta & conculcata. Itē ista maioritas durationis non uidetur esse alicuius gloriæ notabilis. Aliter enim lapis diceretur maioris honoris & gloriæ, quàm natura humana, quia est maioris durationis. Item sic computemus durationem domus secundæ, secundum Iudæos dicentes eam durasse 420. annos habemus, quòd prima domus plus, uel saltem non minus durauit, quia plures anni fluxerunt à quarto anno Salomonis, in quo fundata fuit prima domus, usque ad 11. annum Sedechiæ, in quo destructa fuit, quia fluxerunt anni 427. computando tempora regum intermediorum in tertio & quarto libro Regum. Perfecta autem fuit 11. anno Salomonis. Licet autem forte domus secunda plus durauerit, tamen ista obiectio est efficax contra Iudæos, quia procedit ex suppositione computationis eorum, quam reputant ueram. Patet ergo ex prædicta authoritate Aggei, quòd &c. Sed restat ostendere, quòd in prædicta authoritate uidetur dubium, scilicet qualiter sit impletum illud. Mouebo cœlum & terram.

Dicendum est igitur, ꝙ cœlum in aduentu Christi motum est, largè accipiendo motum pro omni innouatione, quia magna innouatio in cœlo apparuit, quando in natiuitate Christi noua stella est uisa, propter quod reges uenerunt ad ipsum adorandum. Maior autem fuit commotio facta in cœlo, idest in cœlestibus spiritibus, qui tantæ rei nouitate nouis gaudiis exultabant. Item

circa illud tempus, scilicet tempore Hærodis, sub quo natus est Christus in Iudæa, de qua magis loquitur propheta quàm de alijs terris, fuit magnus terræmotus intantum, quòd gentes propinquæ credebant, quòd in Iudæa nullus homo remansisset, vt dicit Iosephus in 1. lib. de iudaico bello. Et ex hoc arguitur probabiliter ab aliquibus aliquam coniunctionem fuisse planetarum notabilem siue constellationem ex quibus solent accidere talia. Quòd autem tunc motæ fuerint omnes gentes, patet, quia imminente Christi natiuitate iussit Cæsar Augustus describi orbem vniuersum, & omnes gentes Romanorum se tributarios profiteri, & propterea singuli ibant ad loca vnde erant oriundi ad prædicta facienda. Propter quod etiam Ioseph de Galilæa ascendit in Bethleem &c. Luc. 2. In Iudæa etiam tunc fuit facta magna commotio, quia quidam nomine Iudas natione Galilæus publice asserebat Iudæis esse illicitum cognoscere alium dominum præter Deū, & multi Iudæi secuti sunt ipsum, & postea interfecti ab exercitu Romanorum, vt dicit Iosephus. 2. antiquitatum, & idem habetur Act. 5. Ante hos dies &c. De commotione autem maris non oportet exemplum ponere, quia frequenter solet accidere, proprie tamen per mare, & aridam intelliguntur habitantes in terris maritimis, & campestribus, sicut & per cœlum Angeli illud inhabitātes, qui omnes sunt moti, vel per nouas illuminationes, & exultationes quo ad Angelos, vel per descriptionem quo ad reliquos. Item φ tempus aduentus Christi sit completum per authoritatē Danie. 9. patet, vbi Gabriel Angelus instruxit eum de tempore aduentus Christi di. Animaduerte sermonē, & intelli ge visionē. Septuaginta hebdomandes abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consumetur præuaricatio, & finē accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducaī iustitia sempiterna, & impleaī visio, & prophetia, & vngaī sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte. Ab exitu sermonis, vt iterū edificetur Hierusalem vsq; ad Christum ducem, ebdomadæ septē, & hebdomades sexagintaduæ erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia tēporū. Et post hebdomades sexagintaduas occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. Et finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis vsque ad consummationē, & finē perseuerabit desolatio.

Ad intellectum autem huius prophetiæ primo videndū est qualiter hic accipiantur hebdomadæ, vel hebdomades, quòd idem est. In sacra enim scriptura hebdomada sumitur vno modo pro tempore 7. dierum. & hoc modo communiter accipitur. Nam hoc modo loquitur scriptura Leuitici 31. vbi dicitur, quod septem subdomadæ accipiendæ sunt à festo paschæ, quæ faciunt. 49. dies, & 50. die celebrandū est festum penteco. Alio modo accipitur hebdomada pro tempore 7. annorū. Et hoc modo loquitur scriptura Leuiti. 25. vbi dicit. Numerabis septem hebdomadas annorum, quæ faciunt 49. annos, & quinquagesimus dicitur iubileus, q̄ apud Iudæos dicitur annus remissionis. Non inuenitur autem hebdomada posse accipi pluribus modis. Hic autem non potest accipi pro hebdomada dierum, quia alias tota prophetia Danielis fuisset completa infra annum, & dimidium. Ergo per locum à diuisione oportet, quòd accipiatur pro hebdomada annorum. Et in hoc omnes catholici, & hæbrei conueniunt, licet in hoc sit differentia, quod quidam catholici, vt Beda, & alii dicunt, quòd isti anni intelligendi sunt anni lunares, qui breuiores sunt solaribus. 11. diebus. Motus autem fuit ad hoc dicendum ex duobus. Primo ex textu, quia dicitur hebdomadæ abbreuiatæ, & sicut dictum est anni lunares sunt breuiores solaribus, & per consequens hebdomadæ annorum. Secundo, quia Angelus loquebatur Danieli qui erat hæbreus, & Iudæi computabant per annos lunares, vt dicit. Sed Nicolaus de Lyra in quæstione contra Iudæos, vnde ferè omnia ista sumuntur, dicit quòd salua reuerentia Bedæ vtrunque videtur falsum esse, quia in hæbreo non ponitur abbreuiatæ in detruncationem siue dimi nutionem prout sonat, sed ponuntur præcisæ, prout determinationē importat tēporis, non plus aut minus. Similiter scd'm videtur falsum, quia si Iudæi haberent annum breuiorem. 11. dieb. q̄ annus solaris, quo vtimur

cum secundum legem teneantur primo mense cuiusq; anni facere pascha in die determinata.f.16. sequeretur quod eorum pascha huius anni antecederet pascha anni praecedentis in 11 dieb.& eodem modo pascha sequens per 22.ad quod sequeretur, quod ipsi celebrarent pascha ex obligatione praecepti infra breue tempus in quodlibet mense totius anni. Hoc autem apparet manifestè falsum ex usu eorum, semper enim faciunt eodem tempore.Ideo patet quod computant per annos solares,sicut & nos. Licet enim incipiant menses à lunationibus, tamen annus apud ipsos habet 13. lunationes, ita quod per embolismos faciunt aequationem temporis. Dato tamen quod computarent per annos lunares, nihilominus habetur propositum,vt videbitur. Secundo videndum est quot annos continent hebdomadae praedictae. Et patet hoc, quia si multiplicentur 70. per 7.resultant 490.siue quatercentum nonaginta Tertio videndum est à quo anno incipiat computatio ipsarum. Et dicunt aliqui Iudaei quod incipit ab.11.anno regis Sedechiae quando destructum est primum templum. Alii,quòd à primo anno Darii regis Medorum, quia illo tempore dixit ista Angelus Danieli. Alij quod à reditu captiuitatis sub Zorobabel, anno secundo Cyri regis Persarum.Alij quod anno secundo regis Artaxersis, quando missus est Hieremias ad reedificandum ciuitatem sanctam. Quae aût istarum opinionum sit vera, & aliarum improbationum omitto propter prolixitatem vitandam,quia secundum oes istas computationes habebis sufficienter propositum.s.quod sit praeteritum tempus aduentus Christi,quod patet,quia Angelus assignauit 490 annos vsque quo impleatur visio, & prophetia,& vngatur sanctus sanctorum,i. Christus Sed qualitercunq; accipiantur anni lunares vel solares & vbicunq; incipiatur computatio secundum praedicta, quia inferius nô pôt accipi,quod in secundo anno Artaxersis totum tempus praedictum iam diu est completum. Si aût aliquis vult plenius videre qualiter iste numerus annorum est completus per partes singulas,& qualiter in medio vltimae hebdomadae passus est Christus, & c.quae faciunt ad expositionem huius textus, potest recurrere ad id, quod scripsit Nicolaus de Lyra super Danielem. Verum hic volo remouere quandam solutionem falsam Rabbi salomonis dicentis, quod illae hebdomadae non continent tempus praecisum vsque ad aduentum Christi, sed à destructione primi templi vsque ad destructionem secundi, & sic exponit dicens, quod 70. hebdomadae praecisae,id est praefinitae sunt antequam veniat perfecta captiuitas ipsorum,quae facta est per Romanos, vt consumetur praeuaricatio,i.vt desistant à praeuaricationibus, castigati,vt deleatur iniquitas ipsorum per dicta poenalia, & adducatur iustitia sempiterna, i. vt in aeternum iustificentur, poenam pro peccatis tolerando in dicta captiuitate, vt sic finaliter impleatur visio, & prophetia, i. visiones de Christo promissae per prophetas, & vngatur sanctus sanctorum,i.arca dni,& vasa sanctuarii,quae recuperabuntur per Messiam venturum in fine huius captiuitatis. Sed quantum debeat durare ista captiuitas non dicitur, & per consequens determinatum tempus ipsius Christi hic non determinatur. Quòd aût ista expositio sit falsa & extorta, patet per literam praecedentem, vbi dicitur, quod Angelus Gabriel venit propter orationem Danielis orantis pro liberatione populi ad declarationem exauditionis seu petitionis. Et ideo non solum nunciauit liberationem de captiuitate babylonica, sed etiam perfectam liberationem fiendam per Christum,de qua principaliter Daniel orabat. Et ideo dicere,quod Angelus veniebat ad denunciandum perfectam liberationem sui populi, & nullum certum tempus liberationis fiendae per Christum assignauit, est valde absurdum, & praecedenti literae contrarium, quia Angelus non venisset ad consolationem sed desolationem Danielis. Item cùm dicit quod per captiuitatem in qua sunt desistant à praeuaricationibus,hoc manifeste est falsum quia super omnes gentes intendunt sortilegiis & auguriis vt dicunt,qui sciunt facta eorum, & tamen ista maxime prohibentur in lege diuina,vt patet &c.Item quia dicit impleri visiones prophetarum per merita eorum, est contra id,quod dicitur Deuter. 9. Scito,quod non propter iustificationes tuas dns Deus dedit tibi terram &c. Et multo minus propter iustitias eorum est adimplenda promissio de Christo, & maxime quoniam de eo scribitur Esa.8.Erit in lapidem offensionis &c. Item quod dicit,per vnctionem sancti sanctorum, intelligi vnctionem arcae &c. hoc est contra illud quod dicitur Hiere. 3. In diebus illis dicit dominus, non dicent vltra, arca testamenti domini &c.hoc est dictum quod cerimoniae veteris testamenti omnino cessauerunt post Christi passionem. Item probatur idem per illud

Dan.

Dan. 2. vbi dicitur ꝙ Nabuchodonosor vidit statuam &c. Et infra, Abscisus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuā &c. Et per istam statuam significabantur quatuor magna regna sibi in orbe succedentia, vt ipse Daniel exposuit, primm Chaldeorū, secundum Persarum, tertium Græcorū, quartum Romanorum, quod per ferrum significatur, quia omnia alia regna domauit. Per lapidem autem significatur Christus, cui subiiciendum erat regnum Romanorum, secūdum omnes tam hebreos quàm catholicos. Cùm autē domino Iesu sit subiectū regnum Romanorum tempore beati Siluestri per veram fidē, sequitur ꝙ ipse sit Christus. Itē probatur idē per dicta, & glo. doctorum hebreorum antiquorum siue autenticorum. Esa. n. vltimo dicitur. Antequam parturiret peperit. glo. hebraica. Quia antequā natus fuisset ille, qui in seruitutem vltimā redegit, natus fuit redemptor. Ergo ante natiuitatē Titi fuit natiuitas Christi. Ideo ibidem translatio chaldaica dicit. Et adhuc non erit ei veniens angustia, & redimetur, & adhuc non veniet ei tremor cum doloribus propter partum, & reuelabitur Rex Messias Dolor enim & angustia partus exprimunt maximam calamitatem, quam sustinerūt in obsidione Titi, ergo Christus ante Titum natus est. Hoc autem multi Iudæorum concedunt, dicentes ꝙ Christus natus est in die destructionis templi, sed cum ab illo tempore fluxerint plus M CCCC. ann. ideo dicunt aliqui eorum ꝙ est cū Angelis viuens eo modo quo Moyses in mōte. Alii, ꝙ est extra montes caspios expectās præceptum domini de liberatione populi. Alij, quod vadit per mundum sicut pauper, & leprosus propter peccata populi, iuxta illud Esa. 4. Et nos reputauimus eum quasi leprosum &c. quousque appareat ex præcepto domini in virtute ad liberationem eorum de ista captiuitate. Talis autem varietas arguit manifeste eorum dictum esse fictitium, sed verum est quo ad hoc quod diu tēpus eius est præteritum. Item inde patet per quādam traditionē apud eos autenticam, & habetur libro iudicū ordinariorum tradito à domo Heliæ prima, quæ est hæc. Discipulis eius pet. 6. M. annos erit mundus. 2000. vanitatis 2000. legis. 2000. Messiæ.

AD intellectum huius est aduertendum, quòd hæbrei dicunt hoc esse dictum à filio mulieris sareptanæ, quem suscitauit Helias, qui etiam post ea habuit spiritum propheticum. Et 2000. annorum dicunt tempus vanitatis, quia à principio mundi vsque ad vocationem Abraæ, Gen. 2. mundus defluxit in vanitate peccatorū per luxuriā, vt patet in Gen. & per idolatriam adeo ꝙ tēpore Abraæ totus mundus erat corruptus, & ipse ausus est publice, primo vnum Deum prædicare, vt ait Iosephus lib. antiquitatum. Et istud tempus secundum eorum computationem fuit 2000. annorum, & 23. quia Abraā 5. annos habuit quando vocatus est. Et ex tunc incepit tempus legis, quæ non datur nisi populo adunato, cepit autē sub ipso adunari, & ad legē disponi, propter quod & circuncisionem in distinctionem accepit. Ab illo autem tempore vsque ad Christi natiuitatem fluxerunt 2000 annorum, nisi quòd deficiunt. 29. Si igitur accipiantur. 23. qui superabundant supra, habemus à principio mūdi vsque ad natiuitatem Christi quatuor millia annorum minus quinque. Quòd si accipiātur quinque anni, quibus latuit in Aegypto, ita quòd dies messiæ incipiant computari ab illo tempore quo de Aegypto est reuersus, sic sunt præcise quatuor millia. Vtrū autem duo millia annorum debeat esse tēpus Messiæ, non me intromitto, sed sufficit mihi tempus eius esse impletum, quia ipsi à principio mundi vsque ad præsentem annum, scilicet. M D. quo præsens opus fuit castigatū cōputant 500. & 200. & 60. annos. Item ostēdendo propositum per rationē in scriptura sumptam. Consyderando enim processum veteris testamenti apparet, quòd quandiu filii Israel seruierunt domino, fuerunt in statu prospero, etsi aliquando fuerunt captiuati, & afflicti, hoc fuit propter peccatum multitudinis. Nūc autem ita est, quòd ante captiuitatem Babylonicam fuerunt idolatræ pessimi, & occisores prophetarum eos à peccatis prohibentium, adeo quod sanguine prophetarum repleuerunt Hierusalem vsque ad os. 4. Reg. 21. & multa alia fecerunt, & tamen illa captiuitas non durauit nisi. 70 annis. Cùm autem captiuitas, in qua sunt nunc anno domini M D. durauerit per annos M CCCCXXV. quia facta fuit 40 anno à Christi passione quæ fuit 33. vel circa ab eius natiuitate, nec adhuc apparet eorum liberatio de proxi-

 mo,

mo, oportet eos concedere, ꝙ peccatū propter, quod tandiu captiui sunt sit maius quā præcedentia, quòd non potest esse nisi occisio Christi, quia post dictā captiuitatem non leguntur idolatrasse, aut occidisse prophetas. Ideo dicit Rabbi Moyses in libro iudicium ordinariorum. Iesus Nazarenus visus est esse messias, & interfectus est ꝑ domū iudicij, & ipse fuit causa, & promeruit, vt destrueretur Israel in gladio. Item multa opera diuina sunt facta in testimonium doctrinę apostolorum quæ via naturæ fieri non possunt, vt patet per scriptores verissimos, & publicam famam vsque nūc continuatam, quæ in talibus faciunt sufficientem fidē, sicut firmiter tenemus Aristotelem, & Platonem fuisse philosophos, & tamen non habemus nisi publicam famam. Hoc idem patet per libros autēticos apud Iudæos. Scribitur enim in quodam libello qui apud eos intitulatur de Iesu Nazareni generatione, quod leprosum mundauit, & claudum ex vtero matris suæ stare fecit, & mortuos suscitauit, & multa alia quæ fieri non poterant nisi virtute diuina. Dicitur tamen ibidem, quòd tali fecit virtute nominis tetragammaton, quia qui sciret illo debito modo pronunciare posset virtute illius miracula facere, vt ibidem dicitur. Iesus autem Nazarenus pronunciatione illius nominis didicit. vbi dicitur, quia in templo lapidem inuenit super quē steterat arca domini antiquitus, in quo erat scriptum tale nomen expositum. Vocatur autem expositio illius nominis descriptio siue determinatio qualiter debeat pronunciari. Licet autem hoc dictum non sit verum nisi pro quanto confitetur dominum Iesum diuina miracula fecisse, tamen ex eo habetur contra eos argumentum. Nam illud nomen non potest habere virtutem ad faciendum aliquod contra honorem Dei. Ergo doctrina Iesu Nazareni miraculis ab isto nomine confirmata non potest esse honori diuino contraria. Ergo fuit verus Deus verus homo, & verus Christus, quia ita docuit, aliàs virtute nominis Dei fuissent facta miracula ad confirmationem huius falsitatis. Et Deus esset testis falsitatis. Non enim prolatio talis nominis, sed Deus illa miracula operebatur. Hæc & alia videtur dicere expresse Iosephus. 18. antiquitatum dicens. Fuit his temporibus Iesus sapiens vir, si tamē eū virū nominare fas est. Erat enim mirabiliū operū effector, & doctor eorū hominū, qui libenter audiunt quæ vera sunt. Et multos quidem Iudæorū, & multos ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat, hunc accusatione primorū nostræ gentis cùm Pilatus in cruce agendum decreuisset, non deseruerunt eum hi q̄ ab initio dilexerunt eū. Apparuit enim eis iterū viuus, secundum quod diuinitus inspirati prophetæ, vel hæc vel alia de eo innumerabilia miracula futura prædixerant. Hæc ille. Item quando scriptura dicit aliquid futurum, & determinat tempus modum, & locum, si omnia ista in vnum concurrant manifestum est esse illud impletum. Sed sacra scriptura prædixit aduentum Christi, & determinauit tempus. Genes. 49. & locū Micheæ. 5 Et tu Bethleem, & modū viuendi, scilicet in paupertate Zach. 9. Ecce. & modum moriendi. Esa. 53. Et omnia hæc sunt adimplēda in Iesu Nazareno, ergo &c.

Sed contra hoc arguūt Iudæi per id, quod habetur. Esa. 2. vbi loquitur de aduētu Christi. Erit in nouissimis &c. Ex his formant quadruplex argumentum. Primo, quia Iesus non venit in nouissimis diebus. Secundo, quia adhuc non est eleuatus mons domus domini. Occasione huius dicunt aliqui eorū doctores, ꝙ dominus comportabit montem sinai, Thabor & carmeli, & ponet super eos montem sion. Tertio, quia non omnes gentes crediderunt in Iesum Nazarenum. Quarto, quia non cessauerunt bella.

Ad primum dicitur, quòd dies Messiæ in scriptura dicuntur nouissimi, quamuis secundum doctores hæbreos debeant durare duo millia annorum. Immo tempora præcedentia Messiam dicuntur dies nouissimi, vt patet Gen. 49. vbi Iacob moriturus dixit se velle ꝑdicere filiis futura in nouissimis diebus & ibi dixit de multis q̄ adimpleta sunt tempore regum, & iudicum. Ad secundum etiam ipse Rasa, Iudæus dicit, ꝙ illa eleuatio intelligitur non quantum ad situm, sed quātum ad nobilitatem signorum, quòd impleuit ibi Iesus, illuminando ibi cœcum natum, & sanando languidum in probatica piscina &c. Ibi etiam dedit spiritumsanctum, quo subito homines idiotæ habuerunt plenam notitiam scripturarum, & loquebantur omnia idiomata.

Ad

Ad tertium dicitur, quod ibi est distributio pro generibus singulorum, sicut omne animal fuit in arca &c. Vel aliter, quia scriptura multos nominem omnes. 2. Reg. 17. Dixit Absalon & omnes viri Israel. Melius est con silium &c. Ad quartum dicitur, quòd fuit pax diuturna adeo, quòd mundus descriptus est, & durauit in iudæa. 40. annos post Christi passionem. Nec Iudæi tunc utebantur ar mis, quia terra à militibus Romani custodie batur. Ideo probabile est, quòd instrumenta bellica ad vsum agriculturæ conuerterent, vt sit multoties. Et ly ultra non significat æter nitatem, sed diuturnitatem. Nam eadem dictio etiam ponitur. 4. Reg 6. Non venerunt vltra latrones syriæ &c. & tamen postea frequenter illam terram inuaserunt & depredati sunt. Quinto arguuntur Esa. 11. ubi de Christo loquitur habitabit lupus &c. Ipsi enim dicunt, quòd syluestria animalia in aduentu Christi debent domesticari. Solutio Illa locutio est metaphorica, sicut & Gene. 49. dicitur Beniamin lupus rapax. &c. ideo significabatur, quòd qui prius seinuicem insequebantur, vt gentiles & Iudei odiosi erant vno animo in fide futuri, sicut & sunt, hoc patet, quia stirpem Iesse uocat virgam, & Christum florem &c. Ideo translatio chaldaica sic habet. Exibit Rex de filiis Iessæ & Messias de filiis filiorum eius. Sequitur. Et erunt iusti circumcirca ei. Et ubi habemus lupus cum agno, ibi dicit, & pax in diebus eius multiplicabitur. Potest etiam dici ista in Christi fidelius ad literam completa de mansuetudine ferarum &c. Sexto arguunt. Nam dicitur Exod. 30. Si ad cardinales cœli eris dissipatus, inde retrahet te dominus Deus tuus & introducet in terram &c. Sed non sumus inquiunt congregati, ergo non venit Christus. Solutio. Hoc fuit impletum in captiuitate Babylonica.

Sed contra. Nam dicitur Eze. 39. Congregaui eos super terram suam, non dereliqui quemquam. Sed multi dereliti sunt in capti uitate babylonica. Ad hoc dicendum, quòd nullus remansit, qui uoluerit reuerti, quia Cyrus, qui erat monarcha in illis regnis dedit omnibus licentiam reuertendi & munera re uertentibus, ut patet Esdre. 1. Vel dic, quòd ista congragatio intelligitur per fidem & cha ritatem, vt Ioannes exponit ca. 11. dum inter pretatur dictum Caiphæ, extra quam congregationem nullus qui uelit intrare relinquitur. Septimo arguunt, quia dicitur Zacha. 7. Oriens nomen eius. Et sequitur. Et edificauit templum domino. Sed ista non conuenitur Iesu. Solutio. Secundum Rabbi Salomonis illud dictum intelligitur de templo secundo edificato à Zorobabel. Octauo Hier. 24. Ecce dies ueniunt dicit &c. Et sequitur. In diebus illis saluabitur &c. Solutio. Iam ipsi non erant filii Israel & Iuda, quia Christũ negauerunt, sed Israel & Iuda, idest illi qui Israel, & Iuda crediderũt in Christum, saluati sunt ab eo quantum ad animam ab inferno, & quantum ad corpus à Tito, quia admoniti per Angelum tempore futuri belli transiuerunt in regnum Agrippæ, ut dicitur in ecclesiastica histo. confæderati Romanis. Aliter dicitur, quòd loquitur de existentibus in gloria.

Nono Daniel. 7. Aspiciebam &c. Sed Iesus non uenit in nubibus. Solutio. Duplex est aduentus. Quòd Iudæi distinguere nesciunt, cùm tamen aliquando dicatur uenire cum potestate, aliquando cum humilitate. Vnde quidam eorum propter authoritates, quæ uidentur sonare contrarium expectant duos Messias, vnum, qui dicitur filius Ioseph, qui occidetur, alium filium Dauid, qui suscitabit filium Ioseph, & restituet ei regnum Israel. Sed hoc de scripturis non habet authoritatem. Decimo. Esa. 30. Erit lux lunæ &c. Solutio ad hoc patet, quia uerificabitur tempore secundi aduentus. Vndecimo Esa. 4. Videbit semen longæuum, Psal. Ponam in seculum seculi semen eius. Sed Iesus non habuit filios &c. Solutio. Decebat eum spiritualis filiatio per fidem, & sacramenta, non carnalis, quæ semper habet fæditatem. Vnde super illud Genes. In Isaac uocabitur tibi semen. glo. hebraica dicit. Omnis, qui confessus fuerit duo secula, idest legis & Messiæ, uocabitur tibi semen. Duodecimo. Non enim est edificatum illud mira bile templum inquiunt de quo Ezech. ultim. dicitur.

Solutio Propheta loquitur sub metaphora de cœlesti Hierusalem, quia dicitur ibi, nomen ciuitatis dominus ibidem. Vnde & dicit Rabbi Salo. De Hierusalem superna locutæ sunt scripturæ in fine Ezechiel.

Est autem notandum, quòd multi ex iudæis sunt conuersi sapientes, vt Natha-

nael, Paulus, Gamaliel, Matthias. Ioann. 12. Multis ex principibus &c. idest sacerdotibus & doctoribus. Sed multi etiam auertuntur. Primo, quia semper fuerunt cupidi, & in lege eorum promittitur eis abundantia, ide) timent &c. Secundo, quia à cunabulis in odio Christi nutriuntur. Tertio propter altitudinem credendorum. Omnia ferè dicta in hac quæstiuncula sumpsi ex Nico. de Ly. contra Iudeos Multa autem de intellectu prophetiæ hebdomadarum Danielis habes infra dominica uigesimaquarta post Pentecosten secundum curiam.

Dominica. 11. post festum Tri.

Quæstio 56.



QVAERITVR in illo verbo propitius, vtrum in iustificatione impii requiratur magna Dei ꝓpitiatio, quasi ipsa iustificatio sit maximum quid? Respondeo: Cùm opus dicatur magnum ex parte modi faciendi, & secundum magnitudinem rei factæ, creatio est maximum opus Dei primo modo, quia in ea nihil præsupponitur, sed iustificatio impii est maior secundo modo, quàm creatio cœli & terræ, quia iustificatio terminatur ad bonũ æternum diuinæ participationis, & illa creatio ad bonum naturæ mutabilis. Vnde Augustinus exponens illud Ioann. 14. Maiora horum faciet, dicit, quod maius opus est, vt ex impio iustus fiat, quàm creare cœlum & terram. Et subiungit. Cœlum enim & terra transibunt, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit. Sed cùm etiam aliquid dicatur magnum dupliciter, scilicet secundum quantitatem absolutam & secundum quantitatem probationis, sicut dicitur mons paruus, & milium magnum.

Primo modo glorificatio iustorum est opus maius, quàm iustificatio impii, quia donum gloriæ absolutæ est maius dono gratiæ iustificantis, sed secundo modo est econtrario, quia maius est donum gratiæ quàm gloriæ, eo quòd plus excedat donum gratiæ dignitatem impii, qui erat dignus pœna, quàm donum gloriæ dignitatem iusti, quia ex hoc ipso, quod est iustificatus, est dignus gloria. Et ideo ibidem dicit Augu. Iudicet qui potest utrum maius sit iustos angelos creare, quàm impios iustificare. Certe si æqualis utrunque potentiæ, hoc maioris est misericordiæ.

Sed contra. Nam bonum uniuersi est maius, quàm bonum vnius hominis, vt patet. 1. Eth. Sed iustificatio ordinatur ad bonum particulare vnius hominis. Ergo creatio cœli & terræ est opus maius. Solu. Bonum uniuersi maius est bono unius hominis si vtrunque accipiatur in eodem genere, sed bonum gratiæ vnius maius est, quàm bonum naturæ totius uniuersi. Hæc omnia sanctus Thom. 1. 2. quæstio. 113. articu 9. Ex quibus habetur quòd iustificatio impii ex parte rei factæ secundum quantitatem proportionis est maximum opus Dei. Cui si addatur, quòd conuersio & iustificatio Pauli inter alias, quæ leguntur, est maior aliquo modo, quia sola est miraculosa, vt patet ibi art. 10 sequitur, quòd hoc modo ipsa est maximum opus Dei. Sed ista intellige quantum ad operationes quibus fit aliquid existens non per esse diuinum, sed per esse creatum. Nam opus incarnationis est maximum ex parte rei factæ, quicquid sit ex parte modi faciendi ei absolute, quia esse diuinæ personæ, maius est esse gloriæ, & porportionaliter, quia maior est distantia inter diuinam personam & naturam creatam quàm inter gloriam & impium, cùm illa sit infinita ex parte unius extremi, non ista. Et de hoc habes à san. Thom. de po. q. 6. Possent etiam multa dici circa hoc de conuersione panis in corpus Christi, de quo per teipsum ex dictis cogita,

Quæri etiam potest in illo verbo Deus. Vtrũ in iustificatione impii requiratur motus fidei Deum inuocàtis aut profitentis. Et in illo uerbo percutiebat, utrum requiratur motus liberi arbitrii contra peccatum, vide 1. 2. q. vbi supra, ar. 4. & 5.

Domi-

Dominica.12.post festum Tri.

Quæstio 57.



VAERITVR Vtrum illi homines publicando miraculum contra prohibitionem Christi, peccauerint? Respondeo, quòd non, propter duo. Primo, quia secundum Grego.9. mora. Christus non intendebat illos virtute præcepti obligare, sed seruis suis sequentibus exemplum dedit, vt ipsi quidem virtutes suas occultare desiderent, & tamen, vt alii eorum exemplo proficiant prodant inuiti. Et de hoc vide Dominica.2. post octauam Epiphaniæ, quomodo est triplex Dei præceptum, scilicet ad exequendum, vt non furaberis, ad probandum, vt tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & ad docendum, vt Vide nemini dexeris &c. Secundo, quia dato quod Christus voluisset eos tacere, tamen non peccaue runt offendendo Christum, quia frangendo silentium eius aliquid adiungebant, quod erat Christo gratius, quàm tacuisse, scilicet amorem ad Christum. Est autem simile. Est religiosus cui summe displicet prælatura, & tamen diligit se eligentes ad id quod sibi displicet, quia considerat eos se amare.

Sed cõtra, quia fuerunt inobedientes Christo, ergo peccauerunt.

Solutio. Negatur primo antecedens, quia Christus non intendebat eos obligare, sed solum dare humilitatis exemplum, & ita isti crediderunt. Secundo dico, quòd non omnis inobediens superiori peccat, sed solum quando scit ipsum esse superiorem sine superiore, vel scire tenetur. Non enim si inferior prælatus mandet aliquid, & ego me credam facere rem gratam superiori bono & sancto, non obediendo pecco. Modo dico, quòd est verisimile istos credidisse quidem Christũ esse Christum & sanctum, sed ignorasse eum esse Deũ sine superiore, & de facto secundum sanctum Thom. ita fuit. Quæ ignorantia apud minores non fuit peccatum statim à principio prædicationis Christi. Acceperunt ergo mandatum Christi tanquam deprecationem viri sancti ex humilitate loquentis, sed noluerunt obedire, vt gratam rem Deo facerent eius & sui serui (vt credebant) magnalia prædicãdo. Et ideo negatur consequentia. Secundo. Nam si Christus voluit ꝙ dixerat obseruari, peccauerunt, si noluit, ipse fuit fictor. Ergo cùm secundum sit blasphemum, primum est verum.

Solutio. Licet iam pateat ex dictis solutio, tamen pro abundãtiori doctrina dicitur, quòd voluntate diuina, quæ duplex est, scilicet signi & beneplaciti, non velit tales tacere, non quidem voluntate beneplaciti, quia cùm talis semper impleatur tacuissent. Sed voluntate signi, vt est uoluntas qua præcipit, quia non intendebat eos obligare, vt dictum est. Voluntate autem humana voluit eos tacere aliquo modo, scilicet vt ostenderet gloriam uanam fugiendam, & non voluit aliquo modo, vt scilicet Deus glorificaretur. Et eo modo quo voluit eos tacere, non fuit fictor, quia voluit se ostendere gloriam vanam non quærere, & eam esse declinandam.

Quæri etiam potest vtrum Christus conuenienter fecerit miracula in corporum sanationibus. Vide.3.q.44. per totum. Et vtrum Christo conueniat ingemiscere & deprecari. Vide.q.21. per totum.

Domini.13.post festum Tri.

Quæstio 58.


QVAERITVR Vtrum in hac vita possimus habere amicitiam cum Deo immediate, ita quòd ipse & non aliqua creatura sit obiectum nostri amoris? Respondeo. Deus in statu uiæ immediate potest amari, & amatur à sanctis. Patet conclusio, primo authoritate Augustini in lib. confess. dicentis, Væ illis qui diligunt nutus tuos pro te. Nota nutus Dei, idest participationes diuinæ bonitatis in creaturis. Secundo ratione. Nam ubi definit intellectus, ibi incipit uoluntas, quæ in operando est posterior, eo quòd eius obiectum sit bonum cognitum, quia in omnibus potẽtiis ordinatis ita est ꝙ vbi terminatur operatio prioris in operãdo, ibi incipit operatio posterioris, sicut patet, ꝙ sensus q in cognoscendo ẽ prior intellectu, terminat ad imaginationem, quę est motus factus à sensu secũdum actũ, & in-

& intellectus in termino imaginationis incipit, quia accipit phantasma pro obiecto, vt dicitur in 3. de anima. Sed intellectus in cognoscendo, licet incipiat à creaturis, tamen eius cognitio terminantur in Deo, quia ex multis conceptibus simplicibus creaturarum potest deuenire ad vnum complexum Deo proprium puta, quod est ens primum & causa omnium. Ergo voluntas nostra potest amare Deum immediate, licet praecesserint multa media ex parte intellectus. Sed contra. Nam quicquid est immediate amatum, est immediate cognitum, quia inuisa diligere possumus, sed incognita nequaquam secundum Aug. 10. de tri. Philosophum. 9. Eth. Sed in via Deus non est à nobis immediate uisus, quia videmus per speculum. 1. Cor. 12. Sol. Negatur maior, quia cum amor incipiat vbi desinit cognitio cuius est terminus id quod in alio cognoscitur in seipso potest amari. Secundo Nam si homo in via Deum immediatę amaret amor patriae non excederet amorem viae, sicut cognitio cognitionem. Solutio. Deus plenius amatur in patria quã in uia, quia quanto bonum cognoscitur plenius tanto est amabilius, maxime illud in quo est omne bonum, & nullum malum. Cognitio tamen uiae & patriae non erit unius rationis, quia differt per aliquid cognitioni, primum, scilicet per cognoscere in se, ut in patria & in alio, vt in via. Amor autem viae, & patriae est vnius rationis differens solum secundum magis & minus, quia ista amoris diuersitas non est per aliquid pertinens ad amorem, sed per diuersitatem cognitionis. Et ideò in via immediate illum amamus, licet non immediate cognoscamus, vt dictum est. Vide san. Tho. 3. di. 27. q. 3. ar. 1.

Quaeri etiam potest utrum dilectio qua Deum diligimus habeat modum vide ibi. Et vtrum in dilectione Dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem. Vide ibi dist. 29. arti. 4.

Domini. 14. post festum Tri.

Quęstio 59.



QVAERITVR Vtrum ingratitudo ad Deum sanantem nos corporaliter, aut spiritualiter, vel ad alios benefactores, sit peccatũ mortale? Respondeo ex doctrina sancti. Tho. 2 2. q. 107. Omnis ingratitudo est peccatum. Nam peccatum est, quod repugnat virtuti, sed in gratitudo est huiusmodi, quia debitum gratitudinis est debitum honestatis, quam uirtus requirit, ergo &c. Cùm autem ad gratitudinem tria requirantur scilicet. Primo recognoscere beneficium, & secundo laudare ac gratias agere, & tertio retribuere pro loco & tempore secundum suam facultatem. Ingratitudo habet tres gradus secundum ordinẽ illorũ triũ. Horũ primus est non retribuere, ꝙ enim est ultimũ in generatione est primũ in resolutione. Secundus. Dissimulare quasi non demonstret quis se beneficium accepisse. Tertius & grauissimus, non recognoscere siue per obliuionem, siue alio modo. Et quia in affirmatione opposita intelligitur negatio ad primum gradum pertinet retribuere mala pro bonis, ad secundum vituperare beneficium, ad tertium beneficium reputare quasi maleficium. Igitur ingratitudo per solam omissionem, quia scilicet quis non recognoscit, vel laudat, vel nõ retribuit, licet contingere possit, quòd sit peccatum mortale, vel propter interiorem contemptum, uel propter conditionem eius, quòd subtrahitur, quòd ex necessitate debetur simpliciter, vel in casu aliquo, tamen non semper est peccatum mortale. Non enim est mortaliter omittere id ad, quod quis non tenetur. Sed vt patet ex dictis de gratitudine. 2. 2. q. 106. debitum gratitudinis est, vt homo aliquid spiritualiter tribuat ad, quod non tenetur. Est tamen ueniale, quia hæc prouenit ex quadam negligentia, aut in dispositione ad uirtutem. Ingratitudo autem qua non solum praetermittitur gratitudinis debitum, sed etiam contrarium agitur secundum conditionem eius, quod agitur quandoque est ueniale, quandoque mortale

pec-

peccatum. Sed contra videtur, quòd semper sit mortale. Nam peccando venialiter, si quis esset ingratus Deo cui maxime debet homo esse gratus, omnes essent ingrati. Sol. Ingratitudo venientes ex peccato mortali habet perfectam rationem ingratitudinis, veniens autem ex veniali imperfectam, tamen habet veniale aliquid gratitudinis inquantum tollit aliquem actum virtutis per quem quis ob sequitur Deo. Videtur etiam quod non sit mortale. Nulli enim est danda via peccandi mortaliter. Sed aliquando præbetur via ingratitudinis recipienti beneficium, quia dicit. Sene. 2. de benefi. interdum, qui iuuatur fallendus est, vt habeat, nec à quo acceperit sciat, ergo ingratitudo non semper est mortale. Sol. Ignorans beneficium non est ingratus non recompensando, dummodo sit paratus recompensare si nosset. Est autem laudabile, vt aliquando recipiens beneficium ignoret à quo. Tamen ad inanem gloriam vitandã sicut beatus Nicolaus furtim aurum proiecit in domum, vitare volens humanum fauorem. Tũ quia fit maius beneficium in hoc consultando verecundiæ recipientis.

Quæri etiam potest vtrum Christus leprosis ingratis debuerit subtrahere sanitatis cõcessum beneficium. Vide 2. 2. q. eadem, ar. 4. Et vtrũ operatio miraculosa fidei attribuenda sit. Vide po. q. 6. ar. 4.

Domini. 15. post festum Trini.

Quæstio 60.



VAERITVR. Vtrũ vnus homo possit duobus dominis seruire? Respõdeo. Nemo, i. nullus homo põt seruire duobus dominis sec'm Alb. Mag. Nullus. n. põt seruire diuersis dominis differentibus in forma dominij. Sed domini duo differunt in forma dominii, non conuenientes in legibus, & præceptis, q a si conueniunt in forma dominandi, quia scilicet eadẽ præcipiunt, & statuunt, vt superior, & inferior non sunt duo domini, sed duo homines, & duo domini secundũ quid, id est materialiter, simpliciter autem vnus dominus, quia totũ dominiũ inferioris est dominium superioris. Sicut etiam finis, & quod est ad finẽ, vt sanitas, & medicina sunt quidẽ duæ res, sed non duo bona, sed vnũ formaliter, quia tota bonitas medicinæ, vt est ad finẽ, est bonitas sanitatis. Sed contra. Nã si quis non potest seruire duobus dominis, & quia non potest manere vnitas, & simplicitas intentionis animæ, quæ semper fertur in vnũ. Sed non est propter hoc, quia potest, quis sibi constituere duos fines, scilicet æternũ, & tẽporalẽ, vnũ in aliũ non referendo. Sol. Nullus potest sibi constituere duos fines vltimos principales non subordinatos, etiam hoc liceret, vt patet per dicta S. Th. 1. 2. q. 1. Sed probatur hoc esse possibile. Primo. Nam idem actus potest referri ad finẽ naturæ, & gratiæ, quia idẽ motus est gratiæ, & naturæ sicut diligere aliquẽ, quia est beneficus est naturæ, & quia est bonus est gratiæ, sed finis naturæ semper est in creatura, & finis gratiæ in creatore, ergo eiusdẽ actus possunt esse duo fines inuicẽ non relati. Sol. In argumento est multiplex defectus, tamen hoc pro nunc sufficiat, quod finis naturæ qui est in creatura ordinatur ad finẽ gratiæ, qui est in creatore, sicut & natura ordinatur ad gratiã sicut ad suã perfectionẽ, & consequenter isti fines sunt relati adinuicem. Finis tamen peruersæ volũtatis, qui est in creatura non ordinatur in finem gratiæ. Vnde aliter in creatura est finis naturæ, & peruersæ voluntatis, quia volũtas ponens finẽ in creatura, excludit, finem summũ saltẽ implicite, non naturam. Secundo. Nã eadem actio potest esse ex charitate, & naturali pietate, quia potest quis adire S. Iacobũ ex voto per charitatẽ emisso, & ex naturali pietate visitandi ibi fratrem suũ, sed charitas fertur in finẽ æternũ, & naturalis pietas in temporalẽ, &c. Sol. Oportet alterũ esse finẽ principalẽ, & si vterque ex æquo traheret, tamen vterque ordinaretur in aliũ, id est seruitiũ Dei, quia habens charitatẽ saltem habitualiter omnia refert in Deum.

Quæri etiam potest vtrũ, quis possit Deũ odio habere? Vide 1. q. 6. ar. 5. ad 5. 4. dist. 50. ar. 1. Et vtrũ diuina prouidentia, & voluntas excludat causas medias, vt non debeamus quærere cibum sed expectare diuinam prouisionem? Vide 1. q. 21. ar. quarto.

Domini. 16. post festum Tri.

Quæstio 61.

QVæritur vtrum suscitatio huius adolescentis euidenter ostenderit Christum esse Deum? Respondeo, quòd hoc ostenditur euidenter probabiliter. Nam hæc operatio ostendit authorem suum esse Deum, quia suscitatio mortui non potest fieri nisi diuina virtute, cùm à priuatione ad habitum naturaliter non sit regressus. Et ostendit authorem suum esse Christum, quia facta est ab eo propria authoritate imperando, ergo ostendit Christum esse Deum per syllogismum expositorium. Hoc tamen non ostendit euidenter necessario, & demonstratiue nec hominibus, nec dæmonibus. Nam hominibus poterat esse dubium maior, quia non constabat eis, quod illud factũ esset immediate a Deo, vel ꝙ esset miraculosum, sed poterant suspicari, quòd esset resurrectio phantastica, & diabolica, vel quod ille adolescens non fuisset vere mortuus aut se deludi sensibus per acrisiam (idest cœcitatem extrinsecam, & quo ad aliqua) vel per aliquid huiusmodi. Angelis autem malis poterat esse dubia minor, licet maior constaret, quia licet Christus imperaret, possibile tamen fuit ꝙ secrete apud se orasset, & in virtute orationis, & Dei, illud præceptum fieri diabolus crederet, sed tamen hoc non erat probabile, quia non consueuerant sancti sic imperare. Et ideo nec diabolus cognouit eum esse Deum, nec omnes homines hoc crediderunt, sed quidam. Sed contra. Nam quod conuenit Deo, & homini puro non euidenter ostendit Christum esse Deum. Sed huiusmodi est suscitare mortuũ, quia non solum Christus Deus, sed etiam Helias homo purus mortuũ excitauit. Sol. Immo tale ostendit esse Deum eũ, qui sua virtute hoc facit, sicut probabiliter apparuit Christũ fecisse, quia iubendo per verbum primæ personæ fecit dicens. Tibi dico, ego scilicet & non alius per me. Secundo. Nam si hoc miraculum arguit diuinam virtutem, sequitur, ꝙ aliqua virtus sit maior diuina, quia alia miracula facta sunt maiora isto, & alijs factis à Christo secundum illud Ioã. 4. Et maiora horum faciet. Maius enim opus arguit virtutem maiorem. Sol. Non sequitur hoc propter duo. Primo, quia non semper maius opus ostendit maiorem virtutem, quia cùm ventum fuerit ad opus quod infinitam virtutem requirit, vt creatio formicæ, alia opera maiora non ostendunt maiorem, cùm non possit esse maior infinita, sed eandem ostendunt euidentius vt creatio cœli & terræ. Secundo, quia licet discipuli Christi fecerint maiora aliqua, sicut Petrus sanabat per vmbram suam, Christo sanante ad tactum fimbriæ vestis suæ, tamen illa maiora fecerunt virtute Christi: Ideo non arguebant virtutem maiorem ea quæ erat Christi, sed illamet arguebant esse diuinam quando apostoli eius nomine inuocato miranda faciebant.

Quæri etiam potest vtrũ resuscitare mortuũ sit maximum miraculum Dei? Vide supra dominica 11. post Trinita. Et vtrum Deus sicut resuscitat mortuos ita possit iterum facere rem conuersam in nihil eandem numero? Vide 4. di. 44. contra Gen. cap. 80. quodl. 10. q. 6.

Dominica 17. post festum Trini.

Quæstio 62.

QVæritur vtrum appetere prælationẽ, & primos accubitus in Ecclesia sit peccatum? Respondeo. Sanctus doctor. 2. 2. q. 185. artic. sic dicit. In episcopatu tria considerari possunt, Primum est principale, & finale, id est Episcopalis operatio, qua proximorum vtilitati intenditur. Secundum, est altitudo gradus super familiam domini sui. Tertium consequenter se habens ad hæc, est honor, & reuerentia, & sufficientia temporalium. Igitur appetere episcopatũ quantum ad tertium est illicitũ, quia vel ad cupiditatem, vel ad ambitionem ptinet, & similiter quantum ad secundum, quia est præsumptuosum. Appetere autem prodesse proximis est quidem virtuosum secundum se, sed tamen videtur præsumptuosum, quòd quis appetat præesse, vt prosit subditis, nisi manifesta necessitate imminente, quia hoc prodesse habet annexam celsitudinem gradus, & ad Episcopum pertinet esse perfectiorem, & alios ad perfectio-

ctionẽ adducere, ad quod requiritur esse perfectum, reputare aũt se perfectum; est præsumptuosum. Non autem est præsumptuosum imminente necessitate, sicut dicit Gre. in pastorali, q tunc laudabile erat episcopatum quærere quando per hunc quenquam dubium non erat ad supplicia grauiora peruenire, sic q de facili non inueniebatur qui onus assumeret, præsertim cùm quis zelo charitatis ad hoc diuinitus incitatur, sicut dicit ibi Grego. Esaiam laudabiliter officium prædicationis appetiuisse. Nec est etiã præsumptuosum appetere talia opera facere, si eum contingant in tali officio esse, vel etiam se esse dignum ad talia opera exequenda, ita q opus bonũ, & non primatus sub desiderio cadat. Hæc S. Tho partim in corpore, partim ad argumenta.

Quibus omnibus suppositis pono aliquas conclusiones. Prima in nullo casu licet prælationem procurare nec ratione necessitatis populorũ, nec propter bonũ finem, s. vt prosit. Patet authoritate apostoli ad Heb. 5. Nec quisquam sumat, idest sumere, seu procurare debet sibi honorem, id est illud opus pastorale, cui est honor annexus. sed supple ẽ pastor qui vocatur à Deo per electionẽ, vel alio legitimo modo tanquã Aaron. Item probatur ratione. Nam si licet quærere, hoc est vel ratione finis, vt prosit, vel ratione necessitatis, quia non est, qui præsit. Non primũ, quia per S. Tho. patet q præsumptuosum est credere se esse talem, qualẽ oportet esse qui vult prodesse per officium prælationis. Qui igitur quærit prælaturam si credit se dignũ esse, est præsumptuosus, & non credit, & tamen quærit, multo magis iniquè agit, quia quærit exequi id ad quod non est idoneus. Nec secundum, quia non licet tempore necessitatis quærere nisi ratione vtilitatis, qua ratione nunquam debet quærere, vt prælibatum est.

Sed contra hoc, quia dicit Grego. q laudabile aliquando fuit Episcopatum quærere.

Sol. Illud quærere, vel sumitur pro accipere, quòd aliquando licet, vt patebit, vel est quærere apud Deum, & non per aliam viã, quòd patet per exemplum quod adducit de Esaia, qui licitè appetiit prædicare, sed tamen noluit quærere illud officium nisi apud Deum, dicens. Mitte me, quomodo licite quis quæreret prælationem, vt prosit, vt dicetur. Secunda. Licet nunquã liceat prælaturam quærere tamẽ necessitatis tempore, idest quando non videt quis vnde competenter de bono pastore prouideatur, licitũ est hãc appetere à Deo vt quis prosit, non vt præsit, & licitum est hoc desiderium, scilicet velle, q Deus me dignum iudicaret, & faceret, vt aliis possem prodesse, quia velle prodesse est laudabile, & velle promoueri per Deum, non est præsumptuosum cùm ipse non promoueat nisi dignos, licet permittat promoueri malos, secundũ illud. qui, & idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Tertia. Tale desiderium extra casum necessitatis non est laudabile, nec licitum, quia esset minus bonum præferre meliori, cùm sit melius vacare Deo, vbi non est necesse vacare proximo, q̃ ipsi proximo vacare. Vnde sancti oẽs nunq̃ volunt à contẽplatione discedere, nisi ratione necessitatis. Quarta. Is cui vita placet in propria persona, vel cui non displicent, nec ea conatur cuertere in aliena nunquam licitè appetit à Deo promoueri quandiu sic esse deliberat. Talis enim non appetit prodesse aliis, quia prodesset primo sibi, & prodesset etiam aliis, secundũ, q potest exhortando, & corrigendo. Multi ergo falluntur persuadentes sibi se aliorum vtilitatem appetere, cùm appetant suam sublimitatem. Vtrũ aũt illicitus appetitus circa ista sit peccatũ mortale, mihi videtur, q sic, nisi forte quando maius bonũ præfertur minori. Sed contra. Nam qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat. 1. Thessa. 9. Sol. Secundum Augusti. 19. de ciui. Dei. Episcopus, est nomen operis, non honoris, quia cum scopos sit intentio. Episcopus græce, latine dicitur superintendens, & episcopari est super intendere. Desiderare ergo Episcopatum, est desiderare prodesse proximo, quod tunc licitum fuit quando apostolus dixit, quia necessitas erat secundum Grego. Vnde idem Grego. dicit quòd apostolus laudauit desiderium boni operis. Hæc S. Tho. virtualiter. Secundo. Laudabile est desiderare statum religionis, ergo & statum Episcopatus, quia est perfectior.

Sol. Non est simile propter duo. Primo, quia ad statum Episcopalem præexigitur vitæ perfectio, non autem ad statum religionis, sed est via in perfectione. Vnde dominus commissurus Petro officium pastorale quæsiuit si diligeret eum plus aliis. Et adolescenti

iescenti dicit Matth. 9. Si vis perfectus esse, vade &c. Non autem dixit, si es perfectus. Ratio autem differentiæ est, quia secundum Diony. episcopus habet perficere, monachus autem perfici. Secundo, quia per illũ statum quis subiicitur alijs ad spiritualia capienda, per istũ vero sumblimatur, vt prouideat aliis. Hæc S. Tho. ibi, cum multis aliis.

Quæri etiam potest vtrũ ambitio semper sit peccatum. Vide 2.2.q.131.ar.1.in c. Et vtrum inanis gloria semper sit peccatũ mortale. V. de 2.2.q.132.ar.in c.

Dominica 18. post festum Trini.

Quæstio 63.

Quæritur vtrum Christus se Deũ probauerit sufficienter per illam authoritatem. Dixit dominus domino meo, &c. Respondeo quod sic. Pro quo sciendum est, quòd scribæ, & pharisæi ex quadam crassa ignorantia quæ ex eorum mala dispositione veniebat, non cognouerunt Christum esse Deum per doctrinam, & miracula eius, vt dicit S. Tho. 3.q.49.ar.4. in c. Et ideo scripturas diuinitatẽ eius astruentes peruertebant, & Christũ tanquam blasphemum insequebantur. Hos autem Christus, vt conuinceret interrogauit, cuius filius sit Christus. Quibus respondentibus, quòd sit filius Dauid tanquam homo purus, vt intelligerentur eius deitatem negare, contra eos fecit virtualiter tale argumentum. Si Christus esset filius Dauid habens solum naturam humanam eiusdem speciei cum natura Dauid, nec esset, nec diceretur dominus eius, sedens ad dexteram domini Dei, quia filius regis nunquam dicitur dominus regis, talis vt sedeat ad dexterã Dei, nec eo viuente nec eo mortuo. Sed Christus dicitur dominus Dauid vere, quia ipse Dauid in spiritu prophetico, qui nec falli, nec fallere potest, cùm sit diuinus, appellat eum dominum suum, dicens. Dixit dominus, id est Deus pater, domino meo, id est filio suo, & meo, & domino meo, non suo, sede &c. Ergo Christus non habet solum naturam humanam, sed oportet, quòd aliam habeat superiorem qua possit esse dominus dominorum, & Rex regum, & sedere à dextris Dei. Et non poterant respondere, quia hæc scriptura ad literam de Christo intelligitur. Vnde volente Deo & repentino argumento conturbante euasionẽ excogitare non potuerunt. Sed successu temporis Iudæi successores excogitarunt, imo finxerunt responsionem ad argumentũ, dicentes illam authoritatem ad literam intelligi de Abraham, & Eliezer famulo suo, qui hunc psalmum fecit Abraæ, agens Deo gratias pro victoria de quinque regibus. Dicunt ergo quòd Eliezer sic loquitur. Dominus, scilicet Deus, dixit domino meo Abraã sede à dextris meis &c. Sed contra primo. Nullus enim psalmus intitulatur Dauid, quẽ ipse non fecerit, quia titulus esset falsus. Sed vt patet tam in textu Hæbraico, quàm Græco, & Latino, iste psalmus intitulatur, & dicitur Dauid. Ergo ista non sunt verba Eliezer. Secundo, quia non legitur, ꝙ Abraæ sit dictum à Deo, sede à dextris meis, nec cuiquam homini puro, nec mirum, quia etiam puro homini non conuenit. Vnde & regina dicitur in psalmo astitisse Deo Christo, & non sedisse. De hoc vide 3.q.58. Tertio, quia Abraam non fuit genitus ante Luciferum. Si dicatur, ꝙ fuit genitus in præsentia Dei, dico quòd etiam boues sic fuerunt geniti, id est præsciti generandi. Vnde in hoc non importatur dignitas quam psal. intendit attribuere huic genito. Quarto, quia Abraham non fuit sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedech, immo nec sacerdos, vnde à sacerdote Melchisedechi est benedictus, & ei decimas dedit. Quinto, quia Abraam non fuit nationum, id est gentilium iudex, & reparator ruinarum, id est culparum redemptor. Sed contra. Nulla generatio inenarrabilis narratur per aliqua verba. Sed generatio æterna Christi est inenarrabilis, vt patet Esa. 55. ergo de ea nõ loquitur psalmus allegatus. Solutio. Licet æterna verbi generatio sit ineffabilis per naturam omni homini, & omni creaturæ, quia naturaliter cognosci non potest, non tamen Deo qui de ea per ꝓphetas loquitur in scriptura. Secundo. Si ille textus intelligitur ad literam de Christo, & Deo, Deus esset corporeus, quia haberet dexteram. Sol. Per dextram metaphorice dictam potest literaliter significari non sedes localis, sed æqualitas gloriæ.

Quæri etiam potest vtrum de charitate fuerint

fuerint danda duo præcepta. Vide 2.2 q.44. atti.3.in c. Et vtrum homo ex charitate debeat plus diligere proximum, quàm seipsum, uide 2.2.q.26.ar.in c.

Domini. 19. post festum Tri.

Quæstio 64.

QVæritẽ Vtrũ sit ita facile dicere, remittuntur tibi peccata, sicut dicere, surge & ambula? Respondeo. Si loquimur de facilitate, quæ est notabilis difficultas maior in uno, quàm in alio, quia regulariter verba formamus ad nutum. Si autem loquamur de ea, quæ est in dicendo & faciendo effectum verba significant, & hoc ex parte facientis, sic etiam vtrique æqualis est potestatis, quia vtrunque potentiam infinitam requirit qua nulla est maior. Si vero loquamur de eadem ex parte facti in se, facilius est dicere surge, quàm dimittuntur, cum facilius sit creare cœlum & terram, quàm iustificare impium. Tum, quia ibi nulla est resistentia, sicut hic praua voluntas resistit. Tùm quia ibi terminus operationis est bonum mutabile, hoc est æternum. Si etiam loquamur de eadem non in se, sed in ordine ad nostram cognitionem, facilius est dicere surge, quàm dimittuntur, quia facilius illum effectum cognoscimus quem videmus, quàm quem non videmus. Sed contra. Nam dimittere peccata semper excedit virtutem creaturæ, secundum illud Esa. 66. Ego sum qui deleo iniquitates tuas &c. Curare autem paralyticum est possibile virtute medicinæ, ergo non sunt æqualis virtutis. Solutio, & si possit virtute naturæ aliqñ curari paralysis, non tamen taliter idest subito, & sic perfecte, vt quis possit lectulum suum portare. Secundo. Nam opus habens terminum, vel effectum maiorem est maioris virtutis. Sed huiusmodi est dimittere peccata respectu sanationis paralysis qa ibi anima, hic corpus sanatur. Solutio. Maior est falsa ex parte operantis ubi vtrunque opus requirit virtutem infinitam, licet sit verá ex parte operati, quia ex parte effectus maior est virtus, quæ facit maius opus.

Quæri etiam potest. Vtrum Christus inquantum homo habuerit potestatem remittendi peccata? Vide 3. q 64. arti. 1. & 2. Et vtrum ab ipso fuerit ministris ecclesiæ collata virtus remittendi peccata? Vide ibi articu. quarto.

Dominica 20. post festum Trini.

Quæstio 65.

QVAERITVR Vtrum charitas sit vestis, idest virtus dignissima, & consequenter sit nuptialis? Respondeo ex doctrina S.Tho. 2.2.q.23.arti.6. virtutem humanam, quæ bonorum actuum principium est de necessitate est consistere in attingendo humanorum actuum regulam. quia in talis actibus est bonum secundum quod debite regulantur. Igitur uirtutes theologicæ præstantiores sunt moralibus & intellectualibus, quia cùm duplex sit humanorum actuum regula, scilicet prima, idest Deus: & secunda, idest ratio regulata priori regula, theologicæ uirtutes consistunt in attingendo primam, eo quod eorum obiectum sit Deus, reliquæ autem in attingendo secundam. Inter theologicas autem charitas est excellentior. Nam in his illa est potior, quæ magis Deum attingit. Sed huiusmodi est charitas, quæ attingit ipsum, ut in ipso sistat, nõ autem, vt inde nobis aliquid proueniat sicut fides, & spes, quæ attingunt ipsum secundum quod ex ipso prouenit cognitio veri & adeptio boni, quia semper quod est per se, maius est eo, quod est per aliud. Igitur est dignissima virtutum. Hæc S.Tho. Et consequenter uestis nuptialis hac ratione dicitur. Primo, scilicet quia est uirtus pulcherrima. sicut uestis nuptialis debet esse pulcherrima. Secundo, quia ipsa est, quæ distinguit inter filios regni, idest conuiuantes in nuptiis regis, & diaboli, secundum Augustinum. Tertio, quia hanc Christus indutus celebrauit nuptias cùm ex charitate voluerit incarnari. Quarto, quia operit omnia delicta, sicut pulchra uestis operit maculas. Quinto, quia ornat omnia operat, ut patet 1. Cor. 13. Sexto, quia ipsa est amicitia quædam. & propter amicitiam nuptiæ fiunt. Sed contra. Nam virtus altioris potentiæ est altior, quia perfectio præponitur perfectibili. Sed fides

est

est in altiori potentia, quàm charitas cùm illa sit in intellectu dirigente, & hæc in uoluntate directa, ergo fides est dignior. Solu. Dignitas operationis intellectus attenditur secundum mensuram intellectus, operationis autem uoluntatis secundum obiectum, quia intellectio perficitur secundum, quod res intellecta est in intellectu: uolitio autem secundum inclinationem uoluntatis ad rem, vt ad terminum. Igitur eorum, quæ sunt infra nos nobilior est cognitio, quam dilectio. Propter quod & virtutes intellectuales præferuntur moralibus. 6. Ethic. Sed eorum, quæ sunt supra nos præcipue Dei nobilior est dilectio quàm cognitio, quia cùm vnumquodque existens in alio sit in eo per modum eius, inferiora sunt in anima nobiliori modo, quàm in se, & superiora nobiliori modo in se, quàm in anima. Ideo charitas est excellentior fide. Hæc S. Tho. virtualiter. Sed intellige ista in via vbi obiectum intellectus aliquando non attingitur perfecte, vt in se est, & ubi ipsum est in intellectu per modum eius, quia ei inheret sicut accidens, scilicet per speciē suam. Aliter enim est in patria. Nam cæteris paribus, semper habitus & operationes intellectus sunt nobiliores, quia potentia est nobilior, & obiectum simplicius ac nobilius. Sed in via voluntas amat Deum immediate, vt in se est, non autem intellectus capit Deum, vt est, sed in alio & per modum suum, sic, quòd Dei non est species intelligibilis in intellectu, nisi, vt ei inhærens quo ad hominem, qui Deum intelligit per superadditam speciem, vel cui inhæret ipse intellectus quo ad Angelum, qui Deum intelligit per suam, id est Angeli essentiam. In patria autem Deus erit in intellectu sicut est, idest per se & non per aliud, & non per modum intellectus, quia nō inhærebit, sed erit species intelligibilis subsistens vt patet 1. q. 12. ar. 2. in cor. Ideo nobilior simpliciter erit intellectio, quàm fruitio, & lumen gloriæ, quod erit habitus intellectus quàm charitas, & eo magis, quòd intellectus habebit Deum in se, uoluntas autem tendet in Deum, quòd non est æque nobile. Secundo. Nam id per quod aliquid operatur est eo inferius, sicut dominus operatur per ministrum. Sed per charitatem operatur fides, vt patet Gala. 5. Solu. Fides non operatur per dilectionem sicut per ministrum, vt dominus per seruum, sed sicut per formam propriam. Quomodo autem charitas sit fidei & virtutum forma. Vide. 2. 2. quæst. 4. art. 3. in corpore.

Quæri etiam potest vtrum post mortem existentes in inferno habeant manus ligatas ac pedes, vt non possint facere nec uelle bonum. vide uerita q 24 arti. 10. & 11.

Et vtrum ibi sint tenebræ? Vide 4. distin. 50. q. 2. ar. 3. q. 4.

Domini. 21. post festum Trini.

Quæstio 66.

Q VAERITVR Vtrum iste regulus iuste ac merito sit reprehensus à Christo? Respondeo, quòd sic Nam secundum S. Tho. super Ioan ad fidem Christi infideles trahuntur per miracula quia duci non possunt authoritate secundū illud 1. Cor. 14 Signa data sunt infidelibus, nō fidelib. Fideles autem ducendi sunt authoritate scripturæ, cui credere tenentur. Tunc sic. Omnis fidelis, vel nutritus inter fideles non credens per authoritates, sed requirens signa est reprehensibilis, quia qui non vult trahi modo sibi conuenienti est male dispositus ad bonum. Sed iste regulus erat nutritus inter fideles Iudæos instructus de lege, vt supra Sed contra. Nam qui quærit illud per quod vitiat reprehensibilitatē non est reprehensibilis. Sed talis est quærens signa, vt credat, quia quærit certitudinem per quam uitet festinationem credendi, quæ est reprehensibilis, iuxta illud Eccle. 19. ca. Qui cito credit leuis est corde. Solu. Maior est falsa quando illud quæritur indebite, sicut fecit Thomas, qui voluit vulnera palpare cùm debuisset credere apostolorum collegio. & similiter iste, qui debuisset credere vaticiniis prophetarum, maxime, quia Christus etiam interius mouebat corda ad credendum in se, licet moueret cū libertate. Vnde S. Tho. 2. quod 5 1. q. 4. art. 1. quærit. Vtrum Christo non facienti visibilia miracula, Iudæi credere tenerentur? Et respondet, quòd sic, quia cùm homo adiuuetur à Deo ad credendum interiori inspiratione & exteriori doctrina ac miraculis, remoto tertio stabant duo priora, quibus homines credere tenebantur. Secundo. Nam qui quærit ea sine quibus credere non potest,

test, non est reprehensibilis. Sed huiusmodi est, qui quærit miracula, quia si absque miraculis credere quis posset, non credendo peccaret, contra illud Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Solutio. Inter ipsa opera quæ fecit annumerari debet etiam eius interior vocatio, & exterior doctrina, non autem sola miracula. Non haberet autem quis peccatum non credendo, cessantibus miraculis, & doctrina, & inspiratione, licet cessantibus miraculis adhuc posset peccare.

Quæri etiam posset vtrum modo homines teneantur credere, qui miracula Christi non vident? Vide 2.2. quæstio. 2. articu. 7. in corpore. Et primo contra. cap. 6. Et vtrum leuiter credant fideles miracula non videntes? Vide primo contra, vbi supra capitu. 6.

Dominica 22. post festum Trini.

Quæstio 67.



QVAERITVR Vtrum seruus consecutus misericordiã à domino peccauerit repetẽdo debitum à cõseruo? Respõdeo. Aliquis actus dupliciter põt esse malus, s. p se, siue ex specie, & obiecto suo, vt fornicari. Aliquis vero ex circunstantia, pura tẽporis, vel loci, vel modi, vel finis indebiti, sicut ducere vxorem tpe prohibito. Igitur iste repetendo debitum non peccauit quasi faciens actum mali de se, quia nullus sic peccat petendo id, quod iustitia exigit esse suũ, cuius modi est omne sibi debitum. Peccauit autẽ ex circunstantia, quia debitum exigebat tempore indebito, i. quo debitor erat impotens reddere quòd fuit crudelitas.


Sed contrà videtur quòd peccauerit debitũ repetendo. Primo. Nã dicit dominus. Serue neq̃ &c. Sed ipse dominus erat misertus, dimittendo debitum, ergo & ipse dimittere debuit. Sol. Fuit nequam, quia debuit misereri, & tenebatur misereri, non relaxando debitum, sed prorogando tẽpus solutionis. Vnde remittere debitum fuisset honestatis, prorogare vero terminum fuisset necessitatis. Et ly sicut, nõ importat similitudinem in modo miserendi, scilicet, relaxãdo debitum, sed solum misereri quoquo modo. Secundo. Nam quicunque facit contra charitatem, peccat. Sed quis quærendo, & repetendo facit contra charitatem, quia ipse non quærit quæ sua sunt. 1. Corin. 13. Solutio. Dicit Alex. de Ales in 3. parte ꝙ tribus modis q̃s debitũ repetit, scilicet ex cupiditate, & zelo iustitiæ, & ex timore casus, ne scilicet quis propter indigentiam ruat in aliquod peccatum, puta furtũ. Charitas igitur non quærit sua primo modo, scilicet non est amatrix pecuniæ propter se, vt ibi dicit glo. Sed repetere secundo modo conuenit etiam perfectis, & tertio modo infirmis. Vel dicendum iuxta Augustinum in regula, quòd charitas non quærit quæ sua sunt, si cõparetur ꝓprium bonum ad commune, quòd scilicet plus diligit commune bonum quàm proprium bonum ad aliquid particulare, quia naturalis inclinatio, quàm charitas non destruit, sed perficit est, vt se, & sua quis plus diligat, quàm alium, & alia. Vnde amabilia, quæ sunt ad alterum veniunt ex his quæ sunt ad se, secundum philosophum in libro Ethicorum. Tertio. Nam qui scandalizat proximum pro re temporali peccat, quia plus debet bonum spirituale alienum amare, quàm corporale proprium. Sed aliquando quis repetendo debitum scandalizat proximum, vt iste fecit, quia ægre tulerunt alii conserui, ergo &c. Sol. Sanctus Tho. 2. 2. quæstio. 14. articu. 8. dicit, quòd si ex petitione propriæ rei apud alium detentæ, scandalizetur quis ex ignorãtia, vel infirmitate, ꝙ est scandalum pusillorum, temporalia sunt propter scandalum totaliter dimittenda: vel aliquãdo scãdalum est sedandũ, scilicet per admonitionem. Si vero scandalizatur ex malitia, quòd est scandalum pharisæorum, non sunt propter hoc dimittenda, quia noceret communi bono, dũ malis daretur occasio rapiendi, & noceret ipsis malis, qui remanerẽt in peccato. Hæc ille. Cùm tamen quis est certus ꝙ ille tenet sua iniuste, & non est certus inde aliquem ex repetitione scandalizari, licite repetit. Et si scit, inde scandalum oriri, & tamen plus ponderat scandalum proprium, plus tenetur suo, quàm alieno scandalo reparare. Ad argumentum autem dico, conserui non scandalizabantur, quia repetebat, sed

quia repetebat crudeliter.

Quæri etiam potest vtrum per ingratitudinem redeant iam dimissa peccata? Vide 4. dist.22.q 1.ar.2 Et vtrum aliquis habeat vnde satisfaciat Deo pro debito quod peccando cõtraxit? Vide.4. dist.15.q.1.2.& 3.1.ar.2.ad secundum.

Domini.23.post festum Tri.

Quæstio 68.



QVAERITVR Verũ serui regis cęlestis,i.Christiani teneantur Cæsari, i. principi terreno tributa p̃stare? Respõdeo q̃ sic. Primo, quia hoc dicit Christus in p̃senti euan.dũ dicit Iudæis,qui sere ut ei ãt reg s æterni.Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.Secũdo,q̃a hoc dicit apostolus ad Ro. 13 vt patet intuenti.Et assignat huius rationẽ cũ dixisset,i deo enim & tributa præstatis, dicens. Ministri Dei sunt in hoc ipso, idest pro hoc ipso,idest tributo seruientes,scilicet Deo, & populo. quasi diceret. Quicunque seruit licite recipit pro seruitio suo mercedem,secũdum illud 1.Corin.9. Quis pascit gregem, & de lacte eius non edit? Sed principes seruiunt Deo,& populo in pace, & æquitate conseruanda. Ideo concludit. Reddite ergo omnibus debita,cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Ab hoc tamen debito principum priuilegio liberi sunt clerici, quòd æquitatem tamen habet naturalem, quia sicut principes in temporalibus, ita clerici in spiritualibus pro communi bono solicitantur, & consequenter recompensant regi pro labore eius circa pacem. Vnde etiam apud gentiles vacantes diuinis libri erant à tributis, sicut de sacerdotibus Aegypti patet Gene.47.& 1. metaph. Sed contra. Videtur q̃ non teneanrur. Nullus enim liber tenetur ad onera seruitutis cuiusmodi est præstare tributa. Sed serui Dei sunt liberi per aduentum Christi secundum illud Ioann 8. cap. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis.Solu. Sicut dicit S.Tho.super epistolas Pauli, in primitiua Ecclesia propter hanc rationem quidã dicebant se potestatibus non subiacere,sed nõ bene dicebant, quia per aduentum Christi liberantur spiritus à peccato,& morte,& seruitute diaboli,sed caro remanet obnoxia seruituti.Et ideo dũ carnẽ gerimus corruptibilem oportet nos dominis secularibus subijci, nec absoluimur a tributis,sicut nec ab aliis corporis pœnalitatibus, à quibus nec etiam Teipsũ Christus voluit absoluere. Liberabitur autem & caro in libertatem gloriæ filiorum Dei, & tunc homo liberatus per Christum nulli seruituti etis obnoxius,sed'm illud.1.Corin.5.Cum tradiderit regnum Deo,& patri,& euacauerit omnem principatum, & potestatem. Secundo. Si tenentur fideles ad subiectionem, & tributa ideo est, quia potestas principum à Deo est,vt patet ex apostolo Roma. 13. Sed aliquando horum potestas non est à Deo, secundum illud Oseæ.8. Ipsi regnauerunt,& non ex me, ergo aliquando ad hoc non tenẽtur. Solutio. Potestas regia,vel alia quantum ad tria considerari potest, quantum scilicet ad ipsam potestatem,& quantum ad modum adipiscendi illam, & quantum ad vsum eius. Quantum ad primum, potestas semper à Deo est,secundum illud Rom.13. Omnis potestas à Deo est, & illud Io.19. Non haberes potestatem &c. Et ratio est, quia omne dictum de Deo,& creatura,vt sapientia, iustitia, potentia, & huiusmodi, à Deo est in creatura. Quantum autem ad secundum semper est à Deo permittente, quia nihil fit Deo permittente,& aliquando est ab eo faciẽte,quando scilicet aliquis ordinarie accipit illam. Quandoque vero non ab eo faciente quantum ad deformitatem in eius acquisitione,sed est à peruersa voluntate. Et similiter quantum ad tertium est à Deo quando quis ea legitime vtitur, & non à Deo quando peruerse. Ad argumentum dico, quòd tenentur quando princeps habent iuridicam potestatem,non autem aliter nisi ratione scandali, vel propter maius malum vitandum,puta persone.

Sed contra,'quia obediendum est etiam discolis. 1.Pet.2.Solu. Verum est dummodo sint domini de iure,non autem si de facto, nisi vt supra. Tertio. Nullus tenetur ad aliquid per legem inferioris, puta hominis, à quo absolutus est per legem superioris, puta Dei. Sed à seruitute principum, & tributis omnis homo est liberatus à Deo, quia Deus reliquit hominem in manu consilii

sui.

sui, ecclesiastici 15. Ergo &c. Solutio. Deus dicitus reliquisse hominem in manu consilij sui, non quia absoluerit eum ab omni lege, vt faciat quæcunque libuerit, sed quia ad aliqua facienda necessitate naturæ non cogitur, vt irrationali, sed libera electione ex proprio consilio procedente operatur.

Quæri etiam potest vtrum vita bona possit ac debeat veritas dici. vide 1.q.26.arti.4. ad tertium.& 4.dist.66. q.1.ar.1.q.3. Et vtrū omnes teneantur Deo sacrificium offerre, vide 2.2.q.85.ar 4.in c.

Dominica 24. post festum Trini.

Quæstio 69.

QVAERITVR Vtrum in suscitatione spiritualis puellæ, idest animæ, expulsio turbæ idest culpæ, seu multitudinis secularium curarum, præcedat tactum manus Christi, idest gratiæ infusionem. Respondeo ex doctrina S. Tho. 12.q.113.arti.8. Cùm in iustificatione impii quatuor requirantur, scilicet gratiæ infusio, & motus liberi arbitrii per fidem in Deū, & motus eiusdem in peccatum, & remissio culpæ, ista sunt tempore simul, quia iustificatio impij est in instanti, cùm fiat à Deo qui infinitæ suæ potentiæ in instanti disponere potest animam, quam iustificat. Sed tamen ordine naturæ vnum eorum est alio prius, & primum est gratiæ infusio, secundum motus liberi arbitrij in Deum, tertium motus eiusdem in peccatum, & quartum remissio culpæ. Nam in quolibet motu naturaliter primum est motio mouentis, quæ hic est gratiæ infusio. Secundum vero est dispositio materiæ seu motio mobilis, quæ est vterque motus prædictus, sed prior est, qui in Deum est, cùm sit causa & ratio alterius, quia non detestatur quis peccatum, nisi quia est contra Deum. Tertium autem est terminus motus, qui hic est remissio culpæ, ad quam tota trāsmutatio ordinatur. Sed contra, primo. Nam recedere à malo prius est, quàm accedere ad bonum, secundum illud psalm. Declina &c. Sed remissio culpæ pertinet ad recessum à malo, & infusio gratiæ pertinet ad ꝓsecutionē boni. Ergo naturaliter prior est remissio culpæ. Solutio. Si recessus à termino & accessus ad terminum considerentur ex parte mobilis, naturaliter prior est recessus, quia prius est in mobili oppositum, quòd abiicitur, & post terminus quam assequitur. Sed ex parte agentis est econtrario, quia agens ad remouendum contrarium, agit per formam quæ in eo præexistit, sicut sol ad remouendū tenebras agit per lucem. Et ideo ex parte solis, prius est illuminare, quam remouere tenebris, licet ex parte aeris prius sit purgari tenebris, quàm illuminari. Et quia infusio gratiæ & remisio culpæ, dicuntur ex parte Dei iustificantis, ideo naturaliter infusio gratiæ est prior. Sed liberatio à culpa est prior, quàm assequutio gratiæ, quia ista sumuntur ex parte hominis iustificati. Vel potest dici, quòd termini iustificationis sunt culpa, sicut a quo, & iustitia, sicut ad quem. Gratia vero est causa remissionis culpæ & assequutionis iustitiæ. Secundo. Dispositio naturaliter est prior forma, ad quam disponit. Sed motus liberi arbitrij. est dispositio ad susceptionem gratiæ. Ergo est prior. Solu. Dispositio subiecti præcedit naturaliter susceptionem formæ, sed sequitur actionem agentis qua subiectum disponitur. Ideo motus liberi arbitrij naturaliter præcedit consequutionem gratiæ, sed sequitur gratiæ infusionē, Hæc. S. Tho.

Quæri etiam potest, vtrum sine tactu manus Christi, idest sine infusione gratiæ Dei resurgere possit per peccatum spiritualiter mortua puella. vide 12.q.113.art.2. Et vtrum alienis præcibus mortuus in peccato diuinā gratiam cōsequatur. Vide ibi.q.114.ar.6. Dominica autem 25. quæri potest sicut quæsitū est dominica 4. in quadragesima. Et sic iam completæ sunt quæstiones pertinentes directe ad intellectum Euangeliorum.

SEQVVNTVR QVAESTIONES IMPERTINENTES.

CASVS PRIMVS.



VONIAM Nonnulli diuini verbi præcones æstimãtes auditores suos & beneuolos & attentos diuinis sermonibus esse, & ipsa materiæ diuisione posse dociles reddi, vice exordij bicui dubiolo, eoque morali vti con suecuerunt, propositum est nostrum ac institutum, modo quæstiunculas nonnullas morales impertinentes Euangeliis breuiter ex au thoribus varijs colligere, vt operis nostri ter tiam partem totaliter absoluamus.

Primo igitur quæritur. Vtrum bona opera & præcipue oratio peccatoris existentis in fi de & extra charitatem aliquid ualeant ad vitam æternam? Ad hoc autem dubium secundum S. Tho. in 4. dist. 16. q. 1. ar. 3. q. 4. & 1. 2. q. 114. Et Ray. in ti. charitas. Et Richar. in 4. dist. 15. sic respondetur. In peccato mortali est ille solus, qui mortale commisit & nõ pœnitet sufficienter. Secus autem si est in verita te contritus in actu, & confessus in proposito, quia talis est in gratia, vt patet per S. Tho. 4 dist. 17. q. 2. ar. 5. q. 1. & habetur de pœnitentia dist. 1. porro. Caue tamen ne fallaris propter non distinguere inter attritionem & cõtritionem. Non ualent igitur bona opera existentis in mortali per modũ meriti, secundũ omnes, quia charitas est principium merendi. 1 2. q. 114. Valent autem primo ad uitam æternam per modum gaudii accidentalis, ad hunc sensum, quòd si pœniteas ac tandẽ salueris, in æternum gaudebis te illa bona fecisse vt patet de se. Et secundo ualent secundum S. Tho. ad eandem per modum dispositionis, quia. s. per ista disponeris ad pœnitentiam, & lumen gratiæ Dei, de pœni. distin. 5. falsas Et tertio ualent secundum eundem ad tolerabilius iudicium futurum de pœn. distin. 3. Siqs, quòd ut S. Tho. 4. vbi supra declarat, nõ intelligitur quasi pœnam debitã in inferno tollãt, aut minuant causam eius id est culpam, sed quia pœnam æternalem futuram impediũt, dum quis sic operãdo non omittit, aut quia ad bonum disponunt, & consequenter à multis malis retrahunt, & faciunt, quòd ex minori contemptu quis peccet. Et quarto ualent secundum eundẽ per modum cõgrui ad temporalem prosperitatem, de pœni. dist. 3. cauendum. & 2. 2. q. 2. si quælibet. Et quinto secundũ eundẽ, quia assuefaciunt bonis operibus, sicut olim baptismus Ioannis, de consecra. dist. 4. non regenerabatur. Et sexto, quia diabolus non habet tantam potestatem super peccatorem, secundũ Pisanũ. Et septimo valent ad consolationem in præsenti, quia vt docet experientia, & Aristo. testatur. Nullus est adeo malus, qui de suo bono opere non lætetur, & maxime oratio, cui videtur appropriari iste effectus per excellentiam, iuxta illud Iac. 1. Tristatur quis in uobis oret æquo animo & psallat. Et octauo, quia inter omnia talia oratio habet effectum proprium, scilicet impetrare, ipsa ualet ad impetrandum à Deo spiritualia & temporalia dona. Sed contra. Primò, quia Deus peccatores non exaudit. Ioan. 9. Solutio. Illa uerba non sunt Dei, aut euangelistæ, sed cuiusdam cæci illuminati corporaliter, qui secundum gloss. adhuc spiritualiter non plene uidebat, quia Deus aliquando exaudit peccatores, ut patuit feria quarta ante dominicam de passione. Secundo. Nam quanto seruitium, vel opus est minus debitum, tanto est magis meritorium, vt patet de seruitio exhibito tibi ab amico, qui ad illud non tenetur, & à seruo, qui tenetur. Opus autem bonum peccatoris est minus debitum, quam existentis in gratia: quia ille à Deo pauciora beneficia suscepit saltem possibiliter. Solutio. Dicit San. Thom. prima secundæ, quæstio. ubi supra articu. secundo, ad secundum, quòd ista ratio concluderet si vtrunque opus esset æqualiter bonum, quòd non est in proposito, quia semper melius est opus existentis in gratia.

Et

Ex dictis autem patent hæ conclusiones. Prima. Licet sit in mortali, qui de mortali non conteritur, secus de eo qui contritus est.

Secunda. Licet valeant ad vitam æternã per modum meriti opera bona contriti, tamen est secus de operibus bonis eius qui est in mõr tali.

Tertia. Opera existentis in mortali valent quantum est de se ad gaudium accidentale in patriam, & ad dispositionem gratiæ ad vitã dam aliquam pœnam in gehenna, & ad temporalem prosperitatem, & ad bonam consuetudinem generandam, & ad reprimendã potestatem diabolicam, & ad animæ consolationem, maxime oratio sancta.

Quarta. Oratio quantum est de se supposita gratia tres habet effectus, qui sunt mereri, impetrare, consolari. Quorum primus est cõmunis omnium bonorum operum, & secundus est ei ꝓprius, & tertius appropriatus quo dammodo.

Quinta. Oratio iusti semper habet primum effectum, etiam si Deus nõ velit ipsum exaudire, & similiter tertium si sit attenta, sed non secundum.

Sexta, Oratio iniusti nunquã habet primum effectum, & semper habet tertium si sit attenta, secundum autem habet aliquando tan tum.

Septima. Nunquam oratio est inanis siue iu sti siue iniusti, & consequenter est ab omnibus frequentanda.

Octaua. Omnis homo quantumcunque ma lus, dẽt incessanter bene operari, q̃a bona ope ra nunquã sunt sine fructu, & forte aliqñ tñ disponent ad gratiam Dei, quod mala supera bunt, iuxta exemplũ aromatarij species ponentis in statera cõtra pondera metallorum.

Casus 2.

QVæritur 2. quid sit grauius peccatum, aut negligenter audire verbum Dei, aut negligenter permittere cadere Christi corpus in terram? Ad hoc autem respondet Archidia. super capitu. inter rogo. 1. q. 2 ſt. 1. & ibi dominus Ioannes dominici, & Augustinus, qui vt in dicto capitulo ter expresse dicit ꝙ non est minor prima negligẽtia scilicet circa verbũ Dei, quam secunda. Pro hoc autem nota, quòd tripliciter aliquid alicui præfertur, scilicet dignitate, necessitate, & causalitate. Dico Igitur. Primò corpus Christi verum est dignius mystice, quia nihil melius corpore, & sanguine Christi. 1. q. 1 c. mul ti, & intellige in creaturis, vt ibi tenet Ioannes Dominici, & sanctus Tho. 1. di. 44 dicẽs humanitatem Christi esse quid melius omni creatura etiam possibili, vt est vnita verbo. Et si contra hoc dicatur, quòd verũ corpus est figura mystici, figura autem est ignobilior figurato, secundum glo. 1. Corin. 5. Respondent Alb. & S. Tho. 2. dist. 13. quòd illa glosa est vera solum in his quorum vsus est significando solum, vt est agnus paschalis. Dico secundo, quòd illud corpus maius est verbo Dei dignitatẽ, vt patet in dicto c. mul ti. Et iterum, quia illud est substantia, hoc vero accidentis. Sed tamen necessitate est econuerso, quia magis necessaria est actualis auditio verbi Dei, quia ex auditu eius est fides. Ro. 8. & cognitio necessariorum ad salutem. Et similiter causalitatem, quia verbum Dei tollit mortalia quæ sunt in subiecto, vt Eucharistia, & vlterius etiam quæ in conscientia, & habet effectum in bonis, & ma lis. Dico tertio, quòd licet sit maior negligentia in Christi corpus quantum est ex parte rei neglectæ, vt patet ex dictis, tamen alia est maior quantum ad grauitatem nocumenti, secundum Ioannem dominici. quando scilicet ex negligentia verbi Dei prouenit ignorantia agendorum, vel credendorum necessario, & consequenter est aliquo modo maius malum. Nam secundum Augusti. in enchiri. malum est malum, quia nocet, ergo maius malum est, quia magis nocet. Ex his autem patet quàm male faciunt parochiani curati volentes populum prætermisso sermone audire missam in propria paro chia, maxime non de pecoris salute, sed de lana, & de lacte cogitantes. Licet enim pr ecet, qui in die festo prætermissa sui sacerdotis missa audit aliam ex contemptu, vt patet extra de paro. ca. 2. secus si hoc facit ex iusta causa, puta propter verbum Dei, vel ex maiori deuotione, vt dicit Archidia. 2. par. te. ti. 9 c. 10. & consentit glosa in dicto ca. Et similiter Innocentius, & hoc est rationabile, quia licet ius diuinum aut naturale non abrogetur per contrariam consuetudinem, extra co. ca. vlti. & 30. q. 8 flagitia, secus de humano, extra vbi supra, dum-

modo consuetudo sit rationabilis, vt glossat Innocentius & notatur ibi, & etiam præscripta, ad quod secundum canonistas, teste Hostien requiritur tempus quadraginta annorũ, extra de electione cumana, & extra de censibus, olim Et hoc habet locum in Ecclesiasticis quicquid sit de legibus. Sed contra, quia præceptum est audire missam, non autem prædicationem, ergo illud est magis necessarium. Solutio. Negatur consequentia, quia facilius est audire missam propter multitudinem celebrantium, quàm prædicationem, idcoque præcipitur illud, & non istud. Quamuis tamen aliqui dicant, quòd præceptum sit audire verbum Dei, non determinato tempore, sed quando non habetur, vrgens causa non audiendi illud, & auditurus nescit ad salutem necessaria Et arguũt, quia curati tenentur prædicare, extra de offi iudi. ord cap. inter cætera. 36. dist. ecce. & 16. qõ. 1. c. adicimus, & cap. ecce.

Elice conclusiones.

Prima. Deus Christum magis, quàm omnẽ creaturam amat, quem tamen pro nostra salute exposuit morti.

Secunda. Corpus Christi verum, est dignius mistico, & verbo Dei.

Tertia. Verbũ tamen Dei est magis necessarium, quàm corpus Christi sub specie sacramentali, quia sine eo nec fides, nec salus est adulto de lege communi.

Quarta. Corpus Christi non tollit mortale, nisi illud sit extra conscientiam communicantis, sed solum veniale, & fructificat solũ in bonis, verbum autem Dei dispositione tollit vtrũque, & fructificat tam in bonis, quã in malis.

Quinta. Simpliciter maior est negligẽtia in corpus Christi, sed quantum ad nocumentum sequens maior est alia.

Sexta. Consuetudo nunquam tollit ius diuinum aut naturale, sed solum humanum, si sit rationabilis, & præscripta.

Septima. Qui non audit missam in sua parrochia vt audiat sermonem prædicatoris, benefacit.

Octaua. Quilibet debet accedere ad prædicationem sæpe & deuote audire ac ruminare, quia cibus animæ. Vnde Augu. Quanta solicitudine &c. vide in capi. prædicto interrogo vos.

Casus 3.

Quæritur 3. Vtrum habens ad restituẽdum incerta liberetur, si pauperibus petentibus eleemosynam largiatur sine licentiã episcopi. Ad hoc autem respondent primo Host. extra de vsu. super cap. cum tu & in ea. cùm sit, extra de Iudæis, & in sua summa de pœnitentia §. fi. & Ioannes And. de pœniten. & remiss. si episcopus lib. 6. in glo. & de reg iur. in regula peccatum, lib 6. Et dicunt ꝙ dispensatio incertorũ pertinet ad solum Episcopum. Et probant opinionem suam per dicta capitula. Et vlterius Io. And. arguit sic. Talia bona incerta sunt pro anima veri possessoris fideliter eroganda, ergo sunt diuino cultui mancipata. ergo à solo prælato diuini cultus sunt dispensanda. Probatur tertio, quia est consuetudo, & Quarto, quia episcopus est pater pauperum.

Contra opinionem pono duas conclusiones. Quarum prima hæc est. Non est necesse, ꝙ talis per solum Episcopum dispensetur Secunda. Ipse Episcopus non potest hoc iuste statuere, nec de iure excommunicare sacerdotes hoc dispensantes Primam probo authoritate Archidiaconi, qui de hoc fecit specialem quæstionem, & notatur 14 q. 1. c. non sane, qui etiam dicit ꝙ raptor ea potest propria authoritate dispensare, vt colligitur ex d. c. cum tu. Et hoc clare innuit glo. extra de homicidio. c. sicut dignum. § eos. Idem sentit Ioan. de Lig. & Paulus. & Zenzelinus super Clemen r. de priuilegiis, & Ioannes Calde. & Recupus, & dominus Hugo iuris vtriusque doctor, frater Clarus. Et idem innuit Innoc. extra de immunita. Ecclesiarum. ca quia plerique, & Sco. in 4. distin. 16. & Sanctus Tho. ad ducissam Brabantiæ. Item probo ratione sic. Quilibet obligatus, & onustus licite potest seipsũ exonerare, istis quibus modis tollit. obligatio. & maxime si nulla lege inuenitur prohibita exoneratio, vt in proposito. Talis autem est obligatus aut vero domino, aut pauperibus. Aliam etiam conclusionem probo authoritate Ioan. de Lig. super capitu. cùm sit, dicentis. Quicquid dicat Ioan. Andr. dubium est an Episcopus hoc possit. Sed Ioannes Calder. dicit expresse, quòd non potest, & idem tenet dominus Hugo. & frater Clarus. Sciendum tamen, quòd hoc

hoc inoleuit, quia Episcopi communiter sūt periti, aut habent peritos; & simplices sacerdotes imperiti, ideo ad Episcopos recurrebant olim, quòd tamen non oportet. Est autem vera opposita opinio secundum Archidiaco. quando nullus est deputatus a testatore, qui incerta relicta dispenset. Est etiam vera de bonis publicorum vsurariorum quæ ad solum Episcopum pertinent, vt expressè patet extra de vsuris in c. quamquam. lib. 6. Et de bonis Iudæorum non aliter. Et licet ipsi hoc sibi reseruent, intelligitur tamen quantū possunt de iure.

Ad primum eorum motiuū dicitur, quòd illi canones non loquuntur de Christianis, sed de Iudæis, quorum dispensatio potest esse suspecta Christianis, vt patet in c. cùm sit.

Ad secundum dicitur, ꝙ si ratio valeret, nullus diues posset dispensare superflua, ideo negatur prima consequentia, cuius author ostendit se ignarum dialecticæ.

Ad tertium dicitur, ꝙ talis consuetudo est contra legem naturalem, vt scilicet per eam quis ad hoc obligetur. Item est consuetudo, ꝙ Episcopi sibi reseruent hoc, sed non ꝙ eis à doctis obediatur nisi in his quæ iura mandauerunt.

Ad quartum dicitur, ꝙ est pater pauperum dispensando bona sui patrimonii, & suæ ecclesiæ, & Iudæorum, & publicorum vsurariorum, & quando nullus est à testatore, deputatur executor testamenti.

Hinc conclusiones.

Prima. Non est necesse, quòd incerta dispēsentur per Episcopum, nisi sint publicorum vsurariorum, vel Iudæorum, vel nisi testator non prouiderit.

Secunda. Quilibet habens talia, potest ea dispensare iudicio cuiuslibet sacerdotis prudentis, & etiam laici, immo suiipsius.

Tertia. Sine licentia tamē Episcopi, vel sui confessoris, nullus debet ea sibi retinere, quia in propria causa homo sæpe decipitur.

Quarta. Si Episcopus reseruet sibi dispensationem incertorum, intelligendum est mandatum quantum se extendit eius authoritas, alioquin autem nullus ei tenetur obedire, quam uis bonum esset obedire si homo sit timoratus, & non amator pecuniarum.

Casus 4.

QVÆRITVR 4. Vtrum mortaliter peccent mulieres, quæ suis capitibus pro crinibus imponūt alienos capillos. Ad hoc autem suppositis his quæ de ornatu dicit S. Tho. 2. 2. q. 1 6 & sum. confess. 3. lib. ti. 33. & Pisanus & Archiepiscopus. Et supposito ꝙ humanarum operationum quædam sunt de se bonæ, quæ non possunt esse malæ, vt amare Deum, & quædā econuerso de se malæ, quæ non possunt esse bonæ, maximè authoritate humana, vt eundem odire, & quædam indifferentes ad bonum & malum, vt ire ad Ecclesiam vel plateam. Et supposito etiam, ꝙ quidam ornatus sit ad abscondendam turpitudinem ex aliqua causa prouenientem, puta ex infirmitate, qui secundum S. Th. vbi supra, non est peccatum, & quidam ad fingendum pulchritudinem maiorem, qui semper est peccatum, cùm sit fictio, licet non sit mortale, nisi fiat in contemptum Dei, vel ad finem peccati mortalis secus ad placendum coniungi, aut leuem vanitatem. Suppositis inquam his respondendo ad quęstionem dico, quòd alienos capillos deferre non est mortale, nisi ex intentione deferentis. Nam esse peccatū mortale est contra legem naturæ, vel scriptam, quia secundū Ambr. est trāsgressio legis. Hoc aūt nō est cōtra aliquā legē scriptā, vt patebit, nec etiā cōtra legem naturæ, quasi. s. malū de se, quia nō posset dari casus in quo sine mortali mulier posset talia deferre, puta ne frigore moreretur, vel ne deprehēsa inulta moreretur, quæ sunt insana. Ergo relinquitur. quòd sit mortale solum ex intentione deferentis eos ad finē contrarium legi naturali, vel scriptæ. Sed contra. Primo. Nam præscindere partes humani corporis ab eo est mortale, & taliter operans excommunicatur per quadam extrauagantem Bonifacij Secundi, quæ incipit detestandum. Sed capilli sunt humani corporis partes, quia nutriuntur & augentur. Solu. Quamuis aliqui dicant, quòd nec sunt animati; nec nutriuntur propriè, sed augētur per appositionem materiæ eo modo quo glacies, quæ pendens à tectis, tamen hoc nō est uerum, quia illud argumentum non haberet terminum determinatum. Dico ergo, ꝙ perficiuntur. formaliter anima rationali, sicut

dentes, & unguens, secundum opinionem S. Tho. & sunt partes humani corporis, sed nō tales secundū aliquos, vt illæ de quibus loquitur decretalis prædicta, quæ loquitur de his quæ sunt perfecte per animam non solū quo ad potentias vegetatiuas, vt capilli, sed etiam quo ad sensitiuas vt manus & pedes, quas euellens, vt alibi sepeliat, excōmunicatus est. Si tamen etiā de capillis loquatur, hoc solum habetur. ꝙ non licet eos auferre à mortuo, secus à viuo, alioqui si talia necessario sunt sepelienda, oporteret barbitonsores sepulchrum facere in apotheca sua. Secundo, quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, extra de regulis iuris, libro 6. Sed iste dāt causam ruinæ. Solu. Aeque probaretur, ꝙ nō possunt vultum ostendere. Nō ergo dant causam, sed occasionem, immo nec dant semper occasionem, sed alii eam accipiunt, vt cùm mulier ex iusta causa se ornat, quia tunc est scandalum passiuum & non actiuum. Nō est etiam semper mortale dare occasionem in hoc, sicut nec in aliis, ornatibus secundū sanctos. Tertio quia hoc est superbire, cùm sit excedere mensuram suam. Solu. Superbire non est excedere mensuram suæ pulchritudinis, sed diuinæ legis, quod non fit in proposito, nisi ex intentione.

Quarto. quia non minus mortale est fingere pulchritudinem per capillos, quàm per uestes & fucos, quòd tamen est mortale, dicente Cypriano de talibus, quòd Deum videre non poterunt. Solu. secundum sanct. Thom. Cyprianus loquitur quando talia fiunt ad lasciuiam, vel in Dei contemptum. Quinto quia est contra scripturam. 1. Pe. 3. vbi dicitur. Quarum scilicet mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri. Solutio. Dicit ibi gl. & dicit. S. Tho. ꝙ beatus apostolus loquitur de quibusdam, quæ suis viris existentibus in tribulatione, se ornabant, vt placerent aliis. Veruntamen non omne, quod est contra scripturam est mortale, vt patet de mendacio iocoso. Et quòd habetur. 1. Tim. 2. non in tortis crinibus, secundum san. Tho. non est contra ornatum sobrium & moderatum, sed contra impudicum, & superfluum & inuerecundum. Sexto. quia contra tales est lata sententia excommunicationis per Ioannē. 22 a qua citra Papam non possunt absolui in quadam extrauaganti. Solu. Sic testatur Archi. 3. parte. tit. 25. c. 72. Eugenius super hoc consultus dixit se non credere eam fuisse Ioānis, vnde in registro quæsita, non fuit inuenta, & eam (si fuit eius) idem Eugenius reuocauit tanquàm periculosam. Vnde & frater Angelus de Clauas. ordinis minorum in ut. ornatus, de hac non facit mentionem. Et tandem ibi concludit, quòd non negaret absolutionem mulieribus talia deponere nolentibus. Ex quo habetur, quòd non sit mortale.

Elice conclusiones.

Prima. Alienos capillos deferre non est de se mortale, sed solum ex intentione.

Secunda. Non est mortale, vel ueniale talia deferre ad abscondendum suam accidentalem turpitudinem, puta defectum capillorū ex infirmitate prouenientem.

Tertia. Similiter si deferantur ex alia causa honesta & licita, secundum discretionem boni viri.

Quarta. Talia deferre ex leuitate, vel inani gloria, vel lascivia, semper est mortale, vel veniale, iuxta intentionem.

Casus 5.

Quæritur 5. Vtrum recidiuans teneatur confiteri peccata, quæ aliàs est confessus. Ad quod respondeo, quòd secundū S. Tho. in 4. di. 22. q. 1. ar. 4. de hoc sunt tres opiniones. Prima est, ꝙ talis tenetur omnia etiā in particulari reconfiteri si confiteatur alteri, vel eidē, sed immemori. Secunda vero, ꝙ nec in particulari nec in generali tenetur. Tertia vero est, ꝙ tenetur solū ad reconfitendū in generali, & ēt in speciali quantum sibi videtur expedire in directe tanquam ad illud, sine quo non potest debitum remedium adhiberi suis peccatis. Vt uerbi gratia. Si aliquis frequenter lapsum carnis ex aliqua occasione passus sit, illa per satisfactionē amputetur. Hanc tertiam (aliis reprobatis) sequitur S. Tho. & Pisa. ti. confes. 2. & Ray. & sum. confes. lib. 3. ti. 34. Et est rationabilis, quia ita facienda est confessio, vt quis satisfaciat intētioni Ecclesiæ, quæ intendit, vt remedium adhibeatur peccato. Videtur igitur ad hoc teneri, qui frequenter contra id quod sacerdoti dixit, vel promisit lapsus est in idem ex consuetudine, quia tunc grauius peccat, extra de consue. c. vlti. Tanto

to grauiora sunt peccata quanto diutius in fœlicem animã detinent &c. & grauiori tunc remedio opus est peccatum vt de cætero caueatur. Vnde quando confitetur, tenetur dicere frequenter se lapsum in tale peccatũ. Item qui ex naturali inclinatione, quia tunc oporret pœnitentiã esse proportionatam ad moderandã illam inclinationem sicut ei qui est naturæ calidæ & lubricæ, magis expedit aquæ potus quàm psalmodia. Item qui ex commoditate peccandi, puta quia domicellam tenet in domo, & consequenter habet ad vota. Si tamen commoditatem subtraxisti, videtur, quòd tu non teneatis. Sed contra, quia hoc in nulla lege est scriptum. Solu Hoc virtualiter continetur in præcepto Ecclesiæ de confessione, quæ intendit, ut taliter confitearis ꝙ possis curari. Secundo, quia de pœniten. dictin. 1. in c. mensuram. dicitur. non est necesse, vt quæ semel confessi, sumus, denuo confiteamur. Solu. Verum est directe, sed secus indirecte, quia proprie non est confiteri peccata præterita, sed præsentia.

Elice conclusiones.

Prima. Non est necesse reconfiteri peccata semel rite confessa; nisi quando sine eis non possunt sufficienter confiteri præsentia.

Secunda. Hoc autem est quando frequenter laberis ex consuetudine. vel robore, aut inclinatione corporea, aut commoditate, vel generaliter quacunque occasione.

Tertia. Si tu es certus ex aliqua nouitate, quòd non recidiuabis, non teneris, vt uidetur, quia iam remedium est appositum. Et si peccatum sit grauius in habitudine ad peccata, tamen ista grauitas non est essentialis ei.

Casus 6.

QVAERITVR 6. Vtrum existens in mortali possit explere satisfactionẽ iniunctam pro his de quibus fuerat ante contritus? Ad hoc respondent Guil. & Petrus de pal. 4. di 15. & Richa. ac Sco. ibidem, & Pisanus in ti. satisfactio, & multi multa loquuntur, verumtamen forte non vere dissonant. Pro fundamento igitur accipio dictum Petri de pal. in 4. quamuis non ad hoc propositum, quòd duplex est satisfactio, scilicet sacramentalis, quæ fit ex iniunctione sacerdotis dispensantis sacramenta. Et virtuosa, quæ scilicet fit ex virtute pœnitentiæ pugnantis contra peccatum. Deinde dico cum Scoto, ꝙ pœnitens qui sine causa non implet pœnitentiam iniunctã, & acceptam, committit inobedientiam mortalem. Vtrum vero eam possit in mortali explere sanctus Thom. 4 vbi supra dicit, ꝙ quidam dixerunt ꝙ sic, sed est inquit, impossibile quia oportet opera satisfactoria esse Deo accepta, cùm non fiat ei satisfactio secundum æqualitatem, sed secundũ acceptationẽ, quæ acceptatio non est respectu eorum, quæ non placent, cuiusmodi sunt opera peccatoris. Subiungit autẽ, ꝙ satisfactio quæ fit per opera relinquentia post se effectum nõ est iteranda necessario, quia si talis pœniteat illa satisfactio erit accepta Deo in suo effectu, sed tamẽ eam quę transit oportet iterare, non autẽ cõfessionem, quia hoc doctores nõ dicunt. Hæc ille. Videtur autem velle Nider mentẽ sancti Tho. esse, quòd si effectus ieiunii iam transisset, quando redit contritio, non valeret satisfactio. Petrus autem vbi supra q. 1. arti. 3 sic dicit. Tertia conclusio est, quòd quando homo de omnibus est contritus & confessus & absolutus, accepta pœnitentia, si illam peragat in mortali nouiter commisso, liberat se ab iniunctione sacerdotis, nec incurrit inobedientiam, sicut si eam non fecisset, quia est fortius vinculum confessoris, quàm Dei vel ecclesiæ. Sed homo in mortali existens implendo præceptum Dei de honore parentũ, vel ecclesiæ de ieiunio Ecclesię quadragesimali, se ab illa obligatione, liberat, ergo & hic similiter Quando autem satisfactio relinquit effectum redeunte charitate, ualet ratione charitatis, & ex iniunctione sacerdotis Hæc ille. Videtur autem mihi, ꝙ opinio sancti Tho. sit eadem cum ista, quia sanctus Tho loquitur de satisfactione virtuosa, vt patet ex ratione sua.

Dicendum igitur videtur, quòd talis recidiuans si expleuit iniunctam satisfactionem in mortali non tenetur replicare illam in specie, maxime cùm nullus sciat se esse sine mortali, sed sufficit si satisfaciat Deo per bona opera. Quod si non facit, non peccat mortaliter, sed in purgatorio exoluet æquiualentem iniunctæ sibi, nisi fuisset iniuncta excessiua, quia eo casu exoluet

tantum

tantum debitam peccatis secundum Capreo. 4 dist. 19. Cùm ergo dicit sanctus Thom. quòd si transit reiteranda est, non intelligitur eadem in specie, sed æquiualenter. Et cum dicit, quòd si reliquit effectum erit accepta in eo, intelligitur quantum se extendit ille effectus. Ita verbi gratia, quòd effectus totus ieiunii celictus est ut 10. & quando superuenit charitas iam non est nisi ut 5. illa satisfactio non esset accepta nisi vt 5. & alia quinque oporteret aliunde supplere, & hoc intendebat Nider, vt uidetur. Sed contra. Peccata tua eleemosynis redime, Daniel. 4. & tamen constat, quòd ille Rex erat in peccato Solu. Eleemosyna relinquit effectum secundum sanct. Tho. Et ita intendebat Daniel, quòd pœniteret regem.

Elice igitur conclusiones.

Prima. Pœnitens est debitor pœnæ satisfactoriæ ratione peccati commissi, & ratione iniunctionis à sacerdote, sic quòd etiam si sacerdos iniungat maiorem debito, tenetur tamen ad eam.

Secunda. Si sacerdos iniungat satisfactionem minorem debito peccati, pœnitens tenetur supplere residuum, si autem maiorem, tenetur eam explere, si tamen ante expletionē moriatur non soluet nisi debitam peccato in purgatorio.

Tertia. Qui iniunctam satisfactionem non relinquentem effectum explet in mortali, totam tenetur repetere, non eandem in specie sed æquiualentem. Si autem effectum relinquit, tenetur æquiualentem tantum repetere quantum de illo effectu sine charitate transiuit.

Quarta. Qualitercunque expleatur pœnitentia, non est propter hoc necessario iteranda confessio.

Casus 7.

QVAERITVR 7. Vtrum quilibet christianus tenetur ieiunare totam quadragesimam? Ad hoc respondent omnes doctores, quòd quilibet tenetur. Quod patet Primò, quia dicitur. 1. distin. In his rebus in quibus nihil certum scriptura statuit, mos populi, mos Dei.

Nec refert vtrum voluntas principis verbis aut factis declaretur. ff. de legibus. l. de quibus. Vnde obligat rationabilis & præscripta consuetudo. distin. 2. ca illud. & c. illa. Secundo, quia videtur expresse pracipi de consecra. distin. 3 non liceat. & c. non oportet, & c. placuit. & distin. 5 quadragesima. Sed intelligitur si quis potest.

Pro quo nota duas regulas. Prima est sancti Thom. 4 dist. 15. & talis. Quilibet potest & debet conseruare vitam, & robur necessarium ad ea, quæ sibi incumbunt facienda necessario pro vita, vel officio, vel societate conuiuentium, vel respectu eorum, quæ facere potest melioia ieiunio. Et intellige, incumbere necessario, quando aliàs esset notabile damnum, vel notabile incommodum. Et similiter intelligo de officio & societate, quàm relinquere non potest sine incommodo, vt cùm quis incideret in latrones forte si solus esset, vel siquis relinqueret officium vix posset viuere, vt cursor, vel laborator & huiusmodi. Qui cum prædictis potest ieiunare dicitur posse. Secunda est Guil. & Pisani talis. Si cum prædictis certus es, quòd non possis, non requiritur dispensatio. Si es dubius, consule quemlibet peritum & bonum, puta medicum conscientiarum, vel confessorem bonum & prudentem. Qui si non remanes dubius, sta iudicio eius sine alia dispensatione. Si autem remanes dubius, oportet adire prælatum, qui non solum declaret, sed declaret authoritatiue dispensando. Vnde pete Episcopum si potes secundum Guil. & Hostien. & Petrum de palude, Sin autem pete parochianum. Ab ista regula credo nullum doctorem vere discrepare, & si appareter. Tempus autem quo obligaris ad ieiunium, secundum sanctum Thomam, & Petrum de palude & Pisanum, & Nider, & Archiepiscopum est, post 21. annum. Licet enim ante tenearis ex iure naturæ carnem subiicere spiritui, non tamen per hoc mediū, oportet n. multo cibo indigere ad nutrimentum & argumētum Nec est simile secundum Petrum de indigentibus cibo ad generationem, quia diebus ieiunii debent coniuges abstinere à coitu, & semel in anno sufficit fœcundare, & cū ieiunio plus abundat semen, quàm sit necesse. Modus autem ieiunandi est secundum sanctum Thomam & communiter omnes, semel comedere in 9. hora, quæ incipit in meridie, si numeremus horas per triplicitates.

dicendo

dicendo prima, tertia, sexta, & nona. Si tamen numeremus per singulas vnitates hora nona est tertia post meridiem. Et ista est hora prandii in ieiunio secundum legem, & si non secundum consuetudinem. Videtur tamen velle Petrus de plaude, quòd de iure extra quadragesimam liceat in ieiunio prandere quàm primum incipit triplicitas nonæ, idest transacto meridie, non autẽ in quadragesima. Dicit enim Petrus de palu. ꝙ in quadragesima, & si non oporteat expectare vesperã diei sed officii, tamen tardius debet comedi, quàm in aliis ieiuniis, ita quòd in tali ieiunio debet ante prandium esse transacta nona, sicut in aliis hora sexta. Sed sanctus Tho in 4. distin. 15. videtur velle quòd in omni ieiunio oporteat expectare finem nonæ scđm legem, i. horam tertiam post meridiem. Sed ego credo hodie standum consuetudini populi Dei. 11. dist. in his.

De collatione serotina dicit Archiepiscopus, & communiter doctores, quòd licet per modum medicinæ, id est ne potus noceat, non autem per modũ cibi. Dicit tamen idẽ, quod si non fiat causa medicinæ, pie interpretandũ, est ratione consuetudinis, nisi fiat in fraudem, quod etiam sentit Abbas. quia standum est consuetudine, ex quo, vt dicit, ius non est ad oppositum. Intelligo autem, quod sit in fraudem, quando propter famem. Intelligo vero, quòd licite fiat, & non propter potũ, quando non fit propter famem, sed alia rationabili causa, puta propter dormitionem, vel vocem. Immo dicit Richard. & idem videtur sentire sanctus Tho. quòd siquis ex sensualitate comedat aliqua, in tali collatione non frangitur ieiunium, nisi ratione magni excessus. De pane autem in collatione dicit idem Archiepiscopus ꝙ ieiunium soluit. Sed Angelica, & Rosella dicit, quod non maximè vbi est consuetudo, quibus standũ est quando aliud non habetur, vel si habetur, illud nocet stomacho. Nam ex sancto Tho. & Petro de plaude non potest quo ad hoc haberi distinctio inter panem, & fructus, & herbas. Et si dicatur, quòd consuetudo de non comedendo panem fecit legem. Dico, quòd in foro conscientiæ consuetudo non obligat, nisi quando intendit princeps legislator, qui non intendit, vt sine pane bibas, quando sine pane potus, quo indiget, obesset. Vel quia fructus non habes, vel si habes fructus non habes stomachum fructibus opportunum. Potus autem etiam ante prandium secundum omnes fere licet et vini (& consequenter, vt videtur licet aliqd sumere causa potus præcise sine quo, s. potu impune sumi non posset) & habetur expresse hoc à sancto Tho. 4. dist. 15. in quæstione de ieiunio. ar. 4. quæstio. 1.

Sed contra. Primo, quia si teneremur, essemus perfectiores Christi, qui vnam tantum quadragesimam ieiunauit. Solutio. Ieiuna vnam eo modo quo Christus nihil manducando, deinde cessa si vis, quia te absoluo. Vel dico, quòd Christus non indigebat ieiunio, scilicet ieiunauit vnã ad exemplũ, & formam nostram.

Secundo. Suppono, quòd ieiuniũ fiat ad satisfaciendum pro peccatis. Tunc sic. Christus non ieiunauit pro se vt patet, ergo pro nobis, & consequenter sufficientissime satisfecit pro nobis, quia eius satisfactio erat infiniti valoris. Igitur nos non indigemus ieiunio. Solutio. Nego prasuppositum, quia fit etiam ad mortificandum corpus & mentem eleuandam. Vnde etiam iusti, & sancti tenentur ieiunare secundum Tho Dato tamen supposito, dico, quòd Christus non intendebat sic satisfacere pro nobis, vt nos de cætero non affligeremur, sed sic, vt nostra satisfactio esset Deo grata, mediante satisfactione Christi, à qua nostra habet efficaciam, sicut etiam est passus pro nobis, & tamen oportet nos suæ passioni coniungi per pœnitentiam, vel sacramenta, quę pœnitentia nostra non satisfacit Deo, nisi virtute passionis Christi.

Hinc conclusiones.

Prima. Quilibet qui potest ieiunare, tenetur &c.

Secunda. Ille dicitur non posse, qui cùm ieiunio non potest ea quæ sibi necessario facienda incumbunt, vel quæ sunt meliora ieiunio, puta prædicare.

Tertia. Vtrũ possis, vel non possis, si es certus non oportet adire alium, nec, non ieiunando peccas mortaliter, etiam si in parte fallaris secundũ Pisanum, & Petrum de plaude, quia scilicet credis te habere causam sufficientem, & non habes.

Quarta. Si es dubius, consule peritum, & bonum, & illi acquiesce si non dubitat, maxime

ximè medico timorato.

Quinta. Si autem dubitat, require eũ qui possit dispensare, id est Episcopũ, vel parochianum, vel prælatum in religione.

Sexta. Tempus obligationis est. 21. annus, & tempus comedendi hora. 9.

Septima. Potus nec ante prandium nec post soluit, nisi fiat in fraudẽ, siue sit vini siue aquæ.

Octaua. Panis non soluit si sumatur per modum medicinæ, vbi maximè non habetur &c.

Casus 8.

Quæritur 8. Vtrum, qui accedit ad sacramentum confessionis sine dolore, peccet mortaliter? Ad hoc autem respondetur secundum Scotum in 3 & dominum Bonauenturam, quòd sic, quia quantum in se est perdit sacramentum. Idem videtur sentire sanctus Tho. qui dicit, quòd accedens fictus tenetur suam fictionem confiteri, ꝙ non esset verum si esset solum peccatum veniale. Non oportet tamen istum dolorem esse contritionem, sed sufficit si sit attritio. Differunt autem secundum perfectũ, & imperfectum ista duo. Nam vtrumque est dolor de præterito peccato cum proposito emendandi, sed contritio est quando tantum intenditur iste dolor, quod peccatum tantum displicet debet placere, Deus id est super omnia. Et omnis reliquus dolor citra istum est attritio, quæ sufficit ad non peccare mortaliter accedentem ad confessionem. Immo secundum Capreolum in 4. sufficit vt tunc confitens gratiam consequatur, quia aliquando ista attritio est tanta, vt virtute clauium fiat contritio, licet vt dicit non semper sit tanta. Immo viso sancto Thom. in 4 distin. 18. quæstio 1. ar. 3: quæst 1. & viso Nider. dico quòd omnis attritio sufficit ad consequendam gratiam in hoc sacramento, & in baptismo, qui ordinatur contra culpam, nisi quis actu dum percipit sacramentum ponat obicem. Immo dico quòd sufficit si quis vellet esse dolens in generali, & particulari, quia talis necessariò est dolens secundum voluntatem deliberatam ad quam essentialiter pertinet attritio, & contritio, licet fortè non doleat secundum sensum, aut voluntatem naturalem, propter quòd dicit etiã se non dolere. Est enim contradictio ꝙ velim mihi aliquid displicere, & non displiceat secundum rationem deliberatam, quia cui aliquid placet, ipsa etiam complacentia placet pro eo tempore quo illud placet. Vnde & matrem Grani hoc modo fuisset absolutam Archiepiscopus in chronica narrat. Et licet non approbet historiam, tamen non fefellit doctrinam. Sufficit igitur omnis dolor de peccato, & propositum de futuro simul. Sed aduerte, ꝙ propositum non est iudicium, vel opinio. Vnde stat, quòd velim abstinere in futurum, & tamen credo, ꝙ non abstinebo, sed mutabo voluntatem, quod tamen non vellẽ modo, & hoc multos fallit.

Elice conclusiones.

Prima. Qui confitetur non dolens de peccato, aut volens non cauere de futuro, peccat mortaliter si confitetur, vt absoluatur.

Secunda. Qui vero dicto modo confitetur, non vt absoluatur, sed ad recognitionem sui coram Deo, & sacerdote, non peccat ex hoc, quia secundum Richar. non contemnit, sed veretur sacramentum. Vnde talium confessio est audienda, & eis consulendum, vt dicitur in cap. quòd quidam. de pœniten. & remissio.

Tertia. Contritus est, cui peccatum propter Deum displicet super omnia, sic quòd est paratus omnia in generali pati Deo volẽte, antequam denuo peccare, licet in particulari non cogitet nec debeat cogitare de hac pœna, vel illa.

Quarta. Attritus est omnis contritus, & quicunque alius dolet de offensa Dei, vt sit quocunque modo cum proposito emendandi.

Quinta. Quicunque est attritus sine peccato potest confiteri, & petere absolutionem.

Sexta. Similiter & quicunque scit se velle habere dolorem de peccato in generali, & particulari, & dictum propositum, licet nesciat se dolere.

Septima. Omnes tales consequuntur gratiã in absolutione, clauibus perficientibus imperfectum dolorem, non eundem numero actualiter, cùm attritio actualis nunquã fiat contritionis actus. 4. dist. 15. q. 2. ar. 1. q. 3. sed alium specie, vel numero, nisi ponant obicem.

Casus

Casus 9.

QVAERITVR 9. Vtrum religiosus teneatur ad officium attente dicendum? Ad hoc autem respondet Sanct.Thom.2.2.quæst.83 & Pisan. titu horæ & Petrus de Pal.4.distinct 15. & Archiepiscopi 3.parte tit.11. & Archidia. in ca.grauis, de celebr. mis.Host.& Angelica,& Pan.& omnes.

Ex quibus elicio multas conclusiones.

Prima. Non est authenticum, quòd corona clericalis obliget ad septem horas canonicas, quia tamen gaudent tales priuilegio clericali debent per aliquid recompensare. Et bene facit Episcopus aliquid iniungendo. Petrus de Pal.

Secunda.Non est etiam authēticum, quòd minores ordines obligent ad officium beatæ Virginis, secundum eundem, licet debeant tales vt supra. Cum Petro est Angelica, & communis opinio, contra quam tamen Archiepiscopus cum Ioann. Andrea videtur dicere, quòd tales tenentur ad officium. Et Panor. dicit hoc esse tutus iuxta canonista rum refugium. Est autem tutius etiam non comedere pisces offeratos.Ideo tu dic,ex quo non habetur à lege quòd non tenentur, quamuis teneantur, vt dicit Petrus, ad aliquid indeterminatum ex ipsa honestate iuris naturalis.

Tertia. Tenentur autem ad septem horas omnes qui sunt in sacris, nisi excusentur per non posse habere breuiarium (quod tamē potius quàm Bibliam emere tenentur) vel alia legitima causa. Concordant in hoc oēs, quia non debet ordinari quis in sacris,nisi qui habet beneficium, vel qui ad patrimonium sui loco Ecclesiasticorum redditaum voluerit ordinari. extra de præb.cap. Episcopus, & cap. Conserui.

Quarta.Tenentur etiam secundum omnes beneficiati etiam si non sint in sacris 82. dist. c.finali, vbi dicitur Ecclesiæ deputatus.s. per beneficium,vt exponit Angelica. Sed intellige secundum Petrum de beneficio respiciente officium spirituale. Nam instantia est de habēte ecclesiasticos redditus pro officio matricularii, qui tamen non est clericus, & de Magistro Theologiæ,vel grammaticæ,q. non venit ad chorum, intellige ēt secundum eundem Petrum si possunt percipere redditus.

Quinta.Item religiosi clerici professi. Extra de voto c.Licet, quia secundum Petrū sūt pars ecclesiastici collegii. Et eadem ratio est secundum Archiepis.si sit monachus, & quia habet redditus, & est in religione instituta ad orandum.

Sexta.Item secundum Petrum nouitij clerici etiam si non sint in sacris, quia sustentantur eleemosynis, & gaudent priuilegio &c. Sed quia nec corona, nec ordines minores obligant, vt dictum est, eleemosynæ etiam non obligant ad aliquid determinatum recōpensandum, forte posset dici, q tenentur quidem naturali iure ad orationes & psalmos, vel huiusmodi, sed non ad septem horas, maxime si officium plene nesciunt, alioqui etiam conuersi tenerentur addiscere horas.

Sed contra, quia si ingrediuntur animo mutandi statum, sunt virtualiter ac tacite professi.Solu. Dico quòd verum esset si ingrederentur animo mutandi statum per professionem tacitam, quæ olim etiam in mendicantibus licebat in ipso ingressus exordio, secus autem si ingrediuntur cum animo mutandi statum, sed non se obligandi ad istam mutationem (sicut communiter faciunt) Sed in hac re canonistæ multi falluntur, vt forte Deo præuio aliàs patebit.

Septima Item secundū Petrū & Archie.& Augu.de Ancho. conuersi tenentur ad modū sibi taxatū, sed non ad septē horas. Sed intelligo loquendo in ordine prædicatorum, q tenentur ad gratias & suffragia mortuorū,non autem quasi mortaliter peccet si omittunt & non ex contemptu, quia nec naturali nec diuina lege præcipitur eis ille determinatus modus orandi: similiter nec lege canonica vel ciuili, quæ nihil inueniuntur ordinasse de.7.horis per laicos exoluendis, nec per suas constitutiones, quæ etiam ad velle non ligant, nisi ratione contemptus, vel præcepti, quod præceptum in hac re non est factum Magis autem sunt in statu periculoso, quādo circa exercitia corporalia sunt notabiliter negligentes, quia in dicto ordine ad hoc recipiunt, & ea ratione licet eis eleemosynas ordinis in suos usus conuertere, quia seruiūt seruientibus populo secundum san. Tho. in opus contra religionem impugnantes. Possunt tamen orationi uacare secundum modū mandatum à constitutionibus, & permissum à prælatis, immo & debent quantum ad

eum

eum qui est in mandato constitutionum.

Octaua. Ratione generalis consuetudinis quicunque tenetur ad horas, tenetur etiam ad officium beatæ virginis, vt videtur, & ratione consuetudinis spiritualis ad vigilias mortuorum, & ad aliquando celebrandum iusta causa. Immo secundum aliquos quilibet talis tenetur quotidie ad missam legendam, vel audiendam, licet hoc non sit verum, quia in c. ulti. de priui. lib. 6. patet, quòd Episcopus non tenetur ad hoc, licet sit hoc decens, & consequenter à fortiori minus tenentur alii, non obstante, quòd horæ ad missam ordinentur. Petrus de pal.

Nona. Quantum ad intentionem autem vel attentionem quilibet ad officium obligatus tenetur in principio officij habere intentionem satisfaciendi, ita quòd officium proficiscatur ab intellectu, & non ab imaginatiua, secundum Petrum, quòd intelligo actu, vel habitu.

Decima. Infra officiũ autẽ tenetur sic ad se redire, si fuerit mente vagatus, ꝙ non pereat totaliter dicta prima intentio secundum san. Tho, i. frequenter, quæ tamen frequentia nõ potest sub certa regula comprehendi.

Vndecima. Non tamen tenetur quouis præcepto esse attentus, sed sine culpa mortali potest euagari etiam à proposito, dummodo sciat quid facit, sic scilicet, quod stet prima intentio. Hæc probantur authoritate Pisa. Per. de pal. Angelicæ, & multorum aliorũ. Et ratione, quia ecclesia non potest præcipere super interioribus.

Duodecima. Mortale est tali dicendo officium se occupare per longum spatium in exterioribus, secundum san. Tho. & ex c. dolentes, quòd Petrus exponit quando non cõpatiuntur attentionem ad officiũ, quòd ego intelligo secus ab his, quæ ad officium spectant, vt voluere chartas, parare libros, & huiusmodi. Licet enim ecclesia de interioribus non possit præcipere, tamen de exterioribus potest, & de facto præcipit in dicto c. dolentes, vt deuote dicatur.

Sed contra, quia sanctus Tho. vbi supra, dicit quòd qui sponte vagatur videtur deridere Deum. Solutio. Illa derisio est interpretatiua solum, cuiusmodi est in omni peccato etiam ueniali. Et præterea videtur loqui non de psallente, sed de orante, sic quòd aliquid petit à Deo.

Casus 10.

Quæritur 10. vtrum per indulgentias remitti possit pœna iniuncta, vel iniungenda pro peccatis? Ad hoc autem respondet san. Tho. & communiter doctores. in 4. di. 20. Pis. tit. indul. & Petrus, in 4. & com. & multi alij. Dicit igitur san. Thom. Omnes dicunt, quòd indulgentiæ aliquid valent, sed quidam dicunt, quòd non valent ad pœnam taxatam secundum iudicium Dei in purgatorio, sed quantum ad taxatam à sacerdote.

Sed hoc est contra illud priuilegium Petri, erit solutum & in cœlo, idest in foro Dei. Item Ecclesia remitteret ad pęnas grauiores. Valent igitur ad pœnam debitam siue taxatam, siue non, quia propter unitatem corporis mystici vnus potest pro alio satisfacere. Sancti autem, qui habuerunt satisfactionem superabundantem, non intendebant satisfacere pro hoc, vel illo, alioqui talis consequeretur remissionem sine indulgentia, sed pro tota ecclesia, sicut de se scribit Paulus Col. 1. Si igitur ista merita sunt communia, & consequenter dispensanda per præsidentem totius ecclesiæ. Sunt aũt tot, ꝙ oẽm pœnam quibuscunque debitam excedent ratione satisfactionis Christi infinite. Potest autem fieri pro aliquo speciali, sicut, qui orat pro rege Franciæ habet decem dies indulgentiæ. Et pro tẽporalibus, vt ordinantur ad spiritualia, idest pacem ecclesiæ, & huiusmodi.

Quantum autem valeant, quidam dicunt ꝙ mensurantur secundum deuotionem suscipientium, licet ecclesia aliter prædicet, vt pie & utiliter decipiat. Sed contra, Quia Ecclesia nullius esse authoritatis si ficte doceret. Alij quòd secundum quantitatem dati, vt facit pro indulgentia. Sed contra, quia non ualerent ad remissionem, sed ad commutationem. Item in prædicatione Ecclesię esset falsitas, cùm aliquando pro minore prædicetur maior. Alii quòd secundum causam faciendi indulgentiam. Sed contra, quia pro eadem causa aliquando maior, aliquando minor datur. Ideo tantum ualent quantum intendit is, qui eas dat & applicat. Hæc san. Thom. Et consequenter quantum ualere prædicantur. Et sic intelligitur, quòd valent tantum

quan-

quantum sonant, id est si dicitur centum, non sunt 90. Valent igitur secundum Pisa. cui cõ sonat Ray. & S. Tho. quãtũ sonant, id est 40. dies indulgentiæ, valent tantũ quantum 40. dies pœnitentiæ scd̃m taxationẽ factã à iure, vel sacerdote, vel diuina iustitia, quia isti dies non sunt dies cœli seu purgatorii, sed mundi. Intendit aũt ꝙ isti 40. dies tantũ valent, quantũ siquis 40. diebus faceret pœnitentiã scd̃m cõem impositionẽ iuris, vel sacerdotum, vel iustitiæ diuinæ, siue ista pœnitentia sit iniuncta, siue non intellige scd̃m taxationẽ diuinæ iustitiæ principaliter, iuris aũt, & sacerdotũ secundario, inquantũ taxant scd̃m iustitiã Dei. Isti autẽ dies taxati hic scd̃m iustitiã Dei, & scd̃m iura, vel sacerdotes conformiter ad illum, non valent præcise 40. purgatorij, quia cùm forũ sit diuersum forte, ꝙ dies non respondet diei, sed paucis diebus potest quis hic soluere pœnitentiã ibi faciendã longo tẽpore. Ideo dicunt isti, ꝙ non sunt dies purgatorii, s. quantũ est ex intentione Ecclesiæ, siue isti dies respondeant illis, siue non. Vnde sicut dicit Pisa. & Herueus in quarto dist. 20. sicut 40. dies pœnitentiæ plus valent vni, quàm alteri sõne deuotionis maioris, ita & 40. dies indulgentiæ. Sed hoc non videtur habere locum vbi datur plenarie. Quibus autem valeant dicetur in conclusionibus. Sed contra, primo Deute 25. secundum mensuram delicti erit plagarum modus. Ergo nihil valent. Solutio. Plaga, idest pœnitentia Christi est mea per attributionem vicarii eius, & ipsa est æque magna, & maior omnibus peccatis. Et sic indulgentia non facit, quin secundũ mensuram delicti sit plagarum modus.

Secundo. Nam inferior puta Papa, non potest absoluere ab eo, ad quod superior ligauit, i. Deus. Sol. Papa non me absoluit à pœna, sed dat mihi vnde illam soluam, s. merita Christi, & sanctorum.

Elice igitur conclusiones.

Prima. Indulgentiæ valent ad remissionem pœnæ hic, vel in purgatorio tollerandæ.

Secunda. Possunt fieri pro causa spirituali, & pro temporali in ordine ad spiritualem, sed sine legitima causa non valent, licet valeant si fiant in discretæ, ita scilicet quod homines quasi pro nihilo ad operibus pœnitentiæ reuocentur. Hæc S. Tho.

Tertia. Hoc quòd dicitur, ꝙ tantum valẽt quantum sonant, intelligendum est quantum valere prædicantur, siue de quantitate indulgentiæ, & non de sono verborum, quia valẽt tantum quanta est intentio dantis, quæ potius attendenda est, quàm verba.

Quarta. Valent autem quantum valere prædicantur quantũ ad quantitatem discretã secundũ Herueum, id est si dantur 10. dies sunt 10. scd̃m ꝙ iustitia diuina taxaret, sed quantũ ad continuam seu intensiuam nõ valent æqualiter omnibus.

Quinta. In doctrina ecclesiæ nulla falsitas continetur, & ipsa debet esse regula fidei nostræ.

Sexta. Non valent existentibus in mortali, q a dantur ad remissionem pœnæ, & culpæ. Et licet tales sint magis indigẽtes, tamen sunt minus capaces.

Septima. Valent autem & religiosis si obseruent tenorem bullæ, sed tamen per illas non remittuntur imposita in foro capituli, quia non est pœnitentiale, sed iudiciale San. Tho.

Octaua. Nec tamen oportet religiosos exire claustra pro indulgentiis, quia licet indulgentiæ plus valeant quo ad remissionem pœnæ, quàm obseruãtia, tamẽ econuerso est quo ad acquisitionem præmii, quòd est melius. S. Tho.

Nona. Valent etiam defunctis, si cõtinetur in tenore bullarum, dummodo aliquis faciat quòd mandatur. S. Tho. Nec tamen sequitur, ꝙ prælatus possit pro suo libro animas à purgatorio liberare, vt dicit S. Tho. quia inquit ad hæc ꝙ indulgentia valeat requiritur causa conueniens.

Decima. Auxilium dare intelligitur, qui dat scd̃m suam facultatem, non autem qui citra, vt Rex dans obolum. Sanct. Tho. Sed tamen dans citra facultatem consequitur partem indulgentiæ proportionalem, vt innuit Sanct. Tho. 3. distin. 20. articu. 3. quæst. 2. ar. 4.

Vndecima. Cùm quis dat circa suã facultatem, consequitur plus, vel minus secundum quod dat S. Tho.

Duodecima. Confessio requiritur, vel nõ requiritur secundũ, ꝙ intendit is, qui dat indulgentiam, quia quantũ ex natura rei secundum omnes nõ requiritur confessio, sed sufficit charitas, & contritio.

Ter-

Tredecima. Licet probabiliter dicatur, quòd cùm Papa dicit, & confessus, intendat dare solum his, qui post confessionem non inciderunt in mortale, tamen mihi videtur, quòd probabilius dicant alii, quòd intendat dare omnibus, quibus potest, si semel in anno sunt confessi, id est omnibus, qui sunt in charitate facientibus id, quod mandatur, quia Papa non facit indulgentiam (vt suppono) ad inducendum ad confessionem, sed ad aliud, puta eleemosynam. Quòd autem dicitur, confessis, intelligitur secundum statutum Ecclesiæ, quæ mandat semel in anno confiteri sicut expresse tenet Panor. in c. omnia, extra de pęni. & remis.

Quartadecima. Qui potest confiteri antequam accedat ad indulgentiã, bonũ est, quia securius, qui tamen non potest nihilominus accedat, quia certum non est, quòd eam non consequatur.

Casus 11.



QVÆRITVR 11. vtrum liceat adorare imagines? Ad quod respõdetur ex S. Th. 3. dist. 9. q. 1. ar. 2. q. 2. & 2. 2. q. 93. & in tractatu de decem præceptis.

Pro quo sciendũ est, vt patet 2. 2. q. 103. quòd Deũ honoramus honore latriæ, vt ei exhibeamus reuerentiam tanquã principio omnium bonorum: Angelos autem & homines dulia, sed homines excellentes hyperdulia, vt beatam virginem. Eodem autẽ honore quo aliquẽ adoramus possumus adorare imaginem eius, vt imago est, vt dicitur 3. vbi supra, quia secundum Aristotelem de memoria, & reminiscen. eodem motu fertur quis in imaginem, vt imago est, & in id cuius est imago, secus vt imago est res. Igitur imagines Christi, vt imagines adorantur latria, sanctorum autem dulia, vel hyperdulia. Sed contra. Primo. Nam Exo. 20. dicitur. Non facies tibi imaginẽ, ergo à fortiori non debet adorari. Solutio. dicit sanctus Thom. in 3. quòd in veteri lege fuit prohibitum facere imagines, non simpliciter, cùm in sanctuario fuerint cherubin, sed ad adorandum. Primo, quia ille populus erat pronus ad idolatriam, & Secundo, quia Deus cùm adhuc non esset incarnatus, non erat figurabilis. In noua aũt est concessum, quia cessat vtraque ratio. Secũdo, quia hoc solum est quo idolatras irridemus, quia adorant opus manuum suarum. Solutio. Primus introducens honorem imaginũ in gentib. videtur fuisse Ninus, qui fecit imaginem Belo patri secundum Bedam, & ei diuinos honores exhibuit. Sed idolatræ credebant ex vi siderum imaginibus inesse deitatem, sicut Hermes (vt testatur Augustinus de ciuitate Dei) dixit datum esse hominibus facere Deos, ideo adorabant imagines, vt res, quod nos abhorremus. Item adorabant imagines irrationalium, vt solis, lunæ &c.

Tertio. Nam imago, siue vt res, siue vt imago semper est creatura, ergo nunquam est adoranda latria. Solutio. Licet creatura nunquã adoretur latria, vt terminus vltimus adorationis, secus vt medium, & ratio adorandi, siue vt imago.

Quarto, in cultu diuino non sunt exhibenda nisi ea de quibus habetur in scriptura, cuiusmodi non sunt imagines. Solutio. Sicut dicit S. Tho. imagines sunt introductæ. Primo à Christo ad Abagarum mittente suam imaginem, vt dicitur in Ecclesiastica hist. Secundo ab apostolis, quia tempore eorum Lucas secũdũ Damasc. depinxit imaginem Christi, & virginis, & imaginem Christi secum ferebat, vt dicitur in eius historia. Multa autem apostoli tradiderunt, quæ non sunt scripta, & hoc est vnum. Vnde in concilio Romano, vbi fuerunt mille episcopi secundum Sanctum Tho. statutum est, vt pingerentur imagines. Primo, vt sint libri laicorum. Secundo, vt magis sint in memoria mysteria Christi. Tertio ad excitandam deuotionem, quia scilicet magis solent mouere visa, quàm audita.

Elice vt libet conclusiones.

Casus 12.

QVæritur 12. vtrum aliquid aliud ab imagine Dei sit adorandum latria? Ad quod viso sanctus Tho. 3. dist. 9. & 3. q. 25. & viso magistro Petro Vgo in suis etymol. Respondeo, quòd cùm res irrationalis non sit in se digna aliquo honore, vel adoratione, non potest adorari

tari nisi vt aliquid est naturæ, vel personæ intellectualis. Quod dupliciter est. Vno modo, quia est eius imago. Alio modo, quia est eius, instrumentum quo tangendo vtitur ad agendum, vel patiendum, vt vestes, calciamenta, patibulum, & huiusmodi, nisi sit creatura rationalis, vt crucifixores. Hoc autem instrumentum est duplex, scilicet quoddam tangens tactu præsenti realiter, vel apprehensiue, & quoddam quod solum tetigit in præterito, nunc autem non tangit realiter nec apprehenditur, vt tangens actu, seu vt coniunctum, vt crux quæ olim tetigit membra Christi. Et hoc iterū est duplex, scilicet quoddam, quod tangit per se, & secundū se, vt ipsa totalis crux quando erat integra, & similiter ne fiat magna vis in verbis quælibet eius pars quæ re fuit coniuncta membris Christi. Et quoddam, quod tangit solū gratia alterius vt illæ particulæ quæ modo sunt separatæ, & non fuerunt in extremitate crucis, sed vel sub terra, vel infra grossiciem illius sancti ligni. Cùm igitur secūdum S. Tho. duplex sit ratio adorandi creaturam latria, scilicet, quia vel est imago Christi, vel quia ipsum tetigit, etiam si non sit imago. Dico, quòd ratione contactus multa sunt adoranda latria, ut quicunque instrumenta Christi ipsum tetigerunt si per intellectum accipiantur ut coniuncta personæ Christi, ut calciamenta eius, & spinæ coronæ, & vestes, & huiusmodi etiam si Christum nō tetigerunt nisi in suo toto. Quòd patet, quia omnes partes de quibus credimus, quòd sint crucis quæ tetigit Christum sic adoramus. Si tamen talia apprehēdantur non vt coniuncta Xpo de præsenti, sed solū, vt aliquid Xpi, sic adorantur hyperdulia, vt patet. 3. vbi supra. si quis aūt dicat, quod in ea re quæ adorantur non habet locū diuersa acceptio eius secūdum considerationem, dicendum est ei, quod nullus adorat sane lignum absolute, sed solum distinguendo per intellectum actu, vel virtute ratione ligni, vt lignum à ratione ligni, vt imago. Crux igitur quæ Christum tetigit secunndū mentem sancti Thom. adoratur tripliciter. Primo, vt imago, & hoc est commune etiam crucibus quæ non tetigerunt illum. Et secundo, vt res Christi ei coniuncta. Et tertio res Christi ei non coniuncta. Tertio modo adoratur hyperdulia non obstante, quod ille honor sit Christi, & non crucis, quia licet Christus in seipso, & in sua imagine, & in sua re sibi coniuncta adoretur latria, in re tamen non coniuncta adoratur hyperdulia, quia adoratur in alio. Sed contra. Primo. Nam si contactus est sufficiens ratio adorandi latria, beata virgo deberet adorari latria. Sol. Beata virgo & ratione imaginis, & rōe contactus, est quidem digna adorari latria æque bene, vt imago depicta, & vestimenta, sed tamen adorari non debet latria, quia cùm in se sit quid adorabile, videtur ille honor sistere in imagine, vt res est, & esset periculum idolatrandi. Secundo. Nam idem sequitur de asello, quo Christus est vsus ascendens ad passionem in Hierusalem Sol. Vtique ille asellus, vt coniunctus Christo esset adorandus latria, & vt non coniunctus hyperdulia, nec debet hoc alicui esse ridiculum, quia cùm esset animatus dignior fuit lapide sepulchri, quem numeramus.

Elice conclusiones.

Prima. Crux quæ Christum tetigit ratione contactus, & ratione imaginis adoratur latria.

Secunda. Lancea autem quæ Christum tetigit, & claui, & reliqua adorantur latria vt coniuncta Christo ratione contactus, sed nō ratione imaginis.

Tertia. Omnis crux in quacunque materia adoratur latria, quia est imago, non autem omnis lancea, vel clauis, quia horum nullum est imago, & quædam Christum tetigerunt, quædam vero non.

Quarta. Ea quæ Christum tetigerunt considerentur præcise, vt res Christi, idest, non vt ei coniunctæ, adorantur hyperdulia.

Quinta. Partes sanctæ crucis, quæ Christum tetigit, quæ actu Christum non tetigerunt de propinquo, nisi in suo toto adoratur latria gratia alterius idest Christi, & sui totius, in quo tetigerunt.

Sexta. Non solum Dei Imago artificialis, sed etiā naturalis, puta homo maxime crucifixus, vel angelus, est digna adorari, sed rationalis nō debet adorari nisi ea adoratione qua est digna in se.

Septima. Licet beata virgo sit duplici ratione digna adorari latria, tamen illicitum est sic eam adorare.

Octaua. Eadē est ratio de reliquiis illius aselli, si inueniuntur sicut, & de aliis quæ Christum tetigerunt, excepta substātialis formæ mutatione

tione, quæ tamen non obsistit adorationi, vt patet in reliquiis sanctorum.

Nona. Nulla creatura irrationalis secundū se est aliquo modo veneranda, sed solū, vt imago, vel aliquid aliud alterius.

Casus 13.



VAERITVR 13. Vtrū ornatus mulierū secūdū more patriæ sit meritū, aut peccatū veniale, aut mortale? Ad hoc autem respondet san. Tho. 2.2.q.169. & Pisa. & Aug. ad præsidiū, & Alexander de ales in secundo, & Archie. 2. parte titu. 4. cap. 5. Ex quibus sic respondetur. Quòd sanctorū patrū documento sancitū non est, & superstitiosa adinuentione non est præsumendū. 2.q.4. cōsuluisti. Sed nec scripturę, nec sancti dicunt hoc esse mortale, nisi in certis casibus. Igitur in aliis non erit mortale, per argumentū à contrarius, vt dist. 25. qualis.

Sed contra primo, quia scriptura talibus comminatur. Isai. tertio. & Cyprianus dicit, quòd purpura, & serico indutæ, Christum induere non possunt. Solutio. Intelligitur in casu, in quo est mortale. Secundo. Quia est contra scripturā apostolicam idest Petri. tertio, quarum non sit &c. & 1. Thimo. secundo, non intortis crinibus &c. Contra istam autē scripturam non est dispensatio. 25. quæstio. 1. sunt quidam, immo per antiquam compilationem decretalium prohibentur vestes incisæ, & huiusmodi sub pœna priuationis sacramentorum. Solutio. Ratio militat de his quæ continentur in doctrina apostolica sub præcepto, quæ autem sint talia ex modo loquendi, & necessitate materiæ de qua est sermo, & declaratione sanctorum accipitur.

Et ad antiquam compilationem dicitur, quòd in noua non habetur quæ obseruatur. Item dicitur, quòd aliquando leges vel non recipiuntur moribus vtentium, vel contraria cōsuetudine abolentur. dist. 4. cap. denique, & sequentibus, tertio Matth. 8. væ illi per quem scandalum venit. Sed væ secundum Hiero. importat damnationem æternam, ad quod facit. de iniuria, & damno. cap. si culpa. Solutio. Ornatus aliquando est scandalum acceptum, & non datum, de quo procedit ratio. Sciendum est autem, quòd in hoc simpliciter contingit peccatum, scilicet ex intentione, & ex ipso facto, quod per conclusiones declaratur.

Prima. Ornatus semper est mortale si intendatur ruina alicuius.

Secunda. Similiter si intendatur vanagloria finaliter, id est sic, quòd esset mulier parata peccare mortaliter antequam talem perderet laudem.

Tertia. Similiter si intendatur complacentia in ornatu sic, quod ruina alterius nec intendatur, nec etiam curetur, & sic intelligit Petrus de Tarā. illud Aug. nihil est adeo veniale, quin fiat mortale dum placet. dist. 25. §. criminis. Et dico ruinam non curari cùm est parata nō desistere, etiam si scit et aliquem inde ruinam passurum.

Quarta. Si autem intendatur laus, vel cōplacentia, curata ruina, & non finaliter, est veniale.

Quinta. Si autem intendit placere viro ne se contemnat, vel sequatur alienas, non est peccatum ratione intentionis, nisi forte ratione magni excessus.

Sexta. Si autem intendit abscondere maculam, aut vitare alienas derisiones, est nullum peccatum, aut leue.

Septima. Quantum vero ad factum ipsum, ratione prodigalitatis, erit mortale si sit magnus excessus iudicio viri prudentis.

Octaua. Ratione vero incentiui erit similiter mortale si sit magnus excessus, alias non erit mortale si ibi sit aliquis excessus paruus, vel nullum si nullus excessus, quia non erit occasio data, sed accepta. ar. 23. q. 5. de occidendis.

Nona. De fucis dico, quòd sine peccato deferuntur ad abscondendam maculam à nuptis & nubilibus, secundū S. Tho. alias semper est peccatum, licet non semper mortale, ratione intentionis, vel incentiui. hæc omnia sunt doctrina Archiepiscopi, & mens. prædictorum, quibus adde, quòd quando ornatus non est peccatum tunc supposita gratia est meritum, quia omnis actus deliberatus in habente gratiam est peccatum, vel meritum secundum doctrinam Capreo & theologorum.

Ca-

Casus 14.

QVAERITVR 14. Vtrum possint remitti uenialia stante complacente ad illa? Ad hoc autem respondet sanct. Thom. 4. di. 16. q. 2. & distin. 32. q. 2. cui concordat. Pisa. titu. peccatum. s. per infrascriptas conclusiones.

Prima. Nullo modo potest peccatum ueniale remitti, quamdiu placet in hac uita quo ad culpam, nec consequenter quo ad pœnam, quæ non tollitur stante sua causa, idest culpa, quia non potest remitti nisi uoluntas inordinata reordinetur, quòd esse non potest quandiu placet peccatum.

Secunda. Nec tamen ad eius delectionem requiritur actualis contritio de singulis, quia oblita non possent deleri.

Tertia. Nec sufficit habitualis, quia non staret cum pœnitentia. & consequenter nec cum gratia, quòd est falsum.

Quarta. Sufficit autem uirtualis & implicita, quæ est quando quis talem exercet actum, quod actualiter de ueniali doleret, si occurreret, de quo actu patebit in sequentibus.

Quinta. Delentur per actum generalis confessionis, quia est actus charitatis contra illa directus, nisi habitualiter teneantur in uoluntate.

Sexta. Et per sacram communionem de con. d. 2. cùm omne, & cap. si quotiescunque, & ut addunt quidam per extremam unctionem, extra de sacra unctione.

Septima. Per aquam benedictam de conse. di. tertia aquam.

Octaua. Item per ecclesias, de pœnitentia, di. prima. quam oblationem, & ca. medicinæ & d. 3. sane.

Nona. Item per orationem, præcipue dominicam, de pœni. d. prima quotidianis.

Decima. Item per episcopalem benedictionem. 1. q. 1. multi. immo per sacerdotalem secundum aliquos.

Vndecima. Item per deuotam pectoris tensionem, de pœn. di 1. tres actiones.

Duodecima. Item per contritionem, interdum etiam quo ad pœnam.

13. Si autem in hac vita nunquam recedit ab eis uoluntas, remittuntur post hanc uitam etiam quo ad culpam, secundùm san. Tho. & Grego.

14. Et potest vnum veniale remitti sine alio, quia non vniuntur in auersione, aut conuersione, vt mortalia, de quibus est secus.

15. Non possunt autem remitti stante aliquo mortali, quia tolluntur per feruorē charitatis sibi contrarium. Vnde & per supradicta remittuntur talia, inquantum illa excitāt feruorem per se, uel remouendo prohibens. Hæc omnia ex aliquo illorum.

16. Qui vult consolationes, quæ proueniunt ex feruore charitatis, studeat per prædicta purgari à venialibus, quæ dicto feruori repugnant.

Casus 15.

QVAERITVR 15. Vtrum liceat alicui rem suam vendere quantum potest? Ad hoc autem soluit Sco. 4. distin. 15. Raymon. in summa, & Archiepi. Et omnes concludunt, quòd non, quia est sententia iuris. 10. quæst. hoc ius. Pro hoc autem sciendum est. 2. 2. q. 77. quòd emptio & uenditio pertinet ad iustam commutationem, ut etiam dicit Aristo. in lib. ethi. de cuius ratione est æqualitas. Vnde oportet pretium esse æquale rei, & econuerso. Et facere contra, est facere contra iustitiam, quod semper est mortale de se, nisi sit quid minimum, uel indeliberatum. Iustum autem siue æquale pretium secundum Innocen. & Ray. est quod communiter currit in illo loco & tempore. Quòd tamen secundum sanct. Thom. non consistit in indiuisibili. Et hoc est, quòd dicit glo. in dicto cap. hoc ius, quòd iustum pretium taxatur secundum existimationem communem, & idem habetur in l. pretia. ff ad l. fal. Et intellige secundum Archie. nisi sit fraus minorantium rerum pretium studiosè, uel augentium. Dicit tamen san. Thom. quòd quando uenditor multum ex uenditione damnificatur, potest uendere & rem & suum damnum. Secus autem si ipse non damnificetur, & uenditor multum iuuetur, quia cùm hoc non sit propter conditionem uendentis, uenderet quod non est suū. Ex istis igitur sequitur

numeratum dares pro pretio infimo, si ratio ne dilationis vadis vsque ad summum ibi sistendo, non peccas, quia stas infra limites iusti pretii. Posset tamen qui vendit, vt seruiat, vendere tē tantū plusquā verisimiliter existimatur valitura tēpore alio. Et hoc si in tempus illud intēdebat seruare. Hoc. n. sētit. Sco. & Archie. & habetur expresse in cap. in ciuitate, extra de vsuris, in cap. fin. Et hic intelligo, quòd à fortiori licet vendere sub hac lege, vt quando venditor voluerit ponat pretium currens, vel vt soluatur pretium, quod erit tali die. Si enim licet nunc rem vendere eo pretio quo valebit tempore quo eam intendo exponere secundum extimationem hominū, multo magis licet eo, quod valebit in veritate. Et hoc fit in casu meo. Et hæc intellige, vt dictum est, quando venditio fit causa amicitiæ, vel beniuolentiæ, aliàs illicitum est, Vide si vis Herue. tertio quol. vltima quæstione. Si autem non intendebat seruare rem, vel non erat probabile rem plus valituram est vsura secundum Archiepisc. & extra eodem, nauiganti. Idem etiam intelligo suo modo de emptore, quia scilicet licet ei nunc soluere minus pretio currente, tantum quantum verisimiliter extimatur res minus valitura tempore acceptionis, argumentū, in cap. in ciuitate, & in cap. nauiganti. Sed contra primo. Nam res tantum valet quantum vendi potest. ff. ad Trebel. l. prima. § si hæc res, & ff. ad l. Falcid. quærebatur, & ff. de furtis. Si quis vxori. §. vltimo, & ff. de dona. causa mortis. Pretia enim rerum non ex affectum singulorum, sed communiter extimantur ff. ad l. Falci. l. pretia. Sol. Glo. in capit. in ciuitate, soluit. quia in isto contractu non fit emptio, & venditio examinatione communi. Sic enim, id est secundū extimationem communem seu currentem tantum valet res quātum vendi potest. Archie. autem 2. parte titu. primo, capit. 7. soluit, quia res tantum valet quantum vendi potest, cessante fraude minorantium pretium. Ego vero dico, vt supra q. prima. Et addo, quòd ad emendum cogitur aliquis non solum propter naturales necessitates, sed etiam ex auiditate lucrandi, sicut qui non curant perdere 10. in emendo, vt lucrentur inde. 15. aut. 20. Secundo. Quia quilibet potest se seruare indemnem. Iste autem venditor, multum damnificatur ex hoc quod suā pecuniam non habet. Sol. cuilibet per se indemnem seruare, sed non cum damno iniusto proximi, quia nemo debet cum alterius iactura locupletari, extra de reg. iur. lib. 6. Et quidem si damnum patitur iste, quia posset de sua re nunc habere pecuniam quam recusat, vt seruiat emptori. tunc potest vēdere damnum suum: si aūt pecuniā habere non pōt & inde patitur damnū, non est æquum, vt emptor faciat eum indemnem ex quo propter emptorem non patitur. Non enim tenetur de damno, quod eius causa non fit. Tertio, quia ita est consuetum iis moribus institutum di. prima. Consuetudo. Immo aliquando præiudicat legi extra. eodem cap. vltimo. Sō. Nulla consuetudo contra naturalem æquitatem pōt esse iusta; secundum San. Tho. Quarto. Quia aliquando creditor facit expensas in exigendo, ergo videtur, quòd liceat ei vendere aliquid plus ad reficiendum suum interesse, maxime cum hac intentione vt nihil plus accipiat si tempore statuto debitor soluerit. Sol. Hoc est laqueus diaboli, quia esto, quòd talem habeat intentionem modo, potes mutari, & potes obliuisci iustū pretium, & potes mori, & pauper remaneret in tuo libro apothecatus. Et præterea difficile est pecuniam oblatam remittere. Si ergo facis expensas, bene est ius, vt tibi facias per illud recompensationem fieri.

Elice conclusiones.

Prima. Quicunque scienter vendit vltra iustum pretium notabiliter, mortaliter peccat, & est vsurarius ex fine, & si non ex forma, si vendat ad tempus, excipiendo tamen, vt infra.

Secunda. Similiter vsura est emere minori pretio, quia soluitur nunc res quæ habebitur in posterum, & mortale si fiat in re notabili.

Tertia. Quando venditor gratia emptoris vendit, quod seruare volebat in aliud tēpus, in quo probabiliter, i. secundum cōem prudentū iudicium extimatur plus valiturum, licet ei vēdere tantum plus quanto plus extimatur valiturum.

Quarta. Si autem non intendebat seruare, vel creditur, quòd non plus valebit, non licet.

Quinta. Licet emptori soluere nunc minori pretio, quàm creditur res minus valitura tēpore quo redditur.

Sexta. Licet tibi vendere rem tuam hac lege ꝙ quando volueris pones pretium, quo posito non vltra conscendens etiam pretio conscendente, nec eo descendente descendens ita tamen quòd pretium ponatur, non quod sit præteritum, sed quod currat quando ponetur, ita ꝙ rem intendebas seruare donec occurreret pretium tibi placens.

Septima. Similiter licet vendere sub hac lege, quòd detur tibi commune pretium, quod communiter curret tali die, si seruare intendis &c.

Octaua. Cuilibet licet plus vendere ad tempus, q̃ ad numeratum, dummodo rei pretium summum non excedatur.

Nona. In contractum istum multi, & sæpe incidunt, & ab eo pauci, & raro resurgunt.

Casus 3.

Quæritur 17. Vtrum venditor teneatur dicere defectum rei venditæ ad quod respondet S.Tho.2.2.q.77.articu. 4. Obscure, & secundo quol.ar. 10. & Angeli. Doctrinam autem Sanctus Tho. sic intelligo. Nulli licet proximo inferre damnum tantum, vt pannus malus. Quidam vero damnum, & periculum personæ vel rerum, vt cibus corruptus seu venenosus, & equus arstinus cadens retrorsum. In primis siue defectus sit secretus siue non, venditor dicere non tenetur, sed sufficit si minuat de pretio rei quantum apprehendit ille defectus quia neque damnum, neque periculum infert emptori. Si tamen pretium non minuit infert damnum. In secundis autem non tenetur si sint publici, secus si occulti etiam si minueret de pretio, quia exponeret emptorem periculo, & dicit Ambro. li.de officijs. In contractibus vitia eorum, quæ veneunt, prodi iubentur. Alioquin quamuis in ius emptoris transierint, doli tamen actione vacuantur. Sed contra, qui Tul. de officijs introducit quendam dicentem. Quidam absurdum, quàm si domini iussu pretio prædiceret, domum pestilantem vendo. Sol. Licet non debeat defectus dici per præconem, quia retraherentur emptores a consideratione bonitatis rei, tamen debet dici accedenti ad emendum, qui potest omnia considerare. Secundo. Quia si tenetur dicere, hoc ideo est, quia dicendo minueretur pretium. Sed hoc est falsum, quia pari rōne vendens frumentū in loco caristiæ, & sciens multos post se delaturos triticum, teneretur hoc dicere, quòd est falsum. So. Non est simile, quia vitium facit rem esse minoris pretii in præsenti, non autem id, quod futurum est, & nescitur. Ideo ille non tenetur dicere.

Elice conclusiones.

Prima. Licet nulli teneamur dare auxilium, nisi ratione caræ, vel necessitatis, tamen nulli licet inferre damnum, vel periculum.

Secunda. Si defectus rei est damnosus, & nō periculosus, non oportet illum etiam occultum manifestare si pretium minuatur.

Tertia. Si autem eo casu pretium non minuatur, peccat venditor, & restituere tenetur.

Quarta. Si aūt nec venditor talem defectum nouit, non peccat quidem, sed tamen tenetur restituere cum nouerit.

Quinta. Si defectus est periculosus, & occultus, sine peccato taceri non potest.

Sexta. Si sit publicus non oportet ipsum patefacere, sed oportet pretium minorare.

Casus 7.

Quæritur 18. Vtrū emens raptū, vel furatū teneatur restituere? Ad hoc respōdet Archiepi.2.parte.titu.primo, & Pisa.tit.restitutio.4. & Ray. & Viliel. & Host. Et secūdū istos distinguitur. Aut enim fecit ignoranter, aut scienter. Si primum sic est possessor bonæ fidæi, nisi vt dicit Ray. ignorantia esset crasa, vel supina, eo quòd lata culpa æquiparatur dolo. extra de consti. vt animarum lib.6. Potest igitur retinere expensas quas fecit tempore bonæ fidei circa rem, & fructus perceptos, extra de in integrum restit. requisiuit. Et si bona fide durante, res periit, non tenetur secundū Ray. & Host. quia non erat in mora. Nec similiter si alienauit, quia desiit possidere dolo. Nec tenetur reddere pretium, quod inde habuit, quia prætium rei furtiuæ non est furtiuum. ff. de fur. l. qui uas. §. finali, quod intelligo non solum si illud distraxit, sed et si extat, quia actio remanet

net uero domino contra secundum emptorem. Si tamen stante re, illam agnoscit furtiuam, tenetur illam reddere cum fructibus extantibus, nec potest à domino petere pretium. C. de furtis. l. in ciuilem, sed agit contra venditorem. Si autem secundum, adhuc distinguitur, quia aut hoc fecit ad vtilitatem suam, aut domini. Si primum, tenetur restituere rem & omnes fructus extantes & consumptos, etiam si solum probabiliter credebat. Nec liberatur alienando, aut si res pereat, quia commisit furtum rem alienam inuito domino contractando. ff. de furtis. l. prima. Et tenetur restituere eam in ea bonitate in qua emit: Immo & in ea in qua fuit tempore intermedio, si qua fuit maior. Concordat Ray. & Hostien. Et idem intelligitur de secundo & tertio emptore tali. Nec potest petere pretium. l. in ciuilem. Si autem ad utilitatem domini utiliter gerens negotium eius, potest repetere quicquid sibi abest, pro illa re, siue pretium siue expensas, & tenetur reddere quicquid sibi pro ea ad est secundū Ray. Et hoc si vtiliter negotium gessit, quia pretium scilicet est modicum, & dominus aliàs non erat habiturus.

Elice conclusiones.

Prima. Qui bona fide ignoranter emit rem furtiuam, tenetur solum de re & fructibus extantibus, nisi ignorantia esset crassa.

Secunda. Talis potest repetere expensas factas in bona fide, non autem pretium, quod dedit, sed agit contra uenditorem.

Tertia. Qui emit ignorantia crassa, tenetur in omnibus eo modo, quo malæ fidei possessor.

Quarta. Qui emit scienter ad suam utilitatem, idest animo habendi pro se rem, vel pretium, tenetur de re, & de fructibus extantibus, & de consumptis, & de omni melioratione rei, etiam si res periit, vel sit alienata.

Quinta. Qui autem ad vtilitatem domini gerendo vtiliter negotium eius, potest repetere pretium & omnes expensas, & tenetur reddere omnes fructus.

Sexta. Licet tali in foro conscientiæ credatur, tamen in foro contentioso secus. Vnde oportet ipsum protestari, quòd hac de causa emat, argumentum. C. de furtis. l. secunda.

Septima. Probabiliter credo, quòd taliter emens paratus reddere uero domino si comparuerit, credens tamen, quòd non comparebit, & consequenter sperans pro se rem habiturum, non peccat, quia uerisimiliter potest de ueri domini uoluntate præsumere.

Casus 19.

QVAERITVR 19. Vtrum liceat emere ab usurarijs manifestis pignora perdita. Ad hoc respondet Archiepiscop. quòd una opinio quæ est Alexand. de ales, & Bonauen. & Sco. d. 15. est quòd in usura non transferatur dominium, secundum quam non possunt emi, vel in solutionem accipi, sicut nec rapta. Sed alia est, dicens, quòd transfertur, sed remanet repetitio, quæ est sanct. Thom. & Goff. & Bernar. & glo. 14. q. 4. si quis, secundum quam possunt emi, vel in solutionem accipi. Et ista inquit est communior, & mihi magis placet. Nam ista emptio non est contra aliquam legem scriptam, cùm tamen lex prohibeat emere raptum. C. de furtis l. in ciuilem, & consequenter intelligitur esse concessa, argumentum. 13. quæst. 2. ebron. Non est etiam cōtra legem naturæ ex hoc, quòd fœnerator efficiatur impotentior ad restituendum, quia propre accipit pretium, aut quia fiat iniuria domino pignoris, quia scienti & consentienti non fit iniuria nec dolus, extra de regu. iur. lib. 6. Ergo licet.

Item domini & communitates uolunt talia pacta esse rata, quia aliàs nullus uellet fœnerari publice, quod multum obesset ciuitatibus, licet non impediant, vel statuant quin fiat repetitio, quòd tenerentur in solidum, & statuentes, ac obseruantes essent excommunicati, extra de usuris, & graui, in cle. Ergo idem, & præcipue, quia inquit nullus doctor à me lectus hoc dicit expresse. Sed contra, quia secundum Ambro. usura est rapina. 14. quæst. 4. Si quis. Raptum autem emi non potest. Solu. Est rapina, idest quid illicite acquisitum. Intellige autem nisi res sit futura, aut si sacra, quæ scilicet pignori dari nequit, ante factum tamen prohibendum est, quia materia est dubia, hęc omnia il-

le. Cum eodem uidetur sentire magister Petrus Bergo, qui uiso S.Tho. 2.2.q.78.ar.3 & tertio quolib. q.7.arti.2.& 4 dist.15.q.1.arti. 4.q.2. Dicit quòd non transfertur dominiũ in lucro vsurario. & intellige si habet vsum à proprietate distinctũ, sed secus in pignore perdito ratione pœnæ positæ in contractu. Vnde elice istam conclusionem, quòd omnibus est dissuadenda ista emptio ratione dubietatis, sed tamen nolenti desistere, non est neganda absolutio, nec aliquis post factum cogendus est restituere.

Casus 20.

QVAERITVR 20. Vtrum emens blada, vel alios fructus tempore eorum, vt postea carius uendat, peccat? Ad hoc respondetur secundum Archie, & Ray. & Guiliel, ꝙ hoc lucrũ ex se est turpe. 14.q quicunque, ideo oportet quòd honestetur aliquo bono fine. Si ergo quis hoc facit ad bonum communitatis, vt Ioseph, sic est meritorium secundum Ray. Si uero facit ad prouisionem suam, non vt uendat, & tamen postea uendit, est licitum secundum Guil. Ray. & Innocen. & à fortiori si facit, vt inde eleemosynam faciat, dummodo communitas per caristiam non lædatur ut dicit Archiepis. Si uero vt negociando lucretur vitam suam & suorum, licet secundũ Guliel. maxime si aliud negotiationis genus facere nescit, & non habet unde sustentetur, dummodo non intendat carestiam. Si uero facit ex auaritia, vt alii compellantur ab eo emere & ipse uendat suo modo, aut si intendat caristiam, est mortale secundum Guiliel. & tenetur restituere pauperibus, secundum Ray. & 14. q. 5. qui habetis, quòd secundum Guiliel. est uerum de honestate, sed non de præcepto. Concordat prædictis san. Tho. qui 22. dicit, quòd secundum Philoso. 1. Politico lucrum mercatoris de se est turpe, quia ordinatur ad seruiendum cupiditati, ideo oportet, quòd honesto fine honestetur, qui est pro seruitio sui, vel eleemosyna ad pauperes, vel opulentia communitatis. Et subdit, quòd bonus mercator omnes istos fines debet intendere.

Elice conclusiones.

Casus 21.

QVAERITVR 21. Vtrum liceat mercari? Ad hoc respondeo secundum Pisa. titu. emptio. & Petrum de Ancha. in ca. 1. de vsuris lib. 6. & Archie. 3. parte titu. 8. & S.Thom. 2.2.q 77. & dico, ꝙ cùm duplex sit commutatio, una scilicet rei ad rem, uel rei ad pecuniam, ordinata ad necessitatem uitæ, & alia pecuniæ ad pecuniam, vel rei ad pecuniam, ordinata ad lucrum. Prima pertinet ad iconomos & politicos, qui habent prouidere domui, vel ciuitati. Secunda uero ad mercatores, ut patet 1. Politico Mercator igitur est, qui emit aut uendit, ut inde lucretur. Quærere igitur utrum liceat mercari, est quærere utrum liceat emere, ut uendatur carius. Et dico ꝙ clericis hoc non licet, secundum San. Thom. & distin. 88. fornicari. Laicis autem licet eo modo quo dicetur in conclusionibus. Sed contra, quia Chrysost. super Matth. dicit, quòd nullus debet esse mercator, quia nullus mercator potest Deo placere, distin. 88, eiiciens. Vnde Psalmus. Quoniam non cognoui negotiationem. Solu. Dicit San. Tho. quòd ista intelliguntur de iis, qui ibi ponunt finem. Licitum igitur est in aliquibus casibus mercari.

Conclusio. Prima, Licet carius rem uendere, quàm sit empta secundum Archiepisco. quando emitur in magna quantitate & uenditur ad mutuum, quia tales laborant discurrendo, exigendo, reuidendo, scribendo, &c. Et dignus est operarius mercede sua. 32. quæst. 1. Quicunque & Luc. 10.

Secunda. Et secundo secundum Petrum de Ancha. & San. Thom. si res mutetur in se, vt equus factus formosior. Et tertio secundum eosdem si mutetur pretium ratione tẽporis. Et quarto secundum eosdem si mutetur pretium ratione loci. Et 5. secundum S. Thom. ratione periculi & laboris in transferendo vel faciendo fieri aliquid, sed hoc reducitur ad prædicta.

Tertia. Non apparet clare secundum Archiepisco quòd sit iustum, ut aliquis emat rem intentione statim reuendẽdi, rem immutatam in eodem loco & tempore. Immo dicit Nider. 7. præcep. capit. quinto, l. quod

talis

talis esset à Republica exterminandus, quia nocet vtrique eorum. qui uellent iconomice commutare. Et ut mihi uidetur, ista sunt uera de emente tali intentione, secus si quis emat vt rem aliàs reuendat tanquam reta gliator, & statim occurrit sibi ad uendendum, Iste enim iam fecit partem sui laboris, ratione cuius dictum est, quòd licet ei lucrari.

Quarta. Talis qui non emit, vt statim uendat, & tamen statim uendit, potest uendere & emere iusto pretio, & tamen lucrari, quia iustum pretium non consistit indiuisibiliter.

Quinta. Omnia prædicta intelliguntur cō currentibus conditionibus requisitis ad istas commutationes esse licita; quæ scilicet sunt, vt vtraque pars sit libera nón coacta & quòd res sit uendibilis, & quòd sint sine fraude in substantia, vel quantitate, vel qualitate rei & quòd commutantes habitualiter uelint iusti in uile nocere, & quòd pretium rei sit æquale, & quòd finis sit honestus quo ad mercatoriam commutationem.

Casus 22.

Quæritur 22. supposito, quòd vsura sit peccatum, quare sit peccatum? Ad quod respondeo, quòd sicut docet experientia, & dicit San. Thom. 2. 2. quæstio 78. & tertio quol. q. 7. articu. 2. res sunt in duplici differentia. Nam quædam sunt, quæ suo usu proprio totaliter consumuntur, vt nihil eorum remaneat in se ipsis, vt panis & uinum; vel quo ad utentem, ut pecunia. Quædam uero non consumuntur totaliter, ut domus & equus. Et in primis quidem cuicunque conceditur rei usus conceditur etiam rei substantia, & in illum transfertur dominium rei; non autem in aliis. Vnde ridiculum est dicere accomoda mihi panem istum donec eo utar, non sic autem de equo. Sicut igitur patet ex S. Thom. 2. 2. ubi supra. sumitur generaliter, & est pretium, quod soluitur pro usu rei, & specialiter, ut est peccatum, & sic usura est pretium, quod soluitur pro usu rei, quæ usu proprio ex toto consumitur. Et notanter dicitur pretium, quia quod sumitur pro interesse damni emergentis, uel quod gratis offertur, non est usura, quia nec pretium usus. Et ad hoc deducitur diffinitio Ray. cui concordat Innocen. extra eodem cap. graui scilicet usura est lucrum ex mutuo pacto debitum, uel exactum. Nota ex mutuo. Proprie enim illud solum dicitur mutuum, quod non potest concedi ad usum sine translatione dominii. quia secundum ethimologiam nocabuli mutuum dicitur meum, tuum quia scilicet, quod est meum fit tuum, translato domino. insti. q mo. re contra. ob. 8. mutui cum aliis concord. Large tamen sumitur aliquando motuum pro concesso, & sic aliquando licet inde lucrari, ut quando conceditur liber, uel equus. Et ad idem redit diffinitio. Goff. dicentis. Est omne lucrum sorti accedens intentione præcedente, uel pacto, & intellige intentione principali. Est igitur usura peccatum non solum secundum philosophum, sed etiam secundum scripturam utriusque testamenti, ita quòd asserens contrarium pertinaciter est hæreticus, ut in cle. ex graui.

Et ratio est secundum San. Thom. 2. 2. ubi supra, quia in his, quæ usu consumuntur, in quibus consistit usura, non potest seorsum concedi usus à re, sed cuicunque conceditur usus, conceditur substantia rei per dominium. Igitur si quis uellet seorsum uendere uinum & usum ulni, aut uendit quod non est. aut idem uenditur bis. Et simili modo iniustitiam committit, quia vult sibi pro mutuo fieri duas recompensationes scilicet capitalis & usus rei. Potest etiam dici, quòd ratio huius est, quia uenditur usus rei alienæ, idest rei cuius dominium iam non est penes uendentem, & redit in idem cum priori ratione.

Sed contra uidetur, quòd non sit peccatū, quia dicitur Deute. 23. non fœnerabetis fratri tuo, sed alieno, immo promittitur in præmium eiusdē. 28. fœnerabetis gentibus multis, & ipse à nemine &c.

Solū Fœnerari alieno non fuit iudæis concessum, quasi liceret, secundū S. Tho. sed permissum ad uitandum maius malum, ne. s. acciperet usuras à fratribus suis propter auaritiam, qua erant dediti. Cùm uero dicitur fœnerabetis &c. sumitur fœnerati pro mutuare, quòd est signum abundantiæ, qua iudæis promittebatur. Multa alia argumenta habens.

habes, secunda secundæ. vbi supra.

Elice conclusiones.

Prima. Vsura nunquam fuit licita, sed est contra legem naturalem Mosayeam, Euangelicam, & canonicam, & dicere oppositum, est hæreticum.

Secunda. Omne lucrum accrescens ex mutuo interueniente pacto, vel intentione principali, est usura.

Tertia. Lucrum accrescens mutuo ex beniuolentia gratis dantis etiam si interuenit intentio secundaria, non est vsura.

Quarta. Lucrum accrescens ex vsu principali argenti mutuati non monetati, non est vsura, nec similiter si argentum sit monetatum, sed tamen signatum, ita scilicet, quòd idem numero sit restituendum, quia tale argentum vsu non consumitur.

Quinta Qui mutuauit pacto, vel principali intentione, vt quis iret ad suam apothecã est usurarius, & tenetur restituere non illi cui mutuauit secundum Ioan. de Lig. & Ioan. Calde. sed pauperibus tantum quantum estimatur ille concursus ad apotheeam.

Sexta. Qui mutuat granum uetus, vt recipiat nouum, principaliter intendens illam meliorationem, est usurarius, secundum Ray. Goffre. & Host. secus si facit ne suum pereat & alteri faciat gratiam.

Septima. Dominus mutuans rustico, vt colat suam possessionem, est vsurarius, si ratione mutui uult sibi de aliquo responderi, non aliter secundum Grego. de Ari. & Lauren. de Ridol. quia redimit ius suum.

Octaua. Qui mutuat, vt sibi remutuetur cessante pacto, non peccat, secundũ aliquos.

Casus 23.

QVAERITVR 23. Vtrum usurarius teneatur restituere quicquid acquirit ex lucro vsurario. Ad hoc respondet S. Thom. 2. 2. q 78. & 3. quolid. q. 7. ar. 2. dicens. In his quorum vsus est consumptio, non tenetur homo nisi de eo quod accepit, quia fructus harum rerum non dependet ex eis. sed ex industria humana, nisi dominus illius rei fuerit damnificatus, quia tenetur & ei recompensare si quid amisit de bonis suis. Item secundum aliquos, quia si iste tenetur reddere lucrum pecuniæ vsurariæ, ille cui mutuauerat posset recipere lucrum ex sua pecunia, & sic vsura esset peccatum. Cum S. Thom. est Ricar, Petrus de Palu. & Ioan. Andr. & Ioan. Calde & Ray. & Guliel. & Pisa. Alii tamen aliter tenent. Si autem sit res, quæ vsu non consumitur, tenetur etiã de fructibus secundum omnes, quia fructus sunt ipsius rei, & ipsa res est in dominio spoliati. Sed contra uidetur, quòd totum teneatur restituere etiam in illis. Primo Nam si radix sana & rami, Rom. 11. Ergo eadem ratione si radix infecta, & rami. Sed radix huius lucri fuit infecta, quia vsura. Ergo & omne acquisitum ex ea. Solu Non est simile de radice & pecunia illa, quia radix non solum habet rationem materiæ, vt pecunia, quæ est materia solum, sed etiam aliqualiter causæ effectiuæ inquantum ministrat nutrimentum secundum S. Tho. Secundo. Nam in ca. cùm tu. extra, de vsuris, possessiones emptę ex pecunia vsuraria mandantur vendi, & pretia resti tui. Ergo eadem ratione & omne ex tali pecunia acquisitum. Solu. Non mandantur possessiones restitui, quia forte plus valebant quàm vsuræ extortæ, sed ipsa pretia, quia scilicet possessiones erant quidem obligatæ spoliatis, sed non erant suæ, sed vsurariorum. Tertio. Non habet vsurarius maius ius in re empta ex pecunia vsuraria, quàm in ipsa pecunia, quam reddere tenetur. Ergo tenetur reddere rem emptam. Solu. Immo plus iuris habet in illa re empta, quia debetur ei propter pecuniam, sicut propter causam instrumentalem, sed propter suam industriam, sicut propter causam principalem.

Conclusio prima. Hæc est. Qui per vsuram aliquid lucratus est, cuius vsus est ipsa consumptio, non tenetur de fructibus.

Secunda. Secus si sit res, cuius vsus sit distinctus à re.

Tertia. Tenetur tamen vsurarius spoliato de omni interesse damni emergentis, quicquid sit de damno lucri cessantis.

Casus 24.

QVAERITVR 24. Vtrum tabellio scienter conficiens instrumentum vsurarii contractus, peccet mortaliter? Ad hoc autem secundum Hostien. & Petrum, & Pisa. & Archiep

2. par-

2.parte titu.9.respondetur, quòd sic, quia est periurus, cùm iurauerit se tales contractus nõ recepturum. Et consequenter est infamis. 6.q. 1.infames, & cap. quicunque. Et nota ex S. Tho.2.2.q 98. ꝙ periurus iuramento assertorio non est infamis ipso facto, sed solum postquam est conuictus, & contra eum lata sententia, sed in permissorio est ipso iure infamis, quando fuit solenniter factum. Et tale videur esse iuramentum notarii. Vnde credo, quòd sit infamis, quàm primum est notorium. Et consequenter non debet admitti ad testimonium, vt in dicto cap. quicunque, & 22.q.5. paruuli, etiam si de hoc egerit pœnitentiam, extra de testibus, testimonium. Nec vltra possunt tales instrumenta conficere secundum Hostien. Item debet eis imponi grauis pœnitentia. 22.q6.5. Quicunque sciens periurauerit.60.dies in pane, & aqua ieiunet, & septem annis pœniteat. Sed quis potest talem restituere, vt conficiat instrumenta? Dico, quòd ille qui potuit eum instituere notarium, quia non est nunc habilior ad illud officiũ quam ante suam infidelitatẽ. Sed nunquid tenetur restituere? Dico, quòd non tenetur de pecunia quàm pro opere suo etiam illicito receperit, licet videatur, ꝙ debeat pauperibus erogari argumentum. 14.q. 5.non sane. Vtrum vero teneatur restituere vsuras. Gerar. distinguit, quia si instrumentum ponit contractum vsurarium sub forma liciti contractus, vt puta, quia scitur esse pignoratio, & tamen dicitur, quòd est venditio: aut scitur, quòd sunt 100. & tamen dicitur, quòd sunt 90. ita quòd iustificatur contractus iniustus, tenetur quòd efficaciter cooperatur. Et hoc nisi faceret in fauorem accipientis mutuum, puta quia indiget, & ille aliter non vult mutuare. Tunc enim licet peccet mortaliter, tamen non tenetur, argumentum.23.quæstio.5. de occidendis. Si autem in strumentum facit mentionem de vsura non tenetur, quia non cooperatur efficaciter, cùm ille se possit in iudicio iuuare. Et hoc nisi in loco vbi esset consuetudo iniqua, aut iniustum statutum, quod per talia instrumenta cogerentur debitores, quia tunc tenetur. Sed contra, quia multi sunt tales, est autem inconueniens quod tot damnentur. Solutio. Licet sit inconueniens, est tamen verum, supposito quòd tot male viuant, & male moriantur.

Elice conclusiones.

Prima. Omnis talis scienter sic conficiens, est periurus, & peccat mortaliter.

Secunda. Omnis etiam talis est infamis si sic conuictus, aut etiam notorius, & suum testimonium est inualidum etiam post pœnitentiam, & grauiter est puniendus. &c.

Tertia. Talis non potest instrumenta conficere, nec restitui, nisi per eum qui possit eũ creare, vel superiorem.

Quarta. Non tenetur restituere, quòd pro suo opere accepit, licet videatur, ꝙ sit dandũ pauperibus.

Quinta. Tenetur autem de vsuris si vsurarium contractum iustificat, nisi faciat in fauorem spoliati.

Sexta. Non tenetur vero si vsurarium contractum ponit sub propria forma, nisi vbi per eius instrumentum non posset se iuuare ratione consuetudinis, vel statuti.

Septima. Non est mirum, quod multi damnentur, quia multi non cauent à peccatis.

Casus 25.

Quæritur 25. Verum cõmittat vsuram creditor, qui adueniente termino solutionis, nõ vult prorogare terminũ, nisi data pecunia? Ad hoc respõdetur scd̃m Archie.2.parte tit.1. quòd si hoc agit solũ rõne temporis, non pro euitando damno, vsura est, extra de vsuris Cap. consuluit. Si aũt hoc facit pro euitãdo damno emergente, scilicet ne oporteat eum accipere sub vsura, aut aliquid distrahere vili pretio, non est vsura secundum eundem, quia secundum Ray. non debet grauari ex seruitio impenso. Et addit Petrus de Ancha. super cle. ex graui, de sepul. ꝙ idem est de damno lucri cessantis, si pecuniam intendebat exercere, secus si seruaturus erat in archa, cui videtur concordare. S. Tho.2.2. quæst.62. dum tamen non exigatur totum lucrum, quod erat futurum, sed tantum quantum valet illud lucrum sub dubio in quo est.

Elice conclusiones.

Prima. Non est vsura prolongare terminum exacta pecunia, ad euitandum damnum emergens vel etiam lucrum cessans, quando suam pecuniam quis intendit exercere, licet

cet debeat computari periculum lucri.

Secunda. Est autem usura si fiat ratione dilationis solum, aut si pecuniam nolebat quis exercere.

Casus 26.

Quaeritur 26. verum sit usura in hoc contractu. Petrus de furno mutuat Henrico de puteo, ad instantiã eius 20. aureos, quibus emere volebat merces aut possessiones, hoc pacto quod Henricus reddat ei capitale, & lucrum, quod verisimiliter erat facturus? Ad hoc autem respondet Archi. 2. tit. 1. cap. primo, & Pisa. titu. usura primo. Ray. Anto. de Butrio Hostien. Innocen. Ioan Andr. Ioan. de lign. Lauren. de Redol. & S. Tho. 2. 2. q 78. & omnes concedunt, quòd licet Petro accipere interesse damni emergentis, praecipue S. Tho. quia hoc non est vendere usum pecuniae, sed uitare damnum. Idem Anto. de Burrio in cap. salubriter extra, de usuris, & Ray. & Hostien. & Innocen. Sed quantum ad interesse lucri cessantis, est magnum dubium quibusdam. Nam Inno. extra de usu. in cap. i. si dicit, quòd est usura, nec sciret hoc excusare. Et idem dicit Ioann. Andr. & Ioann. calde. Ratio istorum est, quia pararetur via ad foenus. Sed Hostien. in eodem capitu. salubriter, tenet oppositum, & idem Ioan. de ligna. & dominus Anto. de Butrio. Ratio istorum est quia cessante omni fraude, videtur ille Martinus teneri Petro pro lucro, quòd verisimiliter erat facturus. Sed Lauren. de redol. dicit, quòd ante factum omnibus prohibendum est, sed post in foro conscientiae si nõ fuit fraus, nec accepit, quis totum lucrum; sed deduxit periculum, non est cogendus talis restituere. Ego vero dico, quòd contractus est licitus, nec paratur uia ad foenus nisi uolentibus foenerari, quibus etiam non paratur uia ad foenus, sed pallium ad palliandum foenora. Sed non oportet hac de causa tacere ueritatem. Et hanc uiam sequuntur tres praedicti & Pisa. & Ray. & Vilhel. & Archie. qui licet dicat hoc non debere fieri tamen in praedicto loco in parapho. 26. ubi agit de domo &c. dicit hoc esse licitũ. S. Tho. autem uidetur esse contrarius, sed loquitur quando lucrũ non est certum. Si quis tamen sic facit, extra casum necessitatis praecibus amici secundum Archie. est usurarius, quia conuincitur quod potius uellet mutuare quam exponere pecuniã in mercantiis. Sed hoc intellige in foro contentioso, quia in foro conscientiae statur intentioni, quã se dicit habuisse.

Elice conclusiones.

Prima. Casus non est dubius in damno emergente.

Secunda. Similiter non est dubium post factum, quod non est quis cogendus inuitus restituere, etiã si quid acceperit pro lucro cessante, quia plures, & melioribus fundamentis hoc concedunt.

Tertia. Ante factum autem casus est aliquibus dubius in lucro cessante, & securius est tenere, quòd non licet, sed suppositum est uerius.

Quarta. Qui sic facit extra necessitatem praesumitur usurarius, qui hoc facit libenter, id est quia quantum est de se, & pro sua utilitate mauult hoc, quàm illud, est uere usurarius.

Casus 27.

Quaeritur 27. Vtrum sit usura, debitore existente in mora recipere interesse? Ad hoc dico, quod si iteresse damni emergentis applicatur non tibi, sed praeterito, ut quia debitor non soluit tibi, oportet te soluere usuras alteri, sic licet secũdum omnes doctores extra de usur in ca. primo. Similiter si applicatur tibi, quia oportet te uendere rẽ uiliori pretio, etiam licet secundum glo. in c. eõ questus, & notat Innoc. in cap. nauiganti. Immo etiam licet in lucro cessante, secundum Archie. quod etiam probari potest ex supra allegatis Vt uerbi gratia uendidi tibi praedium, & non soluis in termino, & tamen fructus facis tuos, possũ elapso termino, exigere usuram pro fructibus, non ut usuram, sed ut interesse, argumentum. 14. q. 4. quoniam, & est expresse textus. C. de usuris. l. usuras, & si daretur mihi ipsa possessio in pignus, licite perciperem fructus, cum aliàs esset usura. Vtrum uero ante ipsum solutionis terminum possim accipere fructus? Solutio. Petrus de Anchara. & Baldo. dicunt, quòd sic. dum

modo

modo quando emptor soluit tantum detur sibi de possessione pro rata, quantum soluit de precio, quia non uidetur æquum, ꝙ ille fructus & pecunias habeat. Sed Theo. ut dicit Archie. non approbant hoc, quia uidentur illi fructus haberi ratione dilationis temporis, quòd sapit usuram, extra de vsu in ciuitate. Potest tamen, inquit, fieri pactum in pœnam, & non in fraudem, quod si infra certum terminum non soluerit, fructus amittat. Ego dicerem, ꝙ uenditor potest percipere fructus quando possessio est sua, & non aliàs ante morā. s. ante terminum solutionis, nisi forte uendidisset principaliter ad seruiendum amico, quòd non est in casu. Igitur si uenditio fiat nunc absolute, & nunc detur mihi medietas pretii, si percipio fructus reliquæ medietatis percipio rei non meæ, & sic intellige theologos. Si vero fiat uenditio conditionata. i. ut statuatur quidem pretio, quo ego spondeo prædium me uenditurū quando exhibebis pecuniam, sed non intelligatur facta actualis venditio nisi actu exibeas pecuniam, & interim prædium stat periculo meo, sic quòd si raperetur à flumine, vel deterioraretur, damnum esset meum, sic uerum est dictum Barto. & legistarum. Aliud est. n. vendere nunc, atque aliud nunc spondere, & obligare me uenditurum tali pretio infra annum, quia in primo casu apud me nō stat dominium, sicut in secundo.

Elice conclusiones.

Prima. Quando debitor est in mora, licet accipere interesse damni emergentis cuicunque applicetur interesse.

Secunda. Idem etiam est de interesse lucri cessantis.

Tertia. Si prædium absolute uendatur, nō licet ante terminum solutionis percipere fructus pro rata pretii non soluti.

Quarta. Si autem uendatur conditionate, siue fiat sponsio de uenditione fienda in posterū pro rata pecuniæ numerandæ secus est.

Quinta. Post terminum autem solutionis, licet mihi accipere interesse pro fructibus, vel ipsos fructus si mihi dictum prædium pignori detur quod intellige si patior interesse saltem lucri cessantis.

Casus 28.

QVAERITVR 28. de iustitia huius contractus? Petrus de furno, mutuat Henrico de puteo, aureos. 100. accipiens in pignus domum ualentē 100. & 30. paciscendo, ꝙ si infra annū nō soluat Henricus, cedat debitum in commissum. & illa pignoratio fiat. Ad hoc dicitur secundum Archie. quòd iste casus includit illum, in quo pœna posita est in contractu, ideo aduerte, quòd si pœna ponatur à iudice, ad coercendam contumaciam debitoris, licite creditor istam potest exigere. argumentum. 23. quamquam. ff. de iudi. quæ auctoritatem. Idem sentit Ray. & Hostien. & Innocen. in cap. suam. extra. de pę. Similiter si apponatur de consensu partium, ut saltem metu pœnæ soluat, argumentum extra de arbitris, dilecti. Et concordat Hostien. & Viliel. & Innocen. ubi supra. Excipitur autem quando a principio fuit intentio corrupta, quia putabat, quòd non posset soluere. In foro contentioso sunt multæ præsumptiones contra tales; de quibus ego, qui in conscientia loquor, non curo. Est autem etiam idem de pœna legali, etiam si sit lex municipans, sicut alicubi statutum est, quòd tutor teneatur pupillo ad 5. pro centum. si non exponat eius pecuniam in possessione. Tutor enim etiam si nihil lucretur, tenetur secundum Archie. ad hanc pœnam, qnia nomine suo pecunia vsus est. Ad quæstionem igitur distinguo. Si. n. Petrus non computauit usumfructum in sortem, contractus non tenet, & elapso termino tenetur de domo, & de usufructu, quia cōtractus non tenuit, sed fuit usurarius, & radice uiciata &c. 1. q. 1. vulneratio. Secus autem si computauit, quia est conuentionalis, hæc omnia Archie.

Elice conclusiones.

Prima. Licitum est (communiter & regulariter) pęnam exigere positam à iudice sine fraude & similiter conuentionalam, & legalem etiam municipalem.

Secunda. Qui mutuat super domo uel alio pignore, & fructus computat in sortem non peccat.

Tertia. Et si sic computando, fiat pactum quòd infra annum si non redimatur debitū cadat

cadat in commissum, sic quòd impignatoris iam sit uenditio, licite tenebit pignus creditor, etiam si plus ualeret.

Quarta. Si uero non computat dicto modo tenetur restituere pignus & fructus, quia contractus non tenuit.

Quinta. Poterit tamen elapso termino si damnificatur ex carentia suæ pecuniæ, petere suum interesse. Hæc omnia ille.

Sexta. Non videtur honestum in omni euentu expetere pœnam, immo nec licitum quando debitor sine sua culpa factus est impotens ad soluendum. Pisanus. Et intellige in foro conscientiæ quicquid sit secundum leges.

Casus 29.

QVAERITVR 29. Vtrum sine usura possit gener pro dote in poste rum numeranda recipere ad 6. pro centum? Ad hoc respondet Archiepis. 2. par. ti. 1. cap. 7. & Ioan. de Ligna. & Paulus & Lauren. de Rodol. & Anto. de Butr. & multi alii.

Pro quo nota, ꝙ decretalis in c. salubriter, extra de vsu & lex. ff. de doli exceptione. l. pater. dicit, ꝙ gener sustinens onera matrimonii, puta, quia nutrit vxorem, non tenetur computare fructus possessionis obligatæ. Nã propter onera fructus dotis sunt mariti. C. de iure doti. pro oneribus. Sed an liceat etiam aliquid recipere ex pecunia promissa. Ioan. And. in dicto cap. dicit, quòd non. Tùm quia Papa de hoc consultus respondit solum de possessione. Tùm quia pecunia de se non fructificat. Cum eo sentit Ioan. de Lig. Sed Paulus de Leazar. tenet, ꝙ licet, quia æque iste, vt ille sustinet onus. Et Papa idem respondisset, si fuisset interrogatus de pecunia. Dicit etiam, quòd pecunia fructificat hominis industria, sicut & terra. Vel dic quòd licet pecunia non fructificet, tamen vxor manducat & vestit, & hoc pater tenetur subleuare. Vnde hoc non petitur, ut fructus pecuniæ, sed, ut interesse. Cum isto uidetur esse Ioan. Calde. & Petr. de Anchar. Veritas autem est quam tenet Archiep. & Lauren. de Rodul. & Anto. de But. & Guil. secundum quos dicitur, quòd si socer est in mora, idest post terminum statutum soluendæ dotis, tunc licet eo modo quo dicetur in conclusionibus. Si autem non est in mora, idest ante dictum terminum, non licet. Verumtamen uidetur mihi (licet aliis videatur aliter) quòd hoc intelligitur quando à principio non fuit conuentio, quòd ante talem terminum aliquid recompensaretur pro oneribus, secus ubi interuenisset pactum, quia sicut paciscimur de dote licite, ita & de hac solutione, cùm hoc sit pacisci de pretio expensarum & non de fructu pecuniæ. Si uero non fiat pactum, præsumitur gener suscipere in se onus expensarum vsque ad terminum solutionis. Vnde si quid peteret, retorqueretur in vsumfructũ pecuniarum. Notandum tamen est, ꝙ mulier relicta secundum. Inno. & Hostien. non potest percipere fructus possessionis impignoratæ pro dote reddenda, quia non habet eam causam, quam habebat maritus viuus. Et intellige quando ipsa de hoc est contenta. Secus autem secundum Archiepis. quando illi quorum interest, non possunt, aut non uolũt soluere.

Elice conclusiones.

Prima. Licitum est genero pro oneribus matrimonii percipere fructus possessionis impignoratæ pro dote solum, postquam socer est in mora. Et sic intelligitur cap. salubriter. Et intellige deductis pactis à principio.

Secunda. Idem est etiam iudicium de recipienda pecunia ad 6. uel 5. pro centum, saltem quando gener pecuniam dotis erat expositurus.

Tertia. Ante terminum uero non licite percipiuntur illi fructus, aut illa pecunia. Et intellige tanquam pretium usus pecuniæ totalis, quia secus est si percipiuntur ex iure pacti super oneribus factis à principio.

Quarta. Filii mariti eo tempore quo non tenentur restituere dotem, sed alere relictam, non habent dictum priuilegium secundum Ioan. Andreã & Ioan. de Lig. post Hostien. quia statim possunt reddere possessionẽ mulieri. & consequenter seipsos exonerare.

Quinta. Ipsa etiam mulier tenetur tales fructus computare in sortem secundum Hostiensem & Innoc. nisi quando dotem habere non potest. Sit ergo cauta, ut possessionẽ non accipiat pignoratam, sed faciat distrahi, uel accipiat insolutum.

Sexta. Ista onera debent esse certa, sic ꝙ si sunt ut decem, & fructus ut duodecim, tenetur

petitur gener de duobus, quia aliàs est contra æquitatem.

Casus 11.

Quæritur 30. Vtrum vsura sit vt pignore obligatio? Ad hoc respondet S. Th. 2.2.q.78. & Archiepis.2.par.ti.1.ca. 7.& Pisanus.& multi alii. Ideo aduerte, vt dictū est, quod quædam res vsu ipso consumuntur, & quædam non. Et ista distinctio colligitur institu. de vsufru. per totum, & ibi vestimenta ponūtur in primo genere, licet oppositum habeatur. ff. eodem, sed si quid. Et quicquid sit de concordantia glos. in institu. tamen vestimenta sunt in secundo genere, quia eis vtimur, salua substantia, excepto si sint æstimata, quia tunc tenent vicem pecuniæ. Igitur secūdum prædictos si res sit, cuius vsus mensuratur pecunia seorsum à re, si ille vsus non computetur in sortem in iustitia. Et si hoc sit de voluntate domini, est vsura, cum ibi sit mutuum, aliàs est furtum. ff. de fur. l. pignore. Et hoc nisi pignus sit tuum, & iniuste detentum, vt patet de possessione ecclesiæ. extra de vsuris. c. 1. Est autem eadem ratio de possessione laici secūdum Io. Andreæ, Hostien. & Ioan. de Lig. Secus autem si res vsu suo consumitur. Et si quæras, quid sit circa hoc faciendū, dico, quòd subuenias si potes sine lucro, & cum securitate. Si vero non potes, eme cum pacto de retrouendendo, quia licitum est secundum Ray. & P. sa & Hostien. & Inno. in cap. ad nostram & secūdum multos doctores, vt notat Anto. de Butr. extra de vsuris in c. cum dio ceſi. Et hoc si fuit sine fraude, quæ præsumitur si pretium sit notabiliter modicum aut si fiat conditio, quòd aliquid plus reddatur, aut si emptor consueuit fœnerari, extra de pigno. il lo vos.

Sed contra videtur, quòd liceat. Nam sic mutuādo fit, quod vult charitas. Sol. Verum est quidem mutuando, sed non deprędando vltra sortem. Secundo, quia ille voluntarie dat, quod suum est, scilicet fructus. Sol. Dat voluntarie eo modo quo quis voluntarie proiicit merces in mare ne submergantur. Iste enim vult dare, quia aliàs tu non dares. Tertio. Nam ibi est æquitas iustitiæ, quia vnus pignore vtitur, vt alius pecunia. Sol. Immo non est æquitas, sed iniquitas, quia vsus pignoris aliquid valet seorsum à pignore, non autem vsus pecuniæ.

Elice igitur conclusiones.

Prima. Vestimenta, iocalia, & omne quod vsu suo non consumitur in totum, habent vsū distinctum à re, & cōsequenter per vsum talium aliquid licitè percipitur.

Secunda. Quæ suo vsu penitus consummūtur, non habent vsum distinctum à re, nec pro vsu eorum licet aliquid accipere.

Tertia. Qui vtitur pignore cuius vsus est consumptio, non tenetur aliquem fructum computare in sortem.

Quarta. Secus si pignus vsu non consumitur aliàs est vsura, vel furtum.

Quinta. Excipitur quando pignus est tuum, & vt restituatur si non est tuum, sed tamen creditor iniuste tenet aliquid tuum, quod habere non potes.

Sexta. Contractus emptionis cum pacto de retrouendendo, est licitus, si recta intentione fiat, vt scilicet vere emptor habeat intentionem emendi, & fructus omnes facit suos, de hoc tamen infra diffusius.

Septima. Si autem ibi sit fraus, quia scilicet est pignoratio, quamuis instrumenta sonent quòd sit venditio, secus est.

Casus 12.

Quæritur 12. Vtrū emens prædium cū pacto retrouendendi illud, si summa exhibita infra certum tempus restituatur, possit instante tali tempore percipere fructus ex tali re empta? Videtur. n. quòd non. Primo, quia Leui. 25. dicitur, quòd tales fructus in tali casu sunt computandi in sortem. Ait n. ibi Dominus. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit proximus eius poterit redimere. Et inde computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit, & quod residuum est reddet emptori. Secundo, quia in tali contractu uenditionis non transfertur dominium in emptorem ergo fructus percipit rei non suæ. & consequenter tenetur restituere. Patet autem antecedens. Primo, quia talis venditor non habet liberam voluntatem uendendi. Secundo, quia nulla venditio facta sub conditione

ne est vera venditio secundū iura, vt dicitur, & consequenter prædicta venditio deficit à ratione veræ venditionis. Tertio principaliter, quia vt quidam referunt secundū Hostien. & Ioā. Andr. in cap. ad nostram, extra de emptio. & vendi. talis contractus est inuentus ab vsurariis ad palliandum vsuras, ideo cauendus est. Quarto, quia super isto contractu variè sentiunt doctores, & docti viri, ergo est dubius, & consequenter cauendus, & via tutior eligenda, iuxta notata per doctores in cap. in ciuitate, extra de vsuris. Est etiam ad hoc textum extra de sponsa. in cap. iuuenis. Sed contra, quia multi viri doctissimi, & sancti consuluerunt in oppositum, & quotidie consulunt, eo quòd hoc fiat in fauorem venditoris, & non emptoris. Respondeo. Pro intellectu dicendorum sciendum est. Primo, ꝙ aliud est loqui de aliqua re secundum forum contentiosum, in quo solum ex exterioribus iudicatur secundum probata, & allegata. Aliud loqui secundum forum conscientiæ, in quo iudicatur secundum ea quæ pœnitens fatetur cui pro se, & contra se credendum est. Multa ergo sunt quæ in foro contentioso contractum istum redderent iniustum, vt puta si taliter emens est assuetus vsuris, & huiusmodi, quæ secundum forum pœnitentiæ nihil ad rem pertinerent. Sciendum est secundo, quòd ea quæ ad hunc contractum allegabuntur infra, omnia sunt dicta ad propositum explicite, & formaliter, non autem cautilose tracta. Sciendum est Tertio, quòd quatuor modis fit iste contractus vere, & vno apparenter. Primo fit sic. Petrus de furno emit ab Henrico de puteo fundum b. valoris florenorum mille, pretio eodem, quod iustum est, & eidem Henrico spondet se reuenditurum infra certum tempus, puta 10. annos, vel quoties summa fuerit oblata. Interim autē ipse Petrus percipit fructus ex fundo, vel dat Henrico fundum prædictum ad affictum, secundum rationem 6. pro centum, qui affictus iustus creditur, & à me nunc supponitur. Secundo fit sic. Petrus emit cum prædicto pacto dimidium ipsius b. pro indiuiso florenis quingentis, & dat Henrico ad affictum secundum rationem prædictam. Tertio fit sic. Petrus cum prædicto pacto emit totum fundum b. quingentis florenis, & dat Henrico ad affictum secundū rationem prædictam, ita tamen, quod in tali affictu non consideratur valor fundi, sed quantitas pretii, ita quod quingenta reddunt ei triginta, & non plura. Et est idem ac si emeret directum dominium fundi valentis quingenta non empro vtili, quia tantundem valet. Quarto fit sic. Henricus egens pecunia, vendit 60 florenos auri Petro annui redditus, super fundo b. & omnibus bonis suis & prætium competens constituitur, puta mille florenorum auri, ita tamen, quòd si infra certū tempus, vel quotiescunque reddatur summa prædicta liberetur Henricus à tali affictu. Quinto fit apparenter sic. Petrus accipit fundum b. in pignus pro mille florenis, ita tamen quòd si infra certum tempus summa non reddatur, impignoratio sit venditio. Quia ergo multis modis variatur casus, iuxta singulos enucleandus est.

Casus 32.

Quæritur igitur. 32. vtrum primo modo licite fiat? Ad quod respondendo, talem pono conclusionem. In foro conscientiæ cessante omni fraude, & corrupta intentione ita ꝙ intentio emptoris sit vere, & realiter emendi, & mallet emere absolute, quàm taliter. Dico quòd casus est licitus, & opus pietatis, & emptor interim licite percipit omnes fructus. Et hoc probo ratione sic. Nā talis emptor sine alicuius damno iniusto seruit proximo. Nec valet dicere, quòd damnificat venditionem, quia accipit fructus ex fundo. Fundū enim dico transiuisse in dominiū emptoris per venditionem. Et si dicatur, ꝙ ibi non fit vēditio. Dico quòd si absit fraus, est vera venditio, quia conditio de redimendo non tollit venditionem, vt patet Leu. 25. vbi dominus mandat, ꝙ omnis terra populi sui vendatur sub redemptionis conditione. Quod inde etiam patet, quia si rapiatur fluuio, aut submergatur terræmotu, aut effodiatur pro metallo, vel lapide, aut quocunque modo deterioretur, damnum ascribitur emptori, siue culpa sit lata, siue leuis, siue nulla, quòd non esset nisi res esset sua. Probo ēt authoritate. Nā hāc sentētiā meā sic, vt expressi intellectam explicite, & formaliter tenuerunt infrascripti doctores sacri ordinis Minorum, vt testatur frater Bernardinus de

Busto

Busto ordinis eiusdem, scilicet, Alexand. de ales.3.parte summæ, & Monaldus in summa,& sanctus Bernardinus in suis tractatibus contractuum, & dictus frater Bernardinus in quodam suo consilio, & frater Angelus de Clauas.in angelica,c. de vsuris. Eandem tenuerũt de ordine prædicatorum Rayn. & Pisanus,& Archie. & multi alii, immo omnes. Eandem etiam tenuit Hugo, vt refert Archi. in c. plerique. 14. q6. 3. & similiter Astens.Inno.Hosti.& dominus Anto. de Butr.in c.conquestus.& cõmuniter ibi omnes canonistæ.sicut theologi in 4.dist 15. & legistæ in l.fina. fundũ & l.si à te.C.de pactis in ter empto.& vendi.Super dicto casu vltimate scripsit dominus Bartholomeus cepolla Veronens. qui de hoc fere vnũ volumen cõfecit,& tandem in meam sententiã, & conclusionem se resoluit,vt patet secundo casu, columna prima.Hanc etiam sniam habes ex presse,& formaliter traditam secundum iura ciuilia.vt patet. C.vbi supra,in vtraque lege prædicta.Similiter eandem habes secundũ canones,vt patet in glo.super ca.Conquestus extra de vsuris, & super cap. ad nostram,extra de empto,& vendi. Nec obstat tex. in dicto ca.ad nostram , quia ibi reprobatur contractus ratione doli, non ratione pacti de retrouendendo,vt patet intuenti. Et sic patet conclusio.

Casus 33.

Quæritur 33.Vtrum licite fiat secundo modo.Ad quod dico,quòd est idem iudicium de primo,& secundo modo,vt ex se patet.Si tamen vtroque casu pretium non esset æquum,teneretur emptor augere pretium,non tamen rescindere tur contractus,nisi esset fraus vltra dimidiũ iusti pretii. Tenetetur etiam secundum aliquos restituere fructus perceptos pro rata diminutionis pretii,vt videtur prima fronte,sed tamen verius est,quòd non quia si con tractus tenet, res est sua, & consequenter fructus omnes. Vnde tenetur solum de residuo pretii,& de interesse si quod passus est venditor ratione illius residui. Sed quia in vtroque modo contractus fit mentio de emphiteosi sciendum est,quòd quidam dicunt, quòd licet pactum de retrouendendo solum non faciat præsumptionem vsuræ,facit tamen simul cũ emphiteosi,quia duo vincula magis ligant quã vnum tantum,in aut. de cõsanguine.&fratribus vteri.§.ñ.C.de edicto diui adria.l.finali. Sed circa hoc pono duas conclusiones.Prima.Licet tibi laico dare nouiter fundum tuũ ad affictum ad vitam hominis & ad 20.& 30.annos, & in perpetuũ.Hæc patent per Specu.ti.de locatione & Pisa.ti.emphitheosis & tex.insti.de loca & condu.§. adeo cum glo. ff. si ager vectigal. vel emphi.l 1. Et ibi dicit Bal.& Ange.ꝙ proprie sola perpetua dicitur emphitheo.Secũda.Licet tibi dare huic à quo taliter emis, alioqui esses de bono opere lapidandus,idest de seruitio,quod ei exhibuisti taliter emẽdo. Hanc etiam tenet frater Bernardinus de busto. Ad motiuum dicitur quòd ligat. Neutrũ autem illorum ligat,seu facit esse vsurám vere in conscientia,siue faciant suspitionem, siue non.

Casus 34.

Quæritur 34.Vtrum licite fiat tertio modo? Ad quod dico, quòd in hoc est magna difficultas,& subtilitas. Sciendum est igitur pro fundamẽto,ꝙ sicut medietas,vel alia pars alicuius fundi potest possideri per indiuisum,ita & per indiuisum potest emi, vt scilicet ematur medietas b fundi indeterminate.

Et secundo.ꝙ hæc medietas dupliciter emitur aut venditur.Vno modo absolute,idest sine respectu,& colligatione,vel hypothecatione residua,sic ꝙ possessor alterius potest illa libere distrahere.& respectu eius est æque libet, sicut respectu alicuius fundi,qui totus sit suus.Alio modo cũ apothecatione residuæ partis, sicut si ematur cũ ista lege ꝙ residua non possit vendi sine licentia emptoris ,vel cum alia obligatione.Et quando emitur primo modo vocetur pars absoluta , quando vero secundo vocetur pars colligata.

Et tertio, sciendum est, quòd pars dimidia b.colligata.plus valet medietate eiusdem absoluta , quia secundum se valet tantum, quantum illa , & vltra, quàm valet colligatio illa, quia ipsa colligatio pecunia

 men-

mensuratur, cùm possit vendi, & emi. Eadem ratione eandem pars absolute sumpta valet minus seipsa colligata.

Ad casum igitur respondeo, ꝙ tripliciter emptor intendit emere, scilicet aut totum b. aut partem absolutam, aut colligatam. Et tunc pono tres conclusiones.

Prima. Emere totum fundum minori prętio, quàm valeat, si illa minoritas sit vltra dimidium iusti prætii, contractus est illicitus, & scd'm iura rescindēdus, vt dictū est. Si vero nō sit vltra, est quidem licitus contractus, sed in iustitia in pretio, vt patet. Vnde tenetur emptor augere pretium. Nec si potest detur ad affictum secundum rationem dati pretii, & non valoris fundi tollitur quin contractus sit illicitus, vel pretium iniquum, quia posterius non variat prius.

Secunda. Si autem is, qui dicitur emere totum b. non intendat emere totum b. sed vnā eius partem absolutam per in diuisum, & eā det ad affictum scd'm proportionem totius, nulla est iniustitia, vt de se patet.

Tertia. Si vero intendit emere partē colligatam, & locare pro rata totius affictus, qd' est emere quasi directum dominiū sine vtili, aut plus soluit pro parte colligata, quàm valeat absoluta, aut non. Si secundum est quidem licitus contractus emptionis, & locationis, sed iniustitia est in pretio, quia plus valet pars colligata quā absoluta. Et ista maioritas valoris est maior, & minor scd'm varietatem legum municipalium, & consuetudinū. Nam est maxima vbi non solū reliqua medietas distrahi non potest, sed etiam efficitur emptoris si venditor non affictat. Minor vero vbi per leges municipales cauetur ne venditor non soluendo perdat de sua parte fundi plus quàm id, quod debet soluere, & non soluit. Vbique vero quanta sit arbitrio boni viri, idest prudentis, & timoris diiudicabitur. Si vero primum, nulla erit iniustitia, dummodo pretii maioritas tanta sit, quātus valor colligationis. Est autem necesse ꝙ talis emptor intendat emere totum aut partem absolutam aut colligatam, quia inter ista non est medium. Credo tamen ꝙ boni viri raro sic contrahant. Sed tamen ista scripsi vt habebatur responsio ad malorum malitiosas cauillationes.

Casus 35.

Quæritur 35. Vtrum licite fiat quarto modo? Ad quod dico, quòd istam quæstionem pertractat Innocen. in c. in ciuitate, & multi post eum, puta Lauren. Hostien. & Ioan. Andr. & quidam Guil. & Alexander Lombardus, & Abbas. Innocen. ergo distinguit. Aut enim talis annuus redditus iam est institutus super rebus mobilibus, vel immobilibus, aut non. Si primum, secūdū eum, & omnes alios canonistas contractus est licitus, quia est vera venditio, cùm ibi sit prætium, & merces, idest annuus redditus. C. de sacrosanct. Ecclesi. l. iubemus. Si secundum, sic dicit Inno. ꝙ secūdū aliquos est illicitus, quia ibi non videtur esse vera venditio, cùm merces non sit in rerum natura. Emptio autem, & venditio, sine re quæ veneat, intelligi non potest. ff. de contrahen. emptio. l. nec emptio. Ideo consulit à talibus abstinendum. Sed Ioā. Andr. dicit ꝙ contractus est illicitus, & vix videt quomodo sine fraude fieri possit. Sed Guil. nō glossator Raymundi, sed alius, & Abbas, & Alexander Lombardus dicunt contractum esse licitum. Inno. dicit iste Alexand. quòd nullam videt causam dubitandi in hoc, quia cùm habeamus tria, scilicet bona mobilia, & bona immobilia, & ius in vtriusque, hoc tertium est, quod hic venditur. Vnde Innocen. in sua ratione assumit falsum, scilicet quòd ibi non sit res quæ veneat, quia est vtique, scilicet redditus, & ius exigendi illum. Et licet, seu dato, ꝙ non esset illud ius, & emptio non fiat sine re, fit tamen sine re existente, sed futura, vt cùm emuntur fructus prouenturi ex agro, & partus ancillæ, vel pecudis. ff. de contrahenda emptione, l. nec empti, & iactus retis, idest si iactum. ff. eodem. Mihi videtur quòd bene dicat iste Alexāder, licet Archiepiscop. dicat, ꝙ res non videtur clara. Non enim possum videre differentiam inter affictū constitutum hæri, & constitutū hodie. Si enim affictus constitutus, quare non potest etiam nunc licite alius institui, sicut tunc ille licite instituebatur? Si vero illicite fuit institutus quasi res de se iniusta, licite emi non posset, quia non firmatur tractu temporis, quòd ab initio iure non subsistit, extra de re.

regulis iuris libro.6. Ideo rem habeo claram si affictus fiat super re immobili, quia hoc est uendere aliquam eius partem per indiuisum. Hoc igitur supposito nunquid licebit in hoc facere pactum de retrouendendo.

Ad hoc dico, quòd sicut ex dictis patet, & ex Raymundo, si sic ematur pretium non est dubium, ꝙ licet. Sed & de predicto annuo redditu idem est secundum predictum Guil. immo vt ait omnia hæc videntur expressa.ff. de conditione adiec.in.l.2. & in l vbi autem, & si redimatur non tenebitur emptor fructus computare in sortem. Sed contra quis aliqd accederet sorti, ergo esset vsura. Solutio. Hic nulla est sors.i. mutuum, quia illæ pecuniæ quantum erat ex parte emptoris fuerunt uenditori ꝑpetuo & irreuocabiliter tradite. Est autem sors.i.capitale sed tali sorti aliquid potest accedere sine usura, quia quando inuenitur, inde licite aliquid percipitur.

Casus 36.

QVAERITVR 36. Vtrū licet fiat quinto modo? Ad quod dico, ꝙ non est dubiū quin omnes fructus inde ante terminū restitutionis recepti sunt vsura, vel furtum, quia non accipiuntur ex re propria scilicet ex pignore.ff. de fur.l. si pigno. Sic igitur patet quomodo sit licitus casus, & quomodo non. Ad primam ergo rationem principalem factam in oppositum dico dupliciter. Primum, ꝙ id quòd de se licitum est potest ex lege principalis illicitū fieri. Vnde quædam ideo mala sunt quia prohibita, vt edere carnes.6. feria. Et sic iste contractus de se illicitus potuit ex Dei determinatione taliter limitari, ꝙ emptor non posset lucrari fructus, quia Deus ultra hoc, ꝙ est dominus omnium, specialiter tamen dominiū habuit illius terræ quam populo suo ualida manu acquisiuit. Nec tamen nos modo tenemur illud statutum seruare; quia vt patet ex doctrina theologorum maxime sanct. Tho. 1.2.q.93 cùm in lege ueteri essent tria genera præceptorum.s. moralium seu naturalium, cerimonialium, & iudicialium, prima semper durant sicut & natura, vt non furtum facies. Secunda vero vt immolare agnum, sunt prohibita post Christi passionem diuulgatam, quia protestaremur ex quæ sunt præte-rita, esse futura. Tertia vèro seruari possunt sed non tenemur, quia mutatus est status populi ad quem ordinabantur. Secundo. Dico, ꝙ sicut habetur ibi, & in multis aliis locis, dominus constituit, quòd illa terra uenderetur sub redemptionis conditione, & si non redimebatur anno.l. redibat ad venditorem libera. Quanto ergo minus tempus restabat vsque ad annus.l. tanto vilius vendebatur, & quanto maius tanto carius. Vnde possessio eadem vendita In anno primo ualens.l.aureos in anno sequenti valebat.70. & in sequēti 48. & in sequenti.47. & sic de aliis. Et ita dominus iussit computari fructus in sortem, non quia tantum de prædicto minueretur quantum ualebant fructus, sed quia proportionabiliter tantum diminuebantur de pretio quantum, & de tempore fructuum percipiendorum. Et quòd illa terra redderet. 6. pro centum, quælibet possessio in 17. anno fuisset ex toto libera si fuisset valor fructuum computatus in sortē, & consequenter venditor in 17. anno libere sine pretio eam potuisset rehabere quòd est falsum, quia vsque ad 50. annum erat emptoris. Ad secundum nego antecedens. Ad primam probationem dico, ꝙ aliquando talis venditor si posset habere pecuniam super pignore nollet uendere, sed quia aliter facere non potest vult vendere quando patet, quia si non inueniat, qui faciat pactū de retrouendendo vendetur aliquando absolute, & constat, ꝙ tunc vellet vendere, & tamē non haberet magis uoluntatem uendendi quando uendit absolute, quàm quando uendit cū dicto pacto, sed minus. Vnde simpliciter vult vendere licet habeat velleitatem non vendendi.i. si posset velle non uendere. Notādum est tamen, ꝙ etiam si venditor non intēdit vendere, sed fingit & decipit emptorem, nihilominus tenet uenditio si dicit se uelle vendere, alioqui etiam de vendente absolute idē dici posset, & cōsequenter si post decem annos diceret se intētionē uendendi non habuisse, & hoc probaret per testes, vel iureiurādo. vel si nō probaret, tamē hoc credere emptor teneretur in conscientia, & resignare rē emptā & fructus, ꝙ dicere stultum est. Sufficit ergo si dicat se velle vendere. Ad scd'am autē dico, ꝙ in venditione dupliciter est conditio. Vno modo. vt intelligatur annexa ipsi uenditioni, quasi scilicet venditio sit suspensa vsq. ad certū terminum. Alio mō quia est annexa

rei venditæ, vt cùm aliquid venditur cum tali uel tali onere. Et primo quidem modo non transfertur dominium nisi adueniente termino, sed secundo modo secus. Dicere vero ꝙ secundùm iura venditio non possit fieri conditionate, est ignoranter loqui quia hoc nullibi habetur, sed potius Leuit. vbi supra habetur oppositum, quia illa terra vendebatur sub conditione redimendi, & tamen tali cōditione non obstante fructus erant emptoris. Et idem expresse habetur inst. de emp. & uen. §. emptio. Ad tertium dico, ꝙ illi non dicunt hunc contractū vsurarios inuenisse, sed eo fuisse vsos. Et dato ꝙ ab eis esset inuentus, non sequitur, quòd sit vsurarius. Ad quartum dico quòd nunquam vidi doctorem scribentem, vel doctum dicentem oppositum ex sententia. Si autem aliqui imperiti oppositum dicunt, non est curandum.

Casus 37.



QVAERITVR 37. Vtrum liceat rem suam apud aliū detentam furtim surripere? Ad hoc autem respōdet Archie. 2. parte tit. 1. & Petrus de palu. in 4. & Henri. & Pisa. & Aureo. in 3. quodli. q. 21. & san. Thom. 2. 2. q. 65. Dico ergo, quòd aut res tua est detenta apud aliū iuste, puta quia deposita, aut iniuste. Si primum, non licet tibi, secundum sanct. Tho. quia grauas depositarium ad reddendum, aut ostendendum se innoxium. ff. depositi. vel cōtra l. depositum & l. si hominem. Et idem intellige si est accommodata, quia in cui est accommodatum aliquid, tenetur de re amissa. ff. commodati, vel contra, l. rem mihi. Et similiter idem est de pignore ff. de furtis. l. cum qui. & l. creditoris. §. idem scribit. Vnde teneris releuare grauamen depositarii secundum S. Thom. Et idem intellige de aliis. Si vero secundum, tunc accipiendo rem tuā, aut aliquid æquiualens secundū Archie. peccas, vt dicit san. Thom. quia ministras tibi iustitiam, quo contra. C. ne quis in propria causa. l. 1. Non tamen teneris restituere. Hæc san. Tho. & supradicti. Tamen secundum Archie. Aliquā potest hoc licere, & tunc sex requiruntur. Primo ꝙ non sis dubius, quia exponeres te periculo furti. Argumentum di. 33. habuisse Secūdo. quòd non possit rem tuam habere in iudicio, quòd secundum Petrum aureo. tunc est quando non habes qui velit testificari, aut iudicis præsentiam, & secundum Archiepis. quando non speras iustitiam. Tertio ꝙ non sit verisimile sequi scandalum aliis, quia nemo debet cum alterius iactura locupletari, extra de regu. iur. lib. 6. Quarto quòd etiam non immineat tibi periculum famæ ex hoc, quod scietur, quia qui fidens conscientiæ famam suam negligit, nimis crudelis est. 12. q. 1. nolo. Quinto quòd non immineat periculum propriæ personæ, quia hoc esset tentare Deum. Argu. 2. 2. quæst. 2. quæritur. Sexto ꝙ tua conscientia sit stabilita, sic quòd contra eam non facias.

Ehec conclusiones.

Prima. Qui furtiue accipit rem suam furtæ detentam, scilicet, quia est deposita, commodata, vel pignori data, peccat, & tenetur aliam releuare.

Secunda. Qui vero accipit iniuste detentam cùm possit habere in iudicio, peccat quidem sibi ministrando iustitiam, sed non tenetur restituere.

Tertia. Similiter peccat, qui accipit & non est certus, quòd sit sua, etiam si in iudicio non posset rehabere.


Quarta. Qui uero accipit credens inde scandalum sequi aliis, peccat, sed non tenetur restituere nisi ratione scandali, & idem est de accipiente cum periculo propriæ famæ, vel personæ, vel contra conscientiam, quia scilicet peccant, sed non tenentur restituere, nisi forte propter erroneam conscientiam.

Quinta. Qui autem non potest habere in iudicio, & est certus, nec credit scandalum sequi aliis nec suæ famæ, nec personæ periculum, nec facit contra conscientiam, nō peccat furtim surripiendo rem suam, uel aliquid æquiualens.

Sexta. Adde, quòd cùm res possit quidem ꝑ viā iudicii haberi, sed res est modica, & expensæ fierēt magnæ, vel sequerētur inimicitiæ pro-

propter parua,tūc etiam licet concurrentibus aliis conditionibus,quia impossibile est quod est possibile cum damno.

Casus 38.



Quæritur 38.vtrū q̄s possit mortaliter peccare sumēdo furtiue rem paruā? Ad hoc respōdet Pisa.ti.furtū, & Archie. 2. par.ti.1.c.de furto,& S.Th.2.2.q.65.ar. 6.& ex dictis corū oportet facere duplicē distinctionem. Prima est,quidam sic furatur iminimū, q̄ non acciperent magnū,quidam vero etiam magnū acciperēt si possent. Et isti mortaliter peccant, q.a nōn quod ablatū est,sed mens furantis attenditur 14.q.6.c.vl.& idem S.Tho. Secunda est q̄ eorum,qui ita accipiunt parua q̄ non acciperent magna,quidam accipiunt contra volūtatē domini,& quidam non. Potest enim esse q̄ res minima erit multum chara possessori.Hanc innuit S.Tho.2.2. quæstio.6a. articu. 7.tertium,& expresse ponit Pisanus. Et pri primus quidem peccat mortaliter secundum istos,quod intelligo. Primo quando dominus notabiliter ægrefert,& Secundo si præsumit hoc,& tertio si potest aliter facere.

Sed contra,quia parum pro nihilo reputatur,ex 2.Physicorum Solutio. Quod in se est paruum possibiliter est magnum domino, & consequenter,qui hoc accipit,accipit simpliciter magnum,quia à voluntate domini dependet tota grauitas in furto,cūm de eius uoluntate omnia eius bona possunt accipi. Vel alter,& redit in idem.Quod est parum licet nō variet iustitiam,nec fit cōtra eā,tamen potest esse contra Charitatem quam notabiliter offendit.

Elice conclusiones.

Prima Omnes fures damnabuntur nisi pœniteant, & restituant, quia furtum de se est mortale.

Secunda.Quicunque concupiscit alienum iniuste, si militer, quia hoc est contra legem Dei.

Tertia.Qui parum accipit,quia non potest accipere magnum,similiter,quia Deus respicit cor.

Quarta.Qui parum accipit, quòd non acciperet magnum, & sic accipiendo contristat dominum notabiliter, & scienter,& sine vrgēte necessitate,peccat mortaliter,& tenetur restituere.

Quinta.Si vero contristat modicum aut multum,sed ignoranter,aut cum magna necessitate arbitrio boni viri, nō peccat mortaliter,q.a eo casu ille deberet velle ubi de re parua serui re.

Casus 39.

Quæritur 39. Vtrum sit furtum non restituere inuenta? Ad quod respondeo secundum sanctum Tho. 2.2 quæst. 65.& Petrū de Plaude in 4. & Archiepisco,sec̄d'm quos distinguendum est. Si enim res inuentæ nunquam fuerunt ab al quo possessæ,vt aues,aut feræ,vel lapilli in litore maris inuenti,sec̄d'm omnes occupanti conceduntur. Si vero fuerunt possessæ quidem, sed ab antiquo,vt thesauri, de quibus non extat memoria cuius fuerint, eadem ratio est, excepto quòd secundum Petrum leges statuerunt medietatem pertinere ad dominum agri,in quo inuenitur,quòd secundū eundem intelligitur, quando inuenitur nō dedita opera, & in agro alieno.De consuetudine autem vbicunque inueniatur est principis. Sed ego credo, quòd ista consuetudo non liget saltem in conscientia,quia non est introducta per modum legis sed violentiæ. Nec fuit vnquam approbata moribus vtentium nisi violenter. Est etiam contra iura canonica, quæ bona incerta volunt esse pauperum,si talia sunt restituenda & si non sunt restituenda,est contra iura ciuilia, & vt videtur contra naturalem æquitatē. Si autem fuerint possessa de principio, & sunt relictæ, sunt occupantis secundum sanctum Th.& Guil.Nota tamen,quòd proiecta in mare ad alleuiandum nauem,secundum Archie. non sunt derelicta,vnde illa teneris restituere. C.de statutis,& consue.l.prima.Si autem non sint derelictæ, & accipis animo retinendi tibi, vt bursam inuentam,peccas mortaliter, dicente Hieronym. Sciat hoc vitium esse simile rapinæ si inuen ta non reddiderit. 14. quæstion.quinta. Multi. Et Augustinus eadem quæstione. Si quid inuenisti, & non restituisti, rapuisti. Intellige tamen, quòd

chie.& Pisa & Guil.ludus aleæ est ludus, qui innititur fortunæ, vt ludus taxillorum, & secundum aliquos etiam chartarum, quia principaliter innititur fortunæ, quæ plus ibi valet quàm experientia. Ludi ergo qui non fortunæ, sed robori, vt certare hasta, vel dexteritati, vt ludus pilæ, aut ingenio, vt ludus schaccorum innituntur, sunt liciti secundū doctores & ff. de aleatorib.l.2. etiam clericis secundū Laur. quo ad ludum schaccorum. Sed omnis ludus fortunæ, nisi fiat pro recreatione (vt dicetur) est prohibitus, vt C.de religiosis & sumpti.funerum, & de aleæ lusu in constitutione græca, in qua etiam prohibetur inspectio talium. Vnde inspectores & participes in alea & taxillis, semper peccant secundum Monal. saltem venialiter, maxime si sint clerici in aut.de sanctis episc.§.interdicimus, & extra de vita & hone. cle.in c. clerici. Hoc autem intelligo quando ludus illicite exercetur. Vtrum vero peccent mortaliter inspectores quando ludus exercetur cum peccato mortali, dicit Rosella, quòd non oportet eum, qui delectatur de eo, quòd est mortale, non de se, sed ex intētione, vel ecclesię constitutione peccare mortaliter, vt ille qui inspicit torneamētum, secus si sit mortale de se, quòd ego verū suspicor quando tali displicet. in tali re id quod est peccatum, ita ꝙ simpliciter nollet talia fieri, licet supposito, ꝙ fieri habeant velit pascere oculum de ipsa re, quæ in se mala nō est. Est autem ludus aleæ mortale, secundū Ray. quia pro eo deponitur clericus, & laicus excommunicatur, quod pro veniali non fit. Et hoc non intelligit Archie. quando ludus ob recreationem ad aliquid modicum & moderate, vt quòd in conuiuio vescendi causa ponitur ff.de aleatoribus.l.fi. sed quando est ad acquirendum aliquid notabile per ludum. Et idē innuit tex in c.epis. di. 35. dum dicit de seruiens, quia in hoc notatur assiduitas, quæ non est nisi cùm ludus est ex auaritia, vnde secundum Guil. est mortale, cùm ducitur in consuetudinem, quæ tamen ad hoc nihil facit. Intelligo autem, ꝙ ludus fit ex auaritia quando quis non luderet nisi cū spe lucrandi, ex solatio vero quando quis luderet etiā si neutram partem crederet lucraturā, nō obstante. ꝙ appetat & speret lucrari. Ratio est, quia quando aliqua duo ita se habent, quòd posito, vel remoto altero, alterum ponitur vel remouetur, & ecōuerso, puta ludo ob spē lucri, oportet alterum esse causam alterius. Sed si remota spe fiat ludus, illa spes non erat causa. Vnde non omnis qui appetit lucrari ludit propter lucrum.

Elice conclusiones.

Prima. Omnis ludus fortunæ est prohibitus quoad exerceri ex auaritia, seu causa lucri principaliter, vt ludus taxillorum, & secundum aliquos chartarum.

Secunda. Ludus fortunæ est licitus si fiat moderate ad recreationē circa aliquod modicum.

Tertia. Ludus industriæ & ingenii est licitus etiam clericis (nisi ratione scandali) vt ludus schaccorū, & intellige ad recreationem, & ex rationabili causa.

Quarta. Est autem mortale si ex auaritia exercetur circa notabile.

Quinta. Illicitum est inspicere hos ludos maxime clericis, quando non fiunt causa recreationis.

Sexta. Talium autem inspectores, vel aliorum, quæ non sunt mala de se, sed quia ab homine prohibita, non peccant mortaliter quando simpliciter vellent talia non fieri, ratione peccati, quod eis displicet.

Casus 42.

QVAERITVR 42. Vtrum liceat vendere ea quibus in aliquibus casibus non licet vti? Ad hoc autem respondeo per vnam maximam ex. 2.2.quæstione 169.& Pisanus titu. negociatio & archiepi. quæ est hæc Non debet uendere ea quibus homines bene vti non possunt, nec quibus, vt plurimum male vtuntur, nec quibus vtuntur bene & male si probabiliter credītur, quòd ad vsum malum cōparentur.

Deinde respondeo ꝑ conclusiones, quarū Prima hæc est secundum Archie. venditor alearum, taxillarum, & chartarum, non uidetur posse excusari à mortali, quia vt plurimū his vtuntur homines ad mortale ex auaritia. Vnde & secundum Guil. nō est tutum ex his viuere, quibus frequentius vtuntur homines ad mortale.

Secunda. Tales ex consequenti, secundum eundem, non sunt absoluendi de pæ.distin.5. c.falsas.

Tertia. Venditores fucorum secundū eundem possunt excusari quando non sciunt, nec credunt, ꝙ his mulier sit vsura ad malum (ꝙ tamē faciliter nō est credendū) quia possunt bono fine aliquando talib. vti.

Quarta secundum R. y. mortale grauissimum est vendere arma ei, qui scitur emere ad malum vsum.

Quinta. Et similiter vendere (secundū eundem) venena mortifera, quæ nullo secundū Archie. vsui sunt apta.

Sexta. Licet vendere secundum Archie. ea quibus quis potest bene & male vti, vt arma, dummodo non constet de malo vsu. Et intelligitur de constantia probabiliter, & nisi vsus sit, vt plurimum malus, aliàs esset repugnantia in dictis eius.

Septima. Idem dicitur de venenis, quæ iuuant medicinas.

Casus 43.

QVAERITVR 43. Vtrum, qui per ludum lucratur, teneatur restituere ubi non viuitur legibus imperialibus.

Ad hoc soluit. Archiepi. 2 parte. Pisa. Ray. Petrus de palu. 4. di. 15. & multi alii, sed singulariter S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 7. Qui dicit, ꝙ in tribus casibus tenetur quis restituere ei à quo est lucratus per ludum. Primo quādo ille non potuit alienare. Et secūdum Ray. tales sunt furiosi & prodigi, hi. s. quib. ratione prodigalitatis dati sunt tutores, vt exponit Archie. & minores 25. annis, maxime pupilli, & mente capti & surdi & cœci, & qui perpetuo morbo laborant. Quia. n. tales rebus suis superesse. i. prouidere nō possunt, dandi sunt eius tutores, vel curatores, inst. de cura. per totum. Item serui & filii non emancipati (nisi haberent peculium castrense, vel quasi) & clerici quo ad bona ecclesiastica, quæ sunt pauperū. 16. q. 1. quoniam. & religiosi & vxores. Qui lucratur his tenetur eis secūdum sanctum Tho. Raymun. Petrum & alios, nisi lucrum sit aliquod modicū, de quo præsumitur, ꝙ curator non curat. Secūdo quando quis lucratur fraude, quia hoc reputatur vt furtū, secundū sanctū Thom. & Raymun. arti. 14. q. 5. non sane. Tertio quando alios non lusurum in principio, vel medio ludi secūdum Tho. & Ray. qui adducit ad hoc, cap. non sane. Et ista sunt dicta secundum ius diuinū & canonicū. Sed quid si cessantibus his quis lucratur cùm leges imperiales mandent posse fieri repetitionem. ff. de aleato. l. finali. Dico, ꝙ secundum aliquos ubi non uiuitur legibus imperialib. vel ubi sunt per consuetudinem abrogatæ, ipse & statuta municipalia si quæ sint, de necessitate præcepti sunt pauperibus huiusmodi lucra eroganda. Alii uero dicunt, ꝙ solum de consilio, ne pateat via ludis. Ista est via Monaldi, Ascanii, Angeli, Archi. & Francisci Zaba. Pet. de pal. Cay. qui dicunt, ꝙ consuetudo potuit dominium transferre in vincentem. Et Ioann. Imola qui ista allegat, & non reprobat. Videtur etiam esse via sancti Tho. & Richar. qui nihil dicunt de pauperibus, cùm tamen dicant, quòd talis restituere nō tenetur. Est etiam Ioan. And. & Ioannis Calderi. qui in c. clerici, dicunt tutum esse hoc dari pauperibus, sed non necessarium.

Elice conclusiones.

Prima. Qui lucratur perdere non valenti, restituere tenetur eidem, idest ei, vel habenti curam eius.

Secunda. Similiter qui lucratur fraude.

Tertia. Similiter qui, traxit in principio ludi, vel in medio non lusurum.

Quarta. Cessantibus his qui lucratur ubi contra hoc nulla lex uiget. non tenetur restituere perditori immo nec pauperibus, nisi de consilio.

Casus 44.

QVAERITVR 44. Vtrum teneatur restituere, qui aduersus legem non abrogatam lucratur per ludū?

Ad hoc dicit Petrus de palude, ꝙ ubi viuitur legibus imperialibus, vel municipalibus prohibentibus ludum, & non abrogatis, qui lucratur cessantib. his quæ in superiori quæstiuncula dicta sunt, nō tenetur ei à quo lucratus est, nisi per iudiciū cōdemnetur, quia iura non mandant fieri restitutionē, sed concedunt posse fieri repetitionē, sed tenetur inquit pauperib. sic ꝙ si prius dedisset pauperibus, & deinde fiat repetitio, potest excipere corā iudice. Alii vero dicunt, ꝙ tenetur ei, quia iura prohibent ludū & acquisitionē ꝑ ipsum, & malefidei possessor est qui contra

legum

legum iura mercatur. C. de agricolis & censitis.l.quemadmodũ. Et hæc est opinio glo.in c.episcopus di.2 .& in c.clerici, extra de vita & honesta. cleri. ꝙ Azo. & Ray. & Pisa.& san.Tho 2.2.& 4.di.15.& Hosti.qui dicit, ꝙ ferè omnes doctores sic sentiunt. Addit tamẽ san.Tho.ꝙ debet dare pauperibus.qui lucratur ei, qui traxit ad ludum, durante iure positiuo, quia iste non potest tenere, neç ille meretur accipere.

Elice conclusiones vt libet.

Casus 45.

Quæritur 45. Vtrum liceat dare rustico pecora estimata hac lege, ꝙ prius totum capitale recipiatur, deinde residuum diuidatur? Ad hoc dicitur, quòd si periculum stet rustico, est casus illicitus secundũ Pisa.& Archie. Et sic uidetur loqui Io. de ligna. dicens absolute, ꝙ non licet. Si vero stat domino scilicet periculum rei & fortunę sic dicũt aliqui, quòd licet. Et sic videtur loqui Lauren.de rodulphis, qui absolute respondet, ꝙ licet. Ego autem respondeo per has conclusiones.

Prima. Si periculum pecorum est tradentis, ea, in contractu non potest esse vsura, quod patet. Primo, quia ibi non est mutuum, cùm non transferatur dominium. Secundo, quia prædicti Doctores dicentes casum illicitum absolute, vt Pisa & Guil.& Archie. non dicũt ibi esse vsuram, sed inæqualitatem, quia, s. rusticus nimis grauatur. Est igitur societas.

Secunda. Vtrum in tali contractu sit iniustitia, vel non regula generalis dari non potest, quia aliqua capita sunt meliora, & alicubi magis fructificant, & facilius aluntur.

Tertia. Vtrum ibi sit iniustitia iudicabitur arbitrio boni uiri, quia scri non potest generaliter, vt dictum est.

Quarta. Licet, vt in pluribus talis contractus sit illicitus ex hoc, quòd nimis rusticus grauatur, tamen ubi iudicio boni viri rusticus non grauaretur, esset licitus, quia tunc non esset vsurarius, nec iniquus siue iniustus.

Casus 46.

Quæritur 46. Vtrum liceat locare boues pro annuo censu, puta viginti stariis grani? Ad hoc dico, quòd ut elicio ex doctoribus uariis, contractus iste est locatio, idest concessio vsus rei pro pretio, & consequenter est potens bene & male fieri. Pro fundamento igitur uideamus de natura locationis, de qua dico. Primo secundum Hosti. quòd conductor non tenetur de damno, cui obuiare non potuit. ff. eodem.l. sed de damno, similiter nec de fortuito. Tenetur autem de damno ex culpa sua, vel eorum quibus vtitur, & in hoc contractu venit etiam culpa leuis (quamuis aliqui contrarium dixerunt) instit. quibus modis contrahitur obligatio.§.ulti. Vnde tenetur auriga si curru contendens uoluit alios præterire, & vertens currum destruxit seruũ conductum. Debuit enim se temperare & diligentius se habere. ff. eodem.l.si merces.§.si columnam. Incumbit autem probatio conductori, non locatori, secundum eundem. Hostien sicut armentarius secundum leges tenetur probare se amisisse res cum ruina. Cùm igitur circa dictos boues triplex sit periculũ, scilicet fortuitæ mortis, & incuriæ, & deteriorationis. Ad casum respondetur per infrascriptas conclusiones.

Prima. Si locator non subit periculum fortuitũ, vel deteriorationis vel neutrũ, semper cõtractus est illicitus, secũdum Lauren. de Rodol. & Io. de ligna qui allegat. c. pleriq. 14. q. 3.

Secunda. Si damnum & lucrum meliorationis, vel deteriorationis sit commune locãti & conductori, sed tamen damnum mortis sit locantis, licitus est secundum Lauren. de Rodol. dummodo conductor deductis expensis boum lucretur aliquid unde proueniat frumentum, quod soluit locatori.

Tertio. Si autem periculum mortis spectat ad vtrunque secundum Guil. non licet, nisi locator habeat intentionem nihil accipiendi, sed sic pacisc atur ne conductor minus grauet animalia. Tunc enim, inquit, licet, dummodo non fiat instrumentum, nam tunc non licet, quia esset (vt dicit) usurarius ex forma, & scandalizariuus, & ille potest intentionem mutare, vel mori, & hæres

ratio

ratione instrumenti coget &c.

Quarta. Si autem omne periculum in curiæ & fortunæ æqualiter spectet ad vtrunq; secundum Guil. forte posset tolerari, quia tũ periculum fortunæ spectet solum ad locatorem, incuriæ vero solũ ad conductorem fit quædam recompensatio ad vitanda litigia. Mihi videtur, quòd in hoc contractu & simili nũquam est peccatum, obseruatis duobus. Primo quòd capitale stet periculo rei & fortunæ pro exhibente illud. Secundo quòd neutra pars secundum iudicium boni viri nimis grauetur, quia stante primo non est vsura, nec stante primo ac secundo est iniustia.

Casus 47.

Quæritur 47. Vtrum aliquis teneatur statim restituere, scilicet alienũ? Ad hoc respondet Pisa. tit. restitutio: primo, & Ray. & Archiepiscopus. 2. par. tit. 2. & Inno. & Ioan. An. & Archidia. & ferè omnes canonistæ, sed singulariter San. Thom 2.2. quæst. 6 I. arti. vlti. dicens, quòd sic, quia sicut contra iustitiam est rem alienã auferre, ita & detinere, quia impedit dominum ab vsu suæ rei. Manifestum est autem, quòd nulli licet quantumcunque modico tẽpore facere contra iustitiam, iuxta illud Eccle. 2 I. Quasi à facie colubri &c Propter istã autem rationem omnes canonistæ coguntur sic dicere. Sed contra. Primo, quia illud præceptum est affirmatiuum, scilicet reddere debita ergo non obligat ad semper. Solutio. Dicit S. Thom. quòd includit negatiuũ scilicet, noli alienum detinere. Secundo. Nam aliquando homo non potest, & impossibilium non est obligatio, extra de reg. iur. lib. 6. Solutio. Dicit idem, quòd qui non potest non tenetur statim, sed debet petere dilationem per se, vel per alium. Sed hic surgit magna difficultas, scilicet quid habeat facere, qui restituere non potest. Nam secundũ Ray. & Petrum, si restituenda sunt incerta, debet petere dilationem ab Episcopo, vel discreto confessore, si vero debentur certæ personæ debet petere ab ipsa Et si non obtineatur, sunt opiniones variæ. Nam vna dicit ꝙ debet statim satisfacere, aut cedere bonis, etiam si oporteret ipsum mendicare, & nihil sibi debet retinere, nisi ea sine quibus moreretur, quia semper est in mora, quæ semper auget peccatum. ff. de condi. fur. l. in re. furtiua. Ista opinio est Richar. in quarto dicentis, quòd tali non licet retinere nisi necessaria naturæ, quia non licet de alieno uiuere cum seculari honore. Est etiam opinio Alani. & Archidiaco. super cap. si res. 13 qõ. 6. & Bernar. & Hostien. & ut videtur Innoc. in cap. cum tu. extra de vsur. & Ioannis dominici. & Raynu. & Guiliel. Alia est Archiepiscopi dicentis, quòd ille qui habet vltra necessitatem naturæ, non tenetur cedere bonis ad vitanda damna corporis & animæ, non obstante eo, quòd dicunt prædicti doctores, quia loquuntur tanquam viam tutiorẽ consulentes, quam tamen non tenemur semper accipere, sed sufficit eligere securam secundum Sanct. Thom. Sufficit ergo, inquit, quòd se restringat non viuendo ita laute, vel dotando ita ample, & paulatim reddat, & sic poterit absolui & communicare, non autem, qui possunt & procrastinant. Mihi videtur, quòd sic dicendum sit. Cùm dicat Sanct. Thom. quòd non licet retinere rem alienam contra voluntatem domini, intelligitur si illa voluntas sit rationabilis. Nam secundum eundem sanctum Thom. possum gladium furiosi depositum ad tempus retinere, cùm tamen lex strictissime mandet deposita reddi. C. depositi. l. finali. Ideo egregie Scotus (& secundum Archiepiscopum rationabiliter) notat aliquos casus, in quibus aliquis non tenetur statim restituere, qui militant sub hac maxima. Licet rem alterius detinere quando ipse deberet velle eam retinere, Primus est. Si dubitat quod restitutio esset multum damnosa communitati. Secundus si esset damnosa ei cui fit, vt furioso red datur gladius, quo se, vel alium perimat. Tertius si se diffamaret ob hoc. Sufficit enim tunc habere voluntatem, quam citius poterit restituere. Quartus quando se multum damnificaret & alium parum iuuaret. Quintus quando est quis impotens. Dicitur autem secundum doctores primæ opinionis impotẽs, quando habet solũ necessaria, secundum Archie. autem dicitur posse, qui potest se restringendo aliquantulum, vt supra, & consequenter videtur secundum eundem, ꝙ impotẽs sit qui se restrinxit quantum patitur status suus, & tamen cum hoc non potest. Notandum tamẽ ꝙ primi loquũtur de eo, qui potest, vel nõ potest absolute, sed Archie nõ absolute,

sed

ſed cum decentia ſua. Et iſte, qui non poteſt cum decentia ſuā, non tenetur, niſi vt credo is cui debet eſſet in tanta reſtrictione, vt ipſe. Videtur enim iniquum, ꝙ quis viuat cum honore ex rebus alicuius, per quarum carentiam verus dominus viuit in dedecore, vel in minori honore.

Elice concluſiones.

Prima. Quilibet ex obligatione iuſtitiæ tenetur ſtatim aut reſtituere, aut petere remiſſionem, aut dilationem.

Secunda. Si non poteſt obtinere dilationē, & vult viā tutiorem eligere, ſecundū aliquos ſtatim reſtituat, vel cedat bonis etiā ſi oporteret eū mendicare, & nihilſibi retinere niſi neceſſaria naturæ.

Tertia. Simpliciter tamen, & abſolute non eſt neceſſarium talem cedere bonis, ſed ſufficit ſi ſe reſtringat quantum patitur infimus gradus ſui ſtatus, niſi vbi is cui debet eſſet in eodem infimo gradu quia tunc abſolute tenetur deficere à ſtatu ſuo, ut aliquis in ſuo conſeruetur per ſuas res vſurpatas.

Quarta. Quinq; ſunt caſus, in quibus aliquis non tenetur ſtatim reſtituere. &c.

Quinta. Qui poſſunt reſtituere cūm reſtrictione ſua, & procraſtinant, nec abſolui nec communicare poſſunt.

Caſus 48.

Quæritur 48. Vtrum reſtitutio ſemper ſit facienda ei à quo ablatū eſt? Ad hoc reſpondet Ray. mun. & Archiepiſcopus 2. par. tit. 2, & Piſa. & S. Tho. 2.2. qō 62. ſecundum quos omnes virtualiter concordantes ſic dicitur. Tripliciter aliquis aliquam rem tenet. Primo, quia eſt ſua. Secundo, quia eſt aliena, iuſte tamen detenta, puta quia erat data pignori, vel accommodata &c. Tertio, quia eſt aliena, & iniuſte detenta. Regulariter igitur reſtitutio ſpoliatis facienda eſt, ſcd'm Ray. & Piſa. & 3 q 1. reintegranda, & ferè ꝑ totam quæſtionem, & extra de reſti. ſpo. fere per totum. Et intellige ſpoliatis iuſte poſſidentibus ſeu detinentibus. Fallit autē quādo iſte male accepit, & ille turpiter dedit, vt patet in ſymonia. De hoc vide 2.2. q. 32. ar. 7. Qui igitur accipit à poſſidente tertio modo, ſecundum Ray. non debet reſtituere ei à quo abſtulit, ſed vero domino, uel ei cui eam prior fur ſurripuerit, ſi eam iuſte tenebat. Qui vero aufert à primo, tenetur reſtituere eidem. Similiter qui à ſecundo, tenetur eidem, nec debet dare primo, id eſt poſſidenti primo modo, quia faceret iniuriam ſecundo. ff. de fur. l. is cuius. Sed contra, quia aliquando ille eſt mortuus à quo res ſublata eſt. Sol. Dicit Sanct. Tho. ꝙ ſi mortuus eſt, tenetur hæredibus, & hoc ſecundum Ray. pro rata vniuſcuiuſque hæredis, niſi quando aliquis eſt hæres in aliqua parte determinata, puta in centum ducatis præciſe, quia talis nihil debet habere, cùm non ſit hæres, ſed legatarius. C. de hæredi. inſti. l. quotiens. Si autem is cui debet fieri eſt incognitus, præmiſſa diligentia, ſcd'm S. Tho detur quod reſtituendum eſt pro anima eius. Nec refert vbicunque detur. Licet enim dicat Inno. & Ioan. And. & Io. de Ligna ꝙ debet erogari in loco in quo furtum eſt factum, tamē Guil. & Hug. & frater Cla. & Fede. de Senis, & S. Th. ſentiunt, quòd hoc non eſt neceſſarium. Si autem eſt diſtans, mittatur ei ſi commode pōt, alioqui tuto loco deponatur, & ei notificetur.

Elice igitur concluſiones.

Prima. Qui abſtulit rem à vero domino, tenetur ei, & non excuſatur dando alteri.

Secunda. Qui abſtulit ab eo qui non erat uere dominus, ſed tamen iuſte tenebat rem, tenetur eidem.

Tertia. Qui abſtulit ab eo qui iniuſte rem alienam detinebat, non tenetur, nec debet reſtituere ei, ſed illi à quo primo iuſte poſſidente ſapta eſt, ſiue eſſet uerus Dominus, ſiue non

Quarta. Quando is, qui ſpoliatus eſt, mortuus eſt, tenetur raptor hęredibus pro rata, ſed non legatarius.

Quinta. Si autem eſt diſtans, debet ei res mitti aut depoſitari &c

Sexta. Si autem eſt incognitus debet pro eius anima erogari pauperibus.

Caſus 49.

Quæritur 49. Vtrum ſit ſufficiens iſta reſtitutio, Petrus de Furno dēt Henrico de Puteo centū aureos, quos extorſit ꝑ uſuras, & ponit ſe in manibus eius offerens ſe paratū omnia reſtituere, rogans tamen ut faciat cū eo miſericordiā, & accipiat

unam

vnam partem, alia remissa? Ad hoc respondet Archiepiscopus 2. parte tit. 2. & Pisa tit. restitutio primo, & Ray. & frater Egid in quodlib. Host. Federi. de Sen. Ioan. And. Laur. de Rodol. & multi alii, & distinguendum est secundũ mentem omnium, quia, aut iste est vere paratus restituere, aut non, sed credit se pretio exiguo euadere, aliter non ita fecisset. Et equidem si non est paratus, manifestum est secundum fratrem. Egid. & Pisa. quòd non est absolutus à peccato. Sed quid si Henricus remittat ei quinquaginta, nunquid erit absolutus à debito restituendi? Ad hoc dico quòd quo ad absolutionem ab hoc debito nihil differt vtrum esset paratus nec ne, quia ista absolutio non dependet à voluntate, vel dispositione spoliantis, sed spoliati. Igitur frater Gerard. de Senis, ordinis Aeremita. tenet, quòd siue sit paratus, siue non sit, nulla via mundi potest liberari nisi restituat, & ad hoc facit septem rationes, quæ nullius sunt momẽti. Glossa autem in regula Peccati dicit, ꝙ est liberatus. Lauten. autem de Rod. in tractatu de vsuris dicit, quòd est liberatus si pecunia erat parata, non aliter. Quidam alii tradunt, quòd est liberatus si pecunia erat parata, & sit oblata. Ioã. autem Andreas in prædicta regula dicit, quòd liberatus est solum ille qui erat paratus reddere. Veritas ista est quomodocunque cõtẽtetur creditor, ille est liberatus, quia dicitur. ff. qui satisda. cog. l. 1. quòd satisfecit quicunque desideriũ implet creditoris, etiã si non soluatur. Et ratio est, quia remittere est donare, ideo creditor sicut potest donare suum, ita potest etiam remittere. Et eo modo quo tenet aliqua donatio, tenet etiam ista remissio. Vnde secundum Pisa. & fratrem Egid. & Ray. & Archiepiscopum, & Fede. de Senis, & Archiepiscopum in c. Quamquam, extra de vsuris. & Host. in sum. iste est liberatus cõcurrẽtibus tribus. Primum, est quòd in hoc creditor non inducatur fraude, sicut inducunt mercatores ostendentes se fractos, & satisfacere non posse, cùm possit. Et secundũ nec ui. Et tertium, ꝙ nec desperatione, puta quia cogitauit se nunquam aliquid habiturum. Et hoc tertium ego intelligo quando ista desperatio causatur ab ipso debitore indebite, puta quia fingit se non posse, quòd potest. vel quia dicit se non velle facere, quòd debet, siue fingat, siue non. Quando vero inducitur ex ipsa rationabili consideratione creditoris, est liberatus etiam sine tertio, immo hoc facit remissionem esse magis voluntariam, & magis misericordem, vt patet speculantibus.

Elicite igitur conclusiones.

Prima. Qui non est paratus restituere per remissionem creditoris, non est absolutus à peccato, nec absolui potest nisi mutetur.

Secunda. Siue autem intendat restituere, siue non, est liberatus à debito restituendi cessante fraude, & vi, & desperatione.

Tertia. Immo & cessante fraude, & vi præcise (etiam si adsit desperatio) dummodo ipse eam indebite non causauerit.

Quarta. Qui antequam soluat vnam partem vult pacisci expresse, vel virtualiter de aliqua remittenda, non est securus se esse liberatum, quia creditor inducitur ad desperandum indebite, vnde nec libere remittit, sed ne perdat totum &c.

Casus 50.

Quæritur 50. Vtrum aliqui teneantur aliquid restituere, quod non acceperunt? Ad hoc respondet Pisa. & Archiepiscopus, & Ray. & Summ. confes. l. 2. ti. 5. q. 64. & Petrus de Palu. 4 distin. 15. & Guil. & Inno. & Hostien. & Sanct. Thom. 2. 2. q. 62. & omnes concludunt, quòd sic, quia fautores furum tenentur restituere. 11. q. 3. consentit. Qui autem teneantur S. Thom. Inno. & Host. & Alanus, & Guil. & alii declarant per hos versus, scilicet Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus. Participans, multus, non obstans, non manifestans. Expositio autem eorum secundum omnes militat sub hac maxima copulatiua. Scilicet. Quicunque dedit causam sine qua sublationis alienæ rei participiando in crimine, vel non obuiando cùm teneretur ex officio, vel ex iudicio, tenetur insolidum sicut cæteri participantes tenentur quantum habuerunt. Et si is, qui rem habuit restituit omnes sunt liberati, sed si soluat qui non habuit, eidem tenentur principales in damno. Sed vt elucidetur maxima, declaremus versus secundum expositionem communiter omnium prædictorum. Iussio, idest qui iubet, principaliter tenetur, & secundario qui accipit. Et intellige idem

siquis

siquis ratum habuit, quod suo nomine gestum est, quia ratihabitio comparatur mandato. extra de reg. iur. ratihabitio. l. 6. Consilium, scilicet ex quo secutum est damnatum, non aliter. Ad hoc reducitur cùm quis dat consilium de collecta in præiudicium ecclesiarum sine licentia Papæ. extra de sen. excom. non erit. Idem est secundum Petrum de pal. de consilio vsuræ, & de aduocante dante malum consilium etiam ex ignorantia. Idem est secundum Richar. de consilio non restituendi, vel qualitercunque damnificandi scienter, uel per ignorantiam crassam. Argumentũ de sen. excomm. ca. nuper in gross. Idem est secundum Duran. de constitutionibus & consultoribus iniquorum statutorum in damnum alicuius. Idem etiam est secundũ Archiepiscopum de notariis, qui destruunt vel occultant instrumenta, vel testamenta vnde sequatur damnum, quia tenentur insolidum. Consensus, qui quidem si sit sine quo, non tenetur insolidum, aliàs autem pro rata rei raptæ, vel damni illati, ita tamen secundum Inno. & Hostien. quod qui fuit strenuior, magis tenetur. Palpo, idest adulator, ad quod secundum Archie. pertinet etiam si sit derisor. talis tenetur insolidum si præda secuta est ex sua laude, vel irrisione. Recursus, idest receptatio latronum, vel rei raptæ, qui tenetur insolidum quando iuuat per hoc furtum, vel impedit restitutionem secundum Petrum, Sed intellige quando sine hoc non fuisset factũ furtum, aut fuisset facta restitutio. Participans, scilicet in crimine associando. Et si sine eo non fuisset factum, tenetur insolidum. sed si fuisset factum, & tantum factum tenetur debitor tantum. Vnde secundum Ray. quando plures simul vadunt ita, quòd non iret vnus sine alio, quilibet tenetur insolidum, aliter secus. Argumentum ad hanc distinctionem extra de sen. excom. c. inter alia. Mutus secundum, qui videt fieri maleficium & tacet. Hic si tenetur ex officio obuiare, tenetur insolidũ secundum Archiepisc. non aliter. Non obstans, qui tenetur insolidum quando ex officio incumbit obstare, quia si habet ministrare iustitiam. Non manifestans, scilicet post factum tenetur insolidum si sit officialis. non aliter, secundum Archie: nisi vocetur in iudicium, quia tunc tenetur insolidum mutus & non obstans, & non manifestans. sicut officialis tenetur in iudicio, & extra. Argumentum. 2 1. q 3. quisquis. sed intelligo quando sine periculo personæ, vel status potest obuiare.

Elice igitur conclusiones.

Prima. Quandocunque vnus, qui tenetur principaliter, non vult restituere, restitutio incumbit ei, qui tenetur secundario, cui postea tenetur is, qui principaliter tenebatur.

Secunda. Qui iubet tenetur insolidum & principaliter, & quæ exequitur secundario, quòd intelligo nisi res remanserit penes exequentem.

Tertia. Qui dedit consilium, vel consensum sine quo non, tenetur insolidum secundario, exequens vero, qui rem habuit principaliter.

Quarta. Adulator sine quo non, tenetur secundario insolidum, sed principaliter exequens.

Quinta. Receptor rei, vel furis sine quo non, tenetur insolidum secundario, sed fur principaliter.

Sexta. Associans sine quo non tenetur insolidum secundario quo ad partes, quas socios contigerunt, sed principaliter quo ad suam vnusquisque tenetur.

Septima. Mutus, & non obstans, & non manifestans. si sit officialis tenetur insolidum secundario, aliàs non, nisi sit in iudicio.

Octaua. Non tenetur officialis cum periculo suæ personæ, vel status seruare alium indemnem in persona, vel statu.

Nona. Quotiens is quis habuit rem restituit, omnes simpliciter sunt liberati.

Casus 51.

Quæritur 51. an sit melius ieiunare annunciationem in sabbato, quàm sexta feria, vel die occurentis vigiliæ? Ad hoc dico, quòd melius est in sexta feria, quòd probo authoritate sancti Vincen. Item ratione. Nam vt patet. 2 2. q. 147. arti. 4. ad. 5. quoddam est ieiunium luctus & quoddã exultationis. Hoc autem ieiuniũ videtur esse mixtum, quia cõmuniter qui hanc diem ieiunant, propter duo ieiunat, s. ad promerẽdum adiutorium virginis in suis opportunitatibus cõtra sua peccata, & ad cõgaudendũ virgini, & cõgratulandũ Deo pro dignitate, quam virgini contulit. Non est autem

autem aliqua dies in scriptura, in qua recepe rimus tot beneficia & consequenter in qua habemus causam tanti gaudij, vt ista, vt patebit in conclusionibus, nec etiam in qua habeamus causam tanti doloris maxime propter Christi passionem. Vnde in sola feria sexta sunt prohibitæ carnes secundū legē, sicut sabbato secundū cōsuetudinē, extra de ieiunio, in ca. consilium primum, id quod faciunt viri qui alijs sunt in exemplum, ab omnibus debet imitari. Sed omnes religiosi ieiunant feria sexta tanquam id sit conuenientius, immo antiquitus seruabatur acsi fuisset de præcepto, vt dicit Archi. Primum ista est dies commodior masculis & feminabus, vt experientia docet, & simul in ea honoratur mater & filius, & non est minoris meriti. Vnde in qualibet domo nobili & ciuili debe ret esse cōsuetudo in hac die ieiunandi in memoriam sanguinis regis nostri, & doloris beatæ matris eius, & in memoriam consolationis quam ipsa habuit in apparitione, & salutatione Gabrielis, & conceptione verbi diuini, quæ omnia fuerunt facta sexta feria. Sed contra, quia uidetur, quòd in die occurrente. Nam per totum annum illa dies computatur quasi uigilia, in qua debet ieiunari pro festo. Solutio. Dico, quòd ieiunamus in uigilia ante festum, vt in eo simus bene dispositi. Vnde si festum non succedat ratio non tenet, sed poterit ieiunari in alia die sanctiori. Secundo videtur, quòd in sabbato, quia illa dies est dicata virgini, Solu. Ista ratio est pro me, quia ex quo sabbato est festum, feria sexta debet esse uigilia, & consequenter in ea est ieiunandum. Tertio videtur, quòd nulla die quia per hoc ieiunium omittuntur ieiunia de præcepto. Solutio. Illi qui sic omittunt male faciunt. Vnde si non potes vtrunque obseruare, dimitte deuotionem tuam, vt obedias. quia beata virgo mauult te filio aut eius vicario obedire, quàm honorare eam, & non obedire filio eius.

Elice conclusiones.

Prima. Non sunt soluenda ieiunia de præcepto propter votiua.

Secunda. Melius est annunciata ieiunare feria sexta, quàm alia die.

Tertia. In feria. 6. habemus multas causas lætitiæ, quas omnes ex locis authēticis collegi. Nam primo est factus Adam & Eua secundum scripturam, & secundo Dauid occidit goliam, vt figura corresponderet figurato, & tertio decollatus est Baptista, & quarto decollatus est Paulus, & Petrus crucifixus secundum aliquos, & quinto decollata est beata Caterina, & sexto concepta est beata virgo, & septimo est nata, & octauo est ab Angelo salutata, & nono visitauit Helisabet, & decimo conceptus est Christus, & undecimo idem est natus, & duodecimo est circuncisus secundū aliquos, secundum alios vero est natus & circuncisus in dominica, & quamuis etiam hoc sit dolorosum ex parte, & tertiodecimo beata virgo assumpta est in cœlum.

Quarta. In ea etiam habemus multas causas doloris, quia in ea Adam peccauit, & Christus salus & vita nostra est potatus felle, mortuus & sepultus, cuius mors dolorose recolitur, quia est pro peccatis occisus.

Casus 52.

QVAERITVR 52. Vtrum beata virgo sit post mortem assumpta statim in corpore, & in anima. Ad quod dico, quod Hic hoc dubium licet pertractet aliqualiter in sermone. Cogitis me, tamen illud non determinat, & si alteri partium videatur fauere, vt ibi patet. Sed Augus. illud determinat, & dominus Alber. super Missus est, & sanctus Tho. 4. di. 12. q. 1. ar. 3. q. 3. & 3. q. 27. & quæst 83.

Pro quo sciendum est, quòd fuit mortua sine dolore, quod probat Albertus, quia Ioannes ratione integritatis sine dolore decessit, ergo à fortiori, & virgo. Secundo, quia secundum aliquos dolor passionis fuit ei martyriū, post quod nō remaneat dolor mortis Tertio, quia Moyses ratione contemplationis & eleuationis non sensit defectum famis quadraginta dicbus, ergo nec virgo tunc sensit dolorem, quia eleuabatur à corpore actu, & secundum substantiam. Est autem mortua ex amore, vt idem probat, quia charitas abstrahit à corpore ad Christum, ergo tantum potest intendi, quòd separet animam. Secundo, quia amor potest inducere languorem, ergo & mortem Hæc ille. Qui intendit probabiliter arguere, quod sic acciderit in ea in qua amor naturalis respectu Christi & gratuitus, fuit intensissimus, & plus quàm in Angelis quo ad gratuitum. Vnde sicut amor leuabat corpus sancti Tho.

Thomæ ? terra, ita leuauit animam Mariæ à corpore. Et est in cœlo, & in anima, vt probat idē testimonio vnius Papæ, scilicet Gregorii, quia quòd ille dixit in collecta, nec tamen mortis nexibus &c. non potest intelligi nisi de incineratione, & duorum episcoporum, S. August. & Dion. de di. no. cap. 3. in textu, & glo. simul bene intellectis, & vnius abbatis, id est Bernardi. Et idem tenet S. Tho. vbi supra. Vnde ipsa resurgens non est mortua. Secus autem est, vt dicit S. Tho. 3. q. 53. de his qui ante Christum surrexerunt, aut eo præsente in carne, aut eo mortuo in eius passione. De hiis tamen vltimis Hiero. est dubius, sed Aug. dicit, quòd sunt mortui, cuius ratio nes efficaciores sunt. Si tamen non sunt mortui, surrexerūt post Christum, quia est primo genitus mortuorum, id est primus qui surrexit ad vitam immortalem. Sed contra, quia Hiero. hæc non vult asserere, ergo non sunt vera. Sol. Dicit Alber. quòd Hiero. tanquam interpres Bibliæ noluit asserere, quòd in ea expressum non inuenit, ex quo non sequitur quòd non sint ista vera, & probabili ratione ponenda. Secundo, quia etiam Aug. idem nō audet asserere. Nam dicit vera de eius assumptione sententia hæc est, vt assumpta sit, siue ī corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. Sol. Licet illud nesciuerit, tamen credidit firmiter, & rationabiliter opinabatur. Tertio. Omnes peccauimus in Adam, ergo & patimur pœnam peccati eius, quæ est incineratio iuxta illud Gene. 3. puluis es, &c. Sol. Negatur consequentia. Licet enim Deus non inferat pœnam sine culpa, tamen aliquando misericorditer à pœna debita absoluit saltem in parte.

Elice igitur conclusiones.

Prima. Ioannes est mortuus sine dolore, & secundum S. Tho. & Aug. viuit in cœlo.

Secunda. Beata virgo est mortua sine dolore, & ex amore.

Tertia. Beata virgo est in cœlo viua, ipsa & suus filius naturalis Iesus, & adoptiuus Ioannes.

Quarta. Resurrexit autem statim, id est ante incinerationem, ante resurrectionem, licet anima eius fuerit beata, forte tamen cœlum non ascendit, vt post ascenderet corpore gloriosa, sed tamen hoc non est certum.

Quinta. Omnes qui hactenus surrexerunt iterum decesserunt, exceptis tribus (quantū ex scriptura, & dictis sanctorum haberi potest) scilicet, beata virgine, & filio eius natura li, & adoptiuo.

Casus 53.

Quæritur 53. Vtrum beata virgo in vita confiteretur, & cui? Ad hoc dicitur secundum Alber. super Missus est, quòd beata virgo suscepit omnia sacramenta quæ erant omnibus masculis & fœminabus communia. Primo ad sui humilitatem. Secundo, ne scandalizaret ignorantes suam sanctificationem. Tertio, vt obediret Deo. Quarto, vt confutaret hæresim eorum, qui dixerunt eam fuisse Angelum. Suscepit igitur baptismum, & ab eo accepit caracterem, & augumentum gratiæ ac meritorum. Nec tamen fit festum de eo, vt de purificatione, quia non fuit publicum sicut illa. Et similiter confirmationem, & ab ea habuit alium caracterem, & augumentum, vt supra. Et credo, quòd Christus eam confirmauit, & baptizauit, sicut secundum sanct. Tho. confirmauit apostolos. Et ab eucharistia memoriam passionis, augumentū gratiæ, actualem deuotionem, & solatium de absentia corporali filii. A matrimonio secundum Albertum habuit fidem & sacramē tum, id est figuram vnionis verbi ad naturā humanam & etiam augumentum, vt supra. Ab extrema vnctione habuit signum perfectæ victoriæ & futuræ gloriæ, & loco remissionis venialium remissionem doloris mortis secundum Albertum. Ordines non habuit, vt per humilitatem conformaretur aliis mulieribus, quæ excluduntur propter tria ab ordinum susceptione secundum Albertū, scilicet indignitatem sexus, fragilitatem peccandi, & incongruitatem regiminis. A sacramento pœnitentiæ habuit augumentum gratiæ. Et secundum Alber. sua confessio non erat peccatorum, sed recognitio beneficiorum Dei, & suæ incongruitatis ad magnitudinem eorum. Credo tamen quòd cùm habitus voluntatis nostræ possint nos latere, secundum S. Tho. licet non habitus intellectus secūdū Aristo. (nesciebat sē esse ita Deo gratam propter humilitatem, vnde mirabatur

tur in salutatione angelica, quia secundum Sanctũ Tho. vere humili nihil tam insolitũ quàm sua exaltatio. Et consequenter confitebatur de venialibus conditionaliter, puta dicendo, si in tali opere, vel tali deliquissem per incautelam, negligentiam, vel alio modo, dico meam culpam. quia bonarum mentium est &c. Nota agnoscere scilicet dubitatiue. non autem assertiue, & secundum eundem Alber. Ioannes euangelista fuit confessor proprius eidem deputatus. Sed quare ista non sunt scripta? Ad hoc respondet Alber. quòd ideo est. Primo, vt exerceatur deuotio fidelium ad inquirendum. Et secundo, quia Deus vult nos quædam in via dubitare, vt veritatem desideremus in patria. Et tertio, quia sicut Augu. habet pro regula in loquendo de peccatis, quòd de ea non sit quæstio, ita loquendo de virtutibus est principium per se notum, quòd quicquid boni habuit quæuis creatura, eo ipsa non fuit priuata, quia secundum Damas. à nullo illustrium vicitur.

Elice conclusiones, vt libet.

Casus 54.

QVæritur 54. Vtrum possit rationabiliter sciri, cuius figuræ & coloris fuerit beata virgo? Ad hoc autẽ sic respõdet Alber. super Missus est. Beata virgo fuit cõpetentis quantitatis, & bonæ dispositionis membrorũ, sicut & Christus, quia filius assimilatur generanti, sic videlicet, vt tãtus nascatur ex tanto & talis ex tali, nisi sit error in natura ex impotentia, vel aliter. Et fuit coloris ex albo, & nigro cõpositi, quia secundũ Ioannicium solus iste color procedit ab æqualitate complexionis & corpori euertico determinatur secundũ Galenũ, & Constantinum. Et habuit capillos nigros, quia cerebrum optime dispositum, secundum Galenum, & Constantinum est calidum, & siccum. Licet enim ad operationes naturales cerebrum debeat esse calidum, & humidum, ad quod sequuntur capilli rubei, tamen ad animales debet esse, vt dictum est, ad quod sequitur quòd capilli sint nigri, & consequẽter sequitur maior pulchritudo supposita albedine faciei, quia opposita iuxta se posita &c. Nigredo tamen illa capillorum, & oculorum fuit temperata secundũ eundem. Et talis etiam per omnia fuit Christus. Ex præmissis sequitur q̃ fuit pulcherrima. Quod etiam patet. Primo, quia omnes mulieres eã figurantes fuerunt pulchræ, vt Hester, Iudith Rebecca. Rachel. Secundo, quia nobilitas & pulchritudo corporis est secũdũ nobilitatẽ animæ. Vnde corpus humanũ est pulcherrimum, ergo nobilissima anima, vt illa habuit corpus nobilissimum. Tertio, quia qui viderunt Veronicam dicunt, quòd pulcherrimã faciẽ repræsentat, & certum est filiũ similẽ fuisse matri. Quarto, quia castitas laudabilior est in pulchris, sicut vituperabilior incõtinentia in turpibus. In virgine autem castitas fuit summe laudabilis. De hoc tamen scriptura nihil dicit, quia ipsa scriptura secundum Alber. est nobis speculum salutis, ideo non vult laudare aliquam mulierem de eo, quòd multis est causa damnationis. Facit tamen de alicuius mulieris pulchritudine mentionẽ, nõ vt laudet, sed incidenter ad ostendendam causam alicuius dicti, vel facti, qđ circa virginem non accidebat. Sed contra. Primo. Nam pulchritudo mulieris est occasio mali. Eccle. 9. Virginem ne conspicias &c. Sed virgo omnibus debuit esse causa salutis. Sol. Pulchritudo est in se bona, sed in bono & optimo mali scandalizantur ex defectu suo, sicut scandalizabantur in Christo Marc. 5. & in Deo qui peruersis peruersus videtur, secũdũ glo. super illud, quàm bonus Israel Deus &c. Secundo. Quia color glaucus, atiestatur frigiditatem corporis frigidi, quale debuit esse corpus virgineum. Sol. Cùm gratia sit nobilior, quàm natura, illa castitas quæ totaliter est à gratia nobilior est ea, quę est à natura, & tanto magis gratiam manifestat, quanto magis contra naturam. Et ideo illud corpus non fuit castum per naturam, sed per gratiam, & voluntatem. Et licet in virgine pugna non fuerit, tamen perfectissimam habuit victoriam, cum inimicus non potuerit nec vincere nec pugnare, dicit Alber.

Prima igitur conclusio hæc est. Beata virgo fuit mediocris quantitatis, & bonæ proportionis membrorum.

Secunda. Fuit coloris mixti ex albo, & rubeo,

Tertia. Fuit etiam nigra oculis, & capillis nigredine temperata.

Quar-

Quarta. Fuit etiam pulcherrima mulierum.

Quinta. Deus noluit eam in scriptura laudare de pulchritudine, quia potest esse occasione mali. Vel dico ego, in signum, quòd Deus principaliter curat de pulchritudine animæ. Vel quia de ea non fuerũt aliqua narranda quæ exigerent fieri de pulchritudine mentionem.

Sexta. Pulchritudo mulieris est causa erroris malis.

Septima. Beata virgo perfectissime vicit diabolum.

Casus 55.

Quæritur 55. Vtrum Deus simpliciter magis amet virginem, quàm Luciferum, vel econuerso? Et videtur quòd Luciferũ, quia est Deo magis dilectus in bono simpliciter, i. in substantia, quia ei vult nobiliorẽ substãtiã, i. angelicam naturã, sed beata virgo est magis dilecta in bono secundum quid, id est in accidente, puta in felicitate. Sed econtra videtur, quòd virginem, quia ego diligentes me diligo. Prouer. 8. & consequenter magis diligentes magis diligit. Secundo. Amare est velle bonum. 1. quæstio. 20. & 3. dist. 32. & 1. contra gen. c. 91. Igitur Deus amat omnia, quia omnibus vult aliquid bonum, scilicet esse. Et amat omnia æqualiter ex parte actus, quia eodem actu omnia amat. Non autem ex parte obiecti, seu boni voliti, quia non omnibus vult idem bonum, sicut nec largitur. Sed quo ad bona naturalia amat magis nobiliora, quia vult eis maius bonum naturæ, id est naturam nobiliorem. Quo ad bona vero gratuita magis amat se amantes, quia vult eis maiorem amorem quo eum amant, & consequenter maiorem gratiam & gloriam. Simpliciter autem magis amat quæ magis amat quantum ad bona gratiæ, & gloriæ, quod patet primo authoritate Nam secundum Aug. super Io. Deus inter alias creaturas rationales magis amat mẽbra vnigeniti sui. Item ratione, quia eis vult maius bonum, idest bonum infinitum. Igitur magis amat virginem simpliciter, quàm aliquam puram creaturam.

Ad argumentũ in oppositum dico, quòd si gloria consideretur secundum se simpliciter est ignobilior substantia angelica, sed secus quantum ad obiectum cui coniungit, quòd Deus vult omnibus prædestinatis. Nõ enim vult his solum dare gloriam, sed etiam seipsum in præmium.

Elice igitur conclusiones.

Prima. Deus omnes creaturas amat vere, non solum volendo, sed etiam faciendo eis bonum.

Secunda. Quo ad bona naturalia magis amat nobiliora secundum suam naturam.

Tertia. Quo vero ad gratuita magis amat se amantes quo ad gratiam & etiam quo ad gloriam, si sint amantes finaliter.

Quarta. Simpliciter loquendo magis amat quibus vult maiorem gloriam.

Quinta. Igitur simpliciter magis amat se, deinde Christum, deinde Virginem gloriosam.

Casus 56.

Quæritur 56. Vtrum habens odium possit licentiari, vt communicet?

Ad hoc respondet Archie. 2. parte. ti. 8. ar. 2. & Durand. ordinis minorũ quem ipse allegat, qui dicunt, quòd ex illatione iniuriæ sequitur primo odium in corde, secundo effectus odii in opere, tertio signum odii in ore, & quarto actio iniuriarum aduersus authorẽ earũ. Odiũ igitur quilibet tenetur expellere, & quòd qui appetit malum adesse, aut bonum abesse proximo non propter aliquid bonum eius, vel alterius, est in mortali, nec potest communicare. Si autem hoc fit quia times ex eius prosperitate alios opprimi iniuste, vel quia speras ex eius depressione alios iuste erigi, non est peccatũ. Nota tamen, quòd non teneris gaudere de bono temporali inimici, vt sic, sed de speciali tantum, & de temporali, vt expedit spirituali. Effectus autem odii si fit in subtrahendo beneficium seu bonum spirituale, est mortale, si illud bonum, quod omnibus exhibetur nolumus inimico communicare, vt orationẽ generalẽ, vel prædicationẽ. Si vero fit in subtrahendo bonum tẽporale, est mortale, si illud bonũ sit extreme necessarium, alìàs veniale. Si vero fit in inferendo malum, erit

erit mortale, si sit contra ordinem iuris, nec licet communio tali. Si vero sit secundum ordinē iuris, semoto odio, non erit peccatum, etiam si cum armis, & sententia iudicis satisfaciat sibi de bonis inimici. Sed quo ad signū odii seu rancoris in ore si quidem malefactor offerat condignam satisfactionem, tenetur quis eum ad amicitiam recipere, & ei loqui. Si autem non exhibet, aut exhibet semiplene non tenetur nisi actio iniuriæ sit abolita præterita remissione, vel etiam dissimulatione, quia scilicet allusit, vel risit, vel comedit cum offenso post iniuriam. Actionem autem iniuriarū, quòd est quartum, nullus tenetur remittere, immo & aliquando quis non potest, vt si iniuria sit facta seruo, vel monacho, vel filio familias. Hæc ex illis.

Dico igitur, quòd is, qui offendit communicare non potest, nisi offerat satisfactionem si potest. Si autem ambo offenderunt prior in reconciliando cæteris paribus. Quòd dico, quia interdum quis pro leui conuitio infert valde magnum.

Eliec igitur conclusiones.

Prima. Odium seruans ad proximum ira quòd ex mala voluntate dolet de bonis eius vel gaudet de malo notabili, est in peccato mortali, nec potest communicare.

Secunda. Qui tamen vult malum propter bonum aliquod rationabile non peccat, sed potest communicare.

Tertia. Similiter qui non gaudet de bono temporali, vt sic, sed solum vt ordinatur ad spirituale, idest vt est ad salutem animæ.

Quarta. Quicunque intendit subtrahere inimico bonum spirituale, vel temporale, generale, aut temporale extreme necessarium est in mortali.

Quinta. Secus qui spirituale particulare, aut temporale particulare, vel de bene esse.

Sexta. Qui intendit inferre malū notabile contra ordinem iuris, vel secundum ordinem iuris ex odio, est in mortali, secus secundum ordinem iuris sine odio.

Septima. Qui non vult loqui volenti satisfacere, communicando, iudicium sibi manducat.

Octaua. Qui non vult remittere, sed prosequi actionem iniuriarum semoto odio, licite communicat.

Nona. Qui offendit, & non vult satisfacere iudicium sibi manducat, quia frater aliquid habet contra eum.

Decima. Quando post offensam is, qui accepit iniuriam risit actoribus aliquod signū amicitiæ ostendit, est facta reconciliatio, quæ videtur sufficere saltem in legibus.

Vndecima. Quando offensio est mutua, prior in offendendo debet esse prior in recōciliando, cæteris paribus.

Duodecima. Licet secundum Arch. in die resurrectionis, idest in aliquo illorum trium dierum communicandum sit, tamen ab Eugenio emanauit breue ad fratrem Ioannem de Capistrano datū Romæ. 1446. in quo declarat optime esse satisfactum legi, si infra hebdomadam sanctam, vel infra octauam paschæ, quis communicet.

Casus 57.

Quæritur 57. Vtrum secundū mentem S. Tho. & doctrinā eius teneatur quis facere eleemosynam in extrema necessitate de necessario ad decentiā vitæ? Ad quod ex doctrina eius. 2. 2. q. 32. & 4. dist. 15. respondeo. Circa hoc sunt in doctrina beati Tho. duæ solennes opiniones habentes solennissimos sectatores. Primo ergo pertractabo materiā secundum opinionem antiquorum Thomistarum quatuor faciēdo. Primo enim declarabo mentem eius. Secundo probabo declarationem esse veram per verba eius. Tertio ex dictis eius arguam contra, & soluam. Quarto confirmabo per dicta thomistarum omnia dicta.

Quantum ad primum sciendum est, quòd bona hominis diuitis sunt in quadruplici differentia. Prima sunt necessaria necessitate quasi absoluta, idest sine quibus non posset viuere ipse, & sui, quorum necessitatibus habet prouidere, puta valor quinquaginta aureorum. Ista sunt omnia sine quibus nō posset viuere sanus, & valens tanto tempore quanto sua complexio durare potest si debite procuretur. Verbi gratia. Delicate nutrito est necessarius panis triticeus, & pellicea tunica, & equus interdum. Secunda vero sunt necessaria necessitate quasi conditionata, id est

idest sine quibus non potest viuere decenter ipse, & sui, vt centum aurei. Ista sunt omnia sine quibus non posset viuere inter coequales sibi, sine nota auaritiæ, vel stultitiæ, vel inciuilitatis, vel paupertatis, vel huiusmodi, quo ad cibos, aut vestes, aut equitaturas, aut palatia, aut ornamenta domus, & hominum. Sicut non viueret decenter nobilis cum veste rusticana, nec etiam forte cum veste nobilium feriali decenter viueret in festo solenni nisi in aliquo casu. Sed pro hoc sciendum est, quòd ad iudicandum quid decens, & quid indecens sit, duplici regula possumus vti, scilicet iudicio communi prudentium, & grauium hominum, & exemplis virtuose viuentium, qui quantumcunque viliter incedant aut decenter viuunt, aut non operantur secundum inclinationem virtutis. Non enim est aliquid iudicandum decens, vel indecens ex sententia ambitiosorum, quia gustum habent infectum. Tertia sunt, qui continentur quidem intra bona necessaria ad decentiam, sed tamen sic, ꝙ eis sublatis stat decentia, & eis additis non exceditur decentia. Terminus enim requisitorum ad decentiam non est indiuisibilis, puta centum aurei, sed est in quadam latitudine, puta non minus ꝗ centum, & nec plus quam centum viginti, ita quòd ista 20. possunt addi & minui stante decentia. Quarta sunt bona superflua, idest quęcunque excedunt quinquaginta, & centū & viginti, ita quòd non sunt necessaria ad viuere, nec ad decenter viuere, sicut sunt centum in habente ducenta viginti. Prima igitur bona, idest quinquaginta aurei sint a. & secunda, idest centum sint b. & tertia, id est 20. sint c. & quarta, idest alia centum sint d. Igitur de a. nulla est, quòd quia omnes doctores conueniunt, ꝙ nullus tenetur de a. facere eleemosynam, imò nec licet, q̄a est cōtra charitatem, nisi in casu fieret hoc alicui personæ vtilior ꝓ bono communi, quod potest suæ vitæ præferre, vt similes offerat se morti pro duce, quòd licet q̄uis non sit necessariū. De ipso etiam d. non est quæstio, quia omnes concedunt, quòd cadit sub præcepto de eo facere eleemosynam in extrema necessitate, vel etiā in necessitate vrgente, seu quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis, etiā si non compareatur adhuc pauperes extremæ necessitatis, non autem aliàs. De ipso vero c. i. 20. dico, ꝙ secundum mentem san. Th. potest fieri eleemosyna licite, & etiam debet fieri, sed hoc debitum non est præcepitū, sed consilii, nisi res ita se habeat, ꝙ sine indecentia notabili possit resarciri, quia etiam tunc est præceptum in extrema necessitate, sed eo casu quo potest fieri resarcio, iā excidit à rōne necessarii ad decentiam. De ipso vero b. i. centum dico primo, ꝙ non est præceptum facere eleemosinā. Et secundo, ꝙ nec consiliū. Et tertio, ꝙ nec licet secundū mentē san. Tho. nisi sit quid modicū, quia viuere indecēter, est, vt ipse dicit, inordinatū, i. contra virtutē .s. affabilitatis seu amicitiæ, quę est pars iustitiæ, vt dr̄ in 2. 2. q. 114. art. 2. qua quisque ad proximū delectabilē se delectabilem exhibere, vt decet in verbis, & factis, vt dicit̄ in 2 34. q. 1. ar. 2. Est aūt indecens, quod aliis vtentibus vestibus solennibus tu velis inter eos esse cum vilibus, nisi in casu extremæ necessitatis alterius, sed vestes viles non dico, quas indicat ambitiosa pompa, sed quas cōmunis sententia probatorum, & virtuosorū exempla condemnat. Cùm autem quis dando venerit ad modum viuendi ita vilem quòd si vilius incederet reputaretur, aliàs reprehensibilis, dico quòd vlterius, quis nec tenetur nec debet facere eleemosynam, quia quòd non licet facere pro amore Dei, & virtute humilitatis, & seculi contemptu, non est præceptum facere pro vita corporali proximi. Et quarto, quòd in tribus casibus licet facere de eo eleemosynam, scilicet primo cùm mutatur status transeundo ad religionem, quia nobilis, vel alius, tunc non tenetur viuere decenter secundum statum, quem relinquit. Et secundo quando de facili potest qs resarcire re, ne appareat inconueniens, vt si in quadragesima detur vestis paschalis pauperibus, cùm quis scit se ante pascha habiturum vnde aliam faciat. Et tertio quando occurrit in paupere necessitas maior, quàm decentia, puta necessitas absoluta singularis personæ, uel magna necessitas reipublicæ. In his enim talibus eleemosyna fit de ipso b. laudabiliter, sed non est in præcepto, nisi sit quid modicum, uel si sit multum, tamen de facili resarciri potest, ut non appareat notabilis indecentia, quo casu iam excidit à ratione talis necessarii. Et si dicatur contra hoc, quòd si esset contra virtutem indecenter uiuere, nō liceret uiuere indecenter propter extremam necessitatem fratris, dico quòd aliquid est

contra virtutem aliquando, quòd ex circun stantia sic honestatur, vt fiat licitum, & non præcepto, sicut mori fame, vt alium nutrias eo casu, quo ille esset reipublicæ utilior. Si etiam dicatur, quòd plus tenemur diligere vitam fratris quàm res nostras, dico, quòd est verum, sed eo casu quo viuere inde center cogimur, quia est contra uirtutis bonum, & uiro prudēti est grauius morte honorifico. Vnde quando quis dando tantū se at tenuauerit in facultatibus, quòd iam ita uiliter incedere cogitur, sicut vnquam incessit virtuosus in eodem statū, tunc iam pauperes Deo cōmendet, quia ipse fecit totum, quòd Deus exigit ab eo, puta si matrona nobilis iam remansit cum una sola, & humillima ueste ciuili, quia non tenetur hanc uendere & emere rusticanam, & de residuo pauperi subuenire morienti, alioqui totus mundus etiam religiosi non solum prælati, sed etiam subditi damnarentur, quibus licet in necessitate extrema eleemosynam facere.

QVantum ad secundum adduco omnia, quæ dicit S.Tho. in ista materia. Igitur S.Tho. 2-2.q.32.ar.6. quærit vtrum corporalis eleemosyna sit danda de necessario. & respondet sic formaliter, & de verbo ad verbum.

Respondeo. Dicendum, quòd necessarium dupliciter dicitur. Vno modo sine quo aliqd esse non potest. Et de tali necessario omnino eleemosyna dari non debet, puta si aliquis in necessitatis articulo constitutus deberet solum vnde posset sustentari ipse, filii eius, & alii ad eum pertinentes. De hoc enim necessario eleemosynam dare, est sibi, & suis vitam subtrahere, ꝙ non licet. Sed de hoc dico, nisi forte talis casus immineret, vt subtrahendo sibi daret alicui magnæ personæ, per quam Ecclesia, uel respublica sustentaret, quia pro talis personæ liberatione seipsum, & suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cùm bonum commune sit proprio præferendū. Alio modo aliquid dicitur esse necessarium, sine quo non potest conuenienter uita transigi, secundum conditionem, uel statum propriæ personæ, & aliarū personarum, quarum cura ei incumbit. Huius necessarii terminus nō est in indiuisibili constitutus, sed multis ait non potest diiudicari esse vltra tale necessarium; & multis subtractis, adhuc remanet vnde possit aliquis conuenienter transire secundum proprium statum. De huiusmodi ergo eleemosynam dare est bonum. & non cadit sub præcepto, sed sub consilio. Inordinatum esset autem si aliquis tantum sibi de bonis propriis subtraheret, et aliis largiretur, quòd de residuo vitam non posset transigere conuenienter, secundum proprium statum, & negotia occurrentia. Nullus enim inconuenienter uiuere debet. Secundum ad hoc tria sunt excipienda. Quorum primum est, quando aliquis statum mutat, puta per religionis ingressum. Tunc enim omnia sua propter Christū largiens opus perfectionis facit, se in alio statu ponendo. Secūdo quando ea quæ sibi subtrahit, & si sint necessaria ad conuenientiam vitæ, tamen de facili refarciri possunt ut nō sequatur maximum inconueniens. Tertio, quando occurreret extrema necessitas alicuius priuatæ personæ, uel etiam aliqua magna necessitas reipublicæ. In his enim casibus laudabiliter aliquis prætermittere id, qđ ad decentiam sui status pertinere uidetur, ut necessitati maioris subueniret. Per hæc patet de facili solutio ad obiecta. Hæc sanct. Thom.

Vbi nota primo, ꝙ qñ dicitur inordinatum autē esset, incipit loqui de b. non loquitur de c. de quo prius immediate loquebatur. Nota secundo ꝙ cùm dicit, sed ad hoc tria sunt excipienda, ly hoc, non demonstrat id, qđ supra dixerat, scilicet ꝙ non est præceptum dare eleemosynam de c, ut consequenter intelligatur, ꝙ in illis tribus casibus eleemosyna sit in præcepto, quia iste sensus est contra eū ibi, & in quarto. ubi expresse dicit, ut patebit, ꝙ in illis casibus est de consilio. Sed ly hoc, demonstrat id, quod immediate præmiserat, scilicet ꝙ etiam inordinatum, & illicitū est uiuere indecenter secundum suum statum. Hoc enim fallit in tribus casibus, in quibus licite hoc fit, ideo dicit, ꝙ quis laudabiliter faceret. Aliqui autem textus habent, sed ab hoc, & non sed ad hoc. Et hæc lectio magis cōgruit & sensus est planior. Item in 3. di. 15. q. arti. 4. quæstiuncula prima quærit Sanctus Tho. vtrum eleemosyna sit danda de necessario, & respondet sic formaliter. Respondeo dicendū ad primam quæstionem, quòd de rebus exi-

stea-

stentibus dicitur aliquid nobis necessarium dupliciter. Vno modo sine quo non potest aliquis esse, vel viuere. Alio modo dicitur aliquid nobis necessarium, quo indigemus ad honeste viuendum, vel decenter secundũ statum nostrum. Sed talis decentia non consistit in aliquo indiuisibili, quia in multis homo non excedit status sui conditionem, & multis subtractis conditio sui status decenter conseruatur. Sed tantum posset addi, quòd esset vltra conditionem status eius, & tantum diminui, quòd non seruaretur honestas, vel vltima sui status decentia. Et hoc sermone determinari non potest, quia de singularibus non est iudicium, sed statur in hoc prudentis arbitrio, & sanctioni quæ docet de omnib. Hæc ille. Et infra. Illud ergo sine quo non potest esse, vel viuere aliquis, vel ipse, vel ille cuius curam habet, non debet in eleemosynas expendi. Hoc enim dicitur necessarium simpliciter quasi necessitate absoluta. Nisi fortè possit antequam necessitas incumbat per alium modum resarciri, quia iam excidit ab huius necessitatis ratione. Similiter etiam illud, quo subtracto non potest seruari decentia status aliquo modo sui, vel suorum, non debet aliquis in eleemosynas expendere, nisi de facili resarciri possit, aut nisi aliquis statum mutare vellet, q̃a nullus debet indecenter in aliquo statu manere, vel nisi necessitas alia præponderet, vel alicuius personæ specialis in necessitate vltima existentis, vel Ecclesiæ, vel reipublicæ, quia bonum gentis est diuinius, quàm bonum vnius. Illud autem quo posito, vel subtracto nihilominus decentia status manet, potest in eleemosynam dari. Et de hoc est consiliũ, non præceptum. Illud autem quod necessarium reputatur ad aliquid quòd est vltra decentiam status debet in eleemosynam dispensari, & hoc cadit sub præcepto. Hæc ille. Qui deinde arguit primo loco sic. Videtur quòd non sit dã da eleemosyna de necessario, q̃a sc̃d̃m Aug. peccat qui præpostere agit. Sed ordo charitatis hoc exigit vt magis homo sibi, quàm alteri subueniat, ergo peccat subtrahendo sibi necessarium, vt alteri tribuat. Ecce argumentũ sequitur So. Ad primum ergo dicendum, quòd si aliquis necessarium sine quo nullo modo esse, aut decenter viuere posse sibi subtraheret, vt alii daret, ordinem charitatis subuerteret in beneficiis obseruandũ, non autem si de aliis sine quibus prædicta esse possunt alteri, quàm sibi tribuat, quia virtuosi est de talibus bonis corporalibus plus aliis, quàm sibi tribuere, vt in 9. Ethico. philosophus dicit. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd dare c. & b. est consilium tantum.

QVantum ad tertiũ arguitur ex dictis S. Tho. contra p̃dicta, quia aliqua dicit, q̃ vñr p̃dictis repugnare. Nam 4 dist. & q. vbi supra, ar. 1. quæstiuncula. 4. in qua quærit vtrũ eleemosyna cadat sub pręcepto, sic respondet Ad quartam quæstionem dicendum, quòd cùm eleemosyna sit actus virtutis, oportet, quòd aliquo modo cadat sub præcepto, quia præcepta legis latoris ad virtutem inducere intendunt, vt dicitur 2. Ethico. Hæc ille. & infra. Ordo autem subuentionis talis debet esse quãtũ ad duo. Ex parte eorum quibus subuenitur, vt primo sibi, postea sibi coniunctis subueniat. Deinde extraneis. Secũdo ex parte necessitatis, talis debet esse ordo, vt prius necessitati absolute subueniatur, quàm alicui necessitati conditionatæ, quæ est, cùm quis indiget aliquo ad sui status decentem conseruationem. Et ideo præceptum legis ad hoc obligat, vt illud quod super est alicui post subuentionem perfectam, & sibi coniunctis, puta familiæ, quàm gubernare debet respectu vtriusque necessitatis, in eleemosynas expendat ad subueniendum aliis respectu vtriusq; dictarum necessitatum. Sicut natura illud quod sibi de alimento superfluit, ab actu nutritiuæ in quo attenditur quasi necessitas absoluta, & actu augumentatiuæ in quo attenditur quasi necessitas conditionata, præparat ad conseruationem speciei, generatiuæ virtuti subministrans. Et similiter præceptũ legis obligat, quòd etiam necessitati extraneorum absolutæ primo subueniatur, quàm necessitati propriæ, vel propinquorum conditionatæ. Et ideo dicitur cõmuniter, quòd dare eleemosynam de superfluo cadit in præcepto. Et similiter etiam dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate. Dare autem de eo quod est necessarium necessitate secunda, non autem de eo quod est necessarium necessitate prima, quia hoc esset contra ordinem charitatis. Hæc ille. Ex his autem arguitur sic. Nam præceptum legis obligat ad subueniendum prius necessitati

sitati absolutæ extraneorum, quam necessitati propriæ, vel propinquorum conditionatæ, vt dicit sanct. Tho. hoc autem non esset, nisi esset præceptũ, vt quis in extrema necessitate daret necessaria sibi ad decentiam.

Sol. Dico primo, quòd S. Tho. in summa multa limauit, quæ ex aliorum opinionibus dixerat in sententiis, & secundum aliquos hoc est vnum, ideoque standum est dictis. 22. Dico secundo melius, quòd etiã in quarto sensit, quòd non sit præceptum eleemosynam facere de ipso b. vel e. vt patuit, quæ autem hic dicit, intelliguntur in casu quo potest esse reseruatio, vt sit sensus. Quãdo quis habet aliqua danda in eleemosynam cæteris paribus, prius suis debet subuenire quã alienis, sed præponderante necessitate, debet esse econuerso, sicut si habenti vestem indecentem afferantur 10 aurei, si tunc occurat fratris extrema necessitas, prius illi necessitati fratris absolute debet succurrere, quàm suæ conditionatæ, si statim ista 10. potest resarcire ne magnũ inconueniens appareat, quod si non potest resarcire, nec euadere sine magna indecentia, non tenetur ex necessitate. Vnde ista debent intelligi concorditer ad ea quæ dicuntur in 22. & quæ subiungit ibi in quarto in locis multis. Et quod sic senserit, patet ex tribus. Primo, quia vt ex superioribus patet vbiq; tã in summa quàm in sententiis, tenet. quòd de necessario ad decentiam non est necessarium nec licitum facere eleemosynam, nisi illud possit statim resarciri, vel &c. Secundo, quia statim post illa verba in responsione ad primum dicit sic. Ad primum dicendum, quòd facere aliquid boni ad quod ex legis præcepto non tenemur, ad supererogationem pertinet, de qua consilia dantur. Et ideo cùm dare aliquid de superfluo respectu primæ necessitatis, sed necessaria secunda necessitate, ad subueniendũ maiori necessitati, & si non sit necessitas absoluta est bonum ad quod ex præcepto non obligamur. Ideo est supererogationis, & propter hoc de hoc est consilium. Hæc ille. Et si dicatur, quòd loquitur quando pauper non habet extremam necessitatem, neq; absolutam, dico, quòd verum est, de extrema, & absoluta iam posita in actu, sed tamen loquitur de extrema mox futura cuius iam ãpparent signa, quòd patet, tùm quia istam necessitatem dicit maiorem quàm decentiæ, tùm quia secundũ eum vbique non est præceptum dare eleemosynam propter necessitatem decentiæ præcisæ, alioquin omnes dãnarentur. Et ibidem ad quartũ dicit. Tempus ad quod obligat præceptũ de eleemosynis faciendis ex parte accipientis, est quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subueniatur, vt cùm aliquis videt alios impotentes, vel pigros ad subueniendũ, & pauperem indigentem cibo, & potu, & aliis vitæ necessariis, nec sibi satisfacere posse. Non enim expectanda est vltima necessitas, quia tunc forte non posset iuuari natura famæ, vel siti consumpta. Ex parte vero dantis est quando habet homo multa, quibus non indiget, neque ad sustentationem vitæ sui, & suorum, neque ad decentem status sui conseruationem, etiam si pauperes extremæ necessitatis non comparerent. Hæc ille. Vbi non intelligas, quòd habens superflua teneatur omnibus pauperibus dare nisi in necessitate extrema, vel quasi, id est quando est mox futura, & iam apparet, alioquin si quis teneretur subuenire indecentiæ omnium pauperum petentium, nullus saluaretur. Vnde quòd dicit, etiam si pauperes extremæ necessitatis non compareant, sic intellige sicut prius ipse posuerat, scilicet quia adhuc non sunt in necessitate extrema, sed tamen iam habent signa eius mox futuræ. Tertio, quia sequendo exemplum eius, patet, quòd natura id, quod est necessarium augumento proprio, non administrat generatiuæ, vt patet in brutis, & hominibus bene regulatis, & si non in vitiosis, qui plura coëũt quam natura requirat, non ex naturali inclinatione, sed ex phantasia prouocante naturam. Secundo, arguitur, quòd sic se habet necessarium ad necessarium, sicut necessitas ad necessitatem, quia scilicet si de minus necessario tenetur quis subuenire minori necessitati, etiam maiori tenebitur de necessario magis. Sed de superfluo tenetur quis etiã, extra extremam necessitatem, scilicet si pauperes extremæ necessitatis non compareant, vt dicit Sanct. Tho. Ergo in necessitate extrema tenetur de necessario ad decentiam.

Sol. intendit Sanct. Tho. pauperes extremæ necessitatis non comparere, quando extrema necessitas est futura, sed probabilia signa eius sunt præsentia. Et eodem modo vt dictum est, quando supra dixit, quòd da-

re aliquid superfluum respectu primæ necessitatis, sed necessarium secunda. necessitate ad subueniendum maiori necessitati etiã si non sit absoluta, &c. intelligit, q necessitas non absoluta, & tamen maior quàm necessitas decentiæ sit quando non adest necessitas extrema, quæ est absoluta, sed adsunt signa eius probabilia. Vnde extra necessitatem extremam, vel quasi nullus tenetur eleemosynam dare sub præcepto. Et nota, quòd extrema necessitas secundũ Petrũ de palu. non solũ intelligitur quando homo est in periculo mortis, sed etiam grauis infirmitatis. Tertio arguitur, quia secũdũ eũ in necessitate extrema omnia sunt cõmunia, quòd nõn esset nisi &c. Sol. Sunt cõmunia tunc oĩa quæ dare est præceptũ; non aũt necessaria absolute, quia est contra rationem, quòd subripias mihi panem meum, eo casu quo est mihi æque vt tibi necessarius, puta quando ego, aut alter esset moriturus. Sunt forte etiam cõmunia, ea quæ dare ẽ cõsiliũ, sit quod tibi licet subripere illa, nec tamen ergo dare teneor. Verũtamen potius morerer, quàm cogerem aliquem videre indecenter. Quarto. Nã Tho. 6. quolib. ar. 12. dicit, quòd in casu necessitatis cadit sub præcepto dare omnia sua pauperibus Sol. Illa necessitas nõ est corporalis, sed spiritualis, puta pro animæ salute.

QVantum ad quartum hactenus in ordine prædicto intellexerunt cõmuniter doctores f. S. Tho. eo modo quo exposui, s. q de necessario ad decentiam non sit præceptũ facere eleemosynam, nisi eo casu quo id quòd datur iam excidit à ratione talis necessarii. Hoc aũt patet de Petro de taram. 4. dis. 16. qui licet non sic intellexerit Sanct. Tho. tamen ipse tenuit. & Sanct. Tho. vt ipsum esse imitatum, & de summa confessorum. libr. 3. titulo. 8. & summa Pisana. ti. 8. eleemosyna primo. §. 3. & Archiepis. secunda parte titu 18 primo capitul. 24. §. vltimo. & penultimo. Nec obstat si Durandus. ord. prædicatorum, sensit oppositum, quia hoc dicit ex sensu suo, & non ex mente S. Tho. sicut, & Petrus de pa. qui oppositum tenet, adducens exẽplũ de Martĩ. qui cũ sua indecentia pauperem vestiuit, sed dicit illud factum non fuisse præcepti, sed consilii, alioquin nõ fuisset tantũ à Christo comendatum. Duo autem videntur Sanctum Tho. aliter intellexisse, scilicet Io. Index, & Raynerius tenentes opinionem Petri de palu. Hæc autem iuxta mentem antiquorum doctorum thomistarum dicta sunt, quorum opinio aliquando mihi videbatur probabilior, moderniores autem, vt Raynerius in summa, & Ioannes Index, vt dictũ est, & videtur bonæ memoriæ magister Petrus bergomensis. & communiter docti adhuc viuentes, sentiunt quòd in casu extremæ necessitatis necessario sit eleemosyna facienda de b. Et quo ĩ mente quæstionem sic pertracto. Prima conclusio. Habens de superfluo ad viuere, licet sit necessarium ad decenter viuere, tenetur sub præcepto dare existenti in extrema necessitate. Patet conclusio. 4. dis. 15. q. 2. ar. 1 q 4. in corpore, vbi dicitur, quòd tenetur q's prius subuenire necessitati absolutæ proximi, quàm sua cõditione, & quòd præceptum legis est, vt quis det de necessario ad decentiam. Patet etiã ratione, quia tenemur magis vitam proximi, quàm res nostras & nostrã corporalem decentiam amare, cùm sit obiectum dignius. Et licet viro nobili sit grauius morte, viuere indecenter, propter suam imprudentiam, vel negligẽtiam, vel violentiam, secus propter fraternã pietatem, nisi iudicando fallatur. Secunda cõclusio. Date eleemosynam de toto b. non extremæ necessitati, nunquam est de præcepto, neque de consilio, sed est illicitum, quia nulli licet in aliquo statu viuere indecenter, nisi propter maiorem alterius necessitatem. Tertia conclusio. Dare aliquid de b. extra necessitatem extremam est consiliũ, quia perfectionis est plus alii, quàm sibi de temporalibus velle, vt alius viuat se decentius. Quarta. Nihil habens superfluum ad decenter viuere nec ad viuere, nulli tenetur eleemosynam facere de præcepto, nec de consilio, nisi in casu quo iuuaretur respu. aut persona reipu. se vtilior, quia nunc est de consilio eo quòd bonum sit pro cõmuni salute exponere vitam suam. Quinta conclusio. Habens de superfluo ad decentiam tenetur dare sub præcepto, vbi adest necessitas decentiæ, licet non adsit extrema 4. vbi supra ad quartum. Sed contra prædicta arguitur. Nam si est vera prima, & vltima conclusio, male supra determinasset supra. Tholo. rem pus in quo obligat præceptum de eleemosyna

syna, dicens, quòd est quando dans habet superflua vtrique necessitati, & accipiens est in extrema necessitate, &c. Sol. Duo sunt danda in eleemosyna, s. superfluum ad viuere, & ad decenter viuere. Duæ sunt etiam necessitates quibus dandum est, s. necessitas extrema, & decentiæ. S. Tho. ergo ex parte dantis assignat tempus in quo tenetur dare omnia necessitati, quia illud est cùm quis habet vtrunque superfluum, non autem cùm quis habet superfluum solum ad viuere, quia non tenetur dare necessitati decentię, non autem assignat illud in quo tenetur dare alteri necessitati, nō aũt omnia, quia illud est ẽt si non habeantur superfluũ ad decenter viuere, vt in extrema necessitate. Similiter ex pte accipiẽtis assignat tẽpus in quo accipe à quolibet habẽte dãda, q. a illud est etiã in extrema necessitate, nō aũt assignat illud in quo debet accipere ab aliquo, sed non omnia, quia illud est etiam in necessitate decentiæ, in quo debet accipere ab habente superflua ad decentiam. Sed contra, quia peccauit moraliter diues videns pauperem indecenter indutum, & sic omnes damnamur. Solutio. Dico dupliciter. Primo, quòd nescio videre quomodo diues habens multa superflua ad decentiam, qui facillime pro vna sua voluptate aut ambitione exponeret multa, possit habere charitatis viscera, cùm videt pauperes laceratos, & non compatitur. Nec tamen omnes, nec valde multi propter hæc damnantur, quia non sunt valde multi habentes tantum de superfluo, vt illud non possit credere necessarium ad suam decentiam. Secundo, forte dici potest quòd licet cum quis est in cadendo ad statum paupertatis, teneatur habens superfluum ad decentiam sustentare illum ne cadat, postquam tamen cecidit & iam est in statu paupertatis non tenetur ei prouidere decentia nisi tanquam pauperi, puta si videatur eum nudas carnes praetendentem operiẽdo illũ. Item contra, quia. S. Tho. quolib. 8. ar. 12. dicit, quòd habens superflua ad decentiam non peccat mortaliter nō dando pauperi, qui non est in extrema necessitate, ergo non tenetur dare habenti necessitatem decentiæ tantum. Sol. Illud dictum est verum, quando ideo illi non dat, quia credit, quòd sibi occurrat aliquando maior necessitas. Vnde si habens necessitatem decentiæ petat à tali, & ille non veri- similiter putet, quòd melius dispensabit eleemosynam suam, tunc tenetur dare illi. Item contra, quia dicit. supra Tho. & a. quòd dare e. est consilium non præceptum, & multo minus præceptum est dare b. Sol. Illud dicit non esse præceptum, quia non obligatur quis illud dare pro qualibet necessitate, licet consilium sit dare pro necessitate decentiæ, cum quo stat, quòd sit præceptum, vt detur pro aliqua necessitate, i. pro extrema. Item contra, quia ibi dicit quodam dare b. est laudabile Solu. Etiam laudabile est ponere uitã corporaliter nostram pro spirituali proximi, quod tamen est de præcepto. Quia enim dixerat quòd non licet viuere indecenter, excepit tres casus, in quibus decet indecenter viuere, cum quo stat quod in aliquo eorum hoc sit præceptum. Item contra, quia in 4. dicit, quòd dare necessarium ad decentiam ad subueniendum necessitati maiori, est consilium. Sed ista maior necessitas est extrema. ergo &c. Sol. Ista necessitas maior quàm decentiæ non est extrema, quia necessitas decentiæ habet gradus. Vnde ibi subditur, quòd non est absoluta. Habet autem secunda Thomistarum opinio veritatem, vt credo, licet aliquando secundum aliam sim loquutus.

Casus 58.

Quæritur 58. verũ sit simonia nec ne in sequentibus contractibus? Petrus. n. de fumo volens animæ suæ nunc, & in posterũ prouidere, cõuocat capitulũ conuentus, & monasterii, dicens se velle in Ecclesia eius erigere altare, & ei assignare libras quinquaginta annui, & perhennis reditus, hac lege, vt dictus cõuentus teneatur singulo die in eo missam celebrare, & singulo anno anniuersariũ facere pro se, & suis defunctis, requirens an hac lege velit dictum capitulum dictum reditũ acceptare, quo recusante tandem concordant in libris quinquagintaquinque. Henricus vero de puteo motus eo, sine quo Petrus, accersito tabellione ac testibus, donat altari erigendo

ius

ius exigendi à se, & à suis hæredibus libras quinquagintaquinque annui, & perpetui red. ditus, hac lege, vt si dictū q. hunc redditū percipere voluerit, teneatur celebrare missam, & facere anniuersarium, vt supra. Deinde requirit dictum capitulum, an velit hunc redditum cum hoc onere suscipere, & respondet, quòd sic, & ad hoc se promissione, vel pacto vel instrumento obligat. Igitur ad hoc quæsitum respondeo duo faciendo. Primo enim præmitto ea ex quibus soluitur dubitatio, & secundo dico ad casum.

QVantum ad primum ex doctrina S. Tho. 2.2.q.100.& 4.dist.25. & quol.8.q.6. ar. primo, sic respondetur. Sciendū est igitur, quòd vt clare. 22.ar.1.& 4. sententiarū euā ar. primo, questio. prima colligitur, spirituale est duplex, scilicet primo per essentiam, vt gratia, & virtutes. Quòd vt dicitur quarto vbi supra ad tertium, nullo modo vendi potest, nec super eo potest cadere deliberata voluntas emptionis, & intellige recte sentiendo. Et secundo per causam. Et hoc est duplex, scilicet primum quod est spiritualis gratiæ causa, vt sacramenta, & secundum, idest actus qui ex spirituali gratia, & sacro officio procedit, & ad spiritualem gratiam disponit. In diffinitione autem simoniæ sumitur spirituale per causam, vt dicit quarto, vbi supra ad quintū. Et hoc spirituale, vt dicitur ibi ad tertium, inquantū est corporale habet quandam speciem quæ vendi potest, quamuis non ex hoc quod est spirituale.

Sciendum est secundo, quòd vt dicit quarto ar.2.q.3. sicut spirituale, quòd sub pretio poni non debet, est duplex, scilicet ipsa sacramenta, & actus competentes ex officio sacro, ita duplex est annexum spirituali, scilicet ipsis sacramentis, vt vasa sacra, & huiusmodi, & officiis sacris, vt decimæ, & ius patronatus. Sciendum tertio, q sacrum per causam quasi causa gratiæ, nullo modo vendi potest vt vbique dicit. Vnde dicit 22.ar.2. ad secundū, q sacerdos non accipit pecuniā quasi pretium consecrationis eucaristiæ, aut missæ cantatæ, hoc.n. esset simoniacū, sed quasi stipendiū suæ substentationis. Hæc ibi. Et quarto ar.2.q.1. ad quartū sic dicit. Facere pactionē de missa celebranda est simonia, c. cū semp. Si tamen sacerdos non habet alios sumptus non tenetur ex officio missam cantare, pōt accipere denarios sicut conducticii sacerdotes faciunt, non quasi prætiū missæ, sed quasi substentamentū vitæ. Hæc ibi. Et hoc non intelligas interueniente pacto, quia hoc esset ipso facto vendere missā, quia vt dicit 22.ar. 1. ad quintū, noīe emptionis, & venditionis, intelligitur oīs cōtractus non gratuitus. Hæc ibi. Et quarto, ar.2. ad primū dicit, q non licet pacisci pro anniuersario dicendo, vt patebit, & consequenter nec promissa. Sed contra hoc arguitur sic, quia extra de præb. in c. significatū, dicitur quosdam canonicos cuidam sacerdoti præbendam dedisse in Ecclesia, vt missā de beata virgine quotidie celebraret, & Papa illā pactionē cōfirmauit. Ergo licite sacramenta, & vendi, & emi possunt. Sol. Ad hoc S. Tho. 4. ar.2.q.1. ad quintū sic dicit. Ibi non fuit aliqua pactio, sed illi præbendæ annexū fuit illud officiū cantandi missam talē. Hæc ibi. Idē autē sentit Anto. de But. & gl. Sciendū est quarto q sacrū per causam quasi causatū à sacro officio, vel spirituali gratia, sunt actus ministroū Ecclesię spirituales. Sicut autē dicit 8.q.6.ar. primo. & quatuor ar.2.q. secunda. Actus dicitur spiritualis dupliciter. Primo, quantum ad principium, quia scilicet alicui conuenit ex spirituali dono, vel officio, vt Episcopo consecrare basilicas, & diacono legere Euangelium. Et secundo ex parte finis tantum, vt quando per illum ad aliquod spirituale peruenitur, vt docere artes liberales, quòd etiam gentilibus conuenit. In primis igitur, vt dicitur quarto vbi supra, nō licet sine simonia locare opera sua, sed potest aliquid recipi in substentationem vitæ: in secundis autem potest quis emere, vel vendere opera sua, sed non illud spirituale quod ex eis acquiritur. Hæc ibi. Et ad primum ibi dicit sic. Anniuersarium celebrare est spiritualis actus primo modo, & ideo nullo modo licet pacisci pro eo celebrando, sed tamen cùm ex deuotione aliquid datur Ecclesiæ, tenetur celebrare pro illis, pro quibus rogatur. Hæc illi. Et 2.ar.3. ad secundum dicit sic. Aliqua temporalia dantur Deum laudantibus siue pro viuis, siue pro mortuis, non quasi prætium, sed quasi substentationis stipendiū, & eo etiam tenore pro processionibus faciēdis in aliquo funere aliquæ eleemosynæ recipiūtur. Si aūt huiusmodi pacto interueniēte fiant,

fiant, aut etiam cũ intentione emptionis, & venditionis, simoniacũ esset. Hæc ibi. Vbi nota, quòd dictum est, scilicet quòd quæ sicut pro spiritualibus suscipiantur in sustentationem vitæ, necessario sine pacto accipiuntur. Secundũ est quinto quo ad annexa spiritualibus, vt dicitur 2.2.ar.4. quòd eis aliquid est annexũ dupliciter. Primò, sicut ex spiritualibus dependens, vt beneficiũ ecclesiasticum quod habere nõ licet nisi habendi beneficiũ clericali. Et secundo sicut ad spiritualia ordinatũ, vt ius patronatus, quod ordinatur ad præsentandũ clericos beneficio ecclesiastico, & vasa sacra, quæ ordinatur ad vsum sacramentorũ. Primo modo annexa nullo modo vendere licet, quia sine spiritualibus esse non possunt, & eis venditis illa vendi intelliguntur. Reliqua autem vendi possunt (licet non inquantũ annexa) quia non præsupponunt spiritualia, sed ea ordine temporis præcedunt. Hæc ibi quasi verbotenus.

QVantũ vero ad secundũ, nunc respondeo ad casum, & dico multa. Primò enim dico quòd in spirituali secundo modo quia scilicet est spirituali, id est, supernaturali do no, vel officio dependet, cuiusmodi est anniuersarium celebrare, vt dictum est quantum ad Deum, & conscientiã sufficit ad euitandã simoniam, quòd quis non intendat aliquid accipere pro tali actu quasi pretium, vendendo actũ suũ. Quòd patet, quia in dicto quol. Sanct. Tho. tenet, quod vadens ad Ecclesiam aliàs non iturus, non committit simoniã, si intendat pecuniam, vt sustentamentũ, nõ vt pretium. Sed quo ad Ecclesiam illud non sufficit, quia si quis pacisceretur (quamuis non intendat nisi victũ suũ) quo ad Ecclesiam, est simoniacus, & subiacet pœnis illatis à iure. Vnde dicit 2.2. articulo tertio ad secundũ, loquens de istis actibus sic. Vnde illicita esset ordinatio, si in aliqua Ecclesia statueretur, quòd non fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certam pecuniæ quantitatem, quia per statutum tale præcluderetur magis officium pietatis. Magis autem licita esset ordinatio, si statueretur, quòd omnibus certam eleemosynam dantibus, talis honori exhiberetur. Prima enim ordinatio habet speciem exactionis, secunda vero compensationis. Hæc ibi. Et idem dicit Ray. dicens, quòd si in talibus constitutio sit affirmatiua, vt qui fecerit sic, habeat sic, non est simoniaca, sicut si sit negatiua, vt qui non fecerit sic, non habeat sic. Hæc ille. Et idẽ tenet sum. Angelica, tit. simonia. 3. §. 10. addens, quòd ideo constitutio negatiua habet speciem exactionis, quia præsupponit, quòd pro minori non fiat, non autẽ affirmatiua, quia non negatur quin & fiat pro non sic facientibus. Ex quibus patet id, quod dictũ est, quia scilicet quo ad Ecclesiã non sufficit bona, & recta intentio, quia de ea non se impedit. Certum est enim, quòd statuentes tam negatiue, quã affirmatiue possũt eandem intentionem habere, & tamen illi iudicantur simoniaci, & non isti, propter verborum formam.

Dico secundo correlarie sequi ex hoc dicto, quòd simoniaca est constitutio, qua statuit capitulum Ecclesiæ matricis, ne aliquis de sua parochia funus vocet aliquos religiosos, nisi vocet totum capitulum habiturum aliquid temporale, quòd tamen vocare non tenetur. Est enim negatiua constitutio. Est etiam hæc constitutio contra ecclesiasticam libertatem, quæ secundum Innocen. violatur, quotiens violatur priuilegium concessum vniuersali Ecclesiæ, cuiusmodi est posse diuinas laudes circa funera persoluere tanquam Dei ministros, & inde per eleemosynas gratuitas recompensationem recipere, cuius signum est, quia violatur ecclesiastica libertas, si statuatur aliquid restringendo funeralia, vt quòd solum tot cerei portentur, vel huiusmodi, vt dicit Archiepis. & Pan. Et addit Zamb. violatur dicta libertas, inquantum particularis Ecclesia grauatur in priuilegio vniuersalis Ecclesiæ. Et tanto hoc est deterius, quanto grauamen Ecclesiæ ab Ecclesia infertur, ac si idem non seipsum emet.

Sicut enim secundũ S. Tho. in 3 melius est (cæteris paribus) benefacere amico, & coniunctiori, quàm aliis, ita econuerso peius est ei malefacere. Dico 3. quòd prima forma casus est simoniacus, quia ibi est pactum, ꝙ patet ex diffinitione eius cũ pactũ sit duorũ plurium in idẽ placitũ seu cõsensus. ff. de pact. l. prima. Dico quarto, quòd forma est licita, quia non est pactum, sed donatio redditus, cum onere faciendi anniuersarium. Hoc autem

tæ patet, quia in casu supra allegato, de præbenda cui alligatum est onus cantandi, missam nulla fuit pactio, secundū Sanctū Tho. & alios. Est autem simile de hoc, vt dicit Hostien. qui dicit expresse in cap. quoniam, enormis. extra. ne præ. 6. su. quod tale onus potest annecti redditibus. Dicit tamen tutius fore relinquere sic. Relinquo tali ecclesiæ annuatim decem libras super tali possessione diuidendas inter eos solummodo, qui meo anniuersario interfuerint, & rogo, vt fiat omni anno. Licet autem hoc sit tutius, tamen secundū Sanct. Tho. non tenemur eligere viam tutiorem, sed sufficit eligere tutam. Sed contra prædeterminata arguitur multipliciter.

Primò sic. Nam in secunda forma est pactū vel erit, scilicet quando dictus conuentus acceptabit, quia ibi est pollicitatio qua ille pollicetur in posterum se daturum talem redditum, pollicitatio autem transit in pactum, quando per nuntium, vel literas acceptatur, quia iam ibi est duorum consensus. l. pactū. ff. de pollicita. Ergo secunda forma est simoniaca. Sol. Ibi non est pollicitatio, sed donatio inter viuos, quia donatur ius exigendi quotannis de bonis suis quinquaginta quinque libras. Et idem est si quid sit sub prædicta forma secunda legatum. Secundò sic. Nam secundū Innocē. in cap. quoniam enormis licet sit meritorium aliquos redditus constitui in ecclesia, vt ibi fiat anniuersarium pro aliquo, tamen hoc non potest constitui per donationem, quia non licet ēt apponere conditiones spirituales, sed potest constitui per eos qui habent anniuersarium facere. Et ad hoc allegat capitulum, significatū extra. de præbendis, vbi s. dicitur, quod canonici instituentes dictam præbendā petiuerunt confirmationem à Pontifice. Ergo secunda forma nō licet. Sol. Illud onus, vel illa conditio potest institui, & apponi à constituente redditum. Nec dicti canonici petiuerunt confirmationem, nisi quia dubitabant, vel non credebant se id potuisse facere, vt ille contractus esset ratus, vt innuit Ioannes Andr. Papa vero confirmauit, non approbando malum, sed id, quod licitū factum est stabiliendo. Nunc vero iam non est dubiū ex quo Papa sic approbauit, & ideo ratio non sequitur. Et præ. non est simile quo ad hoc de beneficio, vel redditu ecclesiastico; cuius scilicet dispensator est Papa, vel episcopus; & de redditu isto qui nouiter instituitur à layco; qui scilicet non est in dispensatione prædictorum, nisi post constitutionem. Tertio. Nā licet sacerdoti locare opera sua secundū glo. in cap. significatū, extra, de præben. & secundū Abbatem ibi. & in cap. quoniam enormis extra ne præla. 6. su. & in cap. tua nos. extra, de simo. Ergo licet ei pacisci de anniuersario, & consequenter prima forma est licita. Solu. Dico primo secundum beatum Tho. in quodam quol. & Archie. flo. in secunda parte. ti. primo. in his quæ sunt de iure diuino, standum est magis sententiæ theologorum, vt bene probat. Sanct. Tho. Et licet Pe. de ancha. hoc neget, tamen ei non statur, quia nimis fauet iuri positiuo. Vnde Anto. de butrio magnus decretalista sentit cum S. Tho. Vnde & experientia docet, quòd in prædictis canonistæ multū, & interdum ineptissime falluntur, vt in materia de voto, & de simo. in qua multi dicunt multa falsa & repugnantia, quia diffinitiones non intelligunt, vt alias ostendetur. & patet ex dictis Abbatis in cap. litteraturam. extra de voto, & vo. red. Standum est igitur Sanct. Tho. dicenti, quòd non licet sacerdoti locare opera sua in actibus spiritualibus ex parte principii. Et si contra hoc dicatur, quòd secundū S. Tho. aliqui sacerdotes licite conducuntur, vt ex dictis patet, dico, quòd illa conductio non est emendo aut vendendo, vel paciscendo, quia probatum est, quòd cum ipse dicit, aliquos licet pro spiritualibus percipere aliquod temporale sustentamentum, intelligitur deducto pacto. Vnde ista conductio est per modum eleemosynæ. Sicut n. non est simoniaca & consequenter nec cum pacto constitutio affirmata, ita nec talis conductio, qua dicatur: si volueris esse mecum dabo tibi hoc & illud, & sacerdos hoc acceptat, vt intelligatur conduci ad annum sicut quis conducitur ad diem sic. Domine do vobis, vel dabo talem eleemosynam dummodo celebretis hodie pro me; & sacerdos hoc acceptat licite, etiā si alias non esset pro eo celebraturus, cum non teneatur. Si autem vellet dicere nolo celebrare pro tanto, detis mihi tantum, iam interdit pactio, nec ille videtur dare eleemosynaliter, nec iste amore, & gratis celebrare. Et simile est de conductione ad annum quantum ad actus spirituales ratione principii, & si non quantum ad alios. Et confirmant hoc, quia

Bar.

Bar.Pisa.magnus theologus.& legista, & canonista,titu.simonia,primo.§.25. cùm recitasset dictum Ray. dicentis. Licet sacerdoti locare opera sua,& aliquid exigere pro processione,ad quam non tenetur,subiungit, quod in omnibus istis debet ipse gratis officiare, licet aliquid recipiat pro sumptibus. Quod ego sic intelligo,quia si ad talia non tenetur, potest licite aliquid accipere, sine quo talia non faceret, dummodo esset pactum, non autem qui ad ea tenetur,& cũ hoc est diues. Dico secundo ad principale argumentum, quod etiã,quòd non sit in hac materia standum theologo,tamen standum est canonistis con sentientibus theologo, præcipue si sint plures,& solemniores. Contra abbatem autem sunt Innocen. & Hostien. in cap. tertio ne præla.vi.cum quibus videtur esse Ioan.And., qui eos adducit in cap.significatum,nihil eis addens. Dicit enim Innocen.quòd sacerdos suis parrochiãnis non potest vendere spirituale etiam si indigeret, sed non suis, potest locare corporalia opera, non autem spiritualia. Et caueat,inquit, ne isti contractus quo ad intentionem,aut verba misceantur. Et per opera corporalia intelligit ea quæ à spirituali dono non sunt,vt scribere,& docere grammaticam, vel huiusmodi.Motiua autem Abbatis sunt hæc.Nam primo beneficia inquit dantur propter officia. Sol. Tamen non dantur ex pacto, nisi simoniace. Secundo,quia,inquit,mansionarii pro seruitio spirituali recipiunt temporale. Solu.Si ista recipiunt ex pacto est simonia, vt dictum est. Tertio. Nam vicario episcopi constituitur certa portio, & non pro seruitiis temporalibus,vt patet,inquit,in cap.cùm ex eo.de ele. lib.6.& in cap.peruenit. de apel. Sol. Pro seruitius spiritualibus ex parte finis potest habere salarium ex pacto, & vendendo opera sua,sed pro spiritualibus ex parte principii potest illud habere ex taxatione superioris sine pacto. Quarto. Nam potest recipere recompensationem damnorũ quæ substinet. Sol. Esto quòd sacerdos qui lucratur in scribendo,& de hoc viuit, possit in pactum deducere hoc, da ex hoc non habetur, quòd possit locare opera sua pro actib. dependentibus à supernaturali dono, Dico vltimo ad argumentum, quòd esto, quòd verum dicat Abbas,hoc etiam secundum eum non est licitum nisi sacerdoti, qui non põt aliunde habere vnde honeste uiuat. Vnde non licebit clericis, quibus interdum paupertas esset animæ sanitas,& delitię ministrant luxuriã, & vanitatum somenta.Ex his patet quòd dicentes secundum S.Tho.licere pacisci pro anniuersario dicendo,aut illum non viderunt, aut non intellexerunt. Et cum eo sentit Ricar.in quarto,& communiter omnes theologi.

Casus 59.

QVæritur 59.vtrum illa spina quam Vicentini tanquã Christi sanguine cruẽtam venerantur, ampliori reuerentia quàm Beata Virgo prosequenda sit? Respõdeo,Omissa tacita quæstione,an.s.quippiã sãguinis Christi reperiri possit in terra,& supposita veritate huius spinæ,de qua nullus sanæ mentis potest ambigere,cùm id scripturæ publicæ autenticatæ testentur,dico iuxta, s doctorem.2.2.q.103.& q.18.& 3.d.9.quod triplex est honor seu adoratio, duliæ.s.yperduliæ ac latriæ. Dulia est virtus qua honorem virtute debitum,superioribus creaturis rependimus. Dulia quippe seruitutem sonat. Sumitur autem dupliciter communiter, s. pro omni honore exhibito superiori siue Deus, siue angelus, siue homo sit,& propriæ pro honore,vt diximus exhibito superioribus creaturis. Sic vero multas habet species. Aliter enim patrem, & aliter regem honoramus.Vnde sumitur 3.pro honore,quem seruus exhibet domino suo, vel pater filio, & huiusmodi.Dulia ergo omnem rationalem creaturam veneramur, nisi damnata sit, id est in malo obstinata.Qualibet enim rationalis natura, aut habet, aut habere potest Dei gratiam, & virtutem, Quemlibet ergo angelum, & hominem non damnatum, dulia veneramur possibiliter, maximè vero præsules,ac dominos, qui virtuti conseruandæ,& augendæ præficiuntur,nisi sint in actu peccati manifeste. Sic enim aliquid habent honori contrarium. Diuites vero propter diuitias honorare eo honore cuius diuitiæ sunt causæ.i.quo ad exteriorem conuictum, peccatum non est.Sunt enim altiores in repu.& ipsæ diuitiæ sunt adiumenta virtutis.

 Re-

Reliquias vero sanctorum ac vestes similiter veneramur, tanquã sanctorum aliquid, & semper viuentijs animæ corporeum instrumentũ. Yperdulia vero, supradulia, vel excellẽs dulia est. Est n. vt idem dicit, virtus quã creatura Deo spirituali modo coniunctas, honoramus. Tales enim supremum gradum in entibus tenent, vt sic. Vnde supremã duliæ speciẽ, quæ yper, vel superdulia dicitur, veneramur. Ad horum vero intellectum sciendum est, ꝙ ille modus quo Deo per virtutẽ creatura iungitur, omnibus honorandis communis est. Præter hunc autẽ specialẽ habent quædã, vt beata Virgo, quæ non solum virtute, sed etiam maternitate, Deo coniuncta est. Ideo hãc sicut dulia secũdũ se, ita yperdulia, vt mater est Christi, veneramur. Ipsam et Christi humanitatẽ, & patibulũ Crucis isto honore adoramus. Latria vero est virtus quã Deum honore congruo prosequimur, tanquam scilicet omnium bonorum principẽ. Sic autem honoramus primo quidem sanctam Trinitatem. Deinde vero humanitatem verbi incarnati ratione vnitæ deitatis, (quamuis secundum se adoretur yperdulia) deinde hostiam, conditionaliter tamen si sit rite consecrata. quam tamen conditionem non oportet semper in omni tali adoratione actualiter, sed habitualiter, vel melius uirtualiter menti retinere. Deinde patibulum Crucis, & cæteras imagines Dei inquantum imagines sunt, idest gratia rei imaginatæ, & non gratia sui. Hoc enim generaliter verũ est non solũ secundũ fidem, sed etiã secundum Aristo. in lib. de me. & re. quod licet diuersus sit motus animi, quo quis fertur in imagine, vt est quædam res in se (puta aurũ vel lapis) & quo quis fertur in repræsentatũ per illam, tamen quando animus fertur in imaginem, vt imago est, eodem motu fertur in vtrunque. & honor imaginis (vt Remig. testatur) imaginato ascribitur. Licet vero adoremus latria imaginem Dei irrationalem puta lignum, imaginem tamen rationalem, id est hominem non sic adoremus. Propterea, quod secundum se adorabilis est homo, & consequenter ille honor videretur hominis, & non Dei esse, & periculum imminerct ne adorans hominem, in creatura sistat. De adoratione vero Crucis, sic dicit S. Tho 3. q. 25. Honor non debetur creaturæ, nisi rationali. Visibili vero debetur honor ratione intellectualis, inquantum scilicet eã repræsentat, uel ei quocunque modo coniungitur. Primo modo regis imaginem venerari consueuerunt homines, secundo vero eius vestimentum, vtrunque autem veneratur eadem veneratione qua & regem. Si ergo loquamur de ipsa Cruce, in qua Christus affixus est, vtroque modo est à nobis veneranda, scilicet inquantum imago est Christi extensi, & inquãtũ mẽbra eius tetigit, & sanguine perfusa est. Vtroque aũt modo adoratur latria, quia eadem adoratione cũ Christo eã veneramur. Vñ & Crucẽ quasi crucifixum alloquimur, & deprecamur. Quantũ aũt ad rationẽ cõtactus adoramus non solũ Crucẽ, sed & oĩa quæ sunt Christi, iuxta Dama. 4. lib. dicẽtẽ. Pretiosũ lignũ & sanctificatũ cõtactu sacri corporis & sanguinis. decenter adorandũ; clauos, indumẽta, lanceã, & sacra eius tabernacula. Quia tamen ista non sunt imago Christi sicut crux, ideo imaginem Crucis in omni materia veneramur, non autem clauorum, vel huiusmodi. Hæc ille. Et idem videtur sensisse sanct. Tho 2. 2. q. 103. Omnia uero in hac quæstione dicta sunt eiusdem in locis allegatis, excepto eo, quod dictum de retentione habituali conditionis in hostia.

Sed circa uerba eius, occurrit una dubitatio. Nam uidetur opposita scripsisse. In 3. n. sententiarum dicit, quòd Crux Christi, quæ illũ tetigit, ut imago Christi adoratur latria, sed ut quædam re adoratur yperdulia, tanq̃ aliquid Christi, nõ aũt latria eo, ꝙ non sit pars Christi nec consequenter adoranda eadẽ adoratione qua Christus. Ex his aũt uidetur consurgere repugnãtia duplex. Prima quidem, quia in 3. parte dicit, ꝙ creaturæ uisibili seu irrationali nullus debetur honor nisi ratione rationalis naturæ. In tertio uero dicit, ꝙ ipsa Crux potest adorari, ut res quædã. Secunda, quia in tertia parte dicit, ꝙ crux ratione contactus adoratur latria. In 3 uero dicit, ꝙ non adoratur latria, nisi ut imago. Ad istã ergo dubitationẽ uoluit Ioannes ca. quòd S. doctor cùm bachalarius esset, multa scripserit in sententiis secundũ famosas opiniones aliorum, quæ postmodum magister effectus correxit in summa. Neque uero hoc derogat tanto doctori, quia etiam Aug. multa sua dicta retractauit. adeo ut librum retractionum effecerit. Respondet etiam magister Petrus Bergomensis in suis ethimologiis.

mologiis, addens ad prædictam responsionem, quòd crux quæ Christum tetigit dupliciter adorari potest. Primo scilicet vt intelligatur Christo coniuncta, & secundo, vt intelligatur diuisa. Et primo quidem modo adoratur latria, vt dicitur 3. sententiarum. Et sic ad primam repugnantiam dico, quòd cùm dicit Crucem posse adorari, vt res quædam intelligit immo expresse dicit, quòd adorari potest, vt res Christi, & consequenter adoratur ratione rationalis naturæ, id est Christi quamuis aliter, vt intelligitur ei coniuncta, & aliter, vt ab eo intelligitur diuisa. Ad secundum diceretur, quòd sanct. Thom non sic dicit in 3. sicut allegatur, sed dicit, quòd Crux adoratur latria, vt imago Christi, vt res quædam adoratur yperdulia, non autem negat quin adoretur latria ratione contactus. Mens ergo sanctæ Thomi est, quòd tribus modis Crux adoratur, scilicet vt imago, & vt res Christi eidem coniuncta, & vt res eiusdem ab eo diuisa. Et tertio modo adoratur yperdulia (non obstante, quòd sit Christi ille honor, & non Crucis) quia licet Christus in seipso adorari possit latria, quando tamen adoratur in aliquo suo sibi non coniuncto, adoratur in alio & adoratur yperdulia. Est autem & alia difficultas in verbis Sanct. Tho. Nam si contactus ad membra Christi, est ratio sufficiens adorandi latria, videtur sequi quòd beata uirgo adoranda sit latria, quòd contra doctrinam sanctorum est. Similiter, quòd asellus quo vsus est dominus, adorãdus esset latria, & eius reliquiæ si haberentur. Sol. Dico ad primum iuxta præmissa, quòd propter hoc est beata virgo adoranda latria, propter rationem supra allegatam, quia, scilicet est quid in se adorabile, vnde videretur ille honor latriæ ad creaturam, non ad Deum terminari. Dico tamen, quod licet non sit taliter adoranda, est tamen taliter adorabilis, id est digna adorari, scilicet latria, & hoc inquantum est imago Dei, & forte etiam inquantum per intellectum accipitur, vt aliquid Christi eidem coniunctũ per contactum. Aliud enim est esse adorabile aliquid, aliud quoque esse adorandum. Sicut enim aliud est furem esse dignum suspendio & furem esse à me suspendendum. Ad aliud dico, quòd si ipse asellus acciperetur per intellectum, vt aliquid actualiter coniunctum Christo, adoraretur latria, quia eadem adoratione qua & Christus adoraretur. Vt aliquid autem separatum, adoraretur yperdulia. Nec debet hoc mirum videri, quia nobilior est asellus ligno Crucis, & lapide sepulchri, & terra calcata à domino, quam in locis quampluribus veneramur, sicut & in quodam cœnobio Galliæ quædam portio calciamentorum eius adoratur.

Ad quæstionem autem agitatã deueniens, dico, quòd si loquamur de honore exhibito alicui rei gratia sui, & non alterius, prædictum aculeum, & spina, nec magis, nec tantum, nec aliquo modo est venerabilis, quia rei irrationali nullus debetur honor gratia sui. Si vero de eo honore loquamur, quem alicui naturæ exhibemus gratia alterius, tūc iuxta prædicta dico duo. Primum, quod spina magis veneranda, secundum quòd beata virgo magis est venerabilis, id est digna venerari. Primum patet, qui spina adoranda est summo honore, id est latria, virga autem honore non summo, sed yperdulia. Patet etiam secundum, quia Virgo est digna venerari summo honore, & cum hoc secundum se est digna yperdulia. Et adorabilis est summo honore ratione repræsentationis & contactus, spina vero ratione contactus tantummodo. Per hæc autem quæ scripsimus bene intellecta, solui possunt omnia argumenta, quæ in ista materia fieri consueuerunt. Arguit enim primo Henricus sic. Nulla, inquit, imago potest esse imago Dei, quia secundũ Dama. infigurabilis est Deus, ergo nulla imago adoranda est latria. Solu. Deus, vt est humanatus habet imaginem, nam Deus vere est crucifixus, & imaginem habet diuinum suppositum Cruci affixum. Secundo arguit Durandus sic. Anima intelligens nunquam dicit imaginem, vt imago est, idem esse cum imaginata, sed semper illa duo dicit distincta, cùm sint adinuicem relatiua, ergo nunquã, qđ vni eorum attribuitur, conuenit reliquo. Sol. Licet aĩa cũ fertur in imaginẽ, vt sic, nõ dicat imaginẽ esse imaginatũ, nõ tñ est necesse, quòd tũc neget vnũ ab alio, vel faciat duos cõceptus de illis, sed vno cõceptu cõcipit vtrũque vnũ in ordine ad aliud. Negatur ergo antecedẽs ad hunc sensũ, quòd oĩa illa duo dicit idẽ, i. vno cõceptu fertur in vtrunq, & vno motu ac si essent idem. Ad probationem aũt dico, quòd anima ea quæ realiter distinguuntur vno conceptu põt cõcipe,

&

& iudicare quando vnum eorum ad aliud refertur, cùm vnum relatiuum claudatur in intellectu alterius. Et licet imago, vt sic, & imaginatum; vt sic aliquando conceptibiliter distinguantur, tamen philosophi, quòd est vnius attribuũt alteri, vt patet Verit.q.4. ar.8. Arguit tertio, Holcoth super librum sapientiæ suæ. Latria enim est honor, qui soli Deo exhibetur, ergo nulli creaturæ conuenit. Omnis autem imago est creatura, ergo nullo modo imago adoratur latria.

So. Sicut latria soli Deo conuenit per se, sine gratia sui, ita & creaturæ per accidens siue gratia alterius, idest Dei representati conuenit, qui in secula est gloriosus.

Casus 60.

Quæritur 60. vtrum aliquid valeat si sacerdos dicat in absolutione, quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccaminũ &c. Ad hoc respondit S. Th. quol.3.ar.28. Et dicit multa, primũ, quòd peccator est debitor pœnitentiæ dupliciter. Vno modo ex suo peccato, alio mõ ex iniunctione sacerdotis, vnde si confessor imponat minorem pœnam quàm meretur: residuum exsoluet aut hic aut in purgatorio. Si vero maiorem nihilominus tenetur facere si potest, quòd si moriatur antequam expleat, nõ exigetur ab eo nisi secundum quantitatem peccati. san. Tho. in 4. Secundum est, quia dicit, quòd opus quod aliquis facit ex iniunctione sacerdotis dupliciter valet pœnitenti. s. ex natura sua, & virtute clauium, quia magis valent ad expiandum peccatum, quã si proprio arbitrio fierent. Tertium est, quia dicit, quòd sacerdos potest iniungere pœnitentiam proprio arbitrio, & consilio alieno, & etiam arbitrio ipsius pœnitentis, sicut si dicatur facias hoc si potes, & si non potes facias hoc, & simile est quando dicit quicquid boni feceris, &c. quasi dicat grauius tibi pœna esset iniungenda; sed volo, quòd omnia bona à te facta, & mala patienter tollerata sint tibi in remissionem peccatorum. Et per ista verba, illa, quæ facit pœnitens (præter expressam iniunctionem) accipiunt maiorem uirtutem, quàm habeant ex se ad satisfaciendum. hæc S. Th. Vnde ergo, quod in omni opere, &c. maxime in flagellis, & in verbis iniuriosis habendo patientiam satisfacis pro peccatis, sicut quando facis iniunctam pœnitentiam.

Casus 61.

Quæritur 61. Vtrũ vnus confessor possit mutare pœnitentiã iniunctã ab alio? & dico secũdũm Ray. quod sic. dũmodo tria concurrant. Primo, quòd hoc fiat discrete, & cũ rationabili causa, & circa subditum suum, quo. s. ad confessionẽ, dist. 72. præsbyter. Excipiũtur solum isti casus, primus si pœnitentia fuit publica, maxime inchoata, quia secũdũ Viliel. debet requiri si commode potest ille cui iniunxit, ne scandalizetur: secundus quod est iniuncta pro peccato reseruato superiori, secundum Viliel. nisi vrgeat necessitas, aut suadeat vtilitas, quia tunc pium est credere, quòd in huiusmodi concesserit potestatem, tertius quando superior hoc sibi reseruauit, secundum eundem Viliel. arg. 50. d. accedens, & 33. q. 2. latorem, & in glo. vtriusque capituli. Aliter siue idem, siue alius sacerdos potest, hoc tamen non debet facere, nisi examinata causa propter quam iniuncta est, secundum Ray. Propter quod videtur, quòd non possit fieri nisi facta generali confessione si omnia peccata concernit, vel speciali si pro aliquo specialiter imposita est, nisi sit euidens, quòd pœnitens ipsam explere non possit quia non debet dari medicina nisi cognito morbo.

Casus 62.

Quæritur 62. Vtrũ aliquis in extremis possit facere verã pœnitẽtiã? Respõdetur secũdũ sententiã theolo. & canon. maxime S. Tho. 4. di. 20. q. 1. ar. 1. q. 1. & quãdiu homo viuit potest verã agere pœnitentiam, quod probat Aug. lib. de pœnitẽtia, de latrone Lucæ. 22. & Ezech. elis. 18. In quacunque hora, &c. exemplum de Siluestro. 2. de pœ. d. 7. nemo. Sed tamen vix aut nũquam fit vera pœnitentia in morte, quia aut

aut homo subito moritur, & res sua est expedita. Credo, quod dominus nunquam hoc permittit nisi in pessimis hominibus, & credo, quod sit pessimum signum æternæ mortis. Et si perpendat se mori adhuc vix potest pœnitere, rationem assignat Scotus. 4. ex verbis. Aug. de vera pœnitentia Primo. quia requiritur vsus liberi arbitrii quo voluntas libere detestetur peccatum. Sed vsus hic timore, & dolore impeditur, vnde Aug. de vera pœnitentia Difficile est vt tunc vera sit pœnitentia quando tam sera venit, quando cruciatus mēbra ligat, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid aliud cogitare valeat, melior est tamen sera, quàm nulla. Secundò. quia non solum debet esse voluntaria, sed propter Deum, vnde Sanct. Tho. 14. dicit, quod Antiochus non verè pœnituit. 2. Macha. 19. quia hoc faciebat timore pœnæ, ideo talis iam non videtur facere propter Deum, sed esse videtur sicut qui proiicit merces in mare. Aug. vbi supra. Nullus expectet quando peccare non potest; arbitrii libertatem quærit Deus, vt possit dolere commissa non necessitatem, charitatem, & non timorem tantum, quia non in solo timore viuit homo. Quem ergo sero pœnitet oportet non solum timere iudicem, sed & diligere, quia sine charitate nemo potest saluus esse. Hæc ille. Tertiò. quia malus habitus est effectus naturalis, ideo dicit S. Tho. 4. vbi supra, quòd est difficile, quòd affectus hominis quē multo tempore in aliquid inclinatum habuit, subito in contrarium mutetur. Ideo Augu. vbi supra. Hæc conuersio si contingat etiam in fine, desperandum non est de eius remissione, sed quoniam vix, & raro est tam iusta conuersio, timendum est de eo, maxime cum filii quos illicite dilexit sunt præsentes, mundus, & vxor ad se vocent, &c. quæ illicite dilexit. Multos ex hoc solet pœnitentia decipere serae. Hæc ille. Addo quarto secundum Albertū Mag. super illud. Quis scit si conuertatur, & ignoscat. Ioel 1. Seueritas diuinæ iustitiæ incerta est, inquit, vtrum Deus in extremis velit dare gratiā, quia tunc locum habet illud Grego. Qui non vult cùm poterit, iustum est, vt instigatur et non posse cùm voluerit. Vnde prouer. 1. uocaui. &c. Hæc Albertus. Ideo accipe consilium domini. Nec tardes conuerti ad Deum &c.

Casus 63.

QVæritur 63. Vtrum circunstantia temporis sacri, peccatum aggrauet in infinitum, & consequenter sit necessario confitenda. Respondeo. Pro fundamento argumentorum, & decisionis, præmitto unum ex san. Tho. malo. q. 2. ar. 7. & 1. 2. q. 18. ar. ultimo. & 4. d. 16. q. 3. ar. 2. q. 3. scilicet quòd nulla circunstantia adueniens actui trahit illum ad aliam spēm peccati, nisi ipsa addat nouam repugnantiam ad rationē. Addit etiam nouam repugnantiam quando ipsa ex se hēt rationem mali, sed quando nō habet rationem mali ex se, sed solum ex suppositione alicuius prioris non trahit in aliā spēm, sicut accipere pecuniam multam non est malū nisi supposito quòd sit aliena, ideo quae non trahit extra genus furti, hæc ex illo uirtualiter. Tunc arguo, quòd ista circunstantia sit aggrauans in infinite. Primo. Nam omnis circunstantia trahens ad aliam speciem peccati aggrauat in infinitum, & consequenter est necessario confitenda, secundum communem doctrinam Sanctorum. Sed ista est huiusmodi, quia habet spiritualem repugnātiam ad rationem, quia continet iniuriam temporis sacri. Confirmatur, quia circunstantia sacri loci trahit ad aliam speciem. Ergo, & sacri temporis. Secundo. Nam quandocunque vno actu agitur contra duo præcepta, ibi est circunstantia aggrauans infinite, ut patet quarto, ubi supra, quæstiuncula. 4. & omnes concedunt. Sed quando quis fornicatur in festo agitur contra duo præcepta, scilicet non mechaberis, & non facies opus seruile, quia peccatum est opus seruile. Confirmatur, quia sanct. Tho. 2. 2. q. 122. ar. 4. ad secundum dicit, quòd magis facit contra præceptum de sanctificatione festi peccans, quā faciens opus corporale licitum. Confirmatur etiam, quia Alex. de ales in tertia summa dicit, quòd talis committit unum peccatum quantum ad actum, & duo quantum ad reatum, sicut qui uirginem deflorando necat. Confirmatur tertio. quia multi doctores expresse scripserunt istam circunstantiam esse confitendam necessario. Sed contra hoc, est communis schola sancti. Tho. in qua nunquā uidi peritum non sentientem in oppositum. Ad quæstionem igitur dico, quòd Nico. de

lira

Lira primus innuit (quantum ego legerim) hanc circunstantiam esse de necessitate confessionis, innixus super verbo seruile, & super dicto Alexandri de Ales allegato, vt credo, forte non satis exquisite vtrumque intelligens. Hunc deinde secutus est Archiepiscopus Florenti ex ordine prædicatorũ, tanq̃ cuius studiũ fuerit semper fidelium mores, vitamq; restringere, & tanq̃ qui professor canonũ sententias philosophicas aut Theol. S. Tho. plene diiudicare nõ potuit, tertio loco emicuit summa Rosella, deinde præceptor diuinæ legis, id est Ioannes Nider. ordi. prædi. qui tamen tanquam Theologus, & melius doctus in S. Tho. noluit assertiue, sed dubitatiue loqui, dicens, quòd forte est necessaria, quo modo loquendi vltimo vsa est summa Angelica. Dico autem opiniones istorum stare non posse, & hanc circunstantiam non aggrauare in infinitum, nec esse confitendam necessario, sed solum de bene esse, & congruo, quòd probo primo sic. Omnis circunstantia aggrauans in infinitũ dat peccato nouam speciem, trahens illud ad aliud genus, vt patet secundum omnes, præcipue S. Tho. in locis superius allegatis. Sed ista non dat speciem peccato, quia non aggrauat nisi supposita malignitate priori. Accipere enim voluptatem ex fœmina in die festo, secundum se non repugnat rationi, alioqui vir non posset debitum reddere diẽ festo sine peccato, etiam exactius, contra S. Tho. 4. distin. 32. sed solum repugnat supposito, quòd nõ sit sua, vel quòd causa voluptatis coeat, vel quòd ipse vir sit petens, & exigens, quòd non licet propter mandatũ Ecclesiæ, licet ex se non sit malũ, quia etiam in die laudis posset quis, & actionem, & coitũ ordinare. Vide Sanct. Tho. 4. dist. 32. quæst. 1. ar. 5. quæst. 2. sic dicit. Petere debitũ in die festiuo non est circunstantia trahens ad aliã speciẽ peccati, vnde non potest in infinitũ aggrauare, & ideo non peccat mortaliter vxor aut vir si in die festiuo debitum petat. Secundo. Nam quandocunque circunstantia aggrauat in infinitũ, & est necessario confitenda, oportet quòd sit directe contra præceptum speciale. Sed in proposito non est sic, quia dicit Sanct. Tho. 2. 2. q. 125. ar 4. ad primũ, quòd illud præceptum de sanctificatione sabbati importat cessationem à peccato solum figuratiue in sensu morali, & non ad literam, & in 3. distinct. 37. q. 1. ar. 1. quæst. 2. ad secundum sic dicit. Opera seruilia mystice intelliguntur peccata, sed ad literam opera seruilia dicuntur ad quorum exercitium seruos deputatos habeamus, in quibus debent artes mechanicæ dirigere, quæ contra liberales diuiduntur. Hæc ille. Et confirmatur, quia Deus exponendo illud præceptũ, facit mentionem semper de operibus mechanicis, nunquam vero de peccatõ, quòd vtique fecisset si ad literam voluisset peccata prohibere. Confirmatur etiam quia facere contra vnum præceptum aliteram, & contra aliud metaphorice fit circunstantia necessaria necessario, qui fornicatur habet confiteri se etiam idolatrasse, fornicatio in scripturis dicitur metaphorice idolatria. Dato quòd sit contra illud præceptum, hoc non est nisi inquantum illud est generale prohibens omne peccatum, vt dicit Sanctus Tho. 2. 2. vbi supra, quòd autem est generale non trahit ad speciem, nec ponit in numerũ cũ speciali. vnde rapere, & damnificare iniuste non sunt duo peccata, nec duæ deformitates. Ad primũ ergo negat̃ maior. De hoc aũt S. Tho. 4. dist. 16. q. 3 ar. vl. q. 4. loquitur, vbi expresse maiorẽ negat dicens, quòd circunstantia speciem mutans est in infinitum aggrauare, sed non semper hoc facit, sed solum quando directe habet oppositionem ad præceptum legis, & ponit exemplum, quia ad peccatum gulæ quæ est præpropere addit hæc circunstantia laute, specialẽ deformitatẽ, quæ ẽt ex se peccatum faceret, sed nõ est directe contra legẽ, ideoq; nõ aggrauat in infinitũ. Hæc ex illo. Clarum est aũt ex dictis ꝙ circũstãtia tẽporis nõ repugnat directe p̃cepto legis. Negatur ẽt minor, & probatio, q̃a circunstãtia tẽporis sacri nõ cõtinet iniuriã eius ex se, sed solũ ex suppositione prioris actus mali. Ad cõfirmationem dico, ꝙ de t̃pe. & loco est simile quo ad multa. Primo quo ad hoc ꝙ vtroq; est circũstãtia aggrauans ex suppõne prioris actus mali, & cõsequẽter oẽ pc̃m in vtroq; est grauius, cæteris parib. Secũdo quantũ ad hoc, ꝙ vtrũq; põt esse obiectũ aĩæ intẽdẽtis operari in cõtẽptũ sacri loci, vel tẽporis & consequẽter vtrunq; isto modo trahit ad aliã speciẽ, puta inobedientiæ, vel contẽptus, vel huiusmodi. Ex ista duo quæ diximus, S. Tho. in prima. quæst. 2. ar. 6. in fine corporis tangit di

cens. Siquis faciat aliquid indecens in tpe sacro, tẽpus sacrum, quod consideratur vt circunstantia respectu actus indecentis, qui in eo fit, potest considerari, vt obiectum respectu alterius actus circunstantis, qui est contẽnere tempus sacrum. Haec ille. Et tertio quo ad hoc, ꝙ vtrunq; habet annexam circunstantiam trahente in aliã speciem quantũ ad aliqua, & aggrauantẽ in infinitum q̃ est circunstantia inobedientiæ, quia qđ aliàs esset licitũ, in tempore vel loco sacro erit illicitũ, & mortale, sicut arare in die festo, & iugulare latronem in Ecclesia. Vnde sicut homicidiũ iniustum, & in Ecclesia, habet duplicẽ defor mitatem, iustum autem vnam tantum, ita labor manualis iniquus, puta trãsportatio rei furtiuę in festo, habet similiter duplicem deformitatẽ, æquus vero vnã tm̃. Est aũt dissimile in vno, quia si à tẽpore secludamus præceptum Dei prohibentis opus aliquod, & intelligamus Deum tempus festi cõsecrasse ad sibi quo ad aliquid vacandũ, similiter si à loco secludamus præceptum Dei, vel Ecclesiæ, de non effundendo sanguinem, vel semen, vel de non furando sacra, & intelligamus Deũ, vel Ecclesiã cõsecrasse locũ Ecclesiæ ꝓ diuinis, stante casu adhuc aliquod opus factum in loco sacro habebit ex se repugnantiam ad rationem, & non solum in ordine ad priora, puta si ibi quis laudat, aut vir cognoscat vxorem suam, vel potestas vindictã sanguinis exerceat. Secus autem de tempore quia tunc arare non erit peccatum, sicut nec ludere ad pilam, in quo labor est maior, ideoque circunstantia loci aliquando trahit in aliam speciem, non aũt circunstantia temporis. Et horum ratio est, quia locus attingi pot est actione corporali transeunte, puta furto quo tollitur res inhærens, vel effusione sanguinis, vel seminis, non autem tempus.

Vnde sicut peccata quæ fiunt in Ecclesia, & non transeunt corporaliter in locum ipsum, vt cogitationes malæ, & verba quæ ex se habent in aere sistere, nõ autem attingere structuras nisi per accidens, sunt quidem grauiora, sed non trahunt in speciẽ aliam, quia non attingunt locũ iniuriose, ita nullũ peccatum factũ in tẽpore sacro transfert in aliã speciẽ, nisi vt dictũ est ratione circunstantiæ annexæ, quia nõ attingit iniuriose sacrũ tempus.

Et notãdum est quòd licet multa mala fiant in Ecclesia, tñ species sacrilegii aggrauantes in infinitũ nõ assignant nisi tres, q̃ q̃ quia forte & de hoc possit alia ratio reddi, credo tñ ꝙ ista sit rõ, q̃a illa tria sub pcepto ꝓhibita sunt à Deo, vel potius Ecclesia. Vñ licet triturare segetes, & cõprimere vuas, & mercari & facere ludos in Ecclesia, ex se sint malũ, & cõsequẽter in aliã speciẽ trahant, quia tñ sub ꝑcepto nõ prohibentur, non aggrauant infinire. Ad secundũ autẽ dico, ꝙ valet ad oppositũ, vt ostensum est. Ad primã confirmationem dicit, dico, quòd duobus modis aliquid facit contra aliquod præceptũ. Primo faciẽdo contra intentionẽ proximam præcipientis. Et secundo faciendo cõtra remotam, sicut contra illud ꝑceptũ. Non furaberis, facit primo modo qui furatur, & secundo modo qui odit, quia Deus faciens illud præceptũ, in mẽte intendebat non esse furandũ, vltimate vero intendebat dilectionẽ proximi, & sui. Quãdo aũt quis facit cõtra præceptum aliquod secundo modo, & non facit contra illud solũ, & specialiter, & directe, sed omnia, & indirecte, quia in vltimo fine omnia conueniũt. Nec facere sic contra præceptũ, trahit in aliã speciẽ, alioquin qui furatur ẽt cõmitteret deformitatem fornicationis, sed solum facere contra præceptum directum; id est quantum ad intentionem proximam, quòd non est in proposito. Sanctus Thom. autem loquitur secundo modo. Vel intendit Sanct. Thom. vt dicit bonæ memoriæ magister Petrus Bergo. quòd talis facit magis contra illud præceptum intellectum metaphorice, & ut est quoddam præceptum generale. Ad secundam confirmationem dico primo, quòd Alexander loquitur eo modo, quo & San. Tho. nec oportet moueri per exemplum quod ponit, quia sancti interdum ꝑ exaggerationem loquuntur in detestatione peccatorũ. Dico secundo, quòd nõ cogimur authoritatẽ eius recipere aduersus authoritatem Sanct. Tho. cuius doctrina est per Ecclesiã examinata, & cõprobata, maxime quantũ ad ea q̃ fidẽ moremq; cõcernunt. Vel dico tertio, quòd Alexãder videtur se firmare in hoc, quòd in noua lege ꝑceptũ de sãctificatiõe sabbati obseruã dum est eo mõ quo Ecclesia statuit, q̃ & ab operib. seruorum, & à peccatis mandat abstinendum sed Ecclesia loquitur exhortatoriè quo ad peccata, & non ꝑceptiue, q̃a non est credibile, quòd ipsa illud ꝑceptũ strictiori mõ q̃ Deus instituerit dicentib. omnib. ꝙ maior

ceri-

cærimonia in veteri, quàm in noua lege serua batur. Ad tertiã confirmationem dico, ꝙ eorum authoritati in hac parte non est standum quia inefficaciter arguũt in sensu mystico arguendo sic. Omne opus seruile in festo prohibetur, Peccatum est opus seruile &c. Postquã ista conscripseram interloquendum oblata mihi est epistola illius præclari Thomistæ & viri sãctissimi magistri Petri bergo. ad quẽdã amicũ suum sic dicentis. Venerabilis pater præmissa recom. De circunstantia temporis noueritis ꝙ iam diu venerabiles patres atque doctores sacri, s. magister Gabriel de barchinona. magister Vercellinus de vercellis. magister Angelus de nidono, dominus Ludouicus de Neapoli, qui disputauit contra totum generale capitulũ fratrũ minorũ, & postea factus est monachus, frater Ant. de s. Germano de vercellis, frat. Dominicus de chatalonia, & frat. Ioan. de calopia in conuentu bononiensi me præsente diffinierunt & concluserunt pro parte negatiua de mẽte sancti doctoris & pro rei veritate, quorũ rationes & allegationes dimitto. quia nimis longũ esset cuncta narrare. nec obstat, quòd dicitur 2.2 q. 127. ar. 4. ad secundum. ꝙ peccatum mortale est opus seruile, & ꝙ magis facit contra istud præceptum peccans mortaliter in festo, quàm exercens opus manuale quia vt ibi dicitur ad primum illud præceptum quo ad cessationem à peccatis & quietem mentis in Deo est generale generalia autẽ nihil addunt supra specialia, nec generale numeratur cum speciali, sicut homicidium non aggrauatur ex præcepto generali. s. declina à malo, vel noli peccare. Item illud præceptum tertium secundum sensum literalem intelligitur solum de opere manuali, seu mechanico, sed quo ad peccata mortalia intelligitur solum secundum sensum mysticum, vt dicitur ibi & in 3. se. di. 37 q. 1 ar. 1. & super Mat. c. 12. col. 4 Et bene scitis, quòd argumentum non trahitur à sensu mystico, sed tantum à literali, secundũ Diony & Aug. & sanctum Thom. Nec obstat etiam ꝙ circũstantia de festo potest considerari. vt obiectũ respectu illius actus, qui est contemnere tempus sacrum, quia illud est præter intentionem peccantis, vt plurimum. sed nulla circunstantia quæ est præter intentionem peccantis dat speciem peccato, vt dicitur prima secundæ. q. 72. ar. 1. & 8. in corpore. Hæc ille. Pro cuius verbis nota primo, quòd cùm dicit generale non aggrauare speciale, nõ vult dicere. quòd peccatum in festo sit grauius. sed quòd non est grauius ex illo præcepto non facies opus seruile, quòd peccata non prohibet facienda, sed significat eo modo quo præceptum de circuncisione non obligabat ad inccidendum malos affectus, sed significat hoc esse faciendum: est autem grauius ex ipsa sanctitate temporis quæ contemnitur, licet ista grauitas nõ sit nisi in eadem specie. & ex suppositione prioris inordinationis, vt dictum est Nota secundo, quòd vt patet mag. ster. q 2 ar. 6. in cor. dupliciter circunstantia dat speciem peccato priori, vno. s. modo speciem eiusdem generis, sicut circunstantia loci addita furto facit sacrilegium, quòd est species furti. Alio modo speciem omnino disperatam, sicut si quis furetur, vt occidat. circunstantia finis dat speciem homicidij. quæ non est species furti. Et isto secũdo modo intelligitur, quòd circunstantia, quæ est præter intentionem nõ dat speciem. licet alio modo possit intelligi, vt ipse magister Petrus declarat in dubiis suæ tabulæ. Nota etiam pro tota quæstione ꝙ quando Aug. dicit in lib. de decem chordis, ꝙ melius Iudæus in agro suo aliquid in sabbato vtile faceret. quàm in theatro seditiosus existeret. & Iudæorum fœminæ melius lanam facerent quàm in neomeniis impudice saltare, hoc ideo non dicit quasi in illo faciant cõtra duo præcepta, & in isto cõtra vnũ tantum, sed ideo quia iam sabbatum non obligat, ideoque melius illis essent. deposita erronea conscientia in eo operari, vel ideo quia licet opus manuale in sabbato, idest in festo ad lucrum sit peccatum, secus ad laudẽ Dei, puta ad seruiendum pauperibus, vel etiam ad cauendum à peccatis sicut uir auditis diuinis licite se occupat in scribendo non ad lucrum, sed ne ociosus fornicetur. & domicellæ à nobilibus mationis. laudabiliter occupantur in addiscendi operibus acus, ne illis stantibus in fenestris mors ingrediatur per fenestras. Laudabiliter inquam postquam eis exercitia spiritualia diu continuata in fastidium vertuntur. Igitur canonistæ, qui sentiunt istam circunstantiam esse necessario confitendam aut sileant. aut san. Thom. intelligant prius, vel saltem ubique videant.

generе,vel in ſpecie obligatus, quorũ aliqui
dicunt,ꝙ talis eſt ſolẽniter profeſſus; aliqui
vero,ꝙ nõ,licet ad ſeculum redire nõ poſſit.
Nam Inno.in c.conſul.de regu. tenet, ꝙ iſte
ſit verus religioſus, nec teneat matrimonium
ab eo cõtractum,quia,inquit, propoſitũ mu
tandi vitam cùm ſit quoddam votum, ſolen
nizatur per habitus ſuſceptionem, quod etiã
tenet Hoſti.& Vincen. dicentes, quòd ſi iſte
vxorẽ habuiſſet, incognita illa potuiſſet in-
continenti alteri nubere,quaſi per hoc ꝓpo-
ſitum ſolennizatũ per habitus ſuſceptionẽ
diſſolutũ fuerit matrimoniũ non cõſumma-
tũ;quod Io.dicit probari per ca. beneficium,
de regula.lib.6.vbi dicitur,ꝙ beneficiũ ſuſci-
pientis habitũ nouitiorũ poteſt alteri cõfer
ri,ſi euidenter appareт eum voluiſſe vitã ab
ſolute mutare,& cũ hac opinione tranſit dñs
An.in ca.Conſul. & ferè oẽs ſcribentes. Sed
dominus Cardi. tenet iſtũ non eſſe,verũ reli
gioſum,quãuis ad ſeculũ redire non poſſit,
& conſequenter teneret matrimoniũ ab illo
contractum,quia,inquit,per ſuſceptionẽ ha
bitus non fit profeſſio tacita,vel expreſſa, &
conſequenter votũ non eſt ſolẽnizatũ quo
ad dirimere matrimoniũ poſt contractũ per
c.vnicũ,de voto.li.6. & ita refert ſe conſu
luiſſe in facto.Sed opinio canoniſtarum ſtare
non põt. Quicunq; eñ obligatur religioni
obligatur ſuperioris p̃cepto,vel ꝓprio voto.
Sed iſte non obligatur religioni ſuperioris
p̃cepto,vt concedunt canoniſtæ.Cõtra quos
arguo,neq; pproprio voto, q̃a de rõne voti
eſt ꝓmiſſio,vt patuit,q̃ iſte non fecit, vnde
bene dicit Panor. ꝙ doctrina beati Tho.im-
mo omniũ Theologorũ,canoniſtarũ Theori
cas euertit. Specialiter aũt opinio cõior, i.
Inno.& ſequacium ſtare non põt. Nã omne
votum ſic ſolennizatũ,vt poſſit ſequens ma-
trimoniũ dirimere,eſt ſolennizatũ per ordi-
nẽ ſacrũ,vel profeſſionem expreſſam,vel ta
citam factam alicui de religionibus approba
tis,& non realiter,quòd patet in dicto c. vni-
co.Sed iſte non eſt profeſſus expreſſe, vel ta
cite,quòd patet primo p c.ex tranſmiſſa, ex
tra de renun.vbi clare patet,ꝙ votum intrã
di religionem,& propoſitũ perſeuerandi ſi
mul nec faciunt religioſum per habitus ſu-
ſceptionẽ,nec aliquã inducũt profeſſionem.
Et ſecundo per ca. ad apoſtolicam. de regu.
vbi patet,ꝙ profeſſio fieri non põt ſine con
ſenſu profitentis,& monaſterii,ꝙ non inten
dit iſtum ad profeſſionẽ recipere dando ha
bitum nouitiorũ,ſed vult mores eius experi
ri,Et tertio,quia cùm iſta profeſſio ſit quaſi
quidã cõtractus,& hincinde oriatur obliga
tio reciproca,non põt conſiſtere ex parte v-
nius tm.l.in omnib.ff.de act.& obl. Secunda
aũt opinio eſt Petri de plaude,& Frã. de Za.
ꝙ ſuſceptio habitus religionis cũ firmo pro
poſito remanendi æquipollet voto ſimplici
ex vi ſtatuti eccleſiaſtici,extra de regu. ſtatui
mus,ita ꝙ talis ad ſeculum redire non poteſt,
non ratione voti, ſed ratione ſtatuti,vel præ
cepti eccleſiaſtici.Sed nec iſta opinio põt ha
bere veritatẽ,quòd probo præmiſſis tribus di
ctis,quæ habentur in canone,extra de regula.
Nã in c.conſulti.Inno.III. dicit in hoc caſu
ſic. Nos credimus diſtinguendum, vtrum is
qui conuertitẽ propoſuerit abſolute vita mu
tare,vt ſub habitu regulari omnipotenti Deo
de cætero famuletur,an conditionaliter expe
riri obſeruantiã regularẽ, vt ita demũ ſi ſibi
placuerit,profiteatur ordinis diſciplinã.In pri
mo caſu debet vt regulariter viuat ad laxio-
rẽ ſaltem regulã pertranſire.In ſecundo põt
ad ſeculum non vt viuat ſeculariter remane
re.Vt ergo quæ ſit eius intẽtio plenius agno
ſcatur propoſitũ ſuum in principio proteſte
tur. Hæc ibi. Vbi patet, ꝙ intentio mutan-
di vitam abſolute obligat ex ſe ſine quocun
que præcepto, vel ſtatuto, cùm Papa nihil
ibi mandet aut ſtatuat, ſed ſolum declaret.
Deinde vero in c. ſtatuimus. Greg.IX.in eo
dem caſu ſic dicit.Statuimus nouitios in pro
batione poſitos ante ſuſceptum religionis ha
bitum qui dari profitentibus conſueuit, uel
ante profesſionem emiſſam ad priorem ſta
tum redire poſſe libere infra annum, niſi
euidenter appareat, ꝙ tales abſolute volue-
rint vitã mutare,& in religione perpetuo Do
mino deſeruire,cùm quilibet renunciare va-
leat ei,quod pro ſe noſcitur introductum.
Nihilominus ſtatuentes ad omnem ambi-
guitatem penitus amouendam, ꝙ cùm in qui
buſdam locis religioſis nouitiorum habitus
non diſtinguatur ab habitu profeſſorum, ꝓ
feſſionis tempore benedicantur veſtes, quæ
profitentibus conceduntur, vt nouitiorum
à profeſſorum habitu diſcernatur. Hæc ibi.
Deinde Innocentius Quartus in c.Non ſolũ,
eo.tit.lib.6.fratribus prædicatorum,& mino
ribus inhibet ſub excommunicationis pœ-
na,ne ante annum probationis, qui eſt ma

xime subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus recipiant ad professionem suorum ordinum, vel renunciationem seculo faciendam, ne vnde spiritualis profectus quæritur, salutis dispendium subsequatur. Præmitto etiam quòd secundum Petrum idem est, qui vult absolute vitam mutare, & qui intendit perpetuo esse in religione, licet non sint idem secundum veritatem.

TVnc arguo sic. Primo. Nam quòd ad aliquid obligat ex se, non obligat ad illud ex quocunque præcepto Ecclesiæ superuenientie, quia illud præceptū Ecclesiæ sine causa, & rõne, & consequenter frustra fecisset. Sed susceptio habitus religionis cū proposito perseuerandi, idest mutandi vitā absolute ex se obligat ad nō redire ad seculū, vt patuit per c. consulti, ergo nullum est factū præceptū ab Ecclesia ad obligandum ad hoc. Secundo. Nā si talis est ad hoc obligatus ex præcepto Ecclesiæ, causa obligationis esset ex parte Ecclesiæ, & non ex parte nouitii, sed hoc est falsum, vt patet per cap. Statuimus, in quo redditur causa obligationis, quia scilicet ille renunciauit iuri suo, idest liberari sibi concessæ in anno probationis. Et si dicatur, quòd illa renunciatio non est causa obligationis, sed est dispositio ad causam. i. præceptum. Contra, quia liberati suæ nullus renunciat, nisi quia vult obligari, ad velle autem obligari ad aliquid sequitur esse obligatum, cùm illud sit votum saltem interpretatiue, & consequenter superflue induceretur præceptum obligatiuum, vel si non sequitur esse obligatum, tamen qui vult obligari statim potest se Deo obligare vouendo, & consequenter superflue inducitur præceptum. Tertio. Nam quòd Ecclesia alios facere prohibet ipsa non facit, stante eadem causa. Sed Ecclesia prohibet alios obligare aliquem ad religionem ante annum probationis, etiam volentem obligari, vt patet in cap. non solum. ergo hoc ipsa non facit stante eadem causa, sicut stat in proposito, quia non minus vergit in dispendium salutis aliquem obligari ad religionem ex præcepto Ecclesiæ, quàm ex suasione inducentis ad se obligandum.

Quarto si decretalis, statuimus, habet veritatē per distinctionē habitus nouitiorū, & professorū, in isto casu omnis tollitur ambiguitas, vt patet dicto c. Statuimus. Sed si Ecclesia præcipit, vt suscipiens habitum nouitiorum cum intentione perseuerādi sit religioni obligatus, non tollitur omnis ambiguitas, quia quemuis horum habituum quis recipiat intendens perseuerare nihil refert, ex quo vtroque mō est obligatus, ergo si Petri opinio est vera, decretalis est falsa. Quinto nullum præcepum vergens in dispendium salutis animarum, est factum ab Ecclesia, quia hoc ipsa quæ à spiritusancto regitur cauet, vt etiam patet in d. c. non solum. Sed istud est huiusmodi, quia cùm ferè omnes intrantes religionem habeant intentionem perseuerandi, si eis non notificatur hoc præceptū, illaqueantur ignorantes, si vero eis notificatur datur eis occasio vt perseuerandi intentionem mutent, quod multum nocet animabus. Tertia autem opinio vera tenet primo, quòd Ecclesia circa hoc nullum fecit præceptum, neque aliquid obligauit, sed reliquit annum probationis liberum. Et secundo cōsequenter, quòd nullus obligatur ad religionem nisi ex proprio uoto. Et tertio, quòd ille qui ingreditur cum animo perseuerandi, sed nihil uouens aut spondens est in sua libertate contrahendi matrimonium per totum annum probationis, quia ad religionem non obligatur proprio voto, neque alieno præcepto. Istam autem opinionem oportet dicere esse de mente Sancti Thom. ut patet per ea quæ supra allegata sunt de Abbate, & clarius. 2. 2. q. vlti. ar. 4. Hanc etiam sequitur summa Rosella. ti. nouitius. §. 13. & summa Angelica ti. eodem. §. 12. Sed contra, uidetur quòd hæc opinio sit falsa. Primo. Nam dicitur in c. uidua, extra de regula. Vidua si sponte uelum conuersionis, quamuis non sacrum sibi imposuerit, & in Ecclesia inter uelatas oblationem Deo obtulerit, uelit nolit Sanctimoniæ habitum ulterius debet habere, licet iuramento firmare uelit, eo tenore uelamen sibi imposuisse, ut deponere posset. Hæc ibi. Ergo à simili, immo à fortiori habitum deponere non potest, qui illum non depositurus assumpsit. Sol. Non est simile, sed esset simile siquis sponte assumeret habitum professorum consentientib. his, quorū est incorporare religioni, quia scd'm glo. & canonistas maximè Abbas illud uelum erat monacharū professarum, & illa oblatio similiter ex loci cōsuetudine propria erat professarū,

Vnde uidua hæc intelligitur implicite uoluisse profiteri. Secundo. Nam in multis capitulis dicitur, quod qui uoluit absolute vitam mutare, tenetur ad religionem. Sed ita est in proposito. Solu. Non est verum, quia secundum veriorem opinionem ille absolute vult uitam mutari, qui uult se sua libertate priuari per votum, vt dicit summa Ange. Tertio. Nam extra de regula, in c. super eo Clerici, qui infra annum probationis à religione discesserant, ad illam vel aliam cogantur redire. Solu. ut patet in eodem c. illi emiserant uotum religionis. Est autem sciendum, quòd textus in c. non solum eum, qui proponit uitam absolute mutare, diuidit contra eum, qui expresse uel tacite profitetur propter duo. Primo, quia ista uoluntas mutandi vitam absolute potest esse per uotum sine professione, qui requiritur consensus duorum. Secundo, secundum aliquos, quia potest esse per inchoationem professionis, quia scilicet quis offert se professioni, quam tamen alius non subito recipit, quia talis interpretationem uoluit. & si alius eius professionem non acceptet, tenetur transire ad aliam religionem, sicut etiam si quis offerat consensum matrimonialem uni, postquam obtulit etiam si alter non statim respondeat, ille iam, quantum est in se, obligatus est. Quarto. Nam qui cunque est ingratus Deo peccat. Sed qui suscipit habitum religionis cum intentione perseuerandi, & reuertitur ad seculum, est ingratus Deo de religionis maximo beneficio &c. Solu. Aeque probaretur, quòd ingrediens cum animo exeundi si voluerit, peccat exeundo. Istud enim peccatum non consistit in exitu secundum se consideratO, sed ratione circunstantiæ. Concedo ergo, quòd exiens sine causa semper peccat, sed non in eo, quòd exit, sed in eo quod sine causa exit. Sed tamen licet exeat cum peccato ratione circunstantiæ, ex ipsa tamen sua intentione perseuerandi non prohibetur quin nubere possit. Quinto omnis mittens manum ad aratrum & respiciens retro peccat, quia non est aptus regno Dei. Luc. 10. ad quod solum peccatum inhabilitat. Sed iste est huiusmodi. Solu. Secundum Bedam manum ponere ad aratrum est suum cor ferro uerbi Dei per compunctionem scindere, vt bonorum operum fructus producat. Hoc autem dupliciter contingit. Primo scilicet, vt producantur fructus necessitatis per obseruantiam mandatorum, & supererogationis per obseruantiam consiliorum, & religionis ingressum. Et similiter duobus modis aliquis est aptus Regno Dei. Primo scilicet aptitudine sufficienti, vel necessaria, quæ est in charitate. Et secundo aptitudine superabundanti, quæ in charitatis perfectione consistit. Qui ergo respicit retro ne producat fructus necessitatis, non est aptus primo modo: qui vero respicit ne producat fructus supererogationis, sed solum necessitatis, est possibiliter aptus primo modo, sed non secundo. Qui ergo exit religionem potest exire sine peccato, puta quia exit ex causa rationabili, & cum peccato ueniali, quia exit sine causa rationabili solum religionis austeritate deterritus, vel aliqua honesta voluptate allectus, licet cum aliquali ingratitudine, quæ possibiliter est ueniale: aliquando vero cum peccato mortali puta quia cum intentione illicite fruendi uoluptatibus peccatorum, vel cum tanta ingratitudine, quæ sit mortale, quod non est facile diiudicare. S. Tho. autem 2.2.q. vlt. ar. 4. ad primum sic dicit. Non intelligitur quis retro aspicere nisi quando prætermittit id ad quod se obligauit, alioqui omnis faciens aliquod bonum opus per tempus, si non semper id faciat, esset ineptus regno Dei, quod patet falsum. Hæc ex illo.

Casus 56.

Quæritur iterum an liceat iste contractus siue locatio, siue impignoratio sic? Petrus habens iocale ualoris aureorum trecentorum, & indigens pecunia, accepit à Titio aureos trecentos, & Titius à Petro dictum iocale, hoc pacto, vt quoties ille restituerit iocale, iste pecuniam restituat? Respondeo Pro dicendorum fundamento assumo distinctionem sancti doctoris 2 2 qõ. 78. art. 1. & Pan super rubrica de usuris. quæ distinctio habetur etiã in textu iuris humani ciuilis. ff. de usufru. l. omnino & insti. eo. § constituitur, licet sit aliqua dissonantia inter illos textus legales, de qua nihil ad rem modo. Est autem distinctio hæc. Rerum possessorum quædam ex suo usu principali & usitatiori totaliter con-

consumitur, ita ꝙ post suum vsum non habentur sub propria specie atque substantia, vt panis, vinum & huiusmodi: quædam vero ex suo principali vsu non consumuntur ex toto, etsi nonnunquam patiantur detrimentum, vt ager, domus, equus. In primis igitur vt probat Sanct. Tho. & vt habetur in textu legum prædictarum constitui non potest vsufructus, nec ipsa locari possunt annuo, vel diuino, vel quouis censu, sed in secundis secus est, quia seorsum tradi aut vendi potest vsus, puta domus retenta proprietate, & similiter proprietas vsu retento, non autem in primis, sed cuicunque conceditur vsus vini transit vinum in dominium, & proprietatem eius. Vnde ridiculum est dicere, mutua mihi panem vnum quousque vtar eo, aut scyphum vini: non autem mutua equum, aut domum, vel agrum. Pecunia autem sub primo rerum genere continetur, ita ꝙ qui ea vtitur quantum ad eius vsum principalem, qui est distractio, eam consumit, quia iam non habet eã in propria specie, & substãtia, & si eam habet in æquiualenti, idest in re empta, sicut & panis habetur in sanguine, in quo est per digestionem conuersus. Monile autem continetur sub secundo, quia post suum principalem vsũ qui est ostentatio adhuc remanet species, & substantia rei. Igitur pecunia locari non potest, vt inde capiatur vsufructus, qui tamen capi potest de monili. Igitur si in dicto casu sit locatio, vel contractus alius, id est impignoratio, sicut de facto est eo modo quo practicatur. Probo ꝙ sit illicitus ex parte locantis pecuniam, vel mutuantis super pignore. Primo, si sit locatio. Quicunque. n. ex vsu suę pecunię accipit aliquid vltra sortem ex pacto, vel intentione, sine qua non, capitali existente securo, est vsurarius, vt patet ex diffinitionibus vsuræ, quia accipit pretium vsus rei non habentis vsum à proprietate distinctum. Sed in isto contractu. Titius dans trecentos aureos pro vsu suæ pecuniæ aliquid accipit vltra sortem capitali securo. quia accipit vsum iocalis qui aliquid valet, sicut & vsus equi, vel domus. Secundo etiam probo, quòd sit illicitus si pecunia nõ sit locata, sed mutuata super pignore. Nam sic probat sanctus doctor. 2. 2. q. 78. qui vtitur pignore obligato tenetur pretiũ vsus computare in sortem nisi talis res sit cuius vsus concedi solet inter amicos, puta liber vel aliquid minimum, alioqui si non computatur si quidem hoc fiat consentiẽte debitore est vsura. eo vero nolente est furtum, vt in l. pignore. ff. de fur.

Sed contra, videtur, quòd ex parte Titii liceat contractus. Nam sicut Petrus licite põt locare iocale, ita & Titius pecuniam locare potest, quia secundum Sco. in 4. dist. 15. pecunia signata locari potest. Sol. Dico, quòd pecuniam signatam posse locari, & inde lucrũ accipi, non est dictum Scoti solum, sed S. Th. & communiter omniũ theologorũ, & canonistarum, quia sic conceditur pecunia ad aliquem vsũ secundarium, per quem non consumitur, puta ad ostẽtationem. Et si ita esset i casu ita ꝙ Petrus acciperet aureos trecentos ad ostentandum restituendos non solum in specie, sed in numero, ita quòd extenso digito posset quis signãdo dicere. Isti sunt quos mutuauit Titius. Dico, quòd casus esset licitus, quia tunc pecunia haberet vsum à proprietate distinctum, & esset locabilis, sicut & monile, & seruaretur æqualitas iustitiæ. Sed in proposito non est ita.

TRACTATVS QVARTVS AVREÆ ROSÆ.

In consecratione Ecclesiæ.



NGRESSVS Iesus per ambulabat Hiericho.] Luc. 19. Sciẽdũ est aũt ꝙ ea q̃ in p̃senti Euãg. narrantur, cõtigerũt qñ dns vltima vice ascẽdebat Hierusalẽ ad passionẽ [Et ecce vir noĩe Zacheus, & hic erat princeps publicanorũ] Publicani erant q̃ publica vectigalia exigebant, & erãt cõiter viri pcõres & ĩfames. Iste aũt fuit eorũ princeps. Vel q̃a habebat aliquod officiũ sup alios, vel quia erat primus i scelerib. vel quia erat primus in diuitiis [& ipse diues. Et q̃rebat videre Iesũ q̃s esset, & nõ poterat p̃ turba, q̃a statura pusillus erat. Et pcurrẽs ascẽdit in arborẽ sicomorũ, vt videret illũ q̃a inde erat trãsiturus. Et cũ venisset ad locũ, suspiciẽs Iesus vidit illũ, & dixit ad eũ, Zachee festinãs descẽde q̃a hodie in domo tua oportet me manere] Oportet aũt aliqñ importat necessitatẽ, vt si dicã oportet me mori. aliqñ importat indigẽtiã, vt si dicã, oportet me hẽre vestẽ vel equũ. Hic aũt nõ tenetur primo modo, q̃a Chrs infinitis aliis modis miraculose, & sine miraculo potuisset pro se, & pro suis p̃adiũ inuenire, sed secũdo mõ, vt sit sensus Zachee indigeo, vt me recipias in domo tua ad p̃adiũ cũ sim pau p. Vtiq̃ desiderabat videre Xpm̃ quẽ nunq̃ an viderat, vt dicit Tytus. & illũ meruit hospitio recipe [Et festinans descẽdit, & excepit illũ gaudẽs. Et cũ viderẽt, oẽs murmurabãt, dicẽtes ꝙ ad hoĩem peccatoiẽ diuertisset. Stans aũt Zacheus dixit ad dñm. Ecce dimidiũ bonorũ meorũ dñe do paupe rib. & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadru plũ] Est aũt sciẽdũ ꝙ iste Zacheus scd̃m Chr. habebat aliquã bona iuste possessa ex patrimonio, & aliqua iniuste rapta & secũdũ rursus quod bona rapta q̃ habebat, erant in duplici differentia. Nã quædam erãt incerta, & quædã certa, sic ergo p̃sens passus exponitur. Ecce dimidiũ bonorũ meorũ dñe do paupe ribus, pro restitutione incertorũ. Et si q̃d aliquem defraudaui, de quo scilicet cõstat mihi, reddo quadruplũ. Notandum aũt ꝙ non dixit dabo, sed do, quia scd̃m Theo. non solũ hoc promittebat, sed faciebat. Sed nunquid tenebatur reddere quadruplũ? Ad hoc dico ꝙ Chry. videtur innuere & similiter q̃dã alii, ꝙ sic, quia lex Exo. 22. mãdat quędam in triplo, quædam in quadruplo, & quædam in quintuplo restituẽda, sed hic per medium, i. quadruplum intelliguntur alia extrema, i. triplum, & quintuplũ. Sed b. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 3 tenet, ꝙ non, & dicit, ꝙ Zacheus ista dixit volẽs super erogare, & plus facere q̃ tenebatur. Ad æqualitatem enim iustitiæ sufficit reddere simplũ in foro consciẽtiæ. Si tñ aliquis fuisset conuictus in iudicio, & iudex eum condemnasset, tunc & non aliter tenebatur soluere, qđ lex mandabat [ait Iesus ad eũ. Quia hodie salus domui huic facta est, eo ꝙ & ipse filius sit Abrahæ.] Est aũt dubiũ vtrũ carnaliter, vel scd̃m fidem Zacheus filius fuerit Abrahæ. Et scd̃m aliquos veritas est ꝙ carnaliter fuit filius Abrahæ, quod patet, quia illi, qui murmurabant de Christo, ꝙ ad hominem peccatorem declinasset multo magis murmurassent si declinasset ad gentilẽ, quia tales erant Iudæis abominabiles, & hoc ipsum, vt suã murmurationẽ iustiorem facerent in sui excusationem adduxissent, dicentes ꝙ ad hominem gentilẽ, & peccatorem declinasset. Secũdo hoc patet, vt dicunt, quia ipse voluit facere restitutionem in quadruplum secundum tenorem legis, ad quam gentiles non tenebantur Oppositum tamen tenet Magister histo. & videtur tenere Beda, dicens. Filius autem Abrahæ Zacheus dicitur, non quia de eius stirpe genitus, sed quia eius est fidem imitatus. Et idem videtur tenere Amb. dicens. Zacheus exiguus meritis sicut populus nationum. Huius dubii veritas est mihi incerta, & omnes rationes, & authoritates, quæ hincinde inducuntur solui possunt, tamen credo ꝙ non fuerit carnaliter filius Abrahæ. Ad primum contra hoc dicitur, quòd forte erat proselitus & susceperat circumcisionem. Vel dato, quòd gentilis esset,

venit Philippus Nathanael, & dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth et] secū dum existimationes populi [Et dixit ei Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse?] Sicut dicit Aug. Nathanael cuius sunt ista verba fuit doctissimus in lege, ideo forte intellexit, ꝙ Christus aliquo mō veniret à Nazareth, & non solum à Bethleem. Forte etiā non intellexit. Ideo ista verba, vt dicit, dupliciter legi possunt, scilicet remissiue, seu affirmatiue, scilicet, si illud intellexit: & interrogatiue seu dubitatiue si non intellexerat, ꝙ à Nazareth Christus aliquo modo veniret [Dicit ei Philippus. Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus & dicit ei. Prius quàm te Philippus vocaret cùm esses sub ficu vidi te.] Secundum Aug. ad literam quando Philippus allocutus est Nathanael erant ambo sub ficu, & Christus longe aberat. Ideo iste ex hic intellexit. ꝙ Christus cognosceret occulta, ideoque illuminatus à Deo statim dixit (Rabbi tu es filius Dei, tu es rex Israel). i. Messias (Respōdit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis, maius his videbis. Et dicit eis. Amen dico vobis videbitis cœlum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filiū hominis. scilicet obsequium diuinitatis latentis in humanitate. Hoc autem secundum S. Thom. factum est quando in passione apparuit angelus confortans eum, & in resurrectione quando descenderunt ad sepulchrum, & in ascensione quando duo viri in vestibus albis steterunt iuxta apostolos. Potest autem esse, quòd aliàs viderint cœlum apertū, & angelos Christo obsequentes, & tamen non sit scriptum.

In die sancti Andreæ.

AMbulans Iesus iuxta mare Galileæ vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sūt eū &c.] Mat. 4. Præsentis Euangelii expositio tota patet de dictis dom. 3. post festū Trinita.

Sancti Thomæ Apostoli.

THomas vnus duodecim, q dicitur didymus &c. Ioannes. 22. Huius Euang. expositio habetur dominica in octa. paschæ.

Sancti Stephani prothomartyris.

ECce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas.] Mat. 24. Ante verbū præsentis euangelii Christus multipliciter scribas, & pharisæos reprehenderat. & inter cætera, quia ipsi dicebant, ꝙ si fuisset tp̄e patrum suorum, Christi non occidissent prophetas, Christus dixit eis, ꝙ etiā ipsi implerant mensuram suam, idest ꝙ facerent sicut patres eorum, & deinde subiunxit quæ habentur in euangelio. [Et ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synanogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem.] Pro quo notandum est, quòd multi discipulorum Christi, & forte omnes fuerunt prophe. vt patet de Ioanne in Apoc. & de Agabo Act. 11. Multi sapientes qui scilicet habuerint per diuinam inspirationē magnam notitiam diuinorum, vt Paulus, Multi scribæ, idest docti circa textum scripturæ, vt Nathanael Mathias, Nicodemus, Gamaliel, & similes [vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram] Est autem notādum, quòd peccata priuatim commissa Deus temporali pœna punit vsque in tertiā & quartam generationem. Sed peccata communia, i. in quibus communicat populus totus, vel maior, aut principalior pars eius, secundum aliquos punit etiam vltra quartam generationem quia cùm vnus sit populus à principio vsque ad finem, semper punitur ille populus qui peccauit, sicut Mahumetistæ tandē destruentur, ad quàm destructionem cooperabuntur etiam peccata facta tempore Mahumeti. Vide 1. Reg. 15. dominus Sauli per Samuelem in hæc verba mandauit. Recensui quecunque fecit Amalech Israeli, quo modo restitit ei in via cùm ascēderet de Aegypto. Nunc igitur vade percute Amalech, & demolire vniuersa eius. Posset tamen etiam dici ꝙ omnis sanguis de quo dicitur venit super Iudæos non qui erant tp̄e Christi, aut futuri erant, sed qui erant, vel fuerant, vel futu-

ri erant(à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quē occidistis inter templum,& altare)Cùm autem sit duplex altare, scilicet vnum intra domum interiorem templi,& vnum extra in atrio, iste periit in hoc secundo altare, vel templum,s. edem interiorem. Quæritur autem quis fuerit iste Zacharias. Dicit autē Ori. ꝙ quædam traditio vsque ad tpa sua peruenit. ꝙ cùm in Hierusalem esset in templo locus virginibus deputatus, & beata virgo post partum filii vellet in illo loco esse, virgines illam repellebant. Sed Zacharias pater, Ioannis Baptistæ esse tamen assumpsisse pro mr̄e Christi, dicēs eā loco illo dignam, eo quod virgo esset. Vnde occisus est. Hiero. Hoc tamen quia de scripturis authoritatem nō habent eadē facilitate cōtēnitur, qua probatur. Hæc ille. Ideo tenet Hie. cū aliis multis, ꝙ iste fuit Zacharias occisus à Ioas Rege in atrio templi, vt habetur. 2. Para. 24. eo quòd regē,& populum de idolatria increparet. Sed cōtra q̄a ille Zacharias non fuit filius Barachiæ, sed Ioiadæ. Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, secundum Hie. quòd Barachias interpretatur benedictus domini. Ioiadam ergo dominus appellauit Barachiam, ad significādum eius sanctitatē. Vnde in euangelio quo vtuntur Nazareni pro Barachiæ, vt ait, dicitur Ioiadæ. Alio mō dicitur secundum aliquos, quòd Ioiadas, & Barachias dicebatur. Sed quare dominus dicit à sanguine Abel iusti, qui fuit primus iniustè occisus vsque ad sanguinem Zachariæ, cùm ipse non fuerit vltimus iniustè occisus.

Ad hoc dicit Remi. ꝙ per hos duos significantur omnes martyres laicalis. & sacerdotalis ordinis, quia vnus fuit occisus in campo pastor ouium, s. Abel. Alius in templo, sacerdos, scilicet Zacharias. Vel aliter posset dici, quia ipse Zacharias tunc erat vltimus occisus à Iudæis, de quo legatur in scriptura. Nec obstat de Ioanne, quia ipse fuit occisus ab Herode [Amen dico vobis venient hæc omnia super generationem istam.] Sed contra, quia ista generatio, scilicet Iudæorū non occidit omnes prophetas. Dico secundum S. Tho. quia ista generatio dicitur generatio malorum, quia omnes mali sumūtur pro vna generatione, sic dicitur etiam generatio rectorum. Vel potest dici, ꝙ loquitur per exaggerationem, vt dicantur isti occidisse omnes iustos,& prophetas, quia maiorē partem occisorum occiderant. Et licet Iudæi à principio mūdi nō fuerunt Iudæi, sed post tempora Iacob,& Iudæ, fuerunt tamen Hæbrei, vel saltē populus, Vnde Gre. dicit, quòd Hæbraicus populus hora prima ad vineam conductus est [Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas,& lapidas eos, qui ad te missi sont, quotiēs volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti] Ecce relinquetur vobis domus vestra] idest templū [deserta] hoc autem non est sic intelligendū quasi ipsi superfuturi essent in Hierusalem, & templū esset desolatum, sed significauit Christus, ꝙ templū destrueretur, & dispergerentur sacerdotes. Et non reedificabitur illud templū amplius, quia vt dixit Daniel vsque in finem perseuerabit desolatio [Dico.n. vobis, non me uidebitis ammodo] idest à tempore passionis, quæ instabat [donec dicatis] in fine mundi instante iudicio [benedictus qui venit in nomine domini] Tunc.n. Iudæi conuertentur ad Christum,& postea videbunt eum in iudicio, & benedicent.

Sancti Ioannis Euangelistæ.



Dixit Iesus Petro. Sequere me. Io. vl. Est aūt sciēdum quod ea q̄ in p̄senti Euāg. scribuntur fuerunt Chr̄o post resurrectionē qn̄ apparuit discipulis ad mare Tyberiadis. Tunc.n. Chr̄s p̄dixit Petro, ꝙ sequeretur eū ī vniuersali regimine Ecclesiæ,& ꝙ erat moriturus in Cruce. Et hoc dixerat ei obscure sub his verbis. Cùm senueris extēdes manus tuas,& alius te cinget, i. ügabit in cruce,& eādē sn̄iam postea expressit dicēs [sequere me]. i. sequeris ꝑ mortē crucis, vt exponit Aug & ēt ꝑ officium pastorale. Sed Petrus fuit solicitus scire quomodo Ioānes deberet mori,& de hoc interrogauit. vnde subditur [Cōuersus Petrus vidit illū discipulū, quē diligebat Iesus sequētē, q̄ & recubuit in cena suꝑ pectus eius, & dixit, Dn̄e q̄s est q̄ tradet te. Hūc ergo cū uidisset Petrus, dixit Iesus. Dn̄e. hic aūt q̄d] idest secūdū Theo. nunquid morietur, vel non? Aduertendū aūt ꝙ hic Ioannes dicitur discipulus dilectus à

do·

domino, quòd qualiter sit intelligendum san. Tho. 1. q. 20. declarat. Consueuit enim de hoc esse dubitatio, quia ante verba præsentis Euãgelii innuitur, quòd Petrus plus Christum amaret quam Ioannes, & consequenter conuerso videtur ꝙ Christus plus Petrum ꝗ Ioannem dilexerit, quia ego diligentes me diligo. Prouerb. 7. Nec inquit dubitatio multipliciter soluitur. Aug. n. refert hoc ad mysterium, dicens ꝙ vita actiua, quæ significatur per Petrum plus diligit Deum quàm vita contemplatiua, quæ significatur per Ioannē: quia magis sentit vitæ potentis angustias, & æstuantius ab eis liberari desiderat, & ad eum ire. Cōtemplatiuã vero vitã Deus plus diligit, quia magis eam conseruat. Nō enim finitur simul cum vita corporis sicut vita actiua. Quidam vero dicunt, quòd Petrus plus dilexit Christũ in membris, & sic etiam plus à Christo fuit dilectus, vnde ei ecclesiam commendauit. Ioannes vero plus dilexit Christum in seipso, & sic etiam plus ab eo fuit dilectus, unde ei cōmendauit matrē. Alii uero dicũt ꝙ incertum est quis horũ plus Christum dilexerit amore charitatis, & similiter quē Deus plus dilexerit in ordine ad maiorē gloriã. sed Petrus dicitur plus dilexisse quantũ ad quandã promptitudinē, vel feruorē. Ioannes verò plus fuit dilectus quantũ ad quędã familiaritatis iudicia, quæ Christus ei magis demonstrabat propter eius iuuentutē & puritatem. Alii vero dicunt, ꝙ Christus plus dilexit Petrũ quantũ ad excellentius donũ charitatis. Ioannem vero plus quantũ ad donũ intellectus. unde similiter Petrus fuit melior & magis dilectus, sed Ioãnes secundũ quid. Præsumptuosum tamē videtur diiudicare hoc, quia ut dicitur Prouer. 16 Spirituũ ponderatori est dominus. Hæc ille. Est aũt sciendũ ꝙ idē san. Tho. super Io. videtur stare in illa responsione de promptitudine & familiaritate. Forte tamē dici posset ꝙ cũ dominus dicit Petro, diligis me plus his non uoluit innuere, ꝙ cũ plus cęteris diligeret sed ꝙ is cui ouiũ cura erat cōmittēda plus allis Deũ deberet diligere. Cũ hoc aũt stat Ioannē ęque & plus dilexisse Christũ, quã Petrus. & tamen ouiũ curã nō accepisse. quia ut dicit san. Tho. in quodl. 4. q. 8. Ioãnes erat maxime idoneus ut esset vicarius Christi, & tamen non fuit, ne cùm esset Christi consanguineus daretur posteris prælatis exemplũ dandi beneficia cōsanguineis. Et secundũ hoc dicendum esset, ꝙ simpliciter plus fuit dilectus à Christo qui simpliciter fuit melior. quod incertũ ē, sed tamē Chrs Ioãni se familiariorem exhibuit, ex quo tñ nō sequit̃ eũ simpliciter fuisse dilectiorem vel meliorē [Dicit ei Iesus, Si eũ volo manere donec veniã. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille nō moritur] Est aũt sciendũ ꝙ in istis verbis intellexerunt apostoli, ꝙ Ioãnes nō esset moriturus. Vnde exiit sermo iste inter fratres &c. Quod nō intelligo quasi crederēt, ꝙ nunꝗ moreret, sed ꝙ nō moreret̃ vsque ad diē qua ad iudiciũ veniet Christus. Statutũ est hominibus semel mori. ad Heb. 9. vnde & quidã post apostolos eundē cōceperũt sensũ in istis verbis. s. ꝙ vsque ad iudiciũ discipulus iste nō morit, sed ꝙ tũc ab antichristo esset necãdus. Et horũ quidã dixerũt ꝙ viuit cum Enoch & Helia in paradiso terrestri. Quidã vero ꝙ viuit adhuc in sepulchro in quod intrasse legitur, & nō legitur exiuisse, & hinc sicut dicit Aug. sumunt argumentũ quia vt semper fama sparsit apud Ephesum ex sepulchro eius terra sensim scaturire & ebullire cernitur, quasi cōmota & emissa per expirationē dormientis in eo. Sed omnes istas opiniones videtur ipse Ioannes voluisse destruere cũ subiunxit [Et nō dixit Iesus non moritur. sed si eũ uolo manere donec ueniã, quid ad te.] Dicit autē san. Tho. ꝙ textus græcus habet. Sed si sic eũ uolo &c. Est tamen idem sensus. Tenentes autem prædictã opinionē ad hoc dicũt, ꝙ licet Christus non dixerit ista verba, scilicet non moritur, dixit tamen istam sententiam ab aliis uerbis scilicet, sic eum volo manere. Vnde Ioannes negauit quidem Christum illa verba dixisse. sed non negauit quin vera esset illa sententia. Cōtra has vero opiniones arguit Aug. Nam omnibus apostolis optabile erat dissolui, & esse cum Christo, sicut & Paulo. & hoc erat eis magnum bonum, scilicet deposita sarcina carnis ad beatam uitam euolare. Non ergo tanto bono priuauit discipulum præ aliis dilectum. Aduertendum est autē ꝙ ista sententia Aug. est vera, sua ratio etiã probat ꝙ Ioannes nō dormiat in sepulchro. priuatus dulcedine contēplationis. & priuatus augmēto meritorũ suorũ cùm dormiēs mereri nequeat, nō aũt probat quin viuat cũ Helia & Enoc. Si enim oporteret dicere ꝙ etiã Helias fuerit minus dilectus omnibus aliis prophetis, qui nũc sunt in patria, quod nō est verum, quia licet

tardetur

tardetur præmium, tamen cum adhuc sit uia tot crescit in merito. Vnde fiet recompensatio huius retardationis, quia ad maiorē quandoque vocabitur gloriā, quā si ante obiisset. Aug. autē proprie non arguit contra hoc, q a isti dictū suum non probant, nisi p textū Euāgelii, quē soluit ipse Aug. & alii. Arguit autē contra dicentes, q in sepulchro dormit. Et ad motum de terra ebulliente dicit, q diuinitus fit vt ostendatur mors huius Euangelistæ preciosa & si non fuerit violenter illata. Vel fit, vt dicit alia, quacunque de causa. Textus ergo Euangelii sic exponuntur. Primo mystice secundum Aug. de vita contēplatiua, quā Christus vult manere donec veniat ad uocandum per mortem, & tunc etiam non finitur, sed perficitur. Actiua vero in morte finitur, ideo dixit [10] ò Petre qui vitam actiuam significas [me sequere] perferendo huius vitæ dolores & erumnas vsque ad mortē. Secundo secundum Chry. Sic eum volo manere in Iudæa, donec veniā ad disperdendos Iudæos per Titum & Vespa. Non enim vt ait, ante discessit de Iudæa quàm ille veniret ad Iudæam secundum chronicas [Quid ad te] qui de his ordinare non habes [tu me sequere] faciendo quod moneo. Nam secundum eundem Chry. Petrus, vt hic colligitur, & in actibus Apostolorum valde amat Ioannem, & ideo cùm se audiuit vocari ad prælationem orbis, sollicitus de Ioanne quem voluit habere socium, quæsiuit de eo, sed Christus noluit eos esse coniunctos propter maius ecclesiæ bonum, vnde secundum Chry. Petrus non interrogauit de morte Ioannis, sed de prælatione. Sicut autem dicit San. Tho. super Ioan. ipse Ioannes prædiligebatur à Christo propter quatuor, scilicet sapientiam, feruorem, puritatem, & teneram ætatem. Et vt idem dicit quodlibet. 4. fuit maxime idoneus, vt esset Christi vicarius, sed noluit Christus, quia erat suus consanguineus, ne futuris prælatis daretur occasio mali, vt dictum est. Tertio secundum Hiero. & san. Thom. Sic eum uolo manere sine martyrio, donec veniam in die mortis vocare eum, tu me sequere per mortem Crucis. Vnde tenet S. Thom. quòd vere mortuus est, & resurrexit, & est in cœlo in corpore & anima, cuius signum hinc accepit, quia corpus eius inueniri nequit in terra.

Sanctorum Innocentium.

ANGELVS Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens] Matth. 2. Et quæ in præsenti Euangelio narrantur non contigerunt statim post discessum Magorum à Christo, vt dicit Mag. hist. quamuis hoc videatur Matt. dicere, sed post præsentationem Christi in templo, vt patet ex Luc. Nam Herodes videns Magos ad se non fuisse reuersos, credidit eos fallaci stella deceptos erubuisse regredi, sed vbi audiuit, quæ dicta erat de puero Iesu à pastoribus, & Symeone & Anna, credidit se delusum à Magis. Et tunc cogitauit de morte puerorum. Et Ioseph monitus est, vt fugeret in Aegyptum. Vbi autem ei Angelus apparuerit, incertum est, licet quidam dicant, quòd apparuit ei in via quando regrediebatur à præsentatione pueri in templo: quidam vero, q in Nazareth vbi post præsentationem fuit vere per duos annos vel vnum, antequam Herodes puerum insequeretur. Non. n. est verisimile, q angelus fecerit eum fugere per duos annos ante persecutionē. Et sicut dicit Mag. hist. traditur q domino intrante Aegyptum, Aegypti idola corruerunt [Surge & accipe puerum & matrem eius & fuge in Aegyptum & esto ibi vsque dum dicam tibi: futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendū eū. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur, quod dictum est à domino per prophetam, dicentem. Ex Aegypto vocaui filiū meū] hoc scriptum est Oseæ 11. & ad literam exponitur de populo Israel. qui fuit Dei filius per adoptionem, & etiam de filio Dei naturali. Est autem secundum q tripliciter declaratur. Herodis crudelitas in morte Innocentum. Primo ex multitudine, quia propter vnum occidit multos. Secundum ex loco quia non solum in Bethleem, sed in omnibus finibus eius occidit pueros. Tertio ex tempore, quia a bimatu & infra. Bimatus est spacium duorum annorum. Vnde habens duos annos dicitur bimus. Infra uero, aliquando importat ordinē tēporis, & sic infra bimatum sunt quicunque adhuc duos annos non habens completos. Et isto modo cōiter sancti sumunt infra, dicentes, q occidit oēs pueros, qui erāt vnius diei, vel mensis vel anni, vel duorū annorum,

non

non autem occidit aliquem, qui duos annos transiuisset. Aliquando vero dicit ordinem numeri,& sic infra bimatum sunt omnes habentes plus quàm duos annos. Numeri.n.maiores posterius numerantur,& sic sumit Chr. qui dicit,ꝙ fuerunt occisi omnes, qui erant duorum annorum,vel supra vsq; ad quinque annos,secundum tps exquisitum à Magis. Et sicut dicit Mag.histo.huic attestatur,ꝙ quædã ossa Innocentium adeo sunt grandi, vt nõ possint esse pueri bimi,nisi dicatur, vt idẽ dicit,ꝙ longe maiores tunc,quàm modo homines erant Quando autẽ occisi sunt isti, Christus erat vnius anni, & trium dierum: secundum aliquos vero erat duorum annorum, licet hoc non sit probabile,sed primum. Non enim statim Herodis defæuit in pueros. Primò,quia nõ erat status regni quietus & fuit citatus Romam ad instantiam filiorũ. Secundo,secundum alios,quia cogitauit. ꝙ puerũ occultassent parentes, ideoque dissimulauit per tempus,vt eos redderet securos, & incautos deprehenderet. Sed quare occidit supra & infra ætatem,quam credebat habere Christum. Dicitur,ꝙ Hoc fecit, ne puer euaderet, maxime quia timebat secundum Rabanum ne maiorem,aut minorem ætatem prætenderet ille puer, cui sydera famulabantur. Vnde secundum opinionem communem sanctorũ, cùm crederet Christum esse vnius anni, occidit supra vsque ad secundum annum,& infra vsque ad infantem vnius diei. Secundum vero opinionem Chry occidit à duobus annis vsque ad 5 quia tunc credebat Christum habere plus quàm vnum annum eo.quod stella ante natiuitatem Christi Magis apparuerat, & tunc ipse credidit Christum natum [Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis,iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros erant in Betheleem.& in omnibus finibus eius,à bimatu, & infra secundũ tempus quod exquisierat à Magis. Tũc adimpletum est,quod dictum est per Hieremiam prophetam,dicentem[Hier.31.Vox in Rama audita est].i.in excelsis, eo quòd fuerit vox magni clamoris,secundum Hie. Vnde cùm rama aliquando sit nomen loci, non sic sumitur hic,sed vt est nomen cõmune [ploratus] quo ad pueros[& vlulatus]quo ad matres.

Sciendum est autem, quòd Betheleem est sita in tribu Iudæ,qui fuit filius nõ Rachel,sed Liæ,vt patet Geñ.29. Rachel tamen fuit sepulta prope Bethleem,vt patet Geñ.35.Pueri ergo dicuntur filii Liæ ratione originis,Rachel vero ratione sepulturæ. Ad significandũ autem vbi fuerit ista vox audita,subditur[Rachel plorans] supple est, vel fuit[filios suos] scilicet occisos ab Herode [& noluit consolari,quia non sunt]scilicet viuentes. Vtrum vero isti innocentes fuerint martyres.Dic,ꝙ sic & vide S.Tho quodl.6.& 2.2.q 124.

Sancti Felicis confessoris.

Qui vos audit me audit] Lu.10. Et qui vos spernit me spernit. Qui aũt me spernit, spernit eũ qui me misit.Reuersi sunt aũt septnaginta cum gaudio,dicentes.Domine etiam dæmonia subiiciũtur nobis in nomine tuo.Est autem sciendũ, quòd Sathanas dupliciter cecidit. Primo cecidit de cœlo per peccatum, & hoc sicut fulgur,i celeriter,quia quasi in instanti,& potenter, quia videntibus Angelis bonis, & cum fœtore proprii peccati,& cum flamma tentationis,qua homines incendit.Alio modo cecidit à potestate,& dominio, quod super homines ante Christi incarnationem exercebat Christus enim illud deiecit. Sic ergo secundum sanctos illa verba [Videbam sathanam sicut fulgur de Cœlo cadentem]dupliciter exponuntur.Primo de casu primo modo. Quia enim,vt dicit Cyrillus, & Gre.apostoli inaniter eleuabãtur,eo quòd eis dæmones subiicerentur,ideo dominus illud superbiæ motum comprimere voluit, inducens exemplum de ruina diaboli quæ ei propter superbiam euenit. Alio modo exponuntur de casu secundo modo,quem casum Christus vidit à principio suæ natiuitatis,immo ab æterno futurũ esse,ideo subditur [Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & supra scorpiones;& supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit,veruntamen in hoc noli te gaudere,quia spiritus vobis subiiciuntur] .s.quasi in hoc sit vestrum gaudium & præmium principale laborũ vestrorum,vobis.n. sunt parata multo clariora [Gaudete etiam quoniam nomina vestra scripta sunt in cęlis.

In conuersione sancti Pauli apostoli.

Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te] Mat. 19 [Quid ergo erit nobis?]Ad intellectu huius Euãgelij oportet scire, qui sunt illi, qui cũ Christo iudicabunt, & quomodo iudicabunt. Quantum ad primum S.Tho. dist 47.ar.2. dicit, ꝙ illi erunt viri perfecti sequentes voluntariam paupertatem, vt in hoc Euangelio dicitur. Primo, vt dicitur ratione congruitatis. Nam qui relictis omnibus adheserũt Christo, non videntur habere quo à iustitia flectãtur. Secundo ratione meriti. Humilitati enim debetur exaltatio. Inter omnia autẽ quæ despectum faciũt in hac vita est paupertas. Tertio, ratione dispositionis, quia contemptus diuitiarum est prima dispositio ad potestatem iudicandi, idest ad habendum cor edoctum taliter omni diuina veritate, vt etiam aliis possit eam manifestare. Quia etiam diuitiæ vltimo acquiruntur, primo relinquuntur in ꝓgressu ad perfectionem. Quantum ad secundum sciendum est, vt dicit idem ibidẽ, ꝙ aliquid iudicat multipliciter. Primo causaliter, vt illud vnde aliquis apparet iudicandus. Sic ex comparatione Niniuitæ iudicabunt. Secũdo modo interpretatiue consentiendo iudici. Sic omnes sancti iudicabunt. Tertio per similitudinem ad iudicem, scilicet sedendo in excelso loco. Et sic secundũ aliquos perfecti viri iudicabunt in iudicio, quia eleuabuntur in aere obuiam Christo. Sed tamen hoc non sufficit implere promissionem Christi, quia dixit solum, sedebitis, sed aliquid videtur superaddere dicens, iudicantes. Ideo. Quarto, vt dicit aliquis iudicat ferendo sententiam in alterum. Et hoc dupliciter. Vno modo propria authoritate, vt Deus. Alio modo pronũciando sententiam datam, & sic iudicabunt sancti alios ducentes, vt notitiam diuinæ sententiæ, vt sciant quid eis debeatur. Hoc autẽ facient admittendo inferiores ad inspectionem sensuum suorum in his, quæ ad iudiciũ spectãt[Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ]idest in resurrectione mortuorũ secundum Hiero. [sedebitis & vos super sedes 12. iudicantes 12. tribus Israel] Sicut dicit Augu. vigesimosecundo, de ciuitate Dei, non est credendum, quòd solum 12. cum Christo iudicabunt, sed per 12. significatur vniuersitas iudicantium[Et omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, ꝓpter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit]Secundum Hiero. occasione huius sententiæ quidam dicũt, quòd post resurrectionem mille annis homines viuent in hoc seculo, & tunc omnia relicta restituentur in centuplũ, & postea vita æterna. Et subiungit, quòd si in cæteris digna sit promissio in vxoribus tamẽ apparet turpitudo, vt qui vnam pro domino dimiserit, centũ accipiat in futuro. Sensus igitur iste est. Qui carnalia pro Saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione, & merito sui quasi parua, numero centenario comparantur. Hæc ille.

In purificatione sanctæ Mariæ Virginis.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi] Luc. 2. Est autem sciendum, quòd secundum Sanct. Tho. 3. q. 38. duplex erat legis præceptum de prole nata. Nam secũdũ legem mosaycam pro quolibet masculo, vel fœmina offerebantur sacrificium, vt patet Leui. 12. Quod sacrificium erat ad expiandum peccatum, in quo proles erat concepta, & ad quandam eius consecrationem, quia tunc primo præsentabatur in templo. Et ideo aliquid in holocaustum, & aliquid præceptum spãle & primogenitis hominum, & iumentorum. Sibi enim dominus deputauerat omne primogenitum in Israel, pro eo quòd ad liberationem populi Israelitici percusserat primo genita Aegypti ab homine vsque ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis Hæc S.Th. Vnde vltra hoc primogenitus pũtabatur domino tanquam ei consecratus, & redimebatur certo pretio, vt patet Exo 13. Beata autem virgo sub hac purgationis lege non cadebat, quia obligabatur solum mulier quæ semine virili concipiebat, vt patet Numeri vbi supra, tamẽ hanc legem, voluit ex humilitate seruare, & ne scãdalizaret illos qui nesciebãt quòd de spiritusancto cõceperat[tulerunt Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum domino]

no] i. vt offerrent tanquam primogenitum consecratum Deo, & redimerent. Et licet ipse non aperuerit vuluam, i. fregerit claustrum pudoris, tamẽ hoc non constabat omnibus. Vnde autem tulerint creditur, ꝙ de tugurio in quo natus erat [Sicut scriptum est in lege domini, quia omne masculinum adaperiẽs vuluam. sanctum dño vocabitur. Et vt darent hostiã, scd'm ꝙ dictum est in lege dñi] q non solum pro primogenito, sed pro alijs dabatur [par turturũ, aut duos pullos columbarũ] Hæc erat oblatio pauperũ, vt patet Nume. vbi supra. Ergo mater Christi fuit pauper, ꝗuis palliũ eius auro. & gẽmis adornemus. De hoc aũt S. Tho. vbi supra ar. 2. ad quartum sic dicit formaliter, Leui. 12 præcipitur, vt qui possent agnũ pro filio aut filia simul, & turturem siue columbam offerrent. Qui vero nõ sufficerent ad offerendũ agnũ, duos turtures, aut duos pullos columbę offerrent. Dominus ergo, qui cùm diues esset, p p nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus, vt dicitur 2. Corin. 8. & pro se pauperũ hostiam voluit offerri, sicut & in ipsa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præsepio. Nihilominus tamen huiusmodi aues congruunt figuræ. Turtur enim quia est auis loquax, prædicationem, & cõfessionem fidei significat. Quia vero est animal solitarium, significat contemplationem. Columba vero est animal mansuetum, & simplex, mansuetudinem & simplicitatem significãs. Est autem animal gregale, vnde significat vitam actiuam. Et ideo huiusmodi hostia significabat perfectionem Christi, & mẽbrorũ eius. Vtrunque autem animal p p consuetudinẽ gemendi, p̃sentes sanctorũ luctus designat. Sed turtur q est solitaria significat secretas orationũ lachrymas, colũba vero q est gregalis significat publicas orationes Ecclesiæ. Vtrunq; aũt animal duplicatũ offerẽ, vt sanctitas sit non solũ in aĩa, sed et in corpore. Hæc ille] Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Symeon] Iste secundũ aliquos fuit sacerdos famosus [Et homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel] idest Christum [& spiritussanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritusancto, non visurum se mortẽ, nisi prius videret Christum domini.] Responsio non fit propriè nisi ad interrogantem, interrogabat autem hic in orationibus si videre mereretur Christũ, cuius tempus propinquũ credebat [Et venit in spiritu in templum] id est venit per spiritum, reuelatione scilicet habita, ꝙ tunc videret Christum [Et cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent scd'm consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deũ] id est laudauit [& dixit. Nunc dimittis] id est dimittes transire, scilicet ex hoc mundo ad alium [seruum tuum domine secundum verbum tuum] id est promissionem tuam [in pace] id est in quiete animi [Quia viderũt oculi mei salutare tuum] id est Christum, non q a Christus saluet Deum, sed quia per illum saluat Deus [Quod parasti] id videndum, & ad publicandum per apostolos [ante faciem omnium populorum] fidelium, & infideliũ. Parasti inquam illud tanquam [lumen ad reuelationem gentium] id est quo gentes obscuræ, & ignorantiæ tenebris conueniæ reuelabuntur, i. venient ad lucem [& gloriam plebis tuæ Israel] Magna. n. gloria est illius populi, quòd ex eo natus est Christus. Post istã aũt præsentationem Christus, Angelo monente, fugit in Aegyptũ statim secũdũ aliquos, vel post annũ secundũ alios. Vnde dicit Lucas, ꝙ post purificationẽ regressi sũt in Nazareth.

Sancti Valentini Martyris.

Nolite arbitrari, quia venerit pacẽ mittere in terram] Mat. 10 Notã, ꝙ Christus nõ venit mittere pacẽ malã, quæ est cõcordia in malũ; & contra Deũ, sed venit mittere gladiũ, i. separationẽ animorũ bonorũ à malis [Non veni pacẽ mittere, sed gladiũ. Veni. n. separare hominẽ aduersus patrẽ suũ, & filiam aduersus matrem suã, & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrẽ, aut matrẽ plus quàm me, non est me dignus. Et qui amat filium, aut filiã sup me, non est me dignus. Qui inuenit animam suã perdet eam] Vide feria 2 post diem palmarum [Et qui non accipit Crucem suam] idest mortem secundum aliquos, quam quisque tenetur assumere secundum præparationem animi si oportet. Vel Crucem, id est pœnitentiam, & pietatem, qua alijs homines compatiuntur secundum Gregorium in Homelijs. (Dicitur enim, ut ait,

crux,quia cruciet)& sequitur me non est me dignus.Qui inuenit animam suam perdet illam.Et qui perdiderit animam suam propter me,inueniet eam.Qui recipit vos,me recipit. Et qui me recipit,recipit eum qui me misit.Qui recipit prophetam in nomine prophetæ,id est non propter aliquod temporale secundũ Chrysostomũ,sed solũ ex hoc,quod propheta est[mercedem prophetæ accipiet] scilicet obiectiue non subiectiue. Duplex enim est merces nostra,scilicet ipsa Dei visio. quæ dicitur merces subiectiue,quia subiectiue est in nostro intellectu, & ipsum obiectũ visionis,id est Deus.Primo modo mercedes variæ sunt sanctorũ , quiasecundũ excessum in charitate est & excessus in præmio.Sed secundo modo vna est merces omniũ Deus[& qui recipit iustũ in noĩe iusti, mercedem iusti accipiet.Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantũ in nomine discipuli,amen dico vobis,nõ perdet mercedem suam.]

In Cathedra sancti Petri Apostoli.

Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi]Mat.16.Sicut dicit Chry.duplex ẽ Cæsarea,scilicet Stratoni,& Philippi fratris,scilicet Herodis tetrarchæ. Et hæc ciuitas postea dicta est Paneas[Et interrogabat discipulos suos]non vt aliquid addisceret, sed Primo,vt ex illorũ responsione nos,& illos instrueret,non erat purus homo vt videbatur[dicens.Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis. At illi dixerunt. Alii Ioannẽ Baptistam,alii autem Heliam,alii vero Hieremiam,aut vnum ex prophetis]Secundo etiã interrogat quid de se dicatur,secundũ Hiero. vt discamus & nos esse soliciti quid de nobis dicatur,vt si bonum sit,augeatur,si malum corrigatur.

Sciendum est autem ꝙ erat apud quosdã Iudæos opinio , ꝙ animæ migrarent de corpore in corpus. Vnde & Herodes audita fama xpi credidit eum fuisse Ioannem quẽ decollauerat,vt patet Mar 6.Et ideo turbæ quæ de Christo sentiebant,ꝙ sanctus esset,existimabãt,ꝙ esset vnus ex sanctis mortuis, puta Helias,aut Hieremias secudũ ꝙ in eo, aliqua videbãt indicia sanctitatis,quæ videbãtur ꝑcessisse in aliquo istorum,& sic de aliis [Dicit illis Iesus.Vos autem quem me esse dicitis?Respondẽs Symõ Petrus,dixit.Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei.Beatus es Simõ Bariona].i.filius Ioãnis.à bar,quod est filius,& Iona[quia caro,& sanguis].i.homo[nõ reuelauit tibi,sed pater meus qui est in cœlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,& super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam]Hoc autem secũdũ Aug.li. retractionum,dupliciter potest intelligi. Vno modo,vt ipse Petrus sit petra,in qua Ecclesia est fundata. Alio modo,vt Christus sit ipsa petra,quam Petrus est confessus , & in qua est fundata Ecclesia[Et portæ inferi]idest peccata,vel doctrinæ hæreticorum, secundũ Hieronymum quibus itur ad tartarũ, vel dæmones secundũ Orige vel tormenta, & blandimenta persecutorũ,secundũ Rabanum[nõ præualebunt aduersus eam]Glo.i.nõ separabunt eã à charitate mea, & fide. Hæc ille. Possumus etiam in his verbis intelligere, ꝙ status Christianitatis propter hoc durabit vsque ad iudicium[Et tibi dabo claues regni cœlorum.Et quodcunque ligaueris super terram,erit ligatum & in cœlis.Et quodcunque solueris super terram,erit solutum, & in cœlis.]Est autem notandum,quòd potestas ligãdi, & soluendi data est Petro singulariter, vt hic,& omnibus apostolis simul, vt Ioan.20. vbi dicitur.Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,& hoc ad significandum , ꝙ à Petro ad alios talis potestas deriuatur. Vide autem de materia istarum clauium quid,& quot sint.4.dist.18.

Sancti Mathiæ Apostoli.

Confiteor tibi pater domine cœli , & terræ] Matth. 11. Confiteor tibi inquam, idest laudo te. secundum Augustin. [quia abscondisti hæc].i.fidei sacramenta de aduentu suo, secundum Hyla.[à sapientibus,& prudentibus] scilicet in oculis suis ,vt sunt superbi , puta scribæ, & pharisæi[& reuelasti ea paruulis.Ita pater quia sic fuit placitum ante te.Omnia mihi tradita sunt à patre meo.Et nemo nouit filium]scilicet perfecte,& comprehensiue immo neque clare,& patenter nisi miraculose vt Moyses & Paulus[nisi pater,neq; patrem quis nouit

nisi

nisi filius, & cui voluerit filius reuelare] Cùm enim tam pater, quàm filius sit infinitus, neuter eorum comprehendi potest nisi ab intellectu infinito, cuiusmodi est diuinus, & neuter potest ab intellectu creato naturaliter videri, ut est [Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis] sub onere peccati, secundum Augustinum. vel sub onere peccati secundū Hylarium. vel sub onere temporalium, secundum Greg. vel forte sub onere præceptorum & cærimonialium mosaicæ legis [& ego reficiam vos] hic per dulcedinem gratiæ & in futuro per suauitatem gloriæ] Tollite iugum meum super vos].i. legem Euangelicā [& discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est & onus meum leue] post initium, secundum Raba. Vel leue est amanti, secundum Augustinum. uel leue est comparatione ueteris legis, quamuis multi pastores nonunquam tot super inducant grauamina libertati quæ est in Christo, ut tolerabiliora sint austera legis ueteris edicti. His profecto conuenit illud Matt. 23. Alligāt onera grauia &c.

In annunciatione beatæ Mariæ Virginis.

MIssus est Angelus Gabriel &c.] Luc. 1. Vide supra feria quarta post tertiam dominicam aduentus.

Sanctorum Tiburtij & Valeriani.

ECce ego mitto uos sicut oues] Matt. 10 [in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpētes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt uos. Et ad præsides & ad Reges ducemini propter me, in testimonium illis, & gentibus. Cùm autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini] Contrarium huic videtur esse illud. 1. Petri 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in uobis est spe. Soluitur autem, quia cùm homo habet tempus ad deliberandum quid loquatur, debet cogitare, aliter tentaret Deū, quando vero non habet tempus, vtputa quādo aliquis cum furore trahitur ad iudicium, tunc non debet cogitare quid loquatur, idest non debet de hoc anxiari. Hierony. Cùm in medio amicorum certamen erit, iubemur esse soliciti. cùm autem est iudicium terribile & plebes insanientes, & timor undique, auxilium à Christo præbetur, ut confidenter loquantur, & non obstupescant ille. Vnde notanter dixit Saluator [Dabitur enim uobis in illa hora] idest in tali necessitate [quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus] i. iudæis & gentilibus [propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.]

Sancti Petri Martyris.

SIquis vult post me venire] Luc. 9 [abneget semetipsum, & tollat crucem suam] quotidie [& sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid enim proficit homini si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat] Patet autem hoc Euangelium ex dictis & allegatis supra in festo sancti Valentini martyris excepto hoc [Qui me erubuerit & meos sermones].i. qui non audebit confiteri fidē in casu, in quo tenetur id facere [hunc filius hominis erubescet [.i. non reputabit de numero suorū. Sicut dicit san. Tho. 2. 2. q. 3. est necessaria confessio fidei nō semper, cùm de hoc sit præceptum affirmatiuum, sed pro loco, & tēpore, puta quando ex taciturnitate subtrahitur Dei honor, & proximo vtilitas sua [cùm uenerit in maiestate sua, & patris & sanctorum Euangeliorum.]

Sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum.

NOn turbetur cor vestrum] Io. 14. Sciendum est, quòd in nocte cœnæ dominus Apostolis prædixerat suā proditionem, & ne-

gationem Petri, & suum recessum, propter quæ omnia erant in magna tristitia. Ideo per verba præsentis Euangelii voluit eos consolari[Creditis in Deum,& in me credite]ex consequenti,& in hoc innuit se Deum.non enim credimus proprie nisi in Deum. Vnde non recte dicitur. Credo in ecclesiam catholicam, sed Credo ecclesiam catholicam.2 2.quæstio. 2. [In domo patris mei] idest cœlo, & ipso Deo,& ecclesia triunphanti, & militanti. Nã domus alicuius dicitur in qua habitat. Inuenitur autem in scriptura, quòd Deus habitat in cœlo, scilicet per specialem ostensionem gloriæ,& in seipso, & in sanctis viæ per fidẽ, & in sanctis patriæ per gratiã cõsummatam; sed dominus de Deo & cœlo loquitur dicens. In domo patris mei mansiones multæ sunt. In cœlo quidẽ multa sunt loca corporalia in potentia tamẽ & quædã sunt superiora, quædam inferiora,& consequenter minus digna. In Deo autem sunt multæ mãsiones ad hunc sensum, ꝙ beatitudo quæ à creatura habetur de Deo multos habet gradus, quia nõ omnes æqualiter vidẽt[Si quo minus dixissem] sunt duæ dictiones,& duo accentus hic,& intendit dicere Saluator secundũ expositores cõmuniter, ꝙ si istæ mansiones non essent ibi, vel si quo seu in aliquo minus essent ibi, quã dixerat. ipse hoc eis dixisset. Vel potest dici, quòd intendit dicere. Si in præteritum non ad plenum dixissem vobis, quæ facturus sum nunc dico vobis [quia vado parare vobis locum] Locus autem cœlestis mansionis quantum in se est semper fuit paratus, secundum diuinam prædestinationem,& inquantũ in se est nullũ habet defectum, sed quo ad nos, qui non habemus ius intrandi non semper fuit paratus. Christus ergo illum impetrauit exequendo prædestinationem, seu dando nobis ius intrãdi in illũ per mortẽ suã,& mittendo spiritum sanctum [Et si abiero & præparauero uobis locum, iterum uenio].i. veniã in morte scilicet qui ad gloriam Apostoli erant assumendi,& accipiã vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Et quo ego vado scitis, & viam scitis]Contra, quia Tho. dicit, ꝙ neutrum horum sciebat, ergo uel Christus uel Thomas falsum dicit. Respondeo ꝙ vterque verum dicit, diuersimode. Sciebat enim Thom. viam istam & terminum, sed nesciebat ꝙ illa via esset via.& ꝙ talis terminus esset terminus. Sicut si ego viderem Andream,& non crederẽ ꝙ esset Andreas, negarem me Andream viderẽ sine mendacio. immo est forte sine falsitate quia non videre Andream ut sic alius autẽ vere diceret me videre Andreã, idest illum qui est Andreas. Terminus ergo huius viæ erat deitas & gloria æterna. Via vero erat humanitas & passio Christi, quã Apostoli nesciebãt perfecte esse uiã. ideo subditur [Dicit ei Thomas. Domine nescimus quo uadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus. Ego sum via]ratione humanitatis[veritas]ratione deitatis visæ, seu intellectæ[& vita]rõne deitatis amatæ. Vnde Christus est via ratione humanitatis, & terminus ad quem nos imus ratione deitatis. Et si dicas ꝙ Christus erat iam beatus. ideo nõ accedebat ad beatitudinẽ. Dico ꝙ nõ erat beatus quo ad corpus, sed solũ quo ad animã. Vnde etiam ipse Christus non solum erat via, sed etiam viator, & terminus[Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me,& patrem meum vtique cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum,& vidistis eum. Dicit ei Philippus Domine ostẽde nobis patrem,& sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tãto tẽpore vobiscum sum; & nõ cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrẽ meũ].i. essentiam & substantiam patris, seu quæ est pater. Filius enim est essentia quę est pater,& essentia patris, licet ipse nõ sit pater,& in hoc voluit dicere ꝙ pater nõ poterat videri nisi sicut & filius quo ad deitatem, scilicet per intellectum, & non per oculum corporeum, Quomodo autem vna persona diuina sit in alia, Dico secundum theo. ꝙ hoc est quia essẽtia vnius est in alia, cùm eadẽ sit omniũ essentia. Est tamẽ & alius modus huius inexistẽtiæ, de quo aliàs. Eo ipso autẽ ꝙ filius ꝑ opera miraculosa probabat se Deũ, probabat patrẽ in se esse. vnde dicitur. Propter opera ipsa credite, quæ.s. pater faciebat ꝑ filiũ [Et quo tu dicis ostẽde nobis patrẽ. Nõ credis quia ego in patre,& pater in me est? Verba q̃ ego loquor vobis, à me ipso nõ loquor. Pater aũt in me manẽs, ipse facit opera. Nõ creditis, quia ego in patre,& pater in me est? Alioqui propter opera ipsa credite, Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet,& maiora horũ faciet] Hoc aũt tripliciter intelligitur. Vno mõ quantũ ad doctrinam, quia plures conuersi sunt ab apostolis, q̃ à Christo, & prædicabãt variis linguis, Christus autem vnica, i. hebrea. Secundo mode

do quo ad modum aliquem faciendi miracu la. Nam magnū erat, quòd Christus propria authoritate faciebat miracula, & aliquando solo verbo, & aliquando ad tactū vestimen torū, aut fimbriarum, & quò ad hoc maius fuit, quòd Petrus sanabat sola vmbra corpo ris, & vestimentorū suorum, vt patet Act. 5. Tertio quantum ad substantiam rei factæ non absolute, sed conditionaliter. Si enim fuisset opus maiora, fecissent, quàm fecerit Christus tempore quo prædicauit, quia im pediuissent solem à suo motu multo me lius quàm Iosue. Ratio autem omnium est, quia Christus ibat ad patrem, & consequen ter missurus erat spiritum sanctū, quo forti ficati apostoli prædicaturi erāt per orbem. Per ista ait voluit Christus probare se esse Deū, sic arguens. Si opera quæ ego personali ter facio ostendunt, ꝙ sum Deus, & quod pa ter in me est, multo magis opera maiora quæ faciū per alios petentes in nomine meo, & in nomine meo miracula facientes hoc idem ostendunt. Vnde subditur[quia ego ad patrē vado. Et quodcunque petieritis patrem in no mine meo (dummodo debite petatis) hoc fa ciam.

Sanctæ Catherinæ de Senis.

Simile est regnum cœlorum grano sina pis]Mat. 13. [Regnum cœlorū].i. doctri na Euangelica secundū Hierony. simile est[grano sinapis]quod secundū Aug. ca lidum est, & venena repellit[quod accipiens homo].i. Christus[seminauit in agro suo] idest humano corde secundū Hiero. [Quod minimū quidem est] à principio, quia vide batur stultitia credere in Deū crucifixū[om nibus seminibus]seu inter omnia semina, id. est secundū Hiero inter omnes philosopho rū disciplinas[Cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus]idest factis philosopho rū[& fit arbor, ita vt volucres cœli].i. animæ credentes[veniant, & habitēt in ramis eius] credendo quæ in eā traduntur. Vel secun dū Chrysost. quia dominus dixerat, quòd so lū quinta pars seminis ceciderat in terram bonā, & quòd ibi simul exorta fuerant ziza nia, ne aliquis crederet, ꝙ pauci remanerent fideles, hoc dominus excludit per hanc para bolam, in qua secundū mentē eius figuratur ꝙ tantum deberet Ecclesia crescere in agro huius mundi, ꝙ volucres cœli, i. nobiles & principes habitarent in ramis eius, idest sub eius obedientia. Et huic consonat sequens pa rabola, in qua per fermentū modicum, & ca lidum figuratur paucitas fideliū tempore apostolorum, qui cōmixti multæ farinæ, id est tribus satis per quæ tres principales orbis partes, Asia, Aphrica, & Europa significatur, totam in sui naturā conuerterūt, i. ad fidem. Est autē satum genus mensuræ. Dicta au tem mulier est diuina sapientia, quæ aposto los misit ad prædicandum. Dicitur ergo [aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptū mulier abscondit in farinę satis tribus donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas]propter eās dictas frequenter[& sine parabolis nō loque batur eis, vt adimpleretur, quod dictum est ꝑ prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum, &c.]

In Inuentione sanctæ Crucis.

Erat homo ex pharisæis Nicodemus nomi ne princeps Iudæorum. Vide in festo san ctæ Trini.

In festo coronæ Domini.

Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit, &c.]Ioan. 19. Ex se patet totum præsens euangelium.

Sancti Ioannis ante portam latinam.

Dixit Iesus Petro sequere me.]Vide in fe sto Sancti Ioannis euangelistæ.

In translatione Beati Dominici confessoris.

Vos estis sal terre]Mat. 5. Est autem notā dum, quòd verba præsentis euangelii di xit Xps discipulis suis, & cōsequenter intelli

guntur dicta prælatis omnibus. Et quia docere est prælatorum, ideo etiam de doctoribus intelliguntur. Assimilantur autem sali. Primo, quia per doctrinam cælestium corpora a corruptione præseruãt, secundum Hyla. Secũdo q a per eos cõditur hominũ genus, secũdum Hiero. idest perficitur, vt sit sapiendum per intellectum, & amorem diuinorũ. Tertio, quia sine sapore cœlestis sapientiæ, quam isti erũdũt, nullũ sacrificium bonorum operũ est acceptum Deo, sicut sine sale nullum sacrificiũ offerebat Deo in lege mosayca, secundũ Remi. Quarto secũdum eũdẽ Remi. quia cœlestis sapiẽtia per apostolos prædicata exiccat humores carnalium operum, aufert putredinem & fetorem malæ conuersationis, & vermen libidinosæ cogitationis. Hæc ille [Quod si sal euanuerit]. i. si doctrina errauit, secundum Hiero. vel in persecutionibus defecerit, secundum Aug. [in quo] idest per quem [salietur]. i. condietur terra, siue homines terreni. quasi dicat: Non erit per quẽ populus corrigatur, & confirmetur [Ad nihilũ valet vltra, nisi vt mittat foras] Extra Ecclesiam per excõmunicationẽ si sit hæreticus. Vel extra Ecclesiã quo ad meritũ, si sit peccator [& conculcetur ab hominibus] tanquam ab alto ad ima ruens [vos estis lux mundi] Sicut autem prælati sunt sal, præcipue quãdo per doctrinam mouent affectum exhortando ad contemptũ terrenorũ, & amorem cœlestium, ita sunt lux, quando per doctrinam illuminant intellectũ circa credenda, & sunt sicut ciuitas fortis ad quam confugiunt debiles. Vnde non possunt, i. non debent abscondi tacendo veritatem fidei, loco, & tẽpore opportuno. Sed quia lux doctrinæ sine effectu operum parum valet doctori, & parũ proficit auditori, ideo subditur. [Nõ potest ciuitas abscondi supra montẽ posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ, qui in cœlis est] Nota lux vestra, i. doctrina, quæ sine operibus nihil prodest, sed potius interdũ obest. Sicut autem dicit glos. postquam Saluator docuit quales debent esse doctores, docet, quòd debent docere, dicens. [Nolite putare quoniam veni soluere] i. transgredi vel annihilare quo ad moralia i. decem præcepta decalogi [legem aut prophetas, non veni soluere, sed adimplere. Ad intellectum autem istorum, quia varia dicunt doctores expositores, omnibus expositionibus omissis secundum proprium mentem aliqua dicemus. Sciẽdũ est ergo ex doctrina Sancti Tho. 1. 2. vbi de lege veteri loquitur, q in prædicta lege erant tria genera præceptorum. Quædam enim dicebantur moralia, i. decem præcepta decalogi. Ista erant de naturale, ideo semper habent durare, sicut semper eadem est homini natura. Quædã vero erant cerimonialia, q pertineant scilicet ad diuinum cultum. Ista fuerunt figuratiua, sicut immolatio agni paschalis figurabat Christi passionem. Post quã ergo completa fuerunt illa, quæ per talia figurabantur, cessare debuerunt ista præcepta. Si enim etiam nunc immolaretur iste agnus, significaretur, q Christus adhuc esset moriturus, qd est impiũ. Vnde, & sine pctõ talia seruari non possunt. Et hinc est, quòd præceptũ de sanctificatione sabbati cùm esset partim morale, s. quo ad hoc vt aliquo tempore cessantes homines à seruilibus operibus vacarẽt, & partim cerimoniale, s. quo ad hoc, quòd istud tẽpus esset sabbatũ, quod interpretatur requies, & significabat quietem Christi in sepulchro, cessauit quo ad secundum, sed non quo ad primum. Vnde aliquod tempus damus Deo, sed non sabbatum. Quædam vero præcepta erat iudicialia quæ, scilicet pertinebãt ad regimẽ populi, vt quòd ille qui furabatur aliquid, restitueret illud, & aliquid plus. Ista autem non possunt eadem congrue dari omnibus populis, ideo variato populo ista variantur. Vnde ea Christus reliquit in arbitrio principum, ita quòd non tenemur illa seruare sicut moralia, nec etiam prohibemur ea obseruare sicut cerimonialia. Tota ista doctrina est sancti Tho. Christus ergo impleuit legem quo ad moralia ea obseruando, & declarando, & consilia superaddendo, Declarauit enim qd interiores motus animi etiã sine exteriori opere sunt peccata, quòd Iudæi nõ credebãt, nisi forte vbi lex exp̃sse concupiscentiã p̃hibebat. Immo q̃do lex p̃hibet concupiscentiã vxoris alienæ, nõ intelligebãt de cõcupiscẽtia luxuriæ, sed auaritiæ. Nã & S. Tho. 1. 2. vbi supra dicit, quòd volũtatẽ adulterii Iudæi nõ credebãt peccatũ. Cerimonialia aũt, & p̃phetias xp̃s impleuit exhibẽdo veritatẽ quam significabant. Si vniuersaliter totam legẽ quo ad moralia, & cerimonialia

nialia & legalia impleuit per obseruantiam vsque ad mortem. [Amen quippe dico vobis donec transeat coelum & terra; iotha vnum, aut vnus apex non praeteribit à lege.] Ioth est litera hebraica, iotha vero graeca, & secundũ Rabanum in numero signat decem, ideoque significat decem praecepta moralia. Apex vero non est litera, sed signũ quo valor discerni tur literarum. Nam apud hebreos aleph valet a. & e. secundum, quod addantur ei diuersa puncta, quae apices dicuntur, & significant ceremonialia. Neque iotha ergo neque apex, sine impletione praedicto modo pertransibit. Quamuis etiam dicere possumus, quòd iste modus est loquendi quo significatur, quòd tota lex vsque ad minima praedictis modis debet impleri quantum ad omnia praecepta obligatiua, & quantum ad omnes prophetias [donec] idest quousque [transeat coelum, & terra] quae dicuntur transire non secundum substantiam, sed secundum qualitatem accidentalem, quia tam coelum quàm terra post iudicium erunt lucida suo modo plus quàm ante, vt aliàs dictum est. [Qui ergo soluerit,] idest non obseruauerit, vel non sane intellexerit, secundum Glo. [vnum de mandatis istis minimis.] Ista mandata minima secundum Chry. super Matth. & in homel. sunt ipsae declarationes decem praeceptorum, quas Christus statim erat docturus, puta, quòd nulli licet sine causa irasci; & quòd non licet concupiscere mulierem turpiter. Dicuntur autem ista mandata minima à Christo, secundum Chryso. quia sicut de se, ita & de suis praeceptis humilia dicit. Vel minima secundum Augustinum sunt ipsa praecepta Moysi, maxima vero quae superaddit Christus [& docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum] idest secundum Chry. damnabitur tempore resurrectionis, quòd hic regnum coelorum dicitur, eo quòd in tali tempore tam anima, quàm corpus iustorum erit in gloria. Vel secundum Grego. per regnum coelorum Ecclesia intelligenda est; in qua doctor, qui soluit mandatum, minimus vocatur, quia cuius vita despicitur, restat vt eius sermo contemnatur. Haec ille. [Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum.]

Sanctorum Geruasij & Protasij.

CVm egrederetur Iesus de templo] Marc. 13. Ad intelligendum horum, quae in hoc Euangelium dicuntur, sciendum est, quòd Apostoli credebant quod post destructionem Hierusalem, statim deberent omnia consummari, & mundus finiri. Ideo quia Christus eis praedixerat ruinã templi, & consequenter ipsius ciuitatis Hierusalem, interrogauerunt eum de duobus, vt patet Matthaei 24. scilicet de tempore destructionis Hierusalem, & signis aduentus Christi, & destructionis mundi. Et de his duobus etiam hic dicũtur interrogasse, de primo ibi, quando ista fient, de secundo, vero ibi, & quod signum. In praesenti autem Euangelio tangitur responsio solum quo ad primum quaesitum. [Ait illi vnus ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides, & quales structurae. Et respondens Iesus ait illi. Vides has omnes magnas aedificationes. Non relinquetur lapis lapidẽ qui nõ destruetur. Et cùm sederet in monte oliuarũ contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas. Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit, quando haec omnia incipient consummari. Et respondens Iesus, coepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo.] idest vsurpando sibi nomen meũ [dicentes quia ego sum]. s. Christus [& multos seducent.] Talis fuit Simon Magus, quem dicebant virtutem Dei magnã samaritani, vt patet Act. 8. Tales fuerunt etiã multi alii secundum Hiero. imminente ruina Hierusalem. Sed quia, ut idem, ait à tempore dominicae passionis, in populo iudaeorum, qui petiuit sibi pro Christo dari Barabbam latronem seditiosum, non defuerunt seditiones ciuium, nec hostium bella, ideo dicit dominus. [Cùm audieritis autem bella, & opiniones bellorũ, ne timueritis. Oportet enim haec fieri, sed nondum finis;] idest nondũ erit desolatio, & destructio Iudeae, & Hierusalem secundum Hierony. sed vsque ad quadragesimum annum differetur praedicta desolutio. Ideoque securi estote in Iudaea. Et in istis. 40. annis, & tempore obsidionis Hierusalem con

tingerunt omnia que Saluator hic dicit & plu ra. Sicut enim ex Iosepho patet innumerę seditiones & fames aceba,& pestis eos inuasit, & terrores de coelo [exurget autem gens super gentem,& regnum super regnum & erũt terremotus per loca & fames.Initium signo rum hæc.Videte autem uosmetipsos.Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis. Et ante reges & præsides stabitis propter me in testimoniũ illis.Et in omnes gentes primũ] ante.s.quam destruatur Hierusalẽ [oportet prædicari Euangelium] Beda. Hoc ita fuisse completũ ecclesiasticæ testantur historiæ,in quibus refertur, ꝙ apostoli omnes multo ante excidiũ Iudeæ prouinciæ ad prædicandum Euangelium toto orbe fuerunt dispersi,excepto Iacobo Zebedei,& Iacobo fratre domini, qui in Iudæa pro verbo domini prius sanguinem fuderant.Hæc ille. Sicut autem Euangelium semel est prædicatũ, & post. venit desolatio Hierusalem ,ita vna alia vice prædicabitur,& deinde veniet desolatio mundi, vt patet per Augu.ad Esichium,& S.Tho.1.2. vbi loquitur de lege euangelica & super Epistolam ad Rom. [Et cùm duxerint vos tradentes nolite præcogitare] Hoc declaratum est supra in festo san. Tiburtij & Valeriani, [quid loquamini, sed quod datum fuerit vobis in illa hora id loquamini. Non enim vos estis loquentes, sed spiritussanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem,& pater filium] scilicet propter zelum idolorum, quia quando aliqui ad fidem conuertebantur quandoque parentes etiã strictissime eos accusabant,vel zelo idolorum, vt dictũ est,vel priuato odio,aut cupiditate diuitiarum,vt patet de Beato Paulo primo Eremita,vel etiam timore tyrannorum qui istos perdi & accusari iubebant[& consurgent filij in parentes & morte eos afficient.Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit vsque in finem, hic saluus erit.]

In vigilia sancti Ioannis Baptistæ.

FVIT In diebus Herodis regis Iudææ. Luc.1.Ad intellectum eorum, quæ in præsenti Euangelio dicuntur, sciendum est,ut habetur 1.Paral. 24.ꝙ.David ordinauit in ministerio tẽpli domini esse 24.sacerdotes,qui vt etiã testatur Magi.histo. diceb antur summi sacerdotes, ita tamen, ꝙ vnus erat super eos qui simpliciter erat summus sacerdos, siue etiã de numero illorũ 24. siue non. Et singuli eorum habebant singulis septimanis ministrare secundum ordinẽ forte decretum. Abia autem fuit sub octaua sorte, à quo descendit Zacharias pater Ioannis. Vtrum uero fuerit summus sacerdos vel non, est magna inter aliquos concertatio, scilicet inter Nicolaũ de Lyra & Paul.bur.sed tamen credo, ꝙ non fuerit simpliciter summus sacerdos,sed secundum quid, inquantum fuit vnus de 24. [sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia] profertur autem hic Abiã vltima acuta, quia est indeclinabile [& vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Helisabet. Erant autem iusti ambo ante Deũ incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela.Et non erat eis filius, eo ꝙ esset Helisabet sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cùm sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deũ,secundũ consuetudinẽ sacerdotii sorte exiit,vt incensum poneret ingressus in templum domini.Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi]Sacrificium fiebat extra tẽplum.i.extra domum interiorem. fiebat enim in atrio quod erat immediatẽ prope illam domũ, sed tamẽ intra domũ, erat altare incensi super quod ponebatur incensum expleto sacrificio. Vtrum vero illud altare esset inter sancta sanctorum, vel non, est quæstio inter doctores,Aug.tenet ꝙ sic,alij ꝙ nõ quibus assentio [Apparuit autem illi Angelus domini stans à dexteris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autẽ ad illum Angelus.Ne timeas Zacharias, quia exaudita est deprecatio tua] Ista deprecatio,secũdum Aug.intelligiẽ esse facta pro populo, nõ autẽ pro filio hñdo.Nã et Angelo dicente ꝙ habiturus esset filiũ nõ credidit ei. Secundũ alios vero erat deprecatio pro filio habẽdo, quam tamẽ tũc nõ effuderat,sed lõgè ante [& vxor tua Helisabet pariet tibi filiũ, & uocabis nomen eius Ioannẽ] idest in quo est gratia, uel cui datũ est.Sic.n.interpretatur Beda. Singularis meriti indicium datur,quoties hominibus nomen imponitur à Deo,uel nunciatur. Hæc ille[& erit gaudium tibi, & exultatio,& multi in natiuitate eius gaudebunt].s.amici & uicini. In festo uero natiuitatis eius gaudent christiani,& ut fertur,etiã pagani [erit enim

magnus coram domino,& vinum,& siceram non bibet] Est autem sicera succus ex frugibus & pomis coctis,præcipuè dactilis expressus,qui potest inebriare sicut & vinū [& spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ] Ex quo patet q̄ fuit in vtero sanctificatus sicut & Hieremias,de quo dictum est Hiere.1. Antequam exires de vulua sanctificaui te. Idem à fortiori creditur de beata virgine, licet ex scriptura non habetur [& multos filiorū Israel cōuertet ad dominū Deū ipsorū & ipse præcedet ante illū]nascendo, prædicādo, baptizando [in spiritu & virtute Heliæ] .i.sanctitate Heliæ, cui fuit similis primo in asperitate victus,secundo in constantia docē. di veritatem, tertiò in præcedendo primum domini aduentum, sicut Helias præcedet secundum[vt conuertat corda patrū] idest Iudæorū,secundū Greg. qui Iudæi patres fuerūt apostolorū[in filios]idest ante filios, seu apostolos,secundū eundē,ad quos diligendo Ioānes inducebat iudæos,& ad eis credēdū, ideo subditur [& incredulos ad prudentiā iustorū] quæ prudentia, secundū Bedam, consistit in quærendo salutem non ex operibus legis, sed ex fide Christi[parare domino]idest ad suscipiendum dominum,seu Christum[plebem perfectam]idest deuotam.

In die Ioannis Baptistæ.

HElisabeth impletum est tempus pariendi,& peperit filium] Luc. 1. [Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam,sed vocabitur Ioannes] Ex hoc patet secundum multos,q̄ non solū Zachariæ, sed etiā Helisabet fuit reuelatū à Deo nomē præcursoris. Nō.n. potuit illud à marito didicisse, quia vt dicit beatus Lucas,exiuit mutus de tēplo dū Angelus ei apparuit. Et si dicatur,q̄ potuit scribere illud nomē ante,sicut tunc, dici potest q̄ verum quidē est,sed tamē si illud scripsisset & reuelasset prius, non quæsiuissent hoc tunc ab illo [Et dixerunt ad illā, quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebāt aūt patri eius].s.signis. Ex quo patet q̄ non solū mutus, sed etiā surdus erat factus Si.n.potuisset audire verba, non significassent ei illi conceptus suos per nutus,seu huiusmodi signa[quem vellent vocari eum] Et postulās pugillarem, scripsit dicēs Ioannes est nomē eius [Et mirati sunt vniuersi] scilicet q̄ patri & matri cōuenirent in noīe, maxime,quia Zacharias nō dixit,vocabitur Ioannes,sed dixit Ioannes est nomē eius,in hoc.s. innuens q̄ hoc nomē erat impositū à Deo ipsi puero[Apertū est aūt ilico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum] Zacharias.n. fuit percussus priuatione loquelæ eo q̄ Angelo loquenti non credidit, diffidens de sua senectute & uxoris sterilitate, & usq. ad natiuitatem filii fuit mutus [& factus est timor magnus super oēs vicinos eorū]idest admiratio vel timor super Zacharia castigato p Angelū[& super oīa montana Iudææ diuulgabātur oīa verba hæc. Et posuerunt oēs qui audierant in corde suo dicentes. Quis putas, puer ille erit? Etenim manus domini] idest virtus[erat cū illo]quia scilicet circa illum faciebat miracula [Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto,& prophetauit dicēs] In sua prophetia duo prædixit, scilicet, quòd Deus visitauit nos mittendo Ioannem qui esset præcursor Christi, & etiam q̄ Deus fecit redemptionem,idest misit redemptorem plebis suæ,idest populi sui [Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.]

In vigilia Apostolorū Petri & Pauli.

SImon Ioannis diligis me plus his] Ioan.vlti.

Est autem sciendum,q̄ ea quæ in præsenti Euangelio narrantur contigerunt quando Saluator apparuit Petro, & sociis eius piscantibus in mari Tyberiadis post suā resurrectionem[Simon Ioannis] scilicet filius] diligis me plus his] idest plus quàm alij Apostoli, qui erant præsentes, scilicet Tho. Nathanael, & duo filii Zebedei, & alii duo qui sunt innominati. Interrogat autē de hoc Christus ad innuendū,q̄ is qui eligitur in prælatum debet esse aliis melior. Vñ licet secūdū iura sufficiat eligere sufficientem, tamen quo ad Deū quilibet tenetur eligere meliorem,nō meliorem simpliciter.i. qui magis habet de cha-

charitate, sed meliorem quo ad hoc, quod scilicet consideratis omnibus est aptior ad regimen. Cæteris tamen paribus eligendus est melior simpliciter, quia similior est summo pastori. Vnde de hoc sanctum Thom. 2.2.q.6 a.1 & quodlibet.6. Dicit ei. Etiam domine, tu scis quia amo te] non dicit autem, plus quam alii, quia suam fragilitatem in negatione fuerat expertus, uel quia, ut dicit Augusti. ignorabat aliorum corda. [Dicit ei. Pasce agnos meos] idest incipientes. [Dicit ei iterum.] Iterato dicitur ostendat quantum virum debeat facere prælatus de subditis. Simon Ioannis diligis me, ait illi. Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei iterum Pasce agnos meos] idest proficientes.] Dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me. Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me] secundum aliquos, eo quòd Christus frequenter interrogaret quod sciebat. Vnde secundum alios contristatus est, quia timuit ne Christus sibi prædiceret aliquod malum futurum, sicut fecerat quando dixit ei, quòd ter illum esset negaturus. Et dicit ei. Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. [Dicit ei. Pasce oues meas] idest perfectos. Et ne quis crederet leue onus præesse, ostendit Christus ad quid ordinabat ouium suarum pastorem, quia ad hoc, ut per mortem ostenderet caduca omnia contemnenda. Vnde subditur. [Amen amen dico tibi, cùm esses iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas. Cùm autem senueris, extendes manus] scilicet in cruce [& alius] scilicet carnifex [te cinget] idest ligabit in cruce [& ducet quo tu non uis] scilicet secundum sensualitatem, idest ad mortem. [Hoc autem dixit] scilicet Christus [significans qua morte] scilicet ipse Petrus [clarificaturus, idest glorificaturus [esset Deum.] Significauit enim, quòd crucifigeretur.

In die apostolorum Petri & Pauli.

VENIT Iesus in partes Cæsareæ Philippi &c. Vide supra in cathedra sancti Petri.

In commemoratione sancti Pauli.

ECCE Nos reliquimus omnia &c. Vnde supra in conuersione sancti Pauli.

In octaua apostolorum Petri & Pauli.

IVSSIT Iesus discipulos suos ascendere in nauiculã] Matth.14. Patet autem præsens Euangelium ex dictis sabbato ante primam dominicam quadragesimæ.

In festo septem fratrum.

LOQVENTE Iesu ad turbas, ecce mater &c.] Mat.12. Vide feria quarta post primam dominicam quadragesimæ.

Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

ROGABAT Iesum quidam pharisæus &c.] Vide supra feria quinta post quartã dominicam quadragesimæ.

Sancti Apollinaris episcopi.

FACTA est contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior] Luc.22. [Dixit autem eis, Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui præcessor est sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit] an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis] Hoc Euangelium patet ex dictis feria quarta post 2. domi. quadrag. quasi totum. Motiuum autem contentionis de qua hic dicitur, secundum Thom. fuit quia quærebant inter se quisnam esset, qui Christum traderet, secundum vero Greg. fuit, quia discendente Christo oportebat aliquem eorum fieri aliorum principem [Et ego dispono] idest trado [vobis regnum] tam Ecclesiæ militantis, cuius fuerunt facti rectores, quàm ecclesiæ triumphantis cuius fuerunt in morte facti ciues, & consequenter reges, quia omnes sancti in patria aliquo modo regnant, quia scilicet regnat ille in quem omne suum uelle dirigunt [ut edatis & bibatis] ipsum sacramentum Eucharistiæ [super mensam meam] idest super altare meum [in regno meo] idest ecclesia mi-

ministrante, uel ut edatis, & bibatis, id est ut fruamini super mensam meam, id est super uel propter beatificam uisionem deitatis [& sedeatis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel]

Sancti Iacobi Apostoli.

ACcessit ad Iesum mater filiorum Zebedei, &c. Vide feria quarta post dominicam 2. quadragesimæ.

Sanctæ Marthæ Virginis.

INtrauit Iesus in quoddam castellũ] Luc. 10. Istud castellũ de quo hic agitur, fuit Bethania, ut dicit Origen. [Et mulier quædam Martha nomine] soror scilicet Lazari [excepit illum] scilicet in domum suam [Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiã sedens secus pedes domini audiebat uerbum illius] magna suauitate eius delectata [Martha autem satagebat] id est pro uiribus conabatur [circa frequens] id est quotidianum [ministerium] id est circa præparationẽ refectionis pro Christo, & discipulis [Quæ stetit] fessa discursibus [& ait] placiter, & cum reuerẽtia, & confidentia magna [Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi, ut me adiuuet. Et respõdens dixit illi dominus, Martha Martha solicita es, & turbaris] id est inquietaris [erga plurima] id est propter multa [Porro unum est necessarium] id est Deus, uel unum, id est mẽtis unitas, siue quies. Vel unum, id est uita cõtemplatiua, uel actiua. Necesse est enim, ut qui Deo seruit, seruiat uel in actiua, uel in contẽplatiua vita, vel in vtraque. Sed tamen contemplatiua est simpliciter melior, quàm actiua 2. 2. q. 182. & est finis eius 3. distinct. 35. In casu tamen necessitatis dimittitur contẽplatiua propter actiuam [Maria optimã partem elegit] id est vitam contemplatiuã [quæ non auferetur ab ea] sicut actiua quæ cessat in morte. Consistit enim in seruitiis, quæ exhibemus hominibus. Vtraque vero vita fuit in Beata Virgine Maria. Nam conseruabat omnia dicta de Christo conferens in corde suo, & rursus dicebatur, quæstuaria secundũ Hieronymum scilicet, vt arbitror, quia & de quæstu viueret, & pro sanctis pauperibus faceret quæstum. Ideo, in assumptione eius legitur hoc euangelium.

Sancti Petri ad vincula.

VEnit Iesus in partes Cæsareæ Philippi &c. Vide supra in cathedra S. Petri.

In inuentione Sancti Stephani.

ECce ego mitto ad uos prophætas, &c. Vide supra in festo S. Stephani.

Sancti Dominici confessoris.

VOs estis sal terræ. Vide supra in translatione Beati Dominici.

In transfiguratione Domini.

ASsumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem. Vide sabbato 2. quadragesimæ.

In vigilia assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

LOquente Iesu ad turbas. Vide dominica 3. in quadragesima.

In die assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

INtrauit Iesus in quoddam castellum &c. Vide supra in festo S. Marthæ.

In decollatione Sancti Ioannis Baptistæ.

MIsit Herodes ac tenuit Ioan. & vinxit eum in carcerem propter Herodiadẽ vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam] Mar. 6. De causa incarcerationis Ioannis dictum est dominic. 3. de aduentu, & nunc addimus, quòd secundum quòd recitat Magister histo. & Beda, ipsa Herodias secundum aliquos fuit filia Arethæ regis, sed reuera, vt ibi scripsimus fuit filia Aristoboli. Nupsit autem secundum Iosephum, vt recitat Mag. histo. Herodi, non quidem Herodi Agrippæ, vel Tetrarchæ,

sed

sed cuidā filio Herodis Ascalonitæ ex filia Simonis Sacerdotis. Forte tamen vt dicit prædictus magister, iste Herodes dicebatur etiā Philippus[Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem]id est populum zelantē pro Ioanne, timebat enim rebellionem populi. Vnde etiam ne populus rebellaret fingebat se libenter audire Ioannem[sciens eum virum iustum, & Sanctum, & custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat] quantū ad aliquam scintillam rationis, vel apparenter, reuera autem ipse, vt complaceret adulteræ desiderabat eius mortem secundum sententiam Bedæ[& cùm dies oportunus accidisset]scilicet ad homicidiū perpetrandum, vt intendebat adulter, & adultera [Herodes Natalis sui cœnam fecit principibus, tribunis, & primis Galilεæ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis & saltasset] id est chorizasset [& placuisset Herodi, simulque recunbentibus, Rex ait puellæ. Pete à me, quòd vis, & dabo tibi, & iurauit illi, quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium Regni mei]Iuramentum autem Regis fuit, vt Ioannem sub legitima causa necare videretur, & consequenter populus non rebellaret[Quæ cum exisset dixit matri suæ. Quid petam, At illa dixit. Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad Regem, petiuit dicens. Volo, vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est Rex]scilicet apparenter, & secundum opinionē astantiū, vt dicit Beda. Nam Ioseph dictus est pater Christi, quia ita videbatur, & putabatur. Dicitur autem iste Herodes Rex, non quia habuerit diadema, sed quia regnabat tanquam dominus[propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare, sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eū in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.]

Est autem notandum, quòd ab hac morte raro aut nunquam suos milites Christus liberauit, qui tamen eos sæpissimè liberauit ab aliis cruciatibus. Hoc autem ideo factū puto, quia hæc mors inter violentas mortes videtur minus dedecoris, & doloris habere, vt in pluribus. Ab hac ergo nō eripuit quos mori voluit in testimonium veritatis, & tamen liberauit ab aliis, siue ad compescendā vesaniam eorum, qui viliores mortes in derisum conabatur inferre, siue ad confortandum milites suos, forte interdum trepidantes.

In natiuitate Beatæ Virginis.

Liber generationis Iesu Christi]Mat. I. Supple hic est, vt visio Esaiæ, s. Hæc est. Hæbrei. n. cōiter omittunt ly est. Et intellige de generatione tēporali, quia diuina ē ineffabilis[filii Dauid, filii Abraā]Isti duo ponuntur, vt radices in Christi genealogia. Primo, quia ad istos facta est specialiter promissio. Secundo, quia Dauid fuit principalis inter reges, & Abraam inter Patriarchas, ex regibus autem & Patriarchis debebat descendere Christus. Præponitur autem Dauid, licet sit tempore posterior. Primo propter regiam dignitatem, & iterum nobis repetendus fuisset Abraam, intermedio vno posito, id est Dauid, scilicet dicendo filii Abraam, & Dauid. Abraam autem &c. [Abraam genuit Isac]tacetur autem de Hismaele eiusdem filio, quia per illum non descendit Christus[Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius]qui cum Iuda nominantur, licet ab eis non descenderit Christus, quia fuerunt patres, & capita populi Dei[Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar]quæ non erat vxor eius, sed erat vidua relicta filii ipsius Iudæ, dicit hic Beatus Hierony. quòd in genealogia Christi, nulla ponitur sancta mulier, sed tantum illæ quas scriptura reprehēdit, vt Thamar, quæ fornicata est cum Iuda, & Ruth, quæ fuit gentilis idolatra, & similiter Raab meretrix, & Bersabeæ, quæ fuit adultera concumbens cum Dauid. Et hoc, vt ait vt qui pro peccatoribus venerat, de peccatricibus nascens, omnium peccata deleret. Alia causa secundum alios quare istæ mulieres exprimuntur est, quia fuerunt accidētaliter coniunctæ viris, ex quibus conceperunt, quia non fuerunt primæ, & principales vxores eorum.

Sed

Sed contra dicta Hyeroni. arguit Nic. de Lyra. Primò, quia secundum eundem Hyero. propter peccata Iorã, filii eius vsque ad quartam generationem tolluntur de Christi genealogia. Vnde hic non ponitur Ochozias, Ioas. & Amasias. Non ergo istæ mulieres propter sua peccata inseruntur. Secundo, quia beata Maria hic ponitur, quæ sancta fuit. Tertio, quia Raab videtur à scriptura commendari, quia exploratores populi Dei abscondit. Iosue.2.& similiter Ruth, eo quòd socrui fuit fidelis, & ad Deum ab idolis est conuersa. Ruth. 3.

Ad ista autem soluenda. Ad primum dico, quòd omnes istas mulieres fuisse peccatrices ex scriptura constat, & consequenter non sunt dicendæ sanctæ ad mentem Hierony. qui per sanctas intelligit innocentes. Fuerunt tamen ut rationabiliter creditur finaliter pœnitentes & iustificatæ. Et quidem iustitia Raab, & Ruth satis ex dictis patet. Thamar autem postquam fuerat ad mortem condemnata, fuit à Iuda absoluta, ut patet Gen. 38. Vnde verisimile est quòd pœnituit. Et idem est de Bersabea, quæ post fuit dilecta regi Dauid, & regi Salomoni, ut patet.3. Reg. 1. Intellexit ergo Hierony. de peccatoribus pœnitentibus, in quos passio Christi efficaciam habet. De Iorã autem non habetur authoritas, vel ratio quòd pœnituerit, vnde non est simile. Ad secundum dico quòd Hierony. loquitur de his, quæ ponuntur in genealogia, & non in eius termino, & quæ potuisset ommitti. talis autem non est virgo ex qua sola descendit Christus. Ad tertium dico, quòd istæ fuerunt reprehensæ per scripturam pro aliquo tempore, ut ex dictis patet &c. [Phares autem genuit Esrom] Iste Phares cum Iuda patre suo. & Iacob auo suo descendit in Aegyptum & ibi genuit Esrom, qui genuit Aram, qui genuit Aminadab, qui genuit Naason. Iste autem Naason cum patre suo exiit de Aegypto, & ideo fuit princeps in tribu Iudæ in deserto post patrem suum, qui fuerat princeps in exitu Israel de Aegypto super eadem tribu Iudæ. Immo iste Aminadab quando rubrum mare fuit à domino exiccatum per medium, ita quòd aque erant à dextris, & à sinistris quasi murus, vt habetur Exod. 43.] Primus post Moysen cum curribus suis intrauit mare, aliis timentibus, & ibi tribus Iudæ meruit regnum super populum. Et de hoc intelligitur illud Can. 1. & est vox synagogæ seu populi Israel timentis pro Aminadab. Anima inquit mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. [Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab] quæ Raab fuit gentilis.

Sed contra, quia hoc erat præceptum legis, Deuterono. 7. ubi præcipitur ne tales uxores filii Israel acciperent. Ad hoc dicitur quòd illud præceptum fuit ne mulieres ad idolatriam inducerent maritos, vbi autem ipsæ erant conuersæ ad Deum & aliquid magni egerant pro Dei populo, dispensabatur à domino, vt creditur, quòd talia matrimonia fierent. Et idem dicendũ est de Ruth quæ fuit coniuncta Booz. [Booz autem genuit Obeth ex Ruth. [Obeth autem genuit Iesse.] Iesse fuit pater Dauid, & alio nomine dicebatur Isai. [Iesse autem genuit Dauid Regẽ] Iste solus nominatur Rex propter excellentiã sanctitatis, & quia fuit primus inter reges, à quibus descendit Christus [Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ]. i. ex Bersabea, cum qua prius commiserat adulterium vt patet 2. Reg. 12. [Salomon autem genuit Roboam qui fuit stultus filius sapientis. Sub isto diuisum est regnum Dauid in duo regna, scilicet in regnum Iuda, quod erat duarum tribuum. s. Iudæ & Beniamin, & in regnum Israel quod erat 10. tribuum, vt patet 3. Re. 12 [Roboam autem genuit Abiam, Abiam autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat Iosaphat autem genuit Iorã. Ioram autem genuit Oziam] Hic tres reges omittuntur, Nam iste est successionis ordo, Iorã. Ochozias. Ioas, Amasias Ozias. Ratio aũt huius est quia Euangelista voluit unam quaterdenam ponere ab Abraã vsque ad Dauid, & vnam aliam à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Ideo autem istos potius quã alios omisit secundum Hiero. quia Ioram coniunctus est impiissimæ Iesabel. Vnde in genealogia Christi filii eius vsque ad quartam generationem excluduntur [Ozias autem genuit Ioatham, Ioatham autẽ genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassem] iste Ezechias non habebat hæredem quando dictum est ei à domino per Esaiam. Dispone domui tuę quia morieris &c. Esa. 38. & tunc fleuit non timore mortis, sed propter defectum seminis, timens

mens ne Christus de semine suo non nasceretur. Ideo orauit & fleuit, & dominus dedit ei 15. annos quibus superuiueret, & tunc genuit Manassen, qui primo fuit pessimus, vt patet 4. Reg. 21. ubi dicitur, quòd impleuit Hierusalem sanguine prophetarum vsque ad os. inter quos Esaiam auunculum suum secari fecit, propter quod in captiuitatem ductus est, finaliter tamen pœnituit, & ad regnum suum restitutus est, vt patet 2. Para. 33. [Manasse autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam] Iste fuit optimus, & à iuuentute sua quæsiuit dominum [Iosias autem genuit Ieconiam, & fratres eius in transmigratione Babylonis] non quia iam esset transmigratio quando sunt geniti, sed quia imminebant. Nominantur autē fratres Ieconiæ cum eo, quia sicut & ille sunt captiuati. Ioacham autem qui primus regnauit post Iosiam captiuatus est per regem Aegypti, vt patet 4. Reg. 24. qui loco Ioacham, constituit regem fratrem eius Elichin, quem vocauit Ioachim vel Iechoniam. Iste à rege Babylonis captus, cùm in babylonem duceretur, in isto itinere remissus est ad regnum suum sub iuramento, quòd ei fideliter deseruiret, qui quarto anno volens rebellare, ab eodem captus & occisus est, & cadauer eius extra Hierusalem proiectum est, & regnauit Ioachim filius eius pro eo, qui similiter dictus est Ieconias, licet scribatur aliter quam pater suus. Iste regnauit tribus mensibus deinde in Babylonem cum matre, & nobilibus captiuis ductus est, & regnauit auunculus eius Sedechias filius Iosiæ. Hic vndecimo anno regni sui, quia rebellauerat, captiuatus est à rege Babylonis, & excæcatur, & Hierusalem destructa, & templum combustum est. 4. Regum 25. [Et post transmigrationem Babylonis Ieconias genuit Salathiel] Iste Ieconias à quo incipit tertia quaterdena, non fuit filius Iosiæ immediate, sed fuit nepos eius, aliter non essent quatuordecim in vltima quaterdena, sed de hoc infra [Salathiel autem genuit Zorobabel] Sub isto rediit populus Dei de Babylone ad terram suam. Hic vt hic dicitur genuit Abiud. Nec est contra hoc, quòd dicitur. 1. Paral. 3. quòd genuit Mosolam, Ananiam, & Solomit, quia aliquis istorum trium habuit duo nomina, & dictus est Abiud. Ab isto Abiud usque ad Ioseph non habetur generationis ordo in scriptura, sed beatus Mattheus habuit aliunde. Fuerunt enim in populo Iudæorum studiosi viri, qui rationem de istis genealogiis tenerent. Nec est rationabile, quod quidam dicunt, quòd beatus Mat. ista per reuelationem habuit, quia tunc non probasset per scripturas Christum ex Dauid descendisse, quod tamen ipse intendit, ut istimet dicunt [Zorobabel aūt genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliachim. Eliachim autē genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph.]

Contra quia Luc. 3. dicitur, quòd Ioseph fuit filius Leui. Ad hoc dicitur secundū Hiero. & sanctos, quòd Mathan fuit filius Dauid per Salomonem, & Mathat fuit filius eiusdem per Nathan. Isti autem duo Mathan & Mathat habuerunt vnam vxorem successiuè, quæ dicta est Escha, & ista de Mathan concepit Iacob, & de Mathat concepit Heli, ita quod Iacob & Heli fuerunt fratres vterini. i. de eadem matre, sed non de eodem patre nati. Heli autem accepta vxore, sine liberis decessit, vnde Iacob frater eius volens iuxta morem legis suscipere fratri suo vterino semen, accepit vxorem eius, & ex ea genuit Ioseph, qui fuit naturalis filius Iacob legalis & filius Heli [virum Mariæ] Sed contra. Nihil enim ad rem, cùm ipsa non concerit de viro. Ad hoc multi multa loquuntur, mihi autem videtur quòd ista difficultas duobus verbis possit absolui secundum mentem sanctorum & antiquorum doctorum. Beatus enim Mattheus voluit probare infidelibus & fidelibus, qui tunc aderant, quòd Christus erat filius Dauid, quòd probauit ex hoc, quòd Ioseph descenderat à Dauid, quia tunc temporis constabat, quòd beata virgo erat non solum de eadem tribu cum Ioseph, sed etiam de eadem familia. Nobis autem non voluit beatus Mattheus aliter quā per fidem constare Christum ex Dauid descendisse. Quia ergo eo tempore constabat virginem ab eadem radice cum Ioseph descendisse, ideo Euangelista morem seruans scripturarū non descripsit genealogiam per fœminam, sed per virum & eadem ratione descripsit eam per maritum, & non per patrem, quamuis etiā dicant quidam Ioachim

patrem

patrem virginis non fuisse de stirpe Dauid, sed matrē tantum, idest Annam. Est autem sciendum, quòd Beatus Tho. 3. qō. 31. ar. 2. & 3 multa tangit ad declarationem huius Euangelii facienda, dicens. Cum Aaron fuerit de tribu Leui, videtur, quòd de eadem fuerit Beata Virgo, quia fuit cognata Helisabet, quæ fuit de filiabus Aaron, vt patet Luc. 1. & consequenter Christus non descendit à Dauid, qui fuit de tribu Iuda. Sed dicendum est, quòd dicit sic Grego. Nazan. Hoc nutu Dei contigit, vt regium genus sacerdotali stirpi iungeretur, vt Christus q̄ Rex est, & sacerdos ab vtrisq; nasceretur secundū carnem. Vnde & Aaron, primus sacerdos secūdū legem duxit ex tribu Iuda coniugē Helisabet filiā Aminadab. Sic ergo potuit fieri, vt pater Helisabet aliquā vxorē habuerit de stirpe Dauid, ratione cuius Beata Virgo Maria quæ fuit de stirpe Dauid. Helisabet cognatā fuit. Vel potius econuerso pater Beatæ Mariæ de stirpe Dauid existens, vxorem habuit de stirpe Aaron Vel sicut dicit Aug. 26. contra Faustū, si Ioachim pr̄ Beatæ Mariæ de stirpe fuit Aaron, vt Faustus hæreticus p̄ scripturas aliquas apocryphas asserebat: credendū est mrēm Ioachim fuisse de stirpe Dauid, vel ēt vxor eius ita vt per aliquem modum Mariā dicamus fuisse de stirpe Dauid. Præterea à secundo de Christo dr̄ Esa. 9. Super solīū Dauid, & super regnū eius sedebit, ergo non fuit filius Ieconiæ, de quo Hiere. 22. dicitur. Scribe virū istum sterilem. Non erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid. Sed ad hoc dicendū est, q̄ vt dicit Amb. super Luc. illa authoritas non negat posteros nasciturōs de Ieconia, sed regnaturos seculari honore, quos Christus non regnauit. Præterea tertio. Nam Lucas dicit Ioseph filiū Leui. & Mat. Iacob, & consequenter habuisse duos patres. Ad hoc autem dicit Greg. Nazan. q̄ iidem fuerunt, quos Mattheus & Lucas cōmemorant, sed sub diuersis nominib. quasi binomios. Sed hoc stare non pōt, quia Mattheus ponit vnū filiorū Dauid, Salomonē. Lucas aūt ponit alium, s. Nathan, q̄ a secūdū historiā libri Regū constat fuisse fratres. Alij dixerunt q̄ Mattheus veram genealogiam scripsit, Lucas aūt putatiuam, vnde incępit. vt putabatur filius Ioseph. Erant eīn aliqui ex Iudæis credentes Christum per reges à Dauid non descēdere propter Regum facinora, sed per stirpē hominum priuatorū esse nasciturū. Alij aūt dixerunt, quòd Mattheus ponit patres carnales, Lucas vero spirituales, id est viros iustos dictos patres propter similitudinem honestatis. Sed in lib. 5. de quæstionibus ve. & no. testa. respondetur, q̄ non est intelligendum Ioseph fuisse filiū Heli, sed quia Heli, & Ioseph fuerunt tempore Christi diuersimode à Dauid descendentes. Vnde de Christo dicitur, quòd putabatur filius Ioseph, & quòd etiā ipse Christus fuit Heli filius, quasi dicētes, quòd Christus eadē rōne potest dici filius & Heli, qua & Ioseph, & omniū descendentium à Dauid, sicut Apostolus dicens ad Roma. 9. ex quibus, s. Iudæis Christus est scd̄m carnē. Aug. autē in lib. de consen. Euang. tripliciter soluit dicens. Aut alter Euangelista patrē Ioseph nominauit, reliquus vero auū maternū, vel aliquē de cognatis maiorib. aut vnus illorū erat pater naturalis Ioseph, & adoptiuus, aut Iudæorū more cū sine filiis vnus decessisset, alius ex defuncti vxore eidem filiū procreauit, quòd etiam est quoddā genus adoptionis legalis, vt idem Aug. dicit 2. de consen. Euang. Est autem tertia solutio verior, quam Hiero. sequitur super Mat. & Eusebius in Ecclesiastica histo. ab Aphricano historiographo traditū asserit, quòd Mathan, ex Escha, genuit Iacob, & Melchi ex eadem relicta genuit Heli. Et Iacob ex vxore Heli genuit Ioseph. qui consequenter fuit legalis filius Heli, & naturalis Iacob: Lucas autē scribit legalem generationem, & Matthæus carnalē. Et quamuis Damasce. dicat Beatā Virginem attinere ipsi Ioseph, ratione Heli, quia scilicet ipsa descēdit ex Melchi, qui ex Dauid descendit per Nathan, tamen credendū est, quòd à Salomone per aliquem modū descenderet per illos patres, quos Matthæus enumerat, præsertim cùm Ambr. dicat Christū de semine Ieconiæ descendisse. Præterea quarto. Nam Matthæus incipiens ab Abraam, vsque ad Ioseph quadragintaduas generationes enumerat. Lucas autem incipiens à Christo vsque ad Deū enumerat septuagintaseptem, ergo alter eorū incongrue describit generationem Christi. Ad hoc autem sic dicit Aug lib. de consen. Euang. Matthæus regiam in Christo instituerat insinuare personam. Lucas vero sacerdotalem insinuare personam. Lucas

vero

vero sacerdotalem. Vnde in generationib. Matthæi signatur nostrorum susceptio peccatorum à Domino, inquantum scilicet per carnis originem similitudinem sumpsit carnis peccati. In generationibus autem Luc. significatur nostrorum absolutio peccatorũ, quæ est per sacrificium Christi. Inde est. Primo ꝙ Matthæus enumerando descendit. Lucas ascendit. Et secundo Matthæus à Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit. Lucas uero ad Dauid per Nathan ascendit, per cuius nominis prophetã peccatũ illius expiauit. Et tertio Matthæus texit generationem ab initio sui Euangelii, incipiens ab Abraam. & finiens in Ioseph in Christi Natiuitate. Lucas vero econuerso incipit in baptismo Christi tanquam magis sacerdotem declaret de expiandis peccatis, ex testimonio Ioan. dicentis. Ecce agnus Dei &c. Et ascendit transcendens Abraam vsque ad Deũ, cui expiati reconciliamur. Merito autem originem adoptionis describit, quia per eam efficimur filii Dei, sicut per carnalẽ filius Dei fit filius hominis. Satis autem demonstrauit non se ideo dixisse Ioseph filiũ Dauid, quia de illo sit genitus, sed ꝙ ab illo fuerat adoptatus, cum & ipsum Adam filiũ Dei dixit eo, ꝙ sit factus à Deo. Numerus aũt quadragenarius ad tempus præsentis vitæ pertinet propter quatuor mundi partes, in quo mortalem vitam ducimus sub Christo regnante. Quadraginta autem quater habet decem, & ipsa decem ab vno vsque ad quatuor progrediente numero confirmantur. Potest etiam denarius ad decalogum referri, & quaternarius ad præsentem vitam, vel etiã ad quatuor Euangelia, secundũ quæ Christus regnat in nobis. Ideo Matthæus regiam personam commendans quadraginta personas posuit, excepto Christo, quòd intelligendum est si sit idem Ieconias, qui ponitur in fine secundi quaternarii, & in principio tertij. vt vult Aug. dicens illud esse factũ ad significandum, ꝙ in Ieconia facta est quædam ad exteras gentes deflexio, quando in Babyloniam transmigratum est, quòd significabat Christum à circuncisione ad præputium migraturum. Hiero. autem dicit fuisse duos, patrem scilicet, & filium, vt genealogia constet ex tribus quaternariis, quòd ascendit ad quadragintaduas personas. Qui etiam numerus conuenit Sanctæ Ecclesiæ, quia consurgit ex senario, qui significat laborem præsentis vitæ, & septenario, qui significat quietem vitæ futuræ. Nam septies sex sunt quadraginta duo. Ipse autem quaterdenarius, quia ex denario, & quaterdenario cõstituitur, ad eandem figuram pertinere potest quæ attributa est quadragenario. quia ex eisdem numeris consurgit secũdum multiplicationem. Numerus autem, quo vtitur Lucas, significat vniuersitatẽ peccatorum. Denarius enim tanquam iustitiæ numerus in decem præceptis ostenditur. Peccatum autem est legis transgressio. Denarii vero numeri transgressio est vndenarius. Septenarius autẽ significat vniuersitatem, quia vniuersum tempus septenario dierũ numero voluitur. Septies autẽ vndecim septuagintaseptem constituunt, ꝓ quòd significatur vniuersitas peccatorũ, quæ per Christum tolluntur. Præterea quinto. 4. Reg 8. legitur & patet. ꝙ cùm dixit Mat. Ioram genuit Oziam, emisit intermedios reges, s. Ochoziam, & Ioam, & Amasiam. Sed ad hoc dicit Hier. super Mat. ꝙ Ioram Rex generi se miscuerat impijssimæ Iezabel, idcirco vsque quartam generationem eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Et ita vt Chryso. dicit quanta benedictio facta est super Iehu, qui vindictã fecerat de domo Achab, & Iezabel, tanta fuit maledictio super domum Ioram propter filiam iniqui Achab, & Iezabel, vt vsque ad quartam generationem præscindantur filii eius de numero regũ, sicut scriptum est Exo. 20. Reddam peccata patrum in filios, vsque ad quartam generationem. Est etiam attendendum, ꝙ aliqui reges peccatores in Christi genealogia ponuntur, sed non fuit continua eorũ impietas. Nam vt dicit in libro, quæstionum ve. & no. testa. Salomon merito patris sui fuit remissus in regnum, & Roboã merito animæ filii sui, illorũ vero triũ continuata fuit impietas. Præterea sexto aliquæ matres in hac genealogia ponuntur, & non omnes, & similiter aliqui fratres, scilicet Iudæ, & Ieconiæ & rursus Phares, & Zaram. Lucas autem nihil tale dicit. Sed ad hoc dicit Hieron. vbi supra. ꝙ in genealogia Saluatoris nulla sanctarum mulierum assumitur, sed illæ quas scriptura reprehendit, vt qui pro peccatoribus venerat, de peccatricibus nascens omnium peccata deleret. Vnde ponitur Thamar reprehensa de Socerino concubitu, &

Raab meretrix, & Ruth alienigena, & Bersabea adultera, quæ non ex proprio, sed ex viri sui nomine designatur, tum propter eius iniquitatẽ, quia adulterii, & homicidii conscia. Tũ, vt nominato viro, peccatũ Dauid ad memoriã reuocetur. Et quia Lucas intẽdit designare Christũ, ut expiatorẽ peccatorũ, tales nõ assumit mulieres. Fratres aũt Iudæ cõmemorantur in signũ, ꝙ ad populũ Dei pertineãt, à quo, tamẽ separantur Hismael frater Isaac, & Esau frater Iacob, & ẽe ut excludas superbia. Multi.n.ex fratrib. Iudæ ex ancillis nati erãt, sed oẽs simul erant Patriarchæ, & principes tribuum. Phares autem, & Zaram simul nominantur scd̃m Amb. super Luc. q̃a per eos gemina describitur vita populorum. Vna scd̃m legem signata per Zarã, & altera scd̃m fidẽ signata per Phares. Fratres aũt Iechoniæ ponuntur, q̃a omnes diuersis tempori bus regnauerunt, quod in aliis regibus nõ accideret. Vel quia eorũ similis fuit & iniquitas, & miseria. Hæc omnia ex S. Tho. vbi supra. Pro quibus scito primo, ꝙ aliqua sua exẽplaria sunt deprauata, vt pro Mathã habeant Melchi, Heli enim fuit filius Mathan, vt patet per Luc. Et secundo, ꝙ per librũ regũ intelligit librũ in quo narrantur historiæ regũ. Nathan enim fuisse fratrem Salomonis habetur 1. Paral. 3. & non in libro regũ. Fuit autẽ Nathan scd̃m aliquos naturalis filius Bersabeæ, sed melius dicunt alii, ꝙ fuit filius adoptiuus Dauid, & consequenter vbi supra dicitur filius Bersabeæ. Salomon enim in ꝓuerbiis dicit se fuisse vnigenitum, s. naturalẽ corã matre sua. Et tertio, ꝙ scd̃m Rab. Bersabeæ proprio nomine non exprimitur, quia peccauit in coitu, scd̃m quẽ texitur genealogia. Sed iterũ contra prædicta arguitur. Nã Christi genealogia debuit describi per viros magis Christo attinentes, sed huiusmodi fuit Ioachim, & sui patres respectu Ioseph, q̃a Christus aliquo modo descendit ex Ioachim, nullo autem modo descendit ex Ioseph. Ad hoc dico, quòd per Ioachim describi nõ debuit. Primo, quia contra scripturarum consuetudinẽ fuisset descripta per fœminas, q̃a Ioachim nõ attingebat Christũ immediate nisi per fœminam. Secundo, quia non æque clare per scripturas deduci poterat Ioachim ex Dauid descendisse, sicut potuit deduci de Ioseph, cuius signum est, quòd quidã asseruerunt ipsũ fuisse de tribu Leui. Sed contra hoc, quia dictum est Beatam Mariam fuisse de eadem familia cum Ioseph, qui fuit de tribu Iuda, ergo & pater eius fuit de eadem. Ad hoc dico, quòd esto, quòd ita fuerit, non tamen ita per scripturas erat manifestum. Secundo, quòd potuit Ioachim fuisse de tribu Leui ex parte patris, & Beata Maria de tribu Iuda ex parte matris, vel ecõuerso. Nobis.n. sufficit, quòd Beata Virgo ex parte patris aut matris fuerit de tribu & familia Ioseph, quẽ per scripturas autenticas constabat fuisse filium Dauid.

In exaltatione S. Crucis.

NVnc iudicium est mundi, &c.] Vide feriã secunda post dominicam palmarum.

In vigilia Sancti Matthæi.

VIdit Iesus publicanum noĩe Leui sedẽtem ad Teloneũ] Luc. 5. Sciendum est quòd publicanus est, qui publica exigit vectigalia, seu pedagia, vel tributa, & tales cõiter sunt uiri flagitiosi, & infames. Iste autem Leui qui dicitur fuisse publicanus scd̃m Aug. fuit Matthæus, qui fuit binomius. Bed. Sed Lucas, & Marcus propter honorem euangelistæ nomen tacent vulgatũ. Matthæus autem in sui sermonis principio accusator sui factus, Matthæum se, & publicanum nominauit, ne quis d salute desperet ꝓ immanitate peccatorum cum ipse de publicano in apostolũ sit mutatus. Hæc ille. Teloneum autem est locus in quo tales officiales residere solent, à telon græce, latine tributũ scd̃m quosdam. [& ait illi, sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum] nõ Leuitate ductus simplicis, & vnius verbi, sed q̃a secundum Hierony. Christus tetigit cor eius [Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorũ, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes] qui scilicet fuerunt socii Matthæi, à quibus ille recessurus fecit eis conuiuium. Christus autem familiariter cum talibus conuersabatur, vt eos & ad fidẽ & ad bonos mores uocaret, alios vero qui iuste uiuebant non erat opus uocare ad pœnitentiam, sed ad fidem

tantummodo[Et murmurabant pharisei, & scribæ eorum dicentes, quare cum publicanis,& peccatoribus manducatis, & bibitis. Et respondens Iesus dixit ad illos. Nō egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni vocare iustos,sed peccatores ad pęnitentiam.]

In die.

CVm transiret Iesus vidit hominem sedentem in Teloneo Matthæū nomine]Matth.9.[Et ait illi,sequere me.Et surgens secutus est eum.Et factum est discumbente eo in domo,ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cū Iesu,& discipuli eius.Et videntes pharisæi dicebant discipulis eius. Quare cū publicanis, & peccatorib.manducat magister vester? At Iesus audiens, ait. Non est opus valentibus medicus,sed male habentib. Euntes aūt discite] s.quia nō bene intelligitis [quid est]illud quod scribitur Oseæ.6.Misericordiā volo & nō sacrificiū.Sunt aūt ista verba Dei, quæ dupliciter exponuntur. Vno modo, vt tam misericordia ad proximum, q̄ sacrificiū facttum Deo laudetur,sed misericordia quæ est effectus charitatis præferatur sacrificio qđ est opus latriæ,sicut & charitas est dignior latri, scđm Theo.Vnde prima pcepta sunt pcepta charitatis.Alio modo vt opus suæ laudetur,& opus sacrificii reprobetur,non simpliciter,sed tale, quale offerebant pharisæi scđm glo.q a sine misericordia frequenter sacrificabāt,vt iusti crederētur[Non.n.veni vocare iustos,sed peccatores]scilicet ad pœnitētiā.Nā oēs q dē venit Christus vocare ad fidē. sed ad pœnitētiā proprie venit vocare solū eos q cōmiserunt aliquod mortale,quod deleri non pōt nisi p pœnitētiā factā in hoc mūdo.Qui aūt habent solū venialia,saluari possunt ēt si nunq̄ in isto mundo pœniteant,sicue actualiter conterantur. vt patuit in quæstionib.Et ideo tales Christus non venit vocare ad pœnitentiam proprie.

Sancti Michaelis.

QVis puths maior est in regno coelorum?]Matt.18.Ad intellectum præsentis Euange.Sciendum est,ut patet ex textu Mat. q pauloante Christus fuerat transfiguratus ante aliquot discipulos.Vnde alii hoc ægre tulerūt vt dicit Chrysost. Similiter etiam iusserat solui tributum pro se,& Petro,quod quia solū pro capitibus domorū soluebatur,alii indignati sunt. Vnde vt habetur Mar.9.in via contendebant quis eorū videretur esse maior, & Christus in domo eos de isto superbiæ motu reprehendit. Qui videntes se deprehensos interrogauerunt quis esset maior in regno cœlorū, id est in Ecclesia per meritum, vel per gloriam[Et aduocans Iesus paruulum]corpore, & spiritu, id est humilem. Fuit autem iste paruulus felix quia dignus Christi contactu Beatus Martialis,vt fertur[statuit eum in medio eorum & dixit eis.Amen dico vobis nisi conuersi fueritis]scilicet a superbia,& ambitione dominandi[& efficiamini sicut paruuli]id est humiles,& pueri[non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.]Non quia humilitas sit maxima virtutum,maiores enim sunt theologice,sed quia Deus humilibus dat gratiā. Iaco.4.ex qua quis est magnus in merito,& in præmio,& magis humilib. dat maiorem [& qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo,me suscipit.Qui autem scandalizauerit] quid sit scandalum,& quotuplex, vide feria 4. post 3. dominicam quadragesimæ [vnum de pusillis istis, qui in me credunt]Nota quòd scandalizari passiue est ruere in peccatum propter dictum aut factū alterius,ideo sicut ruere proprie est pusillorū, ita & scandalizari, & etiam scandalizare actiue. Perfecti autem neque scandalizant, neque scandalizantur, nisi forte quo ad peccatum veniale.2.2.quæst.43.Mirantur tamen etiam perfecti interdū,& male concipiunt de aliquo, sed hoc non est scandalizari, licet hi de quibus concipiunt,& mirentur quantū in se est scandalizent[expedit ei] id est melius est ei.Melius enim est mori q̄ peccare etiam venialiter.Vel expedit ei, id est ipse sic meretur,maxime loquendo de scandalo mortali[vt suspendatur mola asinaria]id est quam trahit asinus ad pistrinum, vel aliter [in collo eius,& demergatur in profundum maris]Loquitur aūt dñs more Palestinæ,vbi dānati sumergunt scđm aliquos[Ve mūdo a scādalis.Necesse est.n.vt veniāt scādala]necesse inquā non absolute,sed ex suppositione

ne quã homines velint secularites & lasciue uiueret, vel supposita malitia diabolica, & infirmitate humana secundũ aliquos. Vel secundũ gl. scandala sunt necessaria, i. vtilia, vt qui probati sunt manifesti fiant [veruntamẽ ve homini per quẽ scandalũ venit. Si aũt manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proiice abs te.] Hoc multipliciter exponitur: Primo secundũ Hylariũ, vt per ista membra accipiantur homines, qui fiunt nobis causa ruinæ, quorũ conuersationem à nobis debemus abscindere. Secũdo secũdũ alios, vt per ista intelligantur diuersæ affectiones quibus peccamus, quæ amputandæ sunt. Tertio videtur mihi ꝙ debeat exponi aliter. Pro quo sciendũ est ꝙ nihil prohibet aliquã conditionalẽ esse verã, cuius partes sunt falsæ, ut si homo volat, homo habet alas. Et similiter potest esse conditionalis licita, cuius partes sunt illicitę, vt si Sortes vult occidere Platonẽ, Plato occidat Sortẽ. Et ita est forte in proposito. Si. n. manus tua scandalizat te, ita scilicet, ꝙ non solũ sit occasio tibi, sed etiam sit causa peccati, abscinde, quia tamen nihil potest nobis esse causa peccati, prohibemur nobis incidere membra, quæ tamen si per impossibile essent sufficiens causa ruinæ nostræ, illa licite abscinderemus, secus si essent occasio tantum, vt proprie est scandalizans, quòd non causa, sed occasio est peccati. [Bonum tibi est vnum oculum habenti in uitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis.] Quare autem non sunt contemnendi pusilli, est ratio, quia tantum est de eis cura Deo vt Angelos habeant custodes. Vnde dicitur. [Dico enim vobis quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.] Sed nunquid Angeli aliorum hominum non vident faciem Dei? Dico quòd sic, sed cæteris paribus semper Angeli puerorum sunt lætiores, quia cæteris paribus semper innocens est dignior pœnitente, secundum sanct. Thom. Ex hoc loco, & ex eo, quod Actu xii. Dicebant fideles de Petro quòd non erat ipse sed Angelus eius, dixerunt doctores, quòd hominibus Angeli ad custodiam deputantur. De hac autem custodia hic inserere volo multas sententias suppositas ex diuersis locis doctrinæ sanct. Thom. Singulis igitur hominibus, vt sunt singulares personæ, deputantur singuli Angeli, sed vt sunt partes alicuius collegii habent vnum communem sibi & aliis de collegio. Soli autem Angeli infimi ordinis habent curam de particularibus hominibus. Prælatus tamen, vt persona priuata custoditur ab Angelo, sed vt prælatus est illuminatus ab Archangelo, vel principe. Quidam etiam Angeli custodiunt vnã prouinciam, & aliqui vnam personam tantũ. Sicut etiam vnicuique homini datus est ad exercitium vnus spiritus bonus, & alter malus, ita & singulis gentibus duo spiritus præponuntur, scilicet vnus bonus & vnus malus. Angeli etiam custodiunt particulares homines: Archangeli prouincias, principatus totam naturam humanam, virtutes corpora cœlestia, potestates sunt supra dæmones. sed dominationes supra bonos spiritus habent custodiam. Singulis quoque speciebus rerum corruptibilium iam animalium, quantum plantarum & insensibilium deputantur singuli Angeli, sicut singulis indiuiduis incorruptibilium, puta singulis hominibus, qui sunt incorruptibiles secundũ animam. Idem autẽ Angelus custodit matrẽ & infantẽ quandiu est in vtero matris. Homo etiã in statu innocentiæ indigebat Angelo propter pericula extrinseca tm̃. Christus autẽ nõ habuit Angelũ custodẽ; sed ministrũ quo ad passibilitatẽ corporis tm̃. Sanctificatis etiã in vtero deputatẽ Angelus custos. Damnãdis quoque deputãtur Angeli custodes, qui retrahũt eos à multis malis. Antichristus etiam habebit Angelum custodem, quia hoc auxilium est toti humanæ naturæ concessum. Sed homines, vel animæ non deputãtur ad custodiã hominũ, quia nõ sunt in superiori gradu naturæ sicut Angeli, etiã dãtur ad custodiã statim à cõceptione hominis post animam rationalẽ. 2. dist. 11. Hanc tamen secũdũ aliquos sententiã. san. Tho. reuocauit, 4. parte. q. 113. vbi tenet, quòd in natiuitate datur homini Angelus. Forte tamen, quòd nihil reuocauit, sed in infusione animæ rationalis Angelus custodiens matrem, incipit custodire prolem non solum, vt aliquid matris, sicut ante faciebat, sed vt aliquid matris iam aliquo modo, idest quo ad formam vltimatam distinctũ à matre, licet non quo ad colligationem corporalem. In natiuitate vero ab vtero iam deputatur angelus alius. Sed de hoc aliàs Deo præuio, vt spero. Angelus etiam nõ deserit homi-

nem quem custodit vsque ad mortem. Custodia etiam Angelorum principaliter ordinatur ad illuminandum intellectum; sed secundario ad arcendum dæmones. Angeli etiã boni pugnant ad inuicem pro custoditis hominibus & regnis, non quia habeant contrarias voluntates, sed quia allegant merita custoditorum, & pro eis consulunt diuinam uoluntatem, vt sciant quis debeat vincere, vel succumbere. Hæc omnia sunt sanct. Thom. 2. dist. 11. vel 1. q. 113. vel in aliis locis.

Sancti Lucæ Euangelistæ.

DEsignauit dominus & alios septuagintaduos discipulos] Luc. 10. Sciendum est secundum Chry. quòd Deus prædixerat per prophetas, quòd Euãgelica prædicatio non solum ad duodecim tribus Israel perueneri, sed ad omnes gentes. Ideo post designationem duodecim Apostolorum, designauit & alios septuagintaduos, secundum scilicet, quòd septuagintaduabus linguis mundus diuisus est. Idem dicit Beda, addens ꝙ præsbyteri tenent locum horum [& misit illos binos ante faciem suã, in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus.] Binos inquam primo ratione mutuæ consolationis, secundo ratione mutuæ cõseruationis, vt scilicet vnus esset custos alterius. tertio ratione confirmandæ veritatis, vt in ore duorum, vel trium stares omne verbum. quarto in signum fraternæ charitatis: Et dicebat illis. Messis quidem multa] i. multi sunt populi congregandi per fidem ad horreum ecclesię [operarii autem pauci] licet sint multi comestores. Greg. in home. Sed nõ sine graui mœrore loqui possumus, ꝙ subditur. Operarii vero pauci, quia & si sunt qui bona audiant desunt qui dicant. Ecce mundus sacerdotibus est plenus, sed tamen in messe Dei rarus valde reperitur operator, quia officium quidẽ sacerdotale suscipimus, sed opus officii non implemus. Hæc ille. [Rogate ergo dñm messis]. i. Deum [vt mittat operarios in messem suam.] Ad quã missionẽ duo requiruntur, scilicet facere idoneum ad docendum & dare voluntatem causasque docendi. Istos autem operario secundum Chry. Christi multiplicauit dicens. Mitto vos non addendo ad numerũ, sed concedendo virtutem. Grego. Per hoc etiam inducendi sunt subditi, vt pro suis pastoribus rogent, vt digna operari valeat nec ab exhortatione torpeat lingua. Sæpe enim pro sua nequitia prædicantium restringitur lingua. Sæpe vero ex subiectorum culpa agitur, vt eis qui præsunt prædicationis sermo subtrahatur. Hæc ille Item. [Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calciamenta.] Quomodo ista intelligantur, vide dominica 4. de aduentu domini [& neminem p viam salutaueritis.] Modus iste loquendi est quo vtebantur homines quando aliquid sciendum mandabant, quòd solicite & festinanter impleri uolebant, sicut. 4. Regum. 4. dixit Heliseus Giezi quem uelociter mittebat. Si occurrat tibi homo non salutes eum, & si salutauerit te quispiam non respondeas ei. [In quacunque domum intraueritis primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis], i. aliquis prædestinatus ad æternã pacẽ [requiescet super illum pax vestra] idest pacifice suscipiet verbum quo æternam pacem initiatis ita, quòd prædicatio vestra vobis erit ad meritum, & illi ad salutem. Sin autẽ ad vos reuertetur] ita, quòd vos quidem habebitis meritum, non autem illi fructum ex ea. [In eadem autem domo manete] quia mutatio hospitiorum arguit mentis leuitatẽ plerunque. Vñde dicit infra. Nolite transire de domo in domum [edentes & bibentes, quæ apud illos sunt] sine scrupulo, quia uobis merito prædicationis debentur. [Dignus est. n. operarius mercede sua] ergo à fortiori dignus est sumptibus.

In die sanctorum Simonis & Iudæ.

HAec mãdo vobis, vt vos diligatis inuicem] Ioan. 15. [Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis. sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus] Contra, quia interdum homines mundani se odiunt. Ad hoc dicit san. Thom. ꝙ similitudo semper est cã amoris & amicitię quãtũm in se est, sed tamen non est causa amoris concupiscentiæ, quia iste amor causatur ex utilitate, uel delectatione, quæ prouenit ex re amata. Similitudo autem aliquando est causa damni, & incommodi. Vnde ri-

xantur

xantur superbi, quia vnus minuit alterius gloriam, rixantur figuli, quia vnus tollit alterius lucrum. Et intendit Sanct. Tho. quod similitudo per se est causa amoris, per accidens vero odii. Inquantū tamen mali habent in se aliquod bonū, puta iustitiam, non inconuenit si odiant malos etiam sibi non nocentes, sicut iudex peccator iubet suspendi furē inquātū est iustus[Memētote sermones mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior dño suo] Hic Christus apostolos dicit seruos, s. seruitute timoris casti, seu filialis. Aliquādo vero dicit eos esse amicos, & non seruos, s. seruitute timoris seruilis[Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomē meum, quia nesciunt eum qui me misit] Licet enim Iudæi haberent aliquam notitiam de Deo inquantū Deus vnus est, tamen nesciebant Deū sub ratione patris mittentis filium[Si non venissem] personaliter, vt erat eis promissum[& locutus eis] scilicet Iudæis [non fuissem, peccatum non haberent] scilicet infidelitatis, quamuis haberent alia peccata[Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meū odit] id est odit eum, qui est pater meus, quā uis odiat per accidens, & non sub ratione patris. Sicut enim vna diuina persona sine alia amari non potest, eo quod vna est omnium bonitas, ita neq; odiri. Et in patria quidem nec actu nec habitu vna p̄sona potest amari sine alia, sicut nec cogitari, in via autē potest vna sine alia actualiter amari, sicut & cogitari, secundum aliquos, non autem habitualiter[Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent] Nota, quòd Christus fecit opera, quæ nullus alius fecit, vt patet, Primo, quia interius mouebat eorum voluntates, vt credere vellent, licet moueret libere, ita quòd in eis erat consentire, vel non consentire. Secundo patet quo ad magnitudinem miraculorum, quia quatriduanum mortuum suscitauit, & cœcum natum illuminauit, quòd à seculo non est auditum. His tamen maior est simpliciter statio aut retrocessio cęli, sed etiam similia egit in passione sua concurrente eclipsi ipsius solis, in qua fuerunt multa miracula, & in qua non solum luna mota, est contra ordinem suum, sed etiam quieuit sub sole, vt videtur velle Chry. Tertio quo ad multitudinem, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc 6. Quarto quantum ad modum faciendi, quia propria authoritate faciebat. Non tamen oportet, vt per opera accipiamus solum miracula visibilia, quia etiam si Christus talia non fecisset, adhuc Iudæi credere tenebantur, vt patet 2. quodlib. qō. 4. & hoc ratione scripturæ, quam Christus allegabat, & interioris motionis qua eos ad credendum inducebat[Nunc autem & viderunt, & oderūt, & me, & patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est] ly ut, stat hic consecutiue, & non causaliter [quia odio habuerunt me gratis] id est sine causa mota ex his quæ dicuntur quod infideles, qui nihil de Christo audierunt, & non habent peccatum de infidelitate sua. Vnde dicit Sanct. Tho. 2. 2. quæstio. 10. quòd infidelitas duplex est, scilicet quædam quæ opponitur fidei contrariæ, quia scilicet fidem impugnat quis vel contemnit, quædam vero negatiue. Prima est peccatum non secunda, scilicet, sed est pœna, nec tamen Deus contra agit crudeliter, quia si recte viuerent secundum legē naturæ, non damnarentur ad pœnam sensus, sed solum ad pœnam damni, quia nullum haberent peccatum nisi originale Vitam autē talium est aliquo modo fœlix, quia habent magnam scientiam, & nullum dolorem. Vide de hoc infra multa in euangelio mortuorum. Per hoc patet responsio ad quæstionem qua solet quæri, quare Deus permittit tot infideles damnari. Si enim contemnunt fidē, eis imputatur; si non contemnunt, debent regratiari Deo de hoc, quòd dedit eis esse, & si bene agent, dabit eis aliquo modo bene esse post mortem, quamuis non velit eis dare tantum bonum quantum aliis, scilicet baptizatus dat ex sua misericordia.

Sancti Theodori Martyris.

Nihil opertum quod non reueletur] Mar. 10. Per verba præsentis Euangelii secundum Remig. Christus voluit Apostolos aduersus persecutores solidare, & confortare. Igitur[Nihil opertum] scilicet in præsenti[quod non reueletur] in die iudicii, secundum Hierony. Vel se-

ſcd̃m Chry. hoc dicitur,vt ſcirent Apoſtoli, ꝙ aliquo quidem tempore haberentur velut magi,& malefici,ſed poſtmodum tanquã viri ſancti,& ſua doctrina iam non in angulis,ſed in publico annunciaretur [Quod dico vobis in tenebris]ideſt in angulo incredulæ Iudeæ ſcd̃m Remig. Vel in tenebris ſcd̃m glo.i.in carnali timore,in quo adhuc erant apoſtoli[di.ite in lumine]id eſt dicetis in lumine,ſiue in gentibus credulis,vel in confidẽtia magna,patenter,& publice loquendo[& quod in aure auditis,prædicate ſuper recta] Nam ſicut dicit Raba.more paleſtinæ loquitur,in qua tecta carent cacuminib.quia plana ſunt,& ſuper eis reſident homines.Eſt autem in his verbis ſenſus,ꝙ Chriſtus dicit eis, ꝙ ſua doctrina aliqñ eſſet in veneratione' publica,vt dicatur,dicite,id eſt dicetis, & prædicate,i.prædicabitis patenter,& publice. Et iſte ſenſus patenter innuitur Lu.12.[Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autẽ non poſſunt occidere,ſed potius timete eum qui poteſt animam, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt]id eſt modico pretio venduntur. Eſt enim as,aſſis,obolus[& vnus ex illis non cadet ſuper terram] id eſt non morietur [ſine patre veſtro]id eſt ſine prouidentia Dei[Veſtri aũt capilli capitis omnes numerati ſunt] Senſus eſt,ꝙ Deus multo maiorem habet de hominibus maxime iuſtis curam,& prouidẽtiã.Et reuera Deus nouit oẽs hominum capillos,nec mirum,quia nouit infinitas partes cuiuslibet continui[Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo,qui in cœlis eſt.

In communi vel plurimorum Apoſtolorum.

HOc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem]Ioan.15.Sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet,vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ præcipio vobis. Iam non dicã vos ſeruos,quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius.Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo]notificando generi humano per me[nota feci vobis. Nõ vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos,& poſui vos,vt eatis,& fructum afferatis, & fructus veſter maneat, vt quodcunque petieritis patrẽ in nomine, meo,det vobis]Hoe euãgeliũ ex ſe patet.Dei dilectione vero Dei, & proximi diximus domi.13.poſt feſtũ Trini. & feria 6.ante 1.domi quadrage.

Aliud.

EGo ſum]Io.15.[vitis]ideſt caput ſcd̃m Aug. [vera]hoc autem nõ dicit ſcd̃m Aug.quaſi ſit vitis materialis, ſed ad differentiam illius vitis,quæ in amaritudinẽ conuerſa eſt. Et intendit Aug.ꝙ Chriſtus eſt vitis vera,i. non ficta,nõ aũt vera,i. proprie dicta ſeu materialis[Et pr̃ meus agricola eſt]Nos quippe colimus Deum non meliorando ipſum,ſed adorando.Ille vero colit nos meliorando,expurgando ſcilicet mala ſemina de cordib.noſtris. Sed quia vt dicit Chryſo. Chriſtus ſibi ſufficit, de cultu vitis nihil hic dicitur, ſed tãtũmõ palmitũ,i. fideliũ malorũ,& bonorũ.Mali Chriſtiani non fructificant,ideo per mortẽ tandẽ tolluntur, & in gehennã mittuntur. Boni vero fructificant,& per tribulationes purgantur, vt dicit Chry.quæ faciũt hominẽ fortiorẽ[Oẽm palmitẽ in me nõ ferẽtẽ fructũ tollet eũ,& oẽm qui fert fructũ purgabit eũ,vt fructũ plus afferat.Iã vos mundi eſtis]ab errore iudaico ſcd̃m Chry.vel ab aliis etiam peccatis,ſcd̃m Aug.[propter ſermonem quem locutus ſum vobis]id eſt propter doctrinã , quã vos de fide inſtruxi ſcd̃m Chry.vel propter formam ſacramenti baptiſmi,quæ in verbis conſiſtit, ſecundum Aug.[Manete in me]per fidem, ſpem,& amorem[& ego in vobis]per gratiã inhabitando,& humorem fructificatum largiendo[Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo niſi manſerit in vite, ſic nec vos,niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis,vos palmites.Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multum,quia ſine me nihil poteſtis facere] Tripliciter Deus concurrit ad operationem hominis. Vno modo, ſicut cauſa productiua. & conſeruatiua, & motiua hominis. Alio modo ultra hoc ſpeciale auxilium ferendo. Tertio modo vltra illa duo nos per formam, quæ eſt gratia perficiendo. Sine Chriſto igitur

tur agente primo modo, neque homo neque aliqua creatura potest aliquid facere. Sine Deo autem agente secundo modo nihil potest facere homo perfecte bonū morale, idest bonū secundū omnes circunstantias. Sine Deo vero agente tertio modo non potest homo agere opus meritorium vitæ æternæ. Sed tamen sine gratia potest homo cum speciali Dei auxilio agere opus perfecte bonū morale. Et sine speciali Dei auxilio stante generali influentia Dei, idest conseruatione rerum & motione seu applicatione ad opus potest homo agere actum malum, & actum aliquem bonum imperfecte. Vide de his 1.2.q.119.& Cap.2.d.28.& 29. [Si quis in me non manserit] per fidem & charitatem [mittetur foras] per mortem, vel per peccatum mittetur extra numerum membrorum Christi viuentium sicut palmes, & arescet] idest priuabitur vita gratiæ [& in ignem mittent] Angeli [& ardet] æternum, & non consummabitur. [Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis] dummodo pie, perseueranter & ad salutem pro vobis petatis. 4.d.15.

In communi vnius Martyris.

SI QVIS vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me] Mat.15. [Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quā dabit homo cōmutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius] Nota crucē suam, idest martyrium in præparatione animi, ita ꝙ si pro Christo mori necesse fuerit, paratus sit: vel crucem idest pœnitentiā assumere. Cætera vide feria secunda post diem palmarum.

Aliud.

NISI granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. Vide feria secunda post dominicam palmarum.

In communi plurimorum Martyrum.

CVm audieritis prælia & seditiones, nolite terreri] Lu.21. [Oportet primum hoc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terremotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad Reges & Præsides propter nomen meū. Contingent autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris nō præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii vestri, trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis Et eritis odio omnibus hominibus propter nomē meū [Et capillus de capite vestro non peribit] quod non est sic intelligendum, quasi quicquid de capillis & barba rescinditur, hoc totum in resurrectione reassumatur, quia esset indecens, sed tantum reassumetur quantum erit decens, secundum doctrinam sanctorum [In patientia vestra] idest per patientiam vestram [possidebitis animas vestras] secundum Gre.in 5.moral. possidere animas est dominari omnibus motibus, ꝙ in patria perfecte erit, quando omnia rationi & Deo subdentur quæ in nobis erunt. Cætera vide supra in die sanctorum Geruasii, & Prothasij.

Aliud.

DEscendens Iesus de monte stetit in loco campestri] Luc.6. Ad intellectum præsentis Euangelij & sequentis, oportet videre aliqua. Primo quid sit donum & quotuplex. Secundo quid sit beatitudo, & quotuplex.

Quantum ad primūm sciendum ex doctrina Theo, & præcipue sancti Tho. 1.2.q.68.& 69. & 70. ꝙ dona distinguuntur virtutibus. Nam homo in suis operibus mouetur à duplici, motore scilicet à Deo, & à ratione. Ad

hoc autem, quòd faciliter, & declarabiliter moueatur, oportet quòd perficiatur aliquo habitu, seu aliqua qualitate, sicut si bene debeat securis moueri ad incisionem, oportet quòd habeat acumen. Non est autem eadem dispositio qua disponitur homo, ut bene moueatur à Deo, & qua disponitur, vt bene moueatur à ratione. Oportet enim mobile per fectiori dispositione perfici ordine ad perfectius mouens. Sicut ergo virtutes perficiunt hominem, vt bene moueatur ab extrinseco seu à ratione, ita & dona, ut bene moueatur à Deo. Nam dona in scripturis vocantur spiritus. Spiritus autem importat motionem, non illam, quæ est ab intrinseco, ergo illam, quæ est ab extra, i. à Deo. Vnde dicit philosophus de bona fortuna, quòd his, qui mouentur per instinctum diuinum non expedit consiliari secundum humanam rationem, quia mouentur à meliori principio. Dicuntur tamen dona à beato Greg. primo moralium esse virtutes, quia eis conuenit diffinitio virtutis, quæ colligitur ex Augu. in libro liberi arbi. i. est bona qualitas mentis qua recte uiuitur, qua nullus male vtitur, quā Deus in nobis sine nobis operatur, sed in hoc tantum est differentia quòd virtute recte uiuitur in ordine ad rationem, dono vero in ordine ad Deum. Item quia ipsa dona sunt quædam virtutes diuinæ. Vnde & philos. 7. Eth. ponit virtutem heroicam supra communem Sicut autem septem vitia contrariantur virtutibus inquantū ipsa sunt contra bonū rationis, ita eadem contrariantur septem donis inquantum sunt contra bonum diuinum. Sunt autē dona necessaria homini ad operandum propter finem supernaturalem, quia homo imperfecte participat dispositionem, quæ disponit ad hunc finē, quæ homini datur per theologicas uirtutes, sicut luna non illuminat nisi illuminata, quia imperfecte participat lumen. Indiget ergo homo speciali auxilio. i. donis. Per seipsum tamen seclusio omni auxilio Dei excepta eius generali motione, potest operari bonū in ordine ad finem naturalem, quia perfecte habet naturā quam perficitur, vt in ordine ad illum operetur, i. lumen naturale rationis. Sunt autem ipsa dona habitus, sicut & virtutes. Et sic patet quid sit donum. Est. n. bona qualitas mentis qua recte viuitur secundum regulam Dei, qua nullus male vtitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Sunt autē septem, vt patet Esaiæ 11. s. Intellectus, Sapientia, Consilium, Scientia, Pietas, Fortitudo, Timor. Et ratio hoiū est, quia omnes hominis vires quæ possunt esse principiū actus humani, i. deliberati perficiuntur aliquo dono, quia omnes tales vires comparantur ad Deū, sicut appetitus ad rationē, quem oportet virtute perfici, vt congrue ab intellectu moueatur. Intellectus ergo speculatiuus perficitur intellectu ad perficiendum, & sapientia ad iudicandum. Similiter practicus perficitur consilio ad percipiendum, & scientia ad iudicandum. Appetitus vero in ordine ad Deum perficitur pietate, ad se vero perficitur fortitudine contra timores, timore vero contra concupiscentias.

QVantum ab secundū sciendū est, ꝙ beatitudines distinguuntur à virtutibus, & donis quia ipsæ beatitudines sunt actus eliciti à virtutibus vel donis, quod sic patet. Nā dicitur Rom. 8. Spe salui facti sumus. Ex quo sequitur, ꝙ aliquis est, qui sperat finē seu beatitudinē, qui tamē iā habet finē, seu beatitudinē. Taliter aūt sperās sperat, quia mouetur & appropinquat ad finē, quod fit per actū & operationem. Actus ergo virtutū, & donorū maxime sunt, qui nos beatos faciunt in spe, & cōseq̄nter dicūtur beatitudines. Et sic patet quid sit beatitudo. Est. n. actus elicitus a virtute, vel dono, seu est actus virtutis pfectæ per donū. Et sicut dicit̄ beatitudo, vt pficit, ita dicitur fructus, vt declarat. cū tñ sit eadē operatio. Sūt aūt quatuor & septē, & octo, diuersimode sumēdo, vt patet vbi supra. Nā Lu. 6. ponuntur quatuor, quæ sunt in hoc Euangelio, & Mat. 5. ponūtur octo. q̄ sunt in Euāgelio sequenti, sed octaua propriè est q̄dā cōfirmatio oīum præcedēnū, & earū manifestatio. Ex hoc. n. ꝙ aliquis est firmatus in septē primis, procedit ꝙ nulla psecutione quis moueatur ab hmōi bonis, ideo oīa ad septem alias reducuntur. Ad horū autē intellectū sciendū est, quòd triplex beatitudo existimata est esse, scilicet Voluptuosa, Actiua, & Contemplatiua, quæ tres ad futuram, cuius spe dicuntur beati, ita se habent, quòd prima impedit eam, secunda disponit ad illam, tertia est eadē cum ea, si sit perfecta, si autē sit imperfecta est quædā inchoatio eius. Voluptuosa q̄dē fœlicitas consistit in tribus siue sit affluentia bonorū exteriorū, siue sint diuitiæ, siue sint honores, in persecutione passionū irascibilis, & in prosecutione

secutione passionum concupiscibilis. Ideo tres primæ beatitudines, scilicet paupertas spiritus, & mitiras, & luctus remouent tria prædicta. Et licet ista tria remoueantur per virtutes, tamen excellentiori modo remouentur per dona, à quibus sunt beatitudines principaliter. Vnde prima non facit solum moderare vti bonis exterioribus, vt humilitas, sed facit ea contemnere. & secunda & tertia facit passiones non solum moderari, sed etiam totaliter quietari. Actiua vero vita consistit in duobus, scilicet in reddendo proximis debita. & in exhibendo beneficia. Ad primum disponit iustitia & adhuc perfectius donum, quod nos facit esurire, idest feruenti desiderio appetere opus iustitiæ. Ad secundum vero disponit liberalitas, vt scilicet his donemus quibus ratio dictat esse donandū, puta amicis & coniunctis, sed perfectior donum quod in talibus propter Dei reuerentiam solum necessitatem consideret. Vnde Luc. 14. Cùm facis prandium noli vocare amicos &c. sed voca pauperes &c. Hoc enim proprie est misereri. Ideo quarta beatitudo, ponitur esuries & sitis iustitiæ. Quinta vero misericordia. Operationes autem vitæ contemplatiuæ, quia sunt vltima fœlicitas, vel inchoatio eius, non numerantur inter beatitudines tanquam merita, sed tanquam præmia. Tanquam merita vero ponuntur effectus actiuæ uitæ, qui sunt munditia cordis quantum ad virtutes, & dona quibus homo perficitur in seipso ne passionibus mens inquinetur. sed quo ad illa quibus perficitur ad alios est pax, quæ est opus iustitiæ. Esa. 30. Et sic patet septem beatitudines ad quas reducitur octaua, & omnis beatitudo reperta in scripturis. Turbæ autem nōrunt solum voluptuosam fœlicitatem ad quam pertinent quatuor, scilicet abundantia exteriorum. secundo abundantia pertinens ad bene esse corporis & sensuum, tertio iucunditas cordis, quarto fauor hominum. Ideo quatuor ponuntur beatitudines, secundum Lucam in præsenti Euangelio excludentes ista quatuor.

Sciendum est etiam, ꝙ prædictis septem beatitudinibus conuenienter correspondent septem præmia. Nam quia in vita voluptuosa homines vani quærunt tria. Primo excellentiam & abundantiam exteriorum. Secundo per bellū quietem. Tertio declinationem, ideo tribus primis beatitudinibus, quę ab his tribus auertunt promittūtur tria alia. s. regnū cœlorū, quod in excellentia & abundantia cōsistit, & pacifica possessio terræ viuentium, & consolatio magna. In vita vero actiua homines vani auertunt se à iustitia, vt seipsos impleant, & à misericordia ne participent alienis miseriis. ideo duabus aliis beatitudinibus, quæ illa duo complectuntur promittitur satietas, & misericordia ab omnibus miseriis subleuans. Munditiæ vero quæ clare videre facit promittuntur visio Dei. Vide de his omnibus. 1. 2. vbi supra & in 3. distin. 34.

Quantum ergo pertinet ad præsens Euangelium sciendū rursum est ꝙ aliqui eundem esse Christi sermonem dicunt. de quo agitur in hoc Euangelio secūdū Lucā. & in sequēti secūdū Mat. Sed mens sancti Tho. in 1. 2. est in oppositum, & hoc etiā rationabiliter patet intuenti, quę hic, & ibi dicuntur. [Descendēs de monte] in quo dixerat discipulis illa, quæ narrantur in sequenti Euangelio [stetit in loco campestri] .i. in planitie, in qua turba magna eum expectabat [& turba discipulorum eius & multitudo copiosa plebis [supple quę veneriant ab omni Iudæa, & specialiter [Hierusalem & maritima.] Maritima aliquando est adiectiuum, aliquando vero substantiuum fœminini generis. & æquipollet ei quod alibi dicitur maregīma, & significat terrā vicinam mari, eo modo quo dicimus nos riperiam. Ista autem maritima secūdū Bedā nō est maritima maris Galilææ. scilicet maris magni [& tyri, & sidonis] supple partibus. Specialiter autem istæ duæ ciuitates nominātur licet essent in prædicta maritima, quia erant ciuitates gentilium [qui venerant. vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis. curabantur & omnis turba quęrebat eū tāgere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat.] Sed contra quia istas beatitudines proponebat turbis secundum ex quæ dicta sunt.

Ad hoc dico quòd licet Christus vellet docere turbā de beatitudinibus, quibus auerterētur ab his, quæ quærebant in vita voluptuosa, quia tamē iā Apostoli erant ab his auersi, ideo ad eos sermonem dirigit. Cætera patent ex dictis [Beati pauperes quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ride-

ridebitis. Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm separauerint vos, & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlo.

Aliud.

VIdens Iesus turbas ascẽdit in montẽ] Matt.5.[Et cùm sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum. Beati estis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentiones propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.] Præsens Euangelium patet ex dictis præcedentis Euangelii.

Aliud.

ATtendite a fermento pharisæorum quod est hypocrisis] Luc.11. Est autem sciendum, quòd pharisæi per hypocrisim & fictã sanctitatẽ auertebant populum à ueritate, ideo Dñs dixit cauendum esse fermentũ eorum. i. hypocrisim. Theo. Vocat autem fermentum hypocrisim tanquam alterantem & corrumpentem intentiones hominum, quibus se ingesserit. Hæc ille Beda. Nam sicut modicum fermentũ totam farinæ massam corrumpit, sic simulatio animum tota uirtutũ sinceritate & ueritate fraudabit. [Hæc ille nihil enim opertũ, quod non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur. Qm̃ quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur, & ꝙ in aure locuti estis in cubiculis prædicabitur in tectis. Dico aũt vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc nõ habent amplius quid faciant. Ostendam autẽ vobis quẽ timeatis. Timete eũ, qui postquam occiderit habet ptãtem mittere in gehẽnã. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt. i. venduntur [dispondio]. i. duplici asse, nã duplex as facit vnum dispondium [& vnus ex illis nõ est in obliuione coram Deo. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris]. i. prætii maioris [estis vos. Dico autem vobis, omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illũ coram Angelis Dei] Cætera patent ex dictis in festo sancti Theodori.

In communi vnius confessoris.

SInt lumbi vestri præcincti] Luc. 12. Ad euidentiam præsentis Euangelii sciendũ est, quòd antiquitus nuptiæ nocte celebrari consueuerunt, & ante sponsam tedas & luminaria ferebant, iuxta illud Vergilii. Si non pertesum thalami, tedeque fuisset. Ideo hic Saluator volẽs docere ꝙ christiani debent Christũ venientẽ in die mortis vel in die iudicii esse parati & vigiles expectãtib. nocte dñm suũ, vt à nuptiis domũ redeat, dicitur ergo. [Sint lumbi vestri] tam spũales qui sunt intellectus & voluntas, quã corporale [præcincti]. i. parati ad exequẽda mãdata dñi vestri, & restricti ab omni uoluptate [Et lucernæ ardẽtes ĩ manibus vestris] scilicet sint. Manus aũt sunt operationes. Lucerna est ratio dirigens sua luce, que tunc ardet quando amor charitatis cõncomitatur lumen rõnis. Habere ergo lucernam in manibus, est dirigi in operibus lumine rationis, & inflammari ardore charitatis, seclusis omnibus malis affectibus [Et vos similes hominibus] idest sitis, & estote [expectantibus dominũ suũ]. i. Iesum Christũ [quando reuertatur] in die mortis, vel iudicii [à nuptiis, vitæ æternæ ad quas initi per ascensionẽ] vt cũ venerit & pullauerit [per ægritudines aut signa iudicii [confestim aperiant ei] idest cum amore in suo corde suscipiant [Beati serui illi quos cũ venerit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis ꝙ præcinget se]. i. secundũ Greg. se ad retribuendũ parabit [& faciet illos discumbere] i. omnino requiescere à laborib. secũdũ Theo.

&

& Diony. in epistola ad Titum[& transiens ministrabit illis] Transit autem secundum Greg. dupliciter. Vno modo à iudicio ad regnũ rediens, vel à visione humanitatis ad visionem deitatis nos eleuans. Prima autẽ vigilia secundum eundem est pueritia. Secunda iuuentus. Tertia senectus. Dicit autem hic dominus se nocte venturum, vel quia ad literam iudicium erit in nocte, i. in crepusculo diei, vel quia sicut nox obscura est, ita incertum, & incognitum est nobis tempus aduentus eius in die mortis, vel iudicii[Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora nõ putatis filius hominis veniet.]

Aliud.

Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit]Mat. 24.

In hoc euangelio dominus hortatur generaliter oẽs ad vigilanter expectandum dominũ venientem in die mortis, vel iudicii. Deinde specialiter, ut dicit Hyla. hortatur Episcopos, & prælatos dicens. [Illud autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur uenturus esset, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Ideoque, & vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Quisputas est fidelis seruus, & prudens quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis cibum in tempore]Interrogat autẽ non ex ignorantia, sed ut ostendat, ut dicit Remigi. quòd difficile sit prælatum in omnibus facere debitum suum. Glo. Rarus est fidelis seruus domino propter dominum seruiens, oues Christi non ad lucrum, sed pro amore Christi pascens [prudens] qui subditorum capacitatem, uitam, & mores discutiat [quẽ constituit] qui. s. sit uocatus à Deo, & non se iniecit. Hæc ille[ut det illis]. s. subditis suis[cibum]uerbi Dei[in tempore] opportuno[Beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus, inuenerit sic facientem. Amen dico uobis quoniam super omnia bona sua constituet eum]Orige. vt scilicet conregnet Christo, cui omnia sua tradidit pater. Hæc ille. Vel secundum Hyla. hoc dicitur, quia talis in gloria Dei collocabitur, quo nihil vltra melius inuenitur. In hac, vt dicit Raba, cæteris paribus, præcedunt prælati ratione custodiæ subditorum.

Aliud.

Homo Quidam peregre proficiscens] Mat. 25. Est autem sciendum, quòd præsens euangelium est parabolicum, & in eo, vt dicit glo. dominus reprehẽdit eos maxime prælatos, qui nolunt verbo prodesse proximo[Homo quidam] id est Iesus Christus [peregre proficiscens] idest secundũ humanitatẽ ascendens in cœlũ secundũ Grego. & Orig. humanitas enim cùm ex contrariis sit composita, quando est super cœlos eleuata non est in patria sua. Locus. n. proprius est sphera actiuorũ, & passiuorũ, in qua debent esse omnia per naturam corruptibilia. Peregrinatur ergo in cœlo Christus secundũ humanitatem[vocauit seruos suos] idest apostolos, secundũ Hiero. [& tradidit illis bona sua]idest doctrinam euangelicam. Non est autem intelligendũ, quòd istam solis apostolis tradiderit, sed tradidit eam omnibus fidelibus inter quos quidam de negligentia condemnantur: vel si per istos seruos apostolos intelligimus, oportet in apostolis intelligere prælatos tenentes apostolicũ gradum, idest episcopos[Et vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, id est capacitatem, & dispositionem suscipientiũ, secundum Hiero. & Chry. Vnde per quinque & duo, & vnum talẽtum, diuersi gradus significantur cognitionis diuinorum, secundum eosdem. Sicut enim homo vtendo pecunia aliam lucratur, ita homo docendo quæ didicit, meretur ampliorem notitiam saltem in futura vita, vbi Deum uidebit plus aut minus secundum diuersitatem meritorum[& profectus est statim. Abiit autem qui quinq; talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque] docendo quæ didicit, & exhortando.

Est autem sciendum, vt dicit Chrys. quòd in

In parabolis non oportet omnia scrutari, sed ad intentionem respicere dicentis. Et hoc maxime in ista faeere oportet [Similiter, qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui] quia secundum Grego. intentus terrenis negotiis non docuit, vt debebat, sed suffocauit doctrinam quam acceperat propter voluptates. Vel fodit in terram secundũ Orige. ille, qui accepta docendi virtute, nõ docuit, ex quadam ficta humilitate, & religione. [Post multum vero temporis] idest in die iudicii secundum Chrys. & Hierony. [venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis Et accedens, qui quinque talenta acceperat obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; super lucratus sum] Ista oblatio sic est intelligenda, vt ipsa merita q̃ quis docendo acquisiuit, loquantur Deo per euidentiam facti. Apparebit enim in die iudicii, quòd ille, qui magnam accepit doctrinã, & feruenter docuit, dignus erit, vt sibi duplicetur notitia diuinorum, idest vt pro meritis suis magnũ gradum in visione Dei habeat [Ait illi dominus eius. Euge serue bone, & fidelis] Raba. Euge interiectio est lætantis, per quod dominus gaudium suum insinuat, qui bene laborantem seruum ad gaudium æternum inuitat Hæc ille [quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam] Grego. Tunc fidelis seruus supra multa constituitur, cùm deuicta omnis corruptionis molestia, de terrenis gaudiis in illa cœlesti sede collocatur. Hæc ille [intra in gaudium domini tui] idest in patriam, & vitam iocundam. Et notanter dicitur, intra in gaudiũ, & non, gaudiũ intrabit in te, quia æternam fœlicitatem nulla creatura comprehendere potest. Est enim infinita in se, sed finita participatur. Eodem modo exponendum est, quod dicitur de seruo duorum talentorum [Accessit autem, & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã intra in gaudium domini tui. Accedens aũt & qui vnum talentum acceperat, ait. Domine scio, quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timens abii, & abscondi talentum tuum in terra] Si iste dicatur abscondisse talentum doctrinæ vacando terrenis, in istis verbis nihil debemus intelligere nisi quòd tales in die iudicii non habebunt merita, quæ Deo præsentent. Et similiter in reprehensione domini, quæ sequitur nihil aliud debemus intelligere nisi quòd talis pro sua negligentia in die iudicii increpabitur. Si vero dicatur abscondisse ex fatua humilitate, vel stulto Dei timore, quo cessauit à doctrina, dicatur, quòd talis seruus in verbis suis se excusat si non docuit, quia in hoc timuit offendere Deum, cùm timere non deberet, sed in Deo confideret, & dominus in reprehẽdẽdo dicit, quòd ipse à numulariis. i. ab auditoribus, qui doctrinam accepissent, exegisset rationem de beneficio susceptæ doctrinæ, si fuissent ingrati, & de vsu eius in operando, & in docendo si fuissent negligentes [Ecce habes quod tuum est] Respondens autem dominus eius, dixit ei Serue male, & piger sciebas, quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum] Istud talentum doctrinæ tandiu in nostra est potestate quamdiu possumus docere, & docendo lucrari, i. mereri, vel saltem de eo gaudere. In morte ergo, vel in iudicio tollitur talentum à negligente inquantum iam non habet notitiam Dei ad bonum suum, sed ad malum, quia damnatis ipsa notitia est causa doloris. Tollunt autem Angeli exequentes sententiam Dei [Et date illi qui habet decem talenta] hoc antẽ fit quando ipsi iusti gaudent de damnatione malorum propter conformitatem suæ voluntatis ad diuinam. Et licet omnes Beati accipiant aliquod gaudium ex eo, quòd damnatus talento priuatur, quia tamen de hoc gaudet magis qui est beatior, ideo damnatorum talentum dari dicitur ei, qui decem, & non ei, qui quatuor dicitur habere talenta [Omni enim habenti dabitur] gaudium de punitione malorum [& abundabit, quia in bonum eius cedent sua merita & aliena demerita [ab eo autem qui non habet] merita bonorum operum [& quod videtur habere] ipsa. s. doctrina qua noluit vti [auferetur ab eo] quia non erit ei ad gaudium, sed ad supplicium [& inutilem seruum]. i. negli-

gligentem, qui nihil commisit, sed omisit necessariam doctrinam [eiicite] à me & societate meorum [in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.] Vide de hoc dominica 20. post festum Trinitatis.

Aliud.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum & reuerti] Luc. 19. Ad intellectum huius Euangelii sciendum est Iudæi q etiã Apostoli ante ascensionem Christi credebant regnũ Christi esse corporale & terrenum. Vnde Actu. 1. quærebant à Christo ascendente. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel. Et similiter filii Zebedei petierunt sedere vnus ad dexteram, & unus ad sinistrã eius. Vnde quia Christo ascendente ultimo in Hierusalẽ, existimabant eũ regẽ in regia ciuitate esse constituendũ. Christus uolens istũ sensum ab eis amouere, induxit pręsentẽ parabolã, ostendes q in primo aduentu venerat pati, & in secundo veniet regnare. Vnde dicit Lucas. [Hæc illis audientibus]. s. quæ dominus dicebat Zacheo, vt habetur supra in festo dedicationis Ecclesiæ [adiiciens dixit parabolã, eo, q esset prope Hierusalẽ, & q a existimarẽt, i. discipuli [q confestim regnũ Dei] i. Christi [manifestaretur. Dixit ergo. Homo quidã,] i. Christus natus de Virgine [nobilis] quia filius Dauid regis secundum carnem [abiit] per suã mortẽ, & ascensionẽ [in regionẽ longinquam]. i. ad cœlum empyreum [accipere sibi regnum] super omnes Angelos & oẽm creaturam [& reuerti] in fine mundi ad iudicandum. [Vocatis autẽ decem seruis suis], i. vniuersis fidelibus qui per denarium numerum significantur, eo q in hoc numero quodãmõ omnes numeri includuntur. Nam vsque ad decem uariantur numeri, sed post decẽ fit replicatio præcedentiũ. Nã vndecim idẽ est q vnum, & decẽ, & duodecim q duo, & decem. & sic de alijs [dedit illis x. mnas], i. vniuersitatem bonorum suorum, quæ hominibus conferre consueuit siue sint gratiæ, siue naturæ, siue fortunę. Est aũt mna pondus x. drachmas appendẽs secundum aliquos. vel secundũ alios centum. & vtrunque põt uerũ esse secundũ diuersas gentes. Singulis ergo fidelibus dedit singulas mnas, vel singulis dedit decem, nõ q singuli æqualia bona susceperint absolute, sed quia æqualiter susceperunt secundũ suam proportionem, loquendo de his bonis quæ dispositionem supponunt. Nam quo ad dispositiones ipsas Deus dat, vt vult, vnde non omnes sunt æquales in naturalibus. [Et ait ad illos. Negotiamini], i. exercete vobis collata bona, vt per vsum eorum mereatis accipere maiora [dum venio], i. quousque veniam ad iudicium, vsque enim ad diem illam currit tempus negociandi, i. merendi. [Ciues autem eius], i. Iudæi ex quorum sanguine Christus natus est [oderant eum] pro maiori parte, saltem quo ad rectores & capita populi [& miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos] quòd non est sic intelligendum, quasi Iudæi miserunt ad patrem post Christi ascensionẽ nuncios, qui ex parte sua dicerent, quòd Christo nõ daret regnũ Iudæorum, sed quia ex ipso suo facto ostenderunt se nolle illum in regem. Nã post Christi ascensionem conati sunt Christi fidẽ eliminare [& factum est, vt rediret] in die iudicii [accepto regno] idest postquã acceperat regnũ [& iussit uocari seruos suos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negociatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decẽ ciuitates] idest secundum tua merita erit proportionabiliter & præmium tuum in cœlo. Cætera dicta & dicenda patent ex dictis in præcedenti Euangelio. [Et alter venit dicens. Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit dicens, domine ecce mna quã habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es tollis, quod non posuisti, & metis, quód non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas, q ego homo austerus sum, tollens, quod non posui, & metens, quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine habet decem mnas. Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur & abundabit. ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

Aliud.

NEMO accendit lucernam] Luc. 11. In præsenti Euangelio intendit Saluator à fidelibus intentionem peruersam excludere, sumens exemplū ad hoc ex lucerna & oculo. Recta ergo intentio est similis lucernæ lucenti & ardenti, quia includit fidem & ardorem charitatis. Nam recta intentio facit operari propter Deū amatum, & consequenter supponit notitiā Dei quæ per fidem est & amorem, qui est charitas, vel actus charitatis. Dicit ergo [Nemo accendit lucernam] .i. nemo habet bonam intentionem lucentem fide & ardentem charitate [& in abscondito ponit, neque sub modio] eam scilicet inflectendo circa temporalia acquirenda & fruenda [sed super candelabrum], i. in altum erigit, vt finis intentus non sint fruges quæ modio mensurantur, sed æterna fœlicitas [vt qui ingrediuntur lumen uideant], i. vt omnes cogitationes, quæ intrant domum conscientiæ & animi tui lumen videant, i. recta intentione ad Deum dirigantur, sicut homo ambulans dirigitur lumine. Quod vero prædicta de intentione dicta sint declarat in his, quæ sequuntur:

13 Est autem sciendum, quòd sicut hic sumitur lucerna spiritualiter, & significatur per corporalem oculum, ita & corpus sumitur spiritualiter & per materialem significatur. Est autem spirituale corpus nostrum ipsa multitudo operum nostrorum bonorum ex genere suo, ea diuersis operibus bonis tanquam ex variis membris integrata. Dicit ergo [Lucerna corporis tui.] i. multitudinis operum tuorum [Est oculus tuus], i. intentio tua, quæ oculus idcirco dicitur, quia hominem operando dirigit [Si oculus tuus fuerit simplex] .i. intentio pura & recta, sine omni plica simulationis [totum corpus tuum lucidum erit], i. opera tua visibilia erunt in conspectu Dei. Videt autem proprie Deus opera quando approbat. Vnde psal. Oculi domini super istos. Non quinetiam sint super malos quia in omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Prouer. 15. Sed speciali modo uidet iustos & opera iustorum, quia scilicet vtrunque approbat [Si autem nequam], i. malus [fuerit] Est autem intentio mala, quando opus, quod fit, est ad malum finem ordinatum, quamuis de se bonum sit [etiam corpus tuum tenebrosum erit] quia scilicet opera tua non videbit Deus ad præmium sed ad tormētum [Vide ergo ne lumen, quod in te est], i. intentio quæ debet esse lumen dirigens te ad Deum [tenebræ sint] idest non dirigat te secundum rectam uiam, sed errare faciat [Si ergo corpus tuum totum] idest quo ad omnes partes siue quo ad omnes operationes [lucidum fuerit] quia est visibile seu approbabile à Deo quantum ad bonitatem operis & quātum ad rectitudinem intentionis [non habens aliquam partem tenebrarum] idest non existens tenebrosum, neque quo ad substantiā operis, neque quo ad intentionē [erit lucidū totum] idest ipsum compositum ex opere & intentione. Vnde hic sumitur totum categ. supra verò syncathego. Si autem esset malum opus & intentio bona, vel econuerso bonum opus & intentio mala, tunc non esset lucidum id quod ex vtroque componitur [Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te] in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriā. Quanto enim homo maior est in merito, tanto hic habet maius lumen gratiæ, & in futuro maius lumen gloriæ.

In commi n vnius virginis.

SIMILE est regnum cœlorum thesauro] Matth. 13. Ad intellectum præsentis Euangelii sciendum est, quòd eorum quæ possessore carent, quædā sunt quæ nunquā possessorem habuerunt, vt gemmæ inuentæ in littore maris. Alia vero aliquando habuerunt possessorem, vt antiqui thesauri. Prima secundum san. Thom. 2. 2. q. 66. occupanti & inuenienti conceduntur. Et eadem ratio est de secundis, vt dicit, nisi per leges ciuiles ad pacem hominum statuerunt, vt in secundis medietas sit possessoris agri, quòd intelligitur si inuenit in alieno, nō data opera, si vero data est opera, totum est inuenientis. Institu. de rerum diuis. §. item ea. Ideo ille de quo in præsenti Euangelio agitur dicitur emisse agrū, vt sine conditione totum thesaurū possideret [Simile est regnū cœlorum] idest status Ecclesiæ militantis, seu status christianitatis [thesauro abscondito in agro] Iste thesaurus secundum Chry. est prædicatio Euangelica abscondita in agro huius mundi, quā nullus plene & perfectè possidere

sidere potest, vt dicit, nisi vendicis omnibus. Hanc inuentam abscondit inuentor secundum Hieronymum, non ex inuidia, sed vt seruaret, & non perderet. Vel secundum Gregorium, Thesaurus iste est desiderium salutis æternæ. Ager vero in quo latet, est disciplina studii cœlestis, id est sancta conuersatio. Hũc Thesaurum oportet abscondere, quia Diaboli libenter furantur illud. Vel possumus dicere, quòd in parabolis non oportet omnia scrutari. Intendit ergo Saluator, quòd, sicut inueniens prætiosum thesaurum omnibus se priuat, vt illum possideat. Ita qui per fidem habuerit notitiam de Thesauro fœlicitatis æter latitante in agro seruitutis diuinæ omnibus se priuat quantum ad effectum nisi sit infantus vt consequatur illum. Quòd aũt dicitur de absconsione non oppositum hic habere significatum, nisi significetur, quòd appetens fœlicitatem timet eam perdere[q̃ qui inuenit homo abscondit, pro gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnũ cœlorum homini negociatori quærenti bonas Margaritas, inuenta autem vna pretiosa Margarita abiit, & vendidit oĩa quæ habuit, & emit eam]Glo. per Margaritam pretiosam intelligitur dulcedo cœlestis vitæ, quã inuentã omnia vendens emit, quia qui cœlestis vitæ dulcedinem inquantum possibilitas admittit perfecte cognouerit ea, quæ in terris amaue rat libenter cuncta derelinquit; deforme conspicitur quicquid de terrenæ rei placebat specie, quia sola prætiosæ Margaritæ claritas fulget in mente. Hæc ille. [Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ]Est autẽ sagena rete quoddam rarum, & significat secundum Hiero. doctrinam Euangelicam à piscatoribus traditam, quæ bonos, & malos pisces in mari huius seculi quotidie detinet. Vel secundum Chrysost. est Sancta Ecclesia[missæ in mare]huius seculi[& ex omni genere piscium].i. hominum[congreganti Quam cum impleta esset]multis credẽtib. [educentes de mari]huius seculi ad aliud futurum[& secus littus sedentes]Est autem littus finis maris, i. seculi secundum Chrys.[elegerunt].i. eligent ipsi angeli bonos in vasa sua].i. in tabernacula æterna [Malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis].i. fornacem[Ibi erit fletus, & stridor dentium] Vide dominica 20. post Trinitatem [Intellexistis hæc omnia]ò discipuli mei [Dicunt ei Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba].i. doctor in scriptura[doctus in regno cœlorũ].i. in Ecclesia militanti, vel scriptura. Vtrumque enim dicitur regnũ cœlorum secundum Sanct. Tho [similis est homini patri familias[qui habet ministrare alimẽtã familiæ]qui profert de Thesauro suo]. idest de capsa cordis sui[noua, & vetera].i. authoritates noui, & veteris testamenti. Ex quo patet, quòd ipsi apostolorum successores debent vtriusque tastamenti habere notitiam, in cuius signum mitram portant cũ duplici cornu.

Aliud.

Simile est regnũ cœlorũ]Mat. 25. cap. i. ista tus christianitatis[decẽ virginib.]i. vniuersitati fideliũ. Ponitur aũt hæc parabola sub comparatione virginũ, secũdm Chrys. vt ostẽdatur quòd licet virginitas sit aliquid magnũ, tamẽ si bonis operibus non sit adornata non approbatur[quæ accipientes lampades suas]Per lampades secundum Augu. opera de genere suo bona intelliguntur. Lumen autem in istis lampadibus accensum, est fides operando dirigens[exierunt] de corpore per mortem, secundum Orige. Vel exierunt ab ocio in opus bonum de genere suo [obuiam sponso, & sponsæ].i. filio Dei, & humanitati quæ in virginis vtero tanquam in thalamo coniuncta fuerunt. Dicuntur autem ista secundum similitudinem ad res humanas, quia antiquitus nuptiæ cœlebrari in nocte cõsueuerant, vt dictum est[Quinque autem ex eis erant fatuæ]Si fatuitatem accipimus, vt opponitur prudentiæ, sic fatui sunt qui nesciunt bene ordinare vitam suam in ordine ad vltimum finem, quod est opus prudentiæ[& quinque prudentes[quæ scilicet vitam suam in Deum ordinauerunt]Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus[id est potentiis operationis, & operibus bonis ex genere[non sumpserunt oleum secum]Oleum secundum Hylarium, & Hiero. intelligitur opus bonum, quod intelligo non solum de opere bono ex genere, sed etiam ex intentione,

tione,& tale est opus charitatis. Secundum Augu.vero intelligitur lætitia, quæ habetur de bono opere propter Deum,ex eo,s.quòd domino placet. Secundum Chry. vero charitas intelligitur. Sed omnes hæ tres acceptiones reducuntur in vltima,vt istud oleū dicatur charitas,quæ facit opus esse bonum, & de eo propter Deum gaudere[Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis] id est in cordibus seu voluntatibus suis[cum lampadibus]potentiarum,vel bonorum operū. [Moram autem faciente sponso] Ista mora est tempus vsque ad iudicium, in quo ueniet sponsus[dormitauerunt omnes] idest infirmatæ sunt[& dormierunt]idest mortuæ sunt. Mors enim in scriptura consueuit appellari dormitio,eo quòd Deus possit ad uitam excitare mortuū,sicut nos excitamus dormientem[Media autem nocte]& cum die coniungitur. Tali enim hora ueniet Christus. Vel media nocte, idest tempore inopinato [clamor[tubæ uocantis ad iudicium]factus est ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ[à mortuis] & ornauerunt lampades suas, i. reassumpserunt opera sua,in quibus apparebat lumen fidei,ut redderent rationem,secundū Grego. & Aug.Sciendum est autem quòd in parabolis secundum Chrys.& Aug.non oportet omnia scrutari,ut in proposito patet.Non oportet post iudiciū,ut aliquis petat ab alio opera eius,neque ibit,ut bene operetur,& faciat opera charitatis,quæ non fecerat. In his ergo,quæ hic dicuntur significatur,ꝙ in die iudicii opera de genere suo bona,q̄ facta fuerunt cum fide,& sine charitate non fulgebūt quia fides sine operibus,scilicet ex charitate factis,mortua est. Et ꝙ tunc si quis uellet ad alium recurrere pro auxilio,uel si uellet bene operari,non proficeret. Sed quia quales reperiemur in morte,tales etiam præsentabimur in iudicio,ideo hortatur dominus, ut mortem uigiles expectemus, ne imparati moriamur,& consequenter sine oleo simus in iudicio,& claudatur nobis ianua cœli. Vnde dicit[Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo uestro , quia lampades nostræ extinguuntur.Responderunt prudentes. Ne forte non sufficiat nobis,& uobis,ite potius ad uendentes,& emite uobis. Dùm autem irent emere,uenit sponsus Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias,& clausa est ianua. Nouissime uero ueniunt & reliquæ uirgines,dicentes.Domine, domine aperi nobis.At ille respondens ait. Nescio uos.Vigilate itaque,quia nescitis diē, neque horam.

De Sancta Trinitate.

CVm uenerit paracletus]Vide supra dominicam infra octauam Ascensionis.

De Spiritusancto.

SI quis diliget me sermonem meum seruabit]Vide supra in die Sancto Pentecostes.

De Sancta Cruce.

AScendens Iesus Hierosolymam]Vide supra feria quarta post domini.2.quadragesimæ.

In commemoratione Beatæ Virginis per aduentum.

MIssus est Gabriel Angelus]Vide supra feria quarta post tertiam dominicam aduentus.

A natiuitate domini vsque ad purificationem.

LOquente Iesu ad turbas]Vide supra dominica tertia in quadragesima.

Pro quacunque necessitate.

HAbete fidem Dei]Mar.11.Cùm Beatus Petrus, & alii discipuli uidissent, quòd ficus cui maledixerat Christus statim aruisset mirabantur , & tunc Christus dixit eis ea quæ in præsenti euangelio recitantur [Habete fidem Dei] idest

idest confidentiam de Deo[Amen dico vobis.quia quicunque dixerit huic monti, tolle re,& mittere in mare , & non hesitauerit in corde suo,sed crediderit,quia quodcunque dixerit fiat,fiet ei]Sed contra obiiciunt infideles,vt dicit Beda,quia nullus sanctorũ potuit transferre montes.Et respondet primo quòd non omnia quæ à sanctis facta sunt scripta leguntur,secundo quòd ista intelligenda sũt, si necessitas affuisset transferendi montes.Vnde,vt ait,præcibus Greg.emocesarien. mons tantum spatii reliquit structoribus Ecclesiæ, quantum opus habuerunt.Potest etiam dici, quòd apostoli maiora fecerũt,quia mortuos suscitauerunt,quòd neque diabolus, neque terręmotus facere possunt[Propterea dico vobis omnia quecunque orantes petitis,credite quia accipietis,& euenient vobis]intellige tamen si pie,& perseueranter,& ad salutem ,& pro se quis petat 4 dist 15.& intellige pie,id est cum debita subiectione mentis ad Deum, quæ subiectio est per fidem,spem,& charitatem,quibus colitur Deus.

De quotidianis missis defunctorum.

NIsi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinẽ non habebitis vitam in vobis]Ioan 6. Vide supra in festo corporis Christi.Vtrum sub vtraque specie sit communicandum[Qui manducat meam carnem,& bibit meum sanguinem]scilicet sacramentaliter,& spiritualiter tantum[habet vitam æternam]in sua causa , habet enim in se Deum, & eius gratiam [& ego resuscitabo eum in nouissimo die]id est in die iudicii.

Pro præsenti defuncto. tantum.

DIxit Martha ad Iesum]Vide feria 6. ante dominicam in passione.

In omni anniuersario.

AMen amen dico vobis.Io.5.[Quia venit hora, & nunc est quãdo mortui] corporaliter secundũ Theo. vt filius viduæ.& filia archisynagogi,& Lazarus,vel mortui spiritualiter secundũ Aug.[audient vocem filii Dei]Audient inquam,i. obedient[& audierint viuent]vita corporali secundũ Theo.vel spirituali secundum Aug.Sicut enim pater habet vitã in semetipso,sic dedit[& filio vitam habere in semetipso]Omnia enim quæ filius Dei habet accipit à patre & omnia quæ habet pater dedit, seu communicauit filio. Habet autem vitam in semetipso , id quod essentialiter est vita , & hic est solus Deus Omnia enim alia participant vitam,& non habent vitam in semetipsis. Ex his autem vult Christus inferre,quòd ipse filius potest mortuis dare uitam, sicut & pater, cùm sit essentialiter vita[Et potestatem dedit ei iudicium facere]hic secundum Chrysost. punctuandum est , deinde subiungendum[Quia filius hominis est, nolire mirari hoc]existimauit enim, quòd iudiciaria potestas conueniat Christo solum inquantum Deus. Arguit autem Chryso.quia si nõ sic punctuetur, sed addatur , quia filius hominis est , sequitur quòd oĩs homo habeat hanc potestatem.Sed hoc argumentum non cogit,quia ista potestas data est filio Dei,qa filius hominis est,i.caput omnium hominũ. Aug vero quia tenet ꝙ etiam Christo inquãtum homini conuenit iudicare,licet principaliter punctuat eo modo quo Chry,negat esse punctuandũ,nolite mirari hoc[quia venit hora].i.veniet,nec additur nunc , quia loquitur de generali resurrectione,& non de particularib.vt supra loquebatur[in qua omnes qui in monumentis].i.omnes mortui[audient vocẽ eius.Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ Qui vero mala egerunt,in resurrectionem iudicij.]

Hic q̃ritur,q̃d erit de illis pueris , qui nec bona nec mala fecerunt,& tamen cum originali peccato sunt mortui,quia. s. non fuerunt baptizati. Nunquid tales ibunt in resurrectionẽ iudicii.i.mortis infernalis , cui mali adiudicabuntur.vt patiantur pœnam sensus .i.pœnã afflictiuã.Ad hoc aũt ꝑ aliquas conclusiones respondetur,quarũ prima est hæc

Tales pueros puniri sola pœna damni est ve rum. Corollarium. Tenere ꝙ tales soli tali pœna puniantur, non est hæreticum. Secunda conclusio. Asserere, ꝙ tales sensibili pœna puniantur, seu sic credere, temerarium est, & forte etiam hæreticum. Corollarium. Quicunque asseriue prædicat ꝙ tenentes primam conclusionem veram, & secundam falsam sunt hæretici, necessario est ignorans aut peccans. Primam conclusionem probo rationibus theologicis. Primò sic. Nam pœna sensibilis correspondet delectationi; quæ habetur in peccato, vt testantur Sco. & Bona. 2. dist. 33. & patet per illud Apo. 18. Quantum se glorificauit, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Si enim qui non est delectatus affligeretur, non esset tantus luctus quanta fuit voluptas, sed esset maior, immo ille esset aliquantus, & illa nullius quantitatis. Sed tales nullam habuerunt delectationem in peccato, ergo nullam debent sentire pœnam afflictiuā. Confirmatur ratio, quia cùm Deus sit pronior ad miserendum q̃ puniendum, videtur diuinæ bonitati derogare, ꝙ aliquem affligat, p eo, ꝙ vitare non pôt. Secundo omnes damnati qui experiuntur sensibilē pœnā, vellent non esse, licet per accidens. Hoc vero patet, q̄a dicit gl. Hier. 20. super illo verbo. Maledicta dies in qua natus sum, ꝙ melius est non esse, q̃ male esse. Vnde & videmus, ꝙ propter angustias præsentis vitæ, quæ nullius sunt momenti respectu illarum, quidam si possent vellent omnino non esse, antequā in eis perpetuo eē. Sed tales pueri nō appetunt non esse, q̄a vt dicit Aug. & notat gl. de consec. dist. 4. regenerati, tales malunt sic esse, quā non esse. Ergo nō sunt damnati taliter, vt sensibiliter crucientur. Confirmatur ratio secūdū aliquos, quia si talib. melius esset nō esse, q̃ esse, sequitur ꝙ Deus creando eos, nullū eis cōtulisset beneficiū. Si autē ecōuerso est eis melius, sic esse, q̃ nō esse, nō cruciantur sensibiliter ab igne gehennæ. Sed quia forte posset aliquis dicere, ꝙ non habebunt dolorem sensitiuum, sed rationalem, inquantum dolebunt per voluntatem de damno, quod patientur. Contra hoc arguo dupliciter. Primo sic. Si enim post mortem illi, qui sunt in originali peccato, & non in alio dolebunt, aut dolebunt de culpa, aut de pœna. Si primum, ipsi erunt iusti, & amici Dei. Si scd'm, scēū ois pœna à Deo inflicta sit iusta, tunc ipsi dolebunt de re iusta, & cōsequenter erunt iniusti; & malam habentes voluntatem, & consequenter non erunt in solo originali, vt ponitur. Cōfirmatur ratio, quia cùm tales non habeant aliquam virtutem patientiæ infusam, vel acquisitam, si dolebunt de pœna inflicta à Deo, erunt impatiētes, & murmurantes contra Deū, & consequēter habebūt actuale peccatū. Secundo si dolebunt, aut habebunt spem euadendi talem dolorē, aut non. Nōn primum, q̄a sunt in statu immobili, ergo scd'm; ergo erunt tunc desperati. Desperatio aūt est pœna maxima. Nō ergo pœna eorū erit mitissima. Contra Aug. in Enchi. & habetur in dicto c. regenerati. Confirmatur rō, quia vt dicit Sco. Ex diuina ordinatione in quocunq; loco ceciderit lignū, ibi erit. Nō pôt ergo, vt dicit homo post mortē habere nouā dispositionē volūtatis. Ergo isti q̄a in vita nullā habuerunt deordinationē voluntatis, nullā possunt et habere post mortē. Ergo nō contristantur de statu, in quo Deus illos vult esse, ergo non dolent. Et nota, ꝙ de duæ rationes etiam probant, ꝙ tales aut non dolent in sensu, aut si dolent, sunt cōtenti de suo dolore, & sua damnatione. Probatur et cadē conclusio authoritate. Nam hanc habemus in sacra scriptura, Iob 3. vbi dicitur. Quare non in vulua mortuus sum. Et sequitur. Nunc enim dormiēs silerē. Vbi omnes expositores literales dicunt, ꝙ per hæc verba optabat Iob se fuisse mortuū in utero matris ne præsentis vitæ miserias pateretur. Constat autem ꝙ si taliter morientes cruciantur post mortē igne æterno, tale desiderium Iob fuisset stultum, quia nulla pœna huius vitæ potest æquiparari pœnæ infernali, scd'm sanctos. Habemus etiam eandem conclusionem secundo 23. q. 4. c. Nabuchodonosor. Nunquam, inquit Deus, uasis in æternum inferret supplicium, nisi homo spontaneum inueniretur habere peccatu.n. Tertio habetur extra de bapt. & eius effect. c. maiores. Vbi expresse habetur ꝙ pœna originalis peccati est carentia diuinæ visionis, actualis vero peccati pœna est gehennæ perpetuæ cruciatus. Et ibi dicit glo. ꝙ peccato actuali debetur pœna damni, & sensus originali vero debetur tm̄ pœna quæ est carentia visionis diuinæ. Quarto habet expresse, & clare à magistro sententiarum. 2. distinct. 33. qui dicit, ꝙ tales nullā aliam pœnā sensuri sunt,

nisi

nisi φ diuina visione carebunt. Hanc eandē conclusionē tenuit Alanus expresse & clare super dicto.c.maiores. & Archie. flo.t.parte tit.8.& Sco.2 di.33.& Bonauen.ibidē,& infiniti alii doctores,quos gratia breuitatis omitto.Sic ergo patet prima conclusio, & consequēter patet eius corollariū,quia credere uerum nunquam potest esse hæreticū. Secunda etiā conclusio patet ex dictis quo ad primā partē. Tenere enim contra communem sententiā doctorū fundatam in scriptura & canone legis, est temerariū. Sed ita est in proposito, quia ut dicunt Sco.vbi supra & Bona,cōmunis magistroū opinio est ista quam tenemus, quæ etiā ut allegatum est, fundatur tā in scriptura quàm in canone iuris pontifici. Quo ad secundam vero partē sic probatur. Nam illud, quod forte est contra determinationem ecclesiæ forte est hæreticū. Authoritas enim ecclesiæ est regula fidei. à qua etiam ipsa sancta Euangelia habent authoritatem. Sed ista opinio est forte contra determinationem ecclesiæ,vt patet in dicto c.maiores.& in c.Nabuch.ergo forte hoc est hæreticum. Corollarium vero sic deducitur. Aut enim talis prædicator circa hanc materiam scit veritatē, aut non.Si primū,est peccans, quia mentitur. Si secundum, est ignorans,quia nescit, quod scire potest & debet.Est autem necessarium, quòd sciat, aut non sciat. Ideo est necessariū quòd sit ignorans,vel peccans.

Sed contra istam veritatem solidam, & catholicam, quidam friuolas adducunt rationes, quas ut nullius ostendamus esse momenti hic inferemus. Arguitur ergo primo ex dictis Aug. Nam primo ipse dicit de fide ad Petrum, & habetur in c. firmissime, tales æterno igne puniendos.Secundo,quia in hypono. dicit,quòd sunt in gehenna ipsi & omnes iniqui. Tertio, quia in sermone de baptismo paruu. contra Pelagium, ipse dicit, quòd in iudicio omnes homines erunt in dextra,vel sinistra,nec erit locus medius. Ergo tales erunt in sinistra, & consequenter ibunt maledicti in ignem æternum. Quarto, quia in Epistola ad Consensum tenet, quòd omnes resurgent in iudicio, & quilibet transibit ad statum expertem doloris & corruptionis.aut igne cruciabitur,ergo isti cruciabuntur igne. Quinto, quia ipse in prædicto sermone opinionem,quæ in prima conclusione tangitur, attribuit Pelagio.dicens, quòd ille pueros in exilium tantummodo mitti, dicens, quòd hæc illis sola esset pœna, non esse in patria. Ad omnia autem ista dicta simul sunt duæ solutiones datæ à sanctis. Prima est Sco.& Bonauen.& san.Tho. φ Augustinus excessiue locutus est. Dicit enim sic idem Bona. secundo vbi supra Aug. in verbis illis non intendit dicere,quòd paruuli sensibiliter crucientur, sed intendit eorum pœnam manifestare quantum ad carentiam diuinæ visionis, & quantū etiā ad utilitatē loci & hoc valde abundanter exprimit plus dicēs, & minus volens intelligi. Nec sine causa sic loquitur. Hoc enim facit ad extirpandā illam hæresim, quæ dicebat paruulos nulla pœna puniri. Vnde sicut in moribus documentum est,φ cum qui vult ab vno extremo rū peruenire ad medium, quasi oppositio ad aliud extremum declinare, vt dicit philosophus, sic etiam beatus Aug. vt illam hæresim extirpatet, quæ dicebat paruulos ab omni pęna immunes,& ad mediū reduceret.s. ad pœnā carentiæ visionis Dei simpliciter asseruit eos cum aliis peccatoribus æternaliter damnari, sed tamen suum intellectum explanauit in Euchiri. vbi dixit pœnam illorum esse mitissima. Hæc ille. Et addit Scotus,quòd sancti frequenter sic loquuntur, scilicet excessiue. Vnde ut ait quidam. dicunt eos nullam pati pœnam, sicut nullam habent culpam. Ideo multum ponderandum est contra quos hæreticos sancti sunt locuti, quia Augu.contra Arrium videtur declinare ad Sabellium, & econuerso, & contra Pelagium videtur declinare ad Arrium, & econuerso. Hæc Sco. Secunda responsio est sancti Thom.& Archie.& glo. in cap. firmissime. Dicunt enim isti quòd Augu. ponit speciem pro genere, vt dicātur æterno igne puniri,i.æterna pęna. Et intendunt isti dicere, φ pœna originali peccato debita directe, est carentia diuinæ visionis,vt per glo.in c.maiores,sed quia istam pœnam habebunt in igne infernali, in quo recludentur,ideo dicuntur æterno igne puniri,non quia puniantur ab igne nisi sicut à carcere & datinente, sed quia puniantur in igne. Sed quare Aug. sic loquitur. Dico φ hoc facit ad excludendum illam opinionem,quæ videtur fuisse Pelagii, scilicet quòd tales pueri post iudicium, hunc mundum inhabitabunt. Est enim ista opinio falsa. Licet enim dicat Atc. φ in quo loco habitaturi sint post

 iudi-

iudicium nouit dominus, tamen proculdubio ibi erunt vbi sunt modo, secundũ quod sonant Aug. verba, qui eos æterno igne puniendos asserit. Et hoc rationabiliter, quia sicut modo & tunc habebunt præcise eandem culpã, ita & eandem pœnam. Vnde & Bonauen. dicit quod talis locus debetur eis ratione fœditatis, quæ fuit in carne. Sic ergo generaliter patet ad omnia dicta August. Sed specialiter dicitur ad singula. Ad primum quidem nihil oportet addere. Ad secundum dico, quod probat, quòd receptaculum istorum puerorum, erit vna pars gehennę tenebrosa, quod conceditur. nec tamen sequitur si sunt in igne, quòd ab illo sensibiliter crucientur. q̃a vt dicit Bonauentu. ille ignis instrumentum est diuinæ iustitiæ, & ideo ita agit, vt Deus vult. Vnde aliquos cruciat, vt iniquos, aliquos purgat, vt iustos, aliquos solum detinet alligatos vt pueros prædictos, & tamen vnus est ignis vnde Grego. Sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat, sic idem ignis & reprobos cruciat, & electos purgat. Hæc ille. Ad tertium dico, quòd prædicta verba Augustini de dextera & sinistra in iudicio non possunt intelligi nisi de his, qui vsum rationis habuerunt. Quis enim nisi insanus dicat, quòd reprehendeutur de negligentia. circa opera misericordiæ illi, qui vsum rationis non habuerant. Quia ergo existentes in sinistra de talibus sunt increpandi à Christo, ideo dico, quòd isti paruuli non erunt in sinistra, neque etiam in dextera, vnde sicut dicit bea. Grego. vt allegat Sanct. Thom. super Matth. in dextera vel sinistra non erit aliquis infidelis, sed solum fideles, qui potuerunt facere eleemosynas, & infirmos visitare. Sic ergo dico, quòd quantum ad fideles mediocriter bonos, vel malos in die iudicii non erit locus, idest status medius inter dexteram & sinistram proprie, secus quo ad alios. Vt si aliquando dicantur pueri in sinistra esse, intelligendum est de his pueris, qui aliquo modo usum rationis habuerunt. Si autem intelligatur de aliis, qui usum rationis non habuerunt, sic sinistra sumitur improprie, & sic etiam tales adiudicantur igni improprie, idest vt ab illo detineantur, & non vt ab illo crucientur. Et ista videtur esse mẽs Augusti. Ad quartum dico, quod Augu. loquitur de his qui resurgent ad iudicium, non solum vt condemnentur vel præmientur, sed et vt discutiantur & vituperentur, vel laudentur pro peccatis actualibus, vel pro meritis suis, vel per cruciatum accipiant pœnam. Ad quintũ dico, quod sicut ibi per dicta Aug. patet Pelagius non includebat paruulos in carcere gehennæ, vt nos facimus, vnde longe est ista opinio ab illa. Et nota, quod licet Augu. videatur ibi dicere, quòd dolebunt, tamen ipse hoc dicit, non de omnibus pueris, sed de his qui aliquo modo vsum rationis habuerunt. Vel per dolorẽ intelligit pœnam. Contra istas respõsiones catholicas & solidas Grego. de Arimino facit aliquas replicas friuolas, quas qui uidere cupit cum solutionibus earum, videat Capreolum 2. dist. 33. Est autem mirum de isto Grego. quia in hac materia magistrũ sententiarum qui pro nobis est, aut non intellexit. Dicit enim, quòd nunquam legit Aug. vel alium allegantem Aug. quòd dicat, quòd tales solum istam pœnam damni patiantur. Sicut etiã aliquando accidit prædicatoribus quod ista opinio quã sustineo, immo teneo est hæretica, ppea, quod Aug. de fide ad Petrũ in fine 40. illarũ regularũ, quarũ vna est c. firmissime, dicit, quod sentiens aduersus illas regulas anathema sit. Ego. n. contra illas regulas nihil dico, sed illas intelligo sane, & cũ glo. sanctorum. Tales autẽ etiã ipsi glosant illud ca. firmissime quo ad cõceptionẽ beatæ virginis, de qua ibi fit mentio virtualiter, sed illæ glosæ non sunt sanctorũ, sed eas ex suo capite cõfingunt & per illas destruunt textum. Secundo arguitur principaliter per dictũ Greg. 9. moral. super illud verbũ Iob. 9. Multiplicauit vulnera mea sine causa. Ibi. n. tenet Grego. quod tales ad tormenta peruenient, & tormenta percipiũt. Et confirmatur, quia aliter melius esset istis post hanc vitam, quam in ista, quòd est contra textum quem Grego. exponit, scilicet multiplicauit vulnera mea. Solutio Ad argumentum, dico ut supra, scilicet, quòd Grego. excessiue locutus est, & quòd per tormenti perceptionem aut experientiam, tam ipse, quàm Augustin. intelligunt ipsam notitiam, qua sciunt se Dei visione priuatos, quæ tamen non est eis causa doloris, ut dictum est, & dicetur. Ad confirmationem dico, iuxta doctrinam Sanct. Thom. in quæst. de ma quæst. quinta, articu. quarto. Ad quintum, quòd duplex est pœna peccati originalis, scilicet taxata, & concomitans. Taxata quidem in præsenti vita, est priuatio originalis iustitiæ

tiæ, & gratiæ gratiam facientis, in futura vero est priuatio prædictæ iustitiæ, & gratiæ, & vltra hoc priuatio visionis diuinæ, & incarceratio, & impossibilitas euadendi. Pœna autem concomitans, vel consequens, sunt ipsæ afflictiones quas in hac vita sustinemus, & ipsa mors: post hanc autem vitam non habet locum propria pœna consequens, vel cōcomitās, quia tunc omnis defectus taxatur pro culpa. Pœna aūt talis, s. concomitans, neque æquatur neq; ꝓportionatur culpæ semꝑ. Nā iudex aliq̄s iustus, iuste pōt duos fures æqualiter culpabiles punire cæcitate, q̄ est pœna taxata, ex qua plura mala vni, q̄ alteri prouenieēt, quia vnus forte pluries impinget ad lapides. Quantum ergo ad pœnā taxatā pro originali quā oportet culpæ proportionari dico ꝙ grauius incomparabiliter post hanc vitā tales puniuntur, quia priuatio diuinæ visionis tūc. s. post mortē incipit esse pœna, nō ante, quia ēt tunc incipit esse tēpus videndi. Ecōuerso aūt est de concomitāte, q̄ in alia vita aut minor, aut nulla est. Arguitur etiam per rationes, quia tales patientur dolorem sensibilem. Primo sic. Nam in hac vita paruuli sustinent pœnam sensibilem, & non iniuste, cùm illa sit à Deo. Ergo iuste. Ergo originale istā meretur. Ergo ēt post hanc vitam pro originali tales pœnas patientur, aut originale insufficienter punietur. Sol. Si argumētū aliquid valeret, probaret vtiq; ꝙ sicut in hac vita senescimus, & morimur, ita & in futura, quòd est absurdū. Dico ergo ad argumētum scd'm mentē Sanct. Tho. quòd pueri in hac vita patiuntur talia iuste, non sicut pęnā taxatā, sed sicut concomitantem, quam tamē post hanc vitā non patiuntur. Nec sequitur, ꝙ maneat peccatū insufficienter punitum, quia remanet pœna taxata, quæ est per se intenta à iudice, & proportionatur culpæ. Et si quæratur, quare Deus talia in hac vita permittit, dicitur primo scd'm S. Tho. vbi supra, ꝙ talia, in hac vita possunt nobis esse vtilia, non in alıabi non est proficiendi tempus. Dicitur secundo, ꝙ hoc exigit talis status, quia firmato cœlo nulla pōt naturaliter esse alteratio naturalis & corruptiua. Posset aūt esse spiritualis, quæ ēt est afflictiua, sed ista non erit in talib. quia iustitia Dei hoc non requirit, secus de dānatis. Vnde ipsi non corrumpentur, & tū cruciabuntur vehementer, quia ignis transfundet in eos suum calorem non realiter, seu materialiter, sed intentionaliter, eo mō quo albedo muri multiplicat in vicino aere similitudinē seu spēm suā, quæ in speculo relucet. Potest aūt ad ꝓpositum poni exemplū de duobus prædictis cœcis, quia cū iustitia iudicis stat, ꝙ post cœcitatē minus ponatur in tali statu, vt nunq̄ impingat, puta si ductorē inueniat, & nō alius q̄ ductore caret. Secūdo arguitur ad idē sic. Causa & origo peccati originalis, maxime penes carnē infecta residet, ergo maxime illa dēt puniri, quia per quæ q̄s peccat, ꝑ hæc & torquetur. Sicut ergo aīa priuatione diuinæ visionis punitur, ita caro dēt aliquo supplicio affici. Sol. Ad hoc dr̄ dupliciter. Primo, ꝙ falsum est, ꝙ caro sit principalis cā peccati originalis, sed est ipse generās, q̄ principaliter per aīam generat. Vnde & si de carne infecta fiat aliquis homo sine semine deciso ab Adam, talis non habebit originale peccatum Dico secundo, vt dicit San. Bonauen. ꝙ si cā peccati quocunque modo resideat in carne, hoc est per modum habitus, & non per modum actus. Vnde caro non facit animam pueri concupiscentem, sed concupiscibilem. Et ideo nec ipsa, nec anima in ipsa debet actuali combustione ignis torqueri, sed sicut anima priuatur visione Dei, sic etiam caro priuatur solatio suo, & loco vtili ac tenebroso ponitur ratione suæ fœditatis, cùm in cœlo empyreo esset collocanda, si à talis fœditatis corruptione mundata fuisset ꝑ efficaciam baptismi. Hæc ex illo. Tertio arguitur ad idem sic. Istorum puerorum corpora post resurrectionem non erunt dotata secundum sanctos, sed erunt passibilia Omne aūt passibile necesse est pati si addit actiuū. Ergo isti si erunt in igne calefient. Sol. Ad hoc dico dupliciter. Primo secundum San. Tho. 2. dist. 33. ꝙ non patientur, quia non aderit agens naturale corrumpens, quia firmato cœlo, nullus erit motus dependens à motu cœli, quia remota causa non stat effectus, primus autem motus est aliorum causa. Nulla ergo poterit tūc esse alteratio naturaliter. Et si dicatur, quòd stabit spiritualis actio, dico vt supra, quòd diuina iustitia non exigit, quòd à sensibilibus spiritualiter immutentur ad tormentum, sed solum ad cognoscendum. Ignis enim ille, vt dicit dn̄s Bonauen. & allegatum est, agit solum, vt Deo placet. A natura ergo erit ꝙ neque alterētur, neque corrumpantur. A Deo vero, quòd non affligantur,

sed solum detineantur ab igne. Et licet illa corpora sint futura passibilia, tamen non indigebunt alimento, in hoc diuina virtute id faciente, secundum Bonauen. Vel ideo secundum veritatem, quia remoto motu cœli calor naturalis non alterabit ad famem, & sitim, agẽdo in humidũ radicale. Arguitur etiam quod patiant in teriorem dolorem. Primo sic. Nam Chrysosto. dicit Excludi à bonis æternis, & alienũ effici ab his, quæ præparata fuerunt iustis, tãtum generat cauciatum, vt etiam si nulla pœna extrinsecus torqueret, hæc sola sufficeret. Ergo si paruuli excludentur à regno sicut adulti, videtur quòd maxime cruciabuntur interiori dolore Solutio. Ad hoc dicit Bonauen. quòd Chryso. loquitur de his, qui ab illa fœlicitate sua, i. actuali culpa excluduntur. Ad pleniorem tamen notitiam horum, sciendũ est, quòd vt probat Sco. nullam possunt isti pueri post mortem habere malam voluntatẽ ex quo sequitur, quòd de tali priuatione dolere non possunt, cùm sciant illam esse iustam. Si enim dolerent de iusto, essent iniusti. Et si dicatur, quòd possunt dolere quòd talem visionem non meruerint sicut alii pueri baptizati. Respondet Sanctus Tho. in 2. sententiarum, quòd alii pueri meruerunt illam ex dono gratiæ sibi facto. Nullus autem recte sentiens dolet si sibi non fit gratia, quæ fit alteri, quia hoc esset murmurare contra eum, qui vni, & non alii gratiam facit, quòd non est sapientis. Secundo arguitur. Quicunque desiderat aliquid, & priuatur eo, necessario dolet. Omnes autem homines desiderant naturaliter beatitudinem, ideo quod illa priuantur, vt isti, necessario dolent. Ad hoc dicito secũdũ mentem sanct. Tho. vbi supra, quòd duplex est voluntas, scilicet perfecta, quæ si non impletur, sequitur inde tristitia: & imperfecta quæ dicitur velleitas quædam secundum quã aliquis aliquando dicitur velle impossibile, puta volare, nec tamen dolet talis si non volat. Respectu ergo beatitudinis tales non possũt habere voluntatem perfectam, quæ non est impossibilium, quia sciunt hoc eis impossibile esse, sed tantum imperfectam, ideo non dolebunt. Et si dicatur, quod sciunt, quod potuissent illam acquirere per baptismum, dico, vt supra, quod hoc solum ex gratia erat. Qui tamen consecuti iam fuerint gratiam baptismalem dolebunt si eam non habebunt, quia se ab illa voluntarie auerterunt cum possent, vel perseuerare in gratia, vel consentire Deo volent iustificare eos. Quarto arguitur. Nam ipsi cognoscunt Deum, & amant, ergo dolent, quod ab eo sunt separati. Ad hoc dicit S. Tho. vbi supra, quod non sunt separati à Deo omnino, puta quantũ ad naturalia bona, immo naturalẽ habent cognitionẽ, & de ea gaudent & secundum eam de Deo. Quinto arguitur. Nam data ista sententia, sequitur quod æqualiter puniatur decedens sine omni peccato in puris naturalib. & decedens cum peccato originali. Vterque enim priuatur visione Dei. Ad hoc dico negando sequelam propter duo. Primo, quia secundum san. Tho. & Sco. Priuatio diuinæ visionis ei qui illam habere non debebat, non est pœna, neque damnum. Talis est decedens in naturalibus puris. Vnde talis non punitur hac priuatione, sicut neque cœcus natus punitur per hoc, quod impingit pro aliquo peccato actuali. Secundo, quia non est rationabile, quod talis sine omni peccato decedens, includeretur in tenebras gehennæ, vt isti pueri, quorũ pœna est priuatio visionis Dei, & eorum quæ ad illam consequuntur, puta loci, in quo Deus videtur, & societatis sanctorũ videntium Deũ, vnde in tenebris cum diabolorum societate recludentur. Vltimo arguitur, quia Euge. in quadam extrauaganti dicit, quod tam morientes in actuali, quàm originali descendunt in infernũ, dispatibus pœnis puniendi. Ad hoc dico, quod est pro nobis. Ista enim pœnarum disparitas est secundum distantiã damni, & sensus. Et nota, quod infernus aliquando sumitur pro ea parte gehennæ, in qua sunt iniusti, aliquã do pro omni limbo, seu parte gehennæ, vnde & Christus dicitur personaliter ad infernum descendisse, qui tamen solum ad limbum patrum descendit illo modo, & sic sumitur hic infernus. Et hæc de ista quæstione ad præsens sufficiant, & de tota expositione hac super euangeliis tam de tempore, quã de sanctis secundum ordinem Beati Dominici patris nostri.

Sed tamen, vt etiam qui secundum ordinẽ curiæ Romanæ missas celebrare cõsueuerũt, euangelicas lectiones expõsitas legant, iterũ quædam pauca superaddere necesse est, idest euangelia necdum exposita.

TABVLA AD EVANGELIA

PERQVIRENDA, IVXTA MOrem curiæ in Aurea Rosa, vbicunque in locis propriis non signantur.



VICVNQVE Autem Euangelium secundum curiam Romanam currens in hoc opusculo loco suo notatum non inuenerit, ad tabulam hic subiectam recurrat.

Igitur dominica 1. in aduentu Euangelium. Require dominica 2. in aduentu, require dominica 3. in aduentu. Et dominica 3. de aduentu, require in dominica 4. eiusdē. Dominica autem 4. require in sabbato quatuor temporum. In octaua Epiphaniæ, require infra. Feria tertia primæ hebdomadæ in quadragesima, require in dominica 2. in quadragesima. Dominica 2. in quadragesima, require in sabbato præcedente. Sabbato post dominicam de passione, require infra. In vigilia Ascensionis, require in sabbato ante dominicam palmarum.

Notandum est uero, ꝙ curia dominicam in qua est festum Trinitatis vocat primam post pentecosten, ita ꝙ prima post festum Trinitatis est secunda post pentecosten. Dominica 2. post pentecosten, require in Dominica 2 post festum Trinitatis. Dominica 3. post pentecosten, require in dominica 3 post festum Trinitatis. Dominica vero 4. require in 5. & in 5. in 6. & in 6. in 7. & in 7. in 8. & sic deinceps vsque ad Dominicam 23. Dominica 24 post pentecosten, require infra. In festo S. Tho. marty require domi. 1. post octauas paschæ. S. Antonii de Padua ordinis minorum, require in festo S. Dominici. Sanctorum Cyriaci, Largi, & Smarag. require in die Ascensionis, S. Petronii, require dominica prima post octa. paschæ. Beati patris Francisci, require in festo S. Mathiæ.

In communi Apostolorum Euangelium. Hæc mando vobis, require in festo Simonis & Iudæ. Et Euangelium Ecce mitto, in festo Tiburtii, & Valeriani. Et Euangelium Ecce nos, in commemoratione beati Pauli. Et Euāgelium Designauit, in festo beati Lucæ.

In communi vnius martyris Euangelium Nolite arbitrari, require in festo S. Valentini. Et Euangelium Nihil opertum, in festo S. Theodori. Et Euangelium Si quis uenit ad me, require infra.

In communi plurimorum martyrum. Euāgelium Confiteor, require in festo beati Matniæ. & Euangelium Qui uos audit, require in festo sancti Fœlicis & euang Sedente, require infra, & similiter euang. Ve uobis.

In communi confessorum euangeliū Vos estis, require in festo S. Dominici, euangeliū autem Videte, require infra, & similiter euangelium. Nolite timere.

In octaua Epiphaniæ secundum curiam.

VIDIT Ioannes Iesum venientem ad se] Ioan 1. Iste autem aduentus Christi ad Ioannem baptizantem circa Iordanem fuit à Galilæa secundū S. Tho. Qui etiam dicit, ꝙ iste aduentus non est ille quo Iesus venit ad baptismū Ioannis, de quo habetur Mar. 3. quia vt patet in hoc eodem Euangelio Ioannes quando vidit nunc Christum, dixit, se prius vidisse spiritum quasi columbam descendentem super eum, & consequenter Christus erat iam baptizatus. Vnde dicit idem ꝙ iste aduentus fuit quo iam baptizatus, & aliquandiu circa Iordanem commoratus, uenit ad Ioannem. Venit autem secundum eundem post baptismum ad Ioannem. Primo vt testimonium Ioannis quo ante dixerat venit fortior &c. magis certificaretur ne quis erraret in cognitione venturi, cùm iam adesset. Et secundo ne quis crederet, ꝙ quando prima vice ad eum venit ad baptismum, venerit quasi purgandus à peccatis. Vnde signanter dixit Ioannes quæ sequuntur [Et ait. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi] Ecce quàm reuerenter seruus semper loquitur de domino suo, sicut ei reuerentiam exhibuit etiam cùm vterque vtero materno clauderetur, Maria salutante Helisabet. Quare autem Christus dicatur agnus, vide supra in vigi. S. Andreæ [Hic est de quo dixit, post me veniet vir] scilicet ad prædicandum, & in notitia homi-

num. Venit autem Ioannes ad prædicandum ante Christũ. Primo secundũ Chryso. quia erat consanguineus Christi secundũ carnẽ, iuxta illud Luc. 1. Ecce Helisabet cognata. Si ergo Christo testimonium perhibuisset postquã illum cognouerat potuisset testimonium eius esse suspectũ. Secundo secundũ S. Tho. quia in procedentibus de potentia ad actũ imperfectũ præcedit perfectũ tempore, secundũ illud 1. Corin. 15. Nõ prius quod spirituale est, sed quod animale. Doctrina autem Ioannis, erat doctrina Christi, sed imperfectior [Qui ante me factus est] eo modo quo expositum est dominica. 4. in aduentu [qui prior me erat] idest ab æterno Heb. ult. Christus heri & hodie &c. Ioan. 8. Antequam Abraam fieret ego sum. Secundum bonos enim dialecticos ista sunt vera. Iste homo, Christo (demonstrato) fuit ab æterno, & tamen ab æterno iste homo non erat iste homo, nec erat homo, seu erat iste, qui ex tempore est homo. Ad veritatem enim prædictorum sufficit, quod persona, quam demonstrat ly iste, sit æterna, & ei humanitas sit coniuncta ex tempore. Dicit autem S. Tho. quòd etiã secundũ humanitatẽ sustineri pòtest, quod Christus sit factus ante Ioãnem, quia in ipso principio suæ conceptionis fuit homo perfectus habens animam perfectã omni virtute, & corpus omnib. lineamẽtis distinctum, licet non perfectæ quantitatis. Hiere. 31. Nouũ faciet dominus super terrã, fœmina circundauit virum, s. perfectum. Fuit ergo Iesus homo perfectus ante Ioannem, quia prius fuit conceptus, quã Ioannes esset homo perfectus [Et ego nesciebam eũ] quia ratione infantiæ nesciuit facta in Christi natiuitate quando fiebant, deinde vero in deserto conuersatus non habuit familiaritatem Christi, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans] quòd qualiter sit intelligendum, & similiter quæ sequũtur, patet ex dictis dominica 4. in aduentu, & sabbato præcedenti. Et dominica infra octa. Epipha. Et testimonium perhibuit Ioannes dicens. quia vidi Spiritũ descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat. Et ego vidi, & testimonium perhibui [quia hic est filius Dei] scilicet naturalis, sicut alii sunt filii per gratiam. Vbi secundum San. Thom aduertendum est quomodo Ioannes normam obseruat prudentis doctoris. Non enim statim à principio doctor prudens profunda proponit, sed leuiora. Sic Ioannes non statim à principio sui testimonii dixit Christum filium Dei, sed prætulit eum sibi dicens, quòd veniret post se fortior, cùm tamen tantæ esset celsitudinis ipse, vt Christus credi potuisset. Deinde vero dixit eum filium Dei. Sed ex prædictis oritur dubitatio, quisnam sit, qui Ioannem misit ad baptizandum. Si enim dicatur, quòd est Deus pater, sequitur, quòd etiam sit Dei filius, quia iuxta regulã theologicam indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra. Quomodo ergo dicit. Ego nesciebam eum, si ab illo missum est? Si dicatur, quod cognoscebat eum secundum deitatẽ, sed non secundũ humanitatẽ, nisi postquam vidit Spiritumsanctum descendentem super eum. Contra. Nam ille descensus fuit quãdo Christus est baptizatus. Ioannes autem cognouit eũ antequam baptizaretur, aliàs non dixisset. Ego à te debeo baptizari. Ad hoc autem, ut dicit S. Tho. tripliciter responderi potest. Primo secundũ Chrysosto. Cuius mens est hæc. Ioannes diu ante baptismũ nõ cognoscebat Iesum secundum humanitatem familiariter, quando autem debebat baptizari, iam erat ei familiaris ex visitatione frequenti, ideo dixit, ego à te debeo &c. Secundo iuxta Hiero. cuius mens est hæc. Ioannes sciuit Christum esse mundi Saluatorem, non autem esse mũdi Saluatorem per baptismum, & ideo hoc quod nesciuit audiuit, scilicet hic est qui baptizat in Spiritusancto. Tertio melius dicitur secundum Aug. quod aliquid sciuit, & aliquid nesciuit, scilicet, quod potestatem baptizandi quam fidelibus suis communicare potuit sibi soli retinuit. Et hoc est, quod dicit. Qui misit me baptizare in aqua. Et infra. Hic est qui baptizat in Spiritusancto, scilicet singulariter & solus Licet enim fidelibus contulerit potestatem baptizandi ministerialiter, non tamen interius mundandi animam à macula peccati, sed hanc sibi reseruauit. secundũ S. Tho. Vel potest solui quarto, quod Ioannes sciuit quidem Christum esse filium Mariæ virginis, & affinem suum, forte etiam antequam desertum petiuisset, sed tamen non cognoscebat eum hic & nunc, sicut frequenter accidit, quod homo scit non habuisse filium, quem diu non vidit, & nunc videt, & non

non cognoscit esse illum quem scit esse filium suum.

Sabbato ante dominicam de passione secundum curiam.

Cogitauerunt principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent] Ioan. 12. [quia multi propter illum abibant ex Iudæis] idest recedebant à doctrina & sequela pharisæorum [& credebant in Iesum] Quis est homo tam perspicax in cogitando, & tam facundus in orando, ut posset viso veteri ac nouo testamento, & visa pertinacia Iudæorum etiam modo sufficienter dicere, vel cogitare Iudæorum iniquitatem, obstinationem & fatuitatem. Sine dubio plus stupeo quàm si uiderem solem retrocedere. Et si præsentia non viderem, vix crederem præterita. Ecce resuscitato viro nobilissimo mortuo quatriduano tam patenter ut negari non posset, in mortem resuscitantis & resuscitati conspirarunt, vnde tota gentilitas conuerti potuerat si uidisset. In crastinum autem turba multa &c.] Habes autem totum hoc Euangelium quo ad textum & glossas feria secunda post palmas.

Dominica 24. post Pentecosten secundum curiam.

Cvm uideritis abominationem desolationis &c.] Matth. 24. Est autem sciendum, quòd ut patet ex textu beati Matth. ea quæ in præsenti Euãgelio recitantur, dicta sunt à Christo postquam vltimo ascendit in Hierusalem ad passionem. Cum enim die quadã dixisset Iudæis. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, egressi de templo, discipuli ostendebant templi structuram, quæ erat mirabilis. Quibus ille dixit, lapidem super lapidem non remansurum. Sedente autem eo de inde supra montem Oliueti, ubi futurum est iudicium, & vnde totum templum & ciuitas Hierosolyma poterat videri, interrogabant eum discipuli de duobus, scilicet euersione templi, seu Hierusalem; & de aduentu secundo eius, qui erit in consumatione seculi. Quibus ille respondit sicut in Euangelio 3. ab isto sequenti habetur, in quo dedit multa signa destructionis Hierusalem, s. multiplicationem pseudo prophetarum, ac pseudo Christi & ingruentia mala. Deinde vero superaddidit ultimum signum euidentissimum, & de propinquo ostendens ruinam ciuitatis Hierusalem, & totius generis, seu regni Israelitici. Et de hoc sic dicitur in hoc Euangelio. Cùm uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stante in loco sancto, idest in templo, vel in Hierusalem, quæ erat ciuitas sancta, vel in circũadiacente regione, quæ etiam dicitur terra sancta ratione ciuitatis, sicut & ciuitas ratione templi. Est autem sciendum, quòd Angelus Danielis 9. sic dicit. Post ebdomadas 62. scilicet annorum, quæ completæ sunt Christi passione [occidetur Christus, & nec erit eius populus, qui eum negaturus est] coram Pilato, sed ille populus est reprobatus, & Christus elegit sibi alium, idest Christianum, qui eum non negauit [& ciuitatem] Hierusalem, & sanctuarium, idest templum, dissipabit populus Romanus, cum duce venturo, contra Hierusalem, idest Tito. Et finis eius, scilicet ciuitatis ac templi, uastitas & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum, idest Euangelicam legem [multis ebdomada vna] quæ est ultima inter 62. in qua Christus prædicauit. Et in medio ebdomadæ deficiet hostia, & sacrificium, quia Christus instituit noua sacrificia, abolitis prioribus. Et in templo erit abominatio desolationis signum euidentissimum. Possunt autẽ per hanc abominationẽ multa intelligi, ut patebit, & vsque ad consumationẽ & finem mundi perseuerabit desolatio, Hierusalem calcata à gentibus, donec impleantur tempora nationum, & Iudæi conuertantur ad fidẽ. Prædicta ergo verba Saluatoris multipliciter intelliguntur, quia per abhominationẽ desolationis secundũ san. Tho. multa possunt intelligi. Primo ipse exercitus Romanorũ, qui fuerũt idolatræ, & Iudaicæ terræ desolatores, secundo aliquod idolum, quod Iudæi abhominationẽ vocabant, vt Aquila, quam legitur Pilatus inuexisse templo, vel statua Adriani, quam posuit in loco templi, ubi steterat archa testamenti. Cùm ergo ista vel illa abhominatio fuit in loco

loco sancto præcipue in templo, signum fuit datum à Saluatore, quod Iudæi non deberent in posterum vsque ad finem mundi præualere in terra sua. Vnde & iuxta Luc. Saluator dixit, Cùm videritis circundari ab exercitu Hierusalē, scitote quia appropinquauit desolatio eius. Sed tamen, quia in dicta prophetia Danielis sunt multa mysteria Christi, ideo Saluator antequā dicat quid prætendat, facit parētesim dicens [Qui legit intelligat] scilicet quā do incipiant, & quando terminentur hebdomadæ Danielis, & quomodo accipienda sint quæ ille prophetauit. Deinde continuat dictū suū dicens [Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes] idest ad regnum Agrippæ dominantis in montibus, secundū sanctū, & confederati Romanis, ad quem fideles admoniti per istā prophetiam, & declarationem Christi, & admonitionem Angeli confugerunt & habuerunt pacem dum Iudæi pro morte Christi luerent pœnas, oppressi bello per Vespasianum ac Titum [& qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam] quia scilicet tempus erit fugiendi à facie Romanorum. Et ut dicit S. Tho. Saluator vult dicere hoc malum ita subito venturum, vt non euitetur, quia Titus sciens multitudinem ad festum paschatis in Hierusalem conuenisse, præoccupauit obsidere eos in ciuitate [Ve autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus] quia fugere non poterunt, cùm licite nequeant abortari, nec contra naturalem pietatē pueros derelinquere. Et eadem ratione sequitur [Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme] in qua est difficilis [vel sabbato] in quo Iudæis non licebat vltra miliare vnum proficisci. Sed nunquid in tanta necessitate non licuisset sabbato fugere. Dico quod sic, sed tamen Saluator intendit dicere quod fuga erat futura omnino, quasi diceret. Nolite orare ne fiat fuga uestra, quia omnino fiet, sed ne fiat tempore incongruo, quia fiet repēte. Quidā tamen, vt Nico. de Ly. dicunt, quod Saluator incipit hic loqui de tempore Antichristi & destructione mundi. Sed S. Tho. melius exponit de Hierusalem euersione, quod patet. Primo, quia tempore destructionis mūdi non erit fuga, sed terror. Secundo, quia expresse beatus Lucas ista introducit de Hierusalem subuersione, dicens. Cùm videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, & qui in medio eius discedat, & qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia, quæ scripta sunt. Veh autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleātur tempora nationum. Hæc ille [Erit enim tunc tribulatio magna] & quæ non posset explicari, sed horror sit cogitare. Oppressa enim fuit Hierusalem tempore azymorum, in quo Christum occiderat post annos circiter quadraginta, & in ea conclusa est multitudo populi inualida, quæ posset quidem alimenta consumare, sed non pugnare aduersus inimicos. Et tanta fuit intus seditio, vt nunquam nisi cùm Romani erant ad muros, cessarent ab homicidiis, quæ perpetrabant seditiosi, & quidam latrones dicti sicarii à sica gladio, quem latenter ferebant. Tanta fames, vt Iosepho teste, parentes filiis, & filii parentibus non solum de manibus, sed etiam de faucib. raperent alimenta, constricto gutture, ne cibus, qui os intrauerat, uentrem intraret, adeo, vt Maria quædam nobilissima matrona proprium deuorauerit filium. Tanta pestis, vt iam in ciuitate sepulchra deessent, & vrbis vallum cadaueribus repleretur. Ideo sequitur [qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet] scilicet in populo illo Hebraico, secundum Sanct. Thom. licet maior sit futura tempore Antichristi, vt dicit. Veruntamen licet tempore Antichristi futura sit maior tribulatio secundum se, tamen non erit, vt credo maior quo ad tribulatos, quia magnum solatium tunc erit fidelibus quod pro Deo moriantur, quo solatio carebant Iudæi, qui pro suis sceleribus plectebantur. Vellem autem, quòd Iudæi redderēt, si possunt, causam tantæ vexationis & tandiu durantis dispersionis, aliam à morte sui redemptoris [Et nisi breuiati fuissent dies illi] non quia tunc dies facti sint breuiores, vt quidam dicunt, & recitat Augu. quia vt dicitur in psal. Ordinatione tua perseuerant dies, sed vt dicit S. Thom. sunt breuiati primo in numero, vel secundo, quia breuiata sunt mala [non fieret salua omnis caro] id est nulla caro, siue nullus homo Iudæus eua-

euasisset, quia Romani dominabantur in or be vniuerso, vt dicit San. Tho. [Sed propter electos breuiabuntur dies illi]vel quia aliqui electi Iudæi iam erant conuersi, & deprecabantur pro illo populo, vel quia multi electi de illo populo erant nascituri, qui nati non fuissent si ille populus totaliter interijsset diebus illis non breuiatis. Præmissis autem istis Saluator iam incipit, secundũ San. Tho. loqui de pertinentibus ad secundum eius aduentum pro quo sciendũ est, quòd duobus tẽporibus Christus dixit apparituros aliquos qui se dicerent esse xpm.i.instante destructione Hierusalem, vt dicetur in Euangelio 3. ab isto, & instante destructione mundi. Et de hoc sequitur admonitio xpi dicentis. [Tũc] Dicit autem S. Tho. quod ly tunc, non dicit tẽpus determinatum, sed confusum, quia quòd sequitur non est factum statim euersa Hierusalem, sed expectatur futurum in fine. Simile habetur Matth. 3. vbi dicitur. Et habitauit in Nazareth. Et sequitur. Tunc venit Ioan. &c. & tamen forte anni 22. fuerunt inter illa duo tẽpora. Igitur tunc, id est tempore finis mundi quando apparebunt pseudo Christi [si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere] nisi eum videritis venientem in nubibus cœli gloriosum, & lucidum instar fulguris, immo supra solem. [Surgent enim pseudo Christi] idest falsi Christi [& pseudo prophetæ] qui erunt eorum fautores [& dabunt], i. facient, vel causabunt, sicut luna dat lumen suum, signa magna, & prodigia. Non autem possunt dæmones quorum auxilio vtuntur huiusmodi personæ scelestes facere vera miracula siue miraculum simpliciter, quia talia excedunt totã virtutem creatam. sed quo ad nos. quia sicut superior, & magis ingeniosus artifex aliquid facit de quo miratur inferior, ita possunt aliqua efficere dæmones, de quibus homines mirentur.

Quæ qualiter faciant patebit in alia quæstione. [ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi] quæ secundum Orige. per exagerationem dicuntur, ad significandã rei magnitudinem. Licet enim electi seduci possint, & mori in infidelitate si secundum se considerentur, tamen hoc est impossibile, vt stant sub ordine diuinæ electionis, ecce prædixi vobis, vt iacula præuisa caueatis. [Si ergo dixerit vobis. ecce in deserto est, nolite exire. ecce in penetralibus] idest in secretis locis, nolite credere, & hic recapitulat, & specificat, quod prius dixerat, vt cordi firmius tradatur. Deinde vero docet modum quo Christus ad iudicium sit venturus, & reddit causam quare prædicta non credantur dicens. Sicut enim fulgur exit ab oriente, id est generatur in partibus orientis, & apparet vsque in occidentẽ, ita erit, & aduentus filii hominis, quia scilicet erit in parte orientali in Hierusalem super montem Oliueti, & vallem Iosaphat, & erit manifestus omnibus. [Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & Aquilæ] quasi dicat. Nolite dubitare quin sciatis meum aduentum. quia sicut congregantur Aquilæ vbi est præda, ita ante me congregabuntur omnes gentes: & Aquilæ, idest sancti erunt mecum in aere.

Dicit autem Sanct. Thom. quòd in Hæbreo pro ly corpus, habetur anathe. idest cadauer. Vnde voluit Christus significare passionem suam, quia veniet prætendens in corpore suo signa passionis. Statim autem post tribulationem dierum illorum. idest in quibus Antichristus vexabit Ecclesiam. Sed contra, quia de his diebus non erat facta mentio, sed solum de diebus vexationis Hierusalem. Dico, quòd sicut Hierusalem significat in scripturis Ecclesiam, ita eius vexatio, & euersio significat vexationem, & euersionem mundi. Vnde vtranque euersionem præcedit aliquis aduentus Christi, & pseudo Christi, & prædicatio Euangelii generalis, vt dicetur in Euangelio 3. ab isto, & persequutio bonorum, & abominatio in templo, quia sicut stetit idolum in templo materiali, ita sedebit Antichristus in spirituali, id est Ecclesia ostendens se. tanquam sit Deus, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Patent autem ista, & multa sequentia ex dictis dominica secunda in aduentu, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur. Et tunc apparebit signum filii hominis in cœlo, id est crux, quod signum, vt Sanct. Tho. exponit, in ipsa innouatione mundi quæ in cœlo lucidori, quàm prius apparebit, erit signum victoriæ Christi, quam habuit per passionem super omnibus, & significabit Christum per passionem acquisiuisse iudiciariam potestatem, & confundet iniquos. Erit autem secundum Sanct. Thom. hoc signum sole clarior. Existimo autem, quòd erit aliqua lux in modum crucis for-

formata. Si enim esset vere lignum crucis, iā corrumpi non posset cessante motu cœli, & sic duraret in æternum, quòd rationabiliter non videtur, quia nullum corpus mixtū durabit æternaliter, nisi sit organum animæ rationalis quæ immortalis est, vt sunt corpora humana [& tunc plangent oēs tribus terræ] quæ Christum non sunt sequutæ, & tamen iam intelligent gentes se grauiter errasse. [Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna.] Dicit autem San. Tho. super Mat-th. quod cùm in resurrectione triplex virtus concurrat, scilicet diuina, & humana Christi, & Angelica quo ad aliqua præambula, primam significat tuba, & secundam vox magnā, & tertiam vox angeli. In 4. aūt dis. 43. dicit, quòd ista tuba significat vocem Christi, vel eius apparitionē. Et verum est, quia diuina virtus operabunt per Christi humanitatē seu virtutē humanitatis tanquā per instrumētum. Vnde & vox Christi potest dici tuba Dei & econuerso. Et congregabunt] Angeli colligentes cineres, & ad iudicium conuocantes [à quatuor ventis [qui sunt subsolanus, i. sub sole, vel ab oriente natus fauonius à fouendo flores, qui ab occidēti flat, auster, & meridies per quos hic intelliguntur quatuor mundi partes [à summis cœlorū vsque ad terminos eorum] quòd dicitur ad significandum quod non solū viui congregabuntur, sed etiā mortui, quorum animæ sunt in cœlo, & in purgatorio, & corpora in visceribus terræ. Ab arbore autem fidei discite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis q̄a prope est ęstas. Ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote, quia prope est, & in ianuis, scilicet aduentus Christi. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cœlum, & terra transibunt, verba autē mea non præteribunt, quæ omnia patent ex dictis in dominica prædicta.

In festo vnius martyris secundum curiam.

SI quis venit ad me.] Luc. 14. idest ad seruitium meum, volens meus effici discipulus, idest Christianus; vel religiosus, & non odit patrem suum, & matrem, quo ad lineam ascendentium, & vxorem, quæ scilicet nō facit aliam lineam aut gradum, & filios, quo ad lineam descendentium, & fratres, & sorores, quo ad lineam transuersaliū [adhuc autem & animam suam [idest vitam animalem seu sensitiuam, non potest meus eē discipulus, idest verus Christianus, & multo minus verus religiosus. Sed cum quilibet teneatur ex charitate diligere omnes prædictos, & multo magis seipsum, & consequenter vitam suam, ista verba intelligenda sunt quando prædicta præstant nobis impedimenta accedendi ad Christum. Sicut enim talia impedimenta debent nobis displicere, & ita qui ea præstāt debet nobis displicere, in quā tū ea præstant, licet sint amandi quantum ad naturam, & ratione parentelæ. Est autem notandū, vt colligitur hic ex verbis Saluatoris, quòd ad venire ad Christū, siue perfecte esse discipulum Christi tria requiruntur, quorum duo respiciuntur terminum à quo, & terminum ad quem. Primum est superare impedimenta extrinseca quæ notantur per patrem, & matrem, &c. Secundum est superare intrinseca, idest proprias passiones, quæ notantur per animam. Quæ duo pertinet ad recedere à malo. Tertium est proficisci ad bonum, offerendo Deo corpus, & animam nostrā, quòd notatur cùm dicitur: Et qui non baiulat crucem suam, id est sibi proportionatam, non autem meam, quia est aspera nimis, & crudelis, & venit post me non potest meus esse discipulus. Est autē duplex crux assumēda, scilicet animæ, idest charitatis, & corporis, idest pœnitentia. Dicitur enim crux secundum aliquos à cruciando. Cruciat autem pœnitentia corpus proprium, & partes sensitiuas secundum illud Gal. 5. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concu. Charitas autem cruciat animam, & partes intellectiuas inquantum facit dolere de propria culpa, & de aliena miseria, & compati suo capiti Christo, sicut dicebat Pau. Gal. 2. Cùm Christo confixus sum cruci. Aliqui autem textus habent crucem suam quotidie, & contra illos, qui sexta feria abstinēt & reliquis diebus delitiis immo crapulis, & luxuriis uacant. Sed quia dupliciter aliquis est discipulus Christi, scilicet, quia est Christianus, & quia est Religiosus, & ad primum sufficit fides cum obseruantia decem præceptorum, non autem

tim ad secundum, sed ulterius oportet, quòd renunciet diuitiis & concupiscentiis licitis & propriæ uoluntati, iuxta tria vota religionis. ideo de hoc subditur duplex parabola. Dicitur ergo. [Quis enim ex vobis volens turrim edificare] idest agredi perfectionem religionis, qua se aduersus tela diaboli tueatur [non prius sedens] à passionibus quietus [computat sumptus, qui necessarii sunt si habeat ad perficiendum] idest quæ sibi sunt necessaria, & quæ oportuna ad feruenter complendum & peragendum hoc edificium, idest statum religionis, cuiusmodi est seipsum contemnere priuando diuitiis, uoluptatibus, & voluntatibus suis [ne posteaquam posuerit fundamentum] suscipiendo habitum religionis, vel qualitercunque incipiendo apostolicam vitam [& non potuerit perficere] quia deficiunt ei sumptus, idest conceptus, sui inquantum propter suam negligentiam & tenuem deuotionem nō potest sufferre opprobrium paupertatis, aut lubricum carnis vel propriæ voluntatis motum cohibere, licet absolute Deo iuuante hoc posset [omnes qui viderint] eum deponentem habitum vel mutantem propositum [incipiant illudere ei dicentes, quia hic homo cœpit edificare, & non potuit consumare.] Ecce primam similitudinem, sequitur secunda ad idē. [Aut quis rex] idest homo uiuens continenter ut religiosus per bonum regimen suorum affectuum atque membrorum. Dicitur enim rex à regendo [commissurus bellum aduersus alium regem] idest aduersus Deum vel sinderesim. Sed nunquid religiosi pugnant contra Deum vel sinderesim? Dico quòd sic omnino, sed non inquantum religiosi, vel reges, sed inquantum homines fragiles & ad illicita sensualiter inclinati. In pugna enim materiali nunquam rex pugnat cum rege inquantum reges sunt, quia ut sic operantur secundum iustitiam, & uirtutem, & consequenter sunt omnes corcordes in bono. sed pugnant inquantum alter eorū definit esse rex per hoc, quod suam uoluntatem bene non regit cùm velit iniusta. Et similiter religiosus homo in quantum à religione per cogitationes illicitas cadit, pugnat cum Deo & sinderesi [non sedens prius cogitat si possit cum x. milibus occurrere] idest cum obseruantia decem præceptorum [ei qui cum 20. milibus uenit ad se] idest Deo, vel sinderesi, quæ exigit ab eo obseruantia decē præceptorum, & ulterius consiliorum. Alioquin, scilicet uidens religiosus, quod licite non potest abundare pecuniis ad uotum distrahendis nec obscenis cogitationibus matrimonii occupari, aut ꝓprio sensu operari [adhuc illo longe agente] idest antequā veniat mors in qua maxime Deus & sinderesis agunt aduersus illecebras & omnia illicita [legationē mittens] idest bonā deliberationē faciens [rogat ea quæ pacis sunt] consentiendo Deo & sinderesi in obseruantia prædictorū seipsum totaliter cōtendendo & dicando Deo, ac prælato suo. Vnde subditur parabolarū cōclusio. [Sic ergo omnis ex uobis] qui iam estis Christiani. Loquebatur.n. Christus turbis quæ eū sequebantur, & cōsequenter credebant in eū. [qui nō renunciat omnibus quæ possidet], i. iuri diuitiarum & matrimoniis & propriè voluntatis [non potest meus esse discipulus] eo modo quo Apostoli & religiosi, licet possit esse Christianus & consequenter saluari.

In communi plurimorum Martyrum secundum Curiam.

SEDENTE Iesu super montem Oliueti] Matth. 24 Ad intellectum huius Euāgelii notanda sunt aliqua dicta in principio Euangelii tertii ante istum, scilicet, quòd Christus circa tēpus suæ passionis dixerit tēplum Salomonis euertendū, & inde cōscendit montē olíueti, qui est ediuerso montis in quo erat templū, inter quos montes est valis Iosaphat & torrens Cedron. Dicitur ergo. [Sedente Iesu super montem Oliueti] super quo in die iudicii stabit, & ex quo templū & ciuitas Hierusalem pulcherrime videbatur, accesserūt ad eū discipuli secreto, i. seorsum à turbis, & à toto colegio discipulorū, q̃a ut patet Mar. 13. isti interrogatores fuerunt Petrus, Iacobus, Ioannes, & Andreas, dicentes. Dic nobis qñ hæc erunt. s. destructio tēpli ac ciuitatis [& quod signū aduentus tui & cōsumationis seculi] quæ ambo erunt simul, sumēdo consumationē seculi pro consumatione status quē modo habet seculum, qui. s. est generationis & corruptionis. In vno.n. instāti uel ꝓpe, in quo Christus apparebit super montem Olíueti firmabitur cœlū cessando à motu, consequenter nihil amplius

amplius generabitur, vel corrumpetur, quia remouebitur horū cā, idest motus cœli. Sicut aūt dicit S. Tho. totū, ꝙ Christus respondet discipulis in hoc Euangelio & in 3. ante istud. quidā, i. Ang. referunt ad spiritualē aduentū Christi quo venit in nubibus, i. prædicatoribus ad hominū mētes cōsolādas, quidā vero totū referunt ad Christi aduentū vltimū in iudicio, quidā vero totū ad euersionē Hierusalem. Chriso. vero dicit, ꝙ dominus primo respondet de euersione Hierusalē, & secundo ad aduentu suo secundo. Et dicit sibi videri ꝙ expositio Chriso sit præferenda. Vnde ad destructionem pertinet totū, quod est in hoc Euangelio, & aliquid, quod est in 3. ante istū, vt ibi dictū est. Sed tamen nota ꝙ destructio Hierusalē fuit figura destructionis mūdi, & q̄ de vno horum dicuntur sunt aliquo modo vera de alio, vt ibidē dictum est. Et respondens Iesus dixit eis, volens dare signa euersionis tēpli & Hierosolimorum. Videte ne quis vos seducat, Multi enim uenient in nomine meo, nō quidē quasi discipuli mei, vt Apostoli sed quasi ego ipse [dicentes ego sum Christus.] Talis fuit Simon magus, qui teste. S. Thom. dixit se verbū Dei, Deū magnū, omnia Dei & vt patet act. 8. de eo dicebant, hic est virtus Dei quæ vocatur magna. Talis etiam fuit Simon etseus, teste Iosepho prædicans se Christum esse & Iudeæ liberatorem. Tales fuerūt multi secundū glo. tempore euersionis Hierusalem dicentes tempus libertatis appropinquasse, vt Theodas, & Iudas Galilæus, de quibus habetur act. 5. [& multos seducent] sicut ibi patet de Theoda pereunte cum suis idest quingentis. [Audituri autem estis prælia] antequam fiant contra istam ciuitatem [& opiniones præliorum] quia quidam opinabantur rebellandum esse Romanis, quidam non. Vnde & monstra quæ Deus ostendebat, vt cometam quæ per annum perseuerauerit, & acies armatorum per aera discurrentes, & huiusmodi, quidam in bonum, & quidam in malum interpretari conabantur. [Videte ne turbemini] quasi finis sit mundi [Oportet enim hæc fieri sed nondum est finis] scilicet, & si Hierusalem. Erat autem vt dicit san. Thom. tunc tribulatio tanta, vt multi crederent mundum desiturum. Et hoc non mirum. [Consurget enim gens in gentem] scilicet fortis in fortem, idest Romanorum gens in gentē Iudæorū [& regnū aduersus regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terremotus per loca] omnia enim hæc ante Hierusalem destructionem euenerunt, sed multo peiora in ipsa destructione. Vnde subditur [Hæc autem omnia initio sunt dolorum] quasi dicat maiora expectanda fore in posterum [Tunc tradent uos in tribulationem] quia vt dicit S. Tho. dicebant mala euenire propter sectam Christianorum, & hoc tam Gentiles quàm Hebræi [& occident vos, & eritis odio omnibus gentibus] vt mors ostendit martyrum infinitum [propter nomen meum] O consolationem maximam tribulari propter Christum ad quem speramus per tribulationes venire lætiores [Et tunc scandalizabuntur multi] idest impingent & cedent à fide, & dilectione Christi timore perdendi diuitias, & vitam. Scandalon enim græce, latine impactio dicitur [& inuicē tradent] quia vnus Christianus fidem negans interdum alium latentem detegebat, vt verisimile est. Vel inuicem tradent homines etiam affines, sicut patet de cognato Pauli primi Heremitæ [& odio habebunt inuicem] vel ratione diuersitatis fidei, vel cupiditatis diuitiarum, vel huiusmodi [Et multi pseudo] id est falsi [prophetæ] idest prædicatores [surgent & seducent multos] sicut patet de pseudo apostolis, cum quibus Paulus & alii Apostoli frequenter dimicabant, & de quibus Paulus scribit ad Galatas 3. cap. O insensati Galathæ quis vos fascinauit &c. [Et quoniam abundabit iniquitas] persequutorum [refrigescet charitas multorum] Christianorum [Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit] Possunt autem omnia hæc exponi etiam de Christi aduentu ad iudiciū vt dictum est.

Item in communi plurimo. martyrum secundum curiam.

Væ vobis qui ædificatis monumenta prophetarum] Luc. 9 Ad intellectū autem huius Euangelii sciendū est, vt patet ex textu Luc. ꝙ dominus hæc verba dixit in domo cuiusdā pharisæi, q ad prandium inuitauerunt illum, sed dixit ea respondens cuidam legis perito, seu scribæ. Vnde Matthe. dicit ista dicta esse scribis & pharisæis, quia utrique aderant. Et quia multi

multi erant, & Iudæi erant, ideo Ecclesia dicit ista dicta esse turbis Iudæorum, maxime quia fortasse aderant etiam aliqui de plebeis. Igitur dicitur[Ve vobis]Per quod secũdum Hieron. importatur æterna damnatio [qui ædificatis monumenta prophetarum, Patres autem vestri occiderunt illos]Sed nunquid est malum ædificare sepulchra, aut esse filium homicidæ? Certe non, neque hoc reprehendit Saluator. Quidam autem vt dicit S. Tho. dicunt Christum hic reprehendere intentionem, quia ideo ædificabant prophetarum sepulchra, vt in memoria esset iniquitas patrum suorum. Sed vt ait hæc expositio, literæ non est consentanea. Chryso. autem dicit, quòd reprehendit intentionẽ gloriæ vanæ, propter quam monumenta struebant. Vel potest dici, quòd Christus eis comminatur. ve. non quia fabricabant illa sepulchra, sed quia ex vna parte magnificabãt prophetas fabricando, ex alia cogitabant occidere dominum prophetarũ. Vnde Christus facit mentionem de ista fabrica, non quia esset mala, sed quia peccabant in simili, sicut si dicamus. Ve his qui faciunt eleemosynas religiosis, & excoriant pauperes[Profecto testificamini]ipso opere, & dicto vestro. Dicebãt enim patres suos fuisse prophetarum occisores[ꝙ consentiatis operibus patrum vestrorum, quoniam quidem ipsi eos occiderunt. Vos autem ædificatis eorum sepulchra]Sed contra, videtur potius, quòd protestarentur oppositum, quia honorabant quos patres occiderant. Respondet aliquis, quòd hæc protestatio non erat per hanc fabricam, sed per conspirationem in mortem Christi. Sed contra hoc videtur esse textus, qui dicit, quoniã quidem, &c. vbi redditur causa dicti. Chryso. autem dicit, quòd testificabantur se esse filios homicidarum. Vnde & Saluator iuxta Mat. sic dicit. Itaque testimonio estis vobis metipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et quia filii communiter tales sunt, quales & patres, ideo consequenter ex quo per opus, & dictum suum directe testificabantur se esse successores, & filios homicidarum, indirecte etiam testificabantur se eis assimilari. Propterea]quia estis similes patribus vestris [sapientia Dei dixit]id est ego ipse qui sum sapientia, i. persona cui sapientia appropriatur in diuinis, dixi [Mittam ad illos prophetas, & apostolos]postq̃ missero de cœlis Spiritumsanctum [& ex eis occident, & persequentur, vt inquiratur]id est exigatur[sanguinis]id est pœna, & vindicta pro sanguine[Omnium prophetarum q effusus est a constitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, qui periit inter altare, & ædem] id est in atrio interiori templi, ita quòd ista ædes est domus, in qua erant Archa, Mensa, & Cherubin. &c. [Ita dico vobis requiretur ab hac generatione. Ve vobis legis peritis, qui tulistis clauem scientiæ]id est clauem, quæ est scientia, quæ ad secretam veritatem introducit ad instar clauis quam ipsi tulerunt, id est acceperunt vel tulerunt, idest abstulerunt, quia à populis abstulerunt quantum in se erat notitiam legis euangelicæ[Ipsi non introistis]ad veritatem fidei [& eos qui intrabant prohibuistis. Cùm hæc ad illos diceret, cœperunt pharisæi, & legis periti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis insidiantes ei. quærentes capere aliquid ex ore eius. vt accusarent eum]Cætera quæ pertinent ad intellectum huius euangelii, Vide in die beati Stephani.

In communi confessorum secundum curiam.

Videte, vigilate & orate]Mar. 13. [Nescitis. n. qñ tẽpus sit]scilicet iudicii de quo Saluator loquebatur, vel mortis, qñ. s. fit iudiciũ particulare singulis animabus. Et hic sic supple. Ego. n. dominus vester sum[sicut homo qui peregre profectus est]qui[reliquit domũ suã, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis] id est cuilibet mandauit quid faceret[& ianitori]per quẽ significat ratio in homine[præcepit, vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis. n. qñ dñs domus veniet sero, an media nocte, an galli cantu, an mane]quod planum est si de aduentu in morte loquamur: si vero loquamur de aduẽtu ad iudicium, licet ille credatur futurus in crepusculo diei, tũ non est certũ. Ne dũ veneritis repente inueniat vos dormientes. Qđ autem vobis dico omnibus]futuri tẽporis Christianis[dico, vigilate]quod verbũ multi frequenter audientes, & raro exequentes, repentina morte damnantur.

Sunt & quædam alia euangelia, quæ secundum Curiam, ac diuersa proposita recitantur &c. scilicet vnum de communi confessorum, & vnum vel duo quarundam missarum extrauagantium, sed nullam penitus habent difficultatem. Et sic per gratiam Christi imponã terminum Aureæ Rosæ, in qua si dicere voluissem quæcunque dici possent, immo quæ occurrerunt animo, necessario effecissem nõ modo vnum, verum, & plura volumina uastę magnitudinis. Deus.n. qui loquebatur in Christo cùm sit infinitæ sapientiæ plus veritatis in doctrina eius conclusit, & impleuit, quàm tempore vllo humano ingenio possit explicari. Igitur Deo optimo maximo omnia scienti, omnipotenti, omni bonitate pollenti, qui sapientiæ, & veritatis est possessor, atque largitor, sit honor, & gloria, per infinita secula ab omni creatura.

FINIS.

REGISTRVM

*A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k L l M m N n Oo Pp Q q Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd.

Omnes sunt quaterniones, præter * qui est duernio.

1009971

FINE